









6
17-f
26



7
6 M
29

IOANNIS

PASSERATII

PROFESSORIS ET INTERPRETIS REGII,

COMMENTARII

IN C. VAL. CATVLLVM, ALBIVM TIBVLLVM, ET SEX. AVR. PROPERTIVM

CVM TRIBVS ACCVRATISSIMIS *rerum, verborum, autorum & emendationum indicibus.*



PARISIIS,

M. DCVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.



Illustrissimo & Clarissimo D.

D. MAXIMILIANO DE BETHVNA,
SVYLLIO DVCI, MARCHIONI ROSNIO,
Pari Franciæ, omni Armamentario Gallico ærarioq́ præfecto, & apud Pictones Proregi.



Dmonitu veteris poëtæ, Dux Illustrissime, hunc auunculi mei τῦ μακαρίτε Propertium, duobus eiusdem operæ sodalibus comitatum, tuo nomini dicandum putaui;

Carmen amat, quisquis Carmine digna gerit.

Si enim laborum suorum testes sibi Musas accersere virtus gaudet; ideoque Herculem illum monstrorum domitorem Musagetæ cognomento donauit Antiquitas: te certè, in quo ornando summa virtus cum summa fortuna quotidie certat, non alio magis quàm Musarum acroamate capi par est. Etsi enim tuum istud Illustre nomen iam omnis Gallia satis personet, Ciuésque omnes Regis sui amantes, tuis titulis in dies excrescentibus gratulentur & assurgant: quòd tibi dum applaudunt, Herrici famulari Genio, deliciis & amoribus applaudere se putent: ex cuius virtutibus hæc vna vel præcipua est vereque Regia, nosse quantum cuique credendum sit, delectumque suorum facere,

Principis est virtus maxima, nosse suos:

Etsi (inquam) vnicum principis de tua fide fortitudineque iudicium satis amplam gratulationis & applausus materiam Gallis omnibus gignat: vt ea taceam, minoribus quasi theatris proposita laudum insignia, tot arces, portus, propugnacula, tot Instrumenta duelli & ornamenta pacis, tuis vt inscripta nominibus, sic laboribus perfecta: repen-

tem tamen inter tot luxuriantes belli lauros poëtarum hederam, & adſtrepentem tubarum Clangori Muſarum fiſtulam, ſpero non faſtidies. Hac ſpe fretus, ſuſpendo Iani Saturníque templo (cui tu vtrique Dux fortiſsime feliciter præſides) hæc Muſarum donaria, quæ licet chartea, ſuperuictura fortaſſe ſunt lapideis & ferreis, vnáque cum patriis omnium gentium & linguarum annalibus tuum nomen celebratura, cùm inciſæ marmoreis æreíſque laminis literæ vetuſtate deterentur & euaneſcent. Hanc meriti gratiam Heroici tui manes ſibi referri quondam ſentient à Paſſeratij genio, cuius tu reliquiis, vitam peruigiliis alteram das lucem. Vale Dux Illuſtriſsime.



BIBLIOPOLA LECTORI.



N *Triclinium* τετπόδηλον, *& tres conuiuæ laureati in eo accumbentes. adest & Architriclinus prouidus, & sector industrius: vterque vario diuersa palato poscentibus suggerit. Treuiri tamen illi, non multi cibi, sed multi ioci sunt: & illi vtique similes,*

Omnia qui retro pueris opsonia tradit,

apud Martialem. ideóque mensa ipsis ponitur à pedibus. Si tibi pueris par est auiditas, his doctrinæ Pieriæ epulis, ad quas te magnus ille Passer deliciæ Camenarum, viua olim voce, nunc etiam tabellis μαχαιρίτης. *vocat; age, fruere, potire.* πῖθι, ἢ ἄπιθι. *memor interim docti huius dicti,* μὴ προπετῶς κρῖνε. *nec dente Theonino circumrodas, si quid hîc fortè insulsi offendas. Caue in primis, cane peius & angue,*

Barbam vellere mortui Leonis.

οἱ θανόντες οὐ δάκνουσιν. *apprecare potius probi* P*ASSERATII* *Manibus, è quibus etiam aliquid postea, Deo dante, manabit* γλυκύτερον ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε.





IN TREVIROS POETAS LAT. TRINIS COMMENTARIIS IO. PASSERTII TRECENSIS ILLVSTRATOS,

FED. MORELLI EIVSDEM IN PROFESSIONE Regia Collegæ

ΔΕΚΑΣΤΙΧΟΝ.

TRINA placent Superis: numero Deus impare gaudet:
Hinc Polus & Tellus, constat & Oceanus.
Tres quoque Romanis clari placuere Poetæ:
Hæc tamen astra æui nubila polluerant.
Tu Triadis vatum assertor, vindexque disertus,
PASSERTI, Phœbus tu tribus vnus ades.
Trinas hi referunt grates, triplicémque Coronam
Nectunt temporibus, sertáque trina tuis.
Gaudet at eximio ter munere SVLLIVS Heros,
Martis, Mercurij, Palladis atque decus.





INDEX AVCTORVM,

QVI IN SVPERIORIBVS

PRÆLECTIONIBVS EXPLICANTVR, ILLVSTRANTVR, EMENDANTVR.

PRIOR NVMERVS INDICAT PAGINAM, posterior verò sic notatus, i. ij. post literas a. b. c. d. e. columnam paginæ.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

S.

T.

V.

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM,

INDEX.

A.

B.

C

D

E

F

fugam sequi-

G

C

H

L.

M.

miluius

N.

O.

puluis, pru

E

S

velificare,

X.

Z.

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII.

CAutum eſt auctoritate Regis, ne quis in regno Franciæ Ioa. Paſſeratij Commentaria in Catullum, Tibullum & Propertium cum indice ab eodem confecto, abſque Claudij Morellj permiſſu intra ſexennium imprimat aut diuendat: publicationis exemplarium, ſi quis ſecus fecerit multa indicta prout amplius in ipſo diplomate continetur. Lutetiæ Pariſiorum, VII. Decemb. M. DCVII.

RENOVARD.



IOANNIS PASSERATII PROFESSORIS ET INTERPRETIS REGII, IN C. VALERII CATVLLI EPIGRAMMATA, NOTÆ.



SCALIGER Catullum A prænomine Quintum vocat leui coniectura ex versiculo ad Ianuam:

Verum isti populo Ianua
Quinte facis.

pro Quinte: additque prænomen ita scriptum in libro ms. Iacobi Coiacij V. C. Alij, vt D. Hieronymus in Chronicis Eusebij, & Apuleius in Apologia, Caium prænominant, quod librorum, qui hactenus excusi, fide nititur. B Caius autem, siue Gaius, qui primus prænominatus est, ita dictus fuit à gaudio parentum. auctor libri, cuius lemma, De prænomine. fuit Catullus è gente Valeria, quæ summa antiquitate censetur. Valerij, qui & Valesij, Festus in *Aurelia*, boni ominis nomen; ideoque in dilectu censoq. primi nominabantur, Valerius, Saluius, Statorius. Festus, in *Lacus lucrinus*. Tres autem eius gentis poëtæ exstant, Valerius Catullus, Valerius Flaccus, Valerius Martialis. Exstat & nomen Valerij Æditui. præter hunc Catullum fuit & alter Poëta Vrbicarius mi- C mographus, de quo Iuuenalis.

AD EPIGR. II.

CREDO *vt tum grauis acquiescat ardor.*] Vetus liber Cuiacij, error, non ardor, quod silentio præterit Scaliger. Non improbari tamen debet. Nam & Amor insanus, & error mentis insania dicitur. Vnde Amor etiam error vocatur. Virgilius, ecloga 8.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error?

Expressit videlicet illud ex Theocriti φαρμ.

Χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὡς μοι περὶ θυμὸς ἰάφθη
Δειλαίας;

Ita igitur dictus est error grauis Catullo, vt Virgilio error malus. Propertius quoq. nouũ errorem pro nouo amore dixit. elegia 3. lib. 1.

Quæ tibi sit felix, quoniam nouus incidit error.

idem errata vocauerat elegia 9. eiusdem libri,

Quare, si pudor est, quamprimum errata fatere.
Dicere quo pereas sæpe in amore leuat.

AD EPIGR. IIII.

CVM *veniret à mare Nouissimo hunc adusque limpidum lacum.*] ita legit Priscianus, non à mari. Varro lib. 3. de gente Pop. Ro. apud Carisium, lib. 1. *à mare operta oppida.* ita vero solitos loqui veteres indicat Plauti iocus in Milite, act. 4. sc. 7.

Nam si à mare abstinuissem, tanquam hoc vterer.

NVNC *recondita Senet quiete.*] cõtrariam sententiam eodem verbo Propertius extulit elegia 7. lib. 3.

Ventorum est quodcunque paras: haud vlla carina
Consenuit: fallit portus & ipse fidem.

Plautus etiam in Rudente vetu consenescere rubigine dixit, act. 5. sc. 3. *Nam hoc quidem vere natum est verum, ita in manibus consenescit.* Eademque translatione Ouidius, lib. 2. fast.

Sub quo delubris sentitur nulla senectus.

AD EPIGR. VI.

NI *sint illepidæ, atque inelegantes.*] genus hoc sermonis fefellit Donatum, & Seruium in 3. Æn. & eos sequutum Turnebum. Sic enim Donatus in Eunuchum: ni, pro ne: vt, *ni mala, ni stulta sis.* Locus est Plauti Menæchmis, act. 1. sc. 2. vbi ni sis, idem valet quod nisi esses. Tibullus eleg. 4. lib. 1.

Carmine purpurea est nisi coma: carmina ni sint,
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.

PVLVINVSQVE *peræque & hic & illic Attritus.*] Vet. lib. pro *illic*, ille. fortasse illi, antique pro illic. Ouidius in consolatione ad Liuiam:

Hic, illi, pauidi clamque palamque dolent.

sic in nuptiis Pelei infra vet. lib.

Hi qualis flatu placidum mare matutino. pro quo vulgati libri, *Hic.*

NAM *ni prænalet ista, nil taceres.*] fortasse le- D gendum est, mutato tantum ordine literarum, *prælauet*, ni prælauet, ni spurca sit, & aquam sumere soleat, vt spurcæ solent. Plautus milite, act. 3. sc. 1.

Lautam vis, an quæ nondum sit lauta?

nota res ex Ouidio & Martiale.

AD EPIGR. VIII.

ET *quod vides perisse, perditum ducas.*] sumptũ ex Plauti Trinumo, act. 4. sc. 3.

—— quid ego quod perijt petam?
Nisi etiam laborem ad damnũ apponam, apothecam
Quin tu quod periit perisse ducis?

(insuper?

A

AD EPIGR. IX.

FRATRESQVE *vnanimos, tuamque matrem.*] vetus liber, *fuamque*, quod rectum eft. Non enim tam ad Verannium quam ad eius fratres refertur. Auantius tamen legit, *fenemque*: & Faernus *anumque*. Ego, fi quid mutandum fit, ex vtraque lectione, *tuamque*, *fuamque*, tertiam hanc efficiam, *piamque*.

AD EPIGR. X.

NON *poffem octo homines parare rectos.*] recti procetique lecticarij legebãtur, vt è Clemente Alexandrino, & Tertulliano probat Lipfius, c.19.l.1. elect. Sed non meminit huius loci.

B ISTOS *commodita.*] Vet. lib. *Iftos commoda*: nam inf. Vt confulatur verficuli modulo legendum videtur:

Iftos commoda. iam volo ad Serapin.

iam diffyllabôs, vt fæpe apud Plautum.

DEFERRI. *minime, inquio puella.*] Vet. lib. *mane tum*, fortaffe vna dictione *manedum*: vt apud Plautum afinaria fc. 2.act.3. & fc.2.act.5. Plinius epiftola 6. lib. 8. *Finem exiftimas? manedum, & maiora accipe.*

VTOR *tam bene, quam mihi pararim.*] Vet. lib. *paraffe*, fort. *parafsim.*

AD EPIGR. XI.

C SEV *Sacas, fagittiferofque Parthos.*] vetus lib. *S. S. cotitiferofque P.* præpoftero literarum ordine. Nam fcribendum *corytiferofque*. Virgilius, lib.10. Æn.

Corytique leues humeris, & letifer arcus.

vbi Seruius: *Coryti*, inquit, *propriè funt arcuum thecæ. Dicuntur tamen etiam fagittarum, quas & pharetras vocamus.* Confirmat hæc pofttema Seruij verba Silius Italicus, lib.15.

Striduntque fagittiferi coryti.

bene igitur Catullus Parthos coritiferos vocat, quos Horatius, Medorum nomine, vocat pharetratos, oda.16.l.2. D

Otium Medi pharetra decori.

AD EPIGR. XII.

EST *enim leporum Difertus puer & facetiarum.*] nec hic agitur de facundia, fed de moribus, & infolens eft fermo, *difertus leporum.* fortaffe Catullus fcripfit: *Difertus*, pro *differtus*, *quia*, vt ait Feftus, *antiqui non geminabãt confonãtes.* Sic Horatius, *forum Appij differtum nautis*, dixit; & Cicero, lib. 2. epiftolarum ad Q. fr. *refertas fuauitate literas.*

AD EPIGR. XV.

E VT *noftrum infidijs caput laceffas.*] ait fibi infidias fieri cum ipfius amores tentantur; vt inf. epig.21.

Infidias mihi inftruentem.

eo fenfu vfurpat *infidias*. Propert. el. 20. lib. 1.

Hic volucres ramo fubmouet infidias.

& eleg. 33. lib. 2.

Nil agis, infidias in me componis inanes.

& eleg. vlt. lib.3.

Semper ab infidiis Cynthia flere foles.

QVEM *attractis pedibus.*] fortaffe fcribendum, *Quàm. Ah quam te miferum percurrent mugiles!*

A
AD EPIGR. XVI.

SI *qui forte mearum ineptiarum Lectores eritis.*] fua poëmata vocat fuas ineptias; vt epig.1. *fuas nugas.* Suetonius in libello de inluftribus grammaticis, vbi agit de C. Meliffo: *Sexagefimum ætatis annum agens, libellos ineptiarum, qui nunc iocorum fcribuntur, componere inftituit.* ineptiæ igitur de verfibus molliculis, & parum pudicis. Nam & ineptiæ funt in obfcœnis: vt fupra epigr. 6.

Ni tu quid facias ineptiarum?

AD EPIGR. XVII.

B TALIS *ifte meus ftupor, nil videt, nihil audit.*] τὸ meus. accipi poteft εἰρωνικῶς, vt mentula noftra, villula noftra. fortaffe tamen melius legatur, *merus ftupor.* Plautus in extremo Rudente. *Mera ignauia, tu nunc me irrides?* & in Curcul. *Hanc amat, nugas meras.* vnde Cicero, lib.6. epiftol. ad Att. *Amicos habet, meras nugas.* idem lib.1. *Non homo, fed littus, aër, & folitudo mera.* & lib.9. *Meras profcriptiones, meras fullas, mera monftra.* Gellius, cap. 7. l.18. *Mera eftis mortuaria gloffaria.*

AD EPIGR. XXI.

QVOD *efurire Na meus puer, & fitire difcet.*] vet. lib. *nemeus. ne-meus*, id eft, dum meus amplius non erit. vt inf. *ne-funera.* Sic *nenulo*, *nefrens*, *nefaftus*, &c. C

AD EPIGR. XXIII.

NON *cafus alios periculorum.*] διὰ τὸ αὐτὸ: vt Virgil. 1. Æn.

—— *per tot difcrimina rerum.*

Nam rerum valet, laborum & periculorum, vt eodem libro, feffi rerum, & funt lacrymæ rerum. Cicero epiftola 4. lib.6. ad famil. *ad omnes cafus fubitorum periculorum magis obiecti fumus.* & epift. 16. lib.5. *Ferre immoderatius cafum incommodorum.* Sic lib. 1. de oratore, *Recordatio memoriæ, lepos facetiarum*: & lib. 2. *Venia excufationis.* D & in orat. pro C. Rabir. *culpa delicti.*

A te fudor abeft, abeft faliua, Mucufque, &c.] Antiphanes, in fententiis Græcorum, p.102 poftquam cœnam perparcam defcripfit, fubiicit:

Τοιοῦτος ὁ βίος, ἀνέραστος, φλέγμ' τε οὐκ ἔχων.

ATQVE *id durius eft faba, & lapillus*] Gulielmius cenfet legendum, *lupillis.* Bene conuenit cum mentione fabæ.

NAM *fat es beatus.*] vet. lib. *fatis.* fortaffe, *fat is beatus.* vt Plautus Aulul. *peffime ornatus eo.* & alibi fæpe.

AD EPIGR. XXIV.

E CVI *nil eft, homo bellus, inquies, eft.*] aliæ edit. *Cui non eft homo.* id eft, cui feruus non eft. homo pro feruo, vt apud Ciceronẽ pro Quintio, & lib. 1. epift. ad Q. fr. ipfe fupra epig.10. *ad Lecticam homines.* At vet. lib. *Qui non eft homo.* Sic Cicero, lib. 4. epift. ad Att. *Si homo vis effe, recipe te ad nos.* & lib. 1. *Non homo, fed litus.* & lib.7. *Non hominem, fed fcopas.* idem contẽptim dixit, hominem non putare, lib. 2. epift. ad Q. fr. & lib.11. epift. ad fam. Scaliger verò fic interpungit:

Qui? non eft homo bellus, inquies? eft.

AD EPIGR. XXVII.

A AT *vos quo lubet hinc abite lympha.*] addendum ad formulas Brissonij, *abite quo lubet.*

HÆC *merus est Thymmanus.*] alij *Thyonieus.* Ausonius in anum nomine Meroen:

Potare immixtum sueta, merumque merum.

AD EPIGR. XXVIII.

APTIS *sarcinulis & expeditis.*] alludit ad tenues eorum fortunas; sed tamen & circuncisæ. solent esse peregrinantium sarcinæ, inquit Seneca, cap. 12. de consol. ad Elbiam.

AD EPIGR. XXX.

B QVAM *scit amnis aurifer Tagus.*] fortasse, *quam cit*: id est, ciet, mouet, voluit, arenas aureas. Hæc enim est præda Ibera.

AD EPIGR. XXXI.

HEV *heu quid faciunt dicam homines? cuive habeant fidem?*] fortasse legendum est:

Heu heu quid faciant dijque hominesque? cicui habeant fidem? vt apud Plautum:

Nihil diuini aut humani credere alieni.

AD EPIGR. XXXII.

QVAM *te libenter, quamque lætus inuiso?*] fortasse:

Quàm te libens, te quamque lætus inuiso?

AD EPIGR. XXXIIII.

CVR *non exilium, malesque in oras itis?*] Ire exilium, pro in exilium dixit, vt Attius Phœnissis apud Nonium, in Vastescant:

Iussit proficisci exilium quouis gentium,
Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.

AD EPIGR. XXXVII.

ELECTISSIMA *pessimi Poetæ Scripta.*] scio & è malis eligi posse pessima. puto tamen reuocandum esse sibilum è superiore voce, *iambos*, & scribendum, *Scelestissima.* Sic inf. vocat nefaria scripta; & orationem plenam veneni & pestilentiæ, item: *Quo tantum tibi misit impiorum.* Et: *Dij magni! horribilem, & sacrum libellum?*

AD EPIGR. XXXVIII.

PVELLA *namque quæ meo sinu fugit.*] potest etiam legi, *meos sinus fugit.* Propertius, el. 8. lib. 1. *Non tamen illa meos fugit auara sinus.*

AD EPIGR. XLII.

ACME *illa, illa puella defututa, Tota millia me decem poposcit.*] durum hoc tota millia; quãuis exponi possit, ne nummo quidem minus. Sed malo ita interpungere:

Acme illa, illa puella defututa
Tota, millia me decem poposcit. vt inf.
Quæ sese toto corpore prostituit.

Ausonius ea de re:

Deglubit, fellat, molitur per vtramque cauernam:

AD EPIGR. XLIII.

MOECHA *putida redde codicillos. Redde putida mœcha codicillos.*] flagitatorum est verba & conuicia iterare: Plautus Mostell. act. 3 sc. 1.

Cedo fenus, redde fenus, fenus reddite.
Daturin' estis actutum mihi? date fenus.

Ouidius, lib. 3. de a. a.

Redde meum, clamant spoliatæ sæpe puellæ,
Redde meum: toto voce boante foro.

AD EPIGR. XLVIII.

PORCI, *& Socration, duæ sinistræ Pisonis scabies, famesque Memmi.*] interpungendum puto

Porci, & Socration, duæ sinistræ
Pisonis, scabies famesque Memmi.

significat enim eorum opera furari & compilare socios solitum esse Pisonem. Læuam esse furtificam notum ex Plauto, & Catullo ipso.

AD EPIGR. L.

QVANTO *tu optimus omnium patronus.*] videtur M. Tullius vulgò dictus esse, omnium patronus. Nam & A. Cæcina, ep. 7. li. 6. fa. ad Ciceronem ita scribit: *Vbi hoc omnium patronus facis, quid me veterem tuum, nunc omnium clientem, sentire oportet?* L. quoque An-
C tonius M. frater, eius nominis laudem affectauit; & à M. Tullio irridetur 6. phil. quod se à 35. tribubus adoptandum, & inscribendum statuæ, patronum curauerit.

AD EPIGR. LI.

VT *conuenerat esse delicatos.*] melius interpungitur: *Vt conuenerat esse; delicatos*
Scribens versiculos, &c.

delicati versiculi, qui molliculi supra. Cicero in Pisonem: *Delicatissimis versibus exprimere omnia conuiuiorum genera.* Et apud Festum in verbo Hilarodos: *Carmen delicatum*, *ὼ* esse hic vacat,
D vt sæpe aliàs. sic inf. epigr. 98.

—— & se facit esse venustum.

Attius Annal. apud Macrob. lib. 1. saturn.

Maxima pars Graiûm saturno, & maximè Athenæ,
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.

Plautus Sticho, act. 2. sc. 3.

Commodum radiosus Sol esse superabat è mari.

Lucretius, lib. 6.

In Syria quoque fertur item locus esse videri. Gellius, cap. vlt. lib. 9. *Existimatus est esse doctissimus.*

EST *vehemens dea, lædere hanc caueto.*] Dea vehemens, magna, sæua, iracunda, & impotens.
E Antimachus:

Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός.

Ouidius in consolatione ad Liuiam, de fortuna, quæ eadem cum Nemesi putatur esse,

Regna deæ immitis parce irritare querendo:
Sollicitare animos parce potentis heræ.

IN C. VALERII CATVLLI HYMENÆVM IVLIÆ PRÆLECTIONES.



VLGARIS inscriptio est: *Epithalamium Iuliæ & Manlij.* Sed cum epithalamia cani solerent à Virginibus, noua nupta in lecto collocata, hoc esse epithalamiũ vix potest. malo Hymenæum inscribere A. Ticidæ exemplo. Sed apud Statium epithalamiá sunt etiam quæuis nuptialia carmina. Et hæ inscriptiones *Epithalamiũ Iuliæ & Manlij* nugarum sunt plenæ. Grãmatici enim respexerunt ad illud Poëtæ, *Namque Iulia Manlio.* vbi Iuliæ nomen præcedit; sed non aduertêre totum hoc carmen ad solius Iuliæ pompam pertinere, quę ad Manlium deducitur, qui eam domi exspectabat. Carmen autem hoc in quinos versiculos digestũ est, quorum quatuor primi choriambici glyconij trimetri; ita vt primus sit trochæus, secundus choriambus, tertius Pyrrhichius, vel iambus. Sed interdum in prima sede spondæus est, interdum iambus: vt in oda, *Dianæ sumus in fide,* quintus versiculus est Adonius, cui præponitur trochæus. Eiusmodi affert Seruius in schedis ex Sapphone: χαῖρε νύμφα γαμβρέ. A. Ticidas erat in hymenæo suo tali visus genere carminis, vnde Prisc. adfert lib. 3. cap. de casu. *Felix lectule talibus sole amoribus.* nisi duo postremi coëant in vnum vt sit versus Priapæus, qualis ille:

O Colonia quæ cupis ponte ludere longo.

O] Exorditur ab inuocatione, vt in sacris soles Horat. od. 25. li. 1. car. *O diua, gratum quæ regis Antium.* & od. 12. li. 3. *O fons Blandusiæ.* etiam sine sacris od. 1. lib. 1. *O & præsidium.* item od. 14. *O nauis,* &c.

COLLIS.] *collem* pro monte vsurpauit, vt Cæsar lib. 3. belli Gallici, quem *collem* dixerat, mox appellat *montem.* Sic *Roma septicollis,* & pro eâdem sacrificium, *septimontium* dicitur. Horat. *Dij, quibus septem placuere colles.* Propert. el. 4. li. 4. *Romani montes.* Varro 4. de ling. lat. *Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus; posteaquam proxima superiora colere cœperunt, colles appellarunt.* Isidor. cap. 8. lib. 14. *Colles sunt eminentiora iuga mõtium, quasi colla.* hæc postrema ineptè.

HELICONII.] Heliconei per ε v. l. inquit Scaliger. ἑλικώνιος, ἀντικώνιος, κυκλώπειος, κυκλώπιος, Φοίνειος, Φοίνιος. Sed ε & ι inuicem permutant locum. De *Helicone* vide Pausaniam in Boëoticis. Strabo lib. 4. *Parnassum & Heliconem* montes excelsos & musis sacros memorat. vnde & illæ *Heliconides,* Fest. Isidor. lib. 14. orig. cap. 8. *Parnassus in duo funditur iuga, Cirra & Nisa. Cirra Helicon, Nisa Citheron à duobus fratribus appellati: in hoc Bacchus, in illo Apollo celebratur.* videndus & Seruius ad illud Virgi. 10. Æneid. *Pandite nunc He-*

A *licona Deæ.* Scribit Plutarch. in libello de amore, amorem ipsum in Helicone coli: at Hymenæus amoris comes; & propterea Vrania eius mater ibi cum ceteris musis culta. Mons Helicon Poëtis notissimus. Sed & ἑλικών Græcis est ὄργανον μουσικὸν ἐννεάχορδον. fortè ab eo & musarũ nomine ob suauitatem.

CVLTOR.] Colere Helicona Poëtæ dicuntur, qui frequentes sunt cum Musis, vt Proper. eleg. 4. lib. 3.

Me iuuat in prima coluisse Helicona iuuenta,
B *Musarumque choris implicuisse manus*

Sed & Dij eorum locorum cultores dicuntur, in quibus etiam ipsi coluntur, quoniam illic sedes habent. Ipse in Ariadna:

Vnigenamque simul cultricem montis Ithonis.

Sic & hoc loco *Heliconis cultor* dicitur *Hymenæus,* & inf. *Idalium colens Venus.*

GENVS.] proles, filius. vt in Ariadna:
Heroës salucte Deûm genus. Virgil. 12. Æneid.
Latonaque genus duplex.

VRANIÆ.] Virgil. in Catalectis:
Vrania cœli motus scrutatur & astra.

C Plutarchus in sympo siacis, vnde Virgil. 2. Georg. eam intellexit, cum ait:

Me verò primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero, ingenti perculsus amore
Accipiant, cœlique vias & sidera monstrent.

Quidam Liberi patris & Veneris filium faciunt Hymenæum. & Ἀφροδίτη οὐρανία memoratur ab Herodoto lib. 3. eiusque fanum à Pausania in Laconicis: quæ *Venus cœlestis* dicitur ab Apuleio: sed & de musa commodè potest intelligi. Claudianus.

D *Hunc musa genitum legit Cytheræa, ducemque*
Præfecit thalamis. Martian. Capella, in nuptiis Philologiæ. — *quem matre Camœna*
Progenitum perhibent.

Sunt qui ex Apolline & Calliope natum scribant, alii Clius filium faciunt, alij Magnetis.

QVI *rapis.*] E gremio scilicet matris. Fest. in *rapi.* Ipse inf.

Tu fero iuueni in manus
Floridam ipse puellulam
Matris è gremio suæ
E *Dedis.* Item.
Hespere qui cœlo lucet crudelior ignis,
Qui natam possis complexu auellere matris.

Ex simulati raptus consuetudine *rapinam* pro nuptijs interpretare. Propert. eleg. vlt. lib. 4.

Nec mea de sterili facta rapina domo.

& ibidem *raptam* pro Coniuge.

Consule quo facto tempore rapta feror.

VIRGINEM.] Seruius ad illud 1. Æneid. *Audetque viris concurrere virgo. Virgo,* inquit, *ætatem ostendit & sexum.* Idem ad illud 11. Æneid.

Aduenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: *Vsus*, inquit, *obtinuit, vt innuptas, virgines: nuptas, mulieres vocemus; sed quandoque contra, vt hic muliebria arma pro virgineis*, & vice versa, *Virgo Pasiphae* in Bucolicis, quæ mulier. *Et ter vitium oblatū virgini* Terent. *illinc huc transferetur virgo*, vbi Donatus. *Virgo etiam, quæ cum viro fuit.* Virgo scilicet dicta à viridi ætate. Seruius ad illud eclogæ 3. *Bis venit ad mulctram. Vitula dicta à viridi ætate, vt virgo & virga.* idem asserit Isidorus lib. 11. Nonius. *Virgines* inquit, *etiam pueri inuesti, vnde deuirginatus puer*, Varroni. Idem, *Omne castum incorruptumque virginis vocabulo veteres appellauêre.* Fest. in querquetulan. *Fœminas quas dicimus, antiqui, viras appellabant, vnde adhuc permanent virgines & viragines.*

TENERAM.] molliculam & floridulam puellam, neque tantum est sexus: sed etiam ætatis ea teneritas. Cicero 5. de finibus. *In primo ortu est teneritas & mollitia quædam.* Afranius. *Ætas & corpus tenerum & morigeratio.* Horat. od. 21. li. 1. carm. *Dianam teneræ dicite virgines.* Idem li. 4. od. 1. *Numen cum teneris virginibus tuum Laudantes.*

O HYMENÆ *Hymen.*] de hoc more nuptiali Terent. Adelph. act. 5. sc. 7. *Tibicina, & Hymenæum qui cantent.* & paulò pòst: *Missa hæc face, Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas.* Aristophanes in εἰρήν. Plaut. Casina act. 4. scen. 3.

Age tibicen dū illam educunt huc nouam nuptam foras,
Suaui cantu cōcelebra omnem hunc plateolam hymenæo.
Io Hymen hymenæe, io hymen. Seruius ad illud 1. Æn.

Pergama cum peteret inconcessosque Hymenæos.

Hymenæus, inquit, *Deus est nuptiarum. Iuuenis autem is fuit, qui die nuptiarum oppressus est ruina, vnde expiationis causa nominatur in nuptijs.* sed falsum hoc: nam magis vitari debuit nomen extincti. Fuit igitur quidā apud Athenas, qui inter bella sæuissima virgines liberauit, quam ob causam nubentes eius inuocant numen, quasi liberatoris virginitatis. Donatus in Adelph. *Hymenæum quidam Liberi & Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit, ideoque canitur ob huiusmodi meritum in nuptiis. Alij virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas à prædonibus virgines, oppressis latronibus intactas patriæ restituerit. Alij quod ὑμὴν dicatur membrana, qua munita virginitas.* Sic ergo Hymenæum in nuptijs accipe, vt θρῆνον in funere, & hymnum in sacris. Idem de liberatis virginibus è manibus prædonum scribit Lactantius, siue Lutatius in 3. Thebaid. sed longè copiosius. Isidorus autem lib. 9. Hymenæum inquit dici à quodam Hymenæo, qui nuptijs prosperè primus est vsus, vel ἀπὸ τοῦ ὑμένος, quæ mēbrana, & virginitatis est claustrum. Quibusdam placet dici ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν. id est, simul habitando.

CINGE *tempora floribus.*] *Tempora*, κρόταφοι, inquit Charisius lib. 1. sed Virgilius *tempus* dixit. Intellige hunc versum ex Æneid. 12.

Dum trepidant iit hasta tago per tempus vtrumque.

Isidor. lib. 11. *Tempora sunt quæ caluariæ dextra læuaque subiacent, sic dicta quia mouentur, & quasi tempora ipsa quibusdam interuallis mutantur.* celticè *temples* pro *tempres*. l pro r. *Cinge tempora*, redimito caput, vt Virgil. 1. Georg.

A *Cingens materna tempora myrto.*

Idem 5. Æneid.

Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.

Tibull. eleg. 1. lib. 2.

Et spicis tempora cinge Ceres.

Horat. od. 7. lib. 1. *Vda Lyæo*

Tempora populeâ fertur cinxisse coronâ.

Coronatus autem inducebatur Hymenæus. Ouid.

Adfuit & sertis tempora vinctus hymen.

Theocrit. epitaphio Adonidis. Ἔσβεσε λαμπάδας πάσας ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος, Καὶ στέφος ἐξεπέτασε γαμήλιον. *Exstinxit totam facem in limine hymenæus & coronam*
B *nuptialem expandit.* Seneca in Medæa:

Et tu qui facibus legitimis ades,
Noctem discutiens auspice dextera,
Huc incede gradu marcidus ebrio,
Præcingens roseo tempora vinculo.

SVAVEOLENTIS *amaraci*,] In catal. Virg.

Pallentesque cucurbitæ & suaueolentia mala.

καθ' ὑφ' ἕν, siue εὐωδες *suaueolens*, vt Virg. ecl. 4. *Suaue rubenti murice.* & ecl. 3. *Suaue rubens hyacinthus.* & 4. Georg. *graueolentia centaurea.* & 6. Aen. *graueolentis.* & in vers. Ennij apud Ciceronem in Bruto: *Suaueloquenti ore.* Plin. autem cap. 7. lib. 21. dissentit ab epithero Catulliano cum scribit,
C *Abrotonum & Amaracus acres habent odores.* Virgilius tamen stat à Catullo, quem & imitari videtur lib. 1. Æneid.

vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci adspirans complectitur vmbra.

Seruius eo loco. Isidorus lib. 7. tradit regium quendam puerum Amaracum nomine quam plurima vnguentorum genera ferentem, casu prolapsum esse, & maiorem ex commistione odorem creasse, indeque optima vnguenta amaracina dici. Hic posteà in herbam samsucū versus est, quam amaracum dicunt, vulgò maioranam, vide Plinium cap. 11. lib. 21.

D FLAMEVM *cape.*] Festus in *flamen* & in *nuptias. Flameo amicitur nubens ominis boni causa, quod eo assiduè vtebatur flaminica, cui nefas facere diuortium.* Dionysius Halic. de flaminib. ὡς ἀπὸ τῆς φορήσεως πίλων τε καὶ στεμμάτων, ἃ νῦν ἔτι φοροῦσι φλάμμεα καλοῦντες, οὕτω προσαγορευόμενοι. Sueton. in Nerone, cap. 28. Puerum Sporum deductum ait ad Neronem *cum dote & flameo.* & Tacit. li. 15. Martial.

Flamea texantur sponsæ, iam virgo parata est.

Iuuenal. sat. 6.

Permutatque domos & flamea conterit.

Idem satyr. 10.

Dudum sedet illa parato Flameolo.

E Seneca in Octauia de Poppæa Neroni nubente. *Velata summum flameo tenui caput.* Lucan. lib. 2.

Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem
Lutea demissos velarunt flamea vultus.

Apuleius lib. 4. *Puella nuptura deterget lacrymas ipso flameo.* Plutarchus in præceptis connubialibus refert ritum fuisse apud Bœotios, vt, cum velo nuptura obnubitur, imponatur ei corona ex asparagi siluestris ramulis, quia vt ex ijs spinosis & pungentibus fructus carpitur suauissimus: sic è primo cōgressu asperiore maior percipitur postea voluptas.

LÆTVS.] fauens ac propitius. Plaut. in pro-

logo Amphitr.

Vt vos vestris voltis mercimonijs
Emundis vendundisque me lætum lucris
Afficere. Horat.lib.3.carm.od.11.
Læta aderit Venus. Virg.lib.1. Æneid.
Quæ te tam læta tulerunt Sæcula.

Hvc *huc veni.*]Eadem geminatio in Ariadna. *Huc huc aduentate,meas audite querelas.*

Niveo *pede.*] Candido vel fausto. Horat. od.1.lib. 4. *pede candido*
In morem Saliûm ter quatient humum.

Euripides in Hecuba: ἁβρὸν βαίνουσα παλλεύκῳ ποδί. *Molliter incedens penitus pede albo.* Propert.el.18.li. 1. *formosos pedes* dixit. Virg.8.Æneid.
Tua dexter adi pede sacra secundo.

Gerens *soccum.*] *Soccus* Græcanicum calceamentum,quod & Romæ in vsu, idque tam virile quàm muliebre; virile apud Terent. act. 1.sc.1.Heaut. *Accurrunt serui,soccos detrahunt.* muliebre vt apud Suetonium in Caligula: *Modo in crepidis & cothurnis, modo in socco muliebri.* & in Vitellio : *detractum* (Messalinæ) *socculum dextrum inter togam tunicasque assiduè gestauit.* Varij autem coloris erant calceamenta. Liuius Andronicus in hymno ad Dianam.
Et iam purpureo suras include cothurno.

Virgil.1.Æneid.
Purpureoque altè suras vincire cothurno. & ecl.7.
Puniceo stabis suras euincta cothurno.

Lvtevm.]id est,croceum.Nonius cap.16. de genere & colore vestimentorum, vt apud Virg.7.Æneid. *Lutea aurora.*quæ Græcis est κροκόπεπλος. & ecl.4. *croceo mutabit vellera luto.* vbi Seruius *crocum lutei coloris esse* ait. Varro Eumen. *Nam vt arquatis & veternosis lutea quæ non sūt, æquè vt lutea videntur, sic insanis & furiosis sani videntur esse insani*: sic enim lego. Luteus color,siue crocinus,vsitatus in nuptijs. Auctor Festus in *Regillis. Tunicis*, inquit, *albis & reticulis luteis* D *indutæ virgines pridiè nuptiarum,ominis causa.* Hinc & *lutea flamea* Lucanus loco ante dicto vocauit. & Plinius cap. 8. lib. 21. *Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flameis.* Itaque & Ouidius initio libri 10.metam.de Hymenæo.
——*croceo velatus amictu.*

& Catullus de amore.
Quem circumcursans huc illuc sæpè Cupido,
Fulgebat crocina candidus in tunica.

Ergo *luteum soccum*,ab amoris colorem, conuenienter Hymenæo tribuit, quippe qui nuptiarum præses. Præterea conuenit amātibus ille color violæ,quæ luteum dicitur Vitruuio, lib. E 7. Lutum Virgilio. Tibullo luteum. Sic enim Tibull. el. 8. lib.1.
Parce precor misero : non illi sontica causa est:
Sed nimius luteo corpora tingit amor.

de quo intelligendus Horatij locus oda 10.l.3.
Et tinctus viola pallor amantium. qui dicitur oda 10. Epod.Pallor luteus. vt autem hîc Hymenæus luteo socco, sic Galli Cybeles luteis induti erant calceis. Apul.lib.8.

Excitvsqve] & correpta & producta media syllaba; correpta Ennius :
Excita cum tremulis anus attulit artubu' lumen.
producta Vir.7. Æneid. *Qui bello exciti reges*, &c.

A *Exitus*, vel est euocatus , vt Plauti Epidico, act. 4. sc. 2.
Quid est pater, quod me exciuisti ante ædes?
vel excitus scilicet è somno & experrectus, vt in Ariadna: *Excita somno.*

Hilari *die.*] die læto, & genio dicato. *die*, vt inquit Plautus in Pœnulo, *pulchro, venusto, aureo, lepido.* nuptiarum scilicet dies genialis est, & lætitiæ datur ac iocis. Terent. Adelph. act. 4. sc. 7. *Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptus. Hilarus* & *Hilaris*, est ex græco ἱλαρός. Seru.

Concinens *nuptialia carmina.*] sic vocat γαμήλιον μέλος. Euripid. in Troadib. Theocrit. B in Europa, γαμήλιον μέλος. carmen nuptiale; quod est duplex, vnum quod canitur cum nupta deducitur : alterum cum iam in lecto est collocata. Satis autē ridiculè Hymenæus ipse Hymenæum canit : nam nuptiale carmen est Hymenæus , vt infra :
Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenæus.

Apuleius in fabula Psyches. *Sonus*, inquit, *Zygiæ tibiæ mutatur in querulum Lydij modum, & cantus lætus Hymenæi lugubri finitur vlulatu.*

Voce *tinnula.*] Argutula.*acuta*,Horat. od.4. lib.3. carm. *liquida*,od.24. lib.1. *deducta*, Lucillio & Afranio : *vinula, venustula*, Plaut. Asina- C ria, act.1. sc.3. Tinnire ex sono acuto , vt hinnire. hinc Virg. 3. Georg. *hinnitum acutum* dixit : Tralatitiè Cicero epist. penultim. lib. 10. *Exspecto ecquid Dolabella tinniat.* eadem mente dicuntur & tinnire fœminæ cùm loquuntur. Plaut. Casina, act. 1. sc. 4.
Comprime te vxor, nimium tinnis.

Et in prologo Pœnuli:
Matronæ tacitæ spectent, tacitæ rideant,
Canora hic voce sua tinnire temperent.

Sic *tinnire compedes* & *tintinnare* dicuntur, & *tintinnabulum.* Macrob. cap. 4. li. 6. saturn. *Vnus ego vocem reddam tenuem & tinnulam.* Callimach. hymno in Delum, εὔηχες ὑμήνῶιον. id est, bona & canora voce.

Pelle *humum pedibus*] quia coronatum induxit Hymenæum , quia canentem , quia saltantem , quia cum tęda, ebrium significat. Seneca Medea de eodem :
Huc incede gradu marcidus ebrio. de face & cantu ebriorum Persius, satyr.5.
Ebrius ante fores exstincta cum face canto. de saltatione Cicero pro Murena : *Nemo saltat sobrius.* de corona Plautus Pseudolo,act.5.sc.1.& Propert eleg. 2. lib. 4. Paria autem paribus relata , *pelle* , *quate humum* , *tedam* : *pedibus* , *manu.* Pellere & pulsare humum pedibus , est saltare. Horat. od. 37. lib.1. carm.
Nunc pede libero pulsanda tellus.

Idem od. 18. lib.3.
Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede terram.

Ouid. 1. de arte:
Lydius æquatam ter pede pulsat humum.

Apollon lib.1. Argon.
Ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσι:

In numerum rapidis pedibus solum quatiunt. ὄρχησις autem adhiberi in nuptiis solebat , de qua interpres Apollonij initio lib. 3.

MANV *quate.*] dixit *quate*, quia motu & quassu accenduntur faces. Ouid.

Vidi ego languentes mota face crescere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

Propert. eleg. 3. lib. 1.

Et quaterent sera nocte facem pueri.

& eleg. 14. lib. 3.

Ipse amor accensas perculit ante faces. eleg. 3. lib. 4. dixit *ventilare facem*. Virg. 6. Aeneid.

Lampada quassans. Seneca in Medæa.

Excute solemnem digitis marcentibus ignem.

quem imitatus Papinius in Epithalamio Stellæ & Violantillæ *quatiuntque nouena*
Lampade solemnem thalamis coeuntibus ignem.

TEDAM *spineam.*] Teda, fax, & lampas eadem. Charis. *fax, λαμπάς*. Valerius Flaccus lib. 8.

Primus & ecce fero, quatioque hanc lampade vestro
Connugio. At impropriè teda, pro quacunque face: nam teda cum sit arbor per se, nec pinea, nec spinea esse potest. Plin. cap. 10. lib. 16. sex facit genera cognatarum arborum, quæ resinam ferunt. *Sextum*, inquit, *genus teda, flammis ac luminis sacrorum apta*. primus Parthenius *spineam* hic scripsit, cum omnes libri haberent *pineam*. Ex vtraque tamen materia, & spina & pinu fiebat fax nuptialis. Ac prius agamus *de spina*. Spinæ albæ vim putabant inesse noxas pellendi. Ouid. 6. fast.

Sic fatus spinam, qua tristes pellere posset
A foribus noxas, hæc erat alba, dedit.

& paulò pòst:

Virgaque lanalis de spina sumitur alba, &c.

Charis. lib. 1. in *spino* & *spinu*. *In Asia sylax ex spinu alba præfertur* (inquit ex Varrone) *quòd purgationis causa adhibetur*. emendo: *In nuptiis fax ex spinu alba præfertur*. & ita eiusdem Varronis locus γεροντοδιδασκάλῳ apud Nonium in *fax*, eodem pertinens emendandus. *Quæ noctu fieri initia solita etiam nunc pinea fax indicat*. relego, *noctu fieri nuptias solitas etiam nunc pinea fax indicat*. posterius exemplum ad pineam tedam pertinet, vt & sequentia, sed prius addam ex Plinio cap. 18. lib. 16. *Spina nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fecerint pastores, qui rapuerunt Sabinas, vt est auctor Massurius.* Ex pinu fax. Ouid. 2. fast.

Dum tamen hæc fient, viduæ cessate puellæ,
Exspectet puros pinea teda dies.

Sex. Pomp. in *Patrimi*. *Patrimi*, inquit, *& matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt: vnus, qui facem præfert ex spina alba* (aliàs *pinu* legitur) *quia noctu nubebant: duo, qui tenent nubentem.* hinc Virg. in Cyri:

Pronuba nec castos succendet pinus odores.

& 7. Æneid.

flagrantem feruida pinum
Sustinet, ac natæ Turnique canit Hymenæos.

& Seneca Medea:

Multifidam iam tempus erat, succendere pinum,

dixêre pro face pinea. Ego rem ita componendam puto, & spineas & pineas fuisse tedas. Imò & carpinus & corylus Plinij tempore nuptijs familiarissimæ, vt idem testatur cap. 18. lib. 16. Quid quod & è corno arbore? Seruius in schedis (notauit sed aliam ad rem Scaliger in Fest.) *faces quæ solent*, inquit, *præire nubentes puellas, torneæ sunt, quæ quasi diutissimè luceant*, (an *quassæ* vt suprà *quate tedam?*) *quas rapiunt tanquam vitæ præsidia: namque his qui sunt politi diutius feruntur vixisse.* Cur autem fax in nuptijs prælata fuerit, variæ dantur rationes. Fest. in *facem* auctor est id fuisse consuetudinis obseruatum in honorem Cereris. Idem in *Patrimi* alteram adsignat causam, videlicet quia noctu nubebant cum face, opus, cui & Varronis locus prænotatus ex Charisio, & Seruius ad illud pharmaceutriæ, *Mopse nouas incide faces*, concinunt. Propertius verò elegia 3. lib. 4. ominis causa eum fuisse ritum testatur, cum ait: *Quæ mihi deductæ fax omen prætulit.* Plures autem faces erant, sed, vt opinor, propriè fax ea dicebatur, quam præferebat puer patrimus & matrimus: reliquæ verò dicebantur cerei, vt docet Plutarchus in quęstionibus rerum Romanicarum, quos, ait, numero quinq; tantum fuisse, vel quia Dij nuptiales sunt quinque Ζεὺς τέλειος, Ἥρα τελεία, Πειθὼ, Ἀφροδίτη, καὶ Ἄρτεμις: vel quia mulier quinq; simul liberos parere potest: vel ob præstantiã quinarij numeri, qui cõstat ex trib. principio impari, & duobus principio pari, velut ex mari & fœmina: vel denique, quia prætoribus tres tantum faces præferebãtur, & duæ ædilibus, ex quorum etiam foco nuptialis fax accendebatur.

NAMQVE *Iulia Manlio.*] Hic locus erroris causã ijs prębuit, qui inscripserunt hoc carmẽ, vel *Epithalamium Iuliæ & Manlii*: vel *In nuptias Iulię & Manlii*. Non enim videbant hic nomen Manlij non posse præcedere, propter verbum nubit: non enim nubit Manlius, sed Iulia; nisi præposterè viri vxoribus ancillantur. Hæc autem comparatio pertinet ad solam formam; nã neque impudica, neque nuda it Iulia ad maritum, vt Venus ad Paridem. Quæ autem fuerit ea Iulia, nescio: *nec scire fas est omnia.* Sanè Achilles Statius testatur in libris ms. ferè omnibus legi, *Iunia*. Manlius autem optimè de Catullo meritus erat, vt fatetur in elegia 69. cui est initium: *Quod mihi fortuna* &c. vet. lib. *Mallius*. sed infrà, *Torquatus* dicitur: vnde nil mutandum.

QVALIS *Venus Idalium colens.*] eadem mẽte, vt sup. *Collis ô Heliconij cultor*. Idalium, Cypri nemus, & in eo oppidulum, inquit Seruius ad illud 1. Æneid.

Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
Aut super Idalium sacrata sede recondam.

& paulò post:

Et fotum gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos.

vnde lib. 5.

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ. & lib. 10.
Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliæque domus. Theocritus in Syracusis:

Δέσποιν' ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλησας αἰπεινάν τ' Ἔρυκα. *Hera & domina Venus, quæ Golgon & Idalium diliges, & altum Erycem.* Quo respexit Catullus ipse, epi. 37.

Nunc ô cæruleo creata ponto
Quæ sanctum Idalium, Vriósque apertos,
Quæque Ancona, Gnidumque arundinosam
Colis, quæque Amathunta, quęque Golgos, &c.

VENIT *ad Phrygium iudicem.*] venit cum Iunone & Minerua ad Paridem. Nota pueris fabula. Horat. od. 3. lib. 3. carm.

Ilion, Ilion fatalis incestusque iudex,
Et mulier peregrina vertitur in puluerem.

Virg. 1. Æneid.

Manet alta mente repostum Iudicium Paridis.

Vide Euripidem in Andromacha, vbi hoc iudicium describitur. item Lucianum & Apuleium, lib. 10. qui graphicè descripsit hanc fabellam, & deorum pulchritudinem. vide & apud Ciceron. 1. de Diuin. veteris Poëtæ sententiam.

BONA *virgo nubet.*] figura traductio est: item *διλογία*. traductio quia variis casibus ludit; vt infra: *Dux bona Veneris, boni coniugator amoris. διλογία*, quia bona virgo, pudica, & bona, formosa: vt alibi: *Infesto pueris bonis, malisque.* Propert. eleg. 28. lib. 2.

Palladis aut oculos ausa negare bonos.

CVM *bona alite.*] *Cum* vacat *ἀρχαϊκῶς*, vt inf. *Transfer omine cum bono limen.* Sophocles in Trachin. *σὺν οἰωνοῖς ἀγαθοῖς.* id est, cum bonis auibus: erant enim aues quædam nubentibus infaustæ: vt apud Græcos *Κρὲξ δυσοιώνιστον ὄρνεον* habebatur, eiusque auspicio nupsisse Helenam ait Interpres Lycophronis; qui addit *Κρὲξ ὄρνεον θαλάσσιον, ἰβιδι ἐοικώς.* Contra bonæ quædam aues credebantur, quæ à Callimacho: *αἱ λῦτρα τῆς Παλλάδος* dicuntur, *ἀγαθαὶ πτέρυγες.* Plin. cap. 8. lib. 10. *Accipitris Circi altero pede claudi felicissimus nuptijs aspectus.* vnde Plutarchus, *ἐν αἰτίοις*, Auspices, quos vocat *τοὺς ἐπ' οἰωνοῖς ἱερεῖς*, nuptiis interponi scribit. & Valer. cap. 1. lib. 2. & Tacit. l. 11. de nuptiis Messalinæ. In Prologo Casinæ. *Vtro ibit nuptum non manebit auspices.* Cicero pro Cluentio. Lucanus: *Contentique auspice Bruto.* Virg. 4. Æneid. *Dijs equidem auspicibus*, &c. Iuuenal. sat. 10. *Veniet cum signatoribus auspex.* Fefellit autem vatem Catullum suum auspicium: nam paullo post obiit Iulia, vt intelligere est ex epistola ad Manlium.

FLORIDIS.] lætis aspectu, & vernantibus. vel te vera florem gestantibus, quia & baccas fundit myrtus: sed laurus ferr baccas sine flore. *Floridus* Græcis *ἀνθεμώδης*, vt *λειμῶνες ἀνθεμώδεις.* hinc ad alia transfertur. Cicero in oratore: *Floridior Lysias, quam Hyperides.* Plinius: *Colores alij austeri, alij floridi.* Virg. 7. Æn. *Florentes ære catervas.* noster ad Manlium: *Iucundum cum ætas florida ver ageret.* Et florem hic cũ nitore coniungit, vt infr. *Ore floridulo nitens.*

ENITENS.] nitidam speciem præ se ferens & hilaram. Virg. 4. Æneid.

Tantum egregio decus enitet ore. Horat. od. 8. lib. 11. *enitescis Pulchrior multo.* Et od. 19. lib. 1. *Vrit me Glycere nitor.* Nitorem etiam in herbis agnoscit Horat. epist. 10. lib. 1.

Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis.

& in arboribus A. Gellius, cap. 1. lib. 12. *At sæpe videas arborem lætam & nitentem deterioris terræ succo periisse.*

MYRTVS.] Hamadryades oblectãtur myrto, præsertim siluestri. Vnde lib. 3. Æneid. cum è myrto ramos euellisset Æneas, & inde ma-

A nasset cruor: *Multa*, inquit, *mouens animo nymphas venerabar agrestes.* Comparat autem Iuliam cum myrto, quam ante contulerat cum Venere, quia & myrtus sacra grataque Veneri. Virgil. ecl. 7.

Populus Alcidæ gratissima vitis Iaccho,
Formosæ myrtus Veneri sua laurea Phœbo.

Sic & Ariadnam infra cum myrto comparat:

Quales Eurota progignunt flumina myrtos.

Bene virgo cum virenti myrto confertur, quia virgo à virenti ætate. Myrtum autem *θαλερὸν* illam significat, quod succo & viriditate præstet eoque Veneri dicata sit. De ea Plin.

B cap. 29. lib. 15. *Myrti species Catoni coniugula, fortasse*, inquit, *à coniugiis.* Ibid. *Coniunctioni & huic arbori myrtus præest.*

ASIA.] ab Asia palude, vel Asio prato, quæ ipsa in Asia sunt, deducitur Asius, a. um. Virgil. 4. Georg. *Atque Asia Deiopeia.*

& 7. Æneid. *Sonat amnis & Asia longe Pulsa palus.* Homer. Iliad. 2. *Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι.* Ouid. 5. Metam.

Iam super Europen sublimis & Asida terram.

Asij prati etiam meminit Stephanus *περὶ πόλεων.* Sunt qui Italicam myrtum intelligant, & in

C Apulia natam. Vibius sequester de montibus, *Apulo*, inquit, *Italici partis Asia.* sed *Asia myrtus*, quia iuxta Asiam paludem lætissima proueniat: nam amat paludis ripas, vt maris litora. vnde Ouid.

Et amantes littora myrtos. Item:
Cingere littorea flauentia tempora myrto.

Ridiculus Parthenius qui legendum putauit *Agia* Græca voce, pro sancta & dicata Veneri.

RAMVLIS.] exiguis ramis, *ὑποκορισμῶς*, quia fontes potius quam arbor. Columella: *Ramulis anniculis eos ligato.* Cicero 1. de Diuin.

D *Ramulum adductum in oculum suum recidisse. Ramusculus*, dixit Plin.

QVOS *Hamadryades Deæ.*] Seruius ad illud, ecl. 10.

Iam neque Hamadryades nobis, nec carmina rursus,
Ipsa placent.

Nymphæ, inquit, *sunt quæ cum arboribus nascuntur & intereunt*, *ἀπὸ τοῦ ἅμα ἃ τῆς δρυὸς*, qualis fuit illa quam Erisichthon occidit, lib. 8. Metam. quæ moriens ait:

Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno.

Hamadryades hic pro Naiadibus, vel Napæis: vt vice versa Naïas pro Hamadryade, apud

E Ouidium:

Naiada vulneribus succidit in arbore factis.
Illa perit: fatum Naiados arbor erat.

Et Properr. in fabula Hylæ Hamadryadas posuit pro Naiadibus. Nam Hamadryades sunt in ipsis arboribus: Dryades inter arbores habitant: Nereides in mari: Naiades in fontibus: Oreades in montibus: Napææ in hortis.

LVDICRVM *sibi.*] ad ludum & oblectationem *Ludicrum* est *τὸ παίγνιον*, quia pueri & puellę propriè *παίζειν* & ludere dicuntur. hinc Ouid.

Et puer es nec te quicquam nisi ludere oportet.

Ludicra seriis opponuntur, & ita dicuntur certamina in quibus imago belli tantum, peri-

culi nihil. Ludere autem Nymphæ dicuntur, quia puellæ finguntur. Virg. ecl.9.

Huc ades ô Galatea: quis est nam ludus in vndis? & Martial. *Lusit Nereidum facilis chorus æquore toto.*

N V T R I V N T.] aluntur plantæ & crescũt. Ipse in carm. nupt. *Quem* (florem) *mulcent auræ firmat sol, educat imber.* In Ariadna, *auráve distinctos educit verna colores.* Virg. 2. Georg.

Hoc (humore) *pinguem & placitã paci nutritor oliuã.*

R o s c i d o *humore.*] liquore roris instar tenuissimo, & limpidissimo. Virg. ecl. 8.

Sepibus in nostris paruam te roscida mala. id est, *rore perfusa*, inquit Seruius. Propert. el.30. lib.2.

Libeat tibi Cynthia mecum, ...

Roscida muscosis antea subire iugis. ...

& el.20. lib. 1. ...

Roscida desertis poma sub arboribus. *Humor*, autem dictus auctore Varrone 4. de L. L. *ab humo, quia Terra abit in nimbos imbresque.* vt ait Lucilius & Pacuuius: *Exhalat auram terra atque auroram humidam.* vbi malim legere: *Atque aura rorem humida*, vel, *aurora rorem humida*, ex Cic. 1. de diu.

Cum primum gelidos rores aurora remittit.

Q v a r e *age.*] formula hortantis. In Ariadna: *Quare agite, optatos animis coniungite amores.* Virg. 7. Æneid.

Quare agite & armari pubem, portisque moueri

Lætus in arma para. & 8. *Quare agite ô iuuenes, &c.*

H v c *aditum ferens.*] vt Virgilio & Horatio *ferre pedem.* Plaut. Amphith. act.3. sc.1. *Aduentum apporto.* Ipse in Arij, *reditum ad vada retulit.* Et, *reditum in nemora ferat.* Et de coma Berenices: *Si reditum retulisset is haud in tempore longo.*

P e r g e *linquere Thespiæ rupis.*] Thespias oppidum Boëotiæ nobilitauit Cupido Praxitelis, quam ab eo Glycerium meretrix consecuta dedicauit. Plutarchus in libello de amore, Thespios ait in Helicone (vrbe) sacra sollennia Amori facere solitos. Pausanias in Boëoticis Thespiam vrbem infra montem Heliconem conditam ait à Thespia Asopi filia, vel à Thespio Etechthei filio, de quo Diodorus Siculus, lib. 5. Plin. cap. 7. lib. 4. *Thespiæ liberum oppidum in Boeotia.* Idem lib. 31. cap. 1. *Thespiarum fons conceptus mulieribus repræsentat.* Rupes autem pro monte κατὰ συνεκδοχήν. Virgil. ecl. 6.

Nec tanto Phœbo gaudet Parnasia rupes.

contra montem pro rupe idem Virgilius posuit, lib. 12. Æneid. nam cum dixisset:

Ac veluti montis saxum de vertice præceps

Cum ruit auulsum vento. subiicit:

Fertur in abruptum magno mons improbus Actu.

A o n i o s *specus.*] linque vt cepisti antra Boëotia colles Heliconij, qui supra Thespias vrbem: *Aonia, quæ & Boëtia*, inquit Seruius in ecl. 6. Virg.

Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum Aonas ad montes.

Hinc *Aonides musæ*, quę apud Ausonium *Boeotia numina.* Quidam antrum Corycium intelligunt in monte Parnasso, vnde musæ Corycides. de hoc antro Laërtius in Pherecide, & Apollonij interpres. Antris autem vt Musæ &

A Poëtæ gaudent cum ob solitudinem, tum ob opacum frigus. Horat. od. 4. lib. 3.

Vos Cæsarem altum, militia simul

Fessas cohortes abdidit oppidis,

Finire quærentem labores

Pierio recreatis antro. & od 25.

Quæ nemora, & quos agor in specus

Velox mente noua? quibus

Antris egregij Cæsaris audiar

Aeternum meditans decus

Stellis inserere?

N y m p h a.] ita vet. lib. Nympha metonymicῶς pro aqua, vt apud Virg. 1. Æneid.

B *Dant famuli manibus Nymphas.* sic enim libri veteres. Propert. el. 32. lib. 2.

Et leuiter Nymphis tota crepitantibus vrbe,

Cum subito Triton ore recondit aquam.

Sic & Tibull. el. 7. lib. 3. *Naiada* pro lympha posuit:

Naiada Bacchus amat, cessas, o lente minister,

Temperet annosum Martia lympha merum.

Q v o s *super.*] vel supra, vel desuper, vel supernè. Plaut. *Super subterque premor angustiis.*

I n r i g a t.] humore perfundit, efficitque rosida antra. sic *horti irrigui.* & *irrigua prata.*

C F r i g e r a n s.] Quæ frigus opacum inducit, & æstum frigore temperat. quasi à frigus frigeris, vt à pignus pigneris, pignerare. Plautus frigefactare. *Calidè comedisti, prandium hoc nunc frigefactas.*

A g a n i p p e.] fons est Boëotiæ, quæ & Aonia dicitur, vt docet Seru. ad ecl. 10. Interpretes Iuuenal. ad illud satyr. 7. *Desertis Aganippes vallibus: locus in Boeotia*, inquit, *Musis sacer.* Pausan. in Boëoticis. In Helicone, qua iter ad musarum lucum, ad læuam fons est Aganippe. filiam Tecmessi Aganippen fuisse docet Plin. cap. 5. lib. 4. Callimachus dicit esse fontem

D Permessi fluminis.

A c *domum*] vet. libri inquit Achilles Statius, *Ad domum.* sed veretur ne Latini non ita loquantur. Atqui Gellius, cap. 1. libr. 12. *Prosequuti eum sumus ad domum quo pergebat.* fortasse legendum, *Ac domo*, pro è domo euoca, vel *Ab domo.* vt Horat. od. 5. lib. 4. *Dulci distinet ab domo.* Achilles Statius legit: *Ac domus dominam*, id est, οἰκοδέσποιναν.

D o m i n a m.] Plutarch. ἐν αἰτίοις, quæst. 30. διὰ τί τὴν νύμφην εἰσάγοντες λέγειν κελεύουσιν· ὅπου σὺ Γάϊος, ἐγὼ Γαΐα. ὥσπερ ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης, καὶ ἐγὼ κυρία καὶ οἰκοδέσποινα. Domini, mariti

E vocabantur: Liuius, lib. 34. in orat. Valerij, item vxor; Sueton. in Claudio, cap. 39. *Cur domina non veniret, requisiuit.*

Ideo ei claues tradebantur, vt ait Festus. Domina autem vxor, & Dominus, maritus dicebatur in eo genere matrimonij, quod fiebat per coëmptionem, vt Seruius notat ad illud 4. Æneid.

Ac dominum Aenean in regna recepit.

Græci quoque vxorem δέσποιναν vocant. Seruius ad illud 6. Æneid.

Hi dominam ditis thalamo deducere adorti.

M e n t e m *amore reuinciens.*] adstringẽs amoris vinculis. Copula & cõpedes in amore sunt.

Horat. ode 13. lib. 1. *Quos irrupta tenet copula,* &c. & od. 33. *Venus grata detinuit compede.*
Tibul. ele. 2. lib. 2.

Flauaque coniugio vincula portet amor.

Virg. 8. Æneid.

Tum pater æterno fatur deuinctus amore. Lucret.
Aeterno deuinctus vulnere amoris. Amor eum vino & ebrietate comparatur: vnde animus, vt vino, sic amore deuinciri dicitur, Propert. ele. 4. lib. 3. *Mentem vincire Lyæo.*
Hinc & solui dicuntur mentes amantium, vt Virg. 4. Æneid.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes.

Tibull. eleg. penult. lib. 1.

Hanc tibi fallaci resolutus amore Tibullus Dedicat.

V T *tenax edera.*] venusta & vsitata similitudo. Eurip. in Hecuba. ὅπως κισσὸς δρυὸς, ὅπως τῆσδ' ἕξομαι. *vt edera quercui, sic huic implicabor.* Horat. od. 36. lib. 1. *Nec Damalis nouo Diuelletur adultero, Lasciuis hederis ambitiosior.* & od. 15. epo.

Arctius atque edera procera astringitur ilex
Latis adhærens brachijs.

Ouid. 2. Metamorph.

Et nunc hac iuuenis nunc circumfunditur illac,
Denique nitentem contra, elabique volentem
Implicat, vt serpens, quam regia sustinet ales,
Pendentemque rapit. Pendens caput illa, pedesque
Alligat, & cauda spatiantes implicat alas:
Vtque solent ederæ longos intexere truncos.
Vtque sub arboribus deprensum Polypus hostem
Continet ex omni demissis parte flagellis.

Galienus Imperator:

Ite agite ô pueri, pariter sudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura vestra columbæ,
Brachia non hedera, non vincant oscula conchæ.

Laberius.

Vt edera serpens vires arboreas necat,
Sic me vetustas amplexu annorum enecat.

Fest. *Ederam flamini diali neque tangere, neque nominare fas est, quia edera vincit ad quodcunque se applicat.* Idem in hedera, per h. *Hedera dicta, quia hæreat: siue quod edita petat: vel quia, id cui adhæserit, edat: quæ in tutela Liberi putabatur esse, quia vt ille, iuuenis semper, ita hæc viret: vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat.*

H A C *& hac.*] pro hac illac. Proper. ele. 3. li. 1.

Et quamuis duplici correptum ardore iuberent
Hac Amor, hac Liber, durus vterque Deus. &c.

A R B O R E M *implicat errans.*] truncos & ramos amplectitur. *errans* ex ederæ natura, quæ serpit; vnde Gallis *lierre*, vt *li* sit vetustus articulus, vel quia errando astringat & liget. Virg. ecl. 4. *Errantes ederas passim cum baccare tellus* &c. Plin. cap. 34. lib. 16. *edera amplexu necat arbores.* ibid. *sepulchra & muros rumpit.* vnde Propert. 7. lib. 4.

Pelle ederam tumulo, mihi quæ pugnante corymbo,
Mollia contortis alligat ossa comis.

V O S *item simul integræ.*] *Integra ab adolescento virgo* dicitur à Terentio in Hecyra. ibid. *Nocte illa prima virginem non attigit.* Ergo ab in & tangẽdo: vt *fontes integri* Horatio & Lucretio.

Quos neque pastores neque pastæ in monte capellæ
Contigerint.

Ipse. *Puellæ & pueri integri,* id est intacti. ἄζυγες.

A V I R G I N E S.] virgines & pueros adhiberi nuptiis, ex quibus chorus constabat, quem *drama* vocarunt, scribit D. Hieronymus in cantica canticorum, & apparet infra in carmine nuptiali.

Q V I B V S *aduenit par dies.*] quæ mox nubetis. Sic in Ariadna:

Adueniet vobis portans optata maritis
Hesperus.

A G I T E, *in modum dicite.*] ἐμμελέως Apollonius. Virg. eclog. 6.

Tum verò in numerum faunosque ferasque videres
B *Ludere.*

Ipse infrà. *Io concinite in modum.* εὐρύθμως. Tibull. eleg. 7. lib. 1.

Motus & ad certos nescia membra modos.

Propert. ele. 23. lib. 2.

Et Phrygis insanos caditur ad numeros.

V T *lubentius.*] Cupidius & facilius. potest *lubentius* referri ad audiens. Horat. sat. 6. lib. 2.

Matutine pater seu Iane libentius audis.

vel ad adientum ferat, vel ad vtrumque.

A V D I E N S *se citarier ad suum munus.*] *Citare, vocare,* inquit Fest. in Procitant. & citari, nomi-
C ne vocari, vt hic Ouid. in epist. Didûs.

Hinc ego me sensi noto quater ore citari;
Ipse sono tenui dixit, Elissa veni.

apud Valerium cap. 4. lib. 2. *Prælecto nomine Salinatoris, citatus necne ille esset, hæsitauit: tum Nero citari collegam iussit.* sic reum, accusatorem, Iudices citare. Sueton. in Neron. cap. 44. *Citare tribus ad sacramentum.* Plautus, Pseudolo. *Aduortito animũ, non adest. At tu cita.* citari igitur ad munus suum est vocari ad officium & procurationem suam. Fest. *munus, aut officium, aut quod officij causa datur.* Paulus L. munus de verb. sign. *munus & donum & onus & officium.*

D H V C *aditum ferat Dux bonæ Veneris.*] huc veniat auctor & signifer honestę & legitimę Veneris. Eundem & comitem esse ait Propertius el. 3. lib. 4. *nec recta capillis*
Vitta data est: nupsi non comitante Deo.
Claudian. *Hunc musa genitum legit Cytherea ducẽq; Præfecit thalamis.* *Bonæ veneris.* & infra. *Bona te Venus iuuerit, quoniam bonum non abscondis amorem.* & suprà. *Bona cum bona nubet alite Virgo.*

B O N I *coniugator amoris.*] Idem fortasse Hymenæus cum Iugatino Deo, de quo Augustin. lib. 6. de ciuit. Dei. Iugare est rei rusticæ etiam in vlmis & vitibus maritandis. Vetus Poëta a-
E pud Terentianum. *Quando flagella iugas, &c.* Seruius. *Iugum matrimonium contrahentibus antè imponi solitum & inde dici coniuges & coniugium.* hinc *ferre iugum.* & *iugalia vincula,* & *iugales tedæ. iugare,* iungere Cic. 4. Tusc. *omnes virtutes inter se iugatæ.* & 1. Offic. *est ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.* hinc *coniugatio capitum in vitibus.* Cic. de Senect. Festus. *iuges, eiusdem iugi pares; vnde coniuges.*

Q V I S *Deus magis optimis.*] v. l. *Amatis,* vel *Amatis.* vnde Scal. legit *ab magis.* vt *nimis ab nimis. miser ab miser.* Achilles Stat. *à macris,* quia *fecit amor macrem.* ego malim *magis ac magis.* vt *magis magis, magis atque magis, magis magisque.* Auantius adulterinæ lectionis *Optimis* auctor.

QVEM *colant homines magis cælitum.*] Quem venerentur & inuoceur magis è diis superis, quia est Vraniæ filius: vtitur autem & Cicero verbo *Calites* 6. de rep. *Et grates tibi ago summe sol, vobisque reliqui calites.*

TE *tremulus parens.*] in mſ. *Romulus*, siue *Remulus* corruptè. rectè *tremulus*, cuius membra tremunt: vt infrà. *vsq. dum tremulum mouens cana tempus anilitas.* Propert. el. 1. lib. 4.

Cum pater in nati tremulus ceruice pependit.

tremoris causa, vt docet Macrobius lib. 7. eum sanguis neruos relinquit, quibus vis membrorum tenebatur, vnde Virgil. 5. Æneid.

——— *Gelidus tardante senecta Sanguis hebet.*

INVOCAT *suu.*] suis, nempe liberis, vt adsis precatur.

TIBI *virgines zonula soluunt.*] Fest. *Cinxia Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio coniugij solutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta.* Ouidius.

Castaque fallaci zona recincta manu. suprà.
Quod zonam soluit diu ligatam. Item:
Ne quærendum aliunde foret neruosius illud,
Quod zonam posset soluere virgineam.

Soluit hic quoque syllabas verbi, vt ille zonam nuptæ. Sic supr. *Quod zonam soluit diu ligatam.* Tibull. eleg. 5. lib. 4.

Sed potius valida teneantur vterque catena,
Nulla queat posthac quam soluisse dies.

& elegia 7. lib. 1.

Stamina non vlli dissoluenda Deo. &
Pectora tristitia dissoluenda dedit. Ipse.
Pristina vota nouo munere dissoluo.

Idem Festus in Cingulo. *Cingulo noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto soluebat, factum ex lana ouis: vt sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus, vinctusque esset. Hunc Herculano nodo vinctum vir soluit ominis gratia: vt sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, vt fuit Hercules qui 70. liberos reliquit.* Meminit Arnob. lib. 2. & 3. Seruius eò respexisse Virgilium putat 4. Æneidos, cum ait: *Soluitque pudorem.* Hinc Dea Virginensis quæ zonæ virginali soluendæ præerat. Augustin. lib. 6. de ciuitat. Dei. A zonę solutione Græci puellas Venerem expertas λυσιζώνας vocant. Erat & Diana λυσιζώνη id est soluizona Græcis, de qua Theocritus, Orpheus in hymnis, & Apollonij interpretes: sed tum aiunt zonam illam solui solitam, cùm nupta pareret, non prima nocte nuptiarum.

SINVS.] synecdochicῶς vestes sinuosas. Nam sinus sunt, quos Gallicè vocant *les plis des robes.* Liuius Andronicus apud Terentianum.

Balteus & reuocet volucres in pectore sinus.

Sinus etiam de corpore intelligere possumus, & altius præcinctam nouam nuptam; quo pertinet illud Festi in calasis. *Calasis tunicæ genus, quod Græci καλάσιριν dicunt: alij dicunt nodum esse tunica muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica submittitur.*

TE *timent.*] Primus Muretus veterem lectionem mutauit *Te timens*, adhibita interpunctione *timent*: & refert ad timorem nuptarum, quæ primum illum congressum formidant. Sequentia verò sic exponit: *Nouus maritus captat*

A *aure cupida.* id est, attentis auribus exspectat, dum illud veluti classicum pugnæ nocturnæ canatur. Achilles Statius sic exponit. Nouus maritus timens ne voto excidat, te cupida aure captat. vel mutat *timens* in *tenens*, hoc sensu, Noua nupta, quæ te tenet, & potitur marito suo, non contenta nouos maritos captat. Ego sic expono. Nouus maritus timés simul & sperans. nam in amore, vt ait Propertius:

Spesq; timorq; animum versat vtroque modo. Ouid.
Res est sollicita plena timoris amor. An fortè

legendum pro *timens, ciens*: quia scriptum *tiens.* sic sup. excitus, citarier, inuocat.

B NOVVS *maritus.*] Nouus maritus vt suprà. *coniugis cupidam noui.* & alibi.

Inuiscente nouo prælia torna viro. Plau. Casina.

Lubet Chalinum quid agat scire nouam nuptam cum nouo marito. vtitur eo sermone & Festus in Nuces, & in Nepotia. verbo Græcè dixeris νεόγαμος.

CAPTET *aure cupida.*] Capere & audire studet, hymenęum exspectans. Captet verbum venationis proprium, vt Virg. 1. georg.

Tum laqueis captare feras.

Propert. eleg. 19. lib. 2.

Incipiam captare feras, & reddere pinu Cornua.

C Tibull. eleg. 7. lib. 2.

Hac laqueo volucres, hac captat arundine pisces.

hinc *captare sermonem.* Terent. Phormione. *Auribus aera captat.* Virg. 3. Æneid. & ecl. 1.

Frigus captabis opacum.

Elegantèr Plautus in milite. *Viden tu illam oculis venaturam facere, & aucupium auribus.* id est, spectare & auscultare. Ibid. *Speculabor ne quis venator adsit cum auritis plagis.* cupida autem dixit, vt Propertius eleg. 5. lib. 3.

Suspensis auribus ista bibam.

Cic. in Oratore. *Demosthenes non semper implet aures meatis: ita sunt auida & capaces.* & Lucretius li-

D bro 4. *vt omne*

Humanum genus est auidum nimis auricularum.

id est, auriculas nimis auidas habet. & vult sēper audire aliquid noui. Lambinus ridiculè auriculas auditores exponit.

TV *fero iuueni in manus.*] Alludit ad *conuentionem in manum*: vt in Andria Terentius de futura vxore, *hanc mihi in manum das.* de conuentione in manum Cicero Topicis, ibi Boëtius, & Vlpianus in fragmentis, quæ fiebat farre & coëptione, non vsu. sic Plautus Asin. *Si mihi dentur duo talenta argenti in manum.* erat autem, quæ cōuenerat in manum, in mancipio mariti, & ei

E suus hæres. Liuius lib. 34. in orat. Catonis. *Minus filia, vxores, sorores etiam quibusdam in manu erũt nunquam saluis suis exsuitur seruitus muliebris.*

FLORIDAM *ipse puellulam.*] Integram & teneram virginem. ἀδμῆτα, ἀνύμφευτον. dixi supr.

MATRIS *è gremio.*] *Simulatur*, inquit Festus *rapi virgo ex gremio matris, aut si ea non est, ex proxima necessitudine, cum ad virum trahitur, quod videlicet ea res fœliciter Romulo cessit.* Virgilius 10. Æneid.

Quid soceros legere, & gremijs abducere raptas.

vide supra vers. 3. huius hymenæi.

DAOIS.] Arbitrio & potestati permittis.

infrà, *Dedatur cupido iam dudum nupta marito.* *dedere* verbum est rei militatis, vel iuris ciuilis in noxalibus actionibus, vbi res dedita, propria & perpetua fit accipientis. ideò infrà:

Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

NIL *potest sine te Venus.*] Claudianus de Hymenæo.

——Nullum iunxisse cubile
Hoc sine, nec fas est primas attollere tedas.

sine Hymenæo sunt innuptæ nuptiæ.

FAMA *quod bona comprobet.*] fama bona εὐφημία, εὐλογία Ouid. 4. fast. de Venere.

Illam supplicibus verbis placate: sub illa
Et forma, & mores, & bona fama manet.

Propertius el. 32. lib. 2.

Rumor & in tota non bonus vrbe fuit.

Virg. 4. Æneid.

Exstinctus pudor, & qua sola sidera adibam
Fama prior. Item.
——Et oblitos fama meliores amantes.

Ouid. de Didus & Æneæ innuptis nuptijs.

Nec legitur pars vlla magis de corpore toto,
Quam non legitimo fœdere iunctus amor.

COMMODI *capere.*] Commoda nuptiarum sunt liberi, quæ Virg. 4. Æneid. *Præmia.*

Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris.

Homerus dixit ἔργα Ἀφροδίτης.

VOLENTE.] annuente, propitio & fauente. Virg. 1. Æneid.

Ponuntque ferocia Pœni Corda volente Deo.

contrà *heris inuitis*, alibi Catullus, id est, *Dijs non propitiis.*

QVIS *huic Deo Compararier ausit?*] vocatur hæc figura παραγωγή Carisio lib. 4. cum aliquid ad nouissimam partem dictionis accedit. vt alibi.

Atqui nec diuis homines componier æquum est.

& Virg. 9. Æneid.

—— admittier orant.

NVLLA *quit sine te domus.*] *Domus* pro familia Virg. 1. Æneid. *Domus Assaraci.* Et alibi: *domus Aeneæ.* Horat. od. 29. lib. 1. *Socraticam domum.*

LIBEROS.] liberi enim non dicuntur, nisi concepti ex iustis nuptijs, quamuis Plautus ludens in Captiuis dixerit *Lanis concinnant liberis orbas oues.* Liberos I C. docent & de vno dici, & de vtroque sexu, & proferri ad nepotes ac pronepotes. quod autem liberi non sint nisi è iustis nuptijs, paret, quia si cui in tempus liberorum, tertia pars relicta sit, non poterit adoptando tertiam partem consequi. Vlpian. leg. si ita quis testamento. §. vlti. de legat. 2. Papinianus leg. fideicommissum. de conditionibus & demonstrat. *fideicommissum à filijs relictum, si quis ex his, sine liberis decesserit, adoptionis commento non excluditur.*

DARE.] *Dare*, edere, gignere: vt infrà.

Et breui liberos date.

Virg. 1. Æneid.

Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Claudian. de nuptijs Honorij & Mariæ:

Te Leda mallet, quam dare Castorem.

NEC *parens stirpe dicier.*] *Parens*, non refertur ad *domus*; sed ἀπὸ κοινοῦ reuocandum. *nullus sine te parens.* Muretus ita dictum putat, *parens stirpe*,

A vt *prole parens* apud Virg. 1. Æneid.

——Et pulchra faciat te prole parentem.

verum aliud est. Græci ῥίζαν καὶ φύτευμα καὶ ἔρνος dicunt, vt Latini stirpem. dixit *stirpe parens*, è cuius corpore, tanquam ex arboris stirpe rami & frondes, liberi procreati, quia & parens dici quis potest adoptione: & parentis nomen cum referatur ad auum, abauum, atauum, proauũ, tritauum & maiores, id efficit stirpes, vnde rami plures. *Stirps*, inquit Carisius libro 1. *pro sobole etiam masculini generis.* Pacuuius. *Quis stirpem occidit meum?* Ennius apud Varronem libr. 6. de L. L. *Vt tibi Titanis Triuia dederit stirpem li-*
B *berûm.* Virg. 11. Æneid.

——Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum.

dicitur & stirps parentum, Virg. 3. Æneid.

Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus.

Seruius, *Stirps*, inquit, *modo radix, modo ima summitas.* Pro *dicier*, editum est in aliis *nitier*, quod exponit Achilles Statius. Parthenius legisse videtur *deuincier*, repugnante versu: fortasse scriptum fuit *deicier*, pro *dicier*. Nitier, autem ait Scaliger, est ab Auantio, qui & in scriptis libris & veteribus editionibus esse *vincier* ait. vnde
C efficit *iungier*. & sic exponit. Parentes ex non iusto coniugio non posse iungi stirpe, hoc est, non posse transmittere hereditatem ad liberos: quia ex non iusto connubio conceptus est peregrinæ conditionis, nec quicquam de bonis ciuis Romani capit: At suus hęres cum immiscet se hereditati, continuat ius patris sui potius, quam patri succedit. Ego non puto iũgi stirpe parentem latinè dici, nec patrem iungi filio, aut filium patri.

QVI *tuis careat sacris.*] sacra nuptialia siue solennia nuptiarum vocabantur *hymenæa*. Suidas in ὑμεναίῳ. Ouid. *Et iuuenes hymenæa canunt.*
D Martianus Capella in musica.

Instaurare iubet tunc hymenæa Venus.

Ouid. 4. Met. *Nec coniugalia sacra*
Qui canat est clamor.

Valerius Flaccus de nuptiis lib. 8.

Primus celebro dotalia sacra.

NON *queat dare præsides.*] Macer I C. l. 1. de offic. Præsid tit. 18. li. 1. *Præsidis nomen generale est*, inquit, *eóque & proconsules, & legati Cæsaris, & omnes prouincias regentes, præsides appellantur: sed procõsulis appellatio specialis est.* Carisius lib. 1. *Præses à præsidendo, vt reses, deses, à residendo & desidendo.* Isidorus lib. 9. *Præsides dicti, qui alicuius loci tute-*
E *lam tenent.* Idem ibidem: *Præsides dicti rectores prouinciæ, ab eo quod præsunt.* Seruius in illud 6. Æne. *Arces, quibus altus Apollo Præsidet*, id est, *quibus præest*, inquit, *& quas defendit.* Ergo hic *Præsides, tutores, & defensores finium.* Idem Seruius in illud lib. 11.

Armipotens belli præses Tritonia virgo.

id est, inquit, *quæ præest omnibus bellis.* Parthenius hunc locum de magistratibus & rectoribus prouinciatum explicat: vel (quod ridiculum) de obsidibus, qui non nisi legitimi darẽtur, vt pro obsidibus præsides dixerit. Scaliger superiorẽ Parthenij sequitur interpretationẽ.

Quia

Quia, inquit, *qui non ex iustis nuptijs concepti sunt, peregrini sunt, nec munerum ciuitatis Romanæ particepes, atque ideo magistratum capere non poterant.* Muretus nescio quid garrit, de iis qui Cœlibes essent, quasi ij à magistratibus summouerentur, quod ipse somniauit. Ego nihil horum probare possum, quia Præsidis nomen pro magistratu & rectore prouinciæ ante Augustum vix reperias. Is enim primus, vt Strabo & Suetonius docent, cum populo prouincias ita partitus est, vt in suas prouincias Præsides mitteret, quos διοικητὰς generali nomine vocat Strabo. Populus in suas, ὑπάτους ἢ στρατηγούς. id est, Consules & Prætores siue potius Proconsules & Propretores. Inueni tamen exemplum apud Sallustium in Oration. Marcij. *Nisi quia vt olim Præsides, nunc dominos per suffragia destinatos.* Itaque iustos milites & duces exponο, quorum virtute fines patriæ defendantur. Virg. 1. Æn. *Late fines custode tueri*: nam Præsidere valet tueri & defendere, vt docuimus ex Seruio. Liuius sub finem lib. 23. *Siciliam ac Sardiniam quæ ante bellum vectigales fuissent, vix Præsides prouinciarum exercitus alere.* Idem, lib. 36. in Orat. Annibalis ad Antiochum. *Cum omnibus copijs in Bellyonium agrum procedes, & inde Græciæ præsidebis.* Cic. 2. In Rullum: *Libertatis custos & Præses Tribunus plebis.* Et pro Sextio: *Senatus reip. Præses & custos.* Inde *Præsidium*, quod pro vtilitate & salute alicuius, auxilij gratia præponitur. Festus. Varro 4. de L L. *Præsidium dictum quia extra castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior regno esset.* Milites illi qui finibus Imperij præsidebant, vocabantur *limitanei.* vt in l. vet. Cod. de offic. Præf. Præt. Suidas στρατιωτῶν πλῆθος ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων, οὓς (στρατιώτας) ἐκάλουν λιμιτανέους. Milites autem ciues tantum erant, vt patet apud Sallustium, vbi Catilina seruos negat se armaturum, quia nolit causam ciuium cum seruis communicare.

T E R R A *finibus.*] fines συνεκδοχικῶς exponũt regiones & prouincias. Sic Virgil. 4. Æneid. *Finibus extorris, complexu auulsus Iuli.* & 1. Æneid. *Dido finibus arceret.* Item, *Finibus expulsum patrijs.* & ecl. 1. *Nos patriæ fines*, &c.

C L A V S T R A *pandite.*] aperite fores remotis repagulis & obicibus. Varro 6. de LL. *Seræ dicuntur quibus remotis fores panduntur.* Ouidius, *Difficilem moto cardine pande forem.* *Pandere*, apud Nonium in *Pandere*: Varro dictum ait lib. 1. de vita Pop. Rom. *A pane dando, quia fanum Cereris nunquam claudebatur ijs, qui ad illud asylum vellent confugere.* Hinc Panda Dea apud Arnobium & Gell.um, sed ea non præest portis. Et Pandana porta Romæ, sic dicta, vt ait Festus: *quod semper pateret.* Charis. lib. 2. *Pando, is, & pando, as, dicitur, sed diuersa significatione.* *Claustra* autem à claudendo, vnde Ennius apud Varronem 6. de lingua Lat. *ad Hellesponti claustra*, quod Xerxes quondã eum locum clausit. Virg. 2. Æneid. *Nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre valent, labat ariete crebro, Ianua & lexat claustra.* Ibid. & lib. 7. *Portarum ingentia claustra.* Idem pro carcere, *Circum claustra fremunt.*

I A N V Æ.] Seruius ad illud Virg. 1. Æneid.

A *Foribus cardo stridebat aënis. fores proprie dicuntur quæ foras aperiuntur, vt apud veteres. valuæ, vt ait Varro, quæ reuoluuntur, & se velant. Ianua, primus domus ingressus. dicta quia Iano consecratum est omne principium.* cetera intra Ianuam, ostia vocantur generaliter, siue valuæ sint, siue fores.

V I D E N *vt.*] εἶδος ἀποστροφῆς. nam neminem certum alloquitur. & *viden*, aduerbialiter, pro ecce. Plautus Curculione, *Viden vt dormiunt.* infra in carmine nuptiali: *Viden vt perniciter exsiluère.*

F A C E S.] faces nuptiales Euripides in Phœnissis vocat, φῶς νόμιμον ἐν γάμοις. de iis dictum B supra.

S P L E N D I D A S *quatiunt.*] Vibrant flammas diffusas in comarum modum. Caluus in Epithalamio. *Hesperium ante iubar quatiens.* Infra: *Viden' vt faces aureas quatiunt comas.* εἰλίσσειν Græcè Theodectes. ὦ καλλιφεγγῆ λαμπάδ' εἰλίσσων φλογὸς ἥλιε πόθητον πᾶσιν ἀνθρώποις σέλας. O pulchricomam lampada quatiens ignis Sol amabile omnibus hominibus iubar. *Comas* dixit, quia in modum comarum & capillorum diffunditur lumen. Itaque Festus: *Iubar quem Græci φωσφόρον, quod splendor eius diffunditur in modum iubæ leonis.* Æschylus in Agamemnone: φλογὸς μέγαν πώγωνα. C flãmæ magnã barbam. sic πωγωνίας dicitur stella quędeorsum comam pręfert, vt κομήτης sursum. Et Virgilius dixit, *Comatam galeam & cristas comantes & comam tondebat Acanthi.* Comæ inquie Seruius propriè non cęsi capilli. vt Theophrastus, κόμην τοῦ ἀψινθίου. hinc sol χρυσόκομος. Albin. ad Liuiam v. 256.

Aethera subiectus lambit & astra comis. (flamma.)

S E D *moraris. Abit dies.*] struis pedem conuenit cum eo quod sequitur, *Tardat ingenuus pudor.* idioticũ, *abit dies*, nox instat: nam vesperum iam exortum esse oportebat. Plaut. Pseu- D dolo: *It dies.* Idem Menech. *dies hic ad vmbilicum mortuus.*

P R O D E A S.] egrediaris domo paterna.

N O V A *nupta.*] νεόνυμφος γυνή. Festus: *Nuptias dictas esse ait Santra ab eo, quod Nymphas dixerunt Græci, antiqui γάμον. Inde nouam nuptam νέαν νύμφην.* Porro antequam virgo peteretur, sperata; cum petita necdum desponsa, dicta, pacta, promissa: contractis sponsalibus, sponsa: ipso die nuptiarum, noua nupta: postea vxor dicebatur.

T A R D A T.] in m.sc. omnibus est, *Tardet*, quod Achilles Statius temere repudiat. Sic apud Virg. *denset.* 1. Georg. & *densentur.* 7. Æn. E sic dico, dicis, & dico, dicas, & diceo, dices. vnde *dicebo* Næuius, pro dicam apud Nonium. sic supra, *hic Nubet.* v.l. pro nubit.

I N G E N V V S *pudor.*] qui virgines ingenuas, puerosq. ingenuos decet. Victruuius in proœmio, lib. 6. *Ingenuus color mouetur pudore, petendo rem suspiciosam.* Propert. el. 24. lib. 2.

Cui non his verbis aspergat tempora sudor?

Aut pudor ingenuus aut reticendus amor?

Pythias Arist. filia interrogata quis esset color pulcherrimus, *Is*, inquit, *qui ex pudore in hominibus ingenuis nascitur.* Diogenes adolescenti qui erubuerat, *Macte virtute, hic enim virtutis color.* Cato etiam adolescentes eos probabat qui erubes-

B

cetent non qui pallescetent. Tibull. el.4.l.1.

Virgineus teneras stat pudor ante genas.

& el. 4. lib. 3.

Candor erat, qualem præfert Latonia Luna,
Et color in niueo corpore purpureus.
Vt iuueni primum virgo deducta marito
Inficitur teneras ore rubente genas.

Virg. 1. Georg.

At si virgineum suffuderit ore ruborem.

vnde veteri Poëtæ apud Cic. Virginalis modestia, quæ Hesiod. αἰδῶ ἀγαθή.

QVVM *tamen.*] Scaliger legit, *quæ tamen.* & sic lib. vet. Memmij. alij libri habent, *Quin.* alij, *quem. Tamen* παρέλκει, vel tandem. Horat. od.3. lib. 1.

Si tamen impiæ,
Non tangenda rates transiliunt vada.

Propert. el. 4. lib. 2.

Vnde tamen veniant tot mala cæca via.

MAGIS *audiens.*] Achilles Statius legit:

Quem tamen magis audiens.

id est, cui pudori parens, & obtemperans flet. Horat. od.13. lib. 1.

Non, si me satis audias, speres, &c.

Virg. 1. Georg.

Neque audit currus habenas.

FLET.] *Ploratus tantum lacrymarum est: planctus tantum vocum: fletus ad vtrumque pertinet*, inquit Seruius ad 6. Æneid. has autem nuptarum falsas esse lacrymas putat ipse in Coma Berenices:

Estne nouis nuptis odio Venus? Anne parentum,
Frustrantur falsis gaudia lacrymulis,
Vbertim thalami quas intra limina fundunt?
Non, ita me diui, vera gemunt, iuuerint.

QVOD *ire necesse est.*] Sic veteres libri omnes, vt nulla fiat synalœpha, sensus est. quod iubeatur & cogatur ire ad virum à parentibus, qui eam desponderunt: *Et genero sua iura simul cum dote dederunt.* Pompei vox celebrata cum aduersa tempestate diuertere in portum proximum vellent nautæ. *Nauigare necesse est, viuere non est necesse nobis.*

FLERE *desine.*] ne corrumpe oculos, ne fœda, vt loquitur Tibullus.

NON *tibi Herculeia.*] alij libri *Arculeia. Arundea. Aruncl ea. Hirculeis.* Herculeius Sertorij legatus commemoratur à Frontino, cap. 5. Stratagematon. & in fragmentis Sallustij 2. histor. Scaliger retinet Aurunculeia, sed fallitur, cum ait exterendam tertiam syllabam. nam tum esset spondeus in prima sede. collidendum potius *an* cum vocali vltima superioris versiculi: *Aurunculeiae.* alterum Cottarum cognomen.

PERICVLVM *est.*] sic vulgo loquimur, *Non est quod caueas, ictus procul abest.* sic Plautus Pseudolo: *Periculum non est, ne quid recte monstres.* Act. 1. sc. 3. quomodo Græcis κινδυνεύειν, periclitari, periculum adire. Plautus ibid. *Nullum periculum est, quod sciam, stipularier.* Ita Cicero: *caue putes.*

NE *qua fœmina pulcrior.*] vt vir, pro marito, sic fœmina pro muliere & vxore, & quæ iam tulerit iugum. Itaque apud Liuium lib. 34. fœminæ, coniuges, mulieres, matronæ, matres

A familias, vxores eædem. Sententia est. Hodie virgo es pulchra; times ne quid pulchritudinis amittas: caue putes aliquam cras te futuram mulierem pulchriorem. notus Ciceronis iocus, qui cum ab amicis argueretur, quod senex puellam virginem duxisset: *Cras*, inquit, *mulier erit.* Pulcrum autem Varro aspirari debere negat; inquit Charisius lib. 1. ne duabus consonantibus media intercedat aspiratio. vnde & sepulcrum hodieque manet. Contra Seruius in 3. Georg. tria antiqui habebant, quæ recipiebãt aspirationem, sepulchrum, orchus, pulcher. Cicero 4. Tusculana. *Pulchritudo est apta*

B *figura membrorum, cum coloris quadam suauitate.* & offic. 1. *Pulcritudinis duo genera, vnum venustas feminarum; alterum dignitas virorum.*

CLARVM *ab Oceano.*] ab Indico mari & Eoo diem nasci opinio est. vnde Virg. 4. Æn. & initio 11.

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

Homer. Il. T.

Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων ὤρνυτ'.

Ouid. *Iam super Oceanum venit à seniore marito Flaua pruinoso quæ vehit axe diem.* In Oceanũ quoque occidunt sidera. vnde, *Qua Sol vtrumque recurrens Aspicit Oceanum.* & 2. Æneid. *ruit Ocea-*

C *no nox.* Oceanum etiam fluuium. Homerus putauit vt notat Herodotus. vnde Tibullus, el. 4. lib. 3.

Iam nox æthereum nigris emensa quadrigis
Mundum, cæruleo lauerat amne rotas.

Idem el.6. lib. 2.

Quaque patent ortus, & qua fluitantibus vndis
Solis anhelantes abluit amnis equos.

DIEM *viderit venientem.*] significat surrecturam mane non virginem, sed mulierem omniũ formosissimam. Itaque ambiguè, *viderit*, pro olim & præterito tempore, aut visura sit, futu-

D ro. solebant autem mane nuptam visere nutrices. In Ariadna:

Non illam nutrix orienti luce reuisens
Hesterno collum poterit circumdare filo.

TALIS *in vario solet.*] Versicolori, picto. sic *varium limitem cæli*, dixit, stellis distinctum in coma Berenices. & Propert. el.12. lib.3.

Aut variam plumæ versicoloris auem.

vbi vide adnotata.

DIVITIS *domini.*] ideoq. cultiore & politiore. Varro 4. de L. L. *Diues à diuo, inquit, qui vt Deus nullius rei indigere videtur.*

E HORTVLO.] infra,

Vt flos in septis secretus nascitur hortis. Hortus est in tutela Veneris. Festus in Rustica. ideoq. venustam puellã Hyacintho, qui in septis hortorum crescit comparat, vt supra, & myrto. hortum porro sunt qui ab ὄρχος deducant, mutato x in t, vt μόσχος mustus. Charisius lib. 1. *Ortus sine aspiratione, inquit Varro, quia in eo omnia oriantur.* Festus: *Hortus apud Antiquos omnis villa dicebatur, quia ibi qui arma capere possent, orirentur.*

STARE.] quam diu viuidus, vegetusque est flos, stat; si languet, procumbit. vt apud Virgil. 9. Æneid.

Purpureus veluti cum flos succisus aratro:

Languescit moriens, lassoque papauera collo
Demisere caput.

Flos *Hyacynthinus.*] Hyacinthi fabula disco interfecti, & in florem sui nominis conuersi narratur à Seruio in illud ecl. 3. *Suaue rubens hyacinthus.* Theocrit. eid. 10.

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος. Virgilius sic vertit:

Et nigra viola, sunt & vaccinia nigra.

Dioscorid. cap. 61. lib. 4. Hyacinthum à Romanis scribit vocari vaccinium. Pausan. in Corinthiacis Comosandalum eundem esse florem cum hyacintho tradit ex colore, magnitudine, & literis luctus indicibus. Ouid. 10. Metam.

——Tyrioque nitentior ostro
Flos oritur, formamque capit quam lilia, si non
Purpureus color huic, argenteus esset in illis.

Idem lib. 13.

——rubefactaque sanguine Tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs pueroque viroque
Inscripta est folijs: hæc nominis, illa querelæ.

Plin. cap. 11. lib. 21. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctus præferens eius quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt Græcarum literarum figura ai legatur inscripta.* Hinc explica ænigma pastoritium, quod est Virgilij ecl. 3.

Dic quibus in terris inscripti nomina Regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

Vbi reges heroës, vt Horat. od. 2. lib. 4. & in Plauti Pseudolo: *Regem Iasonem.* & in Prologo Amphit. *Reges quo veniant & Dij.*

Si *iam videtur.*] Plaut. in Capt.

Secede nunc iam si videtur huc procul. & Asinaria, sc. 3. act. 3. *Si videtur crede istuc.* eadem igitur sententia dictum, qua supra: *Sed moraris, abit dies.* & ita loquimur cum increpamus tarditatem. sic sis, sultis, sodes, sæpe iubentis, non præcantis. Hinc formuli dimittendæ concionis. *Si vobis videtur discedite Quirites.* Et Consulibus mandabat Senatus his verbis, *Si eis videretur.* Sueton. in Galba, cap. 20. *Hæc agerent quoniam ita videretur.* Scaliger hic nugatur, mutando lectionem & interpunctionem.

Avdias *nostra verba.*] Nostros versus & cantus. Horat. od. 9. lib. 4.

Non ante vulgatas per artes
Verba loquor socianda chordis.

& ep. 1. lib. 1. *Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem Possis.* id est, ἐπῳδαί.

Viden *vt faces aureas quatiunt comas.*] viden vt faces vibrent flammas auri colorem & splendorem referentes. Pindarus initio Olympiorum: χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ. Lucret.

Liquidi calor aureus ignis.

Idem lib. 5.

Aurea tum primum gemmantes rore per herbas
Matutina rubent radiantis lumina solis.

& χρύσεον φάος, Bion dixit, in Bucolicis. Virgil. 4. Georg.

Quod superest vbi pulsam hiemem sol aureus exit.

& Ennius apud Cicer. 1. de diuin. *Simul autem*

A *exoritur sol.* Idem, *Auricomos fœtus dixit.* Euripidi in Troiadibus dicitur, φοῖβος χρυσοκόμας. & Hesiod. in Theogonia. χρυσοκόμης δὲ Διόνυσος, quia idem Liber pater cum sole.

Non *tuum leuis.*] leuis, infidos, sed molliore vocabulo. Propert. el. 16. lib. 2.

Non quia peccaris testor te, sed quia vulgo
Formosis leuitas semper amica fuit. ——

Idem eleg. 28 lib. 1.

Sic mihi te referas leuis.

In *mala deditus vir adultera.*] deditus in segniorem partem. vt alibi:

Sed quæ se impuro dedit adulterio.

B & sæpe Cicero: *deditus libidini.* Deditus in re aliqua. Lucret. lib. 3.

Et simul in pugnæ studio quia dedita mens est.

& lib. 4.

Cur igitur mirum est animus si cetera perdit,
Præterquam quibus est in rebus deditus ipse.

Mala autem *adultera*, vt Plauto & Terentio, *meretrix mala.* Propert. el. 4. lib. 4.

Et satis vna malæ potuit mors esse puellæ. Ipse,
Cum quibus illa malum fecit adulterium.

Adulterare est corrumpere, vt monetam, signum, testamentum. hinc *adulter* & *adultera*, qui alienam matrem familias corrumpit, vel C virum. Festus: *Adulter & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferant.*

Pro *qua turpia persequens.*] Parthenius, *probra.* rectè & apertè, si modo ex vet. lib. vnde Festo: probrum, adulterium, vel incestus, & Plauto in Aulol. Sed lib. vet. ms. habent, *procaca.* vnde Scaliger: adoltera procca turpia persequens, vt proca adoltera sit virosa, quæ petat sæpius quàm petatur. *Persequi turpia*, est amorem non concessum sequi. nam sequi & persequi est amatorum. Virg. ecl. 2. *Torua leæna lupum sequitur.*

D Volet *secubare.*] seorsum cubare. hinc secubitus in Ariadna:

Anxia nec mater discordis mæsta puellæ
Secubitu, caros mittet sperare nepotes.

A *tuis teneris papillis.*] id est, à te ipsa. papillæ autem propriè bullæ eminentes. à papula, papilla. Serenos:

Excrucient anum turpes si forte papillæ.

Seruius ad 3. Æneid. *Mamilla*, inquit, *est omnis eminentia vberis: papilla vero breue illud, vnde lac trahitur.* Festus: *Papilla, capitula mammarum dicta, quia papularum* (ea sunt vitia & tubercula corporis) *similes sunt.* Isido. idem quod Festus, sed di- E ctas putat, quod infantes eas pappent, dum lac sugunt.

Lenta *vitis.*] flexibilis. Virg. ecl. 3.

Lenta quibus torno facili super addita vitis.

Idem ecl. 10.

Mecum inter salices lenta sub vite iaceret.

Idem 1. Georg.

——lentæ retinacula viti.

& 3. Æneid. *lentum vimen.* & ecl. 1. *lenta viburna.* & *lenta salix.* & Horat. oda 15. lib. epod.

Lentis adhærens brachijs.

& Catull. in Ariadna:

——lentos incuruans gurgite remos.

QVIN *velut asitas.*] ita lib. vet. Assita arbor, iuxta vitem sita. Agrætius: *Insita est arbor, cui inscissa alienum germen includitur: asita, cui incolumis aliquid, quod sustineat adiungitur.* Varro, cap. 26. lib. 1. de re rust. *Neque propter eos ordines cupressorum afferunt vites, quia hæc inter se inimica.* Horat. ep. post. lib. 12.

—— populus assita certis
Limitibus vicina refugit iurgia.

IMPLICAT *arbores.*] multis nodis adstringit. arbores autem cape vlmos & populos, vt & Virg. ecl. 3. *Vitis vt arboribus decori est.* Horat. od. 2. epod.

Adulta vitium propagine
Altas maritat populos.

Virg. 1. Georg.

Vlmisque adiungere vites Conueniat.

IMPLICABITVR *in tuum complexum.*] Brachia sua tuo collo circumdabit.

O CVBILE.] ita Propert. eleg. 15. lib. 2. lectulum suum conscium voluptatis affatur versu 1.

QVOT *omine.*] alij libri, *quod homine,* alij *omnibus.* & alij tres versiculi à Guarini libro absunt. Scaliger legit relicto ante spatio trium versiculorum.

O cubile, quot (ô nimis
Candido pede lecti
Quæ tuo veniunt hero,
Quanta gaudia, &c.

CANNIDO *pede.*] Scaliger exponit, *μακαρίως τῆς τύχης.* vt Horat. epist. 2. lib. 2. *I pede Fausto.* Et sanè ita explicauimus illud supra:

—— niueo gerens
Luteum pede soccum. Et apud Horat. oda 1. lib. 4. *Pede candido.* sed nimis astutè. nam eburati lecti significantur, quorum eburnei vel argentei pedes. Sic Plaut. in Sticho. Lectos eburatos auratos. Paulus *l. 3. §. Vitrea. De supell. legat. Lecti inargentati vel inaurati. Pedes* autem & lectis, vt Terent. Adelph. act. 4. sc. 2. *Lectulos ilignei pedibus faciundos dedi.* & epigr. 10. *Fractum qui veteris pedem grabati.*

QVÆ *tuo hero.*] scilicet cubilis, vt Virgil. Æneid. 3. *Nec victoris heri tetigit captiua cubile.*

QVANTA *gaudia.*] asyndeton. Gaudia, *i συνουσία*, id est Veneris oscula. vt Horat. sat. 5. l. 1.

O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt.

Propert. eleg. 8. lib. 3.

Tyndaridi poterat gaudia ferre sua.

vbi vide plura adnot.

QVÆ *vaga nocte.*] opinor, quia vmbræ & amores ipsi noctu vagantur, vt Propert. el. 29. lib. 2.

Hesterna, mea lux, cum potus nocte vagarer,
Nec me seruorum duceret vlla manus,
Obuia nescio quot pueri mihi, turba minuta,
Venerat (hos vetuit me numerare timor)
Quorum alij faculas, alij retinere sagittas:
Pars etiam visa est vincla parare mihi.

Idem el. 7. lib. 4.

Nocte vaga ferimur, nox clausas liberat vmbras,
Errat & abiecta Cerberus ipse sera. Ouid.
Nec mora venit amor, non vmbras nocte volantes
Non timeo strictas in mea fata manus.

A An nox, pro luna, quæ vaga. Horat. sat. 8. l. 1.

Simul ac vaga luna decorum Protulit os.

Virg. 10. Æneid.

Iamque dies cælo concesserat, almaque curru
Noctiuago Phœbe medium pulsabat olympum.

ex Attij Bacchis, vt notat Macrobius. Apollon. lib. 3.

Βεμβῶ νυκτιπόλον χθονίην, ἐνέροισιν ἄνασσαν.

Hecaten, siue Dianam & Lunam noctiuagam, subterraneam, inferis præsidentem. Nox autem, vt Sol & Luna, curru vecta vagatur. Tibull. el. 1. lib. 2.

Ludite iam nox iungit equos.

B & eleg. 4. lib. 3.

Iam nox æthereum nigris emensa quadrigis mundum.

Ennius apud Fest. in *Quando.* —— ——

Nox quando medijs signis præcincta volabit.

Idem Andromacha:

Quæ caua cæli signitenentibus conficit bigis.

QVÆ *medio die.*] vno verbo, *meridie.* Id autem vocabant *meridiari*, dormire cum amica sub meridiem. Ipse: *Iube ante veniam meridiatum.* Vnde Ouid. el. 5. lib. 1. Amor.

Proueniant medij sic mihi sæpe dies.

Sueton. in Nerone, cap. 6. *Missos à Messalina qui eum meridiantem, quasi Britannici æmulum stran-* C *gularent.* Et in Caligula, cap. 38. *Gloriatus est experge facta Cæsennia, quantum egisset, dum ea meridiaret.*

GAVDIA *gaudeat.*] Cœlius Ciceroni ep. 2. lib. 8. ad fam. *In theatrum Ciceronis introijt Hortensius, puto vt suum gaudium gauderemus.* Idem, ep. 14. eiusdem libri. *Nunc fuerit tam gauisos esse homines suum dolorem.* Terent. Andria. act. 5. sc. 5. *Nam hanc scio mea gauisurum gaudia.* sic Virgil. *Furere furorem.* 12. Æneid. Ita, *currere cursum, pugnare pugnam, viuere vitam.*

TOLLITE.] ambigue, vt in Neronem. *Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.* & Cicero de D Octauio, *Ornandum tollendumque.* Varro sexagesi. *Nunquis patrem decem annorum tollit nisi veneno.* Aut igitur tollere, est attollere. vt Virg. 6.

Exsurgitque facem attollens. Claud.
Nec fas est primas attollere tedas:

Aut remouere, vt Tibullus, ait eleg. 4. lib. 2.

Remoue sana puella faces.

Nam fax rapiebatur ab vtriusque amicis, vt scribit Festus: in, *rapi solet fax.* superior interpretatio verior.

O *pueri faces.*] vnus erat puer facem præferens, ex Festo in *Patrimi*: sed, vt dixi, quinque cerei præferebantur, id est faces mutato nomi- E ne. Pueri vero, vt Censorinus de die natali docet, vsque ad annum quintum decimum vocantur, quia sint puri, id est impuberes. Festus in *Obpuuiat*, aliter deriuat: *Obpuuiat, verberat; à pauiendo, id est feriendo, vnde & pueri quasi puueri, quod pauiendo coercentur; id est plagis; vnde & pauimenta.*

ITE, *concinite.*] Asyndeton, vt Virg. 4. *I sequere Italiam.* &, *Ite, ferte citi flammas, date vela, impellite remos.* Propert. el. 4. lib. 3.

Ite, agite experta bello date lintea prora. Horat. od. 14. l. 3. *I, pete vnguentum puer, & coronas.*

NEC *diu taceat Pr.*] Proterua, petulãs. Tullius

lib. 4. de Rep. apud Nonium. *A procando*, id est, *poscendo, procacitas, & proci quoque nominati.* Festus in *procari*. *Meretrices procaces, ab assiduè poscendo.* Idem scribit Donatus in Herycam, qui etiã *procaces impudentes* exponit, quia multum petere sit impudentis, & Seruius in 1. Æneid. Virg. in Catalectis, *lusus procaces.*

FESCENNINA *locutio.*] Festus, *Fescennini versus, qui canebantur in nuptijs ex vrbe Fescennina dicuntur allati; vel ita dicti, quia fascinum credebantur arcere.* Idem in *praetextum*. *Nubentibus depositis praetextis à pueris obscœna clamantur.* Seruius idem scribit io 7. Æneid. Seneca in Medea: *Festa dicax fundat conuicia Fescenninus.* Varro Agathoe apud Nonium in *obscœnum*, & in *Redurare*. *Pueri obscœnis verbis nouae nuptulae aures redurant.* Horat. ad Pison.

Fescennina per hunc inuecta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit.

Auson. in Parecbasi centonis nuptialis, *Fescenninos amat celebritas nuptialis, verborumque petulantiam notus vetere instituto ludus admittit.* Lucanus lib. 2. de nuptiis Marciae & Catonis:

Non soliti lusere sales, neque more Sabino
Excepit tristis conuicia festa maritus.

Vide Ouid. 3. Fast. Sidonium Apoll. ep. ad Heronium. Macrob. cap. 4. lib. 2. Saturn. hoc genere versus lusisse Augustum scribit. Liuius initio lib. 7. & Fescennini versus meminit.

NEC *nuces pueris neget.*] Festus, *Nuces iaciebantur pueris, vt noua nupta intranti domum noui mariti secundum fieret auspicium, & tripudium solistimum.* Plin. cap. 22. lib. 15. *Nuces iuglandes nuptiarum Fescenninorum comites. honor ijs natura peculiaris, gemino protectis operimento, puluinati primum calycis, mox lignei putaminis: quae causa eas nuptijs fecit religiosas; tot modis fœtu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumue faciant.* Seruius in illud ecl. 8. *Sparge marite nuces.* Varro, inquit, *spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, vt Iouis omine matrimonium celebretur, vt nupta matrona sit sicut Iuno; nam nuces in tutela sunt Iouis: vnde & iuglandes vocantur, quasi Iouis glandes. nam illud vulgare est ideo spargi nuces, vt à rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellae vox virginitatem deponentis possit audiri.* Idem habet & Isidor.

DESERTVM.] alio translatum, à pullo nempe ad vxorem. Deserti quoque dicuntur qui amoribus suis carent. Ipse ad Manlium.

Quem neque sancta Venus molli requiescere somno
Desertum in lecto cœlibe perpetitur.

Et in Ariadna:

Desertam in sola miseram se cernit arena.

Virg. 4. Æneid.

Non equidem omnino capta aut deserta viderer.

Deserere amorem, vt deserere fidem, & officium.

DOMINI *audiens Concubinus.*] Seruius in ecl. 8. Ideo dixit, *Spargite marite nuces, vt eum culparet infamia: nam meritorij pueri, id est, catamiti, quibus licenter vtebantur antiqui, recedentes à turpi seruitio nuces spargebant, id est, ludum puerilem, vt significarent se puerilia omnia iã spernere. Concubinus, vt concubina.* Fest. *Catamitum pro Ganymede dicebant, qui fuit Iouis Concubinus.* Fab. li. 1. ca. 3. *Nostras amicas, nostros concubinos vident.* Concubinus, pullus Manlij. Festus in *Pullus*. vnde Pullipremones Lucillio. Ausonius, *Lucillij vates subulo pullipremo.*

INERS *concubine.*] inertes saepe dicuntur ad rem Veneream minimè apti, vt hic obsoletus. Tibull. de Fascino:

Quid est iners pigetne lentitudinis?

Ouid. el. 6. lib. 3. Amor.

Truncus iners iacui, species & vile lignum;
Nec satis exactum, corpus an vmbra forem.

Hotat. od 12. Epod.

Lesbia quaerenti taurum monstrauit inertem.

SATIS *diu lusisti nucibus.*] satis puerilem ludum exercuisti; nunc nuces tibi relinquendae sunt. Pers.

Et nucibus facimus quodcumque relictis.

Verum honesta oratione res turpicula tegitur. vt in Curculione Plaut. *Qui nucem esse vult frangit nucleum; qui vult cubare pangit saltem sauium.* Sic poma, pro Veneris rebus. Hinc internuculi pueri meritorij dicti Apuleio & Petronio. vetus Lucillij versus inde illustratur. *Quid Decius Nuculam? an confixum vis facere,* inquit? Puerilis nucum est ludus; vt Horat. sat. 3. lib. 2. *Postquam te talos Aule, nucesque ferre sinum laxo, donare & ludere vidi.*

LVBET *iam seruire Talassio.*] lubet hero tuo operari Hymenaeo, non tibi. vt Propert. el. 6. lib. 1.

Nam tua non aetas vnquam seruiuit amori.

Tibull. el. 2. lib. 1.

At mihi parce Venus, semper tibi dedita seruit
Mens mea. ——

Et Seruire quia Dij, heri & domini. vnde famuli & famulae deorum & dearum. An vt Virgil, 4. Æneid.

Liceat Phrygio seruire marito.

Talassius, & Talassus & Talassio dicebatur. Martialis:

——*Si me iubeat Talassionem,*
Verbis dicere non Talassionis.

Idem:

Nec tua defuerant verba Talasse tibi.

Apud Romanos Talassio, vt apud Graecos Hymenaeus inuocabatur; Liuius lib. 1. *Vnam* (inquit de raptu Sabinarum agens) *longe ante alias specie, ac pulchritudine insignem à globo Talassij cuiusdam raptam ferunt, multisque sciscitantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Talassio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam.* Idem ferè refert Plutarch. in Romulo. Sed idem in quaest. rer. Rom. quaest. 31. Aut quia ταλασίαν Graeci laneum quasi filum vocant; nã sedet in pelle lanata, & fusus colusq. comitatur nubẽtẽ: Aut quia Talassio cuidam exigua formae virgo rapta fuit. ex historia Liuij haec ille. Festus. *Talassionẽ in nuptijs Varro ait signum esse lanificij. Talassionem enim vocabant quasillum, qui alio modo appellatur calathus, vas vtique lanificijs aptum.* Alij scriptores aiunt, Talassium nomine virum, rapta virgine vnicę pulcritudinis, quod ei id cooiugium fuerit felix, boni ominis gratia nunc redintegrari. Seruius in 1. Æneid. & Eusebius in Chronico idem fere narrant.

SORDEBANT *tibi.*] viles erant & turpes. *sordere & nitere* contraria. At nitor & splendor de forma. Horat. od.19.lib.1.

Vrit me Glycera nitor
Splendentis Pario marmore purius.

Plinius de Protogene, *Sordebat ille suis, vt plerũq. domestica.* Virg. ecl. 2.

Sordent tibi munera nostra.

Cicero, *Cui sordebat Macedonia prouincia.* Propert. el. 32. lib.2.

Scilicet vmbrosis sordet Pompeia columnis
Porticus, aulæis nobilis Attalicis.

VILLICÆ.] Villicorum vxores, quæ te suauiari cupiebant, & fortasse ipse verna erat. *Villicari,* inquit Nonius, *rusticari, vel villæ præesse.*

HODIE *atque heri.*] nuperrimè. prouerbium Græcanicum inquit Scaliger, χθὲς & ϖρώην.

NVNC *tuum cinerarius.*] vet. gl. *Cinerarius.* δοῦλος ἑταίρας. *Ciniflo,* χωματιῶν κομμωτής. Varro 4. de L L. *Calamistri, quod ijs calefactis in cinere capillus ornatur, & qui ea ministrabat à cinere, Cinerarius dictus.* Charisius, lib. 1. *muliebre ministerium cinerarius dicitur: nam Cato in originib. Mulieres, inquit, nostra capillum cinere vngitabant, vt rutulus esset crinis.* Citatur & Afranius in Cinerario:

TONDET *os.*] qui os malas interpretantur & barbam, inepti tonsores. nam bellum esset prostibulum populi cum barba. Os ergo caput & comam. Nam Catamiti alebant comam. Martial. lib.11. ep. 79.

Flamea texantur sponsæ, iam virgo parata est,
Tondebis pueros iam noua nupta tuos.

Horat. od. 10. lib. 4.

O crudelis adhuc & Veneris muneribus potens
Insperata tua cum veniet pluma superbiæ
Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ.

Item od. 11. lib. Epod.

Aut teretis pueri longam renodantis comam.

Item od. 5. lib.2.

Quem si puellarum insereres choro
Mirè sagaces falleret hospites.
Discrimen obscurum, solutis crinibus,
Ambiguoque vultu.

MISER *ah miser.*] in Ariadna:

Ah miseram, assiduis quam luctibus externauit,
Spynosas Erycina serens in pectore flammas.

Horat. od. 27. lib.1.

Ah miser, quanta laboras in Charybdi.

Tibull. el.9. lib.1.

Ah miser, & si quis periuria celat.

Item el.1. lib.2.

Ah miseri, quos hic grauiter Deus vrget.

DICERIS *male te abstinere.*] male abstinere vt Virgil. 1. Georg.

Heu male tum curuis sibi temperat vnda carinis, & *Cumulosque ruit male pinguis arena.* Tibull. el. 10.l.1. male sobrius. sic Plaut. Curcul.

Dum tu te abstineas nupta, vidua, virgine.

TVIS *glabris.*] Cinædos vulsos & depiles accipe. Fulgentius de Prisco sermone in illud Apuleij: *Quouis puero pumiliorem, & cucurbita glabriorem: Pumili molles & enerues, glabri, laues & imberbes.* P. Africanus apud Gellium, cap.

A 12. lib. 7. *Quouis supercilia raduntur, qui barba vulsa, feminibusque subuulsis ambulet.* Tibull. el.8. lib.1.

Carior est auro iuuenis cui leuia fulgent
Ora, nec amplexus hispida barba terit.

Plautus in Aulul. sc.6. act. 2. *Tu istum gallum, si sapis, glabriorem reddes, quam vllus est volsus ludius.* Idem in Trinum. *Oues hic tam glabræ sunt, quam hæc est manus.* Inde cognomentum Romanum, *Glabrio.*

VNGVENTATA *marite.*] vtitur hoc verbo Suetonius in Cæsare, cap.67. *Iactare solitus milites suos etiam vnguentatos bene pugnare.* P. Africa-

B nus apud Gell. cap.12.lib.7. *Qui quotidie vnguentatus aduersus speculum ornetur.* de molli & cinædo Virg. 4.

Nunc ille Paris cum semiuiro comitatu
Mæonia mentum mitra, crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur.

& 12. Æneid.

——fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.

Cicero pro Sextio: *Consul vnguentis affluens.* In Catilinam: *Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura.* pro M. Cœlio: *Qui vnguenta sumserit, qui Baias viderit.* Plaut. Casina:

C *Senecta ætate vnguentatus per vias incedis.*

Sueton. in Vespasiano, cap. 8. *Adolescentulum flagrantem vnguento, cum sibi pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam grauissima increpauit: mallem allium oboluisses: literasque reuocauit.*

SED *abstine.*] minantis esse videtur.

SCIMVS.] Occupatio est nouimus hæc, ne tu speres dissimulare.

HÆC *tibi.*] veteres libri, *hic,* id est hac in re.

QVÆ *licent.*] neque more, neque legibus vetita sunt; dum tute abstineas nupta, vidua,

D virgine, ingenuis pueris, vt ait in Curculione Plautus. Atqui in hæc stupra iam lata lex Scatinia siue Scantinia, cum eius meminerit Cicero 3. Philipp. & Cœlius ep. 12. lib. 8. ad fam. Sed vel, non de vernis, imo de alienis lata, vel non obseruabatur. licebat tamen marito adolescentiari per vxorem quidem, Cato apud Gellium. Scaliger legit, *Qua licent.* id est, quatenus, vt τὸ *eadem,* quod sequitur sit aduerbium dissylabum & spondæus pro dactylo. At veteres libri Memmij, *Cœlibi soli,* pro *quæ licent sola.* perspicuè vera lectio, vt *Cœlebs* opponatur *marito.* & τὸ *soli* tertius casus à sol, non à solus, vel

E ambiguè positum *tibi soli,* vt putas, cognita, quę nota sint soli ipsi & omnibus nobis, cum in solem & publicum prodierint. An *Cœlibi soli,* vt sit διὰ τὸ αὐτό. Achilles Statius legit ex coniectura, *Scimus hæc tibi, quæ licent soli, cognita:* sed marito ista non eadem licent. *Hæc,* inquit, *soli,* necdum coniugi decebant, nunc, cum solus non es, *non licent,* τὸ *cognita* etiam ambiguè positum, nam & obscœnè accipi potest, vt infrà. *Vos vnis senibus bonæ cognitæ bene fœmina.* forsasse illud *Cœlibi* quod est in v. l. est interpretatio τοῦ *soli.* Sed eum Achilles Statius in v. l. quos viderit vulgatam apparere lectionem affirmet, sic expo-

nemus. *scimus hac, tibi qua licent, sola cognita*. & ἀεὶ *nostri hac*, vt in suspicione alia relinquantur. Parthenius exponit, *sola cognita*, stupra cum pueris nota & vsitata, hoc sensu. Scimus hæc stupra licita, sola esse tibi cognita hactenus, id est, te cum pueris tantum consuesse. Contra Propertius benè eleg. 9. lib. 4. *Ignotam Venerem* vocat. Assentiar Parthenio. An *liquent* legendum.

A

NVPTA *tu quoque*.] vt te vicissim ludamus. est hæc dura complosio.

QVÆ *tuus vir petet*.] Petendi verbo in hac significatione vtitur etiam Sallustius in Catilina, de Sempronia libidine sic accensa, *vt sæpius peteret viros, quam peteretur*. Horat. od. 33. lib. 1.

B

Ipsum me melior, cum peteret Venus.

Vnde *petere* pro eorum, & *rogare*. Proper. el. 5. l. 1. *Illa rogata venit.* petendi, & rogandi duplex formula. *Libeat tibi* vel,

Da mihi quod cupias frustra dari sarsinan,

Olim si annuebat, *dare* dicebatur, vt illud Martialis ep. 74. lib. 7.

Res perridicula est, vis dare, nec dare vis.

Si contra, *negare*. Interdum dicebant sumere, & sine precibus. Ouid.

Oscula qui sumpsit, si non & cetera sumpsit,

C

Hac quoque qua sumpsit perdere dignus erat.

CAVE.] Propert. el. 10. lib. 1.

Tu caue ne tristi cupias pugnare puellæ.

vbi vide adnotata. Plautus Amphit. *Caue ne tu te vsu perduis.* Ibidem. *Cauisse oportuit ne diceres.*

NE *neges*.] edit. Parthenij. *Ni*, quod valet ne ἀρχαϊκῶς. Donat. in Eunuch. Hoc dicebant, *morigerari*. Sueton. in Tiberio.

NE *petitum aliunde eat*.] ne alias roget, & alienum fundum aret. Ipse.

Ne quærendum aliunde foret neruosius illud.

In Cæsarem versiculi.

D

Auro in Gallia stuprum emisti:

Hic sumsisti mutuum.

In milite Plauti *alium quærere* dicitur, quæ vsuram corporis dat alteri.

EN *tibi damus*.] Cum iam accederent ad ædes viri, pueri canentes, eas nuptæ cum laude demonstrant.

ET *potens*] vet. lib. *vt potens*. florens opibus, & nobilis. *Potentia* definitur 2. de inuentione, *ad sua conseruanda, & aliena obtinenda idonearum rerum facultas*. sic Horat. od. 35. lib. 1.

Vt eunque mutata potentes

Veste domos inimica linquis.

Plato in Protagora ἐπειδὰν δυνατὸς ἐκ τῆς οἰκίας μεγάλης τε καὶ εὐδαίμονος. id est, ex potente & beata domo. Plautus dixit, *in luculentam familiam, & in diuitias maximas locari*.

E

ET *beata*.] locuples. Varro 4. de L.L. *Beatus qui multa bona possidet.* contra IC. in l. bonorum, de verb. sign. *naturaliter bona dicta, quæ beant.* id est, beatos faciant. Isidor. lib. 10. *Beatus, quasi bene auctus.* Beati autem sæpè pro diuitibus. Ipse,

Vt me vnum facerem beatiorum.

QVÆ *tibi sine fine erit*.] Parthenius hic quoque legit, & exponit, *perpetuò*. vt apud Virg.

Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

sed eius editio omninò habet. *Qua tibi sine seruiat*. alij libri, *Qua tibi sine sine seruiet*. longiore versu. vnde Scaliger legit *qua tibi sene seruiet*, pro *seni* vt Lucilius. *Esuriente leoni ex ore exsculpere prædam*. in v.l. ait Stat. *Qua tibi sine seruiat*. vnde legit, *Qua seni tibi seruiet*. probo: *sine seruiat*, id est, patere te illic catam & dominam & matremfamilias esse, & viro suum heredem.

VSQVE *dum*.] quousque. vt Tibull. in Priapeio: *Vsque dum mihi Venus iocosa molle ruperit latus*. Plautus milite. *Vsque donec*, inquit, *persecutus eam vulpem vestigijs*.

CANA.] Græci γάλας πολιοκρόταφον appellāt. vt Horatius capitis niues. sic Antipater in Biantem epigrammate;

Τῆδ' Βίαντα κέκευθε, τὸν ἀτρέμας ἤγαγεν Ἑρμῆς

Εἰς ἀΐδην πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.

Hic Bianten texi, quem tacitè ad Oreum duxit Mercurius, canæ senectæ niuibus perfusum. eodem sensu & Petronius.

Vernantesque comas tristis abegit hyems.

ANILITAS.] vt à iuuenilis, iuuenilitas. Varro Tithono apud Nonium. *Quem dereliquit multicupida iuuenilitas*: & à puerilis puerilitas. Idem de liberis educandis. *Velim vsu magno puerilitatis formulam audire.* sic ab anilis anilitas. In mf. male est *anilis ætas*. vet. glossæ *Anitas*, γραότης. fortè legendum *anilitas*, vt hunc locum respexerit. Isidor. lib. 11. Orig. in verbo senes. *ab anu*, inquit, *anilitas nominata est.* Id generis & à sterilis sterilitas, docilis docilitas, facilis facilitas.

MOVENS *tremulum tempus*.] *tempus* numero singulari, & pro capite per synecdochen. vide quæ dicta supra: *cinge tempora floribus*. adde illud Cornuficij 4. ad Herennium. *Dubitanti Graccho percutit tempus.*

OMNIA *omnibus annuit*.] Nutu capitis nemini negare videtur. *annuit* coniunctiui esse modi vult Scaliger, vt edit pro edat: sententiamque similem profert ex Sophoclis Oedipode Coloneo. Similis iocus apud Sueton. in Caligula cap. 38. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante (in auctione) monitum à Caio præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi, præteriret; nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores sestertiûm nonagies ignoranti addicerentur. Est autem traductio, vt Plauti Asinaria. *Non omnia omnibus æquè suauia.* & Capt. *Dij tibi omnes omnia optata ferant.* Virg. ecl. 8.

Non omnia possumus omnes.

TRANSFER *limen*.] Fer trans limen. sic Lucan. lib. 2.

Translata vitat contingere limina planta.

Limis & limus: obliquis, transuersus, vnde limen, quod ingredientibus, egredientibusque transuersum est. Donat. in Eunuch. Seru. Fest. Isidor. Plaut. in Casina act. 4. sc. 4. *Sensim super attolle limen pedes noua nupta* Seruius ad eclog. 8. *Varro ideo nouam nuptam ait limen non tangere, ne à sacrilegio inchoarent, si depositura virginitatem calcarent rem veste numini castissimo consecratam.* Alij quia ignis & aqua in limine tunc ponebantur: vt Varro idē scribit 4. de ling. Lat. Plutarchus in Romulo, & in αἰτίοις. quæstione 29. tres eius moris causas accenset. 1. aut quia olim ita raptæ Sabinæ, & illatæ in ædes. 2. Aut vt inuitæ

uiderentur eo ingredi, vbi virginitatem essent amissuræ: 3. Aut vt non nisi coactæ inde egrederentur, quo inuitæ essent ingressæ: ideoque in Boëotia curros quo vecta nupta axis pro foribus nooi mariti comborebatur. Isidor. lib. 9. cap. vlt. *Limen calcare vetatur noua nupta, quia illic fores & coeant & separentur.* Ominosum præterea erat subsistere in limine, vel ad limeo impingere. Virg 2.

Quater ipse in limine parte Substitit. Ibid.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat.

quæ mox perijt. Ouid.

Omina sunt aliquid, modo cum discedere vellet
Ad limen digitos, constitit icta Nape.

Limen porrò sedes furiarum. 6. Æneid.

—— Cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat, facies quæ limina seruet. Ibid.
Nulli fas casto sceleratum insistere limen. Ibid.
Tisiphoneque sedens palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctesque diesque.

& lib. 4. *Vltricesque sedent in limine diræ.*

Ouid. 4. metam. de furijs in limine sedentibus. *Sedes scelerata vocatur.* Ideò Helena sedet in limine lib. 2. Æneid.

Cum limina Vestæ seruantem.

quia Troiæ & patriæ communis Erynnis.

OMINE *cum bono.*] vacat τὸ *cum*, vt dictum ad illud *cum bona alite*. *bonum* autem *omen* dixit: nam & mala sunt. Ouidius.

Ominibusque malis, pedibusque occurrite læuis.

Cicero pro Cluentio. *Funestis ominibus.* vnde etiam sine adiectione, vt notat Nonius, Virg. lib. 4. Georg.

Omine quo firmans animum sic incipit ipsa.

intellige bono. & contrà:

—— Neue omine tanto Persequere.

subaudi, malo. De ominibus multa Cicero 1. de diuin. vbi ait: *Neque solum Deorum voces Pythagoræi obseruarunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina,* &c. Sæpè tamen omen pro quocumque genere auspicij. Fest. *Omen, velut oremen, quod fit ore: augurium quod auibus, aliove modo.* Varro 4. de lin. lat. *Omen olim osmen, quia ex ore primum elatum est.*

AVREOLOS *pedes.*] Non retulit ad auri colorem, vt supra, *faces aureas*: sed ad eximiam eius pulchritudinem, vt Horat. od. 5 lib. 1.

Qui nunc te fruitur credulus aurea.

Virgil. 10. Æneid.

—— At non Venus aurea contra
Pauca refert.

Sic Venerem χρυσῆν vocat Homerus, & hymno Veneris ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης. Propert. ele. 7. lib. 4.

Hic Tyburtina iacet aurea Cynthia terra.

Pindarus. ὑγίειαν χρυσὴν (τετὸ τιμίαν.) Ouid.

Nec mora, nouit amor gemmatas aureus alas.

Theocritus in epithalamio Helenę χρύσεα ἔλατα. Et Lucretius.

Omnia nos equidem depascimur aurea dicta.

& Cic. 3. de natur. Deor. *aureola oratiuncula.* & in Lucullo. *aureolus libellus.* *Aureolos* itaque *pedes* dixit, vt Propert. formosos. el. 18. lib. 1.

RASILEMQVE.] affabre politam radendo & læuigando. Virg. 2. Georg.

A *Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum.*

Ouid. 8. Metamor.

Rasilis huic summam mordebat fibula vestem.

SVBI *forem.*] subire, succedere, ingredi. Virg. 1. Aeneid.

—— Pleno subit ostia velo.

& subere tecta, subire antra. *Foris* numero singulari, vt Plauto. *crepuit foris.* Ouid. in fastis.

——Custos in fore nullus erat. & alibi.
Difficilem moto cardine pande forem.

vid. not. ad illud *claustra pandite ianua.*

ADSPICE *vnus vt accubans.*] Scaliger, *imus* legendum censet, quod Achilles Statius in vno ms. legi testatur, qoamuis ipse, *imus* probet: sed *imus* rectius. Imus cubat, qui in ima & extrema sponda, id est, in imo lecto. Imus igitur quia nouæ nuptæ decessit, & honoris gratia id fecit. Horat. lib. 1, epist. 18 *Imus derisor lecti.* & Plaut. *Imi subselly homo.* Qui, *vnus* retinebit, explicabit: vnus vir tibi futurus, vt benè ominetur vniuirę, & puto verum esse: nam si imus, quomodo imminet? *Accubare*, pro cubare: quia tum solus eobabat, nouam nuptam exspectās. Accubare pro incumbere, vt Tibull. ele. 9. li. 1.

Huic tamen accubuit noster puer.

C VIR *tuus Tyrio in toro.*] In lecto purpurea veste instrato. Tibull. eleg. 2. li. 1.

Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
Prodest? Ipse in Ariadna.
Puluinar verò Diuæ geniale locatur
Aedibus in medius, indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco.

Scribit Arnob. lib. 3. Toga sterni torum illum genialem solitum, quam ego purpuream puto fuisse. Lucan. lib. 2.

Legitimaque faces, gradibusque acclinis eburnis
Stat torus, & picto vestes discriminat auro.

aureo limbo. scilicet prætexta purpura. Seruius in 6. Aeneid. *Lucent genialibus altis*
Aurea fulcra toris.

Geniales, inquit, *lecti, qui nubentibus sternuntur à generandis liberis.* ego à Genijs maritorum, quos tum inuocabant.

TOTVS *immineat tibi.*] Et animo & corpore videatur in te mox irruere velle. Arnob. lib. 3. *Nisi virginalia vincula iam ferventes dissoluerent atque imminentes mariti* Sic Cic. pro lege Manilia: *Imminent duo Reges toti Asiæ.* Hora. od. 12. li. 1. *Parthos Latio imminentes.* Sueton. in Caligula cap. 19. *Vt Germaniam & Britanniam, quibus imminebat, territaret.* Idem in Augusto, cap. 24. *Imminere emptioni Publicanos videbat*, id est, empturire, siue cupide ad emptionem accessuros esse.

ILLE *non minus atque tu.*] *Atque*, pro quam. vt apud Terent. Andr. *Non Apollinis magis verum atque hos responsum.* Aliam profert Scaliger ex lib. ver. lectionem, quæ æquè ac hæc proba.

PECTORE *vritur intimo*] Tibullus eleg. 4. lib. 2.

Vror, iò remoue sæua puella faces.

Ouid. 1. Metam.

Sic Deus in flammas abiit, sic pectore toto
Vritur.

Amor enim ignis dicitur. Virg. ecl. 3.

At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas.

Fʟᴀᴍᴍᴀ, *ſed penita magis*]*Penita*, id eſt, intima. inteſtina, occulta. eo ſenſu alibi ait: *Ignes mollibus ardet in medullis*. Item. *Ex eo miſellæ ignes interiorem edunt medullam*. Virgil. 4. Æneid.

Cæco carpitur igni. item: *Eſt mollis flamma medullas*. Ouid.epiſt.Phædræ.

Venit amor grauius quo ſerius, vrimur intus,
Vrimur, & cæcum pectora vulnus habent.

Varro γνῶθι σεαυτὸν apud Nonium, in *mulierare*: *Et Rex & pauper ille miſellus amat, habetque ignem intus acrem*. Penitus, a, um. Intimus. Plaut. Aſina. *Exſcrea vſque è penitis faucibus*. Idem in Perſa. *Abductam ex Arabia penitiſſima*. & Ciſtell. *In latebras abſcondas pectore penitiſſimo*. Idem in Perſa: *Ne quis eam perſequatur ex barbaria penitiſſima*. Gellius cap.4.lib.9. *Penitiſſimi Scythæ*.

Mɪᴛᴛᴇ.] dimitte, linque. duo nempe pueri patrimi & matrimi noptam deducebant cũ tertius prælueeret facem. Feſt. in *Patrimi*.

Bʀᴀᴄʜɪᴏʟᴠᴍ.] ὑπωλένιον. Feſtus, *Brachium nos, Græci βραχίων dicunt, quod deducitur à βραχὺ, id eſt, breue, quia ab humeris ad manus breuiora ſunt* (brachia) *quam à coxis plantæ*.

Tᴇʀᴇѕ.] Rotundum in longitudinem & politum. Feſt. *Teres eſt in longitudine rotundatum, quales aſſeres natura miniſtrat*. Cariſius, *Teres trium generum*. Sic apud Ouid. *Teretes trunci*. & apud Horat. *Brachia & vultum tereteſque ſuras*. od. 4. li 2.

Pʀᴀᴛᴇxᴛᴀᴛᴇ.] Puer patrime & matrime, idemque impubes. dixi ſuprà. *Prætexta* à Tuſcis. Feſtus in ſardi. Dionyſ.lib.3. Strab. li.5. & Plin. dicta autem quod ei purpura prætexeretur. Grecè περιπόρφυρος. Pueris & puellis ingenuis vſui prætexta & bulla, eaque dari cœpta à Tarquinio Priſco. Vide Macrob. cap. 4. lib.1. Saturn.

Iᴀᴍ *cubile adeat viri*.] Totum Tyrium gradibus eburneis aſcendat, vt ait Lucanus lib. 2. At vet.lib. *Adeant*: nam non ſola adibat. Sequitur enim, *collocate puellulam*, de Pronubis.

Vᴏѕ *vnis ſenibus bona*.] In v.l. Achilles Stat. teſtatur eſſe *Vos bone ſenibus vnis*. vnde legit. *Vos bonæ ſenibus viris*: quam lectionem & Scalig. amplexus. Ego *Vos bonæ ſenibus bonis*. vt ſit traductio, qualis ſup. *bona cum bona nubet alite virgo*. &

Dux bonæ Veneris, boni coniugator amoris.

nam quod dixit *ſenibus*, & *bene cognitæ*, id μονογαμίας ſatis oſtendit, quæ neceſſaria, vt quæ pronuba eſſet. Feſtus in Pronubæ. *Pronubæ adhibentur nuptis, vel nuptijs, quæ ſemel nupſerunt, vt matrimonij perpetuitatem auſpicantes*. Tertull. in lib. exhortatorio ad caſtitatem. *Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, vt & virginibus legitimè nubentibus vniuira pronuba adhibeatur, & ſic auſpicii initium eſt*. Seruius in ſchedis. *Varro pronubam dixit quæ ante, id eſt prænupſerit, & quæ vni tantũ nupſerit*. Felix Minut. in Octau. *Alia ſacra coronat vniuira, alia multiuira*. D. Hieron. in calce libri 1. aduerſus Iouinianũ. *Vnicubas inter gentiles*, ait, *matronas meritò laudatas, & per illas ſolas fortunæ muliebri ſacra fieri conſueuiſſe*. Hinc Ouid. *In lapide hoc vni nupta fuiſſe legar*. An legendum, *Vos bonæ ſenibus ſenis*? vt ſit *ſenis* fœminæ, pro *ſenes* fœminino genere, vt apud Varronem, *Puſus tu, tua amica ſenex*. An *vos ſenes ſenibus bonæ*? Felix autem hoc matrimonium, quo vterque coniux ad ſenectutem peruenit.

Bᴏɴᴁ *fœminæ*.] probæ, pudicæ matronæ & morigeræ. Ennius apud Seruium.

Tarquinii corpus bona fœmina lauit & vnxit.

Quod fortaſsè de Caia Cæcilia eius vxore, quę alio nomine Tanaquil intelligendum.

Cᴏɢɴɪᴛᴁ *bene*.] ſatis ſpectatæ. Scaliger ex vet.lib. *breue* id eſt paulò ante, inquit, non probo. *Breue*, inquit, *præteriti temporis*, *Breui futuri*. quo auctore?

Cᴏʟʟᴏᴄᴀᴛᴇ *puellulam*.] Collocate in lecto nouam nuptulam. Donat. in illud Eunuch. *Deinde illam in lecto illæ collocant. Vide*, inquit, *an aliquid deeſt ita legitimis nuptiis. Nam & ipſum verbum collocant proprium eſt, & adſcribitur pronubis*. Lampridius de Heliogabalo, ſiue Alogabalo:

Nupſit, & coiit, vt & pronubam haberet.

Claudianus lib.2. de raptu Proſerpinæ.

Ducitur in thalamum virgo: ſtat pronuba iuxta
Stellantes mox picta ſinus, tangenſque cubile,
Omina perpetuò genitalia fœdere ſanxit.

Iᴀᴍ *licet venias marite*.] Sed vnde veniet, cum dixerit: *Adſpice vnus vt accubans vir tuus tyrio in toro*. Prætereà addidit. *Non diu remoratus es*. Ergo, vel in toro altero vir ante cubabat, vel in toro conuiuali & diſcubitorio. Hypermeter autem eſt verſiculus, quales hic plurimi, & in eodem verbo.

Sed marito iſta non eadem licent. &
Vnguentate glabris marite Abſtinere.

Vxᴏʀ *in thalamo*.] Quæ Iſidorus cap.3. lib. 15. ſcribit de thalamo; omninò ridicularia, quia Thalaſſi narrat hiſtoriam, niſi pro *thalamus*, *Talaſſus*, ſcribendum illic. Seruius ad illud 6. Æne. *Ferreique Eumenidum thalami. Vnde*, inquit, *thalami, cum Furiæ nunquam nupſerint*? vt thalami ſint coniugum tantum. Vnde: *hic thalamum inuaſit natæ*. id eſt nuptias & concubitus. &,

Si non pertæſum thalami tædæque fuiſſet.

Et Homer. θαλαμῶν ἄνακτα Ἀφροδίτην. θάλαμος Græca vox etiam τὸν οἶκον & domum ſignificat, non ſolum cubile.

Eѕᴛ *tibi*.] In tuam gratiam & voluptatem. Suprà *Tibi virgines zonula ſoluunt ſinus*. Virg. ecl. 8.

Tibi deſerit Heſperus Oetam.

Oʀᴇ *floridulo nitens*.] Egregiè pulchro & floris inſtar. dictum ſuprà *Floridis velut enitens myrtus Aſia ramulis*.

Aʟʙᴀ.] Albus color duplex, vnus qui candet & nitet; vnde alba nix, alba lilia. Alter qui ſordet & pallet. vnde albeſcere & exalbeſcere dicimur in metu, & ab Horatio vocatur *pallor albus*. Eſt & tertius color albus, & candidus ad ruborem accedens, vt purpura hermionica. Vnde cygni purpurei Horatio, & ipſi Catullo. *Albus æther*. *Luſtrauitque æthera album Vegetis ſonipedibus*. Ita *Sol albus* apud Ennium. *Interea ſol albu' receſſit in infera noctis*. Catull.

Fulſere quondam candidi tibi ſoles.

Candida autem rubentibus miſcent Poëtæ ad pulchritudinis deſcriptionem. Virg. 12. Æneid.

Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur, vel miſta rubent vbi lilia multa.



Alba rosa. Tibull. ele. 4. lib. 3.

Vt cum contexunt Amaranthis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.

Vetus Poëta apud Nonium.

Erubuit mulier, seu lacte & purpura mixta.

de hac comparatione virginis cum flore, dictũ suprà initio.

Parthenice *velut.*] Plin. cap. 7. libr. 25. *Parthenis herba, postea dicta Artemisia.* Aliam alibi herbam *Parthenium* celebrat, cui nomen à virgine Minerua, de qua & Dioscorides cap. 146. lib. 3. Plin. cap. 30. lib. 21. Parthenium ab alijs scribit vocari *Leucanthen*: nascique in hortorum sepibus, flore albo, odore mali, sapore amaro.

Lvtevmve *papauer.*] de luteo colore dictum ad illud, *luteum pede soccum.* vbi cum niueo colore coniunxit, vt hic. Plin. cap. 8. lib. 19. Papaueris tria genera, vnum candidum, alterum nigrum, tertium erraticum flore rufo: quod hic intelligit fortasse. Hortensia sanè papauera multorum colorum quotidie videmus. Sic Virgil. procumbentem Euryalum cum flore purpureo & cum papauere comparat libr. 9. Æneid.

At *marite, ita me iuuent Cælites.*] In omnibus ferè codicibus, vt interpretes monent, legitur, *At*, vel, *ad maritum tamen iuuenem.* vnde vulgata lectio conficta. Mureto suspectus hic locus iure dicitur. At Scaliger ingeniosè & eruditè correxit,

At marite, ita me iuuent
Cælites, Nihilo minus
Pulcher es: neque te Venus
Negligit.

Id est non minus es formosus, quam nupta tua, & venustus. Forma nempe & venustas ὑπὲρ τῆς Ἀφροδίτης. quare Veneri curæ dicuntur esse formosi. Donat. in Phorm. *Venustos & inuenustos docet dici ob beneficia Veneris data, vel negata.* Vnde & Venus apud Virg.

—— *Ipsa decoram*
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.

Idem Scaliger & hanc strophen benè superiori anteposuit.

Non *diu remoratus es.*] *Remorari* absolute vt in Casina Plauti. *Quid illæc tã diu intus remoratur quasi ob industriam.* Donat. in Andriam. *Remorari à Remora pisce minutissimo, qui naues retinet, ac Græcè ἐχενηΐς vocatur.* Idem & scribit in Eunuch. Festus contra Remoram piscem à remorando deducit in Remeligines, explicans illud Plauti. *Quid illæ nunc tam diu intus remorantur remeligines.* Inde & *remores* aues, quæ acturum aliquid morari compellunt.

Iam *Venus.*] v. l. *Venus.* Scaliger legit: *venis*, & in ms. esse testatur. Interpungo:

Iam Venus, bona te Venus, iuuerit.

lepida iteratione verbi.

Bona *te Venus iuuerit.*] votis tuis annuat. *bona*, vel propitia, vt 12. Æneid.

Vos ô mihi manes Este boni.

& in Daphnide.

Sis bonus ô felixque tuis.

vel honesta, & legitimo fœdere iuncta, vt sup.

A *Dux bonæ Veneris, & boni coniugator amoris.*

Qvoniam *palam capis.*] Atqui Plutarch. in quæst. 65. quæst. quærit Cur nouus maritus prima nocte non ad nouam nuptam accedit, nisi in tenebris? Aut quia, inquit, eam adhuc reueretur, vt alienam? Aut vt demonstret omnẽ concubitum turpem esse, cum etiam ad legitimum non nisi pudenter accedat. Ad hunc morem allusit Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Parcite luminibus seu vir, seu fœmina fias,
Obuia, celari vult sua furta Venus.

At Propertio non idem videtur el. 15. lib. 2.

Non iuuat in cæco Venerem corrumpere motu:
B *Si nescis, oculi sunt in amore duces.*
Ipse Paris nuda fertur perisse Lacæna
Cum Menelaeo surgeret è thalamo:
Nudus & Endymion Phœbi cepisse sororem
Dicitur, & nuda concubuisse Dea.

sed loquitur Propertius de vestita. Capere autem, sumere, surripere, eripere oscula est cupiditatis amantium, qui exspectare non solent vt dentur vltro, qua de re Horat. od. 12. lib. 2.

Dum flagrantia detorquet ad oscula
Ceruicem: aut facili sæuitia negat,
Quæ poscente magis gaudeat eripi,
Interdum rapere occupet.

C Qvod *cupis, capis.*] Adnominatio, vt alibi.

Ride quidquid amas Cato Catullum.

Terentius in seipsum cruciente.

Quæris quod habes, non quæris quod abest. Cato.
Si tu & aduersus & auersus impudicus es.

Cicero apud Carisium. *Qui fuit locus religiosissimus, nunc erit lucus desertissimus.* Idem pro lege Manilia: *repressum non oppressum reliquit.* & 1. de leg. *donata, non nata.* Cornuficius 4. ad Herennium vbi hoc genus annominationis ait fieri cõmutandis literis, exemplum hoc proponit. *deligere oportet, quem velis deligere.* lege: *Diligere oportet, quem velis diligere.*

D Et *bonum non abscondis amorem.*] legitimum amorem demonstras osculo. Ouid.

—— *Quis enim celauerit ignem*
Lumine qui semper proditur ipse suo.

Terent. Andria. *Ibi tum Pamphilus bene dissimulatum amorem & celatum indicat.*

Pvlvis *Erythræi.*] vetus editio Parthenij *Ille pulueris Erythræi.* longius excurrente versu, quam per legem liceat. Guarinus legit *pulnis*, secundo casu. Achilles Statius ait in v. l. esse *pulueris eritei*, vel *Ericei.* vnde facit *Antæi.* correpta diphtongo id est Lybici, quia Lybicum An-
E tæum fuisse perhibent Poëtæ. Scaliger putat *Enthei* legi posse quia bellonarij vim pulueris excitabant, vt apud Tibull. el. 6. lib. 1.

Attigerit, labentur opes, vt vulnere nostro
Sanguis, vt hic ventis, diripiturque cinis.

sed perspicuum est loqui de arena. nam alibi, vt hic, numerare arenam & sidera dixit hyperbolicως.

Quæris quot mihi basiationes
Quam magnus numerus Libyssæ arenæ.

Prouerbium Græcum de eo quod numero cõprehendi non potest. ἄμμον μέτρεις. quo titulo satyram scripserat Varro. Horatius tamen etiam arenæ numerum tenuisse Architam testa-

tur od.28.lib.1.

Te maris & terræ numeroque carentis arenæ
Mensorem. At Virg.2.
Neque enim numero comprendere fas est,
Quem qui scire velit, Lybici velit æquoris idem
Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenæ.

Quemadmodum autem hic *puluis* pro arena, ita & Horatius od.28.lib.1.cum dixisset,

At tu nauta vaga ne parce malignus arenæ.

subijcit: *Iniecto ter puluere curras.*
Item od.6.lib.4.

Posuitque collum Puluere Teucro.

Ennius lib.8. Annal. apud Nonium in puluis B masculini & fœminini generis. *Puluis fulua volat.*

Sidervmqve *micantium.*] vt arenæ: sic & siderum numerum inire hyperbolicώs dixit, & quidem vt arenam Architam numerasse testis Horatius, ita & sidera ipsa omnia tenuisse Cononem ait Catullus.

Omnia qui magni dispexit sidera mundi.

Virg.1.Georg.

Nauita tum stellis numeros & nomina fecit.

Svbdvcat *numerum prius.*] Vt eum ante didicerit numerare innumerabilia, lusus ve- C stros postea facilius numeret. *subducere*, supputare. vnde *subducere rationes.* vide Nonium cap. 4. vox nempe Arithmeticæ, in qua vel additur, vel subtrahitur, vel subducitur

Qvi *vestri numerare vult.*] v.l. Memmij: *Qui nostrum numerare vult.*

Mvlta *millia lusus.*] Auantius in vet. lib. fuisse dicit *lusuum*, & *lusum* pro *lusuum* per crasin & *lusus*. Achilles Statius legit *mollia ludi*, id est deliciæ siue παίγνια, negatque dici latinè *millia ludi*, aut *lusus*. At Scaliger ex v.l. *ludei*, id est, *ludi*. & dictum ait *millia ludi*, vt *millia aris*.

Lvdite.] patrate. Ludere de amantium D lasciuia & libidine dicitur. Proper.el.6.lib.2.

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

Horat.od.15.lib.3.

Lasciuæ similem ludere capreæ.

Item od.13.lib. 4.

Ludisque & bibis impudens.

Idem ep. vlt.lib.2.

Lusisti satis, edisti satis atque bibisti.

Liuius in vetere Odyssea apud Festum in affatim. *Adfatim edi, bibi, lusi.* ex Homero τῶν ἔφαγον, τ' ἐπιόν τε καὶ ἀφίδνων ἔπαθον. Edi, bibi, Venereis rebus operam dedi. Epigramma Sardanapali E apud Athenæum lib.12. ἐγὼ δ' ἔσσ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος τέρπν' ἔπαθον, ἔφαγον, ἀφροδίσια. Ego regnaui, & quamdiu solis lumen adspexi, edi, bibi, Venereis rebus indulsi. Ergo ludere ἀφροδισιάζειν, & ἀφροδισιασμὸς lusus.

Vt *lubet.*] ad libidinis satietatem, hoc genus sermonis est etiam in obscœnis. Ipse alibi:

Verum à te metuo, tuoque pene
Infesto pueris bonis malisque,
Quem tu qualibet, vt lubet, moueto.

Est & rem liberè permittentis. Hor.lib.1.ep. 7.
Tam teneor dono, quam si dimittar onustus.

Vt *libet* &c.] vt ibid. annuentis.

—— Sic ignouisse putato

A *Me tibi, si cœnas hodie mecum. vt libet, ergo*
Post nonam venies.

Et *breui.*] Intra decem menses.

Liberos *date.*] dixi supra ad illud,

Nulla quit sine te domus liberos dare.

Non *decet tam vetus nomen.*] Gentem, familiam. Virg.6.Æneid.

Illustres animas nostrumque in nomen ituras.

Liuius lib. 1. *Per se ipsumCeninum nomen impetum facit.* Et alibi sæpe. Horat.od.5.lib.3. *Et Apulus Anciliorum, nominis, & togæ oblitus.*

id est, gentis & patriæ. Antiquissimæ autem hæ familiæ. Nam Manlia gens clarissima & vetustissima à Manlio Capitolino, Imperioso Torquato. & nupta hæc si Iulia, gens Iulia ab Iulio Ascanij filio. Si Iunia, vsque à Iunio Bruto, qui reges eiecit, potest repeti.

Sine *liberis esse.*] Quod ait veterem familiam non decere sine liberis esse, simile est ei quod ait Corn. Tacitus lib.2. *M. Hortalus nepos oratoris Hortensij inlectus à Diuo Augusto liberalitate decies sestertiûm, ducere vxorē, suscipere liberos, ne clarissima familia exstingueretur.* Hoc est quod Cornelia mandat liberis apud Propert. ele. vlt. lib. 4. *& serie fulcite genus*, id est, ne corruat familia, longo liberûm ordine domum stabilite.

Et *indidem.*] Ex eadem stirpe & sobole. Cicero pro S. Roscio vsus hoc verbo. Et Liuius lib.23. *Ciuis indidem* (ex Capua) *erat.* Plaut. Pseu. act. 2. sc. 4. *Si opus est, vt sumas indidem.* & alibi sæpe. Gellius cap. 22. lib. 2. *Sol indidem non semper oritur*, & cap.10.lib.6. *Indidem Megaris erat.*

Semper *ingenerari*] quasi inseri. Cic.1.offi. *Natura ingenerat præcipuum amorem in eos, qui procreati sunt.*

Torqvatvs.] Vnde Manliæ genti cognomentum Torquati tradit. Cic.2.de finibus. *T. Manlius apud Anienem cum Gallo depugnauit, prouocatus, & ex eius spoliis sibi torquem ac cognomen indidit.* Idem est Tusc. 4. & 3. de offic. vbi indulgens idem in patrem, & seuerus in filium dicitur, quem securi percussit. Hinc Virg.6.Æneid.

Quin Decios, Drusosque procul, sæuumque securi
Aspice Torquatum.

vide Liuium sub finem lib.6. & libro 7.

Volo *Paruulus.*] Sic Virg.4.Æneid.

—— Si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas.

Matris *è gremio sua.*] Gremio gestant matres paruulos liberos. qua de re Ouid. in epist. Hermion.

Non tibi blanditias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis,
Nec gremio sedi sarcina grata tuo.

dixi suprà ad illud. *Matris è gremio suæ.* Non male & sic legeris. *Torquatum volo paruulum*
Matris qui gremio suæ. &c.

Porrigens *teneras manus.*] id est, porro agens, id est, protendens. *Teneras manus*, vt Virdixit Æneid.2.

Teneras arcebant vincula palmas.

& Tibullus.

Quos tibi dat tenera docta puella manu.

Dvlce *rideat ad patrem.*] Ridenti patri ar-

rideat.vt Virg.ecl. 4.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

& mox. *Quem non risere parentes.*

Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

De quo Virgilij loco aliàs sic.

Dulce ridentem, Misero quod omnes Eripit sensus.

Horat.od.22.lib.1.

Dulce ridentem Lalagen amabo.

eiusdem modi est & illud ep. 7.li.1. *Ridere decorum.* Et Apuleius *ridere blandum.* vt Homer. ιλ. φ. ἡδὺ γελάσσας id est, dulce ridens. & Pindar. in Pythijs χλιαρὸν γελάσσαις. Ouid. in epist. Parid. *Dulce Venus risit.* & lib.3. de arte amandi. *Ridentem mollia ride.*

S E D *micante labello.*] *micante*, vibrante, tremulo. vet. lib. *sed mihi ante.* Alij hiante. vnde Scaliger *Semihiante labello.* & adfert ex Gellio. *Dum semihiulco basio Meum puellum suauior.* vet. lib. Mēmij habent *nitente.*

S I T *suo similis patri.*] Lucret. hac de re lib. 4. sic philosophatur:

Et commiscendo cum semen fortè virile
Fœmina commulxit subita vi, corripuitque:
Tum similes matrum materno semine fiunt,
Vt patribus patrio, &c.

Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. eos qui iustitiam colant, inter cetera commoda hoc ait esse consecuturos, vt

Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι.

Theocrit. in encomio Ptolomæi.

Ἄστοργοι δὲ γυναικὸς, ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰεὶ.
Ῥεῖα δὲ γοναὶ, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί.

Eius mulieris, quæ virum non amat ex animo, in alieno (viro) mens (est) semper, faciles partus & fœtus; nec vnquam similes patri. Aristoteles lib.2. politicorum, populis quibusdam superioris Lybię (Gatamantes sunt ex Mela) communes ait esse vxores inter se, liberos autem inde natos diuidi, ex similitudine parentum in eis expressa. Τὰ δὲ, inquit, γενόμενα τέκνα, διαιροῦνται κατὰ τὰς ὁμοιότητας. Stat. in Epith. Stellæ & Viol.

Multum de patre decoris,
Plus de matre capis.

E T *facile insciis noscitetur ab omnibus.*] Plau. milit. *Inquore & placide noscita.* Idem in Cistellaria. *Nunc vestigia, si qua sunt, noscitabo.* Liuius libr. 3. *Circumspectare omnibus fori partibus senatorem raróque noscitare.* Gellius lib. 5. cap. 14. *Placidè tanquam noscitabundus ad hominem accedit,* (leo) *Insciis,* alienis & peregrinis.

E T *pudicitiam matris indicet ore.*] Testetur ore, quo parentis formam referat. Dido 4. Æneid.

Qui te tantum ore referret.

Horat. od.5. lib. 4.

Laudantur simili prole puerpera.

Ouidius.

Fallere non norunt, cetera patris habent.

Idem.

Et nimium similes tibi sunt, & imagine tangor:
Et quoties video lumina nostra tument.

dixi paulo ante plura.

T A L I S *illius à bona matre laus genus approbet.*] Confirmet & testetur quo genere, quaq; gente & familia natus sit, & hic fortasse moribus genus suum probet, vt ante forma. Hora. od. 4.

A lib. 4. *Fortes creantur fortibus & bonis.*
&

Vtcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

Q V A L I S *vnica.*] singularis, eximia. Proper. el. 2. lib. 1.

Vnica nec desit iucundis gratia verbis.

Liuius lib. 24. *Vnicus spectator cœli & siderum Archimedes.* Cicero pro Quintio. *Restat vt tibi summa negligentia obstiterit, aut vnica liberalitas.*

A B *optima matre.*] id est, castissima Penelopa. Sed id quidam negant, cum, vt scribit Cicero 3. de natur. deor. ex Mercurio & Penelopa natus
B Pan dicatur, vel ex concubitu procorum, quod & scribit interpres Theocriti. In catalectis Virgilianis Penelope sic procos alloquitur.

Nemo meum melius neruum tendebat Vlysse,
Siue illi laterum, seu fuit artis opus.
Qui quoniam perijt, modo vos intendite. qualem
Esse virum sciero, vir sit vt ille meus.
Hac ego Penelope potui tibi lege placere,
Illo sed nondum tempore factus eram.

& ille alter.

Penelope vires iuuenum tentabat in arcu.

Telemachus ipse apud Homerum interrogatus à Minerua an Vlyssis filius esset, respondit,
C id quidem affirmare matrem suam Penelopen, sed nemini certum esse patrem. quo allusit Vir. 11. Æneid.

Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

T E L E M A C H O.] Ita dictus, quia patre procul à domo bellum gerente natus sit. sic latinis dicti *Proculi.* fuit & *Telemachus* pater Latini regis. Plutarch. in Romulo. Fortasse autem legendum. *Telemachon manet fama Penelopen,* vel *Penelopæa.*

M A N E T *fama.*] viget & vigebit laus. Virg.
D ecl.5.

Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

& lib. 2. Æneid.

Priami dum regna manebant.

C L A V D I T E *ostia virgines.*] Ex hoc loco apparet à virginibus solitum claudi ostium cubiculi. & fortasse supra eas alloquebatur, cum dixit: *Claustra pandite ianuæ.* Cum eludebant, id est, finem ludo imponebant, sic loquebantur Virg. ecl.3.

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

Albinouan.

Claudite iam parcæ nimium reserata sepulchra,
Claudite, plus iusto iam domus ista patet.

E L V S I M V S *satis.*] cecinimus lasciua & mollia carmina. Horat. od.32. lib. 1. *Lusimus tecum.* Virg. ecl.1.

Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

A T *boni coniuges, bene viuite.*] Bene, iucunde, & hilare. Horat. ep.6. lib.1.

Si bene qui cœnat, bene viuit, lucet, eamus.
Quo ducit gula.

Ouid.

Crede mihi bene qui latuit, bene vixit.

Horat. od. 16. lib. 2.

Viuitur paruo bene. dicitur & *viuere,* tantū. Cat.

Viuamus mea Lesbia, atque amemus.

In

In Catalectis Virg.

Mors autem vellens viuite ait venio.

Ita autem concluditur ferè Helenæ epithalamium à Theocrito:

Χαίρεις ὦ νύμφα, χαίροις εὐπένθερε γαμβρέ.

ET *munere.*] Munus & officium etiam vocant Veneream operam Poëtæ. Propert. lib. 2. el. 22.

Persoitere licet, sæpè est experta puella
Officium tota nocte valere meum.

Ouid. el. 6. lib. 3. Amor.

At nuper bis flaua Chie, ter candida Pitho,
Ter Libas officio continuata meo est.

Contra ibidem, deesse numeris.

Quæ mihi ventura est, siquidem est ventura, senectus
Cum desit numeris ipsa iuuenta suis?

ASSIDVO.] Imo accubuo. Plautus.

EXERCETE *iuuentam.*] consumite ætatem floridam in eo opere, Plaut. in Asi. hac mente. *Ille opere foris faciundo lassus reuenit domum.* & Oui.

—— *Medium soluar & inter opus.*

Exercet se qui in opere aliquo occupatus à se desidiam arcet. Plaut. in Amphitr. *Hæc nox scita est exercendo scorto conducto male.* Virg. 1. Georg.

Exercet tellurem, pro arat: vt arare, fodere, tergere fossas, de Venere & opere nocturno dicitur. Sueton. in Domitiano. Assiduitatem concubitus, velut exercitationis genus, clinopalen vocabat. Statius in Epith. Stellæ & Violantillæ.

Exerce formam, & fugientibus vtere donis.

& mox:

Ergo age iunge thoros, atque otia deme Iuuenta.

Catullus.

Aemulus iste tuus, qui vestram exercet amorem.

Idem ad Manilium.

Ad quam communes exerceremus amores.

VALENTEM.] Robustam. Hesiodus in ἠρωικῇ γενεαλογίᾳ vt citat Lycophronis interpres, sic dixit ὄβριμον ... Plaut. in Casina: *Obsecro vt valentula est?* Laberius hoc sensu. *cum vigebam membris præuiridantibus.*

CARMEN NVPTIALE.

VESPER *adest.*] Conuiuium produxerant fortasse ab hora nona ad duodecimam. id est, ad supremam tempestatem & solem occasum. *Vesper* autē primus videtur Ennius dixisse. Cēsorinus de die natali. *Post supremam dicitur vesper, ante ortum scilicet eius stellæ, quam Plautus vesperuginem, Ennius vesperum, Virgilius hesperon vocant.* Seruius in illud lib. 1. Georg.

Illic sera rubens accendit lumina vesper: Vesper, inquit, *est stella, quæ & Venus & Lucifer dicitur.* vesper autē quia quibusdā mēsibus vespere: Lucifer quia quibusdam manè oriatur. Dicitur & *Vesperugo* Plauto in Amphitr. vt notat Festus. Mane, *Eous, φωσφόρος. lucifer, iubar.* Dicitur & *vespera* apud Nonium ex Turpilij dotata. *vespera oriente.* Dicitur & *vesper* neutro genere apud Varron. 8. de L. L. *Cum dicitur magis vespera significatur nouissimum vesper.* Varro 5. de L. L. *Cum stella prima exorta, Græci vocant ἕσπερον, nostri vesperuginem, vt Plautus. Exorta stella tempus à Græcis ἑσπέρα latine vesper, vt ante solem ortum eadem stella vocabatur iubar, quia iubata.* hæc ille. & *Hesperus*, de quo infrà. ἕσπερος, vesper, v, pro h, vt ἑστία, vesta.

IVVENES] in superiori carmine pueri inuestæ, hic iuuenes, & iam puberes inducuntur. Iuuenes autem, & iuniores dicuntur ab anno 17. ad 46. vt ait Cincius in libro de re militari apud Gellium cap. 28. lib. 10. Censorinus lib. de die natali ad 45. annū iuuenes appellatos scribit, quod remp. in re militari iuuare possent.

CONSVRGITE] scilicet è conuiuio. Virg. 8. Æn. *Cunctique relictis Consurgunt mensis.* *Linquere mensam* dixit Plinius cap. 2. lib. 28. vt & noster versu ab hoc secundo. *Linquere mensas.* dicebatur id *migrare mensa*: Festus:

VESPER *tollis.*] Claudianus in Epithalamio

Attollens thalamis Idalium iubar
Dilectus Veneri nascitur Hesperus. Virgil. 1. geor.
Illic prima rubens accendit lumina vesper.

OLYMPO.] Est & Lesbi & Hellesponti & Lyciæ mons Plinio. sed altissimus Thessaliç, vbi negantur vlli esse lupi. est & nomen Statuarij Pausaniæ.

EXSPECTATA *diu lumina.*] Quia omnis mora longa cupienti. Virg. lib. 6. Æneid.

Venisti tandem, tuaque exspectata parenti
Vicit iter pietas. Item 2. Æneid.
—— *quibus Hector ab oris*
Exspectate venis? & lib. 5.
Exspectata dies aderat. Infra.
Quid datur à diuis felici optatius hora?

VIX *tandem.*] Virg. lib. 2. Æneid.

Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus.

& 3. Æneid.

Labitur, & longo vix tandem tempore fertur.

& libr. 11.

Et vis vix tandem longo laxata dolori.

& 5. Æneid.

At grauis vt fando vix tandem redditus imo est.

SVRGERE *iam tempus.*] Quia satis diu accubuistis. Sic Horat. ep. vlt. lib. 2.

Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti,
Tempus abire tibi.

Lucretius libr. 3.

Cur non vt vitæ plenus conuiua recedis?

Id est, satis fuisti in vita, cur non decedis?

IAM *pingues linquere mensas.*] Horatiùs sat. 2. libr. 2. eodem sensu: *Mensasque nitentes.* & satyricus. *mensa commodus vncta.* contra Horatius od. 16. lib. 2.

Splendet in mensa tenui salinum.

Plin. cap. 2. lib. 28. *Recedente aliquo ab epulis simul verba solum; aut bibente conuiua mensam, vel repositorium tolli, inauspicatissimum est: Seruijque Sulpitij commentatio est: Quamobrem mensa linquenda non sit.* (nisi peracto conuiuio scilicet.) Mensarum tria ponit genera Varro 4. de L. L. *escariam* scilicet *mensam*, quam *cibillam* appellabant, alteram *vinariam*, vbi vasa vinaria ponebantur, eamque nominabant *cylibatum*, & tertiam *vrnariam*, quòd vrnas cum aqua positas ibi potissimum habebant in culina. eodem loco ait, mensa dicta quasi μέση, quod media poneretur, vel quia pleraque in cibo mensa ponebant.

Carif.l.1. Menfam fine n.liteta dictā Vatro ait, quod media ponetetur: fed & eum n. poffe dici, quia & menfa edulia & efculenta ponerentur. Fuit & *menfa nummularia*. *Menfa* verò, pro ipfis interdum eibis. vnde Seru. in 1. Æn. *Duas*, inquit *menfas antiqui habebāt, vnā carnis, alteram pomorum: vnde menfæ fecundæ appellantur.* & alibi. *Vnam epularum, alteram poculorum.* Erant & menfæ panieeæ facratæ, in quibus libabant, vt idem ait Seruius in 1 Æneid. vnde Virg. 7. Æneid.

Confumptis hic fortè alijs, vt vertere morfus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:
Et violare manu, malifque audacibus orbem
Fatalis crufti, patulis nec parcere quadris:
Heus, etiam menfas confumimus, inquit Iulus.

IAM *veniet virgo.*] prodibit noua nupta.

IAM *dicetur Hymenæus.*] De Hymenæo dictū initio hymenæi Iuliæ. Poftrema autem fyllaba verbi *dicetur*, producitur ob fequentem adfpirationem. Ipfe in coma Berenices: *Qua Rex tempeftate nouis auctus Hymenæis.* & in Ariadna:

Tum Thetis humanos non defpexit Hymenæos.

Virg. 7. Æn. *Turnique canit Hymenæos.* & lib. 8.

Linquens profugus Hymenæos. fic ecl. 6.
Mollis fluctus hyacintho. & 11. Æn.
Seu mollis violæ, feu languentes hyacinthi. & 9.
Terga fatigamus hafta.

HYMEN ô.] verfus poftulat, O Hymen.

ADES.] Virg. ecl. 7. *Huc ades ô Melibœe.* & 1. Georg. *Adfis ô Tegeæe fauens.*

CERNITIS *innuptæ iuuenes.*] virgines, ἄζυγες.

CONSVRGITE *contra.*] Cōfurgite velut ad certamen canendi, vt *ftare contra.* Virg. 7. Æn.

NIMIRVM *noctifer.*] Contra Bacchilides apud interp. Apollonij in lib. 7. noctem ipfam vocat *δαδοφόρον.* *Ἑκάτα δαδοφόρε νυκτὸς μελανοκόλπου θύγατερ.* Quo verfu Lunam filiam noctis fingit, fiue Hecaten & Dianam. Euripides contra filiam Solis, cum vulgus Poëtarum folis fororē dicat. *Noctifer* autē, quia noctē adferat, vt ab luce ferenda eadem ftella *Lucifer* dieitur. nam viso hefpero paftor intelligit noctem inftare. vnde Vir. ec. vl. *Ite domū faturæ, venit Hefperus ite capellæ.* vt vifo Lucifero fcit adeffe diem. Virg.

Iamque iugis fumma furgebat Lucifer Idæ,
Ducebatque diem. noftrates ideò vocant *l'eftoille au berger.*

OSTENDIT *ignes æthereos.*] Quidam l. v. mf. *Eoos*, quod recipi non poteft, cum de noctis aduentu loquatur, ait Muret. Alij Oetheos, quia ab Oeta oriri hefperū putabāt. vnde Virg. ec. 8.

Tibi deferit Hefperus Oetam. Achill. Stat. in l. v. ait effe *Nimirum hæc eos oftendit noctifer imber.* vnde legit *Oetaas oftendit noctifer vmbras.* Scaliger ait effe in veteribus *hoc eos*. vnde legit. *Nimirum Oceano fe oftendit noctifer imbre.* id eft, furgit à mari vt fit *Oceanus imber*, vt *Oceanum mare*, Cæfari & Salluftio. *Rhenum flumen* Horatio. Nam Virgil. dixit: *Qualis vbi Oceani perfufus Lucifer vnda.* Durū eft *imber Oceanus*, & *imber* pro mari. Sed fi cui placet Scaligeri coniectura, eā confirmare poterit verbis Virg. 1. Aen. *Laxis laterū cōpagibus omnē*

Accipiunt inimicum imbrem, rimifque fatifcunt.

Nam, vt ait Seruius, *Imber eft humor omnis.* Lucr. *Ex igni terra atque anima nafcuntur & imbri.*

Ouid. eleg. 5. lib. 4. triftium.

Fert bene præcipites nauis modo facta procellas,
Quamlibet exiguo foluitur imbre vetus.

Tamen fi credendum eft libro Mureti & libro Memmi *Oetæos ignes* malim ob id quod Virgil. ait ecl. 8. *Tibi deferit Hefperus Oetam.* & in Culice.

Et piger aurato procedit vefper ab Oeta.

Papinius Statius, *Totidem Oetea Paphiaque reuifunt Lampades.* *Ignes* autem *Oetæos* dicit ipfum hefperum, vt Virg. 3. Aen. *Nam neque erant aftrorum ignes.* Item *ignes* pro *ftellis*. 2. Aen. *Vos æterni ignes.* Cicero 6 de rep. *Datus eft vobis animus ex illis fempiternis ignibus, quæ fidera & ftellas vocant.* Horat. od. 12. li. 1. *Micat inter omnes Iulium fidus velut inter ignes Luna minores.*

SIC *certè.*] Alibi. *fic certè eft. clamant Virronis rupta mifelli Ilia.*

VIDEN *vt perniciter.*] Seruius in illud *Pedibus celerem & pernicibus alis. conuertit rerum epitheta*, inquit: *nam pernix pedum eft, vt pernicibus ignea plantis: Celeritas pennarum, vt celerique fuga fub fidera lapfa.* Eft & *pernix*, perfeuerans, à pernitendo, vt Seruius & Nonius exponunt 3. Georg. *Et inter*

Dura iacet pernix inftrato fuxa cubili. Sed v. l. vt ait Pierius *pernox* habent, non *pernix*. Seruius tamen in illud 11. Aen. *Pernicibus ignea plantis.* *Pernix modo velox, modo perfeuerans, quia nifi interdum eft laboris, interdum inceffus. Inde pernities & pernix.* Horat. od. 2. lib. epod. *Perufta folibus pernicis vxor Appuli.* id eft duri, laboriofi, induftrij.

EXSILVERE.] furrexerunt magno impetu & celeritate. *ὠθισμοῖς* eo impetu fignificatur. Horat. ep. 19. lib. 1.

Ennius ipfe pater nunquam nifi potus ad arma
Profiluit dicenda,

vnde apud Ciceronem in epift. *Exfilire gaudio.* cum mens ipfa perturbata & permota.

NON *temere exfiluere.*] non de nihilo, nō fruftra, vt mox, *non fruftra meditatur.*

CANENT *quos vincere par eft.*] Canent carmen dignum victoria. Scaliger ait in v. l. effe *canent quo vifere parent.* vnde legit, *canent quo iure parent fe.* ea cautio mihi parum cauta videtur. In l. Memmij eft, *canent quod vincere par eft.* vel, *ratum eft*. Probo, *quod vincere*, nam mutarunt *quod*, in *quos*. qui genus fermonis, *canent quod*, non affequebantur. Horat fat. 9. lib. 1.

Inuideat quod & Hermogenes, ego canto. Vir. ec. 2.
Canto, quæ folitus, fi quando armenta vocabat
Amphion. Par vincere, vt Proper. el. 3. lib. 2.
Par Aganippææ ludere docta lyra.

NON *faciles nobis.*] non *ἀκόνιτι καὶ ἀνιδρωτί.* neque tamen ideò negligenda: nam vt ait Horat. ep. 1. lib. 1. ad Mæcenatem. *Cui fpes,*

Cui fit conditio dulcis fine puluere palmæ.

PALMA *parata eft.*] Victoria in medio pofita & in promptu. *Palma* pro ipfa victoria, quia eius fit in certaminibus fignum, vt Gellius ex Plutarchi 8. fympofiacōn & Ariftoteles problematū feptimo, cap. 6. l. 3. docent. quoniam ingenium eft eiufmodi ligni, vt vrgentibus opprimentibufque non cedat.

AEQVALES.] æquales *ὁμήλικες*. eiufdem ætatis, quos etiam *pares* vocat Horat. epift. ad Pifonem: *Geftit paribus colludere.*

sic infra *aquales* puellas vocat ἥλικας. Nam ἧλιξ, ἥλικος, æqualis ætate. Pacuuius Hermiona apud Nonium in Dignaui. *Cum neq; me adspicere aquales dignarent mea.*

ADSPICITE, *innupta f. v. m. r.*] vet. lib. *Adspice quæ innupta secum vt meditare quærunt.* vnde legit Statius: *secum vt meditamina quærunt.* At bene est. *secum vt meditata requirunt.* *Requirere secum meditata*, est animo reuoluere, retractare, & quæ repetere metuas obliuisci.

NON *frustra meditante.*] Meditari & τὸ μελετᾶν, est accuratæ commentationis & oratorum & poëtarum. Virg. ecl. 1.

Siluestrem tenui musam meditaris auena.

Horat. ep. 2. lib. 2.

Plures sunt plateæ nihil vt meditantibus obstet.

& mox:

I nunc & versus tecum meditare canoros.

HABENT.] Inuenerunt. Plaut. milite. act. 2. scen. 2. *Habet opinor.* (id est, inuenit) dolum quem quærebat. Idem Amphitr. act. 4. scen. 4. *Ibo aduorsum, vt si quid habet scisciter.* id est, didicerunt, intellexerunt. Terent. Eunuch. act. 4. sc. 4. *Habesne hominem*, id est, reperisti.

MEMORABILE *quod sit.*] dignum memoratu. memorare est etiam poëtarum & musarum ipsarum. Virg. 1. Æneid.

Musa mihi causas memora.

Item lib. 7.

Et meministis enim Diuæ, & memorare potestis.

Memorare est memoriter pronunciantis, *recitare* est de scripto dicentis.

TOTA *penitus.*] sic Virg. ecl. 1.

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

QVÆ *mente tota laborant.*] Quæ prorsus in hoc vno studio defixæ & intentæ sint. Summus est commentationis & meditationis labor, & omnes animi nerui contēduntur. Hinc Horatius od. 2. lib. 4.

—— ego Apis Matinæ
more, modoque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, vuidique
Tyburtis ripas operosa paruus
Carmina fingo.

NOS *alio mentes, alio diuisimus aures.*] Aliud cogitamus, aliud audimus. Turnebus cap. 29. lib. 21. Aduersar. sic explicat. Nos & animum alijs rebus intendimus, & aduertimus: & aures alijs sermonibus præbuimus. Sic Virgilius 4. Æneid.

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.

Est hic aliud agentis. Sic Cicero pro Sylla. *Adestote omnes animis, qui adestis corporibus.* Plaut. in Aulul. *Ego hic sum, animus domi est.* Ouid.

Secta bipartito cum mens discurrit vtroque
Alterius vires subtrahit alter amor.

IVRE *igitur vincemur.*] Meritò inferiores erimus.

AMAT *victoria curam.*] Qui vincere vult, curam, studium & industriam adhibere debet. nā *Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.* Horat. in arte poëtica.

Qui studet optatam cursu contingere metam,

A *Multa tulit, fecitque puer, sudauit & alsit,*
Abstinuit Venere & Baccho.

Cassius Parmensis in Orpheo:

Non leuis adscensus si quis petit ardua, sudor
Plurimus hunc tollit; nocturno insomnis oliuo
Immoritur: delet quod mox laudauerat in se
Qui cupit æternæ donari frondis honore.

QVARE *nunc.*] v. l. Non. Achill. Stat. exponit ne saltem animos prorsus remittite. sed nihil mutandum.

ANIMOS *saltem committite vestros.*] id est, tandem contendite. Turneb. cap. 29. li. 21. *Com-*
B *mittere animos*, inquit, est animos in commissionem & certamen adducere, & ad contentionem comparare; vnde *commissiones gladiatorum* cum paria comparantur. Propertius elegia 3. lib. 2.

Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ.

componit & comparat in certamine poëtico. Sueton. in Caligula cap. 56. *Committere aliquos inter se.* id est reddere inimicos, & in certamen hortari. Et in Augusto cap. 44. *Committere pugiles Latinos cum Græcis.*

DICERE *iam incipient.*] Seruius ad illud
C eclogæ 3.

Vis ergo inter nos quid possit vterque vicissim
Experiamur: *Amœbæum carmen est*, inquit, *quoties ij qui canunt æquali numero versuum vtuntur; & ita se habet ipsa responsio, vt aut maius, aut contrarium aliquid dicat.* Idem ad illud eiusdem eclogæ: *Alternis dicetis.* *In amœbæo carmine difficilior pars respondentis est, qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed aut maiorem, aut contrariam format responsionem.* ἀμοιβαῖον, mutuum, alternum. vnde ἀμοιβαῖοι λόγοι, dialogismi. sic cape & illud Virgilij.

Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca.

D HESPERE, *qui cælo fertur.*] An dicitur? An per cœlum vehitur & errat? nam equo vehi vel curru stellas, fabulantur Poëtæ. Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Illum sæpè ferunt conuiuia ducere Baccho
Dum rota Luciferi prouocet orta diem. Ouid.
Adferat admisso Lucifer altus equo.

Sic Aratus de astro sæpè νῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται. alij lib. vet. *Lucet.*

CRVDELIOR *ignis.*] sæuior stella. Ignem pro stella capi, dictum est supra, ad illud:

Ostendit noctifer ignes.

QVI *possis*] Sustineas, tam durus sis, vt id
E facias. Virg. 4. Æneid.

Potuisti linquere solam Crudelis.

Propert. eleg. 8. lib. 1.

Tu potes insolitas Cynthia ferre niues?

vet. lib. habent, *poscis*. quo sæpè Plautus, pro, postulas, vtitur, & Terentius.

NATAM *complexu auellere matris.*] id suprà, è matris gremio rapere. Virg. 4. Æneid.

—— Complexu auulsus Iuli.

Cicero pro Fonteio. *Num etiam de matris complexu miserrimæ fœminæ hunc auellet & abstrahet?* & pro domo sua: *Distrahere aliquem à suorum complexu.* Est autem hic duodecimus conquestionis locus libr. 1. de Inuentione. *Cum deducaris ab eo qui cum libentissimè vixeris.*

tū matris autem ad vtrumque refértur,& ad *complexum*,& ad *retinentem*. Cornel.Tacit.lib. *Auitæ nobilitatis etiam inter angustias fortunæ retinens.* & lib.5.*Nisi lacesseretur,modestiæ retinens.* Gell.ca.10. li.10.*Sallustius proprietatum in verbis retinentissimus. retinentem matris* hærentem matri.

C o m p l e x v *matris.*] Iteratio & repetitio.

E t *iuueni ardenti castam donare puellam.*] ἀντίθεσις. Iuueni impotenter amanti, & *fero* intactam dedere,vt suprà dixit:vel,vt infra,*tradere*, videlicet,vt ouem lupo.

Q v i d *faciunt hostes, capta crudelius vrbe?*] Est hyperbole prouerbialis. Virg.2. Æneid.

Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?

Ibidem.

Vrbis vbi captæ casum,conuulsaque vidit
Limina tectorum. &c. & lib.4.
Non aliter quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago.

Pro pert.el.9.lih.4.

Spectaculum captæ non minus vrbe fuit.

Liuius lib.37. *Haud secus, quam in incendio,aut capta vrbe trepidatur.* Ouid. in ep.Hermiones.

Quid grauius capta Lacedæmone serua tulissem?

Sallustius in Catilina. *Capta vrbe nihil fit reliqui victis.* Ibidem in oratione Cæsaris. *Rapi virgines, pueros: diuelli liberos à complexu parentum, matresfamilias pati quæ victoribus collibuisset: fana atque domos spoliari: cædem atque incendia fieri: postremo armis, cadaueribus, cruore, atque luctu omnia compleri.* Homerus alibi in Iliade miserias illas vrbis captæ graphice commemorat his versibus

—— καί οἱ κατέλεξεν ἅπαντα
Κήδε' ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ.
Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

id est, & ei recensuit omnia
Mala,quæcunq; hominibus accidunt,quorum vrbs capta:
Viros quidem occidunt: vrbem vero ignis cinefacit:
Liberos autem alij abducunt, & bene cinctas mulieres.

H e s p e r e *qui cælo lucet iucundior ignis.*] Home. iliad.10. Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.
Pulcherrimus in cœlo stat, quamuis sit è numero errantium. Virg.8.Æneid.

Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes.

Apollon.lib.2. —— ὁ δ' οὐρανίῳ ἀτάλαντος
Ἀστέρι Τυνδαρίδης, οὗπερ κάλλισται ἔασιν
Ἑσπερίην διὰ νύκτα φαεινομένου ἀμαρυγαί.

Ille vero(Pollux)cælesti similis
Stellæ Tyndarides cuius pulcherrimi sint
Sub vesperam lucentis radij.

Q v i *firmes flamma tua.*] Stabilias exortu tuo: nam nuptias confirmat maris & fœminæ cōiunctio,quæ nulla est,nisi deducta nupta.vnde Virg.1.Æneid.

Connubio iungam stabili,propriámque dicabo
Hic Hymenæus erit.

D e s p o n s a *connubia.*] desponsa, per sponsum contracta. veteribus stipulari & spondere vxores moris fuit. vide Gell.lib.4.ca.4. l.2.& 3. de sponsalibus. & l.sponsio de verb. sign. Hic locus confirmat Donati explicationē ad illud

A Andriæ. *Placuit despondi, ex veteri more,* inquit, *quo spondebat etiam petitoris pater: propriè tamen spondet puellæ pater,despondet adolescentis.* Idem in Adelph. *Despondet puellā qui petit: spondet petitoris pater.* Varro 5.de L.L. *A sponte spondere,respondere,desponsor, sponsa.* Ibidem. *Qui spoponderat filiam despondisse dicebatur,quod de sponte eius,id est, voluntate exierat.* Sic *despondisse animum* dicitur,qui suæ spontis statuerat finem. Despondetur tamen virgo, propriè loquenti.

C o n n v b i a.] coniugium & connubium etiam pro coniugibus dicitur. Prop. el.13.lib.3.

Et certamen habent leti,quæ viua sequatur Coniugiū.

B vbi vide adnot. *ad te iuuer tendere.* sic enim legendum.

Q v o d.] veretur Muretus, vt hic versus sit satis emendatus. sed lib. Memmij habet *quæ*, non *quod.*

P e p i g e r e *viri.*] *pactum*, siue *pactio duorū vel plurium in idem placitum & consensus*, inquir Vlp. l. 1. de pactis. hic autem nuda pactio intelligitur, vnde non noscitur actio,sed exceptio tantū. Idem Vlp.l.iurisprud. Ibid. Ergo viri ipsi, id est mariti futuri, & proci, & procorum virginūq; parentes, primum id sibi placere ostendūt. deinde spondēt & despondēt. Hinc Ter. in And.

C *Placuit,despondi,hic nuptijs dictus est dies.*

vbi tria tempora obseruanda: *placuit*, (pepigimus) *despondi.nuptiæ.* sic *sperata,pacta,sponsa,nupta.* Virg.1.Æneid.

Quid soceros legere,& gremijs abducere pactas.

Nam pacta Turno Lauinia,non desponsa.vnde Virg.

Petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus,auis atauisque potens:quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore.

Ergo illi placebat.

P e p i g e r v n t *ante parentes.*] Antequam scilicet desponderent.

D N e c *iunxere prius.*] coniugauere. *Iungere* proprium huic rei verbum. Virg.1. Æneid.

Connubio iungam stabili. Item 4. Æneid.
Cui se pulchra virgo dignetur iungere Dido. &
Misceri ve probet populos, & fœdera iungi. Itē ec.8.
Mopso Nisa datur. quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis.

Tibull.el.1.lib.1.

Interea dum fata sinunt iungamus amores.

Iungere amicitiam dixit Liuius lib.34.

Q v a m *se tuus extulit ardor.*] paullò antè *ignē* vocat, & *flammam*, hic *ardorem.* vt Virgilius 10. Æneid.

E *Non secus ac liquida si quando nocte cometæ*
Sanguinei lugubre rubent,aut Sirius ardor.

Extulit,vt Virg.lib.8.Æneid.

Qualis vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cælo.

Cur autem ortus Hesperi exspectabatur? An quia noctu nubebant, quod ipsa fax indicat, vt ait Varro? An quia vt scribit Plinius cap. 8. lib. 2. huius sideris natura cuncta generantur in terris?

Q v i d *datur à Diuis felici optatius hora.*] Quid munere Deorum hominum generi conceditur

magis expetendum. Horat. od. 2. lib. 4.

Quo nihil maius meliusque terris
Fata donauere bonique Diui, *Nec dabunt.*

Felix hora eidem Horatio, *quam Deus fortunauit.* ep. 11. lib. 1.

Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam
Grata sume manu.

& epist. 4. lib. 1.

Grata superueniet quæ non sperabitur hora.

Idem od. 8. lib. 3.

Dona præsentis cape lætus horæ.

Item.

Et mihi forsan tibi quod negarit, porriget hora.

In Ariadna.

Aduenient tibi iam portans optata maritis
Hesperus, aduenient fausto cum sidere coniux.

HESPERVS *à nobis æquales abstulit vnam.*] L. Memmij. *Hesperus è nostris æquales sustulit vnam.* vnde lego (quod & Achilli Statio probatur.)

Hesperus è nostris æqualibus abstulit vnam.

id est, è grege nostro rapuit, & à virginibus ad mulieres transtulit, *rapuit*, inquam, vt Miluius è pulluis gallinæ. Plautus Pœnulo. *Tene sis me arctè mea voluptas, malum ego metuo miluios, ne fortè me tibi auferat pullum tuum.* desiderantur hic sex aut septem versus.

NAMQVE *tuo aduentu.*] exortu.

VIGILAT *custodia semper.*] Custodes in castris vigiles. Vigiliæ castrenses & militares quatuor, quarũ prima ab ortu hesperi incipit. Custodia igitur οἱ φύλακες. Festus. *Custodela antiquis, quæ nunc custodia.* Custodia homines ipsi. Virg. 6. Æneid. *— Cernis custodia qualis*
Vestibulo sedeat. at dixerat:
Vestibulum insomnis (vigil) *seruat noctesque diesq;.*

Custodiam tamen & *custodias* sępè in iure & apud Suetonium pro ipsis reis, qui custodiuntur à militibus.

NOCTE *latent fures.*] id est tenebris celantur, inde furibus nomen: Varro rerum diuinarum libro 14. apud Nonium in *fures*: *Furem ex eo dictum, quia furuum atrum appellauerint: & fures per obscuras noctes atque atras facilius furentur.* Homerus κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω. Idem Gell. cap. 18. lib. 1. & Seruius in 1. Georg. & IC. in l. 1. de furtis, qui addunt, etiam dictos à ferendo, vt Græci φῶρας vocant. Virg. 3. Georg.

— nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem.

Horat. ep. 2 lib. 1.

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.

vnde Euripides in Iphigenia. κλεπτῶν γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς.

QVOS *idem sæpè reuertens.*] rursus oriens manè: Idem sidus: sed mutato nomine, quia mane Lucifer, serò Vesper. Plato Epinomide: ὁ μὲν γὰρ ἑωσφόρος ἕσπερός τε ὁ αὐτὸς ὢν τῆς Ἀφροδίτης. Cinna in Smyrna apud Seruium in illud 4. Georgicon.

Te veniente die, te decedente canebat.
Te matutinus flentem conspexit Eous;
Et flentem paulò vidit post hesperus idem.

Horat. od. 9. li 2. idem nomen tribuit, cum ait:

Nec tibi vespero surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem.

A COMPRENDIS *eosdem.*] Donatus in Eunuch. *Comprehendere* significat strictim aliquem in facinore deprehendere: nam inclamantur fures, vt in Aulularia Plauti. *Tene, tene furem.* Et apud Petron. Arbitrum. *Prehende furem. Comprehendere* autem videtur, quia lumine suo & diei aduẽtu, vt fur sit manifestus, facit: vel quia oculis, quasi furem cernat. Nam *Sidera multa cũ tacet nox, furtiuos hominum vident amores.*

AT *lubet.*] ita videtur, quamuis non ritè. nam lubido à recta ratione auersa est.

INNVPTIS *te carpere.*] Virginibus incusa-
B re, insimulare. *Carpere*, mordere, rodere, perstringere, & vellicare eiusdẽ translationis sunt pro repræhendere, culpare: quia carpendo & vellendo maligno sermone fama & existimatio minuitur. Martial. epi. 34. lib. 5.

Carpere causidicus fertur mea carmina, qui sit
Nescio. item epi. 92. lib. 1.
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

FICTO *questu.*] fictas puellarum querelas & lacrymas, eas docui ex coma Berenices.

QVID *tum si carpunt.*] *Quid tum, &c, Quid tum postea, est ἰδιωτισμὸς,* inquit in Hecyr. Donatus,
C *quo contemnimus crimina leuiora.* sed potest hic esse anastrophe pro *Quid si tum carpunt.*

TACITA *quod mente requirunt.*] secum optant. v. l. *quam* pro *quod.* Alij *quem* id est teipsum optent, quamuis dissimulent. & sic libri Memmij *Quem.* Supra:

Tibi virgines zonula soluũt sinus.

Claudianus de raptu Proserpinæ lib. 1.

Tenerum iam pronuba flamma pudorem
Sollicitat, mixtaque tremit formidine votum.

Callimachus vt citat Olympiodorus primo commentario in Meteora, ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀπο-
D στυγέουσιν ἑῷον. Contra in Ciri.

Quem pauidæ alternis fugiunt, optantque puellæ
Hesperium fugitant, cupiunt ardescere solem.

mente tacita, vt Ouid.

Sed male sit tacita mente precare viro.

Idem. *Inconsolabile vulnus Mente gerit tacita.*

VT *flos.*] Sæpè supra cum flore virginem comparauit. dictum ad versiculum, *Talis in vario, &c.*

IN *septis secretus nascitur hortis.*] Abditus oritur in hortis sepibus clausis. Plau. in Curcul. eadem allegor. *Dum ne per fundũ septum facias semitã.* & in Casin. *vbi illum fundum septum video, rogo vt*
E *alterum sinat fodere.*

IGNOTVS *pecori.*] Quem greges & armẽta nunquam videre. Virg. 4. Georg.

Principio sedes apibus statioque petenda
Quo neque sit ventis aditus, (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neque oues hœdiq; petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.

Ouid. in fabula Narcissi de fonte integro.

Fons erat illimis nitidis argenteus vndis,
Quem neque pastores, neque pastæ in monte capellæ
Contigerant, aliudue pecus.

NVLLO *contusus aratro.*] Ab omni aratro intactus. v. l. Memmij. *Nulli conuolsus aratro.* quod & ipsum magnopere placet. Sic alibi.

Nec meum respectet vt ante amorem.

Qui illius culpa cecidit, velut prati
Vltimus flos, prætereunte postquā tactus aratro est.

Virg.9.Æneid.

Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit mœrens.

Q v e m *mulcent auræ.*] Cui leniter adspirant. *Mulcere*, inquit Festus in *Mulciber*, *mollire seu lenire est*. ergo venti & auræ molli leuique flatu adspirantes mulcent flores. Propertius elegia 7. lib.4.

Mulcet vbi Elysias aura beata rosas.

Ouid.1.Metamorp.

—— placidisque tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.

F i r m a t *sol.*] roborat, cui robur & vires standi sufficit. Virg.11.Æneid.

—— Vires ministrat,
Qualem virgineo demessum pollice florem
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi
Cui neque fulgor adhuc, necdum sua forma recessit:
Non iam mater alit tellus, viresque ministrat.

Lucretius.

Quod sol atque imbres dederant, quod terra creârat
Sponte sua.

E d v c a t *imber.*] facit vt adolescat. *Imber quiuis humor* inquit Seruius, (ὄμβρος) Lucret.

Ex igne, terra atque anima nascuntur & imbri.

sic suprà. *roscido nutriunt humore.* vide illic adnotata. Ouid.3. Metam.

Gramen erat circum, quod proximus humor alebat.

Callimachus hymno in Delum.

Νύμφαι μὲν χαίρουσιν ὅτι δρύας ὄμβρος ἀέξει.

& καρποφόρους ὄμβρους. Incertus Poëta vocat in hymnis.

Πέμπειν καρπῶν ἵνες ὄμβρους ἐπὶ μητέρα γαῖαν.

Educere autem & *educare* distinguit Varro apud Nonium, de liberis educandis. *Educit obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus, docet magister.* Sed sæpè discrimen illud confunditur. Cic. de petit. consul. *Natum in patris egestate: educatum in sororis stupris: corroboratum in cæde ciuium.*

M v l t i *illum pueri, multæ optauere puellæ.*] decerpere cupierunt. Hanc Catulli elegantiam imitatus est Vir.10.Æn. agens de Camilla.

Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum. & Ouid. 3. metam. in fabula Narcissi.

I d e m *cum tenui carptus defloruit vngui.*] cum lectus flos ille, & suám pulchritudinem amisit. Propert.lib.1.el.20. in fabula Hylæ.

Qua modo decerpens tenero pueriliter vngui.
Proposito florem prætulit officio. Virgilius *Purpureo*, inquit, *demessum pollice florem.* Carisius libr. 1. in *vnguis* fœminino genere, ex Lucilij Calui poëmate. *Vaga candida Nympha quod secet vngui.*

N v l l i *illum pueri n. o. p.*] Quia omnis eius gratia perijt.

S i c *virgo dum intacta manet.*] Quamdiu integra, innupta. Fab.cap.3.lib.9. *Tangere*, obscœnè sæpius dicitur. Ipse. *Tanquam te prius irrumatione.* Plautus in Aulul. *Cur id ausus facere, vt eam caugeres? Persuasit amor, vinum.* Ouid.

Neue suæ possent intactam scire ministræ. Ipse.
Non illam vir prior attigerat.

A Virg.1.Æneid. *Cui pater intactam dederat.*

D v m *cara suis.*] v. l. Memmij & lib. Achill. Statij, *tum* rectissimè. sed Fab. loco prædicto. Catullus in epithalamio: *dum innupta manet, dum cara suis est.* sed prius *dum* significat quoad, sequens, vsque eo. Hæc ille.

C v m *castum amisit florem.*] Nam flos est quidam, vt ita dicam, incestus. Lucretius.

Denique cum membris collatis flore fruuntur
Aetatis.

Atque in eo Venus, vt,

Muliebria conserat arua.

B Ouid.

Aetatis breue ver, & primos carpere flores.

Florem illum Pindarus vocat μελιηδέα ποίαν. melleam & iucundam herbam ac florem. *Hortum* quoq; vocant, in quo flos ille carpitur. vnde in Catalectis Virgilij.

Quod meus hortus habet, sumas impunè licebit
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

Sic Græcis κῆπος ἐστὶ τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν.

P o l l v t o *corpore.*] violato. Vir.7. Æneid.

Ergo iter ad regem polluta cæde Latinum.

& 3. *Linquere pollutum hospitium.*

C Horat.od.5.lib.4.

Nullis polluitur casta domus stupris.

Cicero pro domo sua. *Iste qui nefario flagitio, incesto & stupro polluit cerimonias.* Similis Luculio & apud Valer. Max.cap.7.lib.7.

V t *vidua vitis.*] Iauolenus l. malum. §. viduam. de verb. sign. *Vidua vel quæ nupta fuit, vel quæ nunquam nupsit à ve & duo, quod sit sine duitate, vt vecors, sine corde & vesanus.* Sunt qui deducant à vetere verbo *iduare*, quod est diuidere, vnde & idus dictæ, quia secretæ à viro, & diuisæ viduæ. vt igitur hic *vidua vitis*, id est sola: sic *arbores viduas* Horatius dixit od.5.lib.4.

D *Et vitem viduas ducit ad arbores.*

& od.15. lib.2.

Platanusque cœlebs Euincet vlmos.

I n *nudo quæ nascitur arno.*] significatur ager purus & ἄδενδρος sic *Nuda silex*, & *lapis nudus.* Virg.ecl.1. *Sine gramine & herba.*

& Liuij lib. 38. *Nuda valles procul vt conspicerentur efficiebant.* Contra Cic. 2. de natur. deor. *Vestita floribus, arboribus, frugibus terra.* & Virg. 2. georg.

Olea magnum vestire Tiburnum.

Auum autem, inquit Festus, *agrum dicimus necdum satum.* dixêre etiam *aruas* fœminino genere, vt docet Nonius. Seruius in initium 1. Georgic.

E ex Varrone. *Omnis ager aut aruus est, id est sationalis: aut consitus, id est aptus arboribus, aut pascuis, qui herbis tantum & animalibus vacat, aut floreus, in quo sunt horti, apibus & floribus congruentes.* Varro 4. de L.L. *Aruum ab arando.* & lib.1. de re rustica, cap. 29. *Aruum, quia aratum, nec satum est.*

N v n q v a m *se extollit.*] Serpit, non erigit se. Cicero in Catone maiore. *Vitis quæ natura caduca est, & nisi fulta sit ad terram fertur, eadem & se erigat clauiculis suis, quasi manibus, quicquid nata est, complectitur.*

N v m q v a m *mitem educat vuam*] pro gignit & alit. vt supra, *Educat imber*. *Vua* ab vuido, inquit Isidorus, quod succi plena sit.

mitem antem vocat à suaui sapore, cum matura est. Virg.1. Georg.

Heu male tum mites defendit Pampinus vuas.

& lib.2. sub finem:

Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Idem lib.1. *Miti dilue Baccho.* Cicero in Catone: *Vua primo peracerba gustui, deinde maturata dulcescit.* Ait itaque Poëta vitem solam educare quidem vuam, sed quæ non mitescat vnquam, id est maturescat.

SED *tenerum corpus.*] molle & lentum. Corpus de rebus etiam inanimis: *quicquid enim cerni tangique potest*, corpus est. Plutarchus in præceptis connubialibus, IC. & Seneca li.17. epist. Corporum tria faciunt genera, quædam continua, & quæ vno spiritu continẽtur, vt homo, lapis, vitis, arbor. Alia quædam composita, vt nauis, domus. vnde Virg. 1. Æneid. *Disiice corpora ponto.* Item: *toto descendit corpore pestis.* & Cæsar 3. de bello gallico, *corpus nauis* dixit; Alia quæ ex distantibus corporibus, vt populus, legio, Senatus.

PRONO *deflectens pondere.*] pondere deuexo deorsum flectens. Iuuenal.

Stratus humi palmes viduas desiderat vlmus.

Dicitur & *pronis* & *pronus.* vt inermis inermus, imberbis, imberbus. Varro Parmenone apud Nonium: *Alta trabs pronis in humum accidens proximè frangit ramos cadens.*

IAM *iam contingit summum radice flagellum.*] iamque vix altior est flagello, quam radice. Varro cap. 31. lib.1. de re rust. *minorem vitem* (id est tenniorem) *vocant flagellum; maiorem vnde vua nascuntur: palmam, & flagellum à venti flatu quasi flabellum.* hæc ille. Virg.2. Georg.

Neue inter vites corylum sere, neue flagella,

Summa pete.—— vbi Seruius: *Flagella dicuntur summæ arborum partes, ab eo quod ventorum crebros sustinent flatus.* Aulus Serenus, apud Terentianum: *Quando flagella ingas ita inga vitis & vlmus vti simul eant.*

HANC *nulli agricolæ, nulli accoluere.*] duo manuscripti, & in hoc & altero versu habent, *coluere.* rectè. Accolere antem est proximè colere. Virg. 4. Georg.

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi

Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

& 9. Æneid.

Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum

Accolet.—— tamen apud Ciceronem 6. Verrina: *Accolæ, pro ciuibus ipsis.*

AT *si forte eadem est vlmo coniuncta marito.*] id est maritata vlmo. Horat. in epist. ad Quintium, lib. 1. *Pomisne, an pratis, & amicta vitibus vlmo.* Virg. 1. Georg. *Vlmisque adiunger vites.* Transfertur & *maritis* nomen ad pecudes etiam. Virg. 3. Georg.

Quem legere ducem & pecori dixere maritum.

Horat. od. 17. lib.1.

Olentis vxores mariti.

& de equa od. 11. lib. 3.

Nuptiarum expers & adhuc proteruo cruda marito.

Maritare arbores, Columella cap.1. lib.4. Plin. cap.1. lib.14. *Iam in agro campano populis nubunt vites, maritosque complexæ atque per ramos earum proca-*

A *cibus brachijs geniculato cursu scandentes, cacumina æquant.*

IVVENCI.] Varro, cap.5. lib. 2. de re rust. *In bubulo genere gradus ætatis quatuor: vitulorum & vitularum. Iuuencorum & iuuencarum: boum nouellorum: boum vetulorum.* Idem l. 4. de LL. *Iuuencus qui iam iuuare ad agrum colendum possit.* Dicitur & de adolescentibus hominibus. Horat. od.8. l.2.

Te suis matres metuunt iuuencis. Ouid.

Graia iuuenca venit. id est, puella.

Sic virgo dum intacta manet, dum inculta senescit.

Dum integra & inarata ad malam ætatem peruenit. Inculta virgo, quam nulli arauere & co-
B luere tauri, & valentes mariti. Ex eadem translatione, dixit supra, *valentem exercet iuuentam.* sic *arare* & *fodere* obscœnè. Plautus Asinaria: *fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.* Virg. *genitale aruum.* Lucretius, *muliebria conserat arua.* sic Græcis, χέρσος dicitur de inculta virgine. nam propriè χέρσος est ignaua & inculta terra. Sophocles in Oedipo de Tyranno:

χέρσους φθαρῆναι, κ' ἀγάμους ὑμᾶς χρεών. verba sunt Oedipodis ad filias, quas incultas perituras ait, deinde exponit, ἀγάμους.

CVM *par connubium adepta est.*] cum sortita est se dignum virum. in Coma Berenices: *Anne
C bonum oblita est facinus, quo regium adepta es Coniugium.* Par connubium, idemque felix. Ouid.

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Horat. od. 11. lib. 4.

Semper vt te digna sequare: & vltrà

Quam licet sperare, nefas putando, Disparem vites.

tamen apud eundem: *Veneri placet impares formas atque animos sub iuga ahenea sæuo mittere cum ioco.* Solon apud Ausonium in sentẽtiis septem sapientum: *Par pari iugator*, coniux: *quidquid impar dissidet.* Propert. el. 1. lib.1.

Sitis & in tuto semper amore pares.

D Æschylus in Prometheo, ὁμαλὴς γάμος ἄφοβος. expers metus & tutum est æquale coniugium.

MATVRO *tempore.*] cum per ætatem ferre iugum potest, siue, post pubertatem:

Cum matura viro, cum plenis nubilis annis.

Sic Lucret. lib.5.

Quos vbi tempore maturo patefecerit ætas.

Maturum est quod neque acerbum, neque crudum, neque nimium coctum & fugiens. Gell. cap. 11. lib. 10. Hinc *matura virgo.* Horat. od.6. lib.3. quam & *Tempestiuam viro*, vocat 23. lib. 1.

CARA *viro magis, & minus est inuisa parenti.*] relata contrariis contraria, *Cara, inuisa; magis* &
E *minus.* Inuisæ autem sunt filiæ parentibus cum *grandes* & *illocabiles*, vt ait in Aulul. Plautus, tiam eas date nuptum parentes optant. supra:

Te suis tremulus parens inuocat. Ouid.

Sæpe pater dixit, generum mihi filia debes. *Inuisa*, ergo hic graues. Menander:

Ἀλλὰ θυγάτηρ κτῆμ' ἐργῶδες πατρί.

id est, difficilis possessio. Item:

χαλεπὸν θυγάτηρ κτῆμα δυσδιάθετον.

At propriè dicitur quem nemo videre vult, vt colligitur ex epistola 31. lib. 10. ad fam. vbi Pollia: *Nemo est qui eum videre velit.* mox subiungit: *adeo est inuisus.*

AT *tu ne pugna cum tali coniuge.*] est & apud

Euripidem aliud genus pugnæ vxoris cum viro, in Andromacha, qui Andromachæ nomen περὶ τῷ ἀνδρὶ μάχεσθαι, inditum ait. Item apud Virg. de Pentesilea:

Audetque viris concurrere virgo.

Sed Virgilius respexit ad illud Homeri 2. Iliad.

Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι.

NON *æquum est.*] non decet, nec oportet.

PATER *cui tradidit ipse.*] non solum despondit, sed & in manum dedidit. supra in Hymenæo loquitur. Sidonius Apollinaris in epistola ad Heronium: *Iam virgo tradita est, iam corona sponsus honoratur.* Ouid in epist. Hermionæ:

Me tibi Tyndareus, vita grauis auctor & annis,
Tradidit, arbitrium neptis habebat auus.

Ipse ad Ianoam: *Primum igitur virgo quæ fertur tradita nobis, falsum est; namque illam vir prior attigerat.* Pomponius Mela lib. 2. vbi loquitur de Getis: *Nupturæ*, inquit, *virgines, non à parentibus viris traduntur, sed publicè aut locantur ducendæ, aut veneunt.*

IPSE *pater cum matre.*] id est pater materque; vnde subiungit, quibus, vt sit ὑπαλλαγὴ in verbis, non in sententia. Virg. 2. Æneid. *Palmas cum voce tetendit.* id est oculos vocemque. Itẽ.3. *Tendoq. supinas Ad cælum cum voce manus.* & mox: *Fessos ventus cum sole reliquit.*

QVIBVS *parere necesse est.*] Augustus de Virgilij testamento:

Quot mandat fierique iubet, parere necesse est.

Est autem lege 12. tabularum imperium summum parentum in liberos, & ius vitæ ac necis. vide Plotarchum in Romulo. Plaut in Asinaria, *Tuo imperio paret, tu mater & hera es.* Ibidem: *Hoccine est pietatem colere, matris imperium minuere.* Dionysius Halic. lib. 2. Docet maius imperium patris in filium fuisse, quam Domini in seruũ, quia seruus venditus & libertatem adeptus, fit sui iuris; filius à patre venditus, deinde manumissus recidit in potestatem patris.

VIRGINITAS *non tota tua est.*] quæ scilicet tantopere tibi seruanda videtur.

TERTIA *pars patri est, d. t. m.*] vet l.

Tertia pars patri data, pars data tertia matri.

NOLI *pugnare duobus.*] contendere sola cum duobus, quibus sis impar. sapit Græcam παροιμίαν, μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο. Ne Hercules quidem aduersus duo. Plato 2. de legibus: Πρὸς δύο μάχεσθαι χαλεπόν. Aduersus duos pugnare arduum est. Apud eundẽ Platonem in Phædone; Phædon ipse hortanti Socrati, vt Cebetem & Simiam refelleret; respondet, ἀλλὰ πρὸς δύο οὐδ' Ἡρακλῆς λέγεται οἷός τε εἶναι. sed aduersus duos ne Hercules quidem par fuisse perhibetur. Suidas narrat cum duobus congressum in Olympico certamine primum hos vicisse: sed iterum cum aliis duobus congressum, superatum esse. At in Euthydemo Platonis, Socrates prouerbij originem ad fabulam refert, qua dicitur Hercules cum vrgeretur ab Hydra, & à Cancro immani, qui è mari emerserat, Iolai nepotis auxilium implorare coactum fuisse. Pugnare cum tertio casu. Virg. 4. Æneid.

Placitone etiam pugnabis amori?

Propert. el. 10. lib. 1.

Ne tristis cupias pugnare puellæ. Ouid. epist. Helenæ. *Dum nouus est cœpto potius pugnemus amori.* Homer. Ιλ. δ'. δηΐοισι μάχεσθαι. inimicis pugnare, & lib. 8. Odyss. τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο; quis amico pugnet?

QVI *genero sua iura dederunt.*] potestatem & arbitrium suum transmiserunt in generum. Cum tradita viro nupta, si conueniebat in manum mariti, capite minuebatur, id est transibat è familia patris in mariti familiam, eique suus heres fiebat, vt scribit Boëthius ad hæc verba ex Ciceronis Topicis: *Si mulier testamentum fecit, quæ se capite nunquam deminuit non videtur ex edicto secundum eas tabulas possessio dari.* Rectè Cicero: *Nam nisi conuenisset in manum tutores erat in potestate, nec per se testamenti factionem habebat.* Non tantum autem pater, sed & auus si viueret ius habebat in neptem. Ouid. in ep. Hermiones:

Me tibi Tyndareus vita grauis auctor & annis
Tradidit, arbitrium neptis habebat auus.

Gener autem sola etiam destinatione dicitur, vt lib. 2. Æneid. *Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat.* Nam Chorœbo non nupsit Cassandra. l. 4. §. adfines. D. de gradibus, *Gener filiæ nostræ vir. sed & sponsus filiæ eo nomine continetur.* l. 6. eod. tit.

SIMVL *cum dote.*] Varro 5. de L L. *Dos, pecunia nuptiarum causa data.* Græcè δῶς. ita enim Siculi. Festus: *Dotem manifestum est ex Græco esse: nam δίδοσθαι dicitur apud eos, dare. Dos* autem hæc est quæ *profectitia* à IC. dicitur. Vlpian. Instit. tit. 6. *Dos aut profectitia dicitur.* id est, quam pater mulieris dedit, *aut aduentitia.* id est, quæ à quouis alio data est. Idem ibid. *Dos autem datur, aut dicitur, aut promittitur.* Dotem dicere potest mulier quæ nuptura est, aut debitor mulieris, eius iussu: Parens mulieris virilis sexus, vt pater, auus paternus. Dare, promittere dotem omnes possunt.

AD EPIGR. LXIV.

DEVOLVIT *ipsi acuto sibi pondera silice.*] vet. lib. *Deuoluit ipse lactes sibi pondere silices.* forsitasse *pondere silicis.* id est, graui silice, vt Propert. el. 14. lib. 3. dixit *pondus disci*, pro disco graui. el. 2. lib. 4. *pondus corbis*, pro graui corbe. eleg. 3. *pondera fundæ*, pro graui glande. eleg. 6. *pondus pharetræ*, pro grauida sagittis pharetra. Nec verò magis nouum est testes vocari lactes, quam pondera.

VBI *cymbalum sonat vox.*] vet. lib. *nox*: quod aduerbium erit pro noctu: quomodo à decemuiris in duodecim tabulis vsurpatum fuisse testatur Gellius cap. 1. lib. 8. Sic inf. in coma Berenices vbi legitur, *Luce autem canæ Tethy restituor.* in vet. lib. est *lux autem*, vt sit aduerbium.

EGO *Manas, ego mei pars, ego vir sterilis ero.*] vet. lib. *vis sterilis.* quod valde placet. Vis enim latius patet quam homo vel vir, aut etiam animal. significat enim nescio quid vigens. Lucillius apud Varronem 4. de ling. lat.

Vis est vita videns, quæ vis facere omnia cogit.

vbi fortasse *vigens* legendum, pro videns. Virg. 1. Georg.

——ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret.

Lucretius, lib. 4.

Ex homine humanum semen ciet vna hominis vis.

Apud eundem *vis equi*, pro equus: *vis animi* pro animus. Sic apud Homerum Βίη Ἡρακλῆος, μένος Ἀλκινόοιο. Ita vis sterilis, nescio quid vigens, sed sterile. quod paulo ante dixit, membra sine viro.

SVB *altis Phrygiæ columinibus.*] vet. lib. *collibus.* vt videatur esse interpretatio: & colomina, siue culmina, dicantur iuga montis Idæ An sub columinibus, in altis templis, quæ columina, & altæ columnæ sustinent? Ouid. 4. Fastorum:

Phryx puer in syluis, facie spectabilis, altis
Turrigeram casto vinxit amore Deam.
Hunc sibi seruari voluit, sua templa tueri.

Turnebus, cap. vlt. lib. 21. adu. columina hic arbores exponit; nec ratione, nec auctoritate fretus.

DE NVPTIIS PELEI ET THETIDOS.

AGAMESTORA Pharsalium primum omnium scripsisse Pelei & Thetidis epithalamium, ait Lycophronis interpres. Sed & alij tradunt ab Hesiodo quoq. compositum. Quorum exemplo etiã de Pelei & Thetidis nuptiis Catullus. vide quæ de iis narrat nuptiis Apollodorus, lib. 3.

PELIACO *prognatæ vertice pinus.*] Diodorus lib. 5. Bibliothecæ ad Pelion montem Thessaliæ fabricatam ait Argon. inde πηλιὰς ἀργὼ sæpe vocatur Apollonio: hinc & *pinus prognata in vertice Peliaco*, de naui illa: vt *prognatæ* referatur ad proxima. quemadmodum in eo Terentij. *Dauo prognatum patre.* Ennius apud Cic. l. 1. de diuin.

Eurydica prognata, pater quam noster amauit.

Idem Ennius apud Varr. lib. 6. de ling. Lat.

Corpore Tartarino prognata Paluda virago.

id est, gnata & filia Tartari. Interdũ ad remotiora etiam refertur, vt *Iulo prognatus Cæsar.* Pinus itaq. quasi filiæ montis Pelij, (vt Horatius dixit, oda 14. lib. 1. *Pinus silua filia nobilis,*) quæ editæ & cæsæ in iugo Pelij, cuius verticem Ouidius docet pinu abundare.

Pelion Æmoniæ mons est obuersus in Austros:
Summa virent pinu, cetera quercus habet.

Vertit autem rectè *pinum* quæ πεύκη, dicitur Euripidi: Μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε Τμηθεῖσα πεύκη. Ennius abietem reddidit: *Vtinam*, inquit, *ne in nemore Pelio securibus cæsa accidisset abiegna ad terram trabes.* Orpheus, si modo sint illius argonautica, ex piceis quercubusqoe compactam scribit: Ἀργὼ πευκῆσι τ' ἰδὲ δρυὶ γομφωθεῖσαν. At Propert. cum Catullo sentit el. 22. l. 3.

In faciem proræ pinus adacta nouæ.

Valer. Flaccus è robore & pinu, & tamen alibi vocat *pressam regibus alnum.* Plin. cap. 22. lib. 13. tradit factam ex eone arbore, simili robori viscum fererni, quæ nec aqua, nec igni corrumpi posset.

QVONDAM *dicuntur.*] aptum significandæ fabulæ, *quondam dicuntur.*

A NASSE.] nando peruenisse. *Nare & natare*, non solum de animalibus, sed etiam de nauibus dicitur. vt Virg. 4. Æn. *Natat vncta carina.* Seruius ad illud 1. Æneid. *Vestris adnauimus oris.* Propert. el. 16. lib. 2. & pro fluitare:

Cum sæpe in portu fracta carina natet.

Tibull. el. 5. lib. 1.

In liquida nat tibi linter aqua.

PER *vndas liquidas.*] sic Virgil. 1. Æneid. *Liquentes campos. Liquidum*, aëris & aquæ epitheton perpetuum, atque etiam ignis. Lucret.

Inde mare, inde aër, inde æther signifer ipse,
Corporibus liquidis sunt omnia pura relicta.

B NEPTVNI.] constat enim, vt Virgilius loquitur: *Neptuno forte datum imperium Pelagi, summúmque tridentem.* Addidit etiam *Neptuni*, vt separaret aquas marinas à dulcibus: nam sequitur, *Phasidos ad fluctus.*

PHASIDOS *ad fluctus.*] *Phasis*, fluuius Colchidem alluens. Apollod. lib. 1. Ἐπὶ φᾶσιν ποταμὸν ἦλθον, ὃς τῆς Κολχικῆς ἐστὶ γῆς.

Strabo lib. 11. commemorat & vrbem & fluuium eiusdem nominis, ad quem extrema oauigatio intelligatur, ex eo versu:

Εἰς φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος.

C ab Armenia vero clarissimi fluuij in mare Ponticum excurrunt Phasis & Lycus. Idem ibidem. Hinc φασιανὸς ὄρνις Aristophani; Latinis Phasianus. Martial.

Argiua primum sum transportata carina,
Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

Manil. lib. 4.

Phasidos ad ripas & Colchica regna reuexit.

Ouid. 7. Metam.

Multaque perpessi claro sub Iasone, tandem
Contigerant rapidas limosi Phasidis vndas.

ET *fines Æetæos.*] ad oram regionis vbi regnabat Æetes Medeæ pater. *Fines* proprie, vt Virg.

D 1. Æn. *Ne fati nescia Dido finibus arceret.* quia, ait, *Primaque vetant consistere terra.* *Æetes* autem Rex Colchorum Solis & Perseïdis filius. Apollod. lib. 1. φρίξος δ' ἦλθεν εἰς κόλχους, ὧν Αἰήτης ἐβασίλευε, παῖς Ἡλίου καὶ Περσηΐδος. & lib. 2. vnde *Æetias* Medea ab Ouidio appellatur.

CVM *lecti Iuuenes.*] flos Iuuenum. Ennius: *Quo vecti Argiui delecti viri.* Euripides in Medea τοὺς ἀρίστους τῆς Ἑλλάδος vocat. & Apollodorus, lib. 1. & ἀρίστους. Virg. ecl. 4.

Altera quæ vehit argo Delectos Heroas.

hinc & *Legio* & *delectus militum*, & *Legati.* Varroni Theocritus ἀγελαιομένα. id est dilecti, & ἄνθος E ἀνδρῶν. *Diuinus flos.* Lucret. *Ductores Danaûm delecti, prima virorum.* id est, τὰ πρῶτα τῶν ἀνδρῶν.

ARGIVÆ *robora pubis.*] ex omnibus Argiuis & Græcis robustissimi ac fortissimi. Seru. ad illud: *Aeternaque ferri Robora. omne quod forte est robur vocamus.* Virg. 8. Æneid.

Arcadas huic equites bis centum, robora pubis,
Lecta dabo. Argiua pubes. Iuuentus. vt Virg. 7.

Æneid. *Argiua pubes.* & 5. *Dardana pubes.* aliaq. id genus.

OPTANTES *Colchis auertere.*] *auertere*, verbum furti. vt Virg. 8. Æneid.

Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros
Auertit, &c. Cicero: *Quid si doceo te non minus*

domum tuam auertisse, quam Romam misisse. & 3. Verrina: *Is auersa pecunia publica aufugit.* Dolo autem opus erat, vbi viribus nullus locus, itaque summis votis cupiebant furto auferre & auehere in Græciam vellus aureum Argonautæ.

A V R A T A M *pellem.*] πάγχρυσον δέρας. Euripid. initio Medeæ. pellem ouinam & vellus aureum. Ennius: *Villo pellem inaurato auertit.* Propert. el. 26. lib. 2.

Aurea quam molli tergore vexit ouis.

Apollod. lib. 1. χρυσόμαλλον κριὸν à Mercurio datum ait Phryxo, isq. cum peruenisset Colchos Ioui eum sacrificauit, & pellem Æetæ dedit. Suidas ait istuc: χρυσόμαλλον δέρας βιβλίον γεγραμμένον ἐν δέρμασι χημικῶς. librum fuisse in pellibus scriptum, quo ratio auri conficiendi continebatur. Varro lib. 2. de re rust. Fabulam de ouiũ caritate interpretatur. Simonides hymno in Neptunum purpurei coloris ait fuisse, & in illa traiectione eo colore à marinis purpuris adspersum. χρύσεον κῶας, dicitur Orpheo, & Apollon. Idem κῶας quod δέρας. Ouid.

Conspicuas fuluo vellere vexit ouem.

vide Hyginum, cap. 3.

A V S I *sunt.*] expertes metu scilicet, temeritatis id fuisse ostendit. Horat. od. 3. lib. 1.

Illi robur & æs triplex circa pectus erat, &c.

Propertius eodem sensu, el. 6. li. 3.

Ventorum est, quodcumque paras; haud vlla carina Consenuit. & prouerbium: πὰρ ξ θάλασσα ξ χωρεῖ.

V A D A *falsa.*] in mari & fluminibus vada quacunque ire possumus, siue pedibus, siue naui. addidit ergo salsa ad discrimen fluminis, vel lacus. vt Virg. 5. Æneid.

Vaga sulcant vada salsa carina.

sunt alia vada periculosa. Elattosis.

C I T A *decurrere puppi.*] decurrere, pernauigare. Currere est nauigare. vt Virg. 3. Æneid. *Cans rate currimus æquor.* At plus est decurrere, quam currere. vt hic & Virg. 5. Æneid. *Pelago decurrit aperto.* cum autem inquit, *Cita puppi,* pro Argo ad notationem verbi respexit: nam ἀργὸν, celerem Græci dicunt, vt & vetus Poëta apud Charisium:

Typhin Aurigam celeris fecere carinæ.

Iunxit autem hic cum quarto casu, vt Propert. el. 15. lib. 2.

Qualem si cuncti vellent decurrere vitam.

C Æ R V L A *verrentes æquora.*] radentes vndas & trahentes remis tanquam scopis. Seru. ad illud 3. Georg. *Simul arua fuga, simul æquora verrens.* & ad illud 1. Æneid. *Verrantque per auras.* & 6. Æneid. *Remis vada cærula verrunt. verrere proprie trahere est, vnde verriculum.* Nonius illud 5. Æneid. *Et cærula verrunt, feriunt, percutiunt.* exponit. An quod præ se vndas agit nauis, vt scopæ puluerem & sordes. Attius Argonautis: *Præ se vndas voluit.* Ennius: *Verrunt extemplo placidum mare marmore flauo.*

P A L M I S *abiegnis.*] Festus:

Palmula, remi, à similitudine manus humanæ.

Seru. ad illud 5. Æneid.

Et lenas stringat sine palmula cautes.

Palmula, inquit, *est extrema pars remi in modum palmæ protenta.* Ipse dedicatione Phaseli: *Sine*

A *palmulis opus foret volare.* Ibid. *Tuo imbuisse palmulas in æquore.* Laberius apud Nonium, in *Portisculus. Nec palmarum pulsus, nec portisculi. Abiegnis* dixit: quia hæc ipsa nauis *abiegnis trabibus contexta* dicitur Ennio. & abies idonea naui fabricandæ. Virg. 2. Georg.

Et casus abies visura marinos. Item 8.

Labitur vnda vadis abies. Πεντηκόντορον autem vocat Argo nauem Apollod. lib. 1. quod esset remorum quinquaginta.

Q V I B V S.] Argonautis.

D I V A *retinens arcis in summis vrbibus.*] Pallas colens & conseruans ἀκροπόλεις. B *Retinere* interdũ idem est, quod simplex tenere. Cic. 6. Verrina *Sinistra manu retinebat arcum.* tenere autem & incolere. Horat. od. 4. lib. 3.

Qui Lyciæ tenet Dumeta. *Summis vrbibus* dixit, quia in editissima parte olim arces erant; vnde Virg. 2. Æneid.

Summa decurrit ab arce. Palladis autem in tutela arces vrbium. Virg. ecl. 2.

Pallas quas condidit arces, Ipsa colat. ——

vbi Seruius videtur legisse, *artes.* sapiẽtia quippe reguntur ciuitates & potentia retinetur. Hinc apud Homerum, hymno in Palladem dicitur: C ἐρυσίπτολις. & 3. Iliad. ab ἐρύομαι & πόλις id est, φυλάσσουσα τὴν πόλιν. Πότνι' Ἀθηναίη ἐρυσίπτολι, δῖα θεάων. dicitur & πολιοῦχος. Nam πολιοῦχοι, inquit Suidas, dicuntur qui ciuitatibus imperant, easque moderantur. Ouid. lib. 4. eleg. 1.

Arcis vt Actææ vel eburna vel ærea custos,
Bellica Phidiaca stat dea facta manu.

& Virg. 2. Æneid.

Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis.

Adde quod fugiens Demosthenes Athenis dixit: *O Pallas vrbium domina.*

I P S A *fecit.*] Apollonius lib. 1. ait nauem:

D Ἀργὼ Ἀθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνῃσιν. Argum (fabrum) fabricasse Palladis admonitione. Ibidem ait nauem à Pallade ædificatam, sed additam opem Argi.

C V R R V M.] Nauim curtui similem, currum dixit elegantissimè. vehiculum Argonautarum, Cic. 2. de nat. deor. eadem trãslatione Varro *Equisones* de nautis dixit, apud Nonium in *Equisones.* Et *Auriga* de gubernatore, vetus Poëta apud Charisium:

Typhin Aurigam celeris fecere carinæ.

Ouid. lib. 1. Tristium:

E *Aurigam video vela dedisse rati.*

Varro apud Nonium in *Calcar. ventus vehementius sufflare & calcar admonere.* Ἡνιοχὲ νηός. Hom. Plutarch. in vita Homeri. Virg. 6. Æneid.

Classique immittit habenas. Plaut.

Equo ligneo vectis per vias cæruleas. & ἁλὸς ἵπποι dicuntur naues. Homero Odyss. δ. & Euripid. in Iphigenian, ναῶν ὄχημα.

V O L I T A N T E M.] *volare* de nauigatione dicitur Lucret. lib. 4.

Quos agimus præter nauim, velisque volamus.

Ipse de Phaselo: *Sine palmulis opus foret volare.* Horat. od. 37. lib. 1.

Ab Italia volantem remis.

Attius, *veliuolantibus nauibus.* Hinc *mare veliuolũ,*

Virg. 1. Æneid. & 3.
Velorum pandimus alas.
& Propert. el.6.l 4.
Nec te quod classis centenis remiget alis Terreat.
L e v i *flamine*.] Virg.4. Æneid.
Rapido pariter cum flamine portant. Flamine, vento impellente puppim:
C o n i v n g e n s.] committens & adaptans pice & ferro.
P i n e a *texta*.] Ouid. 14. Metam.
Fert ipse ausdas in pinea Turnus Texta faces.
vulgo *tecta*. Attius Eurysace. *Hinc comportet texta, Salamine abeat.* vt corrigo apud Nonium in *contendere*. Idem Nyctegersia. *Ascendit aura la-terum texta Vulcani vorax.* apud Nonium in *Tex-tum*. Virg. Æneid. 1. *Laterum compages* dixit. *Texi* nauis dicitur. Vetus Poëta apud Cic. in Orat. & 1. de diuin. *Iamque mari magno classis cita texitur.* Ouidius, *Texitur & costis panda carina suis.* Virgilius 2. Æneid. de architectura equi, vt nauis: *Sectáque intexunt abiete costas.* Hinc textrinum locus, in quo naues texuntur, vt notat Scaliger ex schedis Seruij; sic τὰ ὕφανσις dicunt Græci.
I n f l e x æ *carina*.] vt Ouidius dixit, *Panda carina.* & Virg.1. Georg.
Curuis male temperat vnda carinis.
vnde carinatum pectus Plinio, & *Carinæ* Romæ ab ea forma ædificiorum Seruius. *Carina, infima pars nauis.* Festus.
I l l a *prima*.] Ouid. el. 11. lib.2. Amor.
Prima malas docuit mirantibus aquoris vndis.
Peliaco pinus vertice casa vias.
Plin. cap. 56. lib. 7. Iasonem scribit primum naui longa nauigasse. nam ante eum & Danaus naui aduectus in Græciam.
I m b v i t.] docuit mare pati nauigationem, cuius hactenus expers fuerat. sumptum videtur à lana quæ imbuitur colore. Cicero Hortensio apud Nonium: in *Imbuere. Vt qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam; sic literis talibusque doctrinis exculi animos & ad sapientiam imbui decet.* vel translatum à vasis Horat. epist. 2. lib.1.
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem, Testa diu ——
R v d e m *cursu*.] *Rudem cursu* dixit fortasse, vt Plautus, *vino tepida*. &c, *eo more expertem te offendi.* Attius apud Nonium in *compos Cur me miseram stridet magnis compotem & multis malis.* & Virgil.1. Georg. *Illa ferax oleo*, &c. An est enallage? Nam *rudis argo* dicitur. Propert. el.26. l. 2.
Cum rudis argus ——
Dux erat ignoto missa columba mari.
Sed priori sententiæ congruit illud Virgilij, lib.1. Georg.
Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas.
sic *rudis agminum*. Horat. od.2. lib.3. & nequitiæ rudis. Propert. el.6.lib.2. Porro vt *cursu rudem Amphitriten* dixit Poëta, sic *terrā inexpertam*, pro rudi Tibullus, el.7. lib.1.
Primus inexperta commisit semina terra.
A m p h i t r i t e n.] id est, mare, vt Ouid. 1. Metamorph.
—— *nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

A Oceani filiam, Neptuni coniugem, Tritonis matrem Hesiodus fingit. ἀπὸ τοῦ ἀμφιτρίβειν, id est circumterendo & stringendo terram: Alij ab ἀμφιτρέχω deducunt.
Q v æ *simul ac proscidit*.] Virg.5. Æneid.
Longa sulcant vada salsa carina. & 2.
Vastum maris aquor arandum.
Translatum ab agricultura. Virg.2. Georg.
Validis terram proscinde iuuencis. & lib.1.
Et qui, proscisso qua suscitat aquore terga.
Dicitur autem *terra proscindi* cum primum aratur, cum iterum, *offringi*, cum tertio iacto semine *arari*. Varro cap.29. lib.1.
B R o s t r o.] Parte nauis ærea vel ferrea acuminata, & in prora exporrecta & eminente. Græcis dicitur, ἀκρωτήριον ἢ ἀκροστόλιον τῶν νεῶν. *Rostrum*, proprie dicitur de auibus. sed & ad homines transferri docet Nonius, pluribus exemplis in Rostrum. trāsfertur & ad naues, vt hîc à naui ad naues reciproca metaphora. vulgo *l'esperon*.
V e n t o s v m *aquor*.] ventis & tempestatibus obnoxium mare. Virg. 1. Georg.
Ventosa per aquora vectis.
vbi Seruius. In quibus venti dominātur. Hinc Propert. el.6, lib.3.
C *Ventorum est quodcumque paras.*
Plutarch. in libro de Iside & Osiride, ventos ait gigni, alique humoribus marinis. vnde fabulantur Iouem, id est, ventum, ab Osiride adiutum.
T o r t a q v e *remigio*.] quasi in vrbem versa & conuulsa. Virgil. Æneid. 3.
Annixi torquent spumas & coerula verrunt.
Idem 4. Georg.
Spumantem vndam sub vertice torsit.
& 7. Æneid.
Dat sonitum saxis & torto vertice torrens.
D Torquetur ergo vnda cum motu pulsuque remi aperitur. & in gyrum voluitur, vt gurges. Virg. 5. Æneid.
Adductis spumant freta versa lacertis
Infindunt pariter sulcos, totumque dehiscit
Conuulsum remis rostrisque tridentibus aquor.
Ouid. in Fast.
Ille meas remis aduersa torsit aquas.
S p v m i s *incanuit*.] cœpit albescere. alias *incandut*, quod retineri potest. Nam Tibull. el. 10. lib. 1.
Sic ego sim, liceatque caput candescere canis.
Propert. el.18. lib.2.
Quid si iam canis atas mea candeat annis.
E Addidit *spumis*, quia albæ spumæ sunt. Ennius apud Macrob. *Spiritus ex anima calida spumas agit albas.* idem apud Gell. *Caruleum spumat mare conferta rate pulsum.* Virg. 1. Æneid.
Spumas salis are ruebant.
Nereum autem πολιὸν γέροντα, inquit Hesiodus quia placidus & leuis & mansuetus. Imo propter mare omnium rerum principium. vnde ipse: *Luce autem cana Tethȳ restituet.* Ouid.
Protinus ad canam descendit in aquora Tethyn.
Virg. 8. Æneid.
Fluctu spumabant carula cano.
E m e r s e r e.] sese exseruere. vnde:

Nutricum tenus exstantes gurgite cano.

FERI *vultus.*] id est, squamis hispidi, secundo casu. Nereides feri vultus. vel est epexegesis, feri vultus Nereides. est autem squamis hispidum corpus etiam qua humanam effigiẽ habent. Plin. cap.5. lib.9. Horat. od.28. lib.3.

Virides Nereidum comas.

CANENTI *è gurgite.*] Lucret. lib.2.

Vertitur in canos candenti marmore fluctus.

ÆQVOREÆ *Nereides.*] Propert. el.7. lib.3.

O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ.

vbi vide adnotata.

ADMIRANTES *monstrum.*] intuentes cum admiratione rem nouam & monstri similem. Cic. lib.2. de nat. Deor. *Atque ille apud Attium pastor, qui nauem nunquam antea vidisset, vt procul diuinum & nouum vehiculum Argonautarum è monte prospexit, primo admirans & perterritus hoc modo loquitur, Tanta moles labitur fremebunda ex alto.* huc accedit quod eam nauem fuisse vocalem perhibent. Addit Apollonius non nauem solum, sed etiam viros diis superis & nymphis admirationi fuisse.

ILLA *Atque alia luce.*] an die nuptiarum Pelei Theris nuda visa. An legendum, *Hautque* vt sensus sit. Illo tantum die, nec vllo alio hominum oculi videtunt Nereidas sine veste & nube, eminentes è mari mammarum tenus. ea sane lectio probatur Anton. Sabellico in Annot. in varios auctores.

MORTALES *oculi.*] Lucret. *Primum Graius homo mortales tendere contra Est oculos ausus.* Virg. 2. Æneid. *Mortales hebetat visus.* Item 9. Æneid.

Mortales medio adspectus sermone reliquit.

VIDERVNT *marinas Nymphas.*] marinæ Nymphæ, Nereides. vt Virg. 9. Æneid.

Ite deæ pelagi. Item 10. Æneid.

Et dedit esse deas æuumque agitare sub vndis.

& *æquoris deæ.* 9. Æneid.

NVDATO *corpore.*] Nymphæ Libyeæ apud Apollon. lib.4. apparent Iasoni, sed pellibus caprinis indutæ, & in hoc carmine extremo. Dij olim hominibus conspicui nec tamen nudi. Propert. el. 13. lib.3.

Et fuerat nudas pœne videre deas.

nube autem amicti dij. Horat. od.2. lib.1.

Nube candentes humeros amictus.

Homer. Iliad. 1. πρώην εἰσωδέες ἄμμες. Virg. tamen. lib. 2. Æn. Venerem conspicuam plane fuisse Æneæ ait:

Cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit.

Dij quoque apud Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμερ. ἠέρα ἑσσάμενοι πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν. Aërem induti passim euntes per terram.

NVTRICVM *tenus.*] Nutrices, mammæ, vt à Græcis vocantur τιτθοί. & dicitur, *Tenus nutricum.* vt à Lucretio: *labrorum tenus.* & à Platone lib. 11. de leg. χυμὰς ἐμμέλω μέχρι χωνῇ. vide Victor. lib.20. cap.5. Var.

EXSTANTES *è gurgite cano.*] eminentes è mari spumis albenti. Cic. 1. de diuin. *Submersus equus voraginibus non exstitit.* Ibid. *Delapsum in flumen tum te repente exstitisse.*

TVM *Thetidis Peleus incensus fertur amore.*] contra narrationem aliorum Poëtarum, Orphei, Apollonij, & Valerij Flacci, qui iam duxisse Thetidem aiunt, & suscepisse Achillem ac dedisse Chironi educandum, antequam ad vellus aureum proficisceretur. Apertè autem ista iunguntur, *viderunt nudato corpore.* & *Incensus amore Peleus*, qui vidit. Propert. el.16. lib.2.

Nudus & Endymion Phœbi cepisse sororem
Dicitur, & nuda concubuisse Dea.

præterea ex oculis nascitur amor.

TVM *Thetis humanos non despexit Hymenæos.*] non dedignata est mortali iungi matrimonio. sic Virg. 3. Æneid.

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

H autem consonantis vicem fungitur, vt alias dictum, & causa est cur producatur vltima, vel in *despexit.*

TVM *pater ipse.*] Nereus, vnde filia Nerei, siue Nereis Ouidio: vel Iupiter. vnde, *cui Iupiter ipse. Ipse suos, Diuûm genitor concessit amores.*

SENSIT *Pelea iugandum Thetidi.*] id est, connubio copulandum. sic Horat. carmine seculari: *super iugandis feminis.* id est, maritãdis, *quia iugum imponebatur Matrimonio coniungendis*, inquit Seruius ad illud 4. Æneid.

Ne cui me vinclo vellem sociare iugali.

vnde: *Iuges, eiusdem iugi pares, qui & coniuges.* Festus. & *Iuno iuga, cui vincla iugalia curæ.* & Romæ, *ara Iunonis iuga*, in vico, qui ideo *iugarius* dictus, Græcis ζυγία dicitur ... inquit Halicarn. Eadem γαμηλία ... Plutarchus in præceptis connubialibus, cuius in sacris immolatæ hostiæ fel abiiciet, aut post aram. Eadem τελεία, quia τέλειος interdum matrimonium sonet, vt ait Pollux.

Sensit autem & *sanxit* retineri potest. *sensit* de voluntate & consensu parentum, vt fierent nuptiæ: Et *sanxit* propter genus fœderis. Virgil. 4. Æneid. *Nec coniugis vnquam*

Prætendi tædas aut hæc in fœdera veni.

Ibid. *Non æquo fœdere amantes.* Ipse:

Quæ pepigere viri pepigerunt ante parentes.

Virg. 10. Æneid.

Gremijs abducere pactas.

O *nimis optato seclorum tempore nati.*] felici & aurea ætate nati Heroës. Virg. lib. 6. Æneid.

Magnanimi Heroës nati melioribus annis.

Tempus autem seculorum dixit; vt Propert. el. 7. lib. 1.

Et ætatis tempora dura queri.

Idem el. 4. lib. 1.

Dum primi vernat tibi temporis ætas.

HEROES, *Deûm genus.*] Hesiodus ἔργ. καὶ ἡμ.
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι. —— Heroës scil. altero parente Deo nati.

SALVETE.] *Saluere* venerantis est. Virg. 5. Æneid. *Salue sancte parens.* & lib. 2. Georg.

Salue magna parens frugum. vnde etiam *salutare deos.* & Callimachus in extremis hymnis deos saluere iubet.

O *bona mater.*] ex lib. 4. Apollon. vbi Peleus oraculum à Nymphis redditum vt matrem suam vicissim gestarent:

Μητέρα

Μητέρα δ' οὐκ ἄλλην ὀνομάζομαι ἢ ἐπὶ αὐτὴν
Νῆα πέλειν, ὅτι ἡμῖν κατ' ἰνδύος ἄμμε φέρουσα.

Matrem non aliam coniicio, quam ipsam nauem esse, quia in vtero nos ferat.

VOS *ego sæpe meo, vos carmine compellabo.*] alloquar, saluere iubebo. Virg. 3. Aeneid.

Quem Phœbi interpres multo compellat honore.

interdum verbum est vituperantis & accusantis, vt sæpe apud Ciceronem.

TEQVE *adeo.*] adeo ornatus causa. Virgilius imitatus est ecl. 3.

Teque adeo decus hoc æui. Idem 1. Georg.

Teque adeo incertum quem sint habitura Deorum
B *Concilia.* ———

EXIMIE.] præter ceteros. Festo & Donato dicuntur *eximia* proprie, quæ ex grege eximuntur optima ad sacrificium.

TEDIS *felicibus aucte Peleu.*] Hesiodus in epithalam. Τρὶς μάκαρ Αἰακίδη καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ Ὃς τοῖσδ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις. Ipse in Coma Beren. *Nouis auctus hymenæis.* Cicero ad Atticum: *Filiolo me auctum scito.* & 2. de leg. *Genus humanum diuino auctum animorum munere.* id est, præditum. vt ipse: *Nullis sensibus aucte.* Virg. 7. Aeneid. pro cumulare dixit augere:

Et cereale solum pomis agrestibus augent.

C Terent. *Qua hanc aram augeam.* vnde *auctarium* quod præter mensuram additur.

AEMATHIÆ *columen.*] quo spes decusque Thessaliæ nixa est. Seruius ad illud Virgilij, lib. 8. *Lanigerosque apices.* Innuit columnam significare eminentiam & altitudinem: *Mortuis*, inquit, *nobilibus superponuntur columnæ ad ostendendam eorum culmen.* Donatus quoque ait, columen dici tanquam culmen & columen familiæ, columnam & sustentaculum exponit. Virgilius 11. Aeneid.

In te omnis domus inclinata recumbit.

Horat. od. 17. lib. 2.

D *Mearum grande decus columenque rerum.* Sic Euripidi: Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.

CVI *Iupiter ipse, Ipse.*] anadiplosis.

SVOS *Diuûm genitor concessit amores.*] Thetidem habere permisit. Ouid. lib. 11. Metam.

Namque senex Thetidi Proteus prædixerat vda,
Concipe, mater eris iuuenis, qui fortibus armis
Acta patris vincet, maiorque vocabitur illo.
Ergo ne quicquam mundus Ioue maius haberet;
Quamuis haud tepidos sub pectore senserat ignes
Iuppiter, æquoreæ Thetidis connubia fugit:
Inque suo Aeacidem succedere vota nepotem
E *Iussit: & amplexus in virginis ire marinæ.*

Lucianus à Prometheo Iouem admonitum fuisse ait, à Themide Apollonius, & Apollodorus, lib. 1. Iouem scribit Thetide politum esse, &, cum grauidem sensisset, absorbsisse.

TENE *Thetis tenuit.*] *tenuit*, vinculis amoris constrinxit. Virg. ecl. 1.

Cum me Galathea tenebat.

Horat. od. 11. lib. 4.

Tenetque grata compede vinctum.

Tibull. el. 4. lib. 2. *Teneorque catenis.*

PVLCHERRIMA *Neptunine?*] filia Neptuni. Sic Theocrit. & Callimach. Νηρηΐνη. Virg. ecl. 7. *Nerine Galathea.* Hic autem Neptunum

A cum Nereo confudit.

TENE *suam Tethys.*] Tethis Oceani soror, filia Cæli & Telluris. Herodotus & Apollodorus.

CONCESSIT *ducere neptem.*] nam Doris mater Thetidis, filia Oceani & Tethyos.

OCEANVSQVE *pater.*] *Oceanus rerum omnium sator*, ex Taletis Milesij sententia, qui aquæ rerum omnium tribuit principatum. Laërtius: Ἀρχὴν δὲ τῶν πάντων ὕδωρ ὑπεστήσατο. meminit Arist. lib. 1. Physic. Pindarus: ἄριστον μὲν ὕδωρ. Homer. Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν. Item: Ποταμοῖο ῥέεθρα Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. Attius Eurysace apud Varron. *Super Oceani stagna alta patris terrarum amfracta reuisam.*

TOTVM *qui amplectitur orbem.*] qui orbi terrarum circumfusus eum cingit. vnde Horat. od. 16. Epod. *Nos manet Oceanus circumuagus.* Ouid. *Nec brachia summa Margine terrarum porrexerat Amphitrite.* Cicero 6. de rep. *Omnis illa terra quæ colitur à vobis parua quædam insula est, circumfusa illo mari.*

QVÆ *simul.*] pro simul ac. vt Hor. od. 27. lib. 3. *Quæ simul centum tetigit potentem Oppidis Creten.* od. 8. lib. 2. *Sed tu simul obligasti*
Perfidum votis caput. & alias sæpe.

C OPTATÆ.] multum exspectatę amantibus. Ipse in carm. nupt. Manlij:

Quid datur à diuis felici optatius hora?

vnde & *sperata* dicebantur ante nuptias apud Nonium: Et *speratum* ipsum sponsum Afran. fratriis: *Curre & nuntia venire me & mecum speratum adducere.* Ibidem: *Speratam non odi tuam.*

FINITO *tempore.*] vel definito & constituto, vel præterito.

LVCES *aduenere.*] dies dicti nuptiis illuxere.

DOMVM *conuentu tota frequentat Thessalia.*] tecta Pharsalia, vt inquit infra, frequentia celebrat. sic Cicero 1. offic. *Domus solita frequentari.* in orat. *Has frequentat Phalereus maxime.* id est, frequenter vtitur. & 3. de orat. *Frequentanda oratio luminibus verborum. Frequentare*, est frequenter aliquid facere.

OPPLETVR *Regia cœtu.*] Stat. Theb.

——— *diffuderat Argos*
Exspectata dies, læto regalia cœtu
Atria complentur. ——— Lucr. lib. 2. de Auibus.
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent.

Plaut. Aulul. *Oppleta ædes inaniis & araneis.* Cic. 2. de nat. deor. *Vetus hæc opinio Græciam oppleuit.*

LÆTANTI.] Ennius apud Prisc.

Omnes mortales victores, cordibus viuis
Lætantes. ——— Ipse infra:
Lætanti pectore mittam.

Ominis autem causa in nuptiis læti agebant. vide supra ad illud:

Excitusque hilari die.

DECLARANT *gaudia vultu.*] Plin. cap. 37. lib. 11. *Frons hominis lætitiæ & hilaritatis, seueritatis & tristitiæ index.* Q. Cicero: *Frons animi ianua.* Cicero 3. de Orat. *Imago animi vultus est, indices oculi.* vnde, *Loquacem vultum*, dixit Ouidius alibi.

DESERITVR *Scyros.*] sola manet quasi ad incolis deserta. *Scyros* insula quindecim millia

passuum ab est à Delo. Plin. cap.12.lib. 4. *Ex ea insula lapis integer fluctuat, comminutus mergitur.* Idem Plin. cap. 17. lib. 36. Hic abdidit Achyllem Thetis, vnde *Scyrus Dardania.* Propert. el 9. lib.2. & *Scyria pubes.* Virg. 2. Æneid.

LINGVVNT *Phthiotica Tempe.*] *Phthiotica Tempe.* vt Horat. od.7.lib.1. *Thessala Tempe.* Non à Phtia vrbe, vnde *Phtius Achilles*: sed à regione Phthiotide, quæ est vna è quatuor partibus Thessaliæ. Strabo lib.9.

GRAVINONISQVE *Domos.*] Petrus Victorius ex coniectura, *Cranonisque domos*, legit, cap. vlt. l.20. Sunt enim Crannonij siue Grannonij in Thessalia, apud Strab. lib. 8. Et *κραννώνιοι πεδίον*, commemorat Callimachus in hymnis. & Cicero 2. de orat. *Cum cœnaret Crannone in Thessalia Simonides.* Veteres libri: *Cresonisque siue Gritonis. Gyrtona* vrbem commemorat Apollonius, lib.1. sed vulgata lectio retinetur à Scaligero: *Graiugenasque domos & mœnia Larissæa.* nisi quod legendum censeat: *Graiugenumque domos.* Mœnia autem Larissæa pro Larissa ipsa. Quemadmodum & Virg. 1. Æneid.

Atque albæ mœnia Romæ. & Horat. od.7. lib 1. *Bimarisue Corinthi mœnia.*

PHARSALIAM *coëunt.*] Scaliger, & ante eum Pontanus, legit *Pharsalon*, propter versum. sed & retineri posse vulgatam lectionem ostẽdit. Pharsalia autẽ est regio Thessaliæ, à Pharsalo oppido. Strabo 8. & 9.

PHARSALIA *tecta frequentant.*] Pharsali regiam frequentes commeant & concelebrant.

RVRA *colit nemo.*] agricultura deseritur. Sic Horat. od.18. lib.3.

Festus in prato vacat otioso Cum boue pagus.

MOLLESCVNT *colla iuuencis.*] minus dura & callosa ob quietem à labore esse incipiunt: nam vt indurescunt labore, ita mollescũt otio. Aliud est Virgil. lib. 11. *Et mollia colla reflectunt. id est domitorum equorum*, inquit Seruius. & 3. Georg.

Belgica vel molli melius feret Esseda collo.

Festis diebus etiam coronati boues otiosi erant. Tibull. el.1. lib.2.

—Nunc præsepia debent
Plena coronati stare boues capite.

VINEA *humilis.*] Varro, cap. 8. lib. 1. de re rust. *Vitium aliæ humiles sunt, ac sine ridicis, vt in Hispania, aliæ sublimes, vt in Italia.*

NON *purgatur.*] sarriendo herbis noxiis liberatur.

CVRVIS *rastris.*] sarculis, Seruius. Rastris interdum vtuntur ad occandum. Virgil. 1. Georg. *Rastris glebas qui frangit inertes.* Interdum ad purgandum. ibid. *Quod nisi & assiduis herbam* (alias *terram*) *insectabere rastris.*

NON *glebam conuellit taurus.*] vix ruit arando. vnde *glebas cunctantes.* Virgilius vocat 2. Georg. & lib.6. Æneid. de ramo aureo:

Nec duro poteris conuellere ferro.

Attius Oenom. *Vt rorulentas terras & ferrosidas Proscindant glebas, aruoque ex molli excitent.*

PRONO *vomere.*] cultro & dentali aratri. vide Plin. cap. 18. lib. 18. de vomerum generibus.

A NON *falx frondatorum.*] non enim sunt tantum *falces arborariæ*, sed etiam *fœnariæ*, *stramentariæ*, *vineaticæ*, *siluaticæ*, *ruscariæ* Catoni de quibus Varro, cap.22. lib. 1. *Frondatorum* autem Seruius tria facit genera ad illud ecl. 1.

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.

Vnum eorum qui arbores putant, vel frondibus manipulos faciunt hiberno tempore pecudibus alendis: alterum eorum, qui manibus vitium folia auellunt, vt vuæ solem excipiant. Tertium auium quæ in frondibus habitant, vel nidificant. de primo genere hic Poëta, qui & *arboratores*, dicti Plinio, & Columellæ.

B ATTENVAT *arboris vmbram.*] minuit ramos luxuriantes. Virg. 1. Georg.

Et ruris opaci falce premes vmbras.

ne scilicet noceant segetibus.

SQVALIDA *desertis robigo infertur aratris.*] vet. gloss. *Rubigo, ἰὸς σιδήρου*: nam *ἰὸς* commune vitium omnibus metallis. Est & vitium segetum Horat. od. 23. lib.3.

Nec pestilentem sentiet Africum
Fœcunda vitis, nec sterilem seges

Rubiginem. Hinc *Robigus* Deus, & *Robigalia*, Festo:

IPSIVS *at sedes, quacumque opulenta recessit regia.*] id est, vbi sunt penetralia & secretiora

C domus Pelei. Virg. 2. Æneid.

Quamquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribusque obtecta recessit.

vbi Seruius: *Speciosa translatio rei mobilis ad immobile.* Seneca: *In multa diues spatia discedit domus.* sic *recessus* de loco abdito & secreto Senecæ: *Arcana in imo regia recessu patet.* Ciceroni lib. 2. ad Att. *Mihi solitudo & recessus prouincia est.* aliter dictum: *Siluaque vrbesq. recedunt.* Virgilius hunc locum imitatus est 1. Æneid.

At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, mediisque parant conuiuia tectis
Ingens argentum mensis, cælataque in auro
D *Fortia facta patrum.*——

FVLGENTI *splendent auro.*] radiant aureis & argenteis vasis. Virg. 6. Æneid.

Auri aura refulget. & 8. Æneid.

Auroque effulgere fluctus.

Pindarus: χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ.

CANDET *ebur.*] Virg. 6. Æneid.

Candenti perfecta nitens elephanto.

SOLIIS.] Seruius ad illud 7. Æneid.

Solio medius consedit auito.

Solium, inquit, *est velut armarium de vno ligno ad regum tutelam factum. aut dictum à soliditate, aut quia solum vnum capiat, aut per antistichon, quasi sedium:*
E *vt sella, pro sedda.*

COLLVCENT *pocula mensis.*] id est, vndique lucem & splendorem fundunt. vt Virg. 5. Æneid.

Mœnia respiciens quæ iam infelicis Elissæ
Collucent flammis. vbi Seruius: *Lucent vndique.* lib.4. *Sæuasque videbis Collucere faces.* & alibi:
Totus collucens veste atque insignibus aureis.

TOTA *domus gaudet regali splendida gaza.*] Hilarem spem præfert ob splendorem aureæ & argenteæ supellectilis. de hoc sermonis genere dicetur infra copiose ad illum versum:

Queis permulsa domus iucundo risit odore.

Regalis autem *gaza* prouerbij forma, vt Horat. od. 5. lib. 2. *Moles regia.* Virg. 1. Æneid.

Regali splendida luxu. & lib. 6.

Epulæque ante ora paratæ Regifico luxu.

Ennius apud Cic. 3. Tuscul. *Vidi ego te constante ope barbarica, Tectis cælatis, laqueatis, Auro ebore instructam* (domum priami) *regificè. Gaza vox Persica*, inquit Seruius ad illud 1. Æneid.

Troïa gaza per vndas.

PVLVINAR *vero.*] propriè quod capiti subijcitur molliusculum ceruical è plumis, quamquam & sessuris subiiciebatur. Ouid.

—— *fuit vtile multis*

Puluinar facili composuisse manu.

vnde pro ipso toro accipitur, & fide coniugali. Ouidius:

Incolumis coniux sua puluinaria seruat.

Seruius ad illud 3. Georg.

Et ductos alta ad donaria currus. Ita & puluinaria, inquit, *pro templis accipimus cum sint proprie lectuli, qui sterni in templis consueuerant.* Varro lib. 4. de ling. Lat. à plumis, vel à pellulis deducit.

DIVÆ *geniale locatur.*] geniales etiam homines ab antiquis dicti, vt ait Santra apud Nonium: *qui ad inuitandum & largius apparandum cibum propriores essent.* Nam & *genialia curare* dicitur, *qui viuit lautius.* Donat. in Phormion. vnde *genialis hiems.* Virg. 1. Georg. Festus: *Genialis lectus, qui in nuptijs sternitur in honorem genij.* Horat. lib. 1. epist. 1. *Lectus genialis in aula est.* Seruius ad illud Virg. 6. Æneid.

Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. inquit, *veluti genialibus. Nam proprie geniales sunt, qui sternuntur puellis nubentibus, dicti à generandis liberis.* Aristophani in Auibus λέχος γαμήλιον. Virgilio: *lectus iugalis*, dicitur 4. Æneid.

ÆDIBVS *in medijs.*] in penetralibus & tecto interiore, lib. 2. Æneid.

Medium in penetralibus hostem. Ibidem:

Aedibus in medijs. —— & lib. 1.

Medijsque parant conuiuia tectis. lib. 4.

At Regina pyra penetrali in sede. mox:

Interiora domus perrumpit limina.

INDO *quod dente politum.*] Periphrasis eboris, vt intelligitur ex Plinij cap. 3. lib. 8. Porro eburnea erant fulcra. Propert. el. 13. lib. 2.

Nec mihi tum fulcro sternatur lectus eburno.

Plaut. Sticho: *lectos eburatos.* Varro Prometheo apud Nonium in Plaga: *Eburneis lectis & plagis sigillatis.*

TINCTA *tegit roseo conchylis purpura fuco.*] insternit vestis purpurea. *Conchylium* conchæ species, eadem cum murice. Plin. cap. 8. lib. 21. tertium genus purpuræ numerat colorem conchylij. Lucret. lib. 6.

Purpureusque color conchyli iungitur vna

Corpore cum lana, dirimi qui non queat vsquam.

Hinc *conchylis purpura, si vera est lectio*, inquit Scaliger: κογχυλὶς, κογχυλίδος. sed ex veteri libro, *conchyli*, legendum credit. vt Serenus:

Purpura torretur conchyli perlita fuco.

Sed ita dictum, vt *Parnassis laurus*, & *Permessis lympha*, patronimicum loco epitheti.

HÆC *vestis Priscis hominum variata figuris.*] Propert. el. 6. lib. 2.

A *Non illis olim variabant tecta figuris.*

HEROVM *mira virtutes indicat arte.*] Heroas ipsos ostendit acu textoris pictos, vt in tabula. *Heroum virtutes*, pro heroibus dictum, vt *Virtus Catonis.* Horat. od. 21. lib. 3.

Et virtus Scipiadæ.

Satyr. 1. lib. 2. & πελαργικὸν κλέα ἀνδρῶν. Apollonio. & Homero, βίη ἡρακλείη. aliaque id genus.

NAMQVE *fluctisono littore.*] *Fluente* de mari, & fluuio. Homer. ποταμοῖο ῥέεθρα ὠκεανοῖο. *litus fluctisonum*, ad quod vndæ maris sonant. Attius Phœnissis: *Sic vbi curuo littore latrans vnda sub vn-*
B *dis labunda sonat.* Ennius apud Prisc.

Littora lata sonant. sic Homer. ἀκτάων ἐρευγομένων. littoribus resonantibus.

DIÆ.] *Dia* quæ & *Naxos* insula maris Ægæi, vna Cycladum, dicta etiam *Dionysias*, Plinio. Ouidius:

Quæ breuis æquoreis Dia feritur aquis.

Plin. cap. 12. lib. 4. dicitur & *Strongyle* & *Callipolis.* Interpres Theocriti: Πολλαὶ νῆσοι δῖαι καλοῦνται περὶ τῆς κρήτης περὶ μῆλον, περὶ ἀμοργόν. Interpres Apollonij in lib. 4. Δίη, ἐν τῇ Νάξῳ. Καλλίμαχος. Ἐν δίῃ τὸ πρὸ εἶναι παλαίτερον ὄνομα Νάξῳ. Eustat.
C in Odyss. λ. Δία, νῆσος περὶ τῇ Κρήτῃ ὡς Νάξος καλεῖται. ἱερὰ δὲ αὐτὴ τοῦ Διονύσου.

PROSPECTANS *tortur.*] Sic infra:

Discernens patriam truculentum diuidit æquor.

Et cupiens prægestit apisci. infra:

Et, *Non contexta leui velatum pectus amictu.*

Cæsar 1. de bello Gallico.

Hostes, procul visos conspexit.

Virg. 5. Æneid.

Timuitque exterrita pennis.

& 3. Æneid.

Scuta latentia condunt. & 4.

Deceptam morte fefellit.

D & 5. Æneid.

Tum validis flexos incuruant viribus arcus.

THESEA *cedentem.*] *cedentem*, pro discedentem simplex pro iuncto. vt in coma Berenices:

Inuita ô Regina tuo de vertice cessi.

quod imitatus Virgilius 6. Æneid.

Inuitus regina tuo de littore cessi.

Propert. el. 3. lib. 1.

Qualis Thesea iacuit cedente carina.

CELERI *cum classe.*] cita puppi, siue naui. *Classis nauim proprie significat*, inquit Seruius ad illum locum 1. Æneid.

Pollasue exurere classem.

E dicta ἀπὸ τῶν κάλων. id est, à lignis. vnde & calones. *Cum* autem abundat in sermone antiquo. Virg. 9. Æneid.

Suo cum gurgite flauo Accepit venientem. Ennius:

Teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto.

apud Non. Et apud Fest. in orare:

Quod te cum precibus pater orat Idem:

Excita cum tremulis anus attulit artubus lumen.

Attius Meleagr. apud Non.

Pro se quisque cum corona clarum connectit caput.

IN *corde gerens Ariadna furores.*] cor sedes iræ. Attius Meleagro: *Heu, cor ira feruit cæcum.* Virg. 1. Æneid. *Talia flammato secum Dea corde volutans.* Plato iram in pectore, cupiditatem subter præ-

cordia locauit. Cicero 1. Tuscul. *Gerens furorem.* Sic *gerere iras* dixit Plautus: *Plebeias iras gerunt.* Ennius: *Eo ego ingenio natus sum, amicitiam, atque inimicitiam in fronte promptam gero.*

INDOMITOS.] immanes, vix domandos. Attius Tereo: *Tereus indomito more, atque animo barbaro.* apud Non. Cæcil. *Quid narras barbare cum indomitis moribus, illiterate, illex?* Ipse: *Deinde esto quamuis sæuus & indomitus.* Seruius ad illud 2. Æneid.

Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras?

exponit, *magnas.*

NECDVM *etiam sese quæ sit tum credidit esse.*] externata est, vix se agnoscit. Ita legit è coniectura Statius. Scaliger ex vestigiis veteris scripturæ legendum putat: *Nec dum etiam sese qua sit: vix & sibi credit.* Sic in Iambo ad Syrmionem, *Vix mî ipsi credens.* Huc pertinet, quod ait Sosia in Amphit. Plaut. *Vbi ego perij? vbi immutatus sum? vbi ego formam perdidi? An egomet me illic reliqui, si forte oblitus sui.*

VTPOTE.] interpretationis est, vt apud Sallust. in Catil. *Antonius aberat, vtpote æger ac iacens.*

FALLACI *quæ tum primum excita somno*] *fallax somnus*, quia eo quod dormiebat, decepta est Ariadna. Ouid. in epist. Ariad.

In quo (littore) me somnusq. meus male perdidit, & tu,
Pro facinus, somnis insidiate meis.

Est & perpetuum epitheton somnij, vnde & *somniare* pro delirare, falli. Virg. 10. Æneid.

Sopitos deludunt somnia sensus.

DESERTAM.] relictam ac proditam. verbum perfidiæ, vnde *desertores.*

IN *sola arena.*] Virg. 4. Georg.

Te solo in littore secum. item 2. Æneid.
Deserto in littore condunt.

item 3. Georg.

Heu male tum Libyæ solis erratur in agris.

item 5. Æneid.

At procul in sola secreta Troades acta,
Amissum Anchisen flebant.

& arena pro littore. Virg. 1. Æneid.

Hospitio prohibemur arena. ibid.
Potiuntur Troes arena.

& 5. Æneid.

Notæ aduertuntur arena.

IMMEMOR *at iuuenis.*] Theocrit. Pharm. Τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον ποκὰ Θησέα φαντὶ Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν ἐϋπλοκάμω Ἀριάδνας. Ita habeat obliuionem, sicut olim Thesea dicunt in dia oblitum esse pulchræ Ariadnæ. Vbi interpres Θησεὺς κατὰ Διονύσου βούλησιν λήθῃ ἐπὶ χρησμῳδίας αἰτίαν Ἀριάδνας καταλέλοιπεν.

FVGIENS *pellit vada remis.*] Propert. el. 2. lib. 4.

——*aiunt*
Remorum auditos per vada pulsa sonos.

IRRITA *promissa.*] pacta vana, profluua fide & fluxa.

LINQVENS *ventosæ procellæ.*] Seruius ad illud Virg. 1. Æneid.

Creberque procellis Africus.

Procella est vis ventorum cum pluuia, dicta quod omnia percellat. dicit *ventosa*, quia è ventis constet & gignatur. Est autem sermo prouerbialis, Poëtis

A perfrequens. vt Virg. 9. Æneid.

Multa patri portanda dabat mandata: sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

item 11.

Audijt, & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem volucres discerpsit in auras.

Tibull. el. 5. lib. 1.

Hæc mihi fingebam, quæ nunc Eurusque Notusque
Iactat odoratos vota per Armenios.

Horat. od. 26. lib. 1.

——*Tristitiam & metus*
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis.—— Ouid.
B *Cunctane in æquoreos abierunt irrita ventos.*
Ipse: *Mulier cupido id iurat amanti*
In vento & rapida scribere oportet aqua.

Euripid. in extremis supplicibus: Λόγων δὲ παραμύθια σῶν ἀέρι φερόμενα οἴχεται. verborum tuorum consolatio aëri ferenda euanuit.

QVEM *procul ex alga.*] *Alga* pro littore, in quod proiicit algam mare, vt & infra:

Nec quisquam apparet vacua mortalis in Alga.

MINOIS.] vt infra: *Qualem Minoidi luctum Attulerat.* Tibull. el. 7. lib. 4.

Sic cecinit pro te doctus Minoi Catullus.

Propert. el. vlt. lib. 4. *Minoidi sellam.*

C MOESTIS *ocellis.*] Sic eleg. ad Manlium:

Mœsta nec assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent.—— Virg. 6. Æneid.
Aeneas mœsto defixus lumina vultu.

SAXEA *vt effigies.*] statuæ similis, ita torpebat. Expressit hunc Catulli locum Ouid. in ep. Ariadnę:

Aut ego diffusis erraui sola capillis,
Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.
Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi:
Quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui.

BACCHANTIS *Euoe.*] clamantis Euoe in
D furore Bacchico. sic infra:

Euoe bacchantes, Euoe capita inflectentes.

Virg. 7. Æneid. *Euohe Bacche fremens.*
Ouid. 4. Metam. *Euoe Bacche sonat.*
vnde Virg. 6. Æneid.

Euantes orgia circum Ducebat Phrygias.

& εὐάζειν & ἀνευάζειν τὸ εὐοῖ, id est, διὰ τοῦ λέγειν βάκχε.

ET *magnis curarum fluctuat vndis.*] magno animi æstu huc & illuc iactatur. Animus cum mari sæpe comparatur, & si est tranquillus æquus dicitur, & perturbationes in animo sunt, vt in mari procellæ. Musæus: ἔσω κυμαίνετο πολυκλαύτοισι μερίμναις. Virg. 4. Æneid.

Ingeminant curæ rursusque resurgens
E *Sæuit amor, magnoque irarum fluctuat æstu.* Ibid.
Certa mori varioque irarum fluctuat æstu.

NON *flauo vertice.*] *vertex* proprie summa capitis pars. vnde & pro toto capite. Horat. od. 1. lib. 1.

Feriam sidera vertice.

Virg. 1. Æneid.

Et toto vertice supra est. item:
Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem
Spirauere.—— itaque *vertex flauus*, est caput flauis crinibus. Virg. 4. Æneid.
Vocemque, coloremque, & flauos crines. & mox:
Flauentesque abscissa comas.

RETINENS *subtilem mitram.*] rectè *subtilem*, id est extenuissimo filo contextam, quia & *mitram* à filo, quod μίτον Græci dicunt, esse dictam volunt. *Mitram*, Seruius interpretatur pileum incuruum, muliebris capitis amictus mitra, siue fœminarum propria est. vnde Sybaritæ μιτρόχιτωνες dicti. Propert. el.2.lib.4.

Cinge caput mitra speciem furabor Iacchi.

Addidit, *retinens*: quia sub mentum reuincta erat. Virg.4. Æneid.

Mæonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus.—— Propert. el.29.lib.2.
Quæ dum sidoniæ nocturna ligamina mitræ
Soluerit.—— Lucan. dixit, *anademata mitræ*.

id est redimicula. Apollon. lib.1. Μίτρας παρθενίας ἔλυσαν καὶ ὕπνος. Nam μίτρας λύειν, vt ζώνην. *Retinens* autem *vertice*. vt auctor Ciris: *Non niueo retinens baccata monilia collo.* Item: *Purpureas flauo retinentem vertice vittas.*

NON *contecta leui velatum pectus amictu.*] non recto & velato pectore. dixi supra, ad illud, *Prospectans tuetur. leui* vero *amictu*, vt serico.

NON *tereti strophio.*] Strophium Nonio fascia breuis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum. Turpil. Philop. *Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi, infelix inter tuniculam ac strophium quam collocaueram.* Meminit Cicero de Arusp. Respons. *Strophia*, etiam Græcis, & Plinio coronæ sunt. vnde Virg. in Copa: *En age pampinea fessus requiesce sub vmbra,*
Et grauidum roseo necte caput strophio.

Teres autẽ, quia Suidas *strophium* exponit στρογγύλον ζωνάριον. Ouid.

Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.

LVCTANTES *vincla papillæ.*] constrictas gerens papillas & quasi pugnantes & repellentes strophium. Sic *luctantes ventos* dixit Virg.1. Æneid. qui indignantur cohiberi, & tentant erumpere. *Sororiare* puellarum mammæ dicũtur cum intumescunt *fratriare* puerorũ, Festus. Plautus friuolaria: *Tunc papillæ primitus fraterculabant, illud volui dicere sororiabant.*

IPSIVS *ante pedes.*] quia Ariadna erat in extremo littore.

FLVCTVS *salis.*] id est, maris, vt Græcis ἁλός. Homer. ἅλα δῖαν. Virg. 1. Æneid.

Spumas salis ære ruebant.
Et sale tabentes artus.

ibid. & 5. Æneid.

Mene salis placidi vultum fluctusque quietos.
Ignorare iubes. & 3.
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor.

ALLVDEBANT.] ad quæ omnia, videlicet mitram, amiculum & strophium, ludere videbantur, modo accedentes, modo recedentes, & identidem ferientes fluctus maris. Minutius Felix in Octauio:

Cum pedibus nostris fluctus alluderet.

Ouid. in fab. Hermaphroditi. 4. Metam.

Et in alludentibus vndis
Summa pedum ponit vestigia.

Propert. el.18. lib.3.

Clausus ab vmbroso qua alludit Pontus Auerno.

sic Aquilius Gallus littus definiebat, *qua fluctus alluderet.*

A SED *neque tum mitra, neque tum fluitantis amictus.*] auctor Ciris:

Sed neque tunc ciues, neque tunc rex ipse veretur.

Fluitantis amictus, quem fluctus alludebant:

TOTO *ex te pectore Thesen, Toto animo, tota pendebat mente.*] omnes rationes suas ex te suspensas habebat. Cic. 2. Tusc. *Extrinsecus non pendet prudentia.* & 5. Tusc. *aliunde pendet.* Scaliger in veteri libro legi ait: *toto se pectore, Thesen, Toto animo, tota prodebat p. m.* Idque probat. Sic prodere regem, flaminem, dictatorem est nominare, renuntiare.

PERDITA.] Virg. ecl.2. *floribus Austrum*
B *Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.*

idem 4. Æneid. *Nescis, heu perdita, nescis.* Ouid. in epist. Didus: *Perdita ne perdam timeo.* vnde *perire & deperire, perdite amare.*

AH *miseram.*] Horat. od.27. lib.1.

Ah miser Quanta laboras in Charybdi.

ASSIDVIS *quam luctibus externauit.*] continua ægritudine animi & planctu extra se posuit, seu mente alienauit. Infra: *Externata malo.* Afran. in Auctione:

Simul limen intrabo, illæ extrabunt illico.

Imitatus est Pacuuij versum:

Sed eccam miseram quam frequens luctus externauit.

C *Externatur*, qui apud se non est.

SPINOSAS *Erycina ferens in pectore curas.*] Venus aspetas spargens in animo curas tanquam semen malorum. *Erycina*, Venus; quia in Eryce Siciliæ monte colitur. Horat. od.2.l.1.

Erycina ridens. Ouid.
Auertit vultus Erycis quæ possidet arces.

Apollon. lib. 4. Θεὰ Ἔρυκος μεδέουσα Κύπρις. Virg. 5. Æneid.

Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes,
Fundatur Veneri Idaliæ. *Serere* autem dixit,

vt Propert. el.7. lib.1. de pecunia:

D *Semina curarum de capite orta tuo.* Ouid.
Iliades curæ quæ mala corde serunt.

Theocrit. Κύπρις δ' ἄλλα ἐν ἀνθρώποις μαίνεται.
Spinosas curas. ἀκανθώδεις, asperas. Sic *senticosa verba.* Afranius in *Abducta* pro spinosis: Festus. eodem sensu Horat. od.18. lib.1.

Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

& od. 11. lib. 2.

Dissipat Euhius curas edaces.

Græci θυμοδακεῖς μελεδῶνας καὶ θυμαλγεῖς καὶ θυμοβόρους.

ILLA *tempestate, ferox quo tempore Theseus.*] dictum antiquè, vt à Cicerone: *Eius temporis, quo die. ms. ferox* in laude. Virg. 12. Æneid.

E *Quantum ipse feroci Virtute exsuperas.*

idem 4. Æneid.

Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

Horat. od.35. lib. 1.

Et Latium ferox. idem od. 4. lib. 4.
——*Nec feroces Progenerant aquilæ Columbam.*

idem od. 9. lib. 4.

Non ferox Hector vel acer Deiphobus.

id est, viribus fidens.

EGRESSVS *curuis è littoribus.*] Lucret. lib. 2.

Qua mollibus vndis
Littoris incuruum bibulam lauit æquor arenam.

Virg. 3. Æneid. *Et littore curuo Mœnia prima loco.* Γαμψὴς ἀκτὴ Græcis, & κύρτος, id est lunatus, in-

flexus. Apollon. lib. 2. *Περιηγέα κάλλιπεν ἀκτήν.* curuum cum reliquisset littus. Aliter Virg. 6. Æneid.

Cum se ad Caietæ recto fert littore portum.

nam à littore non recessisse ait; sed recta Caietam tetendisse. vt littora sic & *flumina curua.* 4. Georg.

PIRÆI.] portus Atheniensis muro duûm millium passuum vrbi coniuncti. *Piræus* Græcis dicitur Πειραιεύς. Statius:

Trepidis stabilem Piræa nautis.

Ouid. 4. Fast. neutro genere:

Piræaque tuta recessu Linquit. ——

Igitur & Πειραιεύς dicitur & Πείραιος & Πείραιον. Propert. eleg. 21. lib. 3.

Deinde vbi Piræi capient me littora portus.

Porro ex Phalero non ex Piræo soluit Theseus: neque tam Piræus erat nauale, sed curia. Muretus ex Pausania.

ATTIGIT *iniusti regis.*] id est, sæui. vt Virg. ecl. 3. *Iniusta nouerca.* Plato in Minoë sæuitiæ famam concitatam Minoï à Poëtis scribit, qui ipsum odissent. Et Plutarchus in Theseo. Atqui sanè Homero dicitur ὀαριστὴς Διός. id est, Iouis familiaris, & discipulus.

GORTYNIA *tecta.*] Gortynis vrbis Cretæ ad Lecteum amnem. Virg. in Sileno:

Perducent aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.

Lucan. ——*Gortynis arundo Tenditur in scenam.*

NAM *perhibent olim crudeli peste coactam, &c.*] Androgeos maior natu ex liberis Minois insignis multis palmis in Attica ob inuidiam cæsus est; qua re bello, fame, & peste vexatis, Atheniensibus redditum oraculum est:

Λοιμοῦ δὲ λιμοῦ τέλος ἔσσεται, εὖτ' ἂν ἑαυτῶν
Σώματ' ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ, τίμωντι
Μίνωϊ εἰς ἅλα δῖαν ἀποστείλητε, ἀμοιβὴν
Τῶν ἀδίκων ἔργων. οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

Legendus Plutarch. in Theseo. Pausan. in Attic. & Ouid. 7. Metam.

Bella parat Minos, qui quanquã milite, quamquam
Classe valet, patria tamen est fortissimus ira:
Androgeique necem iustis vlciscitur armis.

Idem in epist. Ariadnæ.

Vineret Androgeos vtinam, nec facta luisses
Impia funeribus, Cecropi terra, tuis.

contra Propert. el. 1. lib. 2.

Et Deus exstinctis Cressis Epidaurius herbis,
Restituit patrijs Androgeona focis.

fuit & alter Androgeos 2. Æneid.

CECROPIAM.] Plin. cap. 56. lib. 7. *Oppidum Cecrops à se appellauit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.*

SOLITAM *esse dapem Minotauro.*] *Daps* numero singulari. Horat. od. 4. lib. 4.

Amor dapis atque pugnæ.

Liuius Odyss. apud Priscian. *Quæ hæc daps? quis festus dies?* Infra:

Larga multiplici constructæ sunt dape mensæ.

Dapes, inquit Seruius, *regia sunt, epulæ priuatorum.* Apollon. lib. 3. *Μίνως ἐσάλθαι αὐτοῖς κούρας ἑπτὰ καὶ νέους ἴσους χωρὶς ὅπλων πέμπειν τῷ μινωταύρῳ βορὰν. ὃς εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ λοιπὰ ἀνδρός.* Ibidem, *Asterum* dictum scribit. Ouid. epist. Ariadn.

Semibouemque virum, semiuirumque bouem.

A Virg. 6. Æneid.

Minotaurus inest Veneris monimenta nefandæ.

Fabulam copiosè narrat Ouid. lib. 1. de arte. Attius Minotauro (apud Marcellum)

Ex taurigeno semine ac humano situ.

Suidas μῶρον exponit τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός. Horat. od. 5. lib 2.

Tauri ruentis in Venerem tolerare pondus.

Plutarch. in Theseo vnum è ducibus Minois ita dictum fuisse scribit à fero & truculento vultu. Hinc victori in ludis & certamine, Atheniensium liberi præmij nomine dati, & crudeliter habiti, locum dederunt fabulæ.

B QVEIS *angusta malis cum mœnia vexarentur.*] qua calamitate cum vrbs auspicato condita premeretur. Ennius:

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Ouidius: *Sancta vocant Augusta patres.*

muros autem sanctos esse respondit Martianus l. sanctum. & Vlpian. l. sacra. D. de rerum diuisione, & Pompon. l. vlt. *si quis violauerit muros, vel transcenderit capite puniri.* Sed, *angusta*, defendi potest, vt significet vix tot mala vrbem capere posse.

IPSE *suum Theseus pro charis corpus Athenis*
C *Proijcere optauit.*] maluit exponere & quasi prodigere vitam suam pro dulci patria, quæq. omnes caritates vna complexa est.

PROICERE *corpus suum.*] vilem animam habet & ducit, qui proijcit. Virg. 6. *Lucemque perosi Proijcere animas.* Sic *animæ prodigus Paulus.* Horat. 12. lib. 1. & Ouid.

Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.

OPTAVIT *potius.*] Plaut. Capt. *Potius præoptauisse ponere caput periculo.* Idem Aulul. *Inopem optauit potius eam relinquere.*

PRO *charis Athenis.*] patria scilicet quæ dulcis. Ouid.

D *Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Tangit.*

Euripid. Phœniss.

Ἡ πατρίς, ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς. Patria, vt videtur, res carissima mortalibus. Homer. od. 1.

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος. vnde Virg. ecl. 1.

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.

FVNERA *Cecropia, nec-funera.*] corpora mox peritura, & adhuc viua electorum iuuenum, & floris illibati puellarum, *funera, nec-funera.* vt Græci dicunt ἄδωρα δῶρα, ἀχάριστοι χάριτες, ἄταφοι τάφοι. Euripid. Hecuba: Νύμφαν ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον. Sophocles Electra: Μήτηρ ἀμήτωρ. & χάρις [illegible], ἄχαρις χάρις. Cic. 1. Philipp. *Insepulta*
E *sepultura.* Horatius, *Insaniens sapientia.* od. 34. lib. 1. Ennius: *Innuptas nuptias. Nec-funera*, vno nomine, vt *res nec-mancipi*, furtum *nec-manifestum, nec-opinato.* Manilius lib. 5. de Andromeda eodem sensu dixit:

Virginis & viuæ rapitur sine funere funus.

PORTARENTVR *Cretam.*] veherentur. Propert. el. 7. lib. 3.

Portabat sanctos alueus ille viros.

vnde *deportati*, exules classe relegati. Virg. 5. Æneid. *Quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis.* Horat. ep. 19. lib. 1. *Equus vt me portet, alat rex.* Et *portari* vt *ferri* & *efferri* de funere.

ATQVE *ita naue leui nitens, ac lenibus auris.*]

Nisu remorum velorumque contendens petere Cretam. Virg. 3. Æn. *Annixi torquent spumas* Attius Telepho apud Non. in *molle*, *Remisque nixi propteriter nauem in fugam tradunt, subter saxa ad lauam, qua mons mare mollibat.* Virg. 5. Æneid.

Nunc nunc incumbite remis Hectorei socij.

Homer. od. μ. οἱ δ' ἀγκρατέως ἐρέσσον. Hi autem annixi remigabant.

MAGNANIMVM *ad Minoa venit.*] & magnanimus, quia heros, & quia vindex acerrimus mortis filij.

SEDESQVE *superbas.*] magnificè structas. Virg. 2. Æneid.

Non ego Myrmidonum sedes Dolopumue superbas
Adspiciam. 2. Georg.
Foribus domus alta superbis. & 3. Aen.
Ceciditque superbum Ilion. & 2. Aeneid.
Barbarico postes auro spolijsque superbi.

HVNC *simul ac cupido conspexit lumine.*] oculis cupiditatem restantibus, vt infra dixit *mæstis ocellis.* Infrà.

Quæ postquam cupidè spectando Thessala pubes
Expleta est.

Lumen, pro oculis: Virg. 8. Aen.

Totum lustrabat lumine corpus. Lucan.
Quis ficto lumine campos Viderit Aemathios?

Laberius apud Gellium. *Radiis solis aciem effodit luminis.*

VIRGO *regia.*] Regis filia. Virg. 2. Aen.

Regnumque & regia coniux Parta tibi.

id est, Laminia regis Latini filia. Item lib. 5.

Intextusque puer frondosa regius Ida.

id est, Ganymedes regis Trois filius. Interdum regina, vt *regia Iuno.* 1. Aeneid.

QVAM *suaues exspirans castus odores lectulus.*] An vt in coma Berenices.

Non prius vnanimis corpora coniugibus
Tradite, nudantes reiecta veste papillas,
Quam iucunda mihi munera libet onyx.
Vester onyx, casto colitis quæ iura cubilis:
Sed quæ se impuro dedit adulterio,
Illius aura leues bibat, & dona irrita puluis.

An ob cedrinum fulcrum, vel citreum? An vnguento cedrino perfusum contra cariem & tineas? An quod castitatis & virtutis odos suauissimus sit, tanquam floris? sic in carmine nuptial.

Cum castum amisit polluto corpore florem, &c.

quia impudicam quasi spurcam & fœtidam omnes aspernantur. De Ariadna autem lectulus castus intelligendus, non de Pasiphaë, quæ *fieri gaudebat adultera tauri.* Lectulus castus, intemeratam seruans pudicitiam. Virg. 2. Georg.

Casta pudicitiam seruat domus.

EXSPIRANS *odores suaues.*] ex se emittens & exhalans. sic Lucret. lib. 4.

Quæcunque suo de corpore odorem
Exspirant acrem. & *Exspirantem flammulas.*

Virg. 1. Aeneid.

IN *molli complexu matris alebat.*] Io sinu & gremio Pasiphaes educabat. Sic ipse.

Qui natam possis complexu auellere matris.

QVALES *Eurotæ progignunt flumina myrtus.*] id est: Eurotas, qui fluuius est Laconiæ, vt Vir. ecl. 6.

Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum.

De virginis cum myrto comparatione dixi ad illud in nuptijs Iuliæ, *Floridis velut enitens myrtus Asia ramulis.*

AVRAVE *distinctos educit verna colores.*] inf.

Aura parit flores tepidi fœcunda fauoni.

dixi ad illud:

Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber.

NON *prius ex illo flagrantia declinauit lumina.*] id est, ardorem animi indicantes oculos deflexit. Sic Virg. 2. Aen. *Ardentia lumina.* Item:

Ardentesque oculos suffecti sanguine & igni.

Ouidius.

Aspicies oculos tremulo fulgore micantes,
Vt sol in liquida sæpè refulget aqua.

Virg. 4. Aeneid. *Ardescitque tuendo Phœnissa.*

QVAM *toto concepit pectore flammam.*] *Concepit*, vt mulier semen contraxit, retinuit. Ouid.

Concipit interea validas Aeetias ignes.

Virg. 4. Aeneid.

Ergo vbi concepit furias. & lib. 11.
Ducis & tu concipe curam.

Plaut. Amphitr. *Magis maiorem in modum in se concipiet metum.* Cæsar 2. de bello Gallico: *Ignem ita distulit ventus, vt agger, plutei, testudo, flammam conciperent.* Lucret. lib. 6. *Glans ignem concepit.* Virg. 7. Aeneid. eadem mente.

Toto percepit pectore flammam.

IGNIS *exarsit tota medullis.*] Ipse alibi.

Ignis mollibus ardet in medullis. Item *Ex eo misellæ ignes interiorem edunt medullam.* Virg. 4. Aen.

Est mollis flamma medullas. & lib. 3. georg.
Auidis vbi subdita flamma medullis.

Plaut. Mostellaria. *Vt videas eam medullitus me amare.* Ennius apud Nonium. *Versus propinat flammeos medullitus.* eodem sensu & Virg. 3. georg. *Cui versat in ossibus ignem Durus amor.* & 1. Aeneid. *Atque ossibus implicat ignem.*

HEV *misere.*] leges non pessimè *Hei misera!* exagitans, &c. vt supr. *Ah miseram.* & Virg. 4. Aeneid. *Heu vatum ignara mentes!* nil tamen mutandum.

EXAGITANS *immiti corde furores Sancte puer.*] Commouens, amor, nimis fero corde amores & furias. Virg. ecl. 10.

Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cytiso saturantur apes. & ecl. 8. *Improbus ille puer*, id est crudelis, & immiti corde. Eleganter Plautus de eo: *Commentus est carnificinam.*

CVRIS *hominum qui gaudia misces.*] Ipse in el. ad Manlium: *Non est Dea nescia nostri,*

Quæ dulcem curis miscet amaritiem. sic Plutarch. amorem γλυκύπικρον nominat. Musæus γλυκυπίκρων ἐρώτων κέντρον. Et Plautus. *Dulcia atque amara sum tibi allocutus.* id est, amorem meum.

QVÆQVE *regis Golgos, quæque Idalium frondosum.*] Ipse in Annales Volusi, & epithalamio Manlij, vbi vide sis notata ad versum

Qualis Idalium colens Venus. Idalium autem & *Golgi* Cypri oppida. Plin. cap. 31. li. 5. frondosam legit Scaliger, sed & *sanctum Idalium*, alibi vocat.

QVALIBVS *incensam iactastis mente puellam fluctibus.*] quo æstu animi agitastis puellam, cuius animus amore Thesei exæstuat? supra,

Imis exarsit tota medullis.

I N *flauo sapè hospite.*] Ouid. *In virgine Monæcrina Hæsit, & immerito Deus arsit in illa.* Flauo, ξανθῷ. formoso.

S V S P I R A N T E M.] Suspirijs amorem indicantem. Tibull. el. 6. li. 1.

Te tenet, absentes alios suspirat amores.

Horat. od. 2. lib. 3.

Illum adulta virgo suspiret. Item od. 11. epod.

Amantem languor & silentium
Arguit, & latere petitus imo spiritus.

& od. 7. lib. 3. *Suspirare Chloen.*

Q V A N T O *sapè magis fulgore expalluit auri.*] alibi: *Inaurata pallidior statua.* Laërtius in Diogene: ἰσωτικῶς δὲ τὸ χρυσίον χλωρὸν εἶναι, ἔφη, ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας. *fulgore auri*, pro fulgenti auro. vt Horat. od. 12. lib. 3. *nitor Hebri.* pro Hebro nitido. & Virg. 1. Georg. *ferri rigor*, pro ferro rigido.

C V M *sæuum cupiens contra contendere monstrum.*] Cæsar 3. de bello ciuili. *Ipse contra Pompeium constitit in acie.* Virg. 11. Æneid.

——*Stetimus tela aspera contra.*

A V T *mortem oppeteret Theseus, aut præmia laudis.*] Aut mortis compos aut gloriæ fieret. Verbũ ad duo relata, satis est, si alteri tantũ rectè conue- C niat. Cic. 2. de finibus. *Sibi Torquem & cognomen induit.* & 1. Tuscul. *Vadet in eundem carcerem, & in eundem scyphum.* Virg. 9. Æneid.

Seu pacem seu bella geram. Horat. od. 16. lib. 1.
Rumpere nuptias Et regnum Priami vetus.

Malè ergo mss. *Appeteret.* Est autem dilemma vsitatum magnanimis viris. Virg. 10. Æneid.

Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni. Ibid.
Aut hodie victor spolia illa cruenta,
Et caput Æneæ referes, Lausique dolorum
Vltor eris mecum, aut aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter. Ennius apud Priscian.
Nunc est illa dies quo gloria maxima sese
Ostendat nobis, seu viuimus, siue morimur.

N O N *ingrata, tamen frustra, munuscula.*] Satis accepta Dijs, quia seruarunt Theseum, sed Ariadnæ nihil profutura, quia deserta est. Sic Horat. ep. 7. lib. 1.

Non ingrata feres pueris munuscula paruis.

Nam Ariadna velut ex peculio munera dabat.

D I V I S *promittens.*] Sic, *votis pacisci.* Horat. od. 29. lib. 3.

T A C I T O *suspendit vota labello.*] Labra non E mouens, ne exaudiantur vota quæ sunt in fratrem Minotaurum. vt ille apud Horat. epist. 16. lib. 1.

Labra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna,
Da mihi fallere.

Ouid. 1. de arte amandi.

Male sit tacita mente precare viro.

Tibull. el. 1. lib. 2.

Vos celebrem cantate Deum, pecorique vocate
Voce palam pecori, clam sibi quisque vocet.

Aiax apud Homer. ἐν τόφρα ὑμεῖς εὔχεσθε Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι Σιγῇ. *suspendere* autem proprium cõsecrantis tholo. Virg. 9. Æneid.

Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendiue tholo.

A Item 6. Æneid.

Testaque arma patri suspendet capta Quirino.

Item 12. *Votas suspendere vestes.* vt hic *vota munuscula.* Horat. od. 5. lib. 1.

Suspendisse potenti vestimenta maris Deo.

N A M *velut.*] Horat. de Achille od. 6. lib. 4.

Ille mordaci velut icta ferro
Pinus aut impulsa cupressus Euro,
Concidit latè, posuitque collum
Puluere Teucro.

Sic Homer. il. π. Sarpedonem à Patroclo interfectum comparat cum quercu, populo, aut B pinu cæsis & il. ν. Imbrium Mentoris filium cum Fraxino. Virg. 2. Aen. Troiæ excidium eadem similitudine exprimit.

I N *summo quatientem brachia Tauro.*] Virgil. 3. Aeneid.

Vix ea fatus erat, summo cum monte videmus
Ipsum inter pecudes vasta se mole mouentem.

B R A C H I A.] vt Virg. 6. Aeneid.

In medio ramos annosaque brachia pandit Vlmus.

Septimius apud Terentianum de metris. *Pinea brachia cum trepidant stridentia flabris.* & 3. georg.

Late ramos & brachia tendens. & 2. de vite.
Tum stringe comas, tum brachia tonde.

C

T A V R O.] Taurus Asiæ mons, de quo Plin. cap. 27. lib. 5.

Q V E R C V M *aut coniferam pinum.*] Cur cornigeram non coneoquit Sabellicus? Nam Propert. el. 19. lib. 2.

Incipiam captare feras & reddere pinu Cornua.

Pinus est sacra Dianæ. Horatius oda 22. lib. 3. eique venatores affigere cornua ceruorum ex voto solebant: id significat & Virg. 7. ecl.

Setosi caput hoc apri, tibi Delia, paruus,
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.

D Interdum etiam ad quercum illa figebantur cornua. Apul. initio lib. 1. florid. Aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus redimita. Seruius ad illud Virg. 3. Aeneid.

Aeriæ quercus & coniferæ Cyparissi. Conus, inquit, *fructus Cyparissi, quæ & ipsa κωνοειδής est; nam à rotunditate in acumẽ tenuatur.* Sed & nux pinea, conus dicitur Græcis, ab ea forma. Κῶνος ἀπὸ πλατείας βάσεως εἰς ὀξὺ λήγει.

S V D A N T I *cortice.*] De pinu resinam picemque ferente, Plin. cap. 10. lib. 16. de quercu Virg. 1. georg.

Quercus sudabunt roscida mella.

E I N D O M I T V S *turbo.*] *Immanis turbo.* Virg. 6. Aeneid.

Præcipitemque immani turbine adegit.

Turbo autem, vt ait Seruius, est ventorum volubilitas.

C O N T O R Q V E N S *flamine robur eruit.*] vibrans & concutiens tantum stipitem euertit. Virg. 4. Aeneid.

Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant.

Et lib. 12. de Oleastro:

Lentoque in stirpe moratus
Viribus haut vllis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas. & 2. Georg.
Sed truncis Oleæ melius propagine vites.

Respondent, Paphiæ solido de robore myrtus.

I l l a *procul radicibus exturbata.*] vtrumque & procul radicibus, vt Horat. od. 2. epod. *procul negotijs.* & Virg. 2. Georg. *Procul discordibus armis.* & *exturbata radicibus.* euulsa, disiecta.

P r o n a *cadit.*] in comam, præceps. Varro Parmen. apud Nonium in Trabs. *Alia trabs pronus in humum accidens proxima frangit ramos cadens.* Virg. 5. Æneid. de Entello.

Grauiterque ad terras pondere vasto
Concidit, vt quondam caua concidit, aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.

L a t e q v e *& comminus obuia frangens.*] quia ramis opaca, ea quibus incidit, proterens ex eo loco vnde possit contingere. Lucr. lib. 4.

Montes supra sol esse videtur
Comminus ipse suo contingens feruidus igni.

Idem lib. 6.

Multaque præterea prius ipso tacta vapore
Eminus ardescunt, quam comminus imbuat ignis.

dictum *comminus* à con & manus, quia simul manu, teloque ferimus. *Eminus*, quod è manu dimittatur telum. Cicero: *Neque icta comminus, neque coniectione telorum. Comminus* sæpè est statim & sine intermissione. Virg lib. 1. Georg.

Quid dicam iacto qui semine comminus arua
Insequitur.

S i c *domito.*] ita locutus, vt de tauro. Sic Virg. de Centauris lib. 2. Georg.

Ille furentes Centauros leto domuit.

Horat. od. 12. lib. 2.

Domitos Herculea manu Telluris iuuenes.

& prostrauit, perculit. vet. lib. prosternit, vt atternit, discedit, relinquit in præterito.

N e q v i c q v a m *iactantem cornua ventis.*] frustra cornibus vibratis, aërem & ventos inanes percutientem. Virg. 5. Æneid. de Entello.

Vires in ventum effudit. ibid. de Darete.
Et verberat ictibus auras. Virg. 3. Georg.
Et tentat sese atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
Ictibus.

Vanis ventis, vt Virg. 10. Æneid.

Nebulam & ventos obtendere inanes.

I n o e *pedem hospes multa cum laude reflexit.*] id est, retorsit, retulit. Virg. 6. Æneid.

—— *& in verbo vestigia torsit.*

translatum ab ijs, qui, ad metam cum peruenerunt, reflectunt currum, vel quia flectuntur poplites gradiendo. Plin. *Elephantus poplites intus flectit hominis modo.*

E r r a b v n d a *regens tenui vestigia filo.*] Virgil. 6. Aeneid.

Magnum reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus ipse dolos tecti, ambagesque resoluit,
Cæca regens filo vestigia.

Proper. ele. 14. lib. 2.

Nec sic incolumem Minois Thesea vidit
Dædaleum lino cum duce rexit iter.

Varro apud Plin. cap. 13. lib. 36. In labirynthum negat propetandum esse sine glomere lini. *Errabunda vestigia*, vagi & erroribus obnoxij gressus. Virg. in Sileno.

Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia.

A N e *labyrintheis è flexibus egredientem.*] Virgil. 5. Aeneid.

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille vijs habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.

Plin. cap. 13. lib. 36. commemorat Labyrinthum Aegyptium, deinde Cretensem, quem Dædalus fecit centesimam tantum partem Aegyptij imitatus, Lemnium & Italicum.

T e c t i *frustraretur inobseruabilis error.*] Virg. 6. Aeneid.

B *Hic labor, ille domus, & inextricabilis error.*

Inobseruabilis, in quo signa & vestigia non poterant obseruari. contra *vestigia retro Obseruata legit.* Virg. 9. Aeneid. *Et vestigia retro*
Obseruata sequor per noctem. 2. Aeneid.

S e d *quid ego.*] Epanorthosis. Virgilius 2. Aeneid.

Sed quid ego hæc autē nec quicquā ingrata reuoluo.

Ipse infra:

Sed quid ego ignaris nec quicquam conqueror auris?

A *primo digressus carmine.*] παρέκβασις & egressio Fabio dicitur orationis pars, vt quibusdam
C videtur. Cic. 2. de Orat. *Digredi ab eo quod proposueris, atque agas, permouendorum animorum causa, sæpè vtile est.* Poëta autem oratoris virtutes omnes persequitur, eodem auctore, licet numeris sit adstrictior. Digressio lib. 3. de Orat. numeratur inter orationis lumina.

P l v r a *commemorem?*] addit *plura commemorem*, quia longa digressio tædium parit, & turpe, parergon longius esse, quam ergon.

V t *linquens genitoris filia vultum.*] patris Minois oculos & conspectum. Sic Virg. 9. Aen.

Reuocate parentem, Reddite conspectum. & 6.
——*Datur ora tueri*
D *Nate tua, & notas audire & reddere voces.*

V t *consanguineæ complexum.*] Sororis Phedræ. Attius in Bruto apud Cic. 1. de diuin. *Duos consanguineos arietes inde eligi.* mox: *Deinde eius germanum cornibus conitier.* & *Consanguineus leti sopor*, Virg. 6. Aen. & Homer. ὕπνος κασίγνητος θανάτοιο. id est, somnus frater mortis. Atqui Phædram secum auexit, & duxit vxorem Theseus.

Q v æ *misero gnata fleret deperdita luctu.*] Scaliger corrigit ex vestigijs veteris libri.

Quæ misera ingrata vixit deperdita tela.

vet. lib. *lecto.* flere lecto ignaro, est fortunas suas conqueri, & narrare lecto suo surdo. Simile
E illud infrà:

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris?

vbi vide adnot. magis tamen mihi probatur altera lectio.

Quæ misero gnati fleret deperdita leto.

vt scilicet Minotauri, vel Androgei cædem intelligat.

O m n i b v s *his Thesei dulcem præoptarit amorem.*] *Optarit* & elegerit præ omnibus, siue ante hæc omnia, vt Virg.

—— *Præque omnibus vnum Prædicam.* 3. Aen.

eadem constructio quæ suprà.

Q v æ *fluctus salis alludebant.*] Terent. Andr. *Adeo peruicaci ingenio, vt puerum præoptares perire.* Sic Græcis προτιμῶ id est, pluris facio.

AVT *vt vecta ratis.*] malo *Rati*, loquitur enim de Ariadna illuc vecta, non de rate, quæ potius vehit, quam vehitur. Nam s. malè adhęsit ex initio sequentis vocis, *spumosa*. Sic infrà:

Classi cum mœnia Diuæ Linquentem

Et in coma Berenices:

—— cumque iuuentus
Per medium classi barbara nauit Athon.

Idem error apud Ciceronem 1. Tusc. *Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur ratio.* Turneb. ex vet. lib. emendauit *In rate*, sed profectò dura esset illa compositio. Tanquam in rate in mari. Ego detrita litera, *ratis* antiquè, pro *rate*: vt orbi, amni, aui: Charis. lib. 1. Plaut. Menech. *Satur nunc loquitur de me, & de parti mea.* vehit nauis. vt Virg. ecl. 4.

Altera quæ vehat Argo Dilectos heroas.

& 1. Æneid. de naui.

Quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem.

sed & *vectores* dicuntur nautæ. Virg. ecl. 4.

Cedet & ipse mari vector. & remiges, *nauales pedes.*

AVT *vt eam dulci deuinctam lumina somno.*] *dulci*, retineri potest, vt apud Virg. 6. Aeneid.

Pressitque iacentem Dulcis & alta quies: cum tamen ille somnus exitialis fuerit Deiphobo. Sed in v. l. est *tristi*, inquit Scaliger ab ijs quæ secuta sunt. vt supra *fallacem* dixit. Ouidius *Crudeles somni.* Deuinciuntur autem lumina, quia clauduntur oculi in somno. Lucret. lib. 4.

Somno deuincti credunt extollere vestem.

Item.

Denique cum suaui deuinxit membra sopore
Somnus.

Ipse.

Nec somnus tegeret quiete ocellos.

Legitur & deuinctam. Sic Tibull. eleg. 2. li. 1.

Occupet & fessi lumina victa sopor.

LIQVERIT *immemori discedens pectore.*] cui scilicet oblata à Libero patre obliuio. *immemor pectus*, vt Virg. ecl. 5. *Testes sunt flumina.* Propert. el. 9. lib. 2. *Sidera sunt testes.* Cicero: *auctore ingenio.*

CONIVNX.] scilicet futurus, quia *sperare iubebat Coniugia læta.* infra. Sic Virg. 4. Æneid.

Nulli quondam flexere mariti.

Ibidem.

Quos ergo sum toties iam dedignata maritos.

Sic & Horat. ep. 2. lib. 1. *Sponsi Penelopes,* pro speratis, siue futuris sponsis.

SÆPE *illam perhibent ardenti corde furentem.*] sic Virg. 1. Æneid.

Talia flammato secum Dea corde volutans.

Attius Meleagro apud Nonium: *Heu cur ira feruet cæcum.* Vetus poëta apud Cic. 2. de finibus: *Nunc demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. Furentem*, quia Bacchanti supra comparauit.

PARISONAS *imo fudisse ex pectore voces.*] vt suprà: *Fluctisonum littus.* & infra: *Raucisonos bombos.* Propert. el. 21. lib. 3. *Vndisonos Deos.* Sic Virg. 2. Æneid. *Clarescunt sonitus.* Scaliger ex veteri libro: *Clarisicas.* vt *iustificam mentem*, infra, pro iustam. Ex intimo autem pectore quæ proficiscuntur ficta non sunt. Ipse in coma Berenices.

Condita quin veri pectoris euoluam.

A Virg. 6. Aeneid.

Funditque preces Rex pectore ab imo.

vel ex imo pectore, vt Horat. od. 11. epod.

Et latere petitus imo spiritus. & Virg. 1. Aeneid.

Suspirans, imoque trahens à pectore voces.

AC *tum præruptos tristem conscendere montes.*] Ouid. epist. Ariadnæ:

Mons fuit, apparent frutices in vertice rari,
Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.
Ascendo, vires animus dabat, atque ita latè
Aequora prospectu metior alta meo.

Præruptus mons. arduus, sine cliuo, vnde nullus descensus, & ascensus ab altera parte difficilis.

B hinc Virg. 1. Aeneid. translatitiæ. *Præruptus aquæ mons.* Apollon. ἀπότμηξ. ἀπότμηξ σκοπιὴ ἴσον. τὸν ἴσον, ἀπορρωγυῖαν.

VNDE *aciem protenderet.*] Apollon. ὀξέα πολλὸν ὄσσε βαλών. acutos procul oculos iacere. Plaut. Mercat. *Gradus grandis, emittit oculos.* Hinc *oculi emissitij*, eidem in Aulul. Hom. ὀφθαλμῶν βολάς. Virg. 12. Aeneid.

Ille humilis, supplexque oculos, dextramque precantem
Protendens.

Item & *tendere oculos* lib. 5. & Horat. ep. 1. lib. 1. *oculo contendere.*

C IN *pelagi vastos æstus.*] in mare immensum & ęstuosum. æstus, κλύδων καὶ κλυδασμός, motus & agitatio fluctuum cum feruet mare. Horat. od. 7. lib. 2. *Vnda fretis tulit æstuosis.*

TVM *tremuli salis aduersas procurrere in vndas.*] Longius currere in vibrantis & radiis solis corusci maris oppositos fluctus. Virg. 7. Aeneid.

—— nec candida cursum
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.

& 8. Aeneid.

Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ,
Omnia peruolitat latè loca, iamque sub auras
D *Erigitur, summique ferit laquearia tecti.*

Idem in Pharmaceutria.

Corripuit tremulis altaria flammis.

Similis tremori motus, vt 3. Georg.

Micat auribus, & tremit artus.

An tremulos, quia singultus concutit? An ex frigidulo pectore? quia

Frigidus glacie pectus amantis erat.

Procurrere hostis dicitur cum obuiam hosti sese fert. vnde & *Procursiones.* Virgil. 12. Aeneid.

Aduersos telum contorsit in hostes
Procurrens.

& mox:

E *—— Quos agmina contra*
Procurrunt Laurentum.

& lib. 9.

Et conferre manum, & procurrere longius audet.

MOLLIA *nudatæ tollentem tegmina suræ*] Altius se cingentem ne tingeretur aqua. Cum autem sustulit tegmina simul nudauit suram. *Tegmina*, cothurnos inquit Scaliger. Sic venatrix apud Virgil. *Purpurea suras vincire cothurno*, solet: vt ecl. 7. Aeneid. 1. *Ocreis aureis miles.* Idem 11. Aeneid.

—— Suras incluserat auro.

Sura pars posterior cruris carnosa: sic *tegmen capitis*, de galea identidem 7. Aen. *Et crurum tegmi-*

na. 11. Æneid.

ATQVE *hæc extremis mæstam dixisse querelis.*] Virg.3.Georg.

Extremosque ciet gemitus, de moriente.

Extrema interdum durissima, & vix ferenda. Idem 3. Æneid.

Vitamque extrema per omnia duco.

idem 1. Æneid. *Siue extrema pati.* Sed hic extremæ querelæ, de nouissima parte querelarum dixit, vel querelis finem factum innuit, quia Bacchus eam consolatus est. An quibus nihil addi posset?

FRIGIDVLOS *vdo singultus ore cientem.*] pro excitantem & educentem è pectore. Sic Virg. 3. Æneid. —— *longosque ciebat*

Incassum fletus. *Frigidulos singultus* An vt Horat. *Frigida curarum fomenta.* de amore: & Lucretius.

—— *Veneris dulcedinis in cor*

Stillauit gutta, & successit frigida cura.

Ouid. de Ariadna. *In saxo frigida sedi.*

ORE *vdo.*] vultu madenti fletu, vt Virg. 1. Æneid.

Animum pictura pascit inani,

Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.

Varro 4. de L.L. *Vdum ab humido deducit*, sed legendum ibi *vuido*. Virg.3. Georg. *Vere madent vdo terra*, alibi vocat *imbriferum ver.* & 7. Æneid.

Lues vdo sublapsa veneno, quia *frigidus anguis*. Inde *sudum*, siccum quasi sine vdo: Festus.

SICCINE.] Geminatio duplex, *siccine*, & *perfide*. Apta vox exclamanti & irato *siccine*. Plaut. Asinar. *Siccine hoc fit à te foras ædibus me eijci.* sic *hoccine* Terentij Andria. *Hoccine credibile est.* Item, *Hoccine humanum factum.*

ME *abductam.*] vi & dolo sublatam in nauem. Retineo abductam. Nam & Virgil. 7. Æneid.

Quam primo Aquilone relinquet

Perfidus alta petens abducta virgine prædo.

& 2. Georg. *Squallent abductis arua colonis.*

Item 3. Aeneid.

Tollite me Teucri, & quascumque abducite terras.

Nam & duci dicuntur addicti, Ciceroni & Tibullo.

PATRIIS *ab oris.*] Sic Virgil. 1. Æneid.

Finibus expulsum patrijs. & 6.

—— *Te amice nequiui*

Conspicere, & patria decedens ponere terra.

PERFIDE *deserto liquisti in littore Thesen.*] Propert. el. 3. lib. 1.

Languida desertis Gnosia littoribus.

Tibull. el. 7. lib. 4.

Gnosia Thesea quondam periuria lingua
Fleuisti ignoto sola relicta mari.
Sic cecinit pro te doctus Minoi Catullus
Ingrati referens impia facta viri.

SICCINE *discedens.*] vela sine me faciens.

NEGLECTO *numine Diuûm.*] Ipse alibi.

Diuûm ad fallendos numine abusum homines.

Neglecto, spreto & violato numine Deorum, per quos iurasti. Ita Virg. 4. Aeneid.

Nihil ille Deos, nil carmina curat.

tapinosis, siue μείωσις. Horat. od. 6. lib. 3.

—— *Dij multa*

A *Neglecti dederunt Hesperia mala luctuosa.*

Qui autem peierat, aut Deos esse non credit; aut non curare humana, aut nihil posse. Infra.

Dicta nihil metuêre, nihil periuria curant.

IMMEMOR.] Nunc ingrate, alioqui crimen non esset.

AH *deuota domum periuria portas?*] Refers in patriam tecum periuria ob quæ tuum caput deuoui. *Deuotus*, votis & diris petitus. Tibullus el. 5. lib. 1.

Tunc me discedens deuotum fœmina dixit.

Ouid. ep. Medeæ.

B *Vt tunc deuoto fœmina virque thoro.*

Aliquando *deuouere* nihil habet imprecationis. De periurij pœna Cicero 2. de leg. *Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus.* Tibull. el. 9. lib. 1.

Ah miser, & si quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

NVLLA *ne res potuit crudelis flectere mentis Consilium?*] nullum meum beneficium potuit ingenium tuum, siue animum commouere & conuertere ad misericordiam. Crudelis & vocandi & gignendi casu. *Mentis consilium*, vt alibi, *casus periculorum*. sic etiam *mens animi* dicitur.

C Ipse:

Nec potis est dulces Musarum expromere fœtus
Mens animi.

Plaut. Cistellaria. *Nullam mentem animi habeo.* Idem Epidico. *Pauor territat mentem animi.* Lucr.

——*Cum somnus membra profudit*
Mens animi vigilat.

Ita *ingenium animi*. Ennius Chresphonte. Idem autem consilium, mens, animus, Lucretio:

Consilium quod nos animum, mentemque vocamus.

TIBI *nulla fuit clementia præsto.*] id est adfuit, vtpote tibi laudem, mihi opem allatura: id ve-

D teres præsto esse dicebant, apparere I C. Cic. pro Murena, *Vigilauit, laborauit, multis præsto fuit.* In alijs libris, *Prædo*, vt Virg. 10. Aeneid.

Vt oneo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause trophæum
Aenea. & 7.
Perfidus alta petens, abducta virgine prædo.

IMMITE *vt nostri vellet miserescere pectus.*] id est, vt sæuus animus conciperet clementiam. *vellet misereseere*, id est miseresceret, sic in edictis apud Sueton. in Cæsare. *Bonum factum ne quis senatori nouo curiam monstrare velit.* Et in form. rogationis. *Velitis vt aqua & igni interdicatur.* vete-

E res libri. *mitescere*, vnde Scaliger ex *nostri* facit *monstri*, vt *pectus monstri immite mitescere nolit*. Sic Horat. ep. 1. lib. 1.

Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit.

AT *non.*] Redditionem dissimilitudinis hic indicat sermo. Virg. 2. Aeneid.

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo. & alias passim.

QVONDAM.] de mutata sorte. vt Virgil. ecl. 1.

Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ.

PROMISSA *dedisti.*] promisisti, vt. *dare dicta* pro dicere, & *verba dare*, quod fallentis est.

BLANDA *voce.*] igitur & subdola, quia, qui blandiuntur, & adulantur, falsi sunt.

MIHI *non hoc misera.*] veteres libri habent, A *misera*, scilicet nunc.

SPERARE *iubebas.*] Ambiguè: nam & sperantur mala. Virg. 4. Æneid.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

id est animo percipere. Ibid.

Quid non speremus amantes.

spes pro metu, quia spes metu vix caret.

IVBEBAS] suadebas, auctor eras. Virg. 4. Georg. *Quod me cælum sperare iubebas.*

Virg. 3. Aeneid.

Sed votis precibusque iubent exposcere pacem.

& 5. *Ignorare iubes.* Donat. in Andr. *Iubeo Chreme* B *te saluere*, id est volo. Virg 5. Aeneid.

Reddique viro promissa iubebant.

SED *connubia leta, sed optatos hymenaeos.*] Imitatus est Virg. 4. Aeneid.

Per connubia nostra, per optatos hymenaeos.

QVÆ *cuncta aërij discerpunt irrita venti.*] dictum supra de prouerbio ad illud.

Irrita ventosæ linquens promissa procellæ.

Aërij venti, ex agitatione aëris creati. vt auræ ætheriæ Virgilio. Ennius Epicharmo apud Varronem. *Hic est is Iupiter quem dico, quem Græci vocant aera, qui ventus est & nubes, imber postea.* C

NVNC *iam nulla viro iuranti fœmina credat.*] Nunc demum nulla viri promissa firma existimet. Ita Plaut. prologo Asin. *Hoc agite sultis spectatores nunc iam.* & in Aulul. *Festinate nunc iam quantum lubet.* Ouid. imitatus est hunc locum.

Nunc quoque nulla viro iuranti fœmina credat.

vide Terentium Andria, & Hecyra de fide sublesta virorum.

NVLLA *viri speret sermones esse fideles.*] Sibi persuadeat veritatis aliquid & fidei habere. Propert. el. 34. lib. 2.

Expertus dico nemo est in amore fidelis.

Virg 3. Aeneid. *Nusquam tuta fides.* Terent. *ò Iu-* D *piter, vbinam est fides!* fortassè *viri*, omisso sibilo, propter alterum qui sequitur. Non enim τὸ *viri* ad superiorem versum, sed ad inferiores duos proximos refertur, qui ita in vet. lib. exarati sũt.

Quæis, cum aliquid cupiens animus prægestit apisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.

Queis, sermonibus; vel qui viri.

QVI *dum aliquid cupiens animus prægestit*] dictum *cupiens prægestit*, vt sup. *Prospectans tuetur.* Prægestire, vt apud Horat. od. 5. lib. 2.

Nunc in vdo ludere cum vitulis salicto
Prægestientis.

Cicero pro Cœlio. *Prægestit animus videre lautos* E *iuuenes.* Apisci, id est, adipisci, assequi. Lucill. apud Nonium, *Vt ego effutiam, quod ego te in primis cupere apisci intelligo.* Lucr.

Nec ratione animi quam quisquam possit apisci.

Plau. Captiuis. *Sine sacris hereditatem sum aptus effertissimam.*

NIL *metuunt iurare, nihil promittere parcunt.*] Nullum testari numen verentur, nullo modo sunt parci in promittendo. *Parcunt promittere*, vt Virg. ecl. 3.

Parcite oues nimium procedere.

& 3. Aeneid.

Parce pias scelerare manus.

Horat. od. 28. lib. 3.

Parcis diripere horreo.

Idem sat. 2. lib. 2.

Ac nisi mutatum parcit diffundere vinum.

SED *simul ac cupidæ mentis satiata libido est.*] Simul ac libidinem animi expleuerunt. Ipse in el. ad Manlium.

Noctibus in longis auidum saturasset amorem.

Lucretius tamen

Vnaque hæc res est, cuius quo pluria habemus,
Tam magis ardescit dira cupidine pectus.

Cic. *Numquam expleri potest cupiditatis sitis.*

DICTA *nihil metuêre, nihil periuria curant.*] Quod Ariadna obijcit viris, id viri quoque in fœminas contorquent. Ipse.

Mulier cupido quod iurat amanti
In vento & liquida scribere oportet aqua.

Sed id omnibus amantibus commune. Ouid.

Ne iurare time, Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.

Horat. od. 8. lib. 2.

Expedit matris cineres opertas
Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum cælo, gelidaque Diuos
Morte carentes.
Ridet hoc inquam Venus ipsa, rident
Simplices Nymphæ, ferus & Cupido,
Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.

Tibullus eleg. 7. lib. 3.

Ex alto periuria ridet amantum Iuppiter.

Propertius eleg. 16. lib. 2. contra.

Non semper placidus periuros ridet amantes
Iuppiter.

CERTE *ego te in medio versantem turbine leti Euripi.*] id est, in aperto & manifesto mortis discrimine, vt qui tempestate deprehenduntur. translatum à periculo nauigantium exorto turbine. Ouid.

Finge age te rapido, nullum sit in omine pondus,
Turbine deprendi.

non dissimili translatione Virg. 7. Aeneid.

Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella.

ET *potius germanum amittere creui.*] Germanum fratrem scilicet Minotaurum. *creui*, pro decreui, statui. Sic Lucill. apud Non.

Postquam præsidium castris educere creuit.

Vbi disposuit Non. malè explicat. Ennius

Olli cernebant magnis de rebus agundis. Idem.
Ferro non auro vitam cernamus.

Attius, *Ni esset, qui armis secum vellet cernere. Cernere* etiam iudicare. Pacuuius apud Nonium armorum iudicio. *Et æquum est, & rectum quod postulas, iurati cernant.*

QVAM *tibi fallaci supremo in tempore deessem.*] id est, in extremo periculo non opem ferrem. Virg. ecl. 8.

Extrema moriens tamen alloquar hora.

Horatius od. 13. lib. 1.

Suprema citius soluet amor die.

Tibull. el. 1. lib. 1.

Te spectem suprema mihi cum venerit hora.

Lucretius.

Dissolui quo quæque supremo tempore possint.

Hinc & *suprema*, exsequiæ. Virg. 6. Aeneid.

Ibant & cineri ingrato suprema ferebant.

aliud

aliud est Plaut. Asinar. *Mater tua mihi supremum dixit.* & Virg 3. Æneid.

Et magna supremum voce ciemus.

suprema, nouissima verba, *salue* scilicet & *vale.* Suprema dicta & præco pronunciabat in iudicijs, *actum est, ilicet*, Donat. in Phorm.

P R O *quo.*] propter quem. Propert. el. 18. li. 1. *Pro quo diuini fontes,* &c. Plaut. Asin. *Qui pro istuc?* id est quare. Cæsar. *pro quibus rebus*, id est cur.

D I L A C E R A N D A *feris dabor, alitibusq; prada.*] *feris*, vt lupis; *alitibus*, vt coruis & vulturibus obijciar. Homer. iliad. α. Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Ipse in Cominium.

——— *Inimica bonorum*

Lingua exsecta auido sit data Vulturio,

Effossos oculos voret atro gutture coruus,

Intestina canes: cetera membra lupi.

Hora. od. 17. epod. *Luxere matres Iliæ addictũ feris Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.*

Virg. 9. Aeneid.

Heu, terra ignota canibus data præda Latinis,

Alitibusque iaces. Idem 10.

Alitibus linquêre feris, aut gurgite mersum

Vnda feret, piscesque impasti vulnera lambent.

Ennius Hecuba. *Sepeli natum, priusquã feræ volucresq;* Adde qood de Diog. est apud Cic. 1. Tusc.

N E C *iniecta tumulabor mortua terra.*] non tumulo cõdar, sed aluo ferarum. *Humati* propriè dicebantur humo tecti, id est quibus in os iniecta gleba, & tunc sepulchrum dicebatur. Cicer. 2. de leg. Horat. od. 28. lib. 1.

At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ

Ossibus & capiti inhumato particulam dare.

& mox: *Licebit iniecto ter puluere curras.*

Virg. 6. Æneid. *At tu mihi terram inijce.* Ennius Cresph. apud Macrob. *Neque terram inijcere, neq; cruenta conuestire corpora licuit.* Ouid.

——— *Ne coniugis vnquam*

Busta mea videam, neu sim tumulandus ab illa.

v. l. intacta. fortasse iniacta, vt sup. v. l. *O sæclum insapiens, & infacetum.*

S O L A *sub rupe.*] deserta, vt in Lybia. Virg. ecl. vlt. *Sola sub rupe iacentem.* Idem.

Heu male cum Lybiæ solis erratur in agris.

Prouerbium est.

Q V Æ N A M *te genuit leæna.*] *Leæna*, græcum est, inquit Seruius, vt Dracæna. dicitur & *Lea* Lucretio. prouerbium est autem, vt apud Virg. Aeneid. 3. *Duris genuit te cautibus horrens*

Caucasus, Hyrcanæque admorunt vbera tigres.

Ouidius.

Quæque tibi quondam tenero ducenda palato

Plena dedit nutrix vbera, tigris erat.

Idem.

Te lapis & montes innataque rupibus altis

Robora, te sæuæ progenuêre feræ.

Tibull. el. 4. lib. 3.

Nec te conceptam sæua leæna tulit.

Q V O D *mare conceptum spumantibus expuit vndis?*] eiecit tanquam pus in littus, nec ferre potuit ob spurcitiem. Terent. in Eunuch. *Vbi illam expueret miseriam ex animo.* id est, inquit Donat. *cum fastidio eiiceret & expelleret.* expuit enim qui extra pos mittit. Sic Homer. il. π. Νηλεές, οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς, οὐδὲ Θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα. Tibull. el. 2. lib. 1.

——— *Is sanguine natam,*

Is Venerem è medio sentiet esse mari.

& el. 4 lib. 3.

Nam te nec vasti genuerunt æquora ponti.

Hinc & Lucillio. *Neptuni filius.*

Q V Æ *syrtes, quæ Scylla.*] Syrtes duo sunt sinus in extrema Africa nauigantibus periculosissimi. Sallust. in Iugurth. Aristoteles de mundo ἀπὸ τοῦ καλουμένου ἡ ἀμμώδεις τὰς σύρτεις. Scyllæ fabulam vide 14. Metamorph. de vtraque vide Virg. 3. Aeneid. qui & hunc locum imitatus est lib. 7.

Quid Syrtes, quid Scylla mihi, quid vasta Charybdis Profuit? eleganter Diogenes *ventrem vitæ charybdim nominat.*

T A L I A *qui reddis pro dulci præmia vita.*] pretium huiusmodi rependis ei, quę vitam tibi cõseruauit qua nihil iucundius. Præmia in deteriorem partem. Virg. 12. Aeneid.

Hæc præmia, qui me ferro ausi tentare, ferunt.

Idem alibi in bonam partem.

Persoluant grates dignas & præmia reddant

Debita. Sic pretium Terent. *Pretium*, inquit, *ob stultitiam fero.* Horat. od. 14. lib. 3.

Et peccare nefas, aut pretium est mori.

Sic Virgil. 1. Aeneid. *Hic pietatis honos.* Græcis τιμὴ & τίμημα ita in vtramq; partem accipiuntur.

P R O *dulci vita.*] Sic Lucret. lib. 5.

Dulcia linquebant lamentis lumina vitæ.

Virg. 6. Aeneid.

Quod te per cœli iucundum lumen & auras,

Per genitorem oro.

Ipse infrà:

Nate mihi longa iucundior vnice vita.

& alibi. *Vita dulcius atque anima.*

S I *tibi non fuerant cordi connubia nostra.*] id est, si non placuerat matrimonium meum. Sic Terent. Andr. *Tibi si nuptiæ hæ sunt cordi.* Virgil. 7. Aeneid. *Cui tristia bella*

Iræque insidiæque & crimina noxia cordi. & 9.

Vobis picta croco & fulgenti murice vestis.

Desidię cordi, iuuat indulgere choreis. Lucill. apud Nonium in *cordi est*, pro sedet animo. *Quod tibi magnopere cordi est, mihi vehementer displicet.*

S Æ V A *quod horrebas prisci præcepta parentis*] id est, horrori tibi erant. vt Virg. 3. Georg.

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. *Prisci parentis*, ideoque austeri. Sic Horat. od. 21 lib. 3.

——— *Narratur & prisci Catonis*

Sæpè mero caluisse virtus.

Cicer. de Arusp. respons. *Priscam illam seueritatem tua soror existimatur imitata.* & pro Cœlio: *grauiter, seuerè, & priscè agere.* cui opponitur, *remissè, leniter, & vrbanè.*

A T T A M E N *in vestras potuisti ducere sedes.*] sic suprà.

Magnanimum ad Minoa venit, sedesque superbas.

Sedes vestras, patriam, Athenas, domum vestrã, & regiam.

Q V Æ *tibi iucundo famularer serua labore.*] id est, famulæ & ancillæ officio fungerer. vt supra. *Contecta velatum pectus.* & *discernens diuidit.* *Seruus* Osce dictus *famel*, vnde *famelia, familia,* & *famulari.*

Ivcvndo *labore.*] quem voluntas leuiorem & gratiorem redderet. ita Tibul. el.3. li.2.

Ducite: ad imperium dominæ sulcabimus agros:
Non ego me vinclis verberibusque nego.

Idem el.6.lib.2.

Et saneo morbo, cum iuuat ipse dolor.

Candida *permulcens liquidis vestigia lymphis.*] id est, niueos pedes abluens & abstergens: sic Propert.el.5.lib.1.

—— ignotos vestigia ferre per ignes.

Virg.3.Æneid.

Et vestigia firmat. Idem 6.Æneid.

Et paribus curis vestigia figit.

B *Permulcere* autem est leuiter attrectare, vt apud Liuium Gallus Papitij barbam permulcens ab eo scipione eburneo percutitur. lib.5.annal. vide & verba Pacuuij apud Gellium cap. 26. lib. 2. in flauus. πιαίζει autem hic *liquidis*, vt & sup. *Liquidas Neptuni nasse per vndas.*

Pvrpvreave *tuum consternens veste cubile*] suprà

Puluinar verò Diuæ geniale locatur
Aedibus in medijs, Indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchilis purpura fuco.

C Virg.6. Æneid.

Purpureasque super vestes, velamina nota
Coniiciunt.

quam hic vestem, Ouidius & Propertius etiam *pallia* vocant.

Sed *quid ego ignaris nequidquam conqueror auris.*] Quid frustra quærens ventos alloquor rerum omnium nescios. *Ignaris* dixit, vt Græci ἀνηκόυς. nam & id significat ignaros & surdos. *Queri auris*, tertio casu. vt Prop. ele. 12. lib.1.

Felix qui potuit præsenti flere puellæ.

Vetus autem verbum est auctore Suida ἀνέμῳ διαλέγῃ. *vento loqueris.* Plaut. Mostellaria. *Hic nescit quidem nisi senus fabulari vento.* Lycophron.

D *Τί μακρὰ γλώσσης εἰς ἀνηκόυς πέτρας,*
Εἰς κῦμα κωφόν, εἰς νάπας δυστηλίδας
Βάζω, κενὸν ψάλλουσα μάστακος κρότον.

Quid valde miser ad ignaras & surdas petras, ad fluctum mutum, ad nemora densa loquor, inanem edens sonitum?

Externata *malo.*] Quæ nimio dolore apud me non sum. Ouid. in Ibin.

Cur externati semper agantur equi.

vide, quæ supra notata ad *Assiduis quam luctibus externauit.*

E Qvae *nullis sensibus aucta.*] præditæ. Lucret. lib.3.

Sic animas introduxerunt sensibus auctas.

& lib.5. *Et tantis viribus auctos*

Non temerè vlla vi conuinci posse putabant.

ibid. *Quæ pars est ignibus aucta.* suprà: *tedis felicibus auctæ.*

Nec *missas audire queunt, aut reddere voces.*] Nec dicta accipere, nec respondere. *Mittere voces*, vt apud Horat. ep. 17. lib.1.

Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Propert. ele.1. lib.2.

—— Muta tace verba fauilla.

Cic. pro Cœlio. *Ne ipsa eijciat vocem domus.* *Reddere* quoque pro respondere, quia dare, dicere est. Virg.3.Æneid. *Vox reddita fertur ad auras.*

A & 7. *Subit ex alto vox reddita luco.*

Ille *autem propè iam medijs versatur in vndis.*] id est, ferè prouectus est in altum, parique spatio distat vndique à continenti. Virg. initio 5. Æneid.

Interea medium Aeneas iam classe tenebat
Certus iter. & 5. *Graditurque per æquor*
Iam medium. Ibid.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus.

Nec *quisquam apparet.*] existit, conspici potest. Virg.3.Æneid. *Nec iam amplius vllæ*
Apparent terræ.

B Vacva *mortalis in alga.*] In littore deserto. Virg.1.georg.

Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.

& 4.Æneid.

Littoraque & vacuos sensit sine remige portus. & 12.
Atque illi vt vacuo cesserunt æquore campi.

Opponitur *frequenti* & *celebri*. Horat. ep.7. lib.1.

Aut vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.

de *Alga* dictum supra.

Sic *nimis insultans extremo tempore sæua fors.*] id est, fortuna proterue & superbè illudens. Hor. od.29. lib.3. *Fortuna sæuo læta negotio & ludum insolentem ludere pertinax.* Idem od.1. lib.2. *Belliq; causas, & vitia & modos, Ludumque fortunæ.* C Insultane autem superbi miseris. Translationem aperit Horat. od. 3. lib. 3. *Dum Priami Paridisque busto Insultet armentum.* Idem od.16. epod.

Barbarus heu cineres insistet victor & vrbem
Eques sonante verberabit vngula. Virg.3.Æneid.
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

& 4. Georg.

Neque oues hœdique petulci floribus insultent.

Seruius ad illud 10. Æneid. *Cernis vt insultent Rutuli.* *Insultare est inimicos irridere per cauillationem.* D Propert. el. 8. lib.2.

Exagitet nostros manes, sectetur & vmbras,
Insultetque rogis, calcet & ossa mea.

Etiam *nostris inuidit questibus auras.*] id est, noluit per inuidiam à quoquam audiri meas querelas. Virg. 11.

Inuidisse Deos pulchrā vt Calydona viderem. idē 10.
Tene, inquit, miserande puer cum læta veniret
Inuidit fortuna mihi. & 1. Georg.
Iam pridē nobis te cœli regia Cæsar Inuidet. & ec.7.
Liber Pampineas inuidit collibus vmbras.

Homer. iliad. ο. Θεὸς Δαναοῖσι μεγήρας. Deus Danais inuidens. & iliad. ρ. Εἰ μή οἱ ἀγάσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων. E Si ei non inuidisset Apollo. Callypso, od. ε. Σχέτλιοί ἐστε θεοί, ζηλήμονες ἔξοχον ἄλλων. Improbi estis Dij, inuidi præ alijs.

Vtinam *nec tempore primo.*] statim post oraculum redditum Atheniensibus.

Gnosia.] Cretensia. *Gnosos* vrbs Cretæ. Minois regia. alio nomine Cerathus, à fluuio Ceratho.

Cecropiae *tetigissent littora puppes.*] Remotissima causa. Cic. Topicis. *Vtinam ne in nemore Pelio,* &c. sic vtinam nullæ naues Atticæ Cretam venissent, nec Theseus venisset, nec eum amassem. nec me deseruisset. Virg. imitatus est hunc locum. *Felix, heu nimium felix si littora tantū*
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

& 1. geor. *Pressæ cum iam portum tetigere carinæ.*

& 6. Æneid. *Si tangere portus,*
Infandum caput, & terris adnare necesse est.

INDOMITO *nec dira ferens stipendia tauro.*] Immane tributum, humanam scilicet dapem Minotauro ferens, vel re vera Tauro duci.

PERFIDVS *in Cretam religasset nauita funem.*] soluisset ex littoribus Piræi. Proper. el. 8. li. 1.
Nec tibi Tyrrhena soluatur funis arena.
Virg. 1. Georg.
Nec à terra moneat conuellere funem. & lib. 3.
—— *Tunc littore funem*
Diripere, excussosque iubet laxare rudentes. Item.
Fugite atque ab littore funem Rumpite. & 4.
Strictoque ferit retinacula ferro.
At *religare nauim & classem* est appellentis. Hora. od. 32. lib. 1.
Siue iactatam religaret vdo Littore nauim.
Virg. 7. Æneid.
Gramineo ripæ religarat ab aggere classem.
vnde Albinouano *Irreligata ratis.*

NEC *malus hic.*] Virg. 4. Æneid.
Malus malus simulans vana spe lusit amantem.
Plaut. Amph. *Malum, callidum, astutum admodum.* vnde *malitia.* Cic. 3. de nat. Deorum, versuta & fallax nocendi tatio.

CELANS *dulci crudelia forma Consilia.*] tegens forma suaui, ad se alliciēte, & mite aliquid præ se ferente mentem sæuam, & importunam, vel dolos. Sic *dulce*, pro iucundo, & quod ad se allicit, translatione à sensu gustatus. vt propriè 2. Georg. *Negant alios aquè serpentibus agros*
Dulcem ferre cibum. & 4. Georg.
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. &
Dulce satis humor. 4. Æneid.
Et fuit aut tibi quidquam Dulce meum.
& *dulces exuuia.* & 1. Æneid.
Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet.

IN *nostris requiesset sedibus hospes.*] id est, morā traxisset, diutius mansisset. Virg. 4. Æneid.
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
alij libri *requisisset.* alij *quæsisset*, an *hæsisset.* Cic. 6. de republ. *Terra quia sedet, semper hæret.* sed aliud est.

NAM *quo me referam?*] *redibo.* Ipse. *Insperanti ipsa refers te.* Virg. 7. Æneid.
—— *Inachijs se referebat ab Argis.*
Expressit totum hunc locum Virg. li. 4. Æneid.
En quid agam? rursusne procos irrisa priores, &c.
Euripid. Medea.
Νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
Οὓς σοι προδοῦσα, καὶ πάτραν ἀφικόμην,
Ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας.
Enn. interpretatur apud Cic. 3. de Orat.
Quo nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternam ne? an me ad Peliæ filias?
C. Gracchus apud Cicer. 3. de Orat. *Quo me miser conferam? quo vertam? In Capitoliumne? At fratris sanguine redundat. An domum? Matrem ne vt miseram lamentantemque videam & abiectam?* Cic. in orat. pro Murena. *Si, quod Iupiter omen auertat, hunc sententijs vestris adflexeritis quo se miser vertet? An ad matrem?* &c. Elegans & Ouidij locus huic persimilis in fabula Scyllæ 8. Metamorph.

IDAEOSNE *petam montes?*] Idam Cretensem. Alij libri *Idmoneos*, alij *Isthmoneosus*, vnde Scalig.
A *Isthmon, eosue petam montes, ab gurgite lato*
Discernens pontum truculentum diuidit æquor?
Est autem ἰσθμὸς γῆ ἀμφιθάλασσος, vel στενὴ γῆ ὑπὸ θαλάσσης ἀποληφθεῖσα. Sunt autem plures Isthmi in Creta. vide Strabon. lib. 10.
Discernens patriam truculentum diuidit æquor.
Sic *mare barbarum* Horat. od. 19. lib. 2. & od. 3. l. 1.
Truci commisit pelago ratem.
Æschylus in Persis ἄμαχον κῦμα θαλάσσης. fluctus marinus inexpugnabilis. *discernens diuidit*, id est discernit & diuidit. vt notatum supra.

AN *patris auxilium sperem?*] An sperem futurum, vt opem ferat mihi pater, & nauim huc
B mittat?

QVEM *ne ipsa reliqui?*] An eius quem spōte reliqui? Teten. Andr. *Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?* Plaut. *Omnia assunt bona, quem penes est virtus*, supple ei. Virg. 4. Aeneid. *En dextra fidesq;*
Quem secum patrios, &c. id est, eius quem.

RESPERSVM *iuuenem fraterna cæde secuta?*] id est cruentum germani Minotauri sanguine. Virg. 4. Aeneid. *Et sparsos fraterna cæde penates.* Proper. el. 9. lib. 2. *Et sparsas cæde iacere comas.*

CONIVGIS *an fido consoler memet amore?*] me recteem & luctum minuam? *mæ* pareleon Comicis vsitatum. Plaut. Amphitr. *Quis te verberauit? egomet memet, qui nunc sum domi.*

C QVI *ne fugit.*] Eiusne, qui fugiens me deserit & odit?

LENTOS *incuruans gurgite remos.*] Vir. 3. Æne.
Ante & Trinacria lentandus remus in vnda.
Apoll. lib. 2. Argon.
—— ἐγναμπτοντο δὲ κῶπαι,
Ἠΰτε καμπύλα τόξα βιαζομένων ἡρώων. id est, Incuruatique sunt remi, vt curui arcus, intendentibus & connitentibus Heroibus. videntur autē in aqua inflexi remi, etiam cū recti sunt, vt quælibet alia, falluntur que sensus. Cic. Lucullo, & Lucret. lib. 4.
D *Nam quæcunque supra rorem salis edita pars est*
Remorum recta est, & recta supernè guberna:
Quæ diuersa liquore obeunte refracta videntur
Omnia conuerti, sursumque supina reuerti.

PRAETEREO *litus.*] à littore prætergrediens recedo. Hæc loquitur auersa à mari. vel *prætereo littus.* eo præter littus & vltra. Vir. 7. Aenei.
Atque fugam dedit, & præter vada feruida vexit.
An iuxta littus eos? vt Horat. od. 11. lib. 2.
Quis puer ocyus restinguet ardentis Falerni
Pocula prætereunte Lympha. & od. 7. lib. 4.
Decrescentia ripas flumina prætereunt.
E Alij libri *præterea.* ἐξαιρέτως, id est præter cetera, *litus* scilicet est metum & solitudo.

NEC *patet egressus, pelagi cingentibus vndis.*] exitus omnis interclusus est vasto gurgite ambiente Diam siue Naxon. πέλαγος, τος, τό. altum. dictum quasi πέλαγος, παρὰ τὸ πέλας τῆς γῆς. vel τὸ μὴ πέλας γῆς. Et quod ait, *cingentibus*, alludit ad Insulæ nomen, quia in salo terra sit vndique cincta, vnde & domus, *insulæ* dicuntur, nullis alijs cōtiguæ.

NVLLA *fugæ ratio, nulla spes: omnia muta.*] nulla est hinc euadendi via, nil est præter littus, mare, aerem & feras, quæ omnia muta sont.

OMNIA *sunt deserta, ostentant omnia letum.*] hic

est littus & solitudo mera, omnia minantur & palam denunciant mortem. Virg. 1. Æneid.

Præsentemque viris intentant omnia mortem.

Cicero ad Plancum. *Belli exitus ex altera parte cædem, ex altera seruitutem ostentant.* & pro Cluentio. *Ostentare capitis periculum.*

NON *tamen ante mihi languescent lumina morte.*] id est, oculi flaccessent instanti morte; vigor enim oculorum abit morientibus. sic *oculos fugientes* dixit Ouid. in Tibulli epicedio. *manibus*, inquit *fugientes pressit ocellos Mater.* Ipse. *Cui languida nondum Lumina sunt gnati cara saturata figura.* Lucretius lib. 5.

Membraque deficiunt fugienti languida vita.

& lib. 6. *Languebat morte propinqua.*

NEC *prius à fesso.*] id est, tot animi malis affecto. Translatio à corpore ad animum. Nam vt ait Afranius apud Priscianum in quies. *Emancipato sollicito corde corpus non potitur quie.* Horat. car. secul. *Qui salutari leuat arte fessos corporis artus.* Virg. 1. Aenei. *Cerealiaque arma Expediunt fessi rerum.* & 3. *Quoq; magis fessas optem dimittere naues.* Ouid. *Vulnere tardus equus, fessusque senilibus annis.*

SECEDENT *corpore.*] secernentur morte. Est enim quasi *secessus & diuortiũ in morte.* vt secessus plebis ab Optimatibus exstinguit ciuitatem. sic Virg. 4. Aeneid.

Et cum frigida mors anima seduxerit artus.

Plaut Rudente: *Vitam corporis secludere*: nam θανατὸς ἐστι σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις. hic autem corpus relinquitur ab ægro animo, & contra corpus animum relinquit ferro aut morbo.

SENSVS] pro vita & animo. Cic. 5. Tuscul. *animus est qui sentit.* Virg. 4. Aeneid.

Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus.

Virg. in Palæmone.

Sensibus hæc imis, res est non parua, reponas.

Proper. el. 12. lib. 2.

Is primum vidit sine sensu viuere amantes.

Virg. 6. Aeneid.

Aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.

at idem 4. Aenei. etiam *sensus* pro consilijs.

Arcanos etiam tibi credere sensus.

QVAM *iustam à Diuis exposcam prodita multã.*] Infrà. *Supplicium sæuis exposcens anxia factis.* Prodimur autem propriè à parentibus, deficiunt socij, deserunt patroni. Donat. Virg. 1. Aeneid.

Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandum!) amissis vnius ob iram
Prodimur. at Oui. *Proditus à socio.* & Vir. 4. Æn.
Non iam coniugium antiquum quod prodidit oro.

MVLTAM.] Supplicium, pœnam. Vlpia. l. aliud. §. inter. d. de verb. sign. discrimen ita statuit inter pœnam & multam, vt *Multa* sit specialis peccati: *pœna* generale nomen omnium delictorum. *multa* hodie pecuniaria: *pœna* etiã capitis & existimationis. *multa* ex arbitrio irrogetur: *pœna* lege. *Multa* etiam non pecuniaria. Cic. pro Cornel. *Legis multa proficisci in colonias.* De exilio. Multa olim minima ouis erat vnius, suprema duarum ouium, & triginta boum. concipiebatur autem multa legitimis quibusdam verbis, vt ex Varrone probat Gell. cap. 1. libr. 11. *Quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ei vnam ouem multam dico, ac nisi eo genere diceretur negauerunt iustam videri multam.*

A

COELESTVMQVE *fidem postrema comprecer hora.*] implorem superûm opem supremo siue extremo vitæ tempore. Attius apud Nonium in *vsura.* *Atque hanc postremam solis vsuram cape.* Terent. Andria. *Hodie postremum me vides.* Virg. in pharmaceutria.

Extrema moriens tamen alloquar hora.

sic suprà. *extremo tempore.* *Comprecer*, vt Plaut. Amphit. *Prodigiali Ioui aut mola salsa hodie aut ture comprecatam oportuit.* Terent. Adelph. *Abi domum, & Deos comprecare.*

B QVARE *facta virûm multantes.*] iusta pœna afficiẽtes improbe facinora, perfidiam, & proditionem. Attius Alphes. *Se esse Alcmæonis fratrẽ factis deleat.* Plaut Aulul. *Macronarũ hic facta pernouit probe.* Ibid. *Quid fide? bona. quid factis? neque malis, neque improbis.* Ouid. in Ibim.

Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibim,
Qui scit se factis has meruisse preces.

MVLTANTES *vindice pœna.*] ita dictum vt suprà, *prospectans tuetur*, &, *contecta velatum pectus.* Pœna autem sequitur Eumenidas: vnde & ipsę *pœnæ* dicuntur à pœniendo. Plutarch. ἐρινύων

C ποινὰς χαλεπὰς αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀνδράσιν ὀργιζομένας. Varro Eumenid. *Tertia pœnarum infamia.* Virg. in culice

Verberibus sæua cogunt sub iudice pœna.

EVMENIDES] Seruius ad illud 4. Aeneid. *Et diræ vltrices: Diræ*, inquit, *in cœlo dicuntur: furiæ in terris: Eumenides apud inferos.* Plutarch. in Theseo: εὐμενίδες αἱ σεμναὶ θεαί. & Pausan. in Atticis. sic dictę κατὰ εὐφημισμὸν, nam εὐμενὴς, beneuolus. De ijs multa Aeschylus, & Orpheus hymno in *Eumenidas.*

QVIBVS *anguineo redimita capillo frons.*] Furiæ à Poëtis pinguntur vipereo crine incinctę. Virg. 6. Aeneid.

D *Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demẽs*
Vipereum crinem vittis innexa cruentis. & 7.
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris. ibid.
Tot Erynnis sibilat hydris. &
Geminos erexit crinibus angues. Euripid. in Hercule Furente. [illegible] dicuntur Orpheo.

EXSPIRANTIS *præportat pectoris iras.*] prę se fert & palã ostendit. *Exspirantis* quarto casu & secũdo. nam & spirat irã pectus. Cic. in Arat. Phænom. *Scorpius infestus præportans flebile acumen.* Lucre. l. 2. *Telaque præportant violenti signa furoris.*

HVC *huc aduentate, meas audite querelas.*] conti-
E nuò adeste, & verba querẽtis de perfidia Thesei, audite.

QVAS *ego nunc misera extremis proferre medullis.*] ab imo pectore expromere. vt sup. *Toto concepit pectore flammã. Fũditus atq; imis exarsit tota medullis.*

AMENTI *cæca furore.*] Quam furor amentem reddit & cœcam. Virg. 2. Aeneid.

Furor, iraque mentem Præcipitant. & 2. Aeneid.
Instamus tamen immemores, cæcique furore.

Attius. *Heu cor ita seruit cæcum.* Propert. eleg. 13. lib. 1.

Tantus erat demens inter vtrosque furor.

Plaut. *Nihil video præ ira.*

QVAE *quoniã veræ nascuntur pectore ab imo.*] Non falsę aut fictę proferũtur extremis medullis. sic

Lucretius.
Nam vera voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur.

VOS *nolite pati nostrum vanescere luctum.*] Ne finatis irritum & inultum Thesea manere, & querelas meas à ventis discerpi. Cic. t. leg. *Animi labes diuturnitate vanescere non potest.* Ouid. el. 6. lib. 3. amor.
Carmine læsa Ceres steriles vanescit in herbas.
Idem epist. Penelop.
Fallar; & hoc crimen tenues vanescat in auras.

FVNESTET *seque suosque.*] funestum reddat & funere familiari pollutum, & se & suam domum. Lucret. lib. 3.
——Mortifer æstus
Finibus Cecropijs funestos reddidit agros.
Cic. pro C. Rabirio. *Funestare concionem,* inquit, *carnificis contagione.* Et pro Fonteio: *Humanis hostijs Deorum aras ac templa funestare.* Virg. 4. Æneid.
Totamque incestat funere classem. eadem mente.

HAS *postquam mœsto profudit pectore voces.*] Lucret. lib. 3.
Tu fac ne ventis verba profundam. Item.
Sermo cum summo clamore profusus.
ex eadem translatione. *Profluens dicendi genus.* & *profluentia loquendi.* Cic. sic 2. Æneid. *Spargere voces.*

ANNVIT *inuicto cælestum numine rector.*] Non libens, sed coactus vi dirarum annuit. *Numine,* pro nutu. vt Virg. 6. Æneid. *Sit numine vestro*
Pandere res alta terra & caligine mersas.
Homer. ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Sic & Horat. od. 2. lib. 1. *Sinistra labitur ripa Ioue non probante.*
Si, *Inuicto,* tale erit illud Horatij od. 27. li. 3.
Vxor inuicti Iouis esse nescis.
Ouid. 5. fastor.
Ille vbi res cæli tenuit, solioque paterno
Sedit & inuicto nil Ioue maius erat.
& 6. fastorum.
Idibus inuicto sunt data templa Ioui. Attius.
Te sancte veneror, precibus inuicte inuoco,
Protela & patria populo verruncet bene.

RECTOR *cælestum.*] Virg. 4. Æneid.
Ipse Deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator. & 8.
Superûm tu maximè rector Iuppiter.

QVO *tunc & tellus, atque horrida contremuerunt Aequora.*] quasi diceret. Quæ alijs horrori sunt horruerunt illum nutum. Horat. od. 34. lib. 1.
Quo bruta tellus & vaga
Flumina quo Styx, & inuisi horrida Tenari sedes,
Atlanteusque finis concutitur.
Virg. 9. Æneid.
Annuit & totum nutu tremefecit olympum.
Ouidius.
Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera mouit.
Horrida autem *æquora*, vt Virgilius *maria aspera iuro.* Ennius apud Macrob. *Neptunus vndis asperis pausam dedit.* Attius Prom. *Horrisonum fretum.* & Horat. od. 13. epod. *Horrida tempestas.*

CONCVSSIT QVE *micantia sidera mundus.*] Versus aptissimus ad concussum exprimendũ. *Micantia sidera*, quia ignea. Virg. 4. Æneid.
Quoties astra ignea surgunt.

A MVNDVS.] cœlum ipsum. Virg. ecl. 4.
Aspice connexo nutantem pondere mundum.
Idem 1. Georg. *Mundus vt ad Scythiam.*
Horat. od. 12. lib. 1.
Qui mare & terras varijsque mundum temperat horis.
Attius apud Varronem. *Peruade polum, splendida mundi sidera bigis.* Idem apud Macrob. *Mũdus cæli vastus constitit silentio, mundus cæli, vt forma figura, narrationis expositio, mentis consilium.* Lucr. lib. 6.
Mundi magnum & versatile templum, dixit.

IPSE *autem cæca mentem caligine Theseus consitus.*] id est, tenebris & obliuione, quæ animi lumen exstinguit, oppletus. Ennius apud Cic. 1. Tusc. Sic dixit, *obsita tenebris loca.* & Plaut. Menech. *Consitus sum senectute.* Lucret. lib. 2. *Sol lumine conserit arua.* Caligo autem mentis est perturbatio. vnde Virg. 12. Æneid.
Vt primum discussa vmbra, & lux reddita mẽti est.
Mentis lumen, memoria; *caligo,* obliuio.

CAECA *caligine.*] vt Virg. 8. Æneid.
Inuoluitque domum caligine cæca. Itẽ 6. Æne.
Clausa tenebris & carcere cæco.

OBLITO *dimisit pectore cuncta.*] cuncta ei exciderunt. *oblito* ἐπιλήσμονι. Virg. ecl. 9.
Nunc oblita mihi tot carmina.

QVAE *mandata prius constanti mente tenebat.*] Quæ mandata antequam Naxon peruenisset, firmo animo & memoria complexus erat. *constanti mente,* pro memoria, quæ à Cic. 2. ad Herenn. definitur, *firma animi rerum & verborum perceptio.* & 2. de Orat. & Partit. *thesaurus & custos rerum ac verborum.*

DVLCIA *nec mœsto sustollens signa parenti.*] Optata reditus & salutis indicia sursum non erigens Ægeo. Cic. in Arat. *Istius in Boream quod se sustollet acumen.* Lucret.
D *Multaque per trocheas & tympana pondere magno*
Commouet, atque leui sustollit machina nisu.
Plaut. Cistell. *Amiculum hoc sustolle saltem.*

SOSPITEM *& ereptum se ostendit.*] Incolumẽ & liberatũ maris monstriq; periculo. Præcisus sermo, vt apud Virg. 5. Aen. *Sed finem imposuit pugnæ, fessumque Dareta Eripuit.* & lib. 3. *Eripite ô socij, pariterque insurgite remis.*

VISERE *portum.*] ad portum proximum cõtendere. *Visere,* pro videre. Ouid. *Et longas visent Capitolia pompas.* Virg. 2. Aeneid. *Vndique visendi studio.* Cic. 1. Tusc. *Cum laxati curis sumus, spectare aliquid volumus & visere.* est autem prouerbialis
E sermo, *videre portum,* vt apud Cic. pro Murena, *Ex magna iactatione terram videre.* De exitu turbulenti consolatus. & Laërt. in vita Diogenis cũ finis mali libri instaret, θαρρεῖτε, ἄνδρες, γῆν ὁρῶ.

CASTAE *cum mœnia Diuæ linquerentem.*] id est Athenas, quibus Pallas innupta præsidet. Norũ apophtegma Demosth. in Demadẽm. Hinc παρθένος Ἀθηνᾶ. Pausan. colebatur in acropoli, id est in arce vrbis, & templum id παρθενῶν vocabatur. Hor. od. 7. li. 1. *Intactæ Palladis vrbem.* Fingitur virgo, quia virginitas est puri & incorrupti symbolum, qualis est æther. Phornutus.

GNATVM *ventis concrederet Aegeus.*] Ventorum fidei committeret. verbo *concrederet,* inest periculũ, quia alienã fidem secuti plerumque falluntur. Virg. 6. Aeneid. *Ausus se credere cælo.*

& lib.10. *Breuibus se credere saltu* Ouid. 2. Metamorph. *Nec se cœloque Iouique Credit.* & 4. *Veritus se credere nocti.* Virg.10.Aeneid.

Vel quibus obsessos posset concredere muros.

Cicero pro Quintio. *Cui rem tuam commendare & concredere solebas.* & pro Sexto Roscio. Proper. eleg.10.lib.1.

Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe commissæ munera lætitiæ.

TALIA *complexum iuueni mandata dedisse.*] Postquam complexus abeuntem talia præcepisset filio. *Iuuenis*, pro filio. vt *Telluris iuuenes.* Horat.od.12.li.2.& carmine ad Pisones.

Maxima pars vatum pater, & iuuenes patre digni
Decipimur specie recti.

Mandata autem *dans*, & qui manent, vt li.9.Æn.

Multa patri portanda dabat mandata.

& qui abeunt, vt 6.Æneid. Idem, *orans mandata dabat.*

GNATE *mihi longa iucundior vnice vita.*] Virgil.1. Aeneid.

Nate meæ vires, mea magna potentia solus,
Nate patris summi qui tela Typhoea temnis.

Porro vnici dulciores, & cariores ipsa luce. Ipse. *Orba cum flet vnicum mater.* Plaut. initio Asin. *Sicut tuum vis vnicum gnatum.* vnde *vnicè diligere.* in Captiuis. *Quid matrem facere oportet cui ille est vnicus? Tibi vnicus est? mihi vnico magis vnicus.*

EGO *quem in dubios cogor demittere casus.*] Quē cogor pati descendere ad incertum nauigationis & pugnæ euentum. *Demittere*, verbum periculi, & translatum à fouea, aut præcipitio. Cęlius Ciceroni 8. ad fam. *Ne te sciens prudensque eo demittas, vnde vides exitum nullum esse.* & in epist. Planci 10.ad fam. *Cum in eum casum me fortuna demisisset.* & Cic. Varroni ep.1.lib.9. *Se in res turbulentissimas demittere.*

REDDITE *in extremæ nuper mihi fine senectæ.*] Quē Dij mihi restituerunt in ætatis spatio vltimo. Cariores qui suscipiuntur in senecta liberi, atq; etiam qui suscepti recipiuntur, vt columen senectæ. Plutarch. in Theseo eum non venisse Athenas, nisi multis editis præclaris facinoribus, ait, & agnitum fuisse ab Ægæo iam porrigente venenum suasu Medeæ.

QVANDOQVIDEM *fortuna mea.*] Mihi aduersa propter sortes. Sic Virgil. *Sed me fata mea &c.* Apparet autem formulam fuisse conquerentium de orbitate, & de fortunæ iniuria. Sic infra ep.100. *Quandoquidē fortuna mihi tete abstulit ipsū.*

ET *tua feruida virtus.*] eo sensu Virg. 6. Ænei.

Ardens euexit ad æthera virtus.

Idem li. 5.

Exigui numero, sed bello viuida virtus.

ERIPIT *inuito mihi te.*] à meo te complexu diuellit. Sueton. in Tiberio cap.23. de testamento Augusti initio. *Quoniam sinistra fortuna & lex filios mihi eripit.*

CVI *languida nondum lumina. s. g. c. s. f.*] Oculi marcentes senectute expleri nequeunt iucundam gnati formam spectando. *Saturata lumina*, vt Plaut. prolog. Pseudoli. *Aures, oculi, animus, ampliter fient saturi.* Proper. el.15. lib.2.

Dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore.

Attius Astyan. apud Nonium in vesci. *Oculi fa-*

A *cinus vescuntur tui.* Plaut. Pœnulo. *Oculis epulas dare.* Virg. 4. Æneid.

Longumque bibebat amorem.

Catullus.

Et dulcis pueri ebrios oculos.

Figura gnati, pro gnato. vt Propert. eleg. 34. l.2. *faciem dominæ*, pro domina.

NON *ego te gaudens lætanti pectore mittam.*] Sic infra.

—— Vt læta gaudia mente
Agnoscam.

De hoc loquendi genere dictum supra, ad illud *Cupiens prægestit apisci.*

B NEC *te ferre sinam fortuna signa secundæ.*] velum candidum quod meliori fortunæ congruit. Ouid. lib. vlt. Metamorph.

Mos erat antiquis niueis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absoluere culpa.

idcirco atrum pannum, vt infaustum è templo eiecit Diogenes. Pythagoras enim candida ad boni naturam, nigra ad mali retulit. Horat. od. 36. lib. 1.

Cressa ne careat pulchra dies nota.

id est, candida. Catull.

Fulsere quondam candidi tibi soles.

C Tibull. el.6. lib.3.

Fulserit hic niueis Delius alitibus.

& el. 1. lib. 2.

Vinctaque post olea candida turba comas.

SED *primum multas expromam mente querelas.*] educam tanquam è *promptuaria cella*, vt ait Plautus. Ipse alibi: *Condita quin veri pectoris euoluam.* Virg. 2. Æneid. *Mœstas expromere voces.*

CANICIEM *terra, atque infuso puluere fœdans.*] Virg.12. Æneid. expressit:

—— It scissa veste Latinus
Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina
Caniciem immundo perfusam puluere turpans.

D Homer. Iliad. 6. in luctu Achillis super Patrocli morte: Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν χεύατο κὰκ κεφαλῆς. Euripid. in Hecuba: ἐπὶ χθονὶ κεῖται κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα. Ouid. el. 3. lib. 1. Trist.

Vtque resurrexit fœdatis puluere turpi
Crinibus, & gelida membra leuauit humo.

INDE.] non est loci, sed ordinis, id est deinde. Virg.8. Æneid.

Auulsam soluit radicibus: inde repente
Impulit. ——

INFECTA *vago suspendam lintea malo.*] vela tincta ferragineo colore altè extendam. *Infecta*

E præcisè dixit, vt supra, *ereptus*. Nam plenus sermo erat, infecta colore nigro. Sic Virgil. 2. Georg.

Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ.

supple veneno. idem plenè 7. Æneid.

—— Stygijs Alecto infecta venenis. *Vaga malo*, vel cuius ope vagatur nauis, vel κατὰ συνεκδοχήν, quia nauis ipsa vagatur, vnde ποντοπόρους νῆας Homerus vocat. Varro: *Nautæ remiuagam mouent celocem.* proprie enim stat malus.

NOSTROS *vt luctus, nostræque incendia mentis.*] *incendia*, ardorem siue æstum animi, qui dolore vritur. vt cupiditate & ira: sic & dolore incendimur. Virg. 4. Æneid.

Desine meque tuis includere teque querelis. Propert. *Tantus dolor vrit amantem.* sic *inuidiæ incendio conflagrare.* Catull. & Terent. *Te vt male vrat.*

CARBASVS.] velum. *Carbasus genus lini tenuissimi,* inquit Seruius: *abusiue pro velo.* est & genus muliebris pallij Nonio.

DICAT.] declaret, licet mutum. vt ipse in Phaselo: *Tibi hæc fuisse & esse cognitissima Ait Phaselus.* & alibi: *Neque tacitum cubile clamat.* Propert. eadem figura, el.32. lib.2.

Quamuis Ida Parin Pastorem dicat amasse.

item el.20. lib.1.

Crudelis Minys dixerit Ascanius.

FERRVGINE *Ibera.*] ferrugo, πορφύρα μέλαινα, vt notat Scaliger ex glossis. Virg. 9. Æneid.

——*Ferrugine clarus Ibera.*

vbi Seruius: *Ferrugo coloris genus, qui color vicinus purpuræ subnigræ. & Ibera Pontica, non Hispana.* Hęc Seruius, mirè autem temperauit varias opiniones Poëtarum. Nā Plutarchus in Theseo scribit Simonidem memoriæ prodidisse velum fuisse purpureum: sed illud felix tamen Simonid. Plutarchi verba sunt: ὁ δὲ Σιμωνίδης οὐ λευκόν φησιν εἶναι τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, ἀλλὰ φοινικοῦν ἱστίον, ὑγρῷ πορφυρίῳ πρινὸς ἄνθει βεβαμμένον, καὶ τοῦτο τῆς σωτηρίας αὐτῶν ποιεῖσθαι σημεῖον. Vt autem hic ferruginem obscuram ait, sic & Virg. 1. Georg.

Cum caput obscura nitidum ferrugine texit.

& 4. Georg: *Ferrugineos hiacynthos.* Festus: ferrugineum colorem ferri similem esse voluit; verè tamen cœruleus est Lucret.

Lutea russaque vela, & ferrugina.

Rursus.—— Virg. 11. Æneid.

Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro.

Seruius 1. Georg. *Hispanam purpuram* exponit. & in lib. 9. *Ponticam.* nisi sint duo genera ferruginis. Sanè ὑσγινον subrubet & nigrescit simul.

QVOD *tibi si sancti concesserit incola Itonis.*] id est Minerua, quæ Itonem incolit. Festus: *Itonis, Minerua à loco sic appellata.* vulgo male Itonida dicitur, *Itonia* & *Itonias* etiam, vt *Itonis* Stephano. Liuio, lib. 36. *Itonea.* Callimachus hymno in Cererem Ἰτωνιάδα Ἀθηνᾶν vocat. Apollon. l. 1. Ἔργον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος. Statius:

Siue Aonia diuertis Itone læta choris.

Itonos Amphittyones filius *Itona* vrbem condidit in Thessalia. Leg. Strabo, lib. 9. Et Pausan. in Laconicis. Est autem probabile montē fuisse eiusdem nominis, vt sæpe vrbes fluuij, montesque vicini sunt cognomines. *Sancti*, ipsi dedicati. Attius Bacchi apud Nonium in fætis, pro fætibus. *Vbi sanctus Cubæron frondet viridantibus fatis.* Virg. 11. Æneid.

Sancti custos Soractis Apollo. At Muretus legendum censet, *Sanctæ.*

QVÆ *genus nostrum.*] vel populum Atheniensem, vel nostram familiam domumque, vt Plaut. *Istuc facinus generi nostro, non decet.* non est vero probabile referri ad genus Ægei. id est, ad Neptunum.

AC *sedes defendere sueta.*] vrbem ipsam tueri solita. pro *sueta*, Scaliger ex vet. lib. legit *fretis.* an iis qui freti & nixi ope Palladis? Sic & Statius, *fretus*, præcisè, vt supra, *ereptum.*

A ANNVIT.] nutu concedit. Virg. 12. Æneid:

Sin nostrum annuerit nobis victoria martem.

inclusa autem hæc parentesi: *Quæ nostrum genus, ac sedes defendere sueta Annuit.*

VT *tauri respergas sanguine dextram.*] Minotaurum interimas. Supra: *Respersum iuuenem fraterna cæde secuta.* sic Virg. in Pharmaceutria:

Sæuus amor docuit natorum sanguine matres
Commaculare manus.——

TVM *vero.*] Virg. 4. Æneid.

Tum vero Teucri incumbunt.

id est, tum maxime.

FACITO.] id est, da operam. Virg. 12. Æn.

B *Tu facito, mox cum matura adoleuerit ætas*
Sis memor. pro memento. Plaut. *Facito vt memineris.*

VT *memori tibi condita corde.*] reposita in penetralibus mentis. Sic in Coma Beren.

Condita quin veri pectoris euoluam. Virg. 3. Æn.

Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.

Apollon. 3. Argon. τὰ δ' ἄγε νόῳ ἔχε' εἰρύσσασα.

HÆC *vigeant mandata.*] suam vim retineant & integra perdurent. Virg. 4. Æneid.

Mobilitate viget. Item 2. Æneid.

Regnumque vigebat. Lucret.

Ingenio qui præstabant, & corde vigebant.

C NEC *vlla obliteret ætas.*] nullo temporis spatio ex animo deleantur: *Obliterare* Nonius exposuit, *obscura facere & in obliuionem ducere.* Attius Agamen. *Inimicitias Pelopidarum extinctas iam, & obliteratas memoria renouare.* Festus: *Obliteratum alij ab obliuione, alij à littore, quod ibi notata fluctibus æquari & tolli solent:* Ego malo dictum à lituris & literis, quæ inducuntur, vel à literis aliis permixtis & confusis. Corn. Tacitus: *Vetustas pleraque obliterauit.*

VT *simul ac nostros inuisent lumina colles.*] id est, prospicere incipient oculi tui Atticæ promontoria, Piræum & Sunium. Propertius situm illum descripsit, el. 21. lib. 3.

D *Quod superest, sufferte pedes, properate laborem,*
Isthmos quà terris arcet vtrumque mare.
Inde vbi Piræi capient me littora portus,
Scandam ego Theseæ brachia longa viæ.

de hac montanæ Atticæ plaga & Strabo initio lib. 9.

FVNESTAM *antennæ deponant vndique vestem.*] exuant velū ferrugineum. vestis generale nomen de eo omni quod legit, vnde, & pro barba. Lucret. molli pubescere veste. Virg. 8. Æneid.

Aurea Cæsaries ollis, atque aurea vestis.

E vnde *inuestes.* & *genas vestibat flore iuuenta. funesta vestis* etiam dicitur Attio in Amphit. *Sed quanam est ista mulier funesta veste, tonsum lugubri?* Vlpian. l. 27. & 33. D de auro & argento. leg. *Vestis an vestimentum legetur nihil interest.* vestimenti autem nomine omnia lanea lineaque vel serica, vel bombycina comprehenduntur. *Antennæ* autem lignum in malo transuersum, cui velum alligatur, cuius duo extrema Virgilio vocantur *cornua. Cornua velatarum obuertimus antennarum. velatas*, dixit quia sustinēt velum. Antennas Gręci κεραίας vocant, vt docet Baifius de re nau. At Antemne vrbs alia ratione dicta quod ante amnem. Seru.

CANDIDAQVE *intorti sustollant vela rudentes.*] funes nautici minores dicti *rudentes*, quod cum vento verberentur, rudere existimentur. hunc sonum proprium funium, non asinorum putat Nonius, qui etiam monet masculini & fœminini generis esse. Plautus Rudente: *Dum hanc tibi rudentem complico. Intorti* vero *rudentes* quia funes torquentur cum fiunt. Propertius, eleg. 3. lib. 4.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno.

Virg. 4. Æneid.

Tortosque incidere funes. Attius Phœnissis:

Aptorque proram & sipa tortas copulas.

apud Non. in *copulæ*. vbi legendum *supra*.

LVCIDA *qua splendent summi carchesia mali.*] hunc versum primus inseruit Faërnus ex Nonio: *Lucida carchesia*, inaurata vel inargentata foramina, quæ in summo malo funes recipiũt. Non. Lucillius apud Non.

Tertius hic mali superas carchesia summa.

Cinna apud Isidorum, cap. 2. lib. 19. *Lucida consulgent alti carcesia mali.* corruptè. Imitatus est Cinnam Catullus. Puro dicta esse ornamenta ita, quia vasis formam referrent. Virgil. 4. Georg.

Capr Mæonij carchesia Bacchi.

& 6. Æneid.

Libans carchesia Baccho.

Macrob. 5. Saturnal. Naualis mali partem inferiorem πτέρναν vocari, circa mediam partem τράχηλον, summam partem καρχήσιον, & inde diffundi in vtrumque mali latus cornua quæ dicuntur. Baifius ex Athænæo, lib. 11. & Iulio Polluce.

CVM *te reducem fors prospera sistet.*] id est, Secunda fortuna nobis incolumem reddet. Veteres libri *ætas*. sic Virg. 8. Æneid.

Attulit ac nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium aduentumque Dei.

Si, *fors*, retinemus, alludit ad *fortunam* cognomento *reducem*. Martial. ep. 56. lib. 8. *Hic vbi fortunæ reducis fulgentia late Templa nitent.* & in numis antiquis. Virg. 9. Æneid.

Nec fors te incolumem fallaci perferet Austo.

Idem: *Sed quis fortuna negarit*
In patriam reditum.

SISTET.] vt Virg. 2. Æneid.

Tutam patrio te limine sistam.

HÆC *mandata.*] à patre accepta liquere Thesea.

PRIVS *constanti mente tenentem.*] vt supra, *memori corde.*

CEV *pulsæ ventorum flamine nubes.*] id est, fugatæ. Virg. 1. Æneid.

Collectasque fugat nubes.

supra *mentis caliginem* vocauit obliuionem; quare nunc cum nubibus fluxam memoriam comparat. Item:

Irrita ventosæ linquens promissa procellæ. Item:

Quæ nunc aerij discerpunt irrita venti.

AERIVM *niuei montis liquere cacumen.*] id est fugêre, euanuêre. potest esse hypallage. *Aërij montis niueum cacumen.* id est, niue obductum. Ipse in Atti. *Niue amicta loca colam.* Horat. od. 9. lib. 1. *Niue candidam Soracte.*

A Virg. 3. Georg.

Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu latè. ——

AT *pater, vt summa prospectum ex arce petebat.*] id est, prospectum aucupabatur Ægeus ex editissima vrbis parte. Virg. 1. Æneid.

Æneas scopulum interea conscendit & omnem
Prospectum latè pelago petit.

Pacuuius apud Nonium: *Incipio saxi tentans scandere verticem summi, inde in omnes partes prospectum aucupo.*

ANXIA *in assiduos absumens lumina fletus.*] assiduis lacrymis oculos corrumpens languidos,
B vel ipse anxius. sic supra: *languida lumina.* & infra: *Mœsta nec assiduo tabescere lumina fletu*

Cessarent. ——

CVM *primum infecti conspexit lintea veli.*] alias *Inflati.* Sabellicus prius correxit, *infecti.* id est, obscura ferrugine tincti. *Lintea veli.* An quia linteorum vsus etiam est ad res alias? Plaut. Mostellaria: *Linteum cape, & manus exterge.* Mart. epig. 51. lib. 14.

Non tam sæpe teris lintea fullo tibi.

An bis idem dictum, vt supra: *seclorum tempore. mentis consilium.* & alibi: *casus periculorum.* Ciceroni: *Recordatio memoriæ.* 1. de Orat. & 2. *Exposi-*
C *ta narratio perturbationes habent motus. & motus perturbantur.* Topic. & *forma species.* 1. Tuscul. & *forma figura.* Attius, & Ennius, *forma imaginis.*

PRÆCIPITEM *sese scopulorum è vertice iecit.*] id est, ex altissima rupe, vnde in mare prospiciebat, quod eius nomine dictum *Aegeum.*

AMISSVM *credens.*] supra: *Potius germanum amittere creui.* Virg. 5. Æneid.

Vnus erit medio amissum quem gurgite quæret.

& 1. Æneid.

Amissos longo socios sermone requirunt.

quia mortui à nobis abeunt.

IMMITI *Thesea fato.*] indigna morte perem-
D ptum dixit. Virgil. 6. Æneid. *Immiti*, vt supra *immite pectus.* & Virg. 4. Georg.

Ore ferent dulcem nudis immitibus escam.

An *Immite fatum*, mors acerba & quasi cruda?

SIC *funesta domus ingressus tecta paterna morte ferox.*] id est, quæ paterna mors funestarat. supra: *Tali mente, Dea, funestet seque suosque.* Ferox Theseus erat, quia victor & hospes in patriam redierat. nugatur sic Muretus: *morte ferox*, id est *superbus*, inquit, *ob Minotaurum interfectum.* An legendum. funesta domus ingressus tecta paternæ Marte ferox? Sic Horat. od. 32. lib. 1. *ferox bello*, in laudem, vt ostensum supra ad illud:

E *Illa tempestate ferox, & tempore Theseus.*

QVALEM *Minoidi luctum Obtulerat.*] id est, Ariadnæ dederat. Cic. pro Sextio: *Offerre mortem hostibus.* Lucill. apud Non. *Homines vltro sibi hanc molestiam offerunt, ducunt vxores.*

MINOIDI.] postrema correpta Græca inflexione. Vt. *Tu Pari semper ama.* & Tibull.

Sic cecinit pro te doctus Minoi Catullus.

IMMEMORI *mente.*] cui à libero patre obiecta obliuio.

TALEM *ipse recepit.*] accepit luctum. vel talis ei reditus, tanquam debitus. *Recipere*, pro accipere. Cic. 12. ad Att. *A te heri duas epistolas*

recepi. Et pro Roscio Am. *Quod non totum telum corpore recepisset.* Virg. 4. Æneid.

Dominum Aeneam in regna recepi.

QVÆ *tum prospectans cedentem mœsta carinam.*] id est, procul ex alga spectans discedentem nauim. vt supra: *Thesea cedentem celeri cum classe tuetur.* vet. lib. *tamen adspectans*, atque ita legendũ contendit Scaliger. forrasse scribendum est. *Quæ tamen abscedentem exspectans mœsta carinam*: nam vett. lib. pro cedentem habent accedentem.

ANIMO *saucia.*] id est, quæ ingens mente vulnus acceperat. Virg. 4. Æneid.

Graui iamdudum saucia cura.

Ennius:

Medea animo ægra, amore sæuo saucia.

Ouidius:

Inconsolabile vulnus Mente gerit tacita.

Vulnus, dolores. vet 1. Æneid.

Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus.

& Ouid. 2. Metam.

Nuper honoratas, summo mea vulnera cœlo
Videritis stellas.——

AT *parte ex alia.*] an vestis? an insulæ? omnes veteres libri, vt ait Achilles Statius. At pater: igitur ἐκ alia, vt quâ, aliquâ, quâcumque. Sic Propert. eleg 21. lib. 3.

Omnia sunt tentata mihi, quacumque fugari
Possit, at ex omni me premit ipse Deus.

FLORENS.] id est, ætate & forma integra. Claud. de raptu: *Procedit Iacchus Crinali florens edera.* Tibull. el. 4. lib. 1.

Solis æterna est Phœbo, Bacchoque iuuenta:

Baocho & ætas, & vestis florida. colebatur Athenis ..., id est floridus: Pausan. in Atticis.

IACCHVS.] sic dictus ..., à clamore, quem tollunt Bacchantes, ...

Ouid. 4. Metam.

Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque,
Ignigenamque, satumq. iterum, solumq. bimatrem.
Additur his Nyseusque, indetonsusque Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis conditor vuæ,
Nyctelinsq., Eleleusq. parens, & Iacchus & Euan.

VOLITABAT.] ostentionis est. vt Cic. pro domo sua: *Cum tu florens ac potens per medium forum volitares.* & 1. de Orat. *volitare in foro.* & 2. in Catilinam: *In armis volitare audatis.*

CVM *thiaso Satyrorum.*] Athenæus: ... Thiasus vocatur quæ Dionysium comitatur turba & cœtus. Virg. Daphnide: *Thiasos inducere Baccho.* Idem 7. Æneid.

Attonita Baccho nemora auia matres
Insultant Thiasis.——

ET *Nysigenis Sileni.*] genitis in vrbe Indiæ, Nyse, vbi & Liber pater. Horat. de Arte:

An custos famulusque Dei Silenus alumni.

vide Silenum Virgilij. Prouectioris ætatis Satyri Sileni vocantur, inquit Pausanias in Atticis. Ouid. 4. Metam.

——*Bacchæ Satyrique sequuntur,*
Quique senex ferula titubantes ebrius artes
Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.

TE *quærens Ariadna.*] Virg. lib. 10.

A *Te Turne superbum Cæde noua quærens.*

TVOQVE *incensus amore.*] Ouid. lib. 8. Met.

Protinus Aegides rapta Minoide diam
Vela dedit, comitemque suam crudelis in illo
Littore destituit, deserta & multa querenti
Amplexus & opem Liber tulit; vtque perenni
Sidere clara foret sumptam de fronte coronam
Immisit cælo.—— Propert. el. 16. lib. 3.

Te quoque enim non esse rudem testatur in astris
Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis. Ipse:
Scilicet è vario ne solum limite cæli
Ex Ariadnæis aurea temporibus
Fixa corona foret.——

B Horat. od. 19 lib. 2.

Fas & beatæ coniugis additum
Stellis honorem.

QVI *dum alacres.*] pro gestientes. abutitur verbo; nam proprie *alacer* dicitur, qui viget sensibus vniuersis, inquit Asconius: quod indicium est erecti & sublimis animi. at furentes non vigent sensibus, quia externati.

PASSIM.] qua impetus ferebat.

LYMPHATA *mente furebant.*] attonita, numine Bacchi correpta. Quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini *Lymphatos* dicunt, inquit Festus, C vulgo enim memoriæ proditum est furendi finem non fecisse qui speciem nymphæ in fonte viderint. Pacuuius Teucro apud Ciceronem 1. de diuin. exanima tanquam lymphata.

EVOE *Bacchantes.*] frementes & clamantes.

EVOE *capita inflectentes.*] ipse in Atti. *Vbi capita Mænades vi iaciunt ederigeræ.* Tibull. el. 6. li. 1.

Iactauit fusas & caput ante comas.

Lampridius in Heliogabalo: *Iactauit caput inter præcisos fanaticos.* Furoris quippe & iræ indicium quassare caput. Virg. 7.

——*stetit acri fixa dolore*
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta.

D T. Liuius, lib. 9. belli Macedonici: *Viros veluti raptos cum iactatione corporis fanatica vaticinari.* Fab. lib. 11. *Caput iactare, & comas rotare fanaticum est.* Vlpian. l. 1. D. de Æd. edict. *Quæritur si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, an sanus esset?* ... vocat Pindarus. id est, iactícomas.

TECTA *Quatiebant cuspide Thyrsos.*] Virg. el. 5.

Et foliis lentas intexere mollibus hastas.

Ouid. 7. Metamorph.

Pampineis agitat velatam frondibus hastam.

Macrob. 7. Saturn. *Liber pater thyrso fecit per obliquationem circumfusæ ederæ latente mucrone, quia non ita profiteri oportet in conuiuio censorem, vt palam vitia* E *castiget.* Phornutus quod aliquando aliquid sæuum & triste subsit iucunditati vini. Ego quia sensim & clam vulnerat.

PARS *è diuulso*] discerpto. Virg. 4. Æneid.

Non potui Abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere.—— vid. Ouid. in Fab. Penthei lib. 3. Metam. & Euripidem Bacchis.

IACTABANT *membra inuenco.*] id est, huc illuc spargebant: *Iactare*, pro iacere. vt Virgil. 2. Æneid.

Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.

1. Georg. *Ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.* & *Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.* At *iactare* fusius grandiusque est, quam iacere. Sed vet.

lib. habent, *Raptabant*, inquit Scaliger.

PARS *sese tortis serpentibus incingebant.*] qui scilicet in spiram conuoluuntur. Virg. 3. Georg.

Tortosque Ixionis angues.

Idem 5. Æneid.

Serpens longos dat corpore tortus.

Idem 7. Æneid.

——*fit tortile collo Aurum ingens coluber.*

Ouid. 4. Metam. in Fab. Inus:

Induitur pallam, tortoque incingitur angue.

De serpentibus, quos gestabant Bacchæ, & quibus coronabantur, Euripides in Bacchis, & Plutarch. in Alexandro. Horat. od. 19. lib. 2.

Tu separatis vuidus in iugis
Nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crines.

INCINGEBANT *sese.*] angues sibi circumdabant, sed maxime capiti. sic Virg. 4. Georg.

——*incinctæ pellibus amllæ.* & ipse, infra:

vestis Candida purpurea talos incinxerat ora.

PARS *obscura cauis celebrabant orgia cistis.*] Græci vno verbo dicunt ὀργιάζειν, celebrare orgia, quæ non sunt Bacchi tantum. nam dicuntur & ὄργια πόθων, id est amorum in epigrammatis, & ab Aristoph. ὄργια μυστῶν, de sacris Adonidis. Aristoph. ἀπὸ τῆς ὀργῆς. id est, à furore, vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id est à montibus, inquit Seruius, Latinis *Ceremoniæ.* Idem: *tertio quoque anno celebrabantur. vnde Trieterica, Virgilio dicuntur.* Ouid.

Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi
Tertia quæ solito tempore bruma refert.

Orgia Bacchi *obscura*, quia occulta & mystica, siue quia κρύφια μυστήρια. Vnde Horat. od. 18. lib. 1.

Nec varijs obsita frondibus
Sub diuum rapiam, &c. & Virg. 1. Georg.
Mystica vannus Iacchi. Sacra autem illa

Bacchi in arculis vimineis capacibus erãt quas cistas Poëta vocat. Theocritus Bacchis ἱερὰ ἐκ κίστας πεπαλαγμένα χερσὶν ἑλοῖσαι. sacra è cista instructa manibus rapientes: Κίστη, ἡ, ἡ κιστὶς, ἰδος, arca, loculi, marsupium. Tibull. el. 7. lib. 1.

Et leuis occultis conscia cista sacris.

in cistã coniiciebant & tabellas iudices. Ascon. in 1. Verrin. & patera in cistella: vnde Plauti *Cistellaria.*

ORGIA *quæ frustra cupiunt audire.*] quia illis narrare nefas. sic Euripid. ὦ θέμις ἀκοῦσαι.

PROFANI.] Βέβηλοι, ἀμυήτοισιν, ἀτέλεστοι. Festi epitome: *Profanum, quia non est fanum.* alij procul à fano. Varro lib. 4. de ling. Lat. *In sacris Eleusinis impij & profani iubebantur facessere.* Suet. in Neron. cap. 34. his verbis scilicet: ἑκὰς ἑκὰς ἔστε βέβηλοι. Virg. 6. Æneid. exponit: *procul, ô procul este profani.* hinc Græcorum quidam deducunt: ὄργια, ἀπὸ τοῦ εἴργειν. id est, ab arcendo. vnde Horat. od. 1. lib. 3.

Odi profanum vulgus & arceo.

Tibull. el. 1. lib. 2.

Vos quoque abesse procul iubeo.

PLANGEBANT *alij.*] id est, feriebant siue pulsabant. Ouid.

Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

Seru. ad illud 1. Georg.

——*Densissimus imber*
Nunc nemora ingenti, vento nunc littora plangit.

A exponit, *resonare facit.*

PROCERIS *tympana palmis.*] Ipse in Atti.

Quatiensque terga tauri teneris caua digitis.

Ouid. 4 Metam.

Quacumque ingrederis clamor iuuenilis & vna,
Fœmineæ voces, impulsaque tympana palmis,
Concauaq. æra sonant, longoq. foramine buxus.

Falluntur omnes qui baculis pulsari censent. Addit *proceras palmas*, quia numine adflati maiores solito videntur. vnde Virg. 6. Æneid.

Maiorque videri.

AVT *tereti tenues tinnitus ære ciebant.*] idẽ pulsando cymbalo æreo, læui & orbiculari figura,

B acutos liquidosque sonos excitabant: *ære tereti*, periphrasis cymbali. vt apud Ouid.

Concauaque æra sonant. ipse in Atti.
Caua cymbala recrepant.

eadem enim in Bacchi sacris, & Cybeles. Tubam autem tympano coniungebãt, vt in Atti.

Tympanum, tubam, tua mater initia. quæ dicebantur *crepundia.* Virg. 4. Georg.

Tinnitusque cie & matris cape cymbala circum.

MVLTAQVE *raucisonos efflabant cornua bombos.*] vet. lib.

Multi raucisonis efflabant cornua bombis.

C *Raucisonum*, vt supra, *fluentisonum*, & *horrisonum.* Virgilio, qui & 9. Æneid. *Conflatur & amnis*, *Rauca sonans.* Rauca sonant cornua, quia ex ære. Virg. 2. Æneid.

Rauco quod protinus ære repulsum.

& 8. Æneid.

Rauco strepuerunt cornua cantu.

Lucill. apud Non. in cogere: *Rauco concinentem sonitu & cornis cogant cornibus.* Efflabant bombos. vt 12. Æneid.

Lucemque elatis naribus efflant.

Ouid. 3. Metam.

Mare naribus efflant.

D Lucret. *Omnem particulas efflare calorem.* bombi dicti κατ' ὀνοματοποιΐαν. Pers.

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Bombos imbrices, testas inter genera plausuũ commemorat Sueton. in Nerone, cap. 20. bombi cornuum, vt *Taratantara* tubarum. Bombi organorum. Seruius: *Neptunus ventis impleuit vela secundis. Motu aquæ ventus creatur, vt videmus in bombis organorum.* Cornua, ex ære inflexo. Ouidius:

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Iuuenal.

E *Quadraginta dedit Gracchus sestertia dotem Cornicini, siue hic recto cantauerit ære.*

id est, Tubicen fit.

BARBARAQVE.] Phrygia. Horat. ep. 2. lib. 1. *Græcia Barbariæ lento collisa duello.*

idem od. 9. lib. epod.

Sonante mistum tibijs carmen lyra
Hac Dorium, illis Barbarum? ipse in Atti.
Tibicen vbi Phryx. Propert el. 23. lib. 2.
Cur aliquis sacris laniat sua brachia cultris:
Et Phrygis insanos caditur ad numeros?

Horat. od. 19. lib. 3.

Cur Berecynthiæ cessat flamine tibiæ? hinc *aurum barbaricum*, pro Phrygio. Virg. 2. Æneid. φρυγῶν Euripides in Helena vocat βαρβάρους δόμους.

HORRIBILI *stridebat tibia cantu.*] sonum inconditum & asperum emittebat. vt Virgil. ecl. 3. *Stridenti miserum stipula disperdere carmen.* Quia autem tibicines videotur chordas ictu radere, *rasores* dicti. Festus in Rasores.

TALIBVS *amplificè vestis decorata figuris.*] supra: *Priscis hominum variata figuris.* Amplificè, magnificè. sic Eonius: *Auro, ebore instructam regificè.* Sic & *Honorificè.*

PVLVINAR *cōplexa suo velabat amictu.*] Ambiens thorū diuæ genialem tegebat. Ter idem dixit: *Complectebatur, velabat, amiciebat.* Sic Cic. *Abditum latère in occulto.* & ipse supra: *Contecta velatum pectus amictu.* & alia id generis plurima.

QVÆ *postquam cupide spectando.*] Auide oculis perlustrando. dixi supra: *Cupido conspexit lumine.*

THESSALA *pubes expleta est.*] supra: *saturata.* Virg. 3. Æoeid.

Expletus dapibus, vinoque sepultus.

idem 8. Æneid.

Nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos.

SANCTIS *cœpit decedere diuis.*] Sancti Diui, quorum numen violare nefas. Ouid.

Sæua vel in sanctos verbera ferre Deos. Lucret. l. 1.

Nec mortale genus, nec Diuûm corpora sancta
Decedere Diuûm.——— locum vacuum relinquere, id honori Deorum tribuentes. Sic Liuius scribit institutum, vt viri mulieribus de semita decederent. vndè per translationem Horat. od. 6. lib. 2.

Vbi non Hymetto mella decedunt.

idem ep. vlt. lib. 2.

Viuere si rectè nescis, decede peritis.

Virg. ecl. 8.

Nec sera meminit decedere nocti.

FLATV *matutino.*[cum mane flat. sic Virg. 8. Æneid.

Matutini volucrum cantus.

PLACIDVM *mare.*] antea tranquillum. Ennius: *Verrunt extemplo placidum mare.* Virg. in Alexi: *Cum placidum ventis staret mare.* & 10. Æn.

Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus.

HORRIFICANS *Zephyrus.*] efficiens vt mare inhorrescat & vibret. Virg. 4. Æneid.

Multaque præterea vatum responsa priorum
Terribili monitu horrificant. sic ibidem: *Terrificant animos.* & Ennius Androm. *Seditio tabes-ne, an numeros augificat suos?* horror ille maris Græcis dicitur φρίξ, inquit Homeri interpres, ἡ ἐξ ἐπιπολῆς κίνησις τοῦ ὕδατος. id est, ex superficie & summitate motus aquæ, ὅτ' αὐτίκως ἄρχεται πνεῖν. Translatum videtur ab animantibus, qoibus inhorrescunt pili, cum exasperantur. Alius horror maris in tempestate, vnde *horrida æquora.* supra. Pacuoius apud Ciceron. 3. de Orat. *Occidente sole inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur.* Virg. 1. Æneid.

Inhorruit vnda tenebris.

Attius Medea apud Non. in *horridum.* *Vt tristes turbinum toleraret hiemes mare cum horret fluctibus.* vnde Ennio: *Horrifer aquilonis stridor.* & Ouid. *Horrifer boreas.*

PROCLIVES *incitat vndas.*] impellit & ante A se agit vndas, quasi deorsum labentes. Alij libri *Procliuas*, alij *proclinas.* Donat. in Andr. *Procliue est porro inclinatum, vel pronum inclinatumque.* vbi videtur à clinando deducere. non à cliuo. Plaut. Captiu. *Tum in procliui est, quam imber cum pluit.* & procliuus legitur in vet. lib. Lucret. lib. 6. *Et procliuus item fiat minus impetus vndis.*

VAGI *sub lumina solis.*] id est, paulo ante quã Sol radios exserat. *Vagus Sol*, quia obliquus est eius cursus. sic *Vaga Luna.* Horat. sat. 8. *Et Luna errans.* Virgil. 1. Æneid. *Sub lumina.* vt Virgil. 6. Æneid.

Ecce autem primi sub lumina solis & ortus.

B idem 1. Georg.

Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
Erumpunt radij.——— Aliquando *lumina*, lucernarum sunt. Horat. sat. 7. lib. 2. *Iusserat ad se Mæcenas serum sub lumina prima venire.* id est: *sub primam facem*, vt loquitur Gell.

QVÆ *tardè primum clementi flamine pulsæ.*] id est, lentè excitatæ leni flatu. hoc sensu Varro: *lenem animam*, dixit apud Nonium, cap. 4. *Detis habenas animæ leni, dum ventus nos flamine sudo, suauem ad patriam perducit.* sic clementi gradu Gell. cap. 11. lib. 1. & *clemens mare.* cap. 21. lib. 2.

PROCEDVNT.] quasi liquido pede ingre-
C diuntur. Lucret. *Qua via secta semel liquido pede detulit vndas.* Horat. od. 16. Epod. *Montibus altis Leuis crepante lympha desilit pede.* Scaliger legendũ censet: *Procidunum leni resonant plangore cachinnum.* id est sonorem edunt vnde procidentes ad littus plangendo. Ego vulgatam lectionem ita tueor, vt *cachinni*, rectus sit casus pluralis. sic Æschylus: Ποντίων τε κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα. citat Scaliger locũ vnum ex Euripidis Hippolyto, vbi cachinnare vndis tribuitur. & alterum ex Phœnissis, vel vt alij Phinidis: sed vulgatam lectionem ij non destruunt, cui suus constat
D sensus, nec inelegans.

LENIQVE *sonant Plangore.*] percussu littorũ.

CACHINNI.] velut quidam vndarum risus.

POST, *vento crescente.*] gliscente.

MAGIS *magis.*] bis idem, & asyndeton. Virg. 4. Georg.

Miscentur, tenuemque magis magis aëra carpunt.

Ipse: *Notescatque magis mortuus atque magis.* Afran. Vopisco: *Cuius ego desiderio impendio magis magisque maceror.*

INCREBESCVNT.] augentur & crebriores fiunt vndæ. vt Plaut. Capt. *Magis dulcius.*
E Virg. 1. Georg.

Et nemorum increbescere murmur. 8. Æneid.
Et late Latio increbescere nomen. idem 3. Æn.
Crebescunt optatæ auræ.

PVRPVREAQVE *procul nantes à luce.*] Ouid. Fast. *Lætaque purpurea luce refulsit humus.* *Purpurea lux*, vel quia Eurus, quem Zephyrum dixit, flat ab ortu. Ouid.

Eurus ad Auroram Nabathæaque regna recessit.

& eo flante, purpureum mare apparet. Furius Poëmatis apud Gellium, cap. 11. lib. 18.

Spiritus Eurorum virides cum purpurat vndas.

sed & Fauonius id effecit. Cic. Lucullo: *Mare nunc Fauonio nascente purpureum videtur.* Contra

aquilone flante atrum. Virg. 5. Aeneid.

Fluctusque atros Aquilone secabat.

vel *purpurea lux*, propter auroræ radios, quæ ipsa apud Ouidium:

Rosida purpurea supprime lora manu.

Homero ῥοδοδάκτυλος identidem. Virg. 3. Æn.

Iamque rubescebat radijs mare, & Aethere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

vel sane propter radios Solis, qui lucem mari purpuream efficiunt. Cic. Lucull. *Mare nunc, quia à sole collucet, albescit & vibrat.* Sic *mare purpureum*. Virg. 4. Georg. & Euripid. Troad. ἅλα πορφυροειδῆ.

B NANTES.] labentes vndæ. *nare*, pro fluctare. vt supra: *Nasse per vndas.* Manil. lib. 3.

Aeraq. & terras flammamq. vndamq. natantem.

REFVLGENT.] splendor ille tremulus propriè dicitur μαρμαρυγή. & μαρμαίρειν, rutilare. Virg. 8. Æneid. *Auroque effulgere fluctus.*

SIC *tum vestibuli linquentes regia tecta.*] per ἐναλλαγὴν pro vestibulum regiæ domus: nam in vestibulo non spectabant, sed sedibus in mediis. & vestibuli tecta non sunt, vt proprie sumitur. *vestibulum linquit*, qui exit. sic *dare classibus austros.*

AD *se quisque vaga passim pede discedebant.*] suam quisque domum contendebant diuersi vagantium more: *pede vago*, vel cuius ope vagantur, C vt supra: *Vago suspendam lintea malo.* vel ipsi vagi, vt Virg. 8. Æneid.

Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.

Alio modo dixit supra: *Errabunda vestigia.* & Horat. od. 11. lib. Epod.

Iussus abire domum ferebar incerto pede.

QVORVM *post abitum.*] qui postquam discesserant.

PRINCEPS.] primus. Horat. od. 30. lib. 3.

Dicar, qua violens obstrepit Aufidus,
Et qua pauper aqua Daunus agrestium
Regnator populorum, ex humili potens
D *Princeps Aeolium carmen ad Italos*
Deduxisse modos. —— Virg. 9. Æneid.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.

Cic. 7. Verrin. *In fuga postremus, in periculo princeps.* Lucret. *Qui princeps vitæ rationem inuenit eam.*

E *vertice Pelij aduenit Chiron.*] Chiron Centaurus Saturni & Philyræ filius Apollod. lib. 3. ait vero eum è iugo Pelij aduenisse, quia ibi genitus. Virg. 3. Georg.

Talis & ipse iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Apollod. lib. 2. Ἐξελαθεὶς ὑπὸ Λαπιθῶν ὄρους Πηλίου περὶ Μαλέαν κατῴκησε id est, eiectus à Lapithis E (Chiron) Pelio monte ad Maleam habitabat.

PORTANS *syluestria dona.*] munera è siluis petita & campis. supra enim dixit, *Dona ferunt præ se.*

QVOS *Thessala magnis montibus ora creat.*] id est Thessalia montosa gignit. De montibus Thessaliæ altissimis. Ouid. 7. Metam.

Subiectaque Thessala Tempe
Despicit, & visis regionibus applicat angues,
Et quas Ossa tulit, quas altus Pelion herbas,
Othrysque & Pindus, & Pindo maior Olympus.

CREAT.] gignit. vt Lucret. lib. 5.

A *Quot terra crearat Sponte sua.* ——

AVRA *parit flores tepidi fœcunda Fauoni.*] *Aura Fauoni*, vt *Spiritus Boreæ*. Virg. 12. Æneid. & furio apud Gell.

Spiritus Eurorum virides cum purpurat vndas.

& Lucret. *Et Reserata viget genitabilis aura.*

Fauoni Tepidi, quia neque calore neque frigore scilicet vrit.

HOS *indistinctis.*] variè mixtis & sine discrimine. Gell. lib. 13. cap. 29. *Indistincta fuerat & confusa.* & apud eundem: *Indistinctè & permiscuè.* Quod si legeris: *Indistrictis.* id erit, intactis & integris. Ouid. *Remouebitur omne*
B *Tegminis officium, tamen indistrictus abibo.*
potest legi & *indistinctis.*

PLEXOS.] plecti coronæ dicuntur. Liuius Andronicus apud Priscian. in Plecto. vnde, *plectiles coronæ.* Plaut. Bacchid. *Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis.* dicuntur & *pactiles* Plinio. aliæ sunt *sutiles* eidem. Festus: *Plexa, colligata significat, ex Græco πλέκω* (id est concinno, texo, necto) *cui nos præpositionem adijcimus, cum dicimus perplexa.*

QVEIS *permulsa.*] quasi delinita & exhilarata suaui florum odore. Gell. cap. 11. lib. 1. *Permulctus animus sono. Permulsa leni voce arteria.*
C Corn. 3. ad Herennium.

DOMVS *iucundo risit odore.*] eadem mente qua supra, *Tota domus gaudet.* Hesiod. de musis canentibus: Γελᾷ δέ τε δώματα πατρός. Theocrit.

—— ἐγέλασσε δὲ γαῖα πᾶσα. Homer.
—— γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν

χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς. Apollon. αἶψ' ἐγέλασσαν ἠϊόνες εὔοπτοι. Lucret. 3. *Aether diffuso lumine ridet.* Virg. 1. Æneid.

Tibi rident æquora ponti. & 3. Æneid.
Vnguenta & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

& ecl. 7. *Omnia nunc rident.* & ecl. 4.

Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.

D Horat. od. 11. lib. 4.

Ridet argento domus.

idem od. 4. lib. 4. *Pulcher fugatis*
Ille dies Latio tenebris
Qui primus alma risit adorea.

Ouidius:

Albaque de viridi riserunt lilia prato.

Statius:

Ipsaque risit Siderei regina chori.

CONFESTIM *Peneus adit.*] Deus & Fluuius. Rectè conficta fabula:

Nam per Tempe Peneus ab imo
Effusus Pindo spumosis voluitur vndis.

E inquit Ouid. ibid.

Hæc domus, hæ sedes, hæc sunt penetralia magni
Amnis, in his residens facto de cautibus antro,
Vndis iura dabat.

VIRIDANTIA.] quæ semper virent. sic Virg. 5. Æneid.

Cingit viridanti tempora lauro.

Attius: *Frondent viridantibus fætis.* Laber. *Membris prænitidantibus*: tralatitiè.

TEMPE, *Tempe.*] loca amœnissima Thessaliæ inter Ossan & Olympum. Ouid.

Est nemus Æmoniæ prærupta quod vndiq. claudit
Sylua, vocant Tempe. —— Virg. 2. Georg.

Vmique

Viuique lacus & frigida Tempe. καὶ ναπεῖαι καὶ τέμπη, valles & loca amœna. sunt & *Tempe* in Boeotia *Tecmeſſia*, dicta à Tecmeſſo monte, & in Sicilia *Heloria*, dicta ab Heloro amne. Eſt autem hic ἀναδίπλωσις qualis apud Plutarch. in Homeri vita οὐδ᾽ ἐγὼ αἴτιος εἰμι, καὶ εἰ ποτὶ χεῖρας ἵκωμαι τοῖσι χεῖρας ἵκωμ.

Q v æ *ſilua cingunt.*] quæ nemoribus circumdantur Oſſæ & Olympi.

S v p e r *impendentes.*] dictum coniunctè, vt à Virg. 10. Æneid. *Viſceribus ſuperaccumbens.* & Statio: *Quæ ſuperimpoſito moles gemmata coloſſo.*

N e r e i d v m *linquens.*] Scaliger: *Minyaſim linquens Doris celebranda choreis.* A Minya oppido Theſſaliæ patronymicum *Minyades*, & ita dicti Argonautæ. tertio caſu *Minyaſin* prima producta. vt Propert. el. 20. lib. 1.

Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryaſin. & mox:
Grata domus Nymphis humida Thyniaſin.

D o r i s *celebranda choreis.*] *Dorea chorea* dicũtur, cum puellæ Doricæ in Phænomeridibus ſaltabant, quod dicitur δωριάζειν. ſignificat etiã nudari, quia nudæ fere ſaltabant, maximè Spartanæ. *Dorus*, pro Doricus. vt *Romula gens*, & *Teos Aeneas*, & *Dardanus*, pro Romulea, Troïus, Dardanius. Dorij, qui poſtea Dores à Doro Neptuni filio. Plutarch. in lib. de Muſica. docet ad Phrygios, Dorios, & Lydios modos ſaltari ſolitum, & Doricam ſaltationem Spartanorum propriam fuiſſe.

N o n *vacuus.*] alias *Nonacrios*, alias *Nonacrias.* Scaliger ex veſtigiis veteris ſcripturæ: *Cranona ariſonamque* (ſcilicet linquens:) *tulit radicitus. Cranon* vrbs intra Tempe. Stephan. & Strab. *Aeriſonam* vocat, propter fodinas metallorũ Theſſaliæ, de quibus Plinius. ſic Mart. *Et ferro Plateã ſuo ſonantem. Cranon*, genere feminino. vt Iuuen. *Quem Dorica ſuſtinet ancon.* & ſupra: *Sirmio venuſta.* & Sillius: *Regia Pleuron*, ſupple vrbs.

T v l i t *radicitus altas fagos.*] euulſas imis radicibus, non exciſas. Propert. el. 6. l. 3.

Huic fluctus viuo radicitus abſtulit vngues.

A c *recto proceras ſtipite laurus.*] id eſt, quæ altè adoleuerant nullo modo inflexæ à radice ad ramos vſque. ſic Virg. ecl. 6. *Proceras erigit alnos.* Horat. od. 25. lib. 3.

Proceras manibus vertere fraxinos. *A cera facilitate in longum producta procerus*: Feſtus.

N o n *ſine nutanti platano.*] id eſt, verticem huc illuc inflectente. Virg. 9. Æneid. *Intonſaque cœlo*
Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.

Ennius apud Gell. cap. 20. lib. 12. *Capitibus nutantes pinos, rectoſque cupreſſos.*

L e n t a q v e.] flexibili, vt ſupra, *lenti remi.* ſed bene Scaliger, *fletaque.*

S o r o r e *flammati Phaëtontis.*] Soror Phaëtontis alnus. Virg. ecl. 6.

Tum Phaëtontiadas muſco circumdat amaræ
Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos. vel Populus. idem 10. Æneid.

Populeas inter frondes vmbramque ſororum.

Flammati, ambuſti. Cicero:

Principio ætherio flammatus Iuppiter igne.

tralatitiè. Virg. 1. Æneid.

Flammato ſecum Dea corde volutat.

A Cornel. Tacit. lib. 18. *Omnes exercitus flammauerat arrogantia militum.*

E t *aëria*] alta. Virg. 3. Æneid.

Aëria quercus, aut conifera cypariſſi. & ecl. 1.
Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.

& 3. Georg. *Tum ſciat, aërias Alpes.*

& 9. Æneid.

Aërij curſu petit ardua montis.

& 6. *Monte ſub aërio.*

C v p r e s s v.] vt ſupra, *lauru*, quarta inflexione.

H æ c *circum ſedes.*] id eſt, regiam. vt ſupra, *Ipſius at ſedes*, &c.

B L a t e *contexta.*] ſimul iuncta & inſerta. Virg. ecl. 1. *Tum caſia atq. alijs intexens ſuauibus herbis.* Tibull. el. 4. lib. 3.

Vt cum contexunt amarantis alba puellæ
Lilia. vnde etiam *ſerta* à conſerendo dicta.

L o c a v i t.] panxit.

V e s t i b v l v m *vt molli velatum fronde vireret.*] id eſt, limen regiæ, vt fronde tenera & virenti ornaretur. ſic apud Virg. 4. Æneid.

Varijs florentia limina ſertis. Ouid. 4. Faſt.
Et tegat ornatas longa corona fores.

& 4. Metam. de apparatu nuptiarum Perſei:

Sertaque dependent tectis.

C *molli fronde.* vt Virg. 4. Æneid.

Molliquе fluentem fronde tegit crinem.

Propert. el. 1. lib. 2.

Mollia Pegaſides veſtro date ſerta Poëtæ.

Plutarch. quoque in Erotico narrat Ianuam & noui coniugis & nouæ nuptæ ramis oleæ, & edera ornari, & coronari ſolitam.

S o l l e r t i *corde Prometheus.*] id eſt, præditus animi prudẽtia inſigni, *Solles, in omni re prudens*, ait Feſtus: *Quia ſollo Oſce totum dicitur.* Alludit autem ad Etymon Promethei, qui dictus eſt ἀπὸ τῆς προμηθείας. id eſt, à prudentia, quia

D prudentiſſimus aſtrologus fuit, vt ait Seru. ad illud Virg. ecl. 6.

Caucaſeaſque refert volucres, furtumque Promethei.

At contra de eo Propert. el. 4. lib. 3.

Ille parum cauti pectoris egit opus. Ἐπιμηθεὺς verò, à ſtultitia dictus eius frater. *Sollerti corde*, quia cor, ſedes prudentiæ. vnde Scipio *Corculum*, à prudentia. Et Baſſus: *En cor Zenodoti.*

E x t e n v a t a *gerens veteris veſtigia pœnæ.*] id eſt, cicatrices pœnæ obductas, quæ minores eſſe cœperant. Ouid.

Quod potes extenua forti mala corde ferendo.

Cic. 3. de nat. deor. *Extenuatus aër in ſublime fertur.*

E Q v a m *quondam ſilici restrictus membra catena.*] ad rupem catena religatus. At clauis confixum ſcribit Apollod. lib. 1. idem lib. 2. τὸν τῆς ἐλαίας δεσμὸν vocat, oleaginũ vinculum. Attius Prometheo: *Hos ille cuneos fabrica crudeli inſerens perrupit artus. Reſtringere*, autem vox anceps vt religare nauim & fauem. Apuleius, *Reſtrictis forte ſi labellis riſeris.* Plaut. Capt. *Si non arriderent, ſaltem dentes vt reſtringerent.* Plin. lib. 35. *Belli imaginem pinxit reſtrictis à tergo manibus.*

P e r s o l v i t.] expendit. Attius apud Varronem: *Vnde ignes mortalibus diuiſſe cluet dictus Prometheus Clepſiſſe dolo, pœnaſque Ioui fato expendiſſe ſupremo.* Horat. od. 3. lib. 1.

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit:
Post ignem ætheria domo
Subductum, macies & noua febrium
Terris incubuit cohors. Martial. ep. 7. lib. Spectaculorum. *Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus.* Liberatus fuit ab Hercule, vt ait Apoll. lib. I.

PENDENS *è verticibus præruptis.*] è iugis montis Caucasi asperis pendens.

INDE.] pro deinde, vt supra,
Inde infecta vago suspendam lintea velo.

PATER *Diuum.*] vide supra:
Ipse suos Diuûm genitor concessit amores.

SANCTA *cum coniuge.*] & sorore Iunone. Liui. Andron. apud Prisc. in puer fem. gen.
Sancta puer Saturni filia regina.
vide notata ad illud: *Sanctus decedere Diuis.*

COELO *te solum Phœbo relinquens.*] Homer. Iliad. vlt. & Æschylus adfuisse Phœbum scribunt, & Æschylus Thetidi carmen nuptiale cecinisse, & funesta omnia prædixisse, quo nomine postea à Thetide reprehensus est.

VNIGENAMQVE *simul.*] vno eodemque partu editam, vt Dianam intelligat: *Vnigena*, vt Græcè *ὁμόγονις*, cognata & soror. sic in Coma Beren. *Memnonis Aethiopis vnigena.* Pegasus Auroræ filius. sic & supra, *consanguineum* dixit, pro fratre. An vnigena Pallas, quam solus Iuppiter genuit & patrima, non matrima est? Ita Victorius, c. 21. l. 16. cui Muretus repugnat.

CVLTRICEM *in montibus Ida.*] quæ Idam montem incolit, vbi venatur. Inde Diana dicitur *Coryphæa.* Pausan. in Corynth. Ipse *Montium Dominam* vocat. Horat. od. 22. lib. 3.
Montium custodem. *Cultrix Idæ*, vt in nuptiis Manlij: *Collis ô heliconij cultor.* & supra: *Incola Itonis.* sed malim legere: *Vnigenam & siluicultricem in montibus Ida.* vt in Atti. vbi *Cerua siluicultrix.* vt Horat. carm. seculari:
Siluarumque potens Diana.
Scaliger legit, *montibus hydri*, & exponit Delphicos montes, propter Pythona ibi interfectum. Victor. loco prænotato: *Cultricem montis Itonis.*

PELEA *nam tecum pariter.*] æque atque tu, siue vna tecum. Plaut. Asin. *Mecum pariter potant, pariter scortari solent.* Virg. I. Æneid.
Vultis & his mecum pariter considere regnis.
idem 4. Æneid. *Siue æquora supra*
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

SOROR.] Diana. Virg. I. Aeneid.
Aut Phœbi soror. Petron. *Phœbo pulchrior & sorore Phœbi.*

ASPERNATA *est.*] dedignata est cum contemptu. Donat. in Phorm. *Aspernari est non solum auerti corpore, sed etiam animo, recusare, auertere, non agnoscere*, dictum à sperno.

NEC *Thetidis tedas voluit celebrare iugales.*] id est, celebres & ornatas reddere sua præsentia. Virg. 7. Æneid.
Talia connubia & tales celebrant hymenæos.
sic, *celebrare domum.* Cic. pro Murena. Lucret.
Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras. —— Virg. 3. Æneid.
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

A QVI *postquam niueos flexerunt sedibus artus.*] id est, candida & formosa membra reclinauerũt. flectuntur membra sedentium; vt supra gradientium, *pedem reflexit.* alij, *nitens* melius. nam dixit supra: *Candet ebur solijs.* & Virgil. de Diis 10. Æneid. *Considunt tectis bipatentibus.*
priori lectioni tamen facit quod infra:
Excipiet niueos perculsæ virginis artus.

LARGÆ.] amplæ, copiosæ. Virg. II. Æn.
Larga quidem semper Drance tibi copia fandi.
I. Georg. *Quique satis largum cœlo demittitis imbrem.* Sueton. in Cæsar. *Largissimum epulum præbere.* Cic. offic. *Duo sunt genera largorum, quorum alteri*
B *prodigi, alteri liberales.* Sed, *large*, non pessimè, aduerbium fuerit.

MVLTIPLICI *constructæ sunt dape mensæ.*] struit coquus conuiuium, vt aciem Imperator. vnde *Strutes.* Plaut. Menech. *Cereales cœnas dat, ita mensas instruxit, Tantas struices concinnat patinarias.* Virg. eadem mente I. Æneid.
Qui dapibus mensas onerent.

CVM *interea infirmo.*] inualido ob gelidum sanguinem senectutis. Virg. 5. Æneid.
Sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet. Contra 2. *Vos, o quibus integer æui Sanguis, ait.*

C QVATIENTES *corpora motu.*] id est, commouentes corpora, & maximè capita. Quatiuntur corpora furentium, cum vaticinari incipiunt. vt dictum ad illud: *Capita inflectentes.*

VERIDICOS *Parcæ cœperunt edere cantus.*] id est, fundere carmina certo res futuras prædicentia. Horat. carm. seculari:
Vosque veraces cecinisse Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus seruat; bona iam peractis
Iungite fata. ipse infra:
Carmine perfidiæ quod post nulla arguet ætas.

HIS *corpus tremulum.*] nimia senectute. vt
D Ennio: *Excita cum tremulis anus attulit artibus lumen.* Virg. 2. Æneid.
Arma diu senior desueta trementibus æuo,
Circumdat nequicquam humeris.

COMPLECTENS *vndique.*] id est, amiciẽs.

VESTIS *candida.*] Plato quoque lib. 10. de rep. Parcas albatas & coronatas, & sedentes in thronis inducit.

PVRPVREA *talos incinxerat ora.*] limbo purpureo velauerat. *περιπόρφυρον* Græci vocant, Latini *prætextum*, & *prætextam*, cui assuta purpura, vt purpuream, quam Græci *ὁλοπόρφυρον.* Ser. in 4. Æneid. *Limbum* ait esse partem vestis extre-
E mam, quæ *instita* dicitur. Horat. sat. 2. lib. 1.
Quarum subsuta talos tegit instita veste.
Virg. 4. Æneid.
Sidoniam picto Chlamydem circumdata limbo.
Apertiùs lib. 5.
Victori Chlamydem auratam quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.
id est, *περιπόρφυρον.* Scaliger institam ait esse *παρύφιον ἢ παρυφίδιον.* legiq. in vet. lib. ait, *Candida purpurea Tyrios excinxerat ora.* id est, exuerat & spoliarat Tyrios institores. Sindonem Tyriam id vocãt. Mart. *Nec sic in Tyria sindone tutus eris.* *Extingeret.* vt Silius lib. 15. *Apparent mœnia Graia*
Condita, Massiliæ populis excincta superbis.

Purpureas quoque vestes tribuit Parcis Orpheus hymno in Parcas. *στίχεσι πορφυρέοισι καλυψάμεναι ὀθόνῃσι.*

A T *roseo.*] rosis coronato. *vt niueum cacumen*, niueplenum, supra: & *Crinis Myrrheus.* Horat. od.14. lib.3. & Virg.

Et granidum roseo nectit caput strophio.

N I V E Æ *residebant vertice vitta.*] id est, laneæ fasciæ. Virg. 3. Georg.

Lanea cum niuea circumdatur infula vitta.

Ouid. 5. Metam. *Cererisque sacerdos*

Amphycus albenti velatus tempora vitta.

Virg. 7. Aeneid. *Induit albos Cum vitta crines.*
Ouid. *Este procul vitta tenues insigne pudoris.*
Seruius ad illud 8. Æneid.

Et vitta comptos voluit pretendere ramos.

Vittæ imbecillitatem significant, inquit, *scimus enim oues egere semper alieno auxilio.* Vittas gerunt igitur, vt sacerdotes, & vates, matronæ, & virgines. Ouid. 2. Metam.

Vitta coërcuerat neglectos alba capillos.

sunt & cæruleæ vittæ 3. Æn. *Stant manibus aræ,*

Coeruleis mœstæ vittis, atraque cupresso.

Æ T E R N V M Q V E] alludit ad definitionem fati quod est ordo seriesque causarum ex æternitate pendentium. Cic. de fato, Topic. & 3. de nat. deor.

M A N V S *carpebant rite laborem.*] id est, opus faciebant ordine, serieque fati. *carpere laborem*, vt *carpere iter, gramina, soporem, pensum.* sed *lana* propriè *carpi* dicitur, quia minuitur nendo. Plaut. Menech. *Inter Ancillas sedere iubeas lanam carpere.* Virg. 4. Georg.

Milesia vellera Nymphæ Carpebant. *Rite* vero ad ordinem pertinet. Virg. 3. Æneid.

Si rite audita recordor. Horat. od.6. lib.3.

Rite crescentem face Noctilucam.

L Æ V A.] sinistra manus.

C O L V M *molli lana amictam.*] lana tenui & recte putata quasi indutam: *Lana mollis* opponitur hirtæ & crassæ, quæ *sollox* dicitur Fest. vnde *πρόβατα μαλακὰ*, quæ mollioti vellere & recto, quales sunt Latinis, oues Tarétinæ. Propert. el. 26. lib. 2.

Aurea quam molli vellere vexit ouis.

sic Virg. 2. Georg.

Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres.

& 1. Georg.

Tenuia nec lana per cælum vellera ferri.

R E T I N E B A T.] pro tenebat. Cic. 6. Verr. *Sagittæ pendebant ab humero, sinistra manu retinebat arcum.*

T V M *leniter deducens fila.*] id est, modo sensim, & in longum ducens fila lanea. Ouid. 4. Met. *E quibus vna leui deducens pollice filum.* Ennius apud Nonium, in *Gracilentum. Deducunt habiles gladios filo gracilento.* Paeuuius Cal. Martiis: *Vocem deducas oportet, vt mulieres videantur verba.* Ouid. *Lusor deducere versum.* & *deductum dicere carmen.* Virg. ecl.6. & Propert. el.16.l.1.

At tibi sæpe nouo deduxi carmina versu.

S V P I N I S.] inuersis. vt Horat. od. 23. lib.3.

Cælo supinas si tuleris manus.

F O R M A B A T.] effingebat.

P R O N O *in pollice,*] sic habent ms. *prono*, au-
A tem est propendente.

T O R Q V E N S.] rotans.

L I B R A T V M.] Virg. 4. Georg.

His sese per inania nubila librant.

& 9. Æneid. *Hoc acrior idem*

Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

Ouid. 2. Met. *Dextra libratum fulmen ab aure*

Misit in aurigam. Liuius lib.7. *Pila librata ponderibus figebantur.* vnde *Libratores* Corn. Tacito, qui lapides & tela librant.

T E R E T I *versabat turbine fusum.*] flectebat in gyrum & in orbem. Tibull. el. 1. lib.2.

Fusus & apposito pollice versat opus.

B A T Q V E *ita decerpens.*] morsu eximens extâria.

Æ Q V A B A T *semper opus dens.*] læuigabat fila.

A R I D V L I S.] propter saliuam exhaustam. *ὑποκοριστικῶς*, vt supra, *Frigidulos singultus*, & infra: *Languidulos somnos*, & *Vuidulam à fletu*, in Coma Berenices. sic & *albulus columbulus.*

H Æ R E B A N T *morsa labellis.*] id est, frusta lanæ. *morsa* nominis loco, vt *mansa* Ciceroni 2. de Orat. *Omnia minima mansa pueris nutrices in os inserunt.*

Q V Æ *prius in leui.*] tereti, æquato.

F V E R A N T *extantia.*] eminebant. Ouid.

Signis extantibus asper Antiquus crater.

C Sueton. in Nerone: *Extantibus & rigentibus oculis*, id est, eminentibus.

A N T E *pedes.*] in promptu. Græci *τὰ ἐμποδὼν καὶ τὰ ἐν ποσὶ* dicunt, quæ sunt in manu & facilia.

C A N D E N T I S.] nam nigra lana vilior. Virg. 3. Georg.

Si tibi lanicium curæ, primum aspera silua
Lappæque Tribulique absint: fuge pabula læta:
Continuoque greges villis lege mollibus albos.

&, *Niueæ candidus agnus ouis.* Tibull. el.5. l.2.

V I R G A T I.] virgis diuersi coloris distincti. *Virgatum*, vt Græcis *ῥαβδωτὸν*, & *ῥάβδωσις* illa varietas. *Virgæ* illæ, siue lineæ vocantur à Iul.
D Polluc. *πάρυφαι*, quæ intexuntur etiam vestibus. Virg. 8. Æneid. *Virgatis lucent sagulis.* vbi Seruius: *Habentibus in virgarum modum deductas vias: purpuratis: nam virgæ purpureæ.* Silius Ital. *virgato corpore tigris.*

C V S T O D I B A N T.] sic ipse alibi: *Audibant eadem hæc leniter & leuiter*, Virg. 4. Æneid.

——— *Lenibant curas.*

C A L A T I S C H I.] viminei quasilli. *Calathi* Græcè, Latinè *quasilli.* Fest. Propert. el. 7. l.4.

Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis.

κάλαθοι propriè, vbi *κάλα*, id est tinctas lanas reponebant. hinc *καλαθίσκοι ὑποκοριστικῶς.* sed
E & flores. Virg. ecl. 2.

Tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis.

Ouid. *Nec implent calathos lento de vimine nexos*
Floribus. ———

P E L L E N T E S *vellera.*] versantes fusum. & refertur ad illud, *Currite fusi.* Faërnus legit, aëra.

D I V I N O.] futuri prænuncio, veridico. Horat. od. 27. lib.3.

Imbrium diuina auis imminentium.

Idem: *Diuina, futuri.* de arte Poëtica. Ennius apud Cic. *Non enim sunt, ij aut arte diuini, aut scientia.* Alio modo dicitur: *Diuinus Poëta.* Virg. in Daphnide.

FVDERVNT.] ediderunt, cecinerūt. Cic. 1. de nat. Deorum. *Fundo physicorum oraculum.* Et *fundi* dicuntur *fortes*, quæ in vaticinatione.

CARMINE *perfidia quod post nulla arguet ætas.*] id est mendacij insimulabit. Perfidia, pro mẽdacio. quia, vt Cic. pro Roscio Com. *Qui mentiri solet, peierare consueuit.* Nulla ætas. vt contra Virg. 7. Æneid. *Omnis quem credidit ætas.*

LÆTA *luce.*] optato die nuptiarum, quo dea tibi coniunx contigit. dixi ad illud, *Excitusque hilari die.* in nuptiis Manlij.

PANDVNT.] inuoluta euoluunt. Virg. 3. Æneid.

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando.

item:

Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.

& 6. Æneid.

Pandere res alta terra & caligine mersas.

eadem sententia. ibid. *Aperitque futura.*

SORORES.] parcæ. Horat. od. 3. lib. 2.

Dum res & ætas & sororum
Fila trium patiuntur atra.

VERIDICVM *oraclum.*] sic supra, *veridicos cantus.*

QVOS *fata sequuntur.*] ex quibus fata pendent.

CVRRITE.] *currere*, pro volui. Virg. ecl. 4.

Talia secla suis dixerunt currite fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Horat. od. 10. lib. 3.

Ne currente retro finis eat rota.

& lib. de Art. Poët.

amphora cœpit Institui currente rota.

SVBTEMINA.] fila, quæ stamini inseruntur.

ADVENIET.] exorietur ab Oeta.

PORTANS.] quasi curru suo vehens. Tibull. el. 3. lib. 1.

—— hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roseis candida portet equis.

OPTATA *maritis.*] ipse:

Carpent tacita quod mente requirunt.

HESPERVS.] vide notata ad carmen nuptiale: *Tibi desinit Hesperus Oetan.*

ADVENIET *fausto cum sidere coniunx.*] adducetur exorto statim vespero. *fausto sidere*, vt Propert el. 1. l. 4. *Felicesque Iouis stellas.*

FLEXANIMO.] facile animum inflectente. ita Cic. 2. de Orat. *Tantam vim habet illa, quæ recte à bono Poeta, dicta est flexanima atque omnium regina rerum oratio. bonū Poetam*, cape Pacuuium, qui Hermiona apud Nonium: *O, inquit, flexanima, atque omnium regina rerum oratio.* sic supra: *Flectere mentis Consilium.* Virgil. 4. Æneid.

Nulli quondam flexere mariti.

Flexanimo, μαλακόψυχον.

MENTEM *perfundat amore.*] imbuat & tanquam liquore impleat. vt *perfundi gaudio & voluptate.* Cic. 2. de fin. & *perfundi suauitate.* in Bruto. eadem translatione. Virg. 4. Æneid.

Longumque bibebat amorem.

Lucret. *Veneris dulcedinis in cor Manauit gutta.* Theocrit. epitaphio Adonidis: ἐκ δ' ἄνιον τὸν ἔρωτα, *imbibam amorem.* Plaut. Mostel.

Amor permadefecit cor, & in pectus impluit. & in Trucul. *Amoris intra pectus sese penetrauit potio.* Euripid. in Hippolyro:

Ἔρως ἔρως ὃς κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον.

Amor amor, qui ex oculis stillas desiderium.

vnde, *ocellos ebrios.* ipse alibi.

LANGVIDVLOSQVE.] quia sopiti sensus somno languidum reddunt corpus, nec vigent vitæ officia. Attius Telepho apud Priscian. *Iam iam stupido Thessala somno Pectora languent.* Tibull. el 4. l. 3. *Pressit languentis lumina sera quies.*

PARET.] parata sit, velit.

TECVM *coniungere somnos.*] tecum dormire. sic Tibull. el. 1. lib. 1. *Iungamus amores.* id est mutuo amemus.

LÆVIA.] mollia tactu, quasi torno polita & rotunda. in Coma Bereo. *Leuia protendens brachia.* in nuptiis Manlij, *brachium teres.*]

SVBSTERNENS.] subijciens. Ouid.

Illa quidem nostro subiecit eburnea collo
Brachia, Sithonia candidiora niue. infra:
Ignaro mater substernens se impia nato,

CVRRITE *ducentes.*] Tibull. el. 3. lib. 3.

Aut si fata negant reditum tristesque sorores
Stamina quæ ducunt. —— & el. 6. lib. 1.
Ducit inops tremula stamina torta manu.

& el. 3. lib. 1. *Deducat plena stamina longa colo.*

SVBTEMINA.] Horat. od. 13. lib. epod.

Vnde tibi reditum certo subtemine Parcæ
Rupere. Terent *Anus subtemen nebat.* Est autem *subtemen*, quod subit stamini. Varro 4. de ling. lat. Seruius ad illud Virgilij:

Et pictur stat auri subtemine vestes: Filum, exponit, *quod intra stamen currit.* Ouid. 6. Metam.

Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo,
Inseritur medium radijs subtemen acutis,
Quod digiti expediunt, atq. inter stamina ductum
Percussi feriunt insecti pectine dentes.

NVLLA *domus tales vnquam contexit amantes*] nulli tales amantes sub eodem tecto fuerunt. sic Græci *contubernales*, ὁμωρόφους vocant. Abest hic versus cum duobus proximè sequentibus à vet. lib.

NASCETVR *vobis.*] Ouid. 11. Metam.

Namq. senex Thetidi Proteus prædixerat vda,
Concipe, mater eris iuuenis qui fortibus armis
Acta patris vincet, maiorque vocabitur illo.

EXPERS *terroris.*] in quem formido non cadet, intrepidus, ἄφοβος.

ACHILLES.] *Ligyron* ante dicebatur. postea Achilleus, ὅτι τὰ χείλη μαστοῖς οὐ προσήνεγκε quod labra mammis non admouisset, sed nutritus à Chirone visceribus leonum & aprorum, vrsorumque medullis. Apoll. lib. 3.

HOSTIBVS *haud tergo, sed forti pectore notus.*] qui nunquam auersus, sed aduersus pugnans conspicietur. *Timidi terga vertunt.* Horat. od. 2. lib 3.

Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus timidoque tergo.

Notum de milite Spartano, cuius prostrati tergo cum insideret hostis telo confossurus, qui rogauit, vt se verteret, & in pectus ensem adigeret, ne amasius erubesceat, inquit, si videat auersis confossum vulneribus.

VAGO.] vbi vagantur, qui cursu & celeritate pedum certant. Amat autem Poëta hoc epitheton, vt supra: *vago malo. vago pede. vagi folii.* Tangit autem quod ait Propert. el. 8. lib. 3.

Sunt quibus in celeres gloria nata pedes.

FLAMEA.] ignis instar velocia. Virg.

Pernicibus ignea plantis. Ouid.

Tunc sciet ignipedum vires expertus equorum.

paulo ante *alipedes* dixerat. ignis enim leuissimus & rapidissimus. Homer. *Πόδας ὠκὺς ἀχιλλεύς.* & *ποδάρκης.*

PRÆVERTET.] præcurret, anteibit.

CERVÆ.] Lucret.

Tutatur vulpes dolus, & fuga ceruos.

NON *illi quisquam bello se conferet.*] id est, nemo in pugna cum eo se comparabit, & manus conferet.

HEROS.] vt Cygnus Martis filius, & Telephus Herculis.

CVM *Phrygij Teucro manabunt sanguine riui.*] id est, infecti Troianorum cruore fluent. Cic. 1. de diuin. *Herculis simulacrum multo sudore manauit.* Liuius lib. 1. *Manantem cruore gladium præ se tenens.* idem lib. 40. *Manantia sanguine spolia.* Lucret. lib. 6. *Manabat lingua cruore.*

TROICAQVE.] vt heroica. Horat. od. 3. lib. 1. *Troica quem peperit sacerdos.*

id est, Troiana.

OBSIDENS.] cingens obsidione. Tibull. el. 3. lib. 2.

Prædator cupit immensos obsidere campos.

LONGINQVO.] vel procul à patria, vel longo. vt Virg. 2. Æneid.

Longo fessi decedere bello. *Longo*, quia decennale. Virg. 9. Æneid.

Haud sibi cum Danais rem saxo, & pube pelasga

Esse putent, decimũ quos distulit Hector in annum.

sic *longinquum*, pro longo. Ennius apud Gell.

Postremas longinquas dies cum fecerit ætas.

Horat. ep. 2. lib. 1. eodem sensu:

Græcia barbariæ lento collisa duello.

PERIVRI.] Periurus Pelops, quia fidem datam Aurigæ Myrtilo fefellit, nec dimidium modo regni non dedit; verumetiam præcipitem egit in mare, quod ab eo dictũ Myrtoum. Hygin. cap. 84. vel quod generum suum Oenomaum perfidiosè necarit. idem cap. 245.

PELOPIS *vastabit tertius heres.*] id est Agamemnon euertet. Pelopi successit Atreus; vetus Poëta apud Senecam: *Ego impero Argis, regna mihi liquit Pelops*: Atreo Thyestes frater, surrepto ariete velleris aurei, quo fatum regni continebatur: Thyestæ patruo Agamemnon. Homerus eodem ordine eos recenset.

ILLIVS *egregias virtutes.*] id est, eximias animi corporisq. dotes, vt *δύναμιν ϗ αἰδοίαν*, corporis robur, & animi magnitudinem. alioqui non procedit: *Nam impiger, iracundus, inexorabilis, acer Iura negat sibi nata.*

CLARAQVE *facta.*] quibus clarus euadet. Plaut. Amph. *Nostri pro claris factis diris aguntur malis.* Ennius: *Pro factis reddere opera pretium.* Virg. 7. Æneid.

Hunc claris dextera factis.

SÆPE *fatebuntur.*] etiam inuitæ testabun-

A tur. grauis est ab hoste expressa confessio, vt Virg. 12. Æneid.

Scis ipsa & scire fateris.

& ecl. 3.

Et mihi Damon Ipse fatebatur.

Ouid. 2. Metam.

Ipsa licet hoc à Pallade quæras,

Quamuis irata est, non hoc irata negabit.

NATORVM *in funere.*] quos Achilles interfecerit.

MATRES.] Iliades.

CVM *tremulo in canos, &c.*] alia lectio: *Cum in cinerem canos*, &c. vet. lib. *Cum cinerem canos.*

B fortasse: *Cum cinere in canos*; id est sparsos, & fœdatos rogi fauilla. In canos, valde canos. vt Virg. 6. Æneid.

Crines, in canaque menta. & 3. Georg.

SOLVENT *à vertice crines.*] vt passis crinibus lugeant. Virg. 3. Æneid.

Cum circum Iliades crinem de more solutæ.

& 1. Æneid.

Crinibus Iliades passis. Ennius apud Non. in *Passus.* *Aegro corde, comis passis.* Ouid.

Hirsutus passis, vt videare comis.

Propert. el. 15. lib. 2.

Lassa foret crines soluere Roma suos.

C Theocrit. epitaphio Adonidis: *αἱ δ' ἀφροδίτα λυσαμένα πλοκαμῖδας ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται.* Soluta comas Venus per syluas errat. Propert. el. 14. l. 2.

Illuc Diceris effusa tu Venus isse coma.

sic Lucanus de Roma:

Turrigero effundens canos à vertice crines. Ouid.

Flebilis indignos elegeia solue capillos.

PVTRIDAQVE.] Quæ senectute putruerunt. Aliquando putaui legendum esse, *Lurida*, sed sententiam muto. Nam Attius Teucro apud Non. *Quamquam annisque, & ætate hoc corpus putret.* Idem Erigona: *Quãquam exangue est corpus mihi atq. annis putret.*

D translatio est à ligno longa carie, situque putrescente.

INFIRMIS.] inualidis ætatis sexusq. vitio.

VARIABVNT.] maculis luridis inficient pectora tundendo & plangendo. Planctus appellatur propriè cum plangitur, & tunditur pectus. Virg. 4. Æneid.

Terque quaterque manu pectus percussa decorum.

ibid. *Vnguibus ora soror fœdans & pectora pugnis.*

Ouidius:

Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

idem.

Pectoraque infesta tundat aperta manu.

E *Variabunt*, scilicet maculis. Virg. 1. Georg.

Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum.

aliter Propert. el. 15. lib. 1.

Eois pectus variare lapillis.

DENSAS.] frequentes.

PROSTERNENS *messor.*] Horat. od. 14. l. 4.

Primosque & extremos metendo

Strauit humi sine clade victor. Euripid.

in supplicibus: *Κ'αμπαίμων κάρα κυνέας θερίζων.* & insertum caput galeæ metens. Virg. 10. Æneid.

Proxima quæque metit gladio. vetus Poëta apud Cic. *Reddenda terra terræ tum vita omnibus.*

Metenda vt fruges, sic iubet necessitas.
Vetus lectio est, *Præcernens cultor. Cultor*, agricola, colonus. Virg. 8. Æneid.
—— *vastant cultoribus agros.* *Præcernens* autem προκείμενος, id est, obseruans & intentus operi & pronus. Alias, *præcerpens.* refertur ad morem metendi, quo spicæ in corbem conijciebantur. Propert. el. 2. lib. 4.
Corbis & imposito pondere, messor eram.
ARISTAS.] Arista interdum frumentum Virg. 1. Georg.
Chaoniam pingui glandem mutauit arista.
interdum æstas. idem ecl. 1.
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.
interdum spicæ, vt hoc loco. *Arista* propriè primæ spicæ partes, dictę quod primæ arescant. Seruius in 7. Æneid.
SOLE *sub ardenti.*] æstate media. Virgil. in Alexi:
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Ibid. *Rapido fessis messoribus æstu.*
DEMETIT.] Virg. 11. Æneid.
Virgineo demessum pollice florem. Columella:
Duro qui pollice molles demetitis flores. metere dicitur & de vindemia. Virg. 2. Georg.
Sarmenta & vallos primus sub tecta referto,
Postremus metito. ——
ARVA *flauentia.*] flauentes aruorum aristas. metonymia. Virg. in Pollione.
Molli paulatim flauescet campus arista.
vnde *flaua Ceres.*
TROIVGENVM *infesto prosternet corpora ferro.*] vt Euripid. δμῶας ἀγαμέμνονος. & Virg.
Excepto Laurentis corpore Turni.
& Ennius: *Corpora sancta auium. Prosternet*, vt Horat. od. 4. lib. 4.
Proruet integrum Cum laude victorem.
TESTIS *erit magnis virtutibus.*] clara eius facta fatebitur. sic Virg. in Daphni.
Vos coryli testes & flumina Nymphis.
VNDA *Scamandri.*] Ennius apud Non. in *vagas. Constitit, credo, Scamander, arbores vento vagāt.* Huius fluuij, & Ideæ Nymphæ filius fuit Teucer. Apoll. lib. 3. vocatur & *Xanthus* Homero. Plinius tamen diuersum facit. Ita dictus etiam Astyanax.
QVÆ *passim.*] id est, abundanter. Seruius ad illud 1. Georg.
Et passim riuis currentia vina repressit.
RAPIDO *diffunditur Hellesponto.*] in Hellespontum influit. adijcit epitheton rapido, quia fretum est Hellespontus. Apoll. lib. 1. ὡς δ' ἐγένοντο κατὰ τὴν μεταξὺ κειμένην θάλασσαν, στενὴ δὲ χερσόνησος, ἀλλ' ἦν εἰς τὸν βυθὸν ἢ ἄλλον κατὰ φαινόμενος αὐτῆς, ἀντ' ἐκείνης ἑλλήσποντος ἐκλήθη τὸ πέλαγος.
CVIVS *iter.*] Propert. el. 2. lib. 4.
Hac quondam Tiberinus iter faciebat.
idem el. 2. lib. 1.
Et sciat indociles currere lympha vias.
ANGVSTANS.] Angustius reddens. Lucan. lib. 5.
Qua maris angustat fauces saxosa carystos.
sic Somnio Scipionis: *Angustata verticibus terra.*
CÆSIS *corporum aceruis.*] Virg. 11. Æneid.
Quando tot cædis aceruos

A *Teucrorum tua dextera dedit.* idem 6. Æneid.
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Achilles ipse apud (Non. in Amnis) Attium: ὅτι ναῦσι μάχῃ.
Scamandriam vndam sanctam salso obtexi sanguine
Atq. aceruos alta in amni corpore explens hostico.
Xanthus ipse apud Homer. Iliad. φ.
Πλῆθει γὰρ δή μοι νεκύων ἐρατεινὰ ῥέεθρα
Οὐδέ τι πῃ δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν
Στεινόμενος νεκύεσσι. Virg. 5. Æneid.
——*Cum Troia Achilles*
Exanimata sequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret leto, gemerentque repleti
B *Amnes, nec reperire viam, atque euoluere posset*
In mare se Xantus.
ALTA.] profunda.
TEPEFACIET *permista flumina cæde.*] id est, tepida reddet calido sanguine. Ouid.
Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam.
idem valet apud Horat. od. 1. lib. 2.
Qui gurges? aut quæ flumina lugubris
Ignara belli? quod mare Daunia
Non decolorauere cædes? & od. 12. l. 2.
Nec Siculum mare Pœno purpureum sanguine.
Virg. 11. Æneid.
Iliaco tumidum qui crescere Tibrim Sanguine.
C idem 6. Æneid.
Et Tibrim multo spumantem sanguine cerno.
cædes, pro sanguine. vt supra:
Respersum fraterna cæde. & infra:
Madefient cæde sepulchra. Ouid.
Et virgo cæde madentes
Vltima Cælicolûm terras Astræa reliquit.
MARTI *quoque dedita præda.*] Neci data captiua. Virg. 4. Æneid. *Dedit neci.* Lucret. lib. 6.
Corpora paupertate & morbo dedita morti.
alij tamen libri habent, *reddita*, quia debebatur Achilli, vt pote promissa.
D CVM *teres excelso coacernatum aggere.*] id est, ex leni teretique marmore altè extructum. ea forma est bustorum, politissimum nobilium. Virg. 11. Æn. *Regis Dorcenij terreno ex aggere bustum.* & 7. Æneid. *Aggere composito tumuli.* Seruius ad 8. Æneid. *Mortuis*, inquit, *nobilibus superponuntur columnæ ad ostendendum eorum columen, id est altitudinem.* Talis fuit tumulus iuxta Sigæũ, & Achilleon oppidum. Plin. cap. 30. lib. 5.
BVSTVM.] *Pyra* dicitur cum ligna congeruntur; cum ardet, *rogus*; cum exusta, *bustum.* Seru. in 11. Æneid.
EXCIPIET.] excipimus cadentia.
E NIVEOS *perculsæ virginis artus.*] Prostratæ Polyxenæ eburnea formosaque membra. Ennius apud Macrob.
Percellunt magnas quercus, excinditur ilex. idem:
Omnes mortales victores cordibus viuis
Lætantes, vino curatos somnus repente
In campo passim mollissimus perculit acris.
Priscian. acer & acris. Terent. *Perculeris iam tu me.* Varro Parmenone apud Nonium:
Alius teneram abietem solus perculit.
FESSIS.] fractis longa obsidione. Virg. 2. Æneid. *Longo fessi discedere bello.* Horat. od. 4. l. 3.
Militia simul fessas cohortes. & od. 7. lib. 2.
Longaque fessum militia latus.

Dederit *fors copiam soluere.*] fortuna omnipotens, siue cuncta gubernans facultatem fecerit soluendi. Sic Virg. 9. Æne.

Affari extremum miseræ data copia matri.

pro affandi. Latinius idem 1. Æneid.

—Coram data copia fandi.

Vrbis *Dardaniæ.*] Troiæ: nam Vir. 6. Æne. *Troiæ Dardanus auctor.*

Neptvna *vincla.*] Compages murorum à Neptuno & Apolline structorum. Virgilius 2. Æneid.

Ilium & ex imo vecti Neptunia Troia.

Propert. el. 8. lib. 3.

Mœnia cum grato Neptunia pressit aratro. vnde Homero. Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα. & Neptunus ipse ab Virg. 5. Æneid.

—Cuperem cum vertere ab imo

Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.

vincla, vt Sallust. de Tulliano: *Camera fornicibus vincta. solui* autem iuncta & contexta opera dicuntur, vt in Augusti versu de Æneide, *Soluetur litera diues.* &, *Tum sacrum soluetur opus.* Contra Callimachus in hymno ad Apollinem ἐξυφαίνειν θεμείλια. fundamina texere. vet. li. pro vincla, tecta. fortasse Texta, vt dicuntut texta nauium. & à Virg. 2. Æneid. *Roboribus textis.*

Alta *Polyxenia madefient tade sepulchra.*] id est, busta excelso coaceruata aggere madefient sanguine Polyxenæ. Periphrasis sacrificij, vt Virg. eclog. 1.

—illius aram

Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Horat. od. 13. lib.

Victima Pontificum secures ceruice tinget.

Ancipiti.] vtrimque acuto. Seruius ad illud 7. Aeneid. *Sed ferro ancipiti decernunt,* id est, *vtrinque nexio,* inquit. Lucillius apud Nonium in *Anceps Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.* vbi Nonius significare ait, *acutum ex vtraque parte.* Festus, *Anceps. significare videtur quod ex vtraque parte caput habeat, vt securis, bipennis, vel dictum à capiendo quod ex vtraque parte æquè capiatur.* Euripid. in Hippolyto, ξιφέων ἢ ἀμφιδέξιον σιδήρῳ. Num feret quis ambiguum ferruminam & Lucianus ita vocat ἀμφιδέξιος. Et ibid. Euripid. ἀμφιστόμου λόγχης. Home. ἀμφίγυον ἔγχος ἀμφίγυος ... id est vtrimque cædere potens.

Svccvmbens.] quasi procidens sub onere.

Victima.] non tantum *victima* propriè, sed & *bostia.* Ouid. 13. Metam. *Diroque fit hostia busto.* & quia hostis ab ho... & victa à victoribus immolata.

Proiiciet.] prosterendum vltrò præbebit. aptum masculo virginis animo verbum vt suprà.

Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis

Proiicere optauit potius. legend. Ouid. 13. Meta.

Fortis & infelix & plusquam fœmina virgo

Ducitur ad tumulum.

Hinc Andromache apud Virg. 3. Aeneid.

O felix vna ante alias Priameia virgo

Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis

Iussa mori.

Trvncvm.] obtruncatum. truncus adiectiuum, vt Virg. 3. Aeneid.

Trunca manum pinus regit.

Propert. el. 9. lib. 4.

Iactabat truncas ad caua buxa manus.

Truncus, propriè in corpore humano est, à collo ad coxendices. Lucillius apud Nonium in *Coxendices. Caput collo sustentatur, truncus sustinetur à coxendicibus.* Virg. 2. Aeneid.

Iacet ingens littore truncus.

Sueton. in Galba. *Caput & ceterum truncum sepelijt.* Hic igitur Polyxenæ videtur amputatum caput. Contra Ouid. 13. Metamor.

—vel tu iugulo, vel pectore telum

Conde meo, iugulumque simul pectusque retexit.

& mox. *—flens inuitusque sacerdos*

Præbita coniecto rupit præcordia ferro.

Svbmisso *poplite.*] Succiduo & inflexo. Seruius ad illud 3. *Submissi petimus terram. inclinatis,* inquit. vnde poplitem dici volunt, quod post plicetur. Ouidius loco ante dicto de casu Polyxenæ.

Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas

Cum caderet.

Optatos *animi coniungite amores.*] honesta oratio, pro amantes corpora conduplicate & collimate capita. nisi quod illud, *animi,* ad concordiam spectat potius, quam ad voluptatem. Sic Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Interea dum fata sinunt, iungamus amores.

In epithal. Manlij.

Dux bonæ Veneris, boni coniugator amoris.

Accipiat.] dari, & accipi dicitur vxor, & conuenire in manum.

Conivnx.] maritus.

Felici *fœdere.*] fausta conditione & omine & concordia. translatum à iure publico ad ius priuatum nuptiarum. Virg. 4. Aeneid.

—Non æquo fœdere amantes.

Horat. ep. 3. lib. 1.

Indigni fraternum rumpere fœdus.

id est concordiam.

Dedatvr.] permittatur mariti potestati, aptum verbum *dedatur,* ad significandum imperium mariti in vxorem, de quo Plaut. *Argentum accepi, imperium vendidi.* Vir. 4. Aeneid.

Dominum Aeneam in regna recepit. Nam *deduntur* ea quorum ius omne fit accipientium, vt hostibus, & noxæ. Dixit & suprà, *donare* in epithalamio.

Et iuueni ardenti castam donare puellam.

& *in manus dedere.*

Cvpido *iamdudum.*] ex opinione exspectantis, vt apud Virgil.

Iam dudum erumpere nubem Ardebant. 1. Aen.

&, *Iamdudum aucta tenetur Dido.* 4. Aeneid.

quia festinat abrumpere sermonem Aeneæ.

Nvtrix.] natura scilicet sedula & solicita, atque etiam alumni cupida. Horat. epist. 4. lib. 1.

Quid voueat dulci nutricula maius alumno.

nec mirum autem quod Thetidi Deæ nutricem det, cum & Ioui detur.

Orienti *luce.*] surgente Lucifero, vel sole.

REVISENS.] quæ scilicet pridie in thalamo collocarat fortaſsè, vel quia nutricibus enræ sunt alumnæ.

HESTERNO.] quo heri circũdederat. Virg. ecl.6. *Inflatus venas hesterno Iaccho.*
Proper.el.vlt.lib.2.

Hesternus positum languere corollis.

& el.7.lib.3.

Dulcis ad hesternas fuerat mihi rixa lucernas.

COLLVM *poteris circundare.*] An quia ceruix morsiunculis amatorijs intumuit? Tibull. el.8.lib.1.

—— *& in collo figere dente notas.*

An quia signum conceptus? Crurum quidem & inguinum tumorem ait Plinius, conceptæ fœminæ indicium; sed nulla mentio colli.

FILO.] fortasse lineo amictu & strophio, vt supra.

Non tereti strophio luctantes vincta papillas.

Sic Tibull.el.5. lib. 1. *Ipse ego velatus filo.* Virgil. 12. Æneid. *Velatus lino.* vt eadem sit mitax & ornatrix.

ANXIA *nec mater mœsta.*] Illud perpetuum, hoc temporale matris epitheton. Propertius eleg.22.lib.2.

Tutus & geminos anxia mater alit.

Anxia, quia maternus amor mentem consistere non sinit. congeries epithetorum, *Anxia mœsta*, pro anxia & mœsta. Liuius Andronicus Ægystho apud Nonium in *pecus*. *Tum autem lasciuum Nerei simum pecus.* Ennius. *Somnus mollissimus perculit acris.* Attius annalibus apud Priscianum

Fraxinus fixa feris infensa infinditur ossis.

& alia id genus.

DISCORDIS.] dissidentis à se, vt solent discordes. Ita *Tanais discors* Horatio, quia in duas se partes findit, & vna in Mæotidem paludem, altera in cimmerium bosphorum influit. Virg. Æneid.2. *Atque ora sono discordia signant.* Ouid. *Discordemque vtero fœtum tulit.*

PVELLAE.] filiæ. vt pueri, filij. Horat. od. 19. lib. 1. *Thebanaque iubet me Semeles puer.* & *Citherea puer ales.* Idem od.11.lib.3.

—— *Stetit vrna paulum*
Sicca, dum grato Danaï puellas
Carmine mulces.

SECVBITV.] quia seorsim à se cubet. nam ante vna cum matre dormire solita. supra.

—— *quam suaues exspirans castus odores*
Lectulus in molli complexu matris alebat.

Ouid.3.amor.

Qui tibi secubitus tristes, Dea flaua, fuissent,
Hos cogor sacrıs nunc ego ferre tuis.

MITTET.] desinet. Horat.od.vlt.lib.1.

Mitte sectari rosa quo locorum
Sera moretur.

Plaut. Aulul. *Mitte scrutari.*

SPERARE *nepotes.*] ex filia filios. Virgil. 2. Æneid.

Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum.

Ouidius.

Prima fuit thalami mihi cura, secunda nepotum.

Idem.

Sæpe pater dixit, generum mihi filia debes
Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes.

A PROFANTES.] prædicentes. *fari* verbum vaticinij. Virg.1. Æneid.

Hic tibi, fabor enim quando hæc te cura remordet,
Longius & voluens fatorum arcana mouebo.

vnde *fatum* dicitur. Et Cassandra: *Neque me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet.* vnde & *Hariolı*, tanquam *fariolı* ait Scaurus. *Profari* in eadẽ significatione accipit Vlpian. l. 1. d. de ædil. edict. *Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, mox responsa reddere ait.*

PELEI] sic Virg.

Inferias Orphei letæa papauera mittes. &
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

B CARMINA *diuino cecinerunt pectore Parcæ.*] mente diuina, & veri futurique præscia. Alii libri *diuino cecinerunt omine*. hoc est: ἐμαντεύοντο, inquit Scaliger. Notum in nuptiis omnia captari solita. Virg.1. Æneid. *Primisque iugarat Ominibus.* Propert.ele.20.lib.3.

Contineant nobis omnia prima fidem.

Valer. Max.lib.2. tit. de instit. Antiq. *Nuptijs etiamnum auspices interponebantur, qui quamuis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia vsurpantur.* Cic. pro Cluentio. *Nubit genero socrus, nullis auctoribus, nullis auspicijs, funestis ominibus.*

C PRAESENTES.] non animo & numine tantum, sed etiam sancto corpore. Virgil. in Tityro.

Nec tam præsentes alibi cognoscere Diuos.

& 1. Georg. *Agrestum præsentia numina fauni.*
id est, *propitia.* inquit Seruius: quia scilicet Dii, cum adsunt, fauent. vnde Venus 2. Æneid. *Nusquam abero.* & Horat.lib.2.epist.1.

Præsenti tibi maturos largimur honores.

Contra Dii cum abeunt, id infelix. Virg.2. Aeneid. *Excessere omnes adytis.* Horat. in arte poët.

Vt redeat miseris, abeat fortuna superbis.

D INVISERE.] vt infra *reuisere*, opis verbum & salutis.

CASTÆ.] castitas hic non stupro tantum aduersatur, vt apud Horat.od.5.lib.4.

Nullis polluitur casta domus stupris.

& Virg.3. Georg. *Casta pudicitiam seruat domus.* sed *castas* est, ab omni sceleris labe puras. Varro Parmenione. *Demitis acres pectore curas cantu, castaque poesi.* Idem Eumenid. *Nam quæ venustas hic adest gallantibus? quæ casta vestis?*

ET *sese mortali ostendere cœtu.*] Conspicuos præbere hominum conciliabulis. Virgilius 2. Æneid.

E *Cum mihi se non ante alias tum clara videndam*
Obtulit.

apud Homeru[illegible]llas vni Achilli conspicua est. οἴῳ φαινομένη, τῶν δ᾽ ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο. Ostendo autem inde dictum, quia tendere os solemus in id, quod volumus demonstrare.

COETV.] pro cœtui, vt Virg 1. Æneid.

Curruque volans dat lora secundo. & 4.
Teque adspectu ne subtrahe nostro.

Propert.eleg.19.lib.2.

—— *& reddere pinu Cornua.*

COELICOLAE.] superi.

FVLGENTIA.] auro argentoque distincta. Martialis.

Hic vbi fortunæ reducis fulgentia latè
Templa nitent.
Propert.el.1.li.4.
Fictilibus creuere Deis hæc aurea templa.

ANNVA.] semel quotannis fieri solita. Virgil.5.Æneid.
Annua vota tamen sollennesque ordine pompas
Exsequere. Ouid.
Annua venerunt Cerealis tempora sacri.
Virgil.eclog.5.
Vt Baccho Cererique, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient.
Erant & menstrua sacra. Tibull.el.3.lib.1.
Reddereque antiquo menstrua tura Lari.
Virg.eclog.1.
Bissenos cui nostra dies altaria fumant.
Erant & trium quoque annorum. Vir.4.Æne.
Vbi audito referent trieterica Baccho
Orgia. Ouidius.
Tertia quæ solito tempore bruma refert.

FESTIS.] Dies alij *festi*, alij *profesti*, alii *intercisi. festi* Diis dicati: *profestis* hominum negotiis: *intercisi* Deorum hominumque communes. Festis insunt sacrificia, epulæ, ludi, feriæ. Macro. ergo rectè dixit, *Sacra venissent festis diebus.*

VENISSENT.] rediissent. Tibull.el.1.lib.2.
Martis Romani festæ venere calendæ.

CRETVM.] alii libri, centum, rectius. Virgil.3.Georg.
Illi victor ego & Tyrio conspectus in ostro
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.
vbi Seruius ex Varrone de gente pop.Roman. *Viginti quinque missus ait fieri solitos vno die Circensium.* quare in missu vnoquoque quatuor erant currus. At Varro apud Gellium cap 10. lib.3. *Curricula ludorum Circensium solemnia septem* esse scribit. Id ita interpretor. vnumquemque missum septies repeti, ex Proper.el.25.lib.2.
Nec prius infecto deposcis præmia cursu
Septima quam metam triuerit ante rota.

PROCVRRERE.] à calce ad carceres effundi. vt supra, *procurrere in vndas.*

VAGVS.] vt suprà, *vagi sub lumina solis*, & alludit ad id quod vult Macrob. eundem esse Solem & Liberum patrem, ita dictum quod liberè per aërem vagetur. Virg.1.Georg.
——Vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres.
Orpheus. ἥλιον ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσι.

PARNASSI *è vertice summo.*] è bicipiti iugo Parnassi. Ouid.1. Metam. *(duobus*
Mons ibi (in Phocide) *verticibus petit arduus astra*
Nomine Parnassus, superatque cacumine nubes.
Bacchum autem ait è vertice Parnassi egisse Thyadas, quia in montibus Bacchanalia celebrabantur. vnde ipse Bacchus ὄρειος dictus Liber pater, & *Oreades* quod in montibus frequenter apparent: Fest. Virg.4. Aeneid.
Nocturnusque vocat clamore Cithæron.
Idem 2.Georg.
Virginibus bacchata Lacænis Taygeta.
vnde in epigrammatis græcis ὀρειότροφος, & ὀρεσίλοιπος, in montibus nutritus, & montes relinquens. Ibid. ὀρεσκῷος, vmbris montium gaudens,
A quia *Bacchus amat colles.* & ὀρεσιφοίτης.

THYADAS.] sacrificulas suas. θυάς παρὰ τὸ θύειν, à sacrificando, Virg.4. Aeneid.
Qualis commotis excita sacris Thyas.
Horat.od.15.lib.3.
Pulso Thyas vti concita tympano. & od.19.lib.2.
Fas peruicaces est mihi Thyadas. &c.

EFFVSIS *crinibus.*] passis comis. in furore soluuntur crines. Virg.6. Aen.
Non comptæ mansere comæ.
Tibull.el.5.lib.2.
Iactauit fusa sed caput ante coma.
B Virg.7. *Ventis dant colla comasque.* mox.
Soluite crinales vittas, capite orgia mecum.
Omnia denique in sacris soluta.

EVANTES.] Euoe clamantes. dixi supra.

EGIT.] ante se impulit, vt gregem. Horat. od.7.epod. *Fata Romanos agunt.*
Tibull.ele.5.lib.1.
Namque agor vt per plana citus sola verbere turbo.
Virg. 12. Aeneid. *Hic agitur furijs.* Plaut. *Quæ te agunt intemperiæ.*

CVM *Delphi.*] Ciuitas Bœotiæ, & incolæ iuxta Parnassum.

C VIVENTES.] Rapidè & cupide se effundentes. Virg.4. Aeneid.
Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes.
& 3. Aeneid.
At genus è siluis Cyclopum è montibus altis.
Excitum ruit ad portus. Idem 4. Aeneid.
Massilique ruunt equites.

ACCIPERENT *Diuum.*] Bacchum scilicet vt conuiuam. Homer. od. 1.
Αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς
Ἡμῖν, εὖτ' ἔρδωμεν ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας,
Δαίνυνταί τε παρ' ἄμμι καθήμενοι, ἔνθα περ ἡμεῖς.
Tibull.el.2.lib.2.
D *Ipse suos Genius adsit visurus honores*
Cum decorent sanctas florea serta comas.
Illius è puro destillent tempora nardo,
Atque satur libo sit, madeatque mero.
Idem eleg.1.lib.1.
Adsitis Diui, nec vos è paupere mensa
Dona, nec è puris spernite fictilibus.
Virg.5. Aeneid. *——adhibete penates*
Et patrios epulis.

FVMANTIBVS *aris.*] Virg.ecl.1.
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Horat.od.18.lib.3.
Vetus ara multo fumat odore.

E LETIFERO.] Sic Virg.6. Aeneid. *mortiferum bellum.* & 8. *fatiferum ensem.* Tibul. el. 10. l.1.
Quis furor est atram bellis accersere mortem?
& Homer. iliad. γ. πολύδακρυν ἄρηα. & πόλεμον δακρυόεντα. & *lacrymosum bellum.* Horat. od.21. li.1.

BELLI *certamine.*] sic certamen belli Plancus Ciceroni 10.fam. ep. Sunt enim & aliarum rerum certamina, vt Virg.2.georg.
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.
& 5. Aeneid.
Prima citæ Teucris ponam certamina classis.
Propert.el.13.lib.3. *Et certamen habent leti.*
Certamen honoris. Cic. 1. offic. & *gloriæ.* in Lælio, & *virtutis* 5.de finibus.

AVT *rapidi Tritonis.*] Torrentis, vel fluuii,

vel paludis. Apollud. l.1. *ἐκ κορυφῆς Διὸς ἐπὶ ποταμῷ Τρίτωνος σὺν ὅπλοις ἀνέθορε.* Idem lib. 3. Pallada diuerſam à Minerua facit, atque Tritonis filiam fuiſſe, quæ cum Mineruæ in pugna vulnus inflictura eſſet, Iuuem territum Ægidem oppoſuiſſe, atque à Minerua confoſſam illam fuiſſe. ſed Mineruam ſimulacrum illi ſimile confinxiſſe, eiuſque pectori Ægidem accummodaſſe, & apud Iouem patrem cunſtituiſſe. Lucanus lib.9. *Et ſe dilecta Tritonida dixit in vnda.*
Triton turrens in Bœotia. Pauſan. Bœticis. & palus. Mela. & alij in Lybia amnem & paludẽ conſtituunt, ad quæ loca nata ſit Pallas. Alijs *τρίτων ἢ τρίτω* Bœotica lingua caput dicitur.

Hera.] domina. *Heri*, dicuntur domini: vnde *heredes*.§.vlt.inſtitut. de hered.qualit. vnde & heri, Dij. Ipſe.

Quod temere inuita ſuſcipiatur hora. Ouid.
Mica ſalis puri pacificabat heros.

vnde rerum domina fortuna hera dicitur Ennio.

Rhamnvsia *virgo*.] Nemeſis, ab Atticæ pago cui Rhamnus nomen. Ipſe.

Nil mihi tam valde placeat Rhamnuſia virgo.

Ouidius.

Annuerat precibus Rhamnuſia iuſtis. Idem.
Memoremque time Rhamnuſidos iram.

De hac multa Pauſan. in Atticis, vbi etiam dicitur victoriolam manu tenere. & Auſon.

Me lapidem quondam Perſæ aduexêre, trophæum
Vt fierem bello, nunc ego ſum Nemeſis.
At ſicut Græcis victoribus adſtro trophæum,
Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis.

In græcis epigr.

Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τε χαλινῷ
Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.

Oceani noctiſque filia eſt. Heſiod. Theog. aliis Iuſtitiæ. aliis eadem cum Iuſtitia.

Præsens.] eadem mente, qua ſupra, *Præſentes Cælicolæ.*

Hortata *eſt*.] incitauit ad pugnam. *hortamur* & in bello milites, & in mari nautas, & in venando canes.

Armatas *hominum catervas*.] Periphraſis exercitus. propriè autem peditum *caterua*, & equitum *turma*.

Tellvs *ſcelere eſt imbuta nefando*.] nefariè ac ſceleratè fuſo ſanguine maduit. ſic *ſcelus*, pro cæde. Ouid.7.Metamorph.

Et ne ſit ſcelerata Facit ſcelus. (vnaquæque è filiabus Peliæ.) Virg.1.Æneid.

Cæcumque domus ſcelus omne retexit. & 3. Æn.
Scelerum furiis agitatus Oreſtes.

Ivstitiam.] Non tam Deam ipſam, quã virtutem.

Omnes *cupida de mente fugarunt*.] ex animo expulerunt vel auaru, vel voluptatibus dedito. Cupiditas cum iuſtitia pugnat, quia hæc ſuum cuique tribuit, illa aliena appetit. vnde *cupidus teſtis & iudex* Ciceroni eſt iniquus.

Perfvndere *manus fraterno ſanguine fratres*.] Ouid.7.Metam.

Sanguine natorum perfunditur impius enſis.

Virgil.3.Geurg.

Gaudent perfuſi ſanguine fratrum.

A & ecl.8. *Natorum ſanguine matres*
Commaculare manus.

Notæ inimicitiæ, mutuaque cædes fratrum Thebanorum, & Romuli ac Remi. vnde illud Lucani lib.1.

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Plus autem eſt *perfundere*, quam *reſpergere*, ſuprà.

Destitit *extinctos natus lugere parentes*.] filius parentum lugere mortem deſiit, quod genus eſt impietatis. Sic ex luctu pietatis quoque argumentum elicit ſenex Terentianus. *Hic parua conſuetudinis cauſa mortem huius tam fert fa-*
B *miliariter: Quid ſi ipſe amaſſet? quid mihi faciet patri?* Et Cicero pro S. Roſcio. Eſt autem pars iuſtitiæ *ſanctitas quæ pertinet ad manes.* Cicero.

Optavit *genitor primæui funera nati*.] Vota concepit pro exitio filii primo adhuc in æuo conſtituti, quæ debuit pru ſalute. Virg.7.Æne.

Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus
Exercetur equis. & lib.9.
Primæuus Helenor. & 10. *Primæuo corpore Lauſus.*

Prupert.el.7.lib.3.diuiſim.

Qui dum te ſequitur primo miſer excidit æuo.

Liber.] umni cura expeditus.

C Potirentvr *flore*.] Florenti ætate & forma. Sic Lucret.

Denique cum membris collatis flore fruuntur
Aetatis.

Nuvercae.] futuræ ſcilicet. Exempli gratia, cum ex priore vxure filio ſuperinducere nuuercam Oreſtillam vellet Catilina, & illa priuignæ nuptiis moram ubiectaret: Catilina nun tantum filii mortem uptauit, ſed etiam ipſe perpetrauit facinus, nouiſque nuptiis domũ vacuam fecit. Cic. Salluſt.

Ignaru *mater ſubſternens ſe impia nato*.] vt
D Semiramis. nam ſubſtrauit ſe etiam filiu Agrippina, ſed non ignaru. paulò huneſtius ſuprà.

Leuia ſubſternens robuſta brachia collo.

Sic Sueton. Auguſt. cap. 68. *Auguſtum* ait *Aulo Hirtio pudicitiam ſubſtrauiſſe.* Hurat.od.16.epod.

Iuuet vt Tigres ſubſidere ceruis.

Non *verita eſt Diuos ſcelerare penates*.] Auſa eſt cum ſcelere violare, vt Virg.3.Æneid.

Parce pias ſcelerare manus.

Omnia *fanda, nefanda*.] iuſta & iniuſta, confuſa & ſine vllo diſcrimine. ſpecie prouerbii. Proper.el.3.li.2. *Poſthac æqua & iniqua ferunt.* Virg.12.Æneid. *Digna indigna pati.* & *Digna at-*
E *que indigna relatu.* Plaut. *Dignos indignos adire.* Virg. 4. Aeneid. *Facta atque infecta canebat.* Cic. 2.de finib. *Ioca ſeriaque arcana occultaque omnia.* ſic Horat. od.18. lib.1.

Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Diſcernunt auidi.

Lucill. de Cibicida.

Durum, molle voras, fragmenta interficis panis.

Malu *furore*.] Impia mentis veſania. Virg. 1. Aeneid. —*furor impius intus*
Sæua ſedens ſuper arma.

Mali, impii. Virg.6. Aeneid.

—*At læua malorum*
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Ivstificam.] cui curæ eſt, vt iuſtitia exerceatur.

AVERTERE.] à nobis abalienaruot.

NEC *tales dignantur visere cœtus.*] interesse sacris, ludis, & nuptiis hominum impiorum.

NEC *se contingi patiuntur lumine claro.*] Non sinunt ad se peruenire solis lumen, vel oculos hominum, quia teguntur nube. Lucr. lib. 4.

Quos tibi cum supra sol montes esse videtur
Comminus ipse suo contingens feruidus igni.

Idem lib. 2. ——*corpora rerum*
Exineunte ano nullo contincta colore.

Quod à coloribus, tanquam à re liquida ductū. Sic Virg. 4. Æneid.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras.

ex Lucretij lib 2.

Primum aurora nouo cum spargit lumine terras.

Idem lib. 2. *Liquidi fons luminis.* Virg. 1. georg.

Aut cum sole nouo terras irrorat Eous.

An à tangeodo? quia dixit Lucret. lib. 6. *Croci contacta colore.* & *radiorum verbera* Idem vocat lib. 5. ——*Mitescere multa videbant*
Verberibus radiorum. Item.
Et radij solis cogebant vndique terram
Verberibus crebris.

Horatius od. 15. lib. 2.

Tum spissa ramis laurea feruidos Excludet ictus.

Eæ denique sagittæ sunt Apollinis, quibus in Græcorum castra pestem immisisse dicitur ab Homero.

AD EPIGR. LXVI.

ETSI.] Exordiuntur hinc sæpè Oratores & Poëtæ. Cicero pro C. Rabirio: *Etsi Quirites, non est meæ consuetudinis.* Idem pro Milone. *Etsi vereor, Iudices, ne turpe sit.* Proper. el. 19. lib. 2.

Etsi me inuito discedis Cynthia Roma.

Virgilios in Cyri:

Etsi me vario iactatum laudis amore.

CVRA.] angor, luctus: mœrores mox appellabit: *dicta cura,* inquit Festus, *quod cor vrat, vel edat.* quo alludit in coma Beren.

Cum penitus mœstas exedit cura medullas.

SEVOCAT.] seorsum vocat, abducit, separat. Plaut. Aulul. *Quid tu te solus de Senatu seuocas? tirer a part.* Cic. 2. Philip. *Cum occideretur Cæsar, te à Trebonio vidimus seuocari.* vet. gloss. *Seuocator,* ἀποχωριστής. *Seuocatorem,* χωριστής, ἀποπνῶα. vide Ciceronis thesaurum. Cura autem nos seuocat à rebus iucundis, quia mœrentes solitudinem quærunt.

CONFECTVM.] consumptum, pœnè enectum. Donatus in Andr. *Confectus, sic vulneratus & percussus, vt sanari non possit.* Plaut. Capt. *Confecisti omnes res & rationes meas.* cōcidisti, lacerasti. idem Pseud. *Conficiet te hic verbis suis.* id est, configet, cōfodiet. *Conficere cibum,* Cic. 2. de nat. Deor. pro consumere, & mandere. Virg. 6. Aene. *Cum me confectum curis senioq. grauatum.* Vide Noni. in *Conficere, frangere, consumere.* Virg. 4. Æneid.

Quem subijsse humeris confectum ætate parentem.

& 11. Æneid.

Ducitur infelix æuo confectus Acestes.

vide indicem Ciceronis.

DOLORE.] ægritudine. genus & speciem coniungit: nam *dolor* genus est, *cura* species.

A VIRGINIBVS *doctis.*] virgines hic non tam παρθένοι quam κοῦραι. Musæ enim virgines nō virgines. vt notaui ad illud Propertij eleg. 30. lib. 2.

Nec tu virginibus reuerentia moueris ora:
Hic quoque non nescit, quid sit amare, chorus.

NEC *potis est mens animi.*] Plautus in Cistell. sc. *Credam. Ita mentem animi nullam habeo.* Idem in Epidico, sc. *Si quid est. Paupertas territat mentem animi.* Mens à μένος, vel à Meniscot. *Mens animi.* Virg. 4. Æneid. *Isque amens animi.* Lucr. lib. 5. *Animus vix mente videtur.* & lib. 6. *Perturbata animi mens in mœrore metuque.* Animi ingenium. Ennius
B lib. 2. Rhet. ad Hereno. *Sin inuerecundum animi ingenium possidet.*

POTIS *est.*] archaismos, nec vllus sermo tritior Lucretio, Plauto, Terentio, Varroni. Quin & Virgilius vtitur 3. Æneid.

Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo.

quod notant Donatus in Andr. & Priscia. lib. 6. antiquum nomē potis, vnde Diui potes Varroni, καὶ δυνατοί. & potior ac potissimum, & aduerbium potè. fuit & olim pos, vnde possum, compos & impos.

EXPROMERE.] proferre in medium, efferre
C tanquam è cella promptuaria, animo scilicet & pectore. Plautus Milite. *Quicquid est incoctum, non expromit, benè coctum dabit.* Virg. 2. Aeneid.

—— *vltrò flens ipse videbar*
Compellare virum, & mœstas expromere voces.

Exprompta memoria Terentio in Andria: Donato interprete est in medium prolata, quod sumpsit è Catullo de nuptiis Pelei.

Sed primum multas expromam mente querelas.

Quod autem Catullus fœtus expromere, Virgilius in 4. Georg. fœtus edere dixit, de apib.

—— *nec corpora segnes*
In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt.

D FOETVS.] à fœda pecude dictus fœtus. Ouid. 4. fast. fœtus autumni, & fœtus arborei Virgilio poma: fœtus Musarum, versus: quasi poëtarum liberos & partus. Ouid. de libris metamorph.

Orba parente suo, quicunque volumina tangis.

Fabius. *Ne nobis scripta nostra vt recentes fœtus blādiātur.* pecudum, auium, piscium, arborum, hominum & terræ fœtus dicūtur, animiq; & corporis. quidā à fouendo deducunt. fœta neutro genere pro fœtus masculino, vel secundæ loco quartæ declinationis. Attius Bacchis apud
E Non. vbi *Sanctus Citharon frondet viridantibus fœtis,* id est, frondibus. Varro 3. de ling. lat. apud Gell. fenus à fetu pecuniæ pareotis atque increscentis; scribebatqoe Cato & æqualis fetus & fenus & fecunditas per e, non per æ. vetus gloss. fetus, a, um. fecondos. γόνιμος.

Pindarus γλυκὺν καρπὸν φρενὸς ἱλάσκομαι. dulcem fructum ingenii tempero, & blande cano. apud Cic. 5. Tusc. *Ex quo triplex animorum fœtus exstitit.* φυσικὸν, λογικὸν, ἠθικόν.

DVLCES *musarum fœtus.*] iucundos, vt sunt dulces parentibus liberi. Horat. od. 2. epod.

Domum, atque dulces liberos.

Virgil. 4. Æneid.

Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?

Tangit φιλαυτίαν poëtarum, vt alibi apertius in Suffenum. Virg. 2. georg.

Me verò primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore.

FLVCTVAT.] agitatur, iactatur, æstuat, huc illuc incerto fertur. Animus enim noster cum mari comparatur, & per turbones cum ventis & fluctibus. Plautus in Mercat. sc. *Diuum. Potin vt animo sis tranquillo? Quid si animus fluctuat?* Ipse de nuptiis Pelei.

Prospicit & magnis curarum fluctuat vndis.

Virg. 4. Æneid.

—— Varioque irarum fluctuat æstu.

& 12. Aeneid.

Irarum tantos voluis sub pectore fluctus.

8. Aeneid. *Quæ Laomedontius heros*
Cuncta videns magno curarum fluctuat æstu.

alia translatione dixit Virg. 2. georg.

—— ac latè fluctuat omnis
Aere renidenti tellus.

vet. gloss. fluctuo κυμαίνομαι, hinc aduerbium fluctuatim apud Nonium.

IPSA] emphasis in pronomine *ipsa*, quæ alios consolari & delectare solebat, nunc eget consolatione.

MALIS.] curis, luctu, mœrore, quod omnia perierunt gaudia cum fratre.

NVPER] non ita pridem, paulò antè. Fest. *Nuper quasi nouiper & nouissimè.* Donat. in Andr. *Aduerbia temporis, aut certa sunt, vt hodie, cras: aut incerta, vt dudum, nuper. Incertis certum tempus additur, vt iam dudum, nunc nuper.* vet. gloss. *nuper* ὀλίμ, πρώην. indicat recentem esse dolorem. Nuperus autem dolor, id est, recens, maior est. nam dolor tempore senescit & minuitur.

LETHÆO.] pro aqua. Nam lethe vix mouetur, & vnda dicta ab eundo, & redeundo.

MANANS.] defluens & occultè delabens. vide Festum in *manare*. infra *manare solem*.

GVRGITE.] fluuio. nam gurges pars fluuii qua rapidissimus & altissimus. vet. glos. gurges, hoc altum βυθὸς, χάσμα. æstus, hoc altum: gurges & maris est, & fluminis. vnde pro flomine, & pro mari, præsertim cum additur *altus*. Gurgites de hominibus profundæ gulæ. Isidor. c. 21. li. 13. *Gurges propriè locus altus in flumine.* Virg.

Lethæumque domos placidas qui prænatat amnem.

Item. *Lethæum ad fluuium deus euocat à me*
Lethæos latices, & longa obliuia potant.

Obliuionem Græci λήθην dicunt, vnde & letum Festus dedocit: sed fallitur, à leo enim fit. Plato in fine lib. 10. de Republica, Letheum nō fluuium, sed campum commemorat. λήθης enim πεδίον vocat, quo animæ coguntur: & Lethen amnem in Africa commemorat Lucanus lib. 8. qui Berenicen vrbem alluit,

Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis
Infernis, vt fama trahens obliuia venis.

ALLVIT] tigat, tingūit. Propert.

Sine amœna tuas tinxerit vnda pedes.

vet. glos. *alluo*, προσκλύζω. *alluuio*. προσχώσεις ποταμοῦ. Virg. 2. georg.

An mare quod suprà memorem quoque alluit infrà.

PEDEM *alluit.*] vmbras ipsas quasi inclusas teneri stygijs aquis fingunt Poëtæ. Virg. 4. ge- A org. & 6. Aeneid.

Fata obstant, tristique palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies styx interfusa coërcet.

Horatius oda 14. lib. 2.

—— qui ter amplum
Geryonem, Tityonque tristi
Compescit vnda. Proper. el. vl. lib. 4.
Damnatæ noctes, & vos vada lenta paludes:
Et quicumque meos implicat vnda pedes.

id est, impeditam & alligatam tenet noueno ambitu Stygiæ paludis. Nouenus ille Styx ad litus designat nouendiale sacrum, quo peracto B iam conditi & inclusi sub terra manes.

PALLIDVLVM *pedem.*] vmbtam ipsam fratris pallidulam, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. nam pallidi mortui. Virg. 4. Æneid.

—— Pallentes vmbras Erebi. Horat.
Pallida mors æquo pulsat pede. &
Pallidus Orcus Eumenidesque fata.

Tibullus eleg. 1. lib. 3.

—— huius spem nominis illi
Auferet extincto pallida ditis aqua.

Idem ele. 3. lib. eiusdem.

Me vocet in vastos amnes nigramque paludem
Diues in ignaua luridus Orcus aqua.

C Lucilius & Virgilius:

—— Simulachra modis pallentia miris.

Tibull. eleg. 5. lib. 3.

Parcite pallentes vndas quicunque tenetis,
Duraque sortiti tertia regna Dei.

Vide indicem Propertij, in synechdoche, & ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. *Pallidulum*, hypocotisma aptum blando sermoni. Adrianus imperator moriens eo genere lusit elegantissimè apud Spartianum in Adriano:

Animula, vagula, blandula,
D *Hospes comesque corporis:*
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, frigidula, nudula,
Nec vt soles, dabis iocos.

sic infra vuidulam à fletu comam dicit, & de nuptijs Pelei,

Frigidulos vdo singultus ore cientem.

In epithalamio, *Transfer omine cum bono*
Limen aureolos pedes.

Cic. 2. de Offic. *Quid fers Cinciole? contumeliose.*

TELLVS] Metonymia. Dea ipsa terræ pro terra vbique.

TROIA.] à Troë Troius, a, um. Virgil. 1. Æneid. *Vique & Troia gaza per vndas.* ibid.

E *Armaque fixit Troia.* an *Tellus Troia* Troicum solum, ora Troiæ, & Troias ipsa regio. Virgil. certè tellus Ilia est Ilium, 11. Aeneid.

Contigimusque solum quo concidit Ilia tellus.

Horat. *Te manet assaraci tellus.*

Virgil. *Et campus vbi Troia fuit.*

SVBTER.] Agrætius, *Super, est quod eminet. Supra, quod substratū aliquid habet. Subter, est quod ab re aliqua superiore premitur & conculcatur. Subtus, quod demissum altius non contingitur.* Gellius cap. 15. lib. 10. *Subter arborem operire aliquid.* vet. gloss. *Subter*, *subtus* ὑπὸ, ὑποκάτω. *Subter mare*, ὑπὸ τὴν θάλασσαν. *Subtus lectum*, ὑπὸ τὴν κλίνην. Iungitur hic cum sexto casu, vt 9. Æneid.

—— cum tamen omnes

Ferre

Ferre libet subter densa testudine casus.

RHOETEO *littore.*] *ῥοίτειον* promontorium Troadis, Aiacis sepulchro celebre, vt Sigeum Achillis. Seruius ad illud, 6. Aeneid.

Certè, egomet tumulum Rhæteo in littore inanem
Constitui. Apollon. lib. 1. Arg. *Ἐκ νύχιοι Ῥοιτειάδος εἰσιδέειν ἄκτης μέτρειον.* alterum verò nocturni Rhœteo in littore. Virg. 3. Æneid.

Teucrus Rhæteas primum est aduectus in oras. & 12.
Tales in aduersos ductor Rhæteius hostes
Agmen agit. & 5. *Non hæc Rhæteia matres*
Est Dorycli coniux.

EREPTVM.] per vim ademptum, mortuum. Suet. in Tiber. c. 67. *Eripiat me supremus dies.* qoi obit, eripitur ex ocolis, quod non amplius videtur. Sic Hor. *Virtutem incolumem odimus*

Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Sequitur, *numquam te aspiciam posthac*, ademptum & substractum aspectu nostro. Virg. *sublatam de medio.* infra ad Manlium,

Ereptum est vita dulcius, atque anima, Coniugium.

OBTERIT.] Guarinus ait in quibusd. lib. *Obtegi.* Sic Cic. de leg. *Obduci terra matris operimento:* .Terra terit sepultos cùm grauius incumbit. Prop. el. 2. l. 4. *Tellus artifices ne terat Osca manus.* Varro 4. de L. L: terrã deducit à terendo. Prop.

Mecum eris, & mistis ossibus ossa teram.

ALLOQVAR.] Sic sæpè qoeruntur in luctu. Philemon apud Stobæum: *ἀβίωτον ἐστιν ὄψομαι, ἀπώλεσεν.* In rebus iucondis est allocutio, qua carere quod molestum est, inde conquestionis locos. Vide lib. 1. de inuentione, *Octauus conquestionis locus, Non adfui, non vidi, non supremam vocem eius audiui.* hæc suprema allocutio de qua Virg. 6. Æneid.

Extremum hoc fato quod te alloquar, hoc est. & ecl.
Extrema moriens tamen alloquar hora.

& 9. Æneid.

—— Nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri.

AVDIERONE *vnquam*] Idem cõquestionis locus, *Non affui, non vidi, non audiui.* Virg. 1. Æneid.

—— Cur dextræ iungere dextra
Non datur, & veras audire & reddere voces.

Est autem enallage, tempus alloquar. Audiero, pro, audiam.

NE *vnquam.*] plenum desiderij verbom. Vir. ecl. *En vnquam patrios?* & 10. Aeneid.

—— numquamne leuari Obsidione fines.

TVA *verba loquentem.*] certa verba vsurpantẽ, vsitata tibi & mihi nota. Simile illud Virg. 8. Aeneid.

—— Vt te fortissimè Teucrum
Aspicio, agnoscoque libens! vt verba parentis
Et vocem Anchisæ magni, vultumque recordor!

Verba loqui, Properr.

Quid iuuat in nullo pondere verba loqui?

Ipse de coma Berenices.

Sed tum mæsta virum mittens quæ verba loquuta est?

AMABILIOR *vita.*] Vulgata hyperbole, vt ad Manlium, *Ereptum vita dulcius, atque anima*
Coniugium, & de nuptiis Pelei.

Nate mihi longa iucundior vnice vita. Virg. 4. Aen. *ô luce magis dilecta sorori.* dicitur & amicabilis: vet. gloss: Amicabilis, *φιλικός.* *Amabilior* vt

A apud Ciceronem, amabilissimus in Lælio. *Amabilissimum nedum amicitiæ tollere. Amabilior,* iucundior. Virgil. *Dignus amari.*

NVMQVAM *te aspiciam posthac.* Propert.

Et quamuis numquam posthac visura, dolebat
Illa tamen. ——

Insistet eundem locum conquestionis, qui octauus dicitur primo de inuentione. Sic pastor Virgilianus ecl. 1.

Non ego vos posthac viridi proiectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupe videbo.

Posthac significat supremum salue & vale. Ad-
B dit Plautus Asinar. *apud Orcum te videbo.* Posthac, posthæc & postea dicitur, vt præterhac; præterhæc & præterea dicitur: & Postilla Plaoto. *Posthac,* deinceps in posterum.

QVALIA.] cuiusmodi. Virgilius in Daph.

Tale tuum carmen Quale sopor.

Properrius.

Tale facis carmen d. t. quale Item.
Munera quanta dedi, vel qualia carmina feci.

SVB *densis vmbris.*] densæ vmbræ ramorum opacæ frondes, quę auem tegunt, & arcent Soles, imbres, & ventos. Tibullus lib 4.

C *Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas.*

Horatius: *Et spissæ nemorum coma.* Ibidem.

Illic & densa tellus absconditur vmbra.

Enallage numerorum pro sub vmbra. inf. ex Virgil. 4. georgic.

CONCINIT.] *ᾄδει,* pro canit, compositum pro simplici. Est & concinere, conuenire: vndè & concinnare: Festus. *Ductum à concentu Musices.* vet. gloss. concaoit, *συνυμνεῖ, ἢ συνᾴδει.* dictum concano, vt Corn. Occanere & Sallustio. Sic Virgil. 4. georgic. dè luctu Orphei amissa vxore,

Qualis populea mœrens philomela sub vmbra
D *Amissos queritur fœtus, quos durus arator*
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
Integrat, & mæstis latè loca questibus implet.

DAVLIAS.] Philomela. vide adnotata ad consolationem. Ouid. ad Liuiam:

Talis in vmbrosis mitis me denique syluis
Deflet Threycium Daulias ales Ityn.

ABSVMPTI] al. lib. *assumpti.* asumpti, à. pro ab, vt afuit pro absfuit. vide de cognatione literarum. absumptus, & confectus ferro, & dentibus patris Terei. Virg. 4. Æneid. alludens ad hanc fabulam Ityli.

E *—— Non socios non ipsum absumere ferro*
Ascanium, patriisque epulandum apponere mensis.

Idem 1. Æneid. *Sim assumpta salus.*

Plautus Mostellaria, & Milite: *Perimus, absumpti sumus, quod plus est quam occidimus.*

FATA *gemens.*] id est, vicem dolens & conquetens eius exitiom. Sic in coma Berenices. *—— mea fata sorores*
Lugebant. & ibid. *Vera gemunt.* Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 4.

Vidi ego te tali vultu mea fata gementem.

SED *tamen.*] olim dicebatur *sedum* posteà *sed,* Terent. Scaurus de Orr. Virgil. ecl.

Sed tamen iste Deus qui sit.

MOERORIBVS.] angoribus, luctu. curam;

dolorem, mala vocauit. mœror à Cicer. definitur, ægritudo flebilis.

EXPRESSA.] è Græco conuersa, & reddita. Translatum à cera in qua imprimuntur, & exprimuntur imagines. Plautus Pseudolo. *Expressam in cera ex anulo imaginem.* Gellius cap. 16. lib. 11. *Verbum de verbo expressum, vt dicitur.* Ouid. eleg. 1. lib. 2. Tristium.

Sic quæ concubitus varios Venerisque figuras
Exprimit.

Vet. gloss. Expressio, *δακτυλίου ἐκτύπωμα.* Expresso, exprimo, *ἐκθλίζω.* Traducere vulgus vocat. vertere Ter. pro Latinas facere. Exprimatio, *ἐκφρασις.* Cic. 3. Tuscul. *Quæ modo expressa ad verbum dixi.* & 1. de finibus. *Cùm fabellas latinas ad verbum de Græcis expressas legant.* exprimere etiam est vi elicere & extorquere. Sueton. *Tormentis expressa confessio:* &, *quæstionibus nihil exprimi potui.*

BATTIADAE.] Callimachi Cyrenei. De Callimacbo vide Gell. cap. vlt. lib. 7. Aristæus Cyrenæ nymphæ filius, cognomento Battus. Battus Cyrenas condidit. Catullus ipse, ep. 7.

Quæris quot mihi basiationes
Quam magnus numerus Libyssæ arenæ
Laserpiciferis iacet Cyrenis,
Oraclum Iouis inter æstuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulchrum.

Ouid. in Ibin.

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo teque tuosque modo.

Idem el. 1. lib. 2. Trist.

Nec tibi Battiadæ nocuit, quod sæpè legenti
Delicias versu fassus es ipse tuas.

NE *fortè putes.*] Sic Horat. od. 9. lib. 4.

Ne fortè credas interitura.

& Plautus Curculion. *Ne fortè tibi eueniat magnum malum.*

DICTA *tua.*] Postulata & preces: verba quibus me rogasti vt versus Græcos latinos facerem. Sic Virg. 4 Æneid.

Cur mea dicta negat duras demittere in aures.

id est, preces.

CREDITA *dicta ventis.*] commissa, tradita. prouerbialis sermo, *ventis tradere.* de iis quæ irrita cadunt & pereunt. Horatius.

Tristitiam & metus
Tradas proteruis in mare
Creticum portare ventis.

Virgil. 9. Aeneid.

Multa patri mandata dabat portanda, sed auræ
Omnia discerpunt.

vide prouerb. *Ventis tradere,* & *ventis loqui.* alio modo *ventis credere* dicimus. Tibull.

Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Petron. *Crede ratem ventis, animum ne crede puellis.*

NEQVICQVAM] incassum, frustra. vet. gloss. *Nequicquam,* cassum, frustra. *μάτην, μάταιως, ὡς ἄλλως.* Apud Festũ, & alibi sæpè scribitur sine c. *nequiquam,* quod olim non geminabant consonantes.

VAGIS.] ventis, leuibus, incertis, mobilibus. Hor. od. 29. lib. 3. —— *caretque*

Ripa vagis taciturna ventis.

Sic ab eodem Horatio dicuntur *vaga flumina.* & ventus nihil aliud est quàm aër fluens. Tibull.

A lib. 4. *Et vagus à terris, qua surgere nititur aër.* Ibid. *Non violata vagi sileantur pascua Solis.* Horat. *vaga luna,* &, *vaga Cornix.*

EFFLVXISSE.] excidisse mihi madida memoria, & profluuia fide. vide adnotata ad illud Propert. el. 20. lib. 1.

Id tibi ne vacuo defluat ex animo.

VT *malum.*] Tanquam aliud agens tria ponit exempla rei malè creditæ: si credita est ventis à quibus iactatur & differtur per aërem: si effluit, aut aqua è pertuso dolio, vel vase futili, vel si gremio creditur vt malum quod excidere

B solet inde puellulis. mala aũt seruiunt amorib. vt notaui ad ecl. 3. Virg. *Malo me Galathea.* Quid malum sit, & quotuplex, vide Macr. cap. 19. lib. 3. Satur.

MVNERE *sponsi.*] al. l. *sponsæ,* vt respondeat τῷ *missum.* Si *sponsi* legimus, respondebit τῷ *munere.* fortasse legendum,

Vt missa sponsi furtiuum munere malum.

Munus in leg. 53. de verbor. signific. definitur, Donum cum causa, vt Natalitium, Sponsalitium, Nuptiale.

FVRTIVO *munere.*] quod clanculum mis-

C sum est, sed quid opus clandestinè missum? Sponsæ enim apertè licet id facere. an quod pudor palam accipere virgines vetat? an quod furtiua in amore iucundiora? vnde & furta ista vocant amores Virg. & Catull. *Furta Iouis, Veneris, & Martis.* an *sponsi* pro *proci*? Horat. ep. 2. li. 1. *Sponsi Penelopes,* id est, proci. Plaut. Amphit. *Furtiuis rebus operam dare,* id est, adulteriis. Sponsus quis, vide apud Gell. cap. 4. lib. 4. *μνηστήρ.* *le Fiancé.* Donatus in illud And. *Placuit despondi. ex veteri more,* inquit, *quo spondebat etiam petitoris pater vnde sponsus & sponsa dicitur.* vet. glos. Spõsus, *μνη-*

D *στήρ.* Sponsus, nurus, *νυμφίος.* vide Festum in spõdere. Varro 5. de L. L. *Sponsus, cui erat desponsa.* vide Seru. ad illud 10. Aen. *Gremiis abducere Pallas.*

PROCVRRIT.] porro, & longe currit: infr. dicet, *prono præceps agitur decursu.* *Procurrere* in re militari dicuntur milites cùm initio pugnæ cum intra pili iactum ventum est, magno feruntur impetu. Virg. 12. Aeneid.

Dixit, & aduersus telũ contorsit in hostes Procurrens.

Ib. *Quẽ rota præcipitẽ & procursu concitus axis Impulit.* Est & geographiæ verbum de eo qui excurrit, & excedit alterius loci spatium. Ouid. 4. fast.

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor

E *Trinacris.* & 6.

Par facies templi, nullus procurrit in illo Augustus.

E *casto gremio.*] è sinu puellæ adhuc integræ, & intactæ. Sic infrà de Coma Beren.

Et Veneris casto collocat in gremio.

Greminm, quasi geremium à gerendo. Ouid. el. 1. li. 1. Trist. *E gremio reijcietque suo* (librum.)

MISERA *ablita.*] τῷ *misera* tacitum habet epiphonema poëtæ alienã vicẽ dolentis, & ex obliuione natũ incommodũ miserantis. Sic Virg. 4. georg. *Immemor, heu victusque animi, respexit.* ibi omnis effusus labor. Sic in nupt. Pelei. *Ah misera! assiduis quam luctibus externauit.* Virg. ec. 9. *Mantua (væ miseræ!) nimium vicina Cremonæ.* Sic enim interpungo. nam Mantuam nõ Cremonã miseratur. Sic & Catull. —— *querelis*

Quas ego, væ misera, extremis proferre medullis
Cogor.

Excvtitvr *miseræ locatum.*] plus est, quã Excidit, & gestu adiuuandum. Virg. 2. Æneid.

Excutior somno. Sic Turpilius Philopatro apud Nonium in *Strophium. Me miseram! quid agam? inter vias epistola excidit mihi? Infelix! inter tunicam & strophium collocaueram?* Virg. 2. Æneid.

——*Tantumque nefas patrio excidit ore.*

& *oblita*, 9. Æneid.

—— *& corda oblita laborum.*

Conscivs *ruber.*] Notum illud,

Erubuit, salua res est. Index & testis culpæ admissæ ob munus acceptum clam matre. Virgil. 11. Æneid. de lupo.

——*Conscius audacis facti*
Occiso pastore lupus magnove iuuenco.

vet. gl. *Conscius, συνειδώς.* conscius, *συνίστωρ.* Conscius, *συνίστωρ.* Conscit, consciscit *συνίστωσι.* Nonius: *Scius, secum: conscius, cum alio: licet indifferenter legatur.* Ouid. eleg. 9. lib. 3. Trist.

Conscia percussit meritorum pectora Colchis.

Ingenui pudoris color quasi auroræ. Sic virgineum ruborem dixit Virg. 1. georg. & 12. Aeneid. vide Macrob. cap. 11. lib. 7. Saturn. vide adnotata ad illud, *& ingenuus pudor*, quæ *rubra aurora* dicitur Propert. eleganti epitheto à Næuio apud Gell. vocatur *Pudori color.*

AD EPIGR. LXVII.
De Coma Berenices.

Qvod *non fortior auxit auis.*] Si cui placet hæc lectio, ita explicabit: prima omina & auspicia satis fuisse illi coniugio firma, neque opus fuisse aui secunda, quæ magis ratum faceret. Sic Virgil. 1. Æneid.

Cui pater intactam dederat, primisque iugarat
Ominibus.

Propertius eleg. 20. lib. 3.

Contineant nobis omina prima fidem.

Fortior autem auis dicitur, quæ magis firmat omen & auspicium: & augeri dicitur coniugium, cum ad prius auspicium alterum accedit. Augendi autem verbum videtur augurale fuisse. Cornelius Tacitus lib. 2. Annal. *Auctus omine, & addicentibus auspiciis, vocat concionem.*

Qvi *cum ego, dum virgo quondam fuit omnibus expers, Vnguentis vna millia multa bibi.*] fortasse legendum *Omnibus expreta Vnguentis.* vt apud Plautum Bacchidibus: *It magister, quasi lucerna, vncto expretus linteo.* Expretus, pro expletus, r. pro l. vt barathrones, balathrones: Lemuria, Remuria: palmularij, parmularij: conflages, confrages: graniæ, glaniæ: parilia, palilia. magis tamen probo Io. Aurati coniecturam, qui legendum putabat, *ominis expers.* Sic Horatius oda 11. lib. 3.

Nuptiarum expers, & adhuc proteruo Cruda marito.

Virg. 4. Æneid.

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ,

fortasse autem ita legendus est posterior versus:

Vnguenti Assurii millia multa bibi.

A vel vnguenti Surij, pro Assurij, vel Syrij. & dixit: *Millia vnguenti*, vt in epithalamio, *multa millia ludi.*

Sangvis *expertem non votis esse tuam me.*] varietas lectionis mendum arguit, veris, vestris vostris, verbis, votis. fortasse scribendum,

Sanguinis expertam non nolis esse tuam me.

vt suprà: *Cum tu volebas, nec puella nolebat.* Cicero epist. 9. li. 13. ad Atticum: *Id eum non nolle mihi scripsisti.* Plautus sæpè, *Nisi ne eum.*

AD EPIGR. LXIX.

B Sed *dicam vobis: vos porrò dicite multis Millibus.*] Sic Callimachus hymno εἰς Ἄρτεμιν.

Εἴπω δ' ἐμὰ, σὺ δ' ἐμὰ ἀμμιν, ἐγὼ δ' ἑτέροισιν ἀείσω.

Qvæ *nempe & nostro letum miserabile fratri Attulit.*] ver. lib. Quæ veter, neter, noter. fortasse, Quæ nuper. vetus enim scriptura fuit nœper; œ. pro u. vt, œtier, cœrator, pœnio, mœnio. quod confirmatur simillimo loco, in elegia ad Ortalum suprà.

Namque mei nuper Lethæo gurgite fratris
Pallidulum manans alluit vnda pedem.

Hei *misero fratri iucundum lumen ademptum.*] Insignis dilogia, lumen ademptum fratri, erepta
C fratri meo lux & vita; & frater lumine cassus, Item: mihi fratri ademptum lumen: ereptus frater quem oculitus amabam, sum velut altero oculo fratris morte orbatus. Festus: *Orba est, quæ patrem, aut matrem, aut filios, quasi lumen amisit.* Ausonius parentalibus,

Amissum flesti per trina decennia natum,
Saucius, at leuo lumine cassus eras.

Fabius in prooemio lib. 6. *Mihi filius minor, vt in malis agerem, prior alterum, è duobus eruit lumen.*

AD EPIGR. LXXVII.

D Expvlit *ex omni pectore lætitias.*] Non damno hanc lectionem, fortasse tamen legendum vno verbo, *exsomnis.* Cassius Parmensis in Orpheo.

—*nocturno exsomnis oline Immoritur.*

Nota est amantium insomnia.

AD EPIGR. LXXXI.

An *verè fama susurrat.*] vet. lib. *vera*, fortasse, *verax.*

E
AD EPIGR. LXXXIV.

Mvle *nihil sentis.*] ver. lib. *Nulle mihi sentis.* id est, meo iudicio merus es stupor. Volcatius Sedigitus.

Vt contra, si quis sentiat, nil sentiat.

AD EPIGR. LXXXV.

Credo *sic mater, sic liber auunculus eius.*] Eos falli puto, qui liber censent nomen esse gentis vel familiæ: significat enim spurium, qui patruũ non habuerit liberũ, atq; ideò nec patrem. idẽ ferè iocus Afranii apud Charis. lib. 1.

Contemnens, inquit, *liber natus est, ita mater eius dixit, in Gallia, cum ambos emerem.*

AD EPIGR. XCIII.

TOTIDEM *mox deprecor illi Assiduè.*] interpungo. —— *totidem mox deprecor illi.*
Assiduè verum dispeream nisi amo.

AD EPIGR. XCVI.

AT *Volusi annales Paduam morientur ad ipsam.*] Paduam variè commutarunt alij. Ego arbitror errorem natum ex peruerso literarum ordine, Pacuam, pro Capuam. Fuit enim Seplasia Capuæ, vbi odores & vnguenta vænibant, quibus inuolucra præbebant infelices chartæ.

AD EPIGR. CIX.

SI *Comini arbitrio populi tua cana senectus.*] vet. lib. *arbitrio populari.* Delendum igitur tua: quod adiecerunt ad implendum versum, qui legerât, populi, & qui existimabant Comini dictum vocandi casu: at patrius casus est: & Comini senectus pro Cominius senex: Populari autem arbitrio, est ciuium & popularium vel voluntate, vel iudicio populi, comitiis centuriatis.

AD EPIGR. CXI.

TV *quod promisti mihi, quod mentita inimica es.*] vet. lib. *mihi & quod.* lego, & interpungo,
Tu quod promisti, mi & quod mentita inimica es.
Odi te, inquit, quod cum promiseris, fefellisti. Inimica es, dictum, vt à Virgil. Æneid. 1.
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

AD EPIGR. CXII

NVPTARVM *laus est laudibus eximiis.*] pro *est*, legendum puto *ex.*

AD EPIGR. CXIV.

MOECHILIA.] fortasse *Mæchulei.* Sic pro Hædilia apud Horatium od. 17. lib. 1. Auratus legebat Hædulei. Nam vt ab equus, equulus, equuleus: hinnus, hinnulus, hinnuleus: hœdus, hœdulus, hœduleus: sic à mœchus, mœcbulus, mœchuleus.

AD EPIGR. CXV.

FIRMANO *salto non falsò mentula diues.*] Muretus restatur in vet. lib. esse *formiano*, quod rectum est, quia Formianus Mamurra fuit: vnde supra dixit:
Vrbana altera, & illa Formiana.
Est autem crasis, & contrahitur id verbi in tres syllabas. Sic suprà,
Flos Veronensium depereunt iuuenum.

AD EPIGR. CXVI.

MENTVLA *habet instar triginta iugera prati.*] vet. lib. pro *instar*, *noster.* fortasse, nostra, vel vestra, vt ad Cæsarem & Pompeium sermo dirigatur. Sic supra
Vt ista vestra diffututa mentula.
a verò producitur ob syllabam sequentem.

CÆTERA *sunt maria.*] Prouerbialiter hoc dictum putat Scaliger. Ego Euripum aliquem aut Nilum significari puto in villa Formiana. Nam superiore epigrammate dixit, illic esse omne genus pisces. Plinius de Lucullo, *Exciso monte Euripum & maria immexit.* Videndus Cicero initio libri 2. de legibus.

NON *homo, sed verè mentula magna minax.*] vet. lib. —— *mentula magna minax.*
videtur deprauasse versum Ennij,
Machina multa minax minitatur maxima muris.
An adludit ad custodem hortorum, qui
Inguinibus puero, prædoni falce minatur.
Vt iocetur in Mamurrani, terriculamentum.

EIVSDEM IOAN. PASSERATII PROFESS. ET INTERPR. REG. IN TIBVLLVM NOTÆ.

AD ELEG. I. LIB. I.



FLAVA *Ceres, tibi sit nostro de rure corona Spicea.*] *Tibi sit*, dicantis est, pro tua sit, tua esto. Sic lib. 4.
Tota tibi est hodie.
Ita mihi, pro meus: nobis, pro noster. Horatius oda 22. lib. 3.
Imminens villæ tua pinus esto.
Plautus Pseudolo. *Operam tibi dico*, inquit. At idem Aulularia. *Da mihi operam. Tua est, vtere.* Igitur, Tibi sit, vt tua sit, verba dicantis.

IAM *modo non possum contentus viuere paruo.*] id est, possum pauper esse, & paupertatem ferre. Nam *Paupertas*, vt ait Seneca epist. 88. *est parui possessio.* Dixit autem supra,
Me mea paupertas vita traducat inerti.
Horatius oda 16. lib. 2.
Viuitur paruo bene.
& in clausula elegiæ ait,
Dites despiciam, despiciamque famem.
ergo pauper inter diuitem & egentem. Seneca epist. 59. *Paupertas (verborum) imò egestas.*

NON *agnamve sinu pudeat, fœtumve capellæ Desertum oblita matre, referre domum.*] Turpe videbatur, præsertim homini vrbano, gestare

pecudem. ideo eleg.3.lib.2.

Ab quoties illo vitulum gestante per agros
Dicitur occurrens erubuisse soror.

H I C *ego pastoremque meum lustrare quotannis,*
Et placidam soleo spargere lacte Palem.] fortasse, *pastorumque Deam.* vt Pana significet, quem vna cum Pale coniungit, vt infra eleg. 5. lib.2.

Lacte madens illic suberat Pan ilicis vmbræ,
Et facta agresti lignea falce Pales.

An legendum, *pastoremque Deum:* vt designetur Apollo νόμιος, qui etiam cum Pale coniungitur à Virgilio initio lib.3.georg.

Te quoque magna Pales, & te, memorande, canemus
Pastor ab Amphryso.

P A R V A *seges satis est, satis est requiescere lecto*
Si licet.] alii lib. *uno requiescere lecto.* alii *paruo.* posterius malo, & ita legere,

Parua seges satis, & paruo requiescere lecto
Si licet. Nisi quis malit, *tecto*, quia sequitur *toro.* Paruus lectus, quia angustus Propertio, & tenuis est fortunæ index. eleg.8.lib.1.

Illa vel angusto mecum requiescere lecto.

& eleg.1.lib.1.

Nos contra angusto versamus prælia lecto.

D I C E R E *nec cano blanditias capiti.*] alii libri *capite.* Sed *capiti* iungi potest cum verbo *decebit.* non decebit capiti cano. Nam decere sępè iungitur cum dandi casu, eleg.2.

Illa docet furtim molli decedere lecto.

vet.lib. *discedere*, fortasse *descendere.*

AD ELEGIAM II.

Q V I S Q V I S *amore tenetur, eat tutusq. sacerque Qualibet.*] vet.li. *Quolibet.* Sic Catullus.

At vos quolibet hinc abite lymphæ Vini pernicies.

Quod vtrumque exemplum addendum ad formulas.

S I *quis & imprudens aspexerit, occulat ille,*] vet. lib. *Si quid.* τὸ *quid* stuprum sæpè notat, vt aliquid, & quidlibet. Propertius eleg.18.lib.2.

Si quid vidisti, semper vidisse negato.

idem eleg.10. lib.1.

Nec si quid petiit, ingrata fronte negaris.

idem eleg.19.lib.2.

Tu quoties aliquid conabere, vita, memento
Venturum paucis me tibi Luciferis.

& elegia 22. eiusdem libri.

Quod si fortè aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.

Ouid.eleg.2.lib.3.amorum.

Risit, & argutis quiddam promisit ocellis.

Propert.el.penult.lib.2.

Est quiddam quod vos quærere cogat amor.

C V M *libet æstiuo conuocat orbe niues.*] vet. lib. *æstiuas.* Nihil tamen mutandum: nam æstiuus orbis, æstiuus est annus, hoc est anni pars æstiua, vt lib.4.

Seu propior terris æstiuum fertur in orbem.

Virgil.1.Æneid.

Triginta magnos voluendis mensibus orbes
Imperio explebit. id est annos.

E T *in solito pascere monte pecus.*] vet. lib. *in solo.* Virgil.lib.11.Æneid.

A *Pastorum & solis exegit montibus æuum.*

Propertius eleg.19.lib.2.

Sola eris, & solos spectabis Cynthia montes.

N V M *Veneris magnæ violaui numina verbo.*] Scio Venerem magnam dici, nec tamen vet. lib. lectionem improbo; *magno verbo.* Magna enim verba, superborum, vel iratorum: quibus inuidiam vel odium Deorum sibi conciliant. Virg.10.Æneid.

Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo
Crediderat.

Ausonius Paulino.

B *Grande aliquod verbum nimirum diximus, vt se*
Inferret mediis vindex Rhamnusia votis.

Sic magnam linguam Niobes dixit Horat. od. 6.lib.4.

Diue, quem proles Niobea magnæ
Vindicem linguæ, Tityosque raptor Sensit.

P O S T *Veneris vinclis subdere colla senem.*] Hæc est grauissima pœna, & Veneris vltio. Nam vt ait Menander: Γέρων ἐραστὴς ἐσχάτη κακὴ τύχη.

AD ELEGIAM III.

C O *Vtinam memores ipse cohorsque mei.*] vet. lib. *Tuque cohorsque.* fortasse, *Duxque cohorsque.*

I L L A *sacras pueri sortes ter sustulit illi Rettulit è triuiis omina certa puer.*] vet.lib. *ille*, fortasse *illæ:* ἀρχαϊκῶς. Tolli autem sortes solitas fortunæ monitu, & operam pueri interponi consueuisse, indicat M.Tullius lib.2.de diuin.his verbis. *Ex illa olea arcam esse factam, eaque conditas sortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur. Quid igitur in iis potest esse certi, quæ fortunæ monitu, pueri manu, miscentur atque ducuntur?*

A V D E A T *inuito ne quis discedat amore.*] for-
D tasse legi & interpungi ita debet,

Audiat, inuito ne quis discedat amore.

Me, inquit, audiat, & verba mea notet, qui discessum parat amica & amore ipso inuito. Ego enim qui id feci, in tristem periculosumque morbum incidi.

C V N C T A *dabant reditum, tamen est deterrita nunquam Quin fleret, nostras respiceretque vias.*] vetus liber

——Tamen haud deterrita frustra est,
Quum fleret.

Optimè. Cum videret, inquit, se temperare à lachrymis non posse in ipso discessu, id ei
E formidolosum ac ominosum fuit: Eiusmodi omen à lacrymis legere est apud Virgilium lib. 12.Æneid.

Ne quæso, ne me lacrymis, neve omine tanto
Prosequere, in duri certamina Martis euntem,
O mater.

Et in eodem libro necem Amatæ portendit, quòd

Accepit vocem lacrymis Lauinia matris.

Item lib.8. Aeneid. Iudicium est futuri Pallantis interitus, quod Euander parens,

—— dextram complexus euntis
Hæret inexpletum lacrymans.

Apud Apollonium lib.1. Argon. Iason matri lacrymanti in discessu ait: μὴ δ' ὄρνις ἀνιάζεο λίην.

A neque auis tristis sis naui, id est, nobis naui-
gaturis: diciturque Euripidi in Oreste *οἰωνὸς*
μέγας.
N V N C *Dea, nunc succurre mihi.*]
Scribo vna voce, *Nuncdea*; nam ita Isis vocaba-
tur. Propert. el. 28. lib. 2.

Io versa caput primos mugiuerat annos:
Nunc-Dea, quæ Nili flumina vacca bibit.

Lucanus.

Euoluam busto iam-numen gentibus Isin.

R E D D E R E Q V E *antiquo menstrua cura Lari.*]
menstrua quidam mutarunt in *mascula*. Imperitè.
Nam menstruis supplicationibus colebantur
B Lares, & noua Luna, vt opinor. Horatius oda
23. lib. 3.

Cælo supinas si tuleris manus
Nascente Luna, rustica Phedile:
Si ture placaris & horna
Fruge Lares, auidaque porca.

Cum autem Horatius oda 5. lib. 4. doceat Au-
gustum vnà cum Laribus coli solitum, ea sa-
cra menstrua fuisse ostendit Virgil. ecloga 1.
qui locus ab Interpretibus non intellectus.

Hic illum vidi iuuenem, Melibœe, quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.

Innuit enim quot mensibus sacrificatum Au-
C gusto fuisse, vt & Laribus.
F A C *lapis inscriptis stet super ossa notis.*] Vt
frontibus monumentorum inscribebantur e-
pitaphia, sic etiam Columellis interdum. Pro-
pertius el. 7. lib. 4.

Hoc carmen media dignum me scribe columna,
Sed breue, quod currens vector ab vrbe legat.

Ita è Columella, & ei imposita sphæra, depre-
hendisse se Archimedis sepulchrum ait M.
Tullius Tusculan. 5. Quare hic per stantem la-
pidem significari puto Columellam sepulcro
impositam.
T V M *niger in turba serpentum Cerberus ore Stri-*
D *det.*] vet. lib. *in porta*: quod mox explicat, ante
fores, vt ianitor scilicet. Stridet autem Cerbe-
rus ore serpentum, quos centum in iuba gerit,
ore autem suo latrat. Prætereà hydræ, siue E-
chidnæ filius fingitur, quæ stridere dicitur à
Virgil. 6. Æneid.

—— *ac bellua Lerna*
Horrendum stridens

T V N C *veniam subito, nec quisquam nuntiet antè*]
Melius vet. lib. *Ne quisquam*. Est enim ratio su-
biti aduentus; cuius ipse nuncius esse vult. Si-
mile quiddam de Tito Vespasiano narrat Sue-
E tonius, in Tito cap. 5. *Romam inde contendit expe-*
ditissimus, inopinantique patri, velut arguens rumorum
de se temeritatem, Veni, inquit, pater veni. Sed mul-
to magis ad locum hunc Tibulli pertinet ille
Ciceronis Philipp. 2. de Antonio & Citheride
mima.

AD ELEGIAM IV.

QV A M *citò formosas populus alba comas.*] vet.
lib. pro *alba, ante.* lego vna voce, *antecomas*:
quæ ante comæ fuerant. Sic infr. el. 5. lib. 2.

Iactauit fusa, sed caput antecoma.

& eleg. 1. lib. 3.

Pumex & canas tondeat ante comas.

Sic eleg. 6. lib. 1. *ante-via.* & eleg. 3. lib. 2. *nouerca-prius.*
Catullus, de coma Berenices,

Abiuncta, paulo-ante-coma.

M O E R E N T E M *stultos prateriisse dies.*] Stulti
dies, sunt stultæ adolescentiæ. Temeritas e-
nim & stultitia est florentis ætatis. Sed vet. lib.
tardos, non *stultos*. Fortasse *tacitos*: quia tacito pe-
de labitur ætas.
M E *qui spernentur amantes Consultent, cunctis ia-*
nua nostra patet.] Tangit duplicem morem iu-
risconsultorum: vnum, ambulandi transuerso
foro: alterum, inscribendi in ianua, *Licet con-*
sulere. M. Tullius lib. 3. de Orator. *M. verò Mani-*
lium nos etiam vidimus transuerso ambulantem foro:
quod erat insignè, eum qui id faceret, ciuibus omnibus
facere consilij sui copiam. alterum, de quo Cicero
in Mureniana. Sed Brissonius hoc adnotauit in
formulis.

AD ELEGIAM V.

VO T A *nouem Veneri nocte silente dedi.*] vet.
lib. *Triuia*: quod verissimum est. Nam a-
git de insomnijs, quibus procurandis & auer-
tendis præest Hecate. eleg. 4. lib 3.

Efficiat vanos noctis Lucina timores.

Sophroo, apud interpretem Lycophronis,
Hecatæ canes ait solitos immolari quod latra-
tu suo visa & imagines nocturnas dissipent.
Et Propertius insomnia vocat. Omina Lu-
næ.
P O S T A G A T *hanc triuijs aspera turba canum*]
vet. lib. *à triuijs*, vel *è triuijs*, vt eleg. 3. *è triuijs pu-*
er. ita hic canes è triuijs.
N E C *verbis victa patescit ianua.*] vet. lib. *fatiscit.* Ita Virgil. lib. 6. Æneid.

—— *neque enim ante dehiscent*
Attonitæ magna ora domus.

Plaut. Pseudolo scen. 1. act. 4. S I. *Tace, ædes hiscunt.* P S. *Credo animo male est ædibus.* S I. *Quid iam?*
P S. *Quia Aedepol ipsum lenonem euomunt.*

AD ELEGIAM VI.

TV N C *mihi non oculis sit timuisse meis.*] Ne
mihi sit timuisse, pro, ne timeam: vt el. 3.
lib. 4.

Ne tibi sit duros acuisse in pectora dentes.

Propertius eleg. 20. lib. 1.

Ne tibi sit duros montes, & frigida saxa,
Galle, nec expertos semper adire lacus.

vbi vide ad notat. Loquitur autem de sacris bo-
næ Deæ, quibus si mares interfuissent, eos con-
tinuò credebant cæcos fieri. Cicero in oratio-
ne de Arusp. resp. & Propert. el. 10. lib. 4.

AD ELEGIAM VII.

BA C C H V S *& agricolæ magno confecta labore*
Pectora tristitia dissoluenda dedit.] vet. lib.
letitia. fortasse *lætitia.* dedit pectora confecta
labore dissoluenda lætitiæ. Nam lætitia dissol-
uit & diffundit animos.

NON *tibi sunt tristes curæ, nec luctus Osiri; Sed chorus, & cantus, lenis & aptus amor.*] vet. lib. ——— *& cantus, & leuis aptus amor.* hoc sensu. non curæ, non luctus tibi aptus, sed chorus, & cantus, & amor leuis. Leuis amor, vt Ouidius ait ad amorem ipsum: A

Tu leuis es, multoque tuis ventosior alis.

SIC *venias hodierne.*] Genium, siue Natalem alloquitur, eo modo quo solebant eos vocare quorum dies natalis erat. Plautus Pseudolo, act. 1. sc. 3. *Hodie nate, heus hodie nate, tibi ego dico; heus hodie nate, redi.*

LIBA *& Mopsopio dulcia melle feram.*] vet. lib. *mella.* videtur ergo legendum, & interpungendum: *Liba, & Mopsopia dulcia mella feram.* B *Mella Mopsopia*, sunt Attica mella: nam Attica à Mopsopo rege dicta Mopsopia: auctor Strabo, lib. 9. diuersa autem erant munera libi & mellis, licet mellita essent liba. sic eleg. vlt. huius libri:

Atque aliquis, voti compos, liba ipse ferebat, Postque comes purum filia parua fauum.

NAMQVE *opibus congesta tuis hic glarea dura Sternitur, hic apta iungitur arte silex.*] Hoc est quod in veteribus inscriptionibus sæpe legitur: *Viam sua pecunia fecit. Viam silice pecunia sua strauit. Viam impensa sua restituit.* de quibus Brissonius in formulis. C

AD ELEGIAM VIII.

QVID *tibi nunc molles prodest coluisse capillos.*] vet. lib. *tum.* fortasse *tam*, tam coluisse; vt elegia 5. lib. 2. vbi legitur:

Et fausto morbo cum iuuat ipse dolor.

vet. lib. *tum.* legendum, *tam iuuat.*

SÆPEQVE *mutatas dispoßuisse comas.*] Callimachus: Εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος, de Venere:

Πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετῆκε κόμαν.

QVID *vngues Artificis docta subsecuisse manu.*] vet. lib. suppoluisse. Legendum igitur erit, doctæ manu, tertio casu. D

ET *faceret, si non æra repulsa sonent.*] vet. lib. *recurua.* vt cornua significentur, quę ex ære curuo. Ouid. 1. Metam.

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Virg. 7. Æneid.

Cornuque recurvo Tartaream intendit vocem.

VEH *miser, absenti mœstas quam sæpe querelas Conijcit, & lacrymis omnia plena madent.*] vet. lib. *concinit.* vtrumque rectum est. Virg. 1. Georg.

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Cicero in Aratæis: E

——— *& assiduas iacit ore querelas.*

videndum est etiam, num pro *omnia*, legendum sit, *limina*, hoc est lumina.

VEL *cum promittit subito, sed perfida fallit.*] puto interpungendum esse:

Vel cum promittit, subitò sed perfida fallit.

Propertius elegia 22. lib. 2.

Hic vnus dolor est ex omnibus acer amanti, Speranti subito si qua venire negat.

AD ELEGIAM IX.

AT *deus illa in cinerem, & liquidas munera vertat aquas.*] Plautus Rudente, sc. 7. act. 4.

At ego deos, quæso, vt quicquid in illo vidulo est, Si aurum, si argentum est, omne id vt fiat cinis.

IPSE *deus tacito permisit lene ministro Ederet vt multo libera verba mero.*] vet. lib. *lena*, hoc sensu. deus ipse permisit, vt lena ebria omne arcanum & crimen puellæ effutiret tacito & fido amatoris ministro.

VT *me nunc nostri, Pieridumque pudet*] geminũ illud Varronis Parmenone, apud Nonium in pudet & piget. *Pudet me tui, & Musarum : agnoscere piget, currere, & vna sequi.*

ILLA *velim rapida Vulcanus carmina flãma Torreat, aut liquida deleat amnis aqua.*] pœna malorũ carminum, vt i, vt apud Catullum Annales Volusij tardipedi deo dantur: aut mergi, vt apud Suetonium in Caligula, cap. 20. vbi & aliis ridiculis suppliciis plectuntur. Eos autem qui maximè displicuissent, scripta sua spongia, linguave delere iussos, (ferunt) nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent. Quod verò attinet ad spongiam, eo allusit Augustus, qui cum Aiacem tragœdiam scripsisset, eandemq. quod displicuisset, deleuisset, quærenti Lucio tragœdiarum scriptori, quid ageret Aiax suus; *In spongiam*, inquit, *incubuit.* Macrobius, cap. 4. lib. 2. saturn.

VENERIQVE *merenti Fixa notet casus aurea palma meos.*] nihil hic mutandum. nam palma est parma, & palmularij idem quod parmularij ob affinitatem literarum *r* & *l.* vide Turn. cap. 7. l. 3. aduers. Vt autem parmas gladiatores & milites emeriti figere solebant, sic & amatores. Ouidius, el. 7. lib. 4. Tristium:

Miles, vt emeritis non est satis vtilis armis, Ponit ad antiquos quæ tulit arma Lares.

Meminit Horatius, epist. 1. lib. 1. & Virg. 3. Æn. De amatore idem Horatius, od. 26. lib. 3. vetus Poëta, apud Terentianum, vbi agit de metro Choriambico:

Opima adposui senex Amori arma ferretria.

AD ELEGIAM X.

QVAM *ferus, ac verè ferreus ille fuit.*] ludit ex annominatione, vt Cicero epist. 3. lib. 1. ad Q. fratrem. *Quid filium venustissimum, mihique dulcissimum, quem ego ferus, ac ferreus, è complexu dimisi meo.*

IN LIBRVM II.

AD ELEGIAM I.

VOS *mala de nostris pellite limitibus.*] vet. lib. *tollite luminibus.* Limina dicuntur etiam limites, & termini: Epitoma Festi in postliminium: & Siculus Flaccus de condit. agr. limites ait à liminibus appellatos esse.

TVRBAQVE *vernarum, saturi bona signa coloni Ludet, & è virgis extruet arte casas.*] vet. lib. *antè.* nam ante focum & Lares, ludere solebant pueri, tam liberi quam serui. Ipse elegia superiore proxima:

Sed patrij seruate Lares: aluistis & ijdem, Cursarem vestros cum tener ante pedes.

& elegia 1. huius libri, ad Genium siue Larem, ait: *Ludat & ante tuos turba nouella pedes.* A

Horat. od. 2. epod.

Positosque vernas, ditis examen domus,
Circum renidentes Lares.

Martialis:

Cinguntque sacrum lactei focum vernæ.

Vos *celebrem cantate deum, pecorique vocate Voce Palem, pecori clam sibi quisque vocet.*] melius in aliis libris legitur & distinguitur:

—— pecorique vocate
Voce, palam pecori, clam sibi quisque vocet.

Sumptus enim locus hic ex Homero, vt notaui ad coniecturas, cap. 1. lib. 2. B

AD ELEGIAM V.

Cvm *mæstus ab alto Ilion, ardentes respiceretque deos.*] quos deos? nam secum efferebat Penates; & alij excesserant adytis arisque relictis. an deos vocat deorum fana, vel simulacra? an legendum *domos*? Horatius oda 15. lib. 1.

Post certas hyemes, vret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

Garrvla *syluestri fistula sacra deo.*] vet. lib. pro *sacra, facta*: id est quam deus Pan fecit, & inuenit. *deo*, dandi casu, pro à deo. C

Illa *sæpe gregis diti placitura magistro.*] vet. lib. *paritura*. probo. Laudat enim à fœcunditate. sic elegia proxima:

Et fœtus matrona dabit.

Virg. Æneid. 1.

Et pulchra faciat te prole parentem.

Propert. el. vlt. lib. 4.

Nec mea de sterili facta rapina domo.

AD ELEGIAM VI.

Atqve *iterum erronem sub tua signa voca.*] vet. lib. *Et verum.* ex vtraque lectione fortasse scribendum: *Et veterem erronem.* D

Qvod *si militibus parces, erit hic quoque miles Ipse, leuem galea qui sibi potet aquam.*] vet. lib. *parcas.* fortasse legendum *parsis*, pro peperceris, vt apud Plautum Pseudolo; *id quidem hercle, ne parsis, dabo.* in Bacchid. *Caue in eū parsis dicere.* Quod autem ait: *Erit hic quoque miles ipse.* de se loquitur ἀφανῶς. Plautus Curculione: *Solus hic homo est qui sciat diuinitus.* Idem milite: *Tollat has ades totas, atque hunc in crucem.* id est, me. & Pseud. *Iuberes hunc in pistrinum trahi.* Sic in Priapeiis:

Nam frigus metuo, & vereor ne ligneus ignem
Hic deus ignaris præbeat agricolis. E

IN LIBRVM III.

AD ELEGIAM II.

Illic *quas mittit diues Panchaia merces.*] fortasse, *Illuc.* sequitur enim, quo referri oportet, *Et nostri memores lacryma fundantur eodem.*

AD ELEGIAM IV.

Ite *procul vani, falsumque auertite visum. Desinite in votis quærere velle fidem.*] fortasse; *Desinite ijs Vates q. v. f.* vt coniectores alloquatur, & interpretes somniorum. An, *hinc vobis.*

Nec *tantis anguinea redimitus terga caterua.*] vetus editio, *consanguinea*, rectè. colubri enim, qui in iuba cerberi, sunt eius fratres, quia ex hydra nati, vt & ipse Cerberus.

AD ELEGIAM VI.

Et *si perque suos fallax iurauit ocellos.*] vet. lib. *iurarit.* fortasse, *iurabit.* Nullæ enim literæ magis inter se mutantur scriptis in libris, quam *u* & *b.*

AD LIBRVM IV.

IN ALB. TIBVLL. PANEG. AD MESSALAM.

Albii *Tibulli.*] plerique Virgilio comitem solent Tibullum adiungere, vt Velleius Paterculus: *Princeps carminum Virgilius, Tibullusque, & Naso.* Ouidius vbi Poëtas sui temporis enumerat:

Virgilium vidi tantum, nec auara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.

& incertus, sed antiquus auctor eius epitaphij:

Te quoque Virgilio comitem non æqua Tibulle
Mors iuuenem campos misit ad Elysios.
Ne foret aut elegis molles qui fleret amores,
Aut caneret forti tristia bella pede.

Eius rei hæc esse caussa videtur, quod quamuis argumento stiloque longè dispares fuerint, vita tamen fatoque pares extiterunt: nam & vixerunt vna, & eundem amicum magnum habuerunt Messalam, cui Tibullus omnes libros elegiarum & hunc Panegyricum, Virgilius Cirim suam dicauit, non sine prœmio laudum eius præconio: & vterque quasi flos Solstitialis paulisper fuit. Eximius in vtroque animi candor, & sermonis nitor. Sed non statui eos inter se conferre, & si quid est dissimile,

Non nostrum inter eos tantas componere lites.

hoc tantum de Tibullo dicam: neq. de prænomine eius, neq. de cognomine certi quicquam comperisse. De gente vero eius hæc penè certa & comperta adfero. Gentem Albiam à colore originem & appellationem duxisse: nam vt à rubro, *Rubrius*: ab aquilo, *Aquilius*: à flauo, *Flauius*: à fuluo, *Fuluius*: ab atro, *Atrius*: à rubello, *Rubellius*: sic ab albo, *Albius.* Cuius gentis, & tribus mentio apud Cic. in Orat. pro Quinctio. *L. Albius Sexti F. Quirinâ.* ad gentilem nominis eius originem nihil suspicatos esse ne veteres quidem interpretes allusisse Horatium in epistola ad Tibullum, lib. 1. epistolarum miror:

Albi nostrorum sermonum candide Iudex.

Nam lusit vtroque verbo, *Albi, candide*, vt ostēderet Albium gentile nomen eius ductum à cādore, & candore animi simul. Candidi enim, homines antiquis moribus, & sine fraude, vt contra Horatius:

Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Hinc Ciceronis iocus in Phormione in oratione pto Cæcinna: *Nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio.* Sic apud Cornelium Tacitum: *Infelix nomen militis Atrius in seditione tumultuque castrensi.* Hæc de Tibullo & gente Albia.

PANEGYRICVS.] πανήγυρις, ὁ πανηγυρικὸς λόγος, sermo qui habebatur in celebri conuentu mercatuque, vt in maxima Græciæ frequentia, quinto quoque anno conuenire solita, ἀγείρω, congrego; vnde πανήγυρις, ludorum celebritas: & πανηγυρικὸς λόγος, ἐγκωμιαστικός. Ciceroni, *Oratio de ornando aliquo*, id est, laudando. Quare sic inscripta Isocratis oratio, quæ etsi continet suasionem belli Persici, præcipuè tamen in ea ornantur Athenienses, vt in suasione legis Maniliæ omnia conferontur ad laudaodum Pompeium apud Plautum in Sticho, *Panegyris* mulieris nomen est, ei inditum, vel à procorum frequenria, qui noptias illius ambiebant absente marito: vel à celebritate motum & formæ. eius verbi vis exprimitur à Propertio, el. 6. libr. 2.

Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes,
Ad cuius iacuit Græcia tota fores, &c.

Sic *Panegyris* dici poruit Penelope. Ilias Homeri, & Odyssæa, mera panegyris, quod ad Achillem, vel Vlyssem attinet. Sic de Æneide & Ænea: πανηγύρικον ἦθος, ἐγκωμιαστικὸν, ἢ ἐπιδεικτικὸν idem. Cicero *exornationes* & *laudationes* vocat, vulgus Rhetorum *genus demonstratiuum*. vide Apuleium initio lib. 2. floridorum de Hippia Eleo, & eius ostentatione in ludis Olympicis, & Cic. 1. & 3. de Orat. vt ibidem de Gorgia Leontino, qui primus in conuentu poscere est ausus, qua de re quisque audire vellet. Sic Cicero pro rostris Romæ Crassum & laudauit & vituperauit.

AD *Messalam.*] se Messalæ comitem in militia hæsisse inseparabilem Tibullus testatur in elegia libri 1. cuius ioitium est:

Ibitis Aegeas sine me Messala per vndas, &c.
Quod si fatales iam nunc expleuimus annos,
Fac lapis inscriptis stet super ossa notis.
Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus,
Messalam terra dum sequiturque mari.

Horat. eius sæpe meminit, vt sat. 6. lib. 1.

Hec tibi Paulus, & Messala videris.

& sat. 10. —— *te dicere possum*
Pollio, te Messala, tuo cum fratre.

& de arte Poëtica:

——*Consultus iuris & actor*
Causarum mediocris, abest virtute diserti
Messalæ; nescit quantum Cascellius Aulus.

Consul fuit com Augusto. Dio lib. 50. Hoc consule cum Augusto pugnata est Actiaca pugna. Velleius ab Antonio proscriptus in proscriptoris locum suffectus ab Augusto. Dio lib. 47. factus Augur cooptatus ab Augusto. Haud facile dixero, an hic sit Coruinus Messala orator, de quo Plin. cap. 24. lib. 7. qui sui nominis oblitus sit. De eodem Plinius, cap. 3. lib. 33. *Messala orator prodidit Antonium triumuirum vasis aureis vsum in omnibus obscœnis desiderijs, pudendo crimine etiam Cleopatra.* idem lib. 35. cap. 2.

A *Messalæ oratoris exstat oratio, qua prohibuit inseri genti suæ Læuinorum imaginem.* Ibidem Messalæ senis volumina commemorat de familijs. *Iuuenum doctissimus* vocatur à Virgilio in Ciri. fuit vero gentis Valeriæ, cuius familiæ plurimæ, vt assolet, cognominibus distinctæ, vt Valerij, Maximi, Flacci, Acisculi, Catulli, Barbati, Messalæ, Probi, Coruini. Hic è familia Coruinorum. De qoo Paterculus: *Protinus Messala fulgentissimus iuuenis, proximus in illis castris Bruti Cassijque auctoritati, cum essent qui eum ducem poscerent, seruari beneficio Cæsaris maluit, quam dubiam spem armorum tentare; nec aut Cæsari quicquam aut è victorijs suis læ-*
B *tius, quam seruasse Coruinum, aut maius exemplum quã hominis grati ac pij, quam Coruinus in Cæsarem fuit.* Cognomen autem istuc vnde Valeriæ inditum genti, ounc paucis edisseram. Ab vrbibus captis præclara sæpè Romanis ducta cognomina, vt ab vrbe capta Coriolis Marcius cognominatus est Coriolanus: ab expugnata Priuerno, L. Æmylius Priuernas: à captis Fidenis, L. Sergius Fidenas: ab excisa Numantia, P. Scipio Numantinus: sic Valerius ille Maximus, qui Messanam, vrbem Siciliæ nobilissimam, cepit, Messalæ cogoomen inde reportauit: Auctore Macrobio, cap. 6. lib. 1. Saturn. Si quis
C verò miratur litteræ permutationem, n. in. l. vel, ll. miretur idem in voce vioum, vnde factũ villum, vt ex catena catella, Inæ, Hillæ, & ilia: bene, bellè: aruina, aruilla: femina, femella: catinum, catillum: Denique apud Virgiliom, lib. 1. Georg. pro vannus exaratum esse aiuot, vallus: & *mystica vallus Iacchi.*

TE *Messala canam.*] te celebrabo. breuis propositio, quæ Poëtis exordij loco esse solet, vt in Virgiliani & Homerici carminis initio. sic Virg. 2. Georg.

Hactenus armorum cultus, &c.
Nunc te Bacche canam.

D Horat. in oda ad Mercuriunt:

Te canam magni Iouis & deorum nuncium.

Tibull. ipse el. 7. lib. 1.

At te Cydne canam.

Seru. ad illud: *Arma virumque cano, Sermo polysemus: nam cano tria significat: Laudo, vt Regemque canebant: Diuino, vt Ipsa canas oro. & canto, vt hoc loco. Canere,* & auiom est, & vatum, & modulantium. Hinc Poëtæ Græcis ἀοιδοὶ vocantur, ἀπὸ τοῦ ᾄδειν, quod aiunt esse proprium Cygnorum, qui sacri sunt Apollini, vt & Poëtæ. vnde Horat. od. 20. lib. 2. de se:

Iam Dædaleo ocyor Icaro,
E *Visam gementis littora Bosphori,*
Syrtesque Getulas canorus
Ales. —— & Virg. ecl. 9.

Vare tuum nomen (super & modo Mantua nobis,
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ)
Cantentes sublime ferent ad sidera Cygni.

QVAMQVAM *mea cognita virtus.*] *virtutis* nomen hic ambiguum facit ambigua lectio: alias enim editum, *mea*, alias, *tua*. Si legimos, *mea*, *mea virtus*, erit, vis mea, & facultas ingenij, quam esse sentio perexiguam. Si, *tua*, mentio erit de Messala, & virtutis nomen latè patebit, vt sit non solum ἀρετὴ, & omne genus laudis,

fed etiam αὐθρμῶν. Si refertur ad Tibullum, *mea virtus*, δύναμιν & vim ingenij notabit, vt virtus arboris, & virtus equi, καταχρηστικῶς tamen, vt M. Tullius admonet in libro 1. de legib. Si quem mouet, *mea virtus*, quia de fe ita loqui putidum videatur, meminetit Æneæ ad Euandrum verba apud Virgilium in lib. 8. Æneid.

Sed mea me virtus, & fancta oracula diuûm,
Cognatique patres, tua terris dedita fama,
Coniunxere tibi. An *tua virtus*, quæ in te eft probitas, & fcientia rei militaris cum arte dicendi. fic apud Horat.

Virtus Scipiada, & virtus Catonis.

Cognita *virtus.*] perfpecta, & fpectata B omnibus, vt apud Catullum in Epithalamio:
Vos vnis fenibus bona cognitæ bene femina. Poteft etiam exponi, *cognita virtus*, nobilitas. Cic. in lib. 7. ep. ad Hitcium apud Nonium in *Veterafcere & vetuftefcere. Cum enim nobilitas nihil fit aliud quam cognita virtus, quis in eo quem veterafcentem videat ad gloriam generis antiquitatem defideret? Cognitæ virtuti* è regione refpondet, *Celata virtus*, apud Horat. od. 9. lib. 4. carm.

Paullum fepultæ diftat inertiæ Celata virtus.

Terret.] quæri poteft an terribilis fit virtus, & cur ita? Pudor virtutis & comes, & cuftos. is homines deterret à turpitudine. turpe C autē eft onus fufcipere quod perferre nequeas. Propert.

Turpe eft quod nequeas humeris committere pondus:
Et preffum inflexo mox dare terga genu.

vide ad illud, *Vires terret*, valdè me mouet. *terror* enim *eft metus concutiens*, vt à Cicerone definitur 4. Tufcul. Veteres autem non folum *terreo, es*: fed etiam *terro, is*, dixerunt. vet. gl. Terro, terreo, ἐκφοβῶ: Tetro, terreo, πτύρω. Inde nomen territus, us. pro terror. vet. gl. Territus, pauor, θάμβος. Territus, metus, δέος.

Vt.] pro, ne non, quomodo fæpe apud Ciceronem Plautum & Terentium fumitur iun- D ctum cum verbis vereor, metuo & fimilibus.

Infirmæ *vires.*] facultas ingenij inualida & imbecilla, induftriæ nerui parum validi. firmum Feftus deduci poffe putauit, ἀπὸ τοῦ ἕρματος. olim vtroque modo dicebatur & *firmus*, & *firmis*: vt *inanimis* & *inanimus*: *inermis* & *inermus*. Charif. lib. 2. dicitur *firmè* & *firmiter*: *firmè*, vt doctè à doctus: *firmiter*, à *firmus*, vt agiliter ab agilis. Apud Ifidorum in lib. 10. mendosè legitur, *Infirmus, fine forma.* fcribendum. *fine firmo.* vel *Informis, fine forma.*

Valeant *fubfiftere vires.*] Horat. in epift. E ad Pifones: *Quid ferre recufent, quid valeant humeri. Subfiftere*, excipere, & fuftinere vim tantæ rei, & geftare pondus. ὑφίστασθαι. vet. gl. *Subfifto, ὑφίσταμαι, fufficio, fuftineo.* Virg. 9. Æneid.

Ergo nec clypeo iuuenis fubfiftere tantum,
Nec dextra: iniectis fic vndique telis Obruitur.

quia ibidem eft, *nec fufficit vmbo Ictibus.* & lib. 10. *Sed fuftinet aureus vmbo.* habet & vim agendi *fubfiftere.* Liuius, lib. 1. *Nec feras tantum fubfiftere, fed etiam in latrones præda onuftos impetum facere.* Item in lib. 9. *Præpotentem armis Romanum nec acies fubfiftere vllæ, nec caftra, nec vrbes poterant.* vbi *poffe*, dicit quod hic *valere.* Apud Ouidium

A tamen contraria fignificatione videtur accipi in ep. Sapphus:

Ingeniumque meis fubftitit omne malis.

id eft, ftetit quafi fub onere, nec perferre potuit. *Valeant*, queant, poffint. fic Horat. fat. 9. lib. 1. *Interea m fi aut valeo ftare, aut noui ciuilia iura.* Idem in ep. 8. lib. 1. oftendit *valere* & animi effe & corporis:

Sed quia mente minus validus quam corpore toto.

Liber Scaligeri *Nequeant*, vt gemina fit negatio, quod nec Græcis, nec Latinis infolens. fed τὸ *vt* pro ne non, vel pro etfi diuerfam fententiam efficit. Vt pro etfi Ouid. el. 4. lib. 3. de ponto:

Vt defint vires, tamen eft laudanda voluntas.

Incipiam *tamen.*] τὸ *tamen*, eft certæ ac deliberatæ rei, nullaque habita ratione periculi. Propert. el. 8. lib. 2.

Quamuis ifta mihi mors eft inhonefta futura.
Mors inhonefta quidem, tu moriere tamen.

Incipiam, canere aggrediar. *Incipere* autem *de magno & audaci facinore dicitur*, inquit Donatus in Adelphos. Et in Phormionem: *Incipere de re magna dicitur.* fic & Virg. 2. Æneid. in longæ narrationis & rei magnæ initio:

Quanquam animus meminiffe horret, longéq. refugit. Incipiam. fimillimo loco: *Quamquam terret, Incipiam.*

Ac *meritas fi carmina laudes deficiant.*] vet. edit. *Incipiam tamen à meritis.* corruptè Achilles Statius: *Ac meritis fi carmine laudes deficiant.* id eft, inquit fi laudes defint meritis, propter carmen iis impar. Ambiguus autem fermo: *Si carmina deficiant laudes*; &, *fi laudes deficiant carmina*: Sed illud verius. à canendo *carmen*, quafi *canimen*, vt *genimen germen.* Varro 6. de ling. Lat. *Cafmena dicta, mox carmena, inde carmina.* Carmen & poëma totum, & monaftichon, & diftichon. Plutarch. in Romulo, *verfus* ait Latinis dici *carmina*, & inde dictam *Carmentem* Euandri matrem, cuius verum nomen fuerit, *Nicoftrata.*

Deficiant *laudes.*] Paria laudibus non fint, quas mereris. *Deficere* cum quarto cafu, Virg. 4. Georg.

At fi quem proles fubito defecerit omnis.

Cic. 3. in Catilinam: *Res nos iampridem, fides deficere, nuper cœpit.* Et, *dies me deficiat.* Horat. fat. 3. lib. 2. *Deficient inopem venæ.*
Propert. el. 1. lib. 1. & cum tertio cafu:

Et mihi iam toto furor hic non deficit anno.

vet. gloffæ, *deficio, defuo*, ἐκλείπω.

Lavdes.] an virtutes & clara facta? Virg. 9. Æneid.

Quæ vobis, quæ digna viri pro laudibus iftis, &c.

Hvmilis.] Ifidor. lib. 10. *Humilis, quafi humo acclinis.* Varro 4. de ling. Lat. *Humillimus, infimus, quia in mundo infima humus.* vet. gl. *Humilis*, ταπεινός, χθαμαλός. Humiles igitur Poetæ, qui non fe tollunt humo, nec cothurnos geftant, Virg. 2. Georg.

Tentanda via eft qua me quoque poffim
Tollere humo. ——

Tantis *fim conditor actis.*] τὸ *fim*, non eft tam optantis, pro vtinam fim, quam promittentis, pro ero. fic infra: *Hic fim victor in illis.* Plaut. Curcul. fc. 4. *I tu præ virgo: dum melius fit*

mihi, id est erit. Et apud Propert. el.13. lib.2.

Tunc ego sim Inachio notior arte Lino.

& el.vlt. lib. 4.

——Sim digna merendo,

Cuius honoratis ossa vehuntur aquis. per enallagen temporum. *Conditor*, est *scriptor*, *auctor*: Festus. Condere, componere, conscribere, Virg.

—— Qui dicere laudes

Vate tuas cupiant, & tristia condere bella.

Ouid. el.1. lib.5. Trist. *Simque argumenti conditor ipse mei.* Incertus, bonus tamen & antiquus Auctor, in Crispum Sallustium:

Et scripta antiqui multum furate Catonis,

Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.

Longe alia significatio huius nominis in vet. gloss. *Conditor*, ἀλιεὺς πίνης, siue ἀρτύτης. id est, qui pice illinit cados.

TANTIS *actis.*] id est, factis, rebus, gestis: quamuis acta potius sint fori, togæ & scribarum. Ouid. 13. Metam.

At sua Tydides mecum communicat acta.

Idem in ep. Hermionæ confundit:

Ille licet patrijs sine fine superbiat actis,

Et tu quæ referas facta parentis habes.

& apud Suetonium in Iulio: *Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare gestum est. Hic pars militiæ: Dux erat ille ducum.* Idem in cõsolatione ad Liuiam:

Quid numeras annos? vixi maturior annis,

Acta senem faciunt, hæc numeranda mihi.

Sic infra:

Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis.

NEC *tua, te præter.*] Anastrophe *præter te*: te excepto vno, cuius facundia verborum respõdet rerum magnitudini. sic Virg. ecl.4. *Te propter.* & Plautus. *Med. ergo.* Liber tamen Achillis Statij: *Præter te*, quod duriorem versum facit.

CHARTIS *intexere.*] scriptis inserere, & inscribere. sic versu vlt. huius panegyrici:

Inceptis de te subtexam carmina chartis.

Ordiri & texere tam Poëtæ quam oratores dicuntur, metaphora non solum à tela & textoribus; sed etiam à Phrygionibus, qui acu vestes pingunt & aulæa, iis illudentes & varia intexentes argumenta. Virgil. in Ciri ad eundem Messalam scribens ad quem Tibullus:

Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo.

Ibidem:

Naturæ rerum magnis intexere chartis.

& 3. Georg.

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

& 5. Æneid.

Intextusque puer frondosa regim Ida.

Cic. 13. ad Att. *Vt nusquam Varronem possim intexere*, id est inducere, & inserere Dialogis.

CHARTIS.] *Charta* Latinis feminino genere: masculino Græcis ὁ χάρτης: & neutro τὸ χάρτιον. Lucillius apud Nonium, exemplo Græcorum, masculino enunciauit: *Vbi nunc Socratici chartæ?* ab eo quod est *hic Chartus.* vide Plin. cap. 11. lib. 13. de chartarum inuentione & generibus.

QVISQVAM.] *Quisquam*, & *quispiam*, pro *quis*, siue aliquis cum syllabica adiectione, quæ quid significet inueniri non potest. Festus in

A *Quispiam.* ergo, *quam*, & *piam*, idem vt *vsquam*, *vspiam*, *nusquam*, *nuspiam*. Ouid. 5. Fast. pro aliquis contemtim:

Et latus Oceano quisquam deus aduena iunxit?

FACTA *queat.*] nempe fortia & clara. Ennius de Scipione apud Ciceronem:

A sole exoriente

Nemo est qui factis.

Ambiguum ergo verbum, vt *factum*.

DICTIS *vt non maiora supersint.*] restent plura & grauiora, quam ea quæ dicta iam, & celebrata sint. De verbo *superesse*, quod Græci περιεῖναι dicunt, superare, restare, superuacaneum

B esse, Gell. cap.1. lib.1.

EST *nobis voluisse satis.*] voluntas ipsa & conatus instar facti esse debet. quæ sententia vsurpatur etiam à Propert. in el.10. lib.2.

Quod si deficiant vires, audacia certè

Laus erit: in magnis est voluisse satis.

Lucanus in Panegyrico ad Pisonem:

Quod si digna tua minus est mea pagina laude,

At voluisse sat est: animum non carmina iacto.

Plin. in ep. ad Vespasianum (quæ est præfatio naturalis historiæ.) *Itaque etiam non adsecutis, voluisse pulchrum & magnificum est.* Apuleius in li. 4.

C Floridorum: *Maiore scilicet voluntate, quam facultate: eoque propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est.* Huic sententiæ Phaëtontis epitaphium apud Ouid. in lib.2. Metam. affine est:

Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni:

Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.

Idem in fabula Philemonis & Baucidis:

——Super omnia vultus

Accessere boni, nec iners pauperque voluntas.

Idem in eleg. ad Rufinum, quæ est 4. lib. 3. de Ponto:

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas,

D *Hac ego contentos auguror esse Deos.*

Hæc facit vt veniat pauper quoque gratus ad aras,

Et placeat cæso non minus agna boue.

NEC *munera parua.*] munuscula tuis non respondentia meritis. In quibusdam libris legitur *Carmina*, non, *munera*. Sed magis placet *munera*: est autem animaduertendum hoc Tibulli loco id confirmari, quod à Grammaticis traditur: *munera* hominum esse, *dona* vero deorum. Nam munera refert ad Messalam; dona ad Phœbum. Donat. in illud Eunuchi: *Quodnis donum & præmium à me optato: donum præmium est: & munus præmium. sed donum, præmium Dijs datur: munus*

E *præmium hominibus: nam separatim donum deorum est, præmium virorum fortium, munus hominum: donum muniusque tam ante factum, quam post factum datur: præmium non nisi post factum.* Cornelius Frõto: *Munus quod amicus, vel cliens, vel libertus officij causa mittunt: vel munus gladiatorium donum quod dijs datur. Inde vbi dona ponuntur, donarium. possunt & dona dici, quæ donant pauperibus diuites, vel quod donatur in castris.* Isidorus lib. 6. *Munus homini datur, donum deo.* Nonius: *Dona quæ propitiandis dijs dantur: aut hominibus pro benefactis redduntur.* Quibus tamen verbis dona & munera confundit. Seruius: *Dona sunt superorum, munera inferorum.* Iurisconsulti in l. 53. & 194. de verb.

sign. *Inter donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. Donum genus est: munus donum cum causa, vt natalitium, sponsalitium.* In lege Papia & lege Cineia, hæc coniunguntur, donum, munus, operas. Festus: *donum ex Græco δῶρον.* Idem Festus: *Munus officium, vel donum, quod officij causa datur.* Et in litura post, *Myrtei campi; munus est administratio reip.* Varro 4. de ling. Lat. *Munus quod mutuo animo qui sunt dant officij causa.* Alterum munus quod muniendi causa imperatur. Agretius. *Donum, dantis est: munus, accipientis: illud à dando, hoc à muniendo, vel monendo.* vbi puto corrigendum *vel à monendo.* nam qui beneficium dat mouet quodámodo, B & accepti beneficij memorem esse iubet. ex quo præclare dictum ab optimo Poëta in lib. 6. Æneid. *Quique sui memores alios fecere merendo.*

RESPVERIS.] Reieceris, aspernatus fueris, proprium verbum in cibis qui non placent, nec faciunt ad stomachum, quique reijciuntur. cum nausea & fastidio. Propriè igitur Cicero in l. 3. de Orat. *Gustatus id quod valde dulce est respuit.* Horat. ep. 1. lib. 2.

An quos & præsens & postea respuet ætas.

vet. gloss. *Respuo, sperno, adnihilo, ἐξουδενῶ, ἀποπτύω,* id est nihili facio, floccifacio. Item, *Respuit mare, aut corpus: ἀποβράσσει τὸ σῶμα ἡ θάλασσα.* Catull. C

Quod mare conceptum spumantibus exspuit vndis.

Cicero in partit. *Quod aures respuunt, immutandum est.* Idem in Pisonem: *Vos respuunt auribus, animo aspernantur.* Tertullian. in lib. de spectaculis vtitur verbo respuere, pro regerere: vt Seneca in epist. 54. *Respuere tela in eum qui misit:* id est, remittere & retorquere. Plin. cap. 4. l. 37. *Ita respuit ictus Adamas, vt ferrum dissiliat.* Alij tamen libri habent, *Despueris*, quod est acrius, & contumeliosius: idque fiebat ab auersantibus rem aliquam cum screatu. Tibullus de sene amatore: D

Hunc puer, hunc Iuuenis, turba circumstrepit arcta:
Despuit in molles, & sibi quisque sinus.

Theocrit. Idyll. 28. τὸ στόμα μὲν πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα. Lauo os meum, & osculum despuo. loquitur puella, quæ videri volebat inuita suauiū à Daphnide pastore accepisse. Plaut. Asin. sc. 1. act. 1.

Te obsecro, vt quæ locutus despuas.

Persius:

Est prope te ignotus, cubito qui tangat, & acres
Despuat in mores. Plin. cap. 23. lib. 10. *Comitialem propter morbum despui solitum.*

ETIAM *Phœbo gratissima dona Cres tulit.*] sic E Horat. *Non ingrata feres pueris munuscula paruis.* *Gratissima*, acceptissima. vet gl. Gratus, gratificus. εὐχάριστος. *Gratò* (pro gratuitò) κατὰ δωρεάν, κατὰ χάριν, δῶρον. *Dona*, quod inter donum & munus intersit dixi paulo ante. *Dona tulit*, pro obtulit, aphæresis. vt Virg. 2. Æneid.

Timeo Danaos & dona ferentes. & 9.

Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit. contraria aphæresis est *tulit*, pro, abstulit. Virg. in Mœri: *Omnia fert ætas.* & 12. Æneid. *Apicem tamen irrita summum Hasta tulit.*

CRES.] quidam de Minoë Rege Cretensium suspicantur, leui seu potius nullo argumento. Possit intelligi de Epimenide Cretensi, quem Phœbo gratum fuisse confirmat, quod Pythia consulentibus Atheniensibus de pestis, qua laborabant, remedio, respondit accersendum Epimenidem. Sed verius est significari Dædalum, de quo Virg. 6. Æneid.

Redditus his primum terris tibi Phœbe sacrauit.

Remigium alarum: quod venerat in mentem antiquo interpreti, sed mutauit sententiam, quia Dædalus Atheniensis, non Cretensis fuit. verum Dædalus habitus est Cretensis, quod in Creta habitasset, postquam solum vertisset exilij causa metu iudicij & Areopagitarum, qua de re Apollod. lib. 3. Auson. in Monosyllabis, lemmate de historiis, hanc opinionem stabilit, à quo Dædalus vocatur, *homo Cres.*

Præpetibus pennis vectus super aëra homo Cres.

apud Virg. in 4. Æneid.

Mistique altaria circum Cretesque Driopesq. fremunt.

de populis Delium Apollinem colentibus.

ET *cunctis Baccho iucundior.*] id est, nullius hospitio magis delectatus est, quam Icari: *Iucundior, gratior.* Cic. lib. 2. de finib. *Iuuare in vtroque dicitur* (animo & corpore) *ex eoque iucundum.* Verè Cicero, sed obscurè: nam inde iucundus, gratus, quia qui nos iuuant in onere, vel labore, nobis placent.

HOSPAS *Icarus.*] *Hospes* qui alterum accipit hospitio, vel accipitur. vet. gl. *Hospes*, alienus, peregrinus, ξένος. sic Cicero de Theophrasto. Liberum autem patrem hospitio exceptum ab Icario (quem alij Icarum vocant) scribit Apollodorus lib. 3. cui largitus sit vitis palmitem, & vini faciendi rationem docuerit. quod cum Icarus inter pastores diuisisset, & ij se vino obruissent, rati venenis ab eo sibi mentem ereptam, fustibus interemerunt. Erigone cum indicio canis Mœræ necem patris resciuisset, & cadauer ad arborem defossum inuenisset, suspendio vitam finiit. vide Higinum fabula 130. cuius lemma: *Icarius & Erigone:* Et Apollodorum lib. 3. & rursus Higinum in Arctophylax. & Seruium ad illud 1. Georg.

Sub ipsum Arcturum. Ouid. in Ibin:

Muneribusque tuis lædaris, vt Icarus: in quem
Intulit armatas ebria turba manus.

Propert. el. 33. lib. 2.

Icare Cecropijs merito iugulate colonis
Pampineus nosti quam sit amarus odor.

VT *puro testantur sidera cœlo.*] Varro 6. de ling. Lat. *Signa dicuntur eadem & sidera. Signa quia aliquid significent, vt libra, æquinoctium.* Testimonium autem à sideribus petit, vt Virgiliana Dido:

Testatur moritura deos & conscia fati
Sidera. —— Propertius:
Sidera sunt testes & matutina pruina.

Puro cœlo, sudo, & sereno, sine vlla nube, terso, & liquido: tunc enim adspiciuntur sidera. Ouid. in el. 1. lib. 2. Trist.

Purum discussis aëra reddit aquis. *puro cœlo*, cum liquet, cum defæcatum est. Dicitur & *purum*, sine adiectione verbi. Virg. 2. Georg.

—— *Se lætus ad auras*
Palmes agit laxis per purum immissus habenis.

Horat. Namq. *Diespiter igni corusco nubila diuidens,*

Plerumque

Plerumque per purum tonantes egit equos.
Quod etiam dixit Virgil. *Per sudum*: in lib. 9. Æneid. *Arma inter nubes, cæli regione serena*
Per sudum rutilare videns.
sic *Sol purus.* Horat.
Cras vel atra nube polum pater occupato
Vel Sole puro. Martialis ep. 14. lib. 8.
Hibernis obiecta notis specularia puros
Admittunt soles, & sine face diem.
Propert. el. 26. lib. 2.
Purus & Orion, purus & Hædus erit.
id est, neque nubilus, neque imbricus.

ERIGONEQVE *canis.*] in Catal.
Securi dormite canes; custodiet hortum
Cum sibi dilecta Sirius Erigone.

NEGET *ne longior ætas.*] ne id inficiari possit innumerabilis annorum series, & fuga temporum, hoc sidera ipsa testantur, quibus vt testibus ocularis par est credi. Nulla, inquit, negare id poterit vetustas. sed quamdiu sidera erunt, tamdiu extabit eius rei memoria. *Longior ætas*, vt alibi Tibullus ipse:
Longa dies homini docuit parere leones,
Longa dies mollis saxa peredit aqua.

QVIN *etiam Alc.*] præterea, pro quo sæpe Virgilius *Quin. Alcides*, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, à robore & virtute: vel, vt mauult Herodotus, ab Alcęo auo paterno. Vtrumque scribit Fulgentius in lib. 2. Mythol. in Hercule & Omphale. Apollod. l. 2. ὑπὸ Πυθίας τότε πρῶτον Ἡρακλέα αὐτὸν προσαγορευθῆναι, τὸ δὲ πρῶτον Ἀλκίδης προσηγορεύετο. Seruius ad illud 6. Æneid. *Nec vero Alciden*, mauult ab auo paterno dictum ita initio. Propertius tamen el. 10. lib. 4. post domita virtute monstra sic dictum innuit:
Audistisne aliquem tergo qui sustulit orbem?
Ille ego sum, Alciden terra recepta vocat.

ASCENSVRVS *Olympum.*] *Initurus sedes lucidas*, Horat. Ascensus in cœlū propter arduā & difficilem virtutis viam. vt contra Virgilius:
Facilis descensus auerni.
Ennius apud Senecam:
Si fas endo plagas coelestum scandere cuiquam,
Mi soli coeli maxima porta patet.
Cicero in Paradoxis, *Quibus gradibus Romulus ascendit in coelum.* Idem 3. de leg. *An illa quibus homini datur ascensus in coelum, mentem, fidem, pietatem.* Olympus, est cœlum. Varro 6. de L. L. ad illud Ennij: *Musæ, quæ pedibus magnum pulsatis Olympum*: Cœlum dicunt Græci Olympum à monte Macedoniæ. Homerus Olympum & cœlum coniungit Iliad. 1. Μέγαν οὐρανὸν Ὄλυμπόν τε, ὅλυμπος, ὅλος λάμπων, vnde Horatio *Fulgens domus*, & *arces igneæ*, & *sedes lucidæ.*

LÆTA *posuit vestigia.*] pedem intulit, ingressus est. Propert. el. 9. lib. 2.
Nec domina vlla meo ponet vestigia lecto.
Quod Cicero sæpe *ponere pedem*, vt 3. Philipp. *Hodie in possessionem libertatis pedem ponimus.* Et 2. Philipp. *Quid erat in terris vbi in tuo pedem poneres præter vnum Misenum*, &c. Et pro Cęcin. *Si in fundo pedem posuisset sibi esse pereundum.* *vestigia*, inquit Seruius, *signa pedum; & pedis impressio.* Nonius: *Et pars pedis vestigium, quod agatur insistendo viæ.* Virg. 8. Æneid. vestigia, *Signa pedum*, & *viarum*

A *indicia* interpretatur:
Atque hos ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos versisque viarum
Indicijs raptos saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
Τὸ ἴχνος. τος, ἢ τὸ ἴχνιον, ἢ ὁ στίβος. vnde vestigator canis, κύων ἰχνευτής. vet. gloss. *Læta vestigia*, τὸ μέρος ἀντὶ τοῦ ὅλου, & synecdoche Poëtica, pro lætus ipse. Propert. el. 3. lib. 1.
Ebria cum multo traherem vestigia Baccho.
id est, ebrius ipse, & el. 15. lib. 3.
Inde Cytheronis timido pede currit ad arces.
& el. 16. lib. 1.
B *Nunc iacet alterius felici nixa lacerto.*
& el. 1. lib. 4.
Et verita est humeros vrere flamma pios.
& el. 6. lib. 2.
Quæ supra nunquam pes inimicus eat.
Læta vestigia, quia lætus hospite illo fuit, à quo benignè exceptus est. An *vestigia*, signa cubiti eius? Statius, lib. 4. Thebaid.
——— *& lessos qua decimauerat artus*
Ilice, quæ cubitis sedeant vestigia terra.
Virgilius de Hercule, lib. 8. Æneid.
Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo, rebusque veni non asper egenis.
C *Læta vestigia*, vt lętum numen, felix, vt triste, infensum & iratum. Quidam libri pro *vestigia*, habent, *fastigia.* Quod si verum est intelligetur Herculem redeuntem imposuisse culmen casæ, & eam absoluisse, vt dicitur, *imponere coronidem*, & *colophona*: vt Gręcis, κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, περὶ τὸ τέλος, vt vltimam manum.

MOLORCHÆIS *tectis.*] alij libri *terris*, vt editio Mureti. Liber Scaligeri *Cerris*, vnde facit *Gerris*, quod è cratibus, quæ Siculis gerræ dictæ, parietes eius casæ constatent. Fatetur tamen in quibusdam libris esse *tectis*, quod etiam tuetur Scaliger ex versu Ausonij:
D *Vilis arundineis cohibet quem pergula tectis.*
Quid si pro *Cerris* coniiciam legendum mutata littera *gernis*? id est, *ceruis*, g pro c. & ita Virgil. ecl. 2.
Atque humiles habitare casas, & figere ceruos.
Figere ceruos dicuntur rustici, cum furcas figunt ad sustinendā casam, & tugurium. ceruis igitur dixerit: pro *tectis* rusticis. de *ceruis* dicetur infra.

MOLORCHÆIS.] Hercules iussu Eurysthei ad leonem Nemeæum contendens Cleonas peruenit: ἐ ξενίζεται παρά τινι ἀνδρὶ χερνήτῃ Μολόρχῳ. id est, exceptus hospitio à viro, qui diutnum
E victum suis sibi manibus quęrebat; ei hostiam immolare paranti imperauit, vt ad diem trigesimum seruaret, vt ipse eam, si victor rediret, immolaret Ioui Seruatori: Si vero interiret, eas sibi ferret inferias. Rediit ad Molorchum sibi iam inferias mittere parantem, & mactauit illam hostiam Ioui. Hæc Apollod. lib. 2. bibl. meminit obiter Virgil. lib. 3. Georg.
Alphæum linquens lucosque Molorchi. vide illic Seruium, & Statium lib. 4. Thebaid. & Lutatium Grammaticum ad eos versus,
Gloria nota casæ: foribus simulata salignis
Hospitis arma Dei, paruoque ostenditur antro

Robur ibi, & lassos qua declinauerat artus
Iliac, qua cubitis sedeant vestigia terra.

Ab eo Molorcho leo ille Nemeæus, μολορχαῖος, & μολορχεῖα, Festa in honorem Molorchi.

PARVAQVE *mica.*] exiguum ruris granum, vel salis. Porphyrio ad illud Horatij: *Farre pio, & saliente mica. mica saliens, granum salis, quia missum in ignem salire & crepitare soleat.* Inde formica, à mica & grano ferendo. vet. gl. mica, ψίξ, micas lego, ψιχολογῶ. Catullus:

Nulla est in tanto corpore mica salis.

Ouid. 1. Fastor.

Ante Deos homini, quod conciliare soleret
Far erat & puri lucida mica salis.

idem 4.

Farra deæ, micaque licet salientis honorem Detis.

idem el. 13. lib. 3. Trist.

Micaque solemni turis in igne sonet.

PACAVIT.] pacem & veniam impetrauit, pacatos mites & propitios reddidit, quod Ouidius pacificare dixit:

Hostia cœlestes pacificabat heros. &,
Mica salis puri pacificabat heros.

& Silius Italicus, lib. 15. *Pacificans diuos.* Lucretius & Plautus: *Paces quæsere & expetiscere.* Horatius: *Auersos mollire.*

Mollibis auersos Penates farre pio & saliente mica.

alias, *Placam* quod magis placet. Sic Horat. od. 23. lib. 3

Si ture placaris & horna
Fruge Lares, auidaque porca. Ouidius:
Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas,
Hac ego contentos auguror esse deos.
Hæc facit vt veniat pauper quoque gratus ad aras:
Et placeat cæso non minus agna boue.

COELESTES.] θεὸς οὐράνιος propriè. θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν: Plato in Cratylo, de sideribus. Quintus Catulus de aurora:

Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra.

Non *Cœlestes* tantum & superi; sed & inferi paruo placantur. Ouid. 2. Fast.

Parua petunt Manes, pietas pro diuite grata est
Munere. A pacandis diis *pacales flammæ.*

Ouid. 1. Fast.

Tura sacerdotes pacalibus addite flammis.

NEC *illis semper.*] nam agna Ioui sæpe cadit Festus in *Idulis ouis.*

TAVRVS *inaurato cornu.*] inauratum cornu, cui aurea induta, vel illita bractea. Seruius ad illud 9. Æneid.

Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentem. ita notat ornari victimas solitas, cuius rei exstant adhuc vestigia in sacrificiorũ, triumphorumq. monumentis. Virg. 1. Georg. respicit ad hunc ornatum hostiarum:

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus. & lib. 4. Georg.
Et gemino auratus taurino cornua vultu
Eridanus. Iuuenal. sat. 6.
Et auratam Iunoni cæde iuuencam.

Aureum cornu, non inauratum Baccho tribuit Horatius:

Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum.

Sic cornibus aureis captus ab Hercule Ceruus, vel Cerua potius, dicitur ab Hercule χρυσόκερως

A ἔλαφος. Pollux. vet. gl. Inauratus, διάχρυσος. Inaurator χρυσωτὴς, vn doreur, Gallicè. Apud Charisium, *Inauratè* στερητικῶς ponitur, pro non auratè. Ouid. 2. Fast.

Cornus inauratum pedibus cratera recuruis Tollit.

Properr. el. 16. lib. 1.

Cunus inaurati celebrabunt limina currus.

Catull. *Hospes inaurata pallidior statua.*

Cicero Trebatio. *Puto te malle à Cæsare consuli, quam inaurari* Horat. ep. 12.

Vt te confestim fortuna tuus inauret.

id est, auro & opibus augeat.

CADIT *hostia taurus.*] id est mactatur, genus
B metonymiæ, id quod sequitur, pro eo quod præcedit. Virg. 5. Æneid.

Sternitur exanimisq. tremens procumbit humi bos.

Propert. *Hædus vbi agrestes tortuet ante focos.*

Virg. ecl. 1.

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

Horat. *Si tener pleno, cadit hædus anno.*

Tibull. *Concidit ad magicos hostia pulla Deos.*

Cadendi verbo ancipiti vsus eleganter Sueton. in Othone, cap. 5. *Neque dissimulabat se nisi principem stare non posse, nihilque referre in acie, sub hoste, an in foro sub creditoribus caderet.*

HOSTIA.] Seruius ad illud 1. Æneid.

C *Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.*

Hostia dicuntur sacrificia, quæ ab ijs fiunt, qui in hostem pergunt, victima sacrificia, quæ post victoriam fiunt. sed hæc confundit auctoritas. Ouid. 1. Fast.

Hostibus à victis hostia nomen habet.

Cornel. Fronto: *Victima maior est: hostia minor.* Fest. Hostia dicta est, ab eo quod est hostire, ferire. eo alludens Virg. in 6. Æneid. ait

——*ipse atri velleris agnam*
Aeneas, matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit. id est, mactat & immolat, hostit & hostiam facit. An quia hostire, æquare, &
D hostiis dij æqui redduntur? Agoniæ etiam dictæ hostiæ ab agendo. Fest.

TAVRVS.] hostia maxima scilicet. Virg. 3. Georg. *Hinc albi Clitumne greges & maxima taurus.* Victima, quæ & amplissima dicitur Festo in Solitaurilia. Sed idem Festus scribit maximam hostiam ouilli pecoris censeri, ab animo placidiore. quare ista inter se non pugnant, quia taurus corpore maxima, ouis animo placido. Negãt autem Seruius & Macrobius Ioui taurum rite immolari. Festus in *Tauri.* In commentariis autem sacrorum Tauri verbenæque
E significant, ficta farinacea. est & Taurus in obscœnis, vt dictum alibi.

HIC *quoque sit gratus paruus labor.*] acceptum & iucundum exiguum hoc & exile carmen elaboratum tamen. vnde *Sedulitas Poeta* dicitur Cic. pro Archia. Virg. *In tenui labor.* Propter eum laborem & industriam se Poëtæ cum apibus cõparant, vt Lucretius & Horat. od. 2. l. 4.

——*ego apis Matinæ*
More modóque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, vuidique
Tiburis ripas, operosa paruus
Carmina fingo.

Labor est parturientium & versus sunt musa-

rum fœtus. Catull. *Nec potis est*

Dulces Musarum expromere foetus Mens animi.

Labor definitur à Cicerone 2. Tusc. *Functio animi vel corporis grauioris operis & muneris.* Horat. sat. 3. lib. 2.

Culpantur frustra calami, immeritusque laborat

Iratis natus paries diis, atque poëtis. & vt suorum mote parere se dictitabat Virgil. Horat. in arte: *Si non offenderit vnum*

Quemque Poëtarum limæ labor & mora.

V T *tibi possim.*] in honorem tui nominis, & perpetuæ laudis.

I N D E *alios, aliosque.*] ex hoc carmine aliud subinde nouum effingere: *Alios aliosque*, vt Catull.

B

Hac atque illa dies, atque alia atque alia.

Virg. 10. Æneid.

Telumque intorsit in hostem,

Inde aliud simul atque aliud.

M E M O R.] gratus, & qui tuorum beneficiorum nunquam obliuiscar, idque testatus est epitaphio suo in el. 3. lib. 1. Memor Tibullus, sed adeo immemor Messala, vt sui quoque nominis obliuisceretur, inquit Plinius, cap. 24. lib. 7.

C O M P O N E R E *versus.*] id est, condere & conscribere; quia reponi, & asseruari in arca debeant scripti versus. vnde Horat. epist. 1. l. 1.

C

Condo & compono quæ mox depromere possim.

ergo id quod sequitur, pro eo quod præcedit, quia scribuntur versus, vt componantur, *nonumque premantur in annum.* versus quia sæpe vertendus stylus, antequam suis constet numeris. Isidorus, cap. 38. lib. 1. versus, dicti ab eo quod pedibus in ordine suo dispositis certo fine moderantur per articulos, quæ cæsa & membra nominantur, qui ne longius prouoluerentur quam iudicium posset sustinere, statuit ratio vnde reuerteretur, & ab eo versum vocatum

D

dicunt. An versum a genere dicendi verso atque mutato, cui respondet prorsum, id est rectum & sua sponte fusum? vnde Ausonius, *prorsa & versa loqui.* Dicebantur olim *versi*, supple, sermones: Priscianus, lib. 6.

A L T E R *dicat.*] alter non est hic ἕτερος, sed ἄλλος: ergo ἰδιωτισμὸς. Plautus:

Non te respicis, cum dicis alteri contumeliam. Tibull. *Tum flebis cum me vinctum puer alter habebit.* Propertius:

Alterius luctu fortia verba loqui.

Dicat, canat, celebret. Horat.

Prima dicte mihi, summa dicende Camœna.

Virgil. *Cui non dictus Hylas.* Similis huic Manilij locus initio lib. 1. Astronom. vet. lib. habent *dictat.*

O P V S *magni mirabile mundi.*] *Operosam* mundi molem vocat Ouidius:

Esse quoque in fatis reminiscitur adfore tempus

Quo mare, quo Tellus, correptaque regia cœli

Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Ciceroni 2. de nat. deor. *Fabrica incredibilis naturæ dicitur.* Ouid. *Opus triplex* vocat:

Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis,

Casurumque triplex vaticinatur opus.

vnde *opifex rerum* eidem Ouidio. Plin. cap. 1. l. 2.

A

rerum naturæ opus. &, *rerum ipsa natura.*

M A G N I.] vasti, Ouid.

M I R A B I L E.] stupendum, θαυμάσιον, θαυμαστόν: quamquam negat Horatius quosdam hoc opus mirari: *Hunc solem & stellas*, &c. Plato in Theæteto: ἀρχὴ φιλοσοφίας θαυμάζειν, &c. Alij libri *memorabile.*

M V N D I.] Festus: *Mundus appellatur cœlum, mare, terra & aër*, &c. *Mundus* etiam fossa quædā dicitur in vrbe condenda. Plutarchus in Romulo. mundus τὸ πᾶν, Ciceroni *vniuersum* & *vniuersitas.*

Q V A L I S.] aduerbij loco, vt in versu proximè sequenti, pro quomodo.

I N *immensum desederit aëre Tellus.*] in aliis est:

Qualis in immensum desciderit aëra Tellus.

quæ lectio idem valet, id est, depressa sit. Desido, edi. desidere, *s'affaiser, s'aualer.* Cicero 1. de Diuin. *Vt multis locis labes factæ sint, terraque desederint.* Ibidem: *Cum ad infinitam multitudinem terra desedisset.* Liuius, lib. 32. *Multis locis terra desederat.* Ouid. 1. Metam.

Densior his tellus, elementaque grandia traxit,

Et pressa est grauitate sui. Cicero 1. & 5. Tusc. & 2. de nat. Deor. *Terra crassissima mundi regio medium mundi locum tenet, qui est infinitus in rotundo.*

I N *immenso aere.*] Plin. cap. 38. lib. 2. *Cælum appellauere maiores, quod alio nomine aëra; omne illud infinitum, quod inani simile:* &c. immensitatem aëris, & quasi vastitatem, vt significet Lucretius: *aeris magnum mare*, dixit lib. 5.

Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto

Innumerabiliter priuas mutatur in horas.

Semper enim quodcunque fluit de rebus, id omne

Aeris in magnum fertur mare. Cicer. 1. de nat. Deor. Anaximenes aëra Deum statuit, eumq; gigni, & esse immensum & infinitum, & semper in motu. Immensus, ἀμέτρητος, quod sub mensuram non cadit.

T E L L V S.] Seruius ad illud 1. Æneid.

Magno Telluris amore: Tellus dea, terra elementum. Sed Tellus pro terra, vt Neptunus pro mari, Vulcanus pro igni.

Q V A L I S *& in curuum pontus confluxerit orbem.*] id est, in rotundam figuram mare fluendo conuenerit. gemina Metonymia in *Pontus*; nam deus maris pro mari, cum sit pontus Hesiodo in Theog. Nerei pater, & pars maris pro toto mari, certusq; tractus incipiens à palude Mœotide, plus satis Ouidio notus & descriptus in libris de Ponto. Item pontus, pro fluctu & aquę

E

magnitudine. Virg. 1. Æneid.

——*ingens à vertice pontus*

In puppim ferit. *Pontus* τοῦ ἐπὶ πόνου, quod labores magni in mari perferendi sint. *Confluxerit*, conuenerit fluendo, vnde *confluentes* dicti, & *conflages*, vbi flumina, vel riui conueniunt & vna miscentur. Ouid. ea de re 1. Metam.

——*circumfluus humor*

Vltima possedit, solidumque coërcuit orbem. Ibid.

Tum mare diffudit, rapidisque tumescere ventis

Iussit & ambita circumdare littora terræ.

I N *orbem curuum.*] in rotundam figuram, quam efficit Oceanus amplexu suo terram ambiens. vnde ἀψόρροος vocatur ab Homero, quod

in ſe recurrat, reuertaturque & refluat. Virg. 6. Æneid.

—— magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te.

Ouid. 1. Metam.

—— nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

vt rotundus mundus & σφαιροειδὴς, ita & eius partes, vnde & orbis terrarum, & orbis ſignifer. *Orbis curuus*, vt Virg. 1. Georg.

Obliquus ſignorum ordo. Cicero 6. de rep. de hac terrarum mariſque forma: *Omnis enim terra angusta verticibus, lateribus latior, circumdata illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.* & in 5. Tuſcul. *Quibuſdam ait cauernis aquam ſuſtineri.* vnde Lucretius appellat: *Salſas lacunas.* An *curuum orbem*, dixit propter littorum ſinus & amfractus. ſic infra in hoc panegyrico: *Curua nec aſſuetos egerunt flumina curſus.* vide illic. lege Plin. cap. 65. & 66. lib. 2. de maris & terræ mutuo complexu.

E T *vagus è terris qua ſurgere nititur aër.*] id eſt, ſemper fluitans & mobilis. vide annotata ad illud: *Immenſo aere*, ex Lucretio & Cicerone: *nititur* quia eo tendit ſponte & vi ſua vt tollatur in cœlum. ſponte enim leuia ſurſum feruntur, & grauia deorſum. Ideo Grammatici Græci aëris vocabulum deducunt, ἀπὸ τοῦ αἴρειν. id eſt, à tollendo & ferendo ſurſum. Cic. 1. Tuſc. *Perſuadent Mathematici terram in medio mundi ſitam, ad vniuerſi cœli complexum quaſi inſtar puncti obtinere, quod κέντρον illi vocant: eam porro naturam eſſe quatuor omnia gignentium corporum, vt quaſi partita & diuiſa habeant inter ſe momenta: terrena & humida ſuopte nutu & ſuopte pondere ad pares angulos, ad terram & in mare ferantur: reliquæ duæ partes, vna ignea & altera animalis, vt illis ſuperiores in medium mundi locum grauitate ferantur & pondere: ſic hæ ſurſum rectis lineis in ſuperiorem locum ſubuolent: ſiue ipſa natura ſuperiora appetente, ſiue quod à grauioribus leniora natura repellantur.* ergo *nititur* quia leuia natura ſublime appetunt. Nitendi autem verbo ſic vſus eſt Lucretius, lib. 1.

Et quæ pondera ſunt ſub terris omnia ſurſum
Nitier, in terriſque retro requieſcere poſta.

H V I C *& alias Hinc contextus.*] aptiſſimè cõiunctus & connexus. ſic flores & ſerta contexi dicuntur. Tibullus:

Vt cum contexunt amaranthis alba puellæ Lilia.

eſt enim quædam elementorum inter ſe textura. vnde à Lucretio *Texta* nominantur:

Tres ſpecies tam diſſimiles, tria talia texta.

idem lib. 1.

Quippe vbi nulla forent æterno corpore, eorum
Contextum vis deberet diſſoluere quæque.

dixi plura ad illud: *Intexere facta chartis.*

P A S S I M *fluat.*] ſparſim, temere & confusè. vt infra:

Pannonius gelidas paſſim diſiectus in alpes.

vet. gl. *paſſim*, χύδην. *paſſim* ἀνέδην. Agrætius: *Paſſim aliquid reperiri de re corporali rectè dicimus: affatim de re aliqua incorporali.* hoc de inceſſu, illud de affatu & copia verborum. idem ſcribit Seruius in 1. Georg. & 5. Æneid.

paſſimque in littore ſicco Corpora curamus.

A de fluxu aëris Lucretius lib. 5.

Inde mare, inde aër, inde æther ignifer ipſe,
Corporibus liquidis ſunt omnia pura relicta:
Et leuiora aliis aliis alia, & liquidiſſimus æther
Atque leuiſſimus, aërias ſuper influit auras:
Nec liquidum corpus turbantibus aëris auris
Commiſcet: ſinit hæc violentis omnia verti
Turbinibus, ſinit incertis turbare procellis,
Ipſe ſuos ignes certo fert impete labens.
Nam modicè fluere atque vno poſſe æthera niſu
Significat ponti mare, certo quod fluit æſtu,
Vnum labendi conſeruans vſque tenorem.

Gellius cap. 30. lib. 2. *Fluit aer*, de vento.

B I G N E V S *æther.*] *Vis ignea cœli.* Ouid. 1. Met.

Ignea conuexi vis, & ſine pondere cœli
Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.

Lucretio: *Flammantia mœnia mundi.* Virgilio: *Rubra æthra.* Cicero 1. de nat. Deor. *Aether nominatur ardor vltimus, & vndique circumfuſus, & extremus, omnia cingens & complexus.* Idem 2. de nat. deor. *Ora & determinatio mundi, idem plane cum Ione.* iunge quæ ſupra dicta ex Lucretio ad illud: *paſſim fluat.* Porro Phornutus æthera dictum putat ἀπὸ τοῦ αἴθειν, quod eſt ardere, vel ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, vel ἀεὶ θεῖν. Plato in Timæo, ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον αἰθὴρ καλούμενος. *Igneus* etiam

C ſine igni & flamma, ſed micans & lucens. Ouid. 6. Faſtor.

Ignea cum pura veſte nitebit humus.

P E N D E N T I Q V E *ſuper claudantur vt omnia cœlo.*] *Super pendere*, deſuper imminere. Horat.

Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet. ——

Inde *Superſtitionis* nomen Lucretio à ſuperſtando & impendendo. Imminere campis aërem, dixit Lucanus in deſcriptione pugnæ Pharſalicæ:

Sed petitur ſolus, qui campis imminet aër.

D & Horat. od. 4. lib. 1. carm. *Imminente luna.* Liuius lib. 47. *Superpendentia ſaxa*, vno verbo. Auſonius *pendere* etiam *terram* dixit:

Telluris medio quæ pendet in aëre libra eſt.

Virg. 1. Georg.

Dum ſicca Tellure licet, dum nubila pendent.

Ouid. 1. Metam.

Vtque manu latè pendentia nubila preſſit.

& 3. Faſt.

Adſpicit hos, vt forte pependerat æthere mater.

Nephele ſcilicet.

C L A V D A N T V R *vt omnia cœlo.*] claudantur & contineantur. Cœlum enim non ſolum à

E cælatura, ſed etiam à celando, id eſt regendo. quò alluſit Lucanus: *Cœlo tegitur qui non habet vrnam.* Ouid. 1. Metam.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum.

vnde *cœli tegmen.* Lucret. lib. 1.

Nec res vlla geri ſub cœli tegmine poſſet.

& lib. 2. *Sub eodem tegmine cœli. Amictum cœli* vocat idem lib. 6. *Cœli mutemus amictum.* aëre velut veſte circumiecta ambimur. Hinc Virgilio & Horatio, *nube amicti.* Ennius apud Varr. de L. L. *Cortinam* vocauit à ſimilitudine Cortinæ Apollinis: *Quaq. freto caua cæruleo cortina receptat.* Item apud Ciceronem in Oratore: *Cœli ingentes fornices, & in altiſono cœli clypeo.* & Varro: *Nubes*

æquali frigido velo leues, cæli cauernas aureas subduxerant. De cœli etymo Varro 4. de ling. Lat. *Cœlus* Ennio masculini generis, Nonius: *Claudo*, quasi claui do seruandum. vnde *Clusius, Ianus.* & Virgilio clauditur & panditur Olympus.

AT *quodcunque mea poterunt audere camœna.*] alias, *Et quodcunque*, &c. Incurrit Propertius in Tibulli vestigia, el.18. lib.1.

Et quodcunque meæ poterunt narrare querelæ.

Mea Camœna, ego vates, mea facultas & vis canendi. sic Virg.

Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, musam.

Horat. *Cæaque & Alcæi minaces*
Stesichorique graues camœnæ.

Propert. *Hæc mea musa leuis.* item Horat. *Calabræ Pierides*, id est Ennius. Varro 6. de ling. Lat. *Casmena, carmena inde carmina & r extrito vel s. Camœna factum.* Festus: *Camœnæ, musæ à carminibus dictæ, vel quod canunt antiquorum laudes; vel quod sint castæ mentis præsides.* Quidam ita dictas putant à cantus amœnitate. Seruius ad illud Virg. in ecl. 3.

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ:
Musæ, quibus à cantu nomen hoc inditum.

Audere, aggredi, quia dixit: *Incipiam tamen.* Audacia, ab auidè agendo, inquit Festus: ergo audeo, auidè ad aliquid eo.

SEV *tibi par poterunt.*] seu poterunt laudes tuas æquare canendo: si mea carmina respondere tuis meritis poterunt, & vires subsistere, si carmina non deficiant laudes.

SEV, *quod spes abnuit,*] quod sperare non audeo, nec mihi polliceri. Spes ipsa & ait & negat: Tibullus ipse:

Iam mala finissem leto, sed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore semper ait.

Abnuo aduersatur τῷ *annuo.* Seruius ad illud 10. Æneid. *Abnueram bello Italiam concurrere Teucris*, exponit, *prohibueram*: olim dicebatur *abnueo*: Ennius apud Diomedem: *Certare abnueo, metuo legionibus labem.* Idem Ennius in Thyeste apud Cic.3. de nat. deor. *abnutandi* verbo vtitur: *Quid est quod te aduos abnutas?* dixerat enim, *Nolite hospites adire ad me.* vide Festum in *abnutare*, & in *abnuitio.* in vet. gloss. *Abnutiuum*, ἀποφατικόν: & *abnutiua* vel *adnutiua oratio.* ἀποφατικὴ, καταφατική.

VLTRA.] magis, amplius, apud Diomedem lib.1 *Non faciam vltra.* Velleius Paterculus: *Vir munditijs vltra feminam fluens.* item: *Milo vir fortis, & vltra fortem temerarius.* sic vltra & citra in finibus virtutis. Legitur etiam: *Seu, quod spes abnuit vltrò*, id est, αὐτομάτως, ne spes quidem ipsa me sperare iubet, sed *Terret vt infirmæ valeant subsistere vires.* Melius tamen *vltrà*: nam tria complectitur, *par, maius*, & *minus.*

SIVE *minus, certéque canent minus.*] seu infra tuas laudes stabunt meæ camœnæ, & profectò erunt impares tuis laudibus.

OMNE *mouemus hoc tibi.*] Liber Scaligeri & Achillis Statij *Vouemus.* id est dicamus. exstat Virgilij votum ad Venerem pro suscepta Æneide. Retineo tamen *mouemus.* id est, molimur, incipimus & aggredimur. sic Virgil. 7. Æneid.

——maior rerum mihi nascitur ordo

A *Maius opus moueo.* Ouid. in epist. Sapphus:

An nisi legisses auctores nomina Sapphus,
Hoc breue nescires vnde mouetur opus?

idem lib.4. Fast.

Sacra Palis suberant, inde mouetur opus.

idem in 1. de Arte: *Vsus opus mouet hoc.*

NE *careat.*] *Triste carendi verbum*, inquit M. Tullius, & caremus inuiti rebus iucundis. vide 1. Tuscul.

MIHI *charta.*] exponi potest, pro, mea charta, id est liber, carmen, pagina. vt dictum supra ad illud, *chartis intexere.* Propert. el.17. lib.1.

Nec mihi Cassiope solito visura carinam.

B id est mea. Terentius. *Vbi nobis Aeschinus.* pro noster. Propert. el.13. lib.2.

Infelix hodie vir mihi rure venit.

pro vir meus. vel *mihi* in deteriorem partem.

TANTO *nomine.*] tam præclari viri nomine. sic Virg. *——Nec Phœbo gratior vlla est,*

Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Propert. el.5. lib.1.

Quam cito de tanto nomine rumor eris.

& el.7. lib. 2.

Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen.

Martialis:

Si redeant veteres ingentia nomina patres.

C alij *pondere.* alij *carmine.* forte legendum: *numine*, quo verbo sæpe vtitur in lib.1. Manilius.

ANTIQVÆ *gentis.*] Priscæ, inclytæ. Antiqua gens Valeria, à Valerio Voleso, siue Voluso, qui Romam è Sabinis venit cum Tatio. Dionys. lib. 4. Plutarchus in Publicola: *Gens* quid intelligitur ex definitione Gentilium in Ciceronis Top. Festus: *Gens illa appellatur* (malè legitur ibi, Gens Ælia appellatur) *quæ ex multis familijs conficitur.* exempli causa. ex gente Valeria sunt Maximi, Publicolæ, Arisculi, Catulli, Barbati, Flacci, Messalæ, Coruini. vide & Festum in *ingens.*

D SVPERANT *tibi laudes.*] satis superque adsunt. supersunt. vide Nonium in *superare.* superesse, & abundare. Virg. 1. Georg.

Si superant fœtus. Plaut. Amphit. *Num tibi aut accessit stultitia, aut superat superbia?*

NON *tua maiorum contenta est gloria fama.*] tuæ gloriæ non est satis laus maiorum, quia ea animus vix expletur. *Tua gloria*, tu ipse nobilis & ἔνδοξος. Propert. el.7. lib.2.

Hunc etiam tantum meruit mea gloria nomen.

Gloria, ἀπὸ τοῦ κλέος: Festus. Gloriam cum fama coniungit: nam definitur à Cicerone pro Marcello: *Illustris & peruagata fama meritorum.*

E NEC *quæris.*] scire non laboras, non curas.

QVID *quæ index sub imagine dicat.*] vet. lib. vt ait Scaliger:

Quid quaque index sub imagine dicat.

Index, ἔλεγχος, & subscriptæ cuique imagini literæ. sic autem, vt in veteri libro est, emendarat ex opinione Lipsius, cap.29. lib.1. Elect. de Indice vide infra ad illud: *Titulus. Indices bibliothecæ & librorum:* Seneca.

DICAT.] quasi loquatur. Plaut. in Bacchide sc. constringe: *Quid hæ loquuntur literæ? nullus homo dicit: hæ literæ te arguunt.* sic apud Catullum

loquitur arboris coma, *ait Phaselus. clamat cubile*, & apud Propertium: *Ida dicit.* & *dixerit Ascanius.*

Svb *imagine.*] aliter Virg. 7. Æneid. dixit:

Vitisator curuam seruans sub imagine falcem.

& Ouid.13. Metam.

Sub imagine tutus Achilles.

De imaginibus nobilium vide Lipsium, ca. 29. lib.1. Electorum. *Sub imagine* dixit, quia in basi statuarũ incidi, vel inscribi solebat cui & quare positæ essent: vt in signis à quo facta. De eiusmodi subscriptionibus, in donariis & votis Propert. el.14. lib. 2.

Magna ego dona tua figam Cytherea columna:
Taleque sub nostro nomine carmen erit.
Has pono ante tuas tibi diua Propertius ædes
Exuuias, tota nocte receptus amans.

Horatius:

Si quæret pater vrbium subscribi statuis.

Ouid. el.11. lib.1. Amor:

Subscribam, Veneri fidas tibi Naso tabellas
Dedicat. idem in epistola Sapphus:
Inde, chelyn Phœbo communia munera ponam
Et sub ea versus vnus & alter erunt.
Grata lyram posuit tibi Phœbe Poëtria Sappho
Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.

Sed *generis.*] gentis, maiorum.

Priscos.] Priscum à priusquam: Festus. sic antiquum ab antequam.

Contendis *vincere.*] laboras, certas, niteris exsuperare. verbum φιλονικίας significat. Ouid. el.4. lib.4. Trist.

O qui nominibus cum sis generosus auorum,
Exsuperas morum nobilitate genus.

Honores.] magistratus, imperia, triumphos, statuas, Senatusconsulta & alia monimenta benefactorum.

Qvam *tibi maiores.*] maiores, πρόγονοι, ita dicebantur à Romanis parentes supra tritauum. Seruius ad illud 8. Æneid. *Latique minores Seruauere diem.* vide *l.* 4. §. *parentem. l. vlt* §. *parentes. de grad.* pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus: maiores. & ita de minoribus. Plautus in milite: *Ibi maiores mei siti sunt.*

Maivs *decus ipse futuris.*] alij libri, *futurus*: sed *futuris* placet, vt *futuri* opponantur *Maioribus.* id est, postfuturi, *progenies* Horatio. Ita præteriti viri, qui olim fuerunt. Propert.

Fas est præteritos semper amare viros.

Futuri, de Nepotibus. Statius in extrema Thebaide: ——*præsens tibi fama benignum*
Strauit iter, didicitque nouum monstrare futuris.

Decus futuris. vt antiquus Poëta apud Nonium in *locus*: *Generi vir fortis loco.* Verba sunt Attij. Vide in eam sententiam Plautum in Trinummo. decus cum tert. casu. Virg. ecl.5.

Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ
Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis
Tu decus omne tuis. vt 8. Æneid.
Decus addite diuis.

Decus est famæ, decor formæ.

Non *titulus.*] Lutatius Grammaticus in 3. Thebaid. titulum esse ait memoriam benefactorum, & epitaphiis conuenire: Horat. od. 14. lib. 4.

A *Quæ cura patrum, quæue Quiritium*
Plenis honorum muneribus, tuas
Auguste virtutes in æuum
Per titulos, memoresque fastos Æternet?

vet. gl. Titulus, σύνθημα, τίτλος. Titulus, cippus: titulus, scriptio, τὸ ἐπὶ ἐπιγραφή, ἔλεγχος. Cornel. Tacitus, lib. 16. Annal. obiectauit Cassio, quod inter imagines maiorum etiam effigiem C. Cassij coluisset, ita inscriptam, *duci partium.* sic Liuius multis in locis titulos imaginum commemorat. Hoc interesse puto inter *titulum* & *Indicem*: vt index significet cuius sit imago: titulus, honores, & merita. Tibullus
B apud Tibullum alio loco, inscriptio est ædium venalium:

Ite sub imperium sub titulumque Lares. Accipitur & in deteriorem partem: Ouid. 6. Fast.

Vixit vt occideret damnatus crimine regni:
Hunc illi titulum longa senecta dabat.

Sunt & *Tituli* milites, Festo, quasi tutuli, quod patriam tueantur. ergo *titulus* à tuendo, quod sit conspicuus.

Capiet.] comprehendet, complecti non poterit. Varro Meleagris apud Nonium, in *Capere*: *Quem terra non cepit, & cælum recepit.* Virg. 9. Æneid. *Nec te Troia capit.* Titulus igitur quia
C breuis solet esse, tot factorum capax non erit. vt Plaut. Curc. *Modica est, capit quadrantal.*

Svb *nomine.*] nomen prius scribi solebat; deinde breuiter indicabantur res gestæ, vt M. Valerius Messala, Consul, Augur, triumphalis. vide supra plura ad illud: *sub imagine.* vet. lib. *temate.* fortasse, stemmate.

Æterno.] cedro æterna digno, semper victuro. quod de versibus Tibulli auguratur. Ouidius:

Donec erunt ignes, arcusque Cupidinis arma,
Discentur numeri culte Tibulle tui.

& in eius epicedio:

D *Carminibus confide bonis: iacet ecce Tibullus.*

Audacter de suis versibus Horatius:

Exegi monimentum ære perennius.

Virgilius modestior:

——*Si quid mea carmina possunt*
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.

Volvmina.] Isidor. cap. 13. lib. 6. *Volumen*, liber, à voluendo. Plinius Iunior. *libri tres in sex volumina propter amplitudinem diuisi.* Horatius confundi docet, epist. 13. lib. 1.

Augusto reddes signata volumina Vinni.

quia mox sequitur:

——*odiumque libellis Sedulus importes.*

E Convenient *vndique.*] omni ex parte confluent. significatur periphrasticῶς συνελεύσεται. sic Virg. 4. Æneid.

Anna vides toto properari littore circum
Vndique conuenere. & 5. Æneid.
Vndique conuenient Teucri, mistique Sicani.

& 7. Æneid.

——*Raptis concurrunt vndique telis.*

vndique, πανταχόθεν, πάντοθεν. *Conuenient componere*, ἱκανοὶ εἰσί: pro, conuenient ad componendum: sic Virg. ecl. 5.

Cur non Mopse, boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.

vel *Cupidi componere.* altero hellenismo, pro cupidi componendi. sic Virg. 12. Æneid.

——auidus confundere fœdus.

Ouid. 4. Metamorph.

——mortemque timens, cupidusque moriri.

Propertius.

Sed cupidus falsis attingere gaudia palmis.

In vet. gloss. *Cupidus* κνίσος. Scaliger emendat *Cupedius*, in ijsdẽ glossis: *Cupedicinus*, τριχίδειπνος. corrige Cupidicinus: nam κατ' ἀντίφρασιν ita dictus, qui lentius & serius ad cœnam veniebat, quia qui cupidus est cœnæ, ad eam accurrit, quod contraria significatione Græcis τριχίδειπνος. cupidi, vt Virg.

Namque super tibi erunt qui dicere laudes,
Vare, tuas cupient, & tristia condere bella.

sic cupidum se canendi Pollionis laudes ostendit Virgilius, cum ait ecl. 4.

O mihi tam longè maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.

Componere laudes, nomen & fortia facta celebrare. dictum supra ad illud: *componere versus.*

QVIQVE *canent vincto pede, quique soluto.*] Sic Virg. 6. Æneid.

Quique ob adulterium cæsi, quique arma secuti
Impia.

VINCTO *pede.*] Alij libri: *Iuncto pede.* sed malo *vincto.* nam vinctus & solutus, vt aduersa componuntur. Pedes autem non tam vinciuntur in versu, quam versum ipsum vinciunt, quamquam in versu mutuis vinculis astricti pedes, vt anelli in catena: & referri potest ad τὸ *versu*, quod præcessit. Cicero in Oratore, & lib. 3. de Oratore: *De pedibus in versu per translationem ita dictis, vt in naui.* Sic fluere versus, & ingredi dicuntur. Hinc Ausonius:

Quot pedibus gradiuntur apes, & versus Homeri:

sic pedes de aqua fluente, dixit Virgilius, Horatius, Lucretius: vide Diomedem lib. 3. & de compositione: & metris Oratorum Rufinum. Horatius.

Nempe incomposito dixi pede currere versus
Lucilli. & sat. 1. libri 2.

——me pedibus delectat claudere verba
Lucilli ritu.

vt illud vincto ad poëtas, sic hoc soluto pertinet ad oratores & historicos. Hora. od. 12. li. 2.

——Tuque pedestribus
Dices historijs prælia Cæsaris
Mæcenas melius.

Et de arte poëtica:

Et Tragicus plerumque dolet sermone pedestri.

& sat. 6. lib. 2.

Quid prius illustrem satyris, musaque pedestri.

πεζῷ λόγῳ dicit Plato in Sophista. Horatius in Encomio Pindari:

——numerisque fertur lege solutis.

Ouid. el. vet. lib. 4. Trist.

Scribere tentabar verba soluta modis.

An per *per solutum pedem* dithyrambos intelligit quia dixit, *canet*, quod non est historicorum de quibus dithyrambis Cic. 3. de orat. & Plato in Phedro.

QVIS *potius certamen erit.*] Magna erit contentio inter eos, qui laudes tuas canere cupiēt,

A quis te potius meliusque canet, vel certamen erit queis, id est, quibus potius caneris; an versibus, an prosa, solutaque oratione: certabunt inter se poëtæ & historici, quis te melius pro dignitate laudabit. *Certamen erit*, magna contentio. vet. gl. *certamen, certatio*, φιλονεικία. *certamino*, φιλονεικῶ. vetus poëta apud Ciceronem 3. de nat. deor. *Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio.* Horat.

Grande certamen tibi præda cedat Maior an illi.

Virgil.

Et certamen erat Corydon cum Thirside magnum.

Idem *Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.*

B Ibid. *Quid si idem certet Phœbum superare canendo.*

Potest & legi, *Quis potior, certamen erit.*

SIM *victor in illis.*] *Sim*, vel optahtis; vtinam in eo mihi certamine palma detur. vel est enallage modorum, *Sim*, pro ero. ve supra monui. ad illud *Humilis tantis sim conditor actis.* An victor, voti compos: Virg. 3. Georg.

Victorque virum volitare per ora.

& mox.

Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

NOSTRVM.] Pro meum. sic Propert. el. 8. lib. 2.

C *Exagitet nostros manes, sectetur & vmbras,*
Insultetque rogis, calcet & ossa mea.

& eleg. 14.

Magna ego dona tua figam Cytherea columna,
Taleque sub nostro nomine carmen erit

INSCRIBAM *nomen.*] In lib. 1. elegiarum inscripsit nomen suum cum nomine Messalæ, & suum quoque Virgilius in extremo lib. 4. Georg. eum nomine Augusti. Cic. 1. Tuscul. *Ipsi philosophi in libris de contemnenda gloria suum nomen inscribunt.* & 13. Philippica: *In porta suum nomen inscripsit.*

D ACTIS.] Pro factis. dictum supra ad illud *Humilis tantis sum conditor actis.*

NAM *quis te maiora gerit.*] Vera hæc lectio. vet. lib. *Nec quisquam maiora gerit*, incorrectè *gerit*, sustinet & administrat. Varro lib. 5. de ling. lat. *Poëta facit fabulam, actor agit. Imperator neque facit neque agit, sed rem gerit, id est sustinet. Translatum*, inquit, *ab his, qui honora gerunt.* Nonius *Gerere*, habere, ferre, facere.

CASTRISVE *forove.*] Militiæ & domi; paludatus vel togatus: in armis castrensibus, vel forensibus: bello vel pace. vet. lib. *chartisue forove* non probo. *rem gerere, in foro & alea lusu*, dixit

E Augustus apud Suetonium & Otho apud eundem, *cadere in foro sub creditoribus, vel in acie sub hostibus. fori* nomine quid significetur docet Festus in *forum.* & Varro dictum ait, *quod eo res conferrent.* ver. gloss. *forum*, ἀγορά, δικαστήριον, quod hic designatur. nam loquitur de foro iudiciali. *Castra* & genere neutro, & feminino dici notat Nonius, Seruius, & Seruij simia Isidorus, *quia ibi castraretur libido: quia nunquam bis mulier interesset.* Imò, quia vt castra, & oppida munirentur. Virg. 7. Æneid.

Primasque in littore sedes
Castrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.

NEC *tamen hinc atque hinc, tibi laus maiorque*

minorque.] Neque tibi augetur fama, neque A minuitur. Par tibi laus è castris & foro: æque bonus es & Imperator & orator. *hinc atque hinc*, pro hinc vel inde Virg.

Hinc atque hinc vastæ rupes. ibid.
—— quam mille secutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Hinc atque hinc, Homero ἔνθα καὶ ἔνθα. Alij lib.
Hic aut hic.

Ivsta *libra.*] cuius æquatum examen & lances. Virg. 12. Æn.

Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet. Et in Catalectis de viro bono.
—— & iusto trutinæ se examine penset.

Libra, σταθμός, καὶ στάθμιον. Item *libra signum celeste*, inquit Varro 6. de L. L. *Signa quod aliquid significent, vt libra æquinoctium.* Ausonius in eclogario, de ratione libræ.

Libra igitur, totum si nulla ex parte vacillet,
Ponderis, & numeri, morumque, operumque & æquarum
Libra, nec est modulus quem non hoc nomine signes.

Hic libræ nomen ad pondus non ad mensuram refertur.

Pari *premitur veluti cum pondere.*] Græcis ἰσοσθενὴς καὶ ἰσόζυγος, καὶ ἰσόῤῥοπος; & ἰσοῤῥοπία. nam ἰσοῤῥοπία æquilibrium Vitruuio: ἰσοβαρὴς, *Hostimentum.* Plaut. Asinar. sc. vbi ego.

—— At pol ego qui te expendi, scio.
Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes.
Quo argumento istuc? L. ego dicam quo argumento, & quo modo.
Ad pedes quando alligatum est equum centupondiũ,
Vbi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem,
Nec dependes, nec propendes, quin malus, ac quamque sis.
Premitur, vrgetur, sedet.

Prona.] Epitheton *prona*, iungitur cum verbo sedet, & sub conditione ponitur: prona futura si sedeat. Horatius eodem modo:

Si vector studiis nihil horum prona deorsum
Vergens. *Pronum* & *supinum* opponuntur. Plinius *Proni cubitus oculis conducunt: supini tussibus.* sic *prona animalia*: Ouidio, & Salustio. & *proni menses*: Horatio.

Nec *hac plus parte sedet.*] Virg. 1. georg.
—— & celi iusta plus parte relinquit.

Sedet, deprimitur: quod supra *desederit in aëre Tellus.* Hinc *sedere tela* dicuntur quæ descendunt altius, & infiguntur. Virg. 10. Æneid.

Tribusque transiit intextum tauris opus imaque sedit
Inguine: Inde metaphoricos, *sedere*, pro placere. Virg. 4. Æneid.

Si mihi non animo fixum immotumque sederet.
& 5. Æneid.
Idque pio sedet Aeneæ.

Nec *surgit ab illa.*] In sublime fertur, erigitur, attollitur. sic supra; *qua surgere nititur aër.* Sic & Virgilius, *consurgere & premi*, de vtroque polo dixit quorum alter sublimis, alter sub pedibus. lib. 1. Georg.

Mundus vt ad Scythiam, Riphæasque arduus arces
Consurgit, premitur Lybiæ deuexus ad austros.

Qvales.] quomodo libra.

Si *quando.*] pro, cum Virg. 3. georg.
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ. & 12. Æn.
Si quando letum horrificum molitur.
& 1. georg.
Frigidus agricolam si quando continet imber.

Onvs.] Impositum libræ pondus. Corn. Fronto: *onus vehiculorum, & manus est: Sarcina hominum.* Varro 4. de ling. lat. aspirat, honus ab honesto honere: & dictum honus est honos, qui sustinet remp.

In æqvatvm.] *inæquatum onus*, quod mo-
B do dixit par pondus. τὸ *in* non est abnutiuum, nec στερητικὸν; sed adnuit & affirmat, vt in verbis inæstuare, infringere, inclamare, inaudire. Sic Cæsar lib. 1. de bello ciuili. *fossas transuersis viis perducit, stipitesque præacutas defigit, hac leuibus cratibus, terraque inæquat.* sic infra.

Rectus inæquatis decurrit frontibus ordo.

Vrget.] *vrget* siue *vrguet*, deprimit, degrauat. vrgemur enim pondere & mole. Ouid. in oratione Aiacis.

Vbi Aeolidum saxum graue Sisyphon vrget.
Virg. 3. Æneid.
C *Enceladi semustum fulmine corpus.*
*V*rgeri mole hac, idest, premi.

Vtrimqve.] Ex hac vel illa parte libræ ἑκατέρωθεν.

Instabilis.] Incerta, vaga, mobilis, Virg. 4. georg.

Instabiles animos ludo prohibebis inani.
sic *rates* male firmæ, dicuntur, *instabiles.*
Lucra petituras parentia per freta ventis
Ducunt instabiles sidera certa rates.

Natat.] Fluitat, vacillat, vt natare dicuntur oculi. Hinc *natitare*, & *natinatio* apud
D Festum & Isidorum. & *Natinatores*, seditiosi quorum fluctuat semper animus; & qui more natantium in negotiis semper fluctuantes feruntur. vet. gl. *Nato*, νήχομαι. *Natare libram* vulgus ait, *demeurer entre deux fers.* Lucretius: claudicare lib. 4. vnde mendum tollo:

At libella aliqua si ex parte claudicat hilum.
Omnia mendosè fieri atque obstipa necesse est.

Corrigendum *mendosa ecfieri.* Natare Nonius apud Virg. 4. georg. male exponit, *trepidare.*

Conditque natantia lumina somnus.
id est, fluitantia & fugientia, vt Ouidius dixit, de Tibullo nostro moriente.
E *His certè manibus fugientes pressit ocellos Mater.*

Aeterno.] Vicissitudinem significat Propert.

Alterna facilis cedere lympha manu.
Item *Oscula & alterna ferre supina fuga.*
Item *Alterna lege rependo vices.*
sic *alternis gressus*, de claudicante. Virg. 12. Æn.
Alternus pes elegiæ: Stat. in siluis.

Depressior.] Depressior locus, inferior & humilior Virg. 1. Georg.

Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
& 3. Georg. *Ingemere.*
Saxa per & scopulos & depressas conualles.

Orbe.] Lance rotunda, quam ita vocat à forma. vt dicimus *oculorum orbes.* Ab eadem figura vocat Virg. 7. Æn. Mensam paniceam,

orbem fatales crusti, *& quadras* & Attius in Bruto. *Orbem flammeum.* id est, solem.

DIVERSI.] In alia omnia euntis, & semper à bonis dissentientis. hinc Virg. in 2. Æn.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Alij libri, diuisi, quia diuiditur in seditione populus, vnde seditio, à seorsum eundo. Velleius Paterculus de L. Scylla. *In eodem duplicis & diuersissimi hominis exemplum.* Virg. 5. Aeneid.

Quo diuersus abis?

Ergo retineri potest, diuersi.

FREMAT.] Indignetur, tumultuetur. & de vulgo dixit, *fremat*, vt de equo, vel Leone, vel de mari. Virg.

Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino.

Fremo Græcum verbum mutato beta in digamma Aeolicum Fremo: nisi fictum verbum per onomatopœiam, vt frendeo, frango, frigeo. Festus fremitum, quasi ferimentum. fremitus etiam ventorum est, Virg. 1. Æneid.

Circum claustra fremunt.

Scilicet venti indignantes.

INCONSTANTIA *vulgi.*] Id est vulgus inconstans: vt mox, *Iudicis ira*, pro iratus iudex. Sic Horatius.

Virtus Scipiada, & mitis sapientia Lali. & i.

Scyllæ impetus, pro Scylla rapida.

Virg. 2. Aeneid.

—— *verum inclementia diuum*

Has euertit opes.

Id est diui inclementes. *Incertum vulgus*: Virg. 2. Æneid. *Et mobiles quirites:*

Horat. vide hac de re Ciceronis in orat. pro Murena. Ipsi volgo nomen a volgando, id est, volando. vnde Lucretius:

Fulgura peruolgant cælum.

& vetus poëta apud Varronem.

Alcyonum ritu littus peruolgans feror.

vnde Ouid.

Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus.

NON *alius.*] Tu solus, & nemo te melius.

SEDERE.] Componere, *regere dictis animos & pectora mulcere.* vt ait Virg. in 1. Æneid.

SEV *iudicis ira.*] Iudex iratus, vt supra *inconstantia vulgi*, vulgus inconstans, quem locum vide.

PLACANDA.] Lenienda, mulcenda.

POTERVNT *mitescere*] Virg. ecl. vlt.

Malacissari Plauto. placari, emolliri feritatem deponere: Ouid.

Aut deus ille malis hominum mitescere discat.

Idem

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,

Emollit mores, nec sinit esse feros. Horat.

Nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit,

Si modo culturæ patientem præbeat aurem.

Mitis etiam mollis, malacus. hinc Iocus Plauti in Aulul.

Fustibus sum mollior, quam vllus cinædus.

& in milite.

Mitis sum equidem fustibus.

VERBIS.] Dictis, oratione, eloquentia. Horat. hunc Messalam disertum vocat in sat.

—— *abest virtute diserti Messala.*

Eius frequens apud Plinium mentio.

A NON *Pylos.*] De Pylo, patria Nestoris, Strabo lib. 8. vbi tres eius nominis vrbes memorat in Peloponeso, & Arcadia. Apud Homerũ Iliad. 1. Nestor dicitur λιγὺς Πυλίων ἀγορητής. infra, *Pyliæ sæcula famæ.* vnde apud Ouid.

Pylius senex. & apud Martialem, *Pylia senecta.* Horat.

Non Pylium Nestora respicis.

Nestor ipse apud Ouid. lib. 12. met. narrat vt ipsius patriam Pylum Herenles euerterit.

AVT *Ithacæ.*] Apud Homerum Telemachus in lib. 4. Odiss. multa loquitur de Ithacæ B insulæ asperitate, quo alludens in epistolis Horatius.

Non est aptus equis Ithaca locus.

Homer. in lib. 2. Odyss.

—— πολύμητις Ὀδυσσεὺς

Ὃς τράφη ἐν δήμῳ Ἰθάκης κραναῆς ἐπὶ νήσου.

Qui nutritus est in populo Ithacæ sterilis existentis. Seruius ad illud Virgilij: *Dulichias vexasse rates. Dulichium insula, vbi mons Ithacus, in quo fertur Vlysses habitasse:* Virg. 3. Aeneid.

Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna:

Et terram altricem sæui exsecramur Vlyssis.

C TANTOS.] Tam magnos & claros Virg.

Qui te tanti genuere parentes.

GENVISSE.] Gignit nos patria, vt communis parens. Virg.

Mantua me genuit. Propert.

Proxima supposito contingens Vmbria campo

Me genuit.

NESTORA.] Homer. iliad. 1.

PARVAE *magnum decus vrbis.*] Antithesis vt Virg. —— *solatia luctus*

Exigua ingentis. magnum decus, vt supra

—— *matris decus ipse futuris.*

& Virgil. 11. Aeneid.

D *O dolor, atque decus magnum rediture parenti.*

Parua vrbs, Ithaca, vt supra diximus, & in scopulis tanquam nidulus affixa: Cic. 1. de orat. Sirenes apud Homer. in lib. 12. Odyss. blandientes Vlyssi ita canunt.

Δεῦρ' ἄγ' ἰὼν πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν.

Huc age veniens, laboriose Vlysseu, magnum decus Græcorum. Attius initio Philactetæ apud Apuleium in libro de Deo Socratis, *Inclyte parua prodite patria, Nomine celebri, claroque potens pectore, Achiuis Classibus ductor: Grauis Dardaniis gentibus vltor Laertiades.* Laus autem maior quæ datur patriæ, quam quæ accipitur. hinc

E scitum illud Themistoclis apud Plutarchum: cui cum Seriphius quidam obiiceret illum haberi clarum propter celebritatem vrbis Atheniensium: *Vera narras*, inquit, *nam nec ego, si Seriphius essem, clarus essem: neque tu si Atheniensis:*

VIXERIT *ille senex quamuis.*] Home. lib. 1. Iliad.

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων

Ἐφθίατο. Huic iam quidem duæ ætates mortalium hominum defecerant. mox μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν. cum tertiis autem regnabat. quod ipse Nestor apud Ouid. 12. met. his verbis sic ait:

Vixi annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.

Plutarch. in Catone Censorio, Catonem ait

natum annos 90. Galbam aceusasse, & ita tum Nestoris vitam attigisse, vt ætas & seculum sit 30. annorum. Horat. od. 9. lib. 1. A

At non ter æuo functus. Iuuen. sat. 10.

Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit a Cornice secundæ.
Felix nimirum qui tot per sæcula mortem
Distulit.

Vnde Censorinum cap. 17. de die Natali, de sæculi spatio; & Festum in *Seculares ludos*, & Varron. in 5. de ling. lat. ex tribus autem verbis, scilicet, senex, tria, & sæcula, vnum fecit venustissimè Næuius apud Gell. c. 7. lib. 19. Trisæclisenex, id est, Nestor.

DVM.] Interea dum.

TERNA.] Pro, tria. Ouid. el. 12. lib. 3. Trist.

Cúmque tribus resonant terna theatra modis.

Virgil. ecl. 8.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia.

PER *orbem.*] Per cælum σφαιροειδῶς. Tibullus Ætherium mundum vocat:

Iam mox Aetherium nigris emensa quadrigis Mundũ.

Virgil. 8. Æneid.

Aetherios humero qui sustinet orbes.

sic supra dixit: *curuum orbem ponti.* Varro apud Nonium:

C *Diogenes ille nobilis quondam canes*
Hic homines omnes liquit in terræ pila.

Propert. el. 1. lib. 4. ærata pila, pro sphæra. Solis autem orbis, & per orbem, & in orbem voluitur. Virgil. 1. Georg.

Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.

TITAN.] Sol. Seruius in 10. Æneid. *Titan, sol, & Titanis Luna: quia Soli pater Hyperion, & Lunæ auus Cæus, vterque e Titanibus.* & inde Virg. 6. Æneid. *Titania astra.* Idem in illud 6. Æn.

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes.

Titanes, inquit, *è terra geniti contra Saturnum, vt Gigantes contra Iouem, arma gesserunt.* dicti Titanes D ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, vltione. solus ex illis sol abstinuisse dicitur ab iniuria numinum: vnde & cælum meruit. dictos alij putant παρὰ τὸ τιταίνειν, quòd manus intenderint ad vim faciendam. sunt illi καταχθόνιοι θεοί, venti scilicet sub terra erumpentes.

DECVRRERIT *secula.*] Currendo permensus sit: vt currere sęcula dicuntur fusi Parcarum apud Virg.

Talia secla suis dixerunt currite fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Et 2. Georg.

Hæc ades, inceptumque vna decurre laborem. E

Et Propert. *decurrere vitam.* Sol igitur cum decurrit sæculũ, decurrit spatium vitæ humanæ, vt quotidie decurrit spatium mundi ab oriente ad occidentem cum voluitur. Cicero in Catone: *Decurso vitæ spatio.*

HORIS *fertilibus.*] Non sine horarum opera sol decurrit, sunt enim Horæ cæli ianitrices. Homerus lib. 8. Iliad.

Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ ἃς ἔχον ὧραι
Τῆς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς οὔλυμπός τε

sua sponte portæ apertæ sunt cœli, quas tenebãt Horæ, quibus est curæ magnum cælum &

A Olympus. In hymno in Venerem cantantibus Musis, & Citharam pulsante Apolline, εὔφρονες ὧραι. id est, bene sapientes, cum Harmonia, Venere & Gratiis plaudunt choreas. Ouid. 2. Met. Horas cum seculis, vt Tibullus coniungit, in describenda solis regia.

A dextra læuaque dies & mensis, & annus:
Sæculaque, & positæ spatiis æqualibus Horæ.

Horæ Aristoteli in libro de mundo, si est liber ille Aristotelis, pro quatuor anni tempestatibus, quæ omnia adferunt & auferunt: vnde ὡραῖον, venustum, maturum & tempestiuum. Macrob. cap. 21. lib. 1. Saturn. *Apud eosdem*

B *(Ægyptios) Apollo, qui est sol, Horus vocatur: ex quo & Horæ 24. ex quibus dies & nox conficitur, nomen acceperunt, & anni 4. tempora, ex quibus annus constat, horæ etiam nominantur.* Non ergo temerè, nec ab re *fertiles horas* dixit, quia nihil temporum momentis fœcundius in gignendis, alendis & ad maturitatem perducendis rebus: vnde lux Horatio od. 12. lib. 1. carm.

Qui mare & terras variisque mundum
Temperat horis.

Hesiodus in Theogonia Horas facit Iouis & Themidis filias.

ILLE *per ignotas audax errauerit vrbes.*] Sic & Horat. de Vlysse.

C *Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.*

IGNOTAS.] *Ignotus* interdum & pro ignarus. Næuius Lycurgo apud Nonium: *Ignotæ iteris sumus, tute scis.*

AVDAX.] θρασὺς Ὀδυσσεύς vocatur ab Homero 10. Odyss. ne parum videatur conueniẽs Vlyssi epitheton, cui timiditatem sæpe apud Ouidium exprobrat Aiax lib. 13. Met. cui refert Vlysses:

——— cur hic metuit? cur audet Vlysses
Ire per excubias, & se committere nocti?

Apud eundem Ouidiũ Penelope ad Vlyssem.

Ausus es, o nimium, nimiumque oblite tuorum,
D *Thracia nocturno tangere castra dolo,*
Totque simul mactare viros adiutus ab vno.

Sed arbitro Ouidio lis ista dirimetur. Audax enim & timidus simul Vlysses in lib. vlt. Met.

———Nec coniunx timidi atque audacis Vlyssei.

Fuit ergo Vlysses ex eo genere hominum quos Aristoteles in lib. 3. de moribus vocat; θρασύδειλοι, liceat vertere *timidaudaces*, vel *audacipauidos.* vulgò *hardi couarts.* Horat.

Mediasque fraudes palluit audax.

Statius 9. Thebaid.

——— Stant vno margine clausi
Spesque audaxque Metus, simul & Fiducia pallens.

E Denique qui non veritus est se mari toties committere, *audax omnia perpeti.*

ERRAVERIT.] Iactatus fuerit, & victus tempestate cursum tenere non potuerit. Hinc M. Tull. lib. 1. de orat. de mari infero. *Tuscum & barbarum, in quo ipse etiam Vlysses errasset.* Aptè verò connectuntur, *errare per ignota.* Virgil. in Sileno:

Rara per ignotos errent animalia montes.

& 1. Æn. *——— ignari hominumque locorumque*
Erramus, vento huc & vastis fluctibus acti.

QVA *maris extremis Tellus includitur vndis.*] Id est, Orbis terræ ambitur & obnubitur. vnde

Neptunus dictus Ciceroni de nat. Deor. *Extremæ vndæ maris, mare nouissimum*: Catullo, *Ora terrarum vltima*: Ciceroni. *Atlantæus finis*: Horatio. eo enim peruenit ad Calypso, vt mox dicet. Virgil. 7. Aeneid. A

Audiit & si quem Tellus extrema refuso
Summouet oceano. & 6. Aeneid.
—— *penitusque repostas*
Massylûm gentes prætentaque syrtibus arua.

NAM *Cyconumque manus.*] Lexicon in Cicones innuit in quibusdam Tibulli libris fuisse:

Nam Ciconum ille manus. Quod si hæc lectio recta est, *Nam Cyconumque manus.* vel B τὸ *que* abundat, vel est tmesis, pro, *Namque manus Cyconum.* Home. lib. 9. Odyss. Vlyssem Alcinoo narrantem inducit, vt profectus ab Ilio ad Cyconas primum delatus sit, atque illic expugnata vrbe Ismaro, multis suorum amissis postea fugere coactus sit. nam cum post expugnationem oppidi, socij corpora curassent, & genio indulsissent, Cicones congregati manus conseruerunt: & è singulis nauibus amissis sex sociis, Vlysses vix effugit. Propert. el. 12. lib. 3.

Cyconum mons Ismara. Virg. 4. Georg.
—— *Cyconum quo munere matres* C
Discerptum latos Iuuenem sparsere per agros.

Higynus in fabola 125. quæ est argumentum Odysseæ. *Vlysses ab Ilio tempestate delatus ad Cyconas, oppidum Ismarum expugnauit, prædamque sociis distribuit.* κίκονες Homero per κ. non per υ. de quibus Plinius cap. 11. lib. 4. Qui populi sunt Thraciæ. Idem cap. 103. lib. 2. *In piceno, lacu velino, & in flumine Ciconum, lignum deiectum lapideo cortice obducitur.*

MANVS.] Copias, agmen, coactam multitudinem.

REPVLIT.] Verbo hoc bellum iustum significat, quod non infertur, sed repellitur. D Quod hic *repellere manus*, Cicero dixit: *refutare vim, & refutare conatum*, in orat. de Arusp. Resp. Ouid. 13. *Reppulit Actorides Troias.*

ADVERSIS *armis.*] Ambiguè: an cominus pugnando, & contra stando in acie: an aduerso Marte, & parum felici successu. nam est apud Homerum, de Ciconum congressu, post expugnationem Ismari:

—— τότε δή ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη.

Id est Tunc sane malum Iouis fatum affuit.

NON *valuit Cyclops.*] Alij libri *tempus*, pro tempestas & iratum mare. Alij vero, vt liber Scaligeri, *lotos.* quod perspicuè verum est. de E Loto & Lotophagis Homerus in libro 9. Odyss. Higyn. fab. 125. Inde a Ciconibus ad Lotophagos, homines minimè malos, qui Loton ex foliis & flore procreatam edebant. idque ciuibus tantam suauitatem præstabat, vt qui gustarent obliuionem caperent domi & reditus in patriam. ad eos missi ab Vlysse duo socij cum præcone, cum gustarent herbas ab eis datas, ad naues obliti sunt reuerti, quos ipse vinctos reduxit. Ouid. el. 1. lib. 4. Tristium.

Sic noua Dulichio lotos gustata palato,
Illo, quo nocuit grata sapore fuit.

Propert. el. 12. lib. 3.

Lotosque herbæque tenaces. Virg. in Culice,
—— *Inter quas impia Lotos,*
Impia quæ socios Ithaci mærentis abegit.

Cyclops. verbum huc inuasit ex interpretatione ad sequentia:

Cessit & Aetnaæ Neptunus incola rupis.

COEPTOS *auertere cursus.*] Alio deflectere à nauigatione cœpta in patriam Ithacam: & auocare ad se a suscepto itinere. sic Virg. 1. Aen.

Nec posse Italia Teucrorum auertere gentem. & 4.
Quo regnum Italia Lybicas auerteret oras. & 3.
Dy talem terris auertite pestem.

Cursus cœptos, Institutam nauigationem. *iter institutum*: Horatius. quia profectus ab Ilio ad Ciconas: deinde ad Lotophagos venit. Scaliger testatur in vetere libro esse *captos*: vnde legi possit, *captum*:

Non valuit captum lotos auertere cursu.

id est non potuit capi suauitate eius fructus, vt socij, & sic relicta nauigatione apud Lotophagos remanere.

CESSIT.] Inferior fuit, nec potuit nocere. Horat.

Cessit immanis tibi blandienti Ianitor aulæ

ÆTNÆÆ *Neptunius incola rupis.*] Periphrasis Polyphemi Cyclopis Neptuni filij. de quo Homer. lib. 1. Odyss.

ἀντίθεον Πολύφημον ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον
Πᾶσι Κυκλώπεσσι, Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη
Φόρκυνος θυγάτηρ, ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι Ποσειδάωνι μιγεῖσα.

Ob Cyclopem, inquit, irascitur Vlyssi Neptunus; quem Vlysses occæcauit (inquit Iupiter Mineruæ) diuinum Polyphemum cuius est robur maximum inter Cyclopas. Thoossa autem eum peperit Nympha, Phorcynis filia Maris irrequieti regis, In specubus cauis Neptuno mixta.

NEPTVNIVS.] *Neptunia proles*; Virgilio: *Neptuni filius*: Lucillio; quia sæuissimi, Neptuni Marisque filij finguntur: Gellius vt contra Iouis filii optimi. Cyclops de se apud Ouid. 13. Met. in fabula Galateæ:

Adde quod in vestro genitor meus æquore regnat.

Dux Neptunius, Horatio. Sextus Pompeius, qui se Neptuni filium haberi volebat.

INCOLA.] ἔποικος, & μέτοικος. qui sedes suas etiam in alienam patriam contulit, vnde illud: Ciues populares, incolæ, accolæ, aduenæ. Incola, ἔποικος, ὁ ἐν ἀγρῷ καταμένων, inquit lex 35. D. ad Municipalem. Lex tamen 238. §. Incola de verb. sign. interpretatur ἔποικον, qui aliquam in regionem domicilium suum contulit. Isidor. cap. 4. lib. 9. *Incola non indigenam, sed aduenam significat.* Ita erat. *Naso Tomitanæ iam non nouus incola terræ.*

RVPIS *Ætnææ.*] saxosi montis, vel antri Ætnæi. Ipse Cyclops apud Ouidium 13. Met.

Sunt mihi, pars montis, viuo pendentia saxo
Antra, quibus nec sol medio sentitur in æstu.

Virg. 6. Æneid.

Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.

Sic *Parnassia rupes* Virgilio pro monte Parnasso.

VICTA *Maroneo Baccho.*] Vino somnoque sepulta & oppressa. Tibull. ipse el. 2. lib. 1.

Adde merum, vinoque graues compesce dolores
Occupet vt fessi lumina victa sopor.
Nec quisquam multo perfusum tempora Baccho
Excitet. eodem sensu Virg. 5. Æn.
——*fessosque oculos furare labori.*

De *vino Maronæo* quod & *Ismarium* dicitur, vide Propert. el. 33. lib. 2. vers. 32.

FOEDATVS *lumina.*] Fœdum in modum orbatus oculo & cruentatus. dictum vt 6. Æneid. —— *lacerum crudeliter ora.*
fædare, dehonestare, rurpare Virg. 1. Æneid.
——*serenos fœdant vultus.* quia diaetat
Squallentem barbam & concretos sanguine crines.
Seruius ad illud 7. Æneid.
——*foedatique ora Galesi.* exponit, *cruentati*, quod huic loco quadrat: Nam Virg. 3. Æneid.
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem.
& 1. Æn. *Sanguine fædantem.*

VAXIT *& Æolios ventos.*] Id est, secom tulit impositos naui. nam vehi dicuntur quæ feruntur naui, vel quæ curru, quod & Virgilio *portari.* eaempli gratia 1. Æneid.
Sum pius Æneas raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum. & 4. *En deatra fidesque*
Quem secum patrios aiunt portare penates.
Propert.
Nos vehimur, vectum nauta recenset onus.
vbi vehuntor animæ, vt hic venti.

ÆOLIOS *ventos.*] Æoliam insulam incolentes, vel Æolo regi parentes. vide Virgilium 1. Æneid. Narrat Homeros initio lib. 10. Odyss. Vlyssem ad Æolum in Insulam Æoliam venisse, benignè acceptum ab hospite suo donatum vtre inclusis ventis omnibus præter Zephyrum. Cum autem proximus esset Ithacæ, & obdormisset, Socij rati aliquid pretioso inesse, vtrem soluerunt. hinc tempestate reiectus in Æoliam, & inde ab Aeolo eaclusus. Idem refert Auson. in periocha 10. Odyss.

PLACIDVM *per Nerea.*] Per mare tranquillum obstrictis aliis ventis præter Zephyrum, vt diai *mare placidum*, vt Virg. 2. ecl.
Cum placidum ventis staret mare.
hinc certæ naues dictæ *mare-placidæ* : Gell. cap. 25. lib. 2. *Nereus* Deus marinus, pro mari. vt supra, *pontus.* sic Neptunus, Thetis, Tethys, Amphitrite. *Nereus* apud Hesiodum in Theog. Oceani & Tethyos filios, Doridis maritus, pater centum Nympharum. exstat apud Persium Neronis versus insignitus eodem schemate:
Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.
Virg. 10. Æneid. ——*maxima Nerei Stagna.*

ADIIT.] Ad eos peruenit quasi sponte, ac non casu & tempestate Virgil. 4. Georg. de Orphei descensu ad inferos.
Tanarias etiam fauces alta ostia ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, Manesque adijt. & 6. Æn.
Vt tristes sine sole domos loca turbida adires.

LÆSTRIGONAS.] Homerus 10. Odyss. ἴφθιμοι. Λαιστρυγόνες. οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες ἀλλὰ γίγασιν. fortes Læstrigones, non hominibus similes, sed Gigantibus. apud Gellium cap. 21.
A lib. 15. *ferocissimos & immanes Neptuni filios aiunt, vt Læstrygonas & Cyclopas. Incultos*, ergo feros & horribiles : nam
Nemo adeo ferus est qui non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem præbeat aurem.
Plinius cap. 5. lib. 3. *Oppidum Formiæ, Hormiæ dictum, antiqua Læstrygonum sedes*: & cap. 2. lib. 7. Cyclopas in Sicilia, & in Italia Læstrygonas humana carne victitasse scribit. Inde apud Horatium *Læstrygonia amphora*, pro Formiana.

ANTIPHATENQVE.] de eo rege Læstrigonum Higinus fabula 125. & Homerus 10.
B Odyss. qui correptum ab eo scribit vnum ex sociis Vlyssis, & humanis dapibus, ita sibi cœnam apparasse, Vlysse inde propere fugiente, cum reliquis sociis. fuit & alter Antiphates auus Amphiarai, apud Homer. lib. 15. Odyss. Tertius Antiphates, apud Virg. 9. Æneid. Nothus Sarpedonis, occisus a Turno.

NOBILIS *Artaciæ vnda.*] Cuius fontes aqua inclyta reddita versibus Homeri, & nobilitate. Sic Ouidius in Torrentem:
Quid si legitimum flueres, si nobile flumen?
Horat. ad fontem::
Blandusia fies nobilium tu quoque fontium.
C *Nobilis* autem ambiguè positum epitheton & *vnda nobilis* & *nobilis Artacia.* de Artacia Homerus 10. Odyss.
Ἡ μὲν ἄρ ἐς κρήνην κατεβήσετο καλλιρέεθρον
Ἀρτακίην, ἔνθεν γὰρ ὕδωρ προτὶ ἄστυ φέρεσκον.
Hæc quidem (filia Antiphatæ) ad fontem descenderat limpidum Artaciam : hinc enim aquam ad vrbem ferebant. Scaliger corrigit *Mobilis.* vt Hora. *Mobilibus pomaria riuis.* non probo.

GELIDOS *irrigat.*] Traiectio epitheti, pro, vnda ipsa gelida, & gelidus locus. Sic Virgilius in ecl. 1. *sitientes Afros* dixit, & *Siti-*
D *culosam Apuliam*, Horat. Sic *Chalibes nudi* Virgilio vocantur 1. Georg. Sic Horat.
Quis Parthum paueat, quis gelidum Scythem.
Quia gelida Scythia. totus autem ille tractus, quem Liris alluit, gelidus est, vt intelligitur ex Cicerone 1. de leg. & ex Horatij oda ad Ælium Lamiam. *Irrigat*, humectat : quibus potum præbet. irrigantur proprie horti & prata recentia riuis : Catull. in Epithalamio:
Nympha quos super irrigat
frigerans Aganippe. vbi, *frigerans irrigat* vt hic, *gelidos irrigat.* Rigari & irrigari etiam homi-
E nes dicuntur. Propert.
——*Lymphisque à fonte petitis*
Ora Philetæa nostra rigauit aqua.
Plaut. in Pœnolo.
Vetustate vino edentulo ætatem irriges.
Isidor. lib. 13. cap. 21. *Riui dicti quod deriuentur ad irrigandum, id est, inducendum aquas in agris. nam rigare, inducere est.* Hæc Isidorus nec persuadet. quis enim ita eaplicet hoc Virgilij,
Et sparso latè rigat arma cruore: & 3. Aenead.
——*sopor irrigat artus*: Ouidij.
Aspice Mæonidem a quo, ceu fonte perenni
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Pro *irrigat* Scaliger ait legi in veteri libro, *exigit.* vnde corrigit, aut deprauat.

Mobilis Artacia gelida quo se exigit vnda:

quia Ouidius dixit,

Et celer admissas exigit Hebrus aquas.

neutrum placet.

S o l v m.] Atqui Eurylochus mutatus non est, quia noluit ingredi, veritus fraudem: qua cognita renunciauit Vlyssi omnia. fuere & alij qui remansere in nauibus minimè mutati. Homer. lib. 10. Odyss. Hygin. fab. 103. ait 22. socios cum Eurylocho missos, versos in sues: Eurylochum ipsum effugisse. Ergo legi potest: *Ollum*, o, pro i. vt sæpe apud Virgilium, Enniũ, Ciceronem vel *Olum*, l, pro ll. vt ola; vel aula pro olla: Paulus & Paullus.

D o c t æ.] In deteriorem partem. Scientem veneficam Horatius vocat in epodis.

Ab ab solutis ambulas Venefica Scientioris carmine.

Propert. de lena el. 5. lib. 4.

Docta vel Hippolytum veneri mollire negantem.

Plautus Persa: *Ille doctus leno pene in foueam decidit.* & in Milite, *Cedo, vel doctas docebo.*

Virg. 7. Æneid. *quos Dædala Circe*

Supposita de matre nothos furata creauit.

Κίρκην πολυφάρμακον Homer. vocat 10. Odyss. & *Circe vitrea* dicitur Horatio ob aquæ colorem.

V e r t e r v n t *pocula Circes.*] Mutarunt ex homine in suem. Cic. in Diuin. tangit fabulam: *Repente tanquam aliquo Circæo poculo, factus est Verres.* Virg. 7. Æneid.

Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

mox dicturus est. *Veteres mutare figuras.* hinc dicti *versipelles.*

P o c v l a.] venena mala, pharmaca. Sic Horat. *Sirenum voces & Circæ pocula nosti.* Circæum gramen Propertius: potionem Hyginus vocat fab. 103.

Q v a m v i s *illa foret Solis genus.*] Circe proles, siue filia Solis. Sic Virg. 7. Aen.

Talia connubia, & tales celebrent Hymenæos
Egregium Veneris genus. Horat. od. 3. lib. 1.
Audax Iapeti genus. Virg. 7. Æneid.
Rex genus egregium fauni. & 6. Æneid.
Hic genus antiquum terræ, Titania pubes:

Ouid. 14. Metam. de Circe.

Herbiferos adyt colles. atque atria Glaucus
Sole sata Circes. Ibid. *Nitidi cum filia Solis.*

Virg. 7. Aen. *Diues inaccessos vbi Solis filia lucos*
Assiduo resonat cantu. Homerus 10. Odyss.

Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο
Ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου Ἠελίοιο,
Μητρός τ' ἐκ Πέρσης, τὴν Ὠκεανὸς τέκε παῖδα.
Germana soror prudentis Æetæ:
Ambo enim nati sunt hominib. lucẽ prebẽte ex Sole:
Matreque ex Persa, quam Oceanus genuit filiam.

Cic. 3. de nat. Deor. *Ex Perseide* (lege Perse) *Oceani filia Circẽ & Pasiphaën natas* scribit patre Sole. Circen Apollonius lib. 4. vocat Πέρσηιν ἠελίοιο θύγατρα. Vbi Interpres ex quorundam opinione tradit fuisse Æetæ & Hecatæ filiam; Medeæ sororem. Plaut. in Epidico sc. *Quid est pater? Abi modo intro, atque hanc asserua Circam Solis filiam.* id est, meretricem & veneficam.

A A p t a *mutare veteres figuras.*] Idonea & conueniens mutandis figuris. *Apta mutare*, vt supra *cupidi componere.* Sic Horat. *fons etiam riuo dare nomen idoneus.* vide Nonium in *aptus*; eleganter positus & connexus. Propert.

Artus apta magis Tellus. quam commoda noxæ.

Item. *Idẽ equus & frenis, idemque erat aptus habenis.*

Mutare figuras, quod Virg. dicit:

Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Vertere caput dicit Propert. *Iô versa caput.* Virg. 7. Æneid.

Percussum virga versumque venenis
B *Fecit auem Circe.* significatur metamorphosis vt Ouid. 1. Met.

In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.

Id. *Sunt quoque mutata ter quinq; volumina formæ.*

Virg. *Aut vt mutatos Terei narrauerit artus.* *immutari* dicitur Plauto &, *formam perdere.*

V e t e r e s *figuras.*] Antiquas formas & priores. Sic Virg. 6. Æn.

——*Iuuenis quondam, nunc femina Cæneus:*
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

Sic & 4. Æneid.

——*agnosco veteris vestigia flammæ.*

V e l *herbis vel cantu.*] Duobus generibus pu-
C gnant veneficæ, herbis vel cantu, magicoque susurro. Tibull. ipse el. 2. lib. 1.

Quid credam? namque hæc eadem se dixit amores
Cantibus aut herbis soluere posse meos.

quæ ibidem vocat auxilia magica:

Quid queror, heu misero carmẽ nocuisset quid herbas?
Forma nihil magicis vtitur auxiliis.

& alibi, *Non misero carmen & herba nocent.*

Idem: *Num te carminibus, num te pallentibus herbis.* &c. Virg. 3. Georg.

Hippomanes quod sæpe malæ legere nouercæ,
Miscueruntque herbas & non innoxia verba.

Glaucus Circe apud Ouid. 14. Met.

D *At en siue aliquod regnum est in carmine, carmen*
Ore moue sacro: siue expugnantior herba est,
Vtere tentatis operosæ viribus herbæ. cantus, ἐπῳδή: Nostri a sortibus & oraculis id est, cantum, dixerunt, *ensorceler*: & ab herbis proprie & elegãter, *enherber.* *Aptaque vel cantu* aut *que* aut alterutrum *vel* vacat.

C i m m e r i o n *etiam obscuras accessit ad oras.*] vet. lib. *arces Accessit*, peruenit: Fiduciæ verbũ de quo supra: *Incultos adiis Læstrygonas.* Sic Virg. 1. Æn. *Vos & Scyllæam rabiem, penitusque sonantes Accestis scopulos.* vbi omittit Virg. præpositionem at, vt alio loco, *quas vento accesserit oras.*

E *Oras*, extremas regionis, ita enim oræ dicuntur, fines scilicet cuiuslibet rei. Festus: *oræ extremæ partes terrarum, vt oræ maris & vestimentorum:* *Obscuras*, tenebrosas, caligantes; *Quod latus mundi nebulæ, malusque Iuppiter vrget.* *Cimmerion*; græcè dixit: Homerus lib. 2. Odyss.

Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε.

Illic vero Cimmeriorum virorum populusque ciuitasque *Obscuras*, Homerus ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι: id est. caligine & nube tecti. Plutarch. in Mario, Cimbros, ait, ab his Cimmeriis oriundos, apud quos tam densæ, longæ & profundæ syluae, vt radij

ſolis nunquã terram poſſunt contingere: vnde A
occaſionem fabulæ Homerus arripuit. illò profectum Vlyſſem cum ad inferos vellet deſcendere. vide Strab. lib. 7. Plin. cap. 6. lib. 6. Meminit Cicero in Academ. & prouerbium: Cimmeriæ tenebræ.

QVEIS *nunquam dies apparuit.*] a quibus nunquam dies mane viſus; quibus nunquam illuxit. *Dies*, inquit Feſtus, ἀπὸ τοῦ Διός: ſiue quod aër diurnus dehiſcat in candorem. *Apparuit*, inquit vetus gloſſarium, ἐπέφηνεν ὤφθη: ὑπὸ γέγονεν. Seruius ad illud Virg. 1. Æneid. *Apparent rari nantes: parere, obedire: apparere, videri, ſed de re illuſtri.* Virgil. B

—— Iamque Sepulchrum
Incipit apparere Bianoris. Ouidius:
Apparet virtus, arguiturque malis.

Id eſt, emergit: apparere eſt etiam ad parendum eſſe, vt 12. Æneid. *Diræ* dicuntur *apparere Ioui.*

ORTV *candente.*] Ortus, ἀνατολή, propriè Solis, vt ἐπιτολὴ ſiderum. *Candente ortu*, quod ait Cæſar 1. de bello ciuili. *albente cœlo.* Virgil. 4. Æneid.

Regina è ſpeculis vt primum albeſcere lucem C
Vidit. vnde noſtris, *l'aube du iour*, quod aër tum dehiſcat in candorem, vt ait Feſtus in Dies. Gell. cap. 10 lib. 17. *Candens*, igneum & relucens, a candore, non à calore. Ennius apud Ciceronem *Aſpice hoc ſublime candens, quem inuocant omnes Iouem.* Vnde ipſi Tibullo Aurora dicitur candida:

Hoc precor, hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis.

Albus ſol Ennio:
Interea ſol albu' receſſit ad infera noctis.
& albus Æther Catullo in Atij:
Luſtrauitque æthera album vegetis ſonipedibus. D

SIVE *ſuper terras Phœbus, ſeu curreret infra.*] *Super terras*, quod Homerus 11. Odyſſ.
—— ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα; cum vadit ad cælum ſtelligerum. *Infra terras:*
ὅταν δ' ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται.
neque cum rurſus ad terram è cælo defertur. alludit autem ad ſolis epitheton, quod & nomẽ eius patris. ſimilis locus apud Virg. 1. georg.

Illic vt perhibent aut intempeſta ſilet nox,
Semper & obducta denſentur nocte tenebræ.
Aut redit à nobis aurora diemque reducit.

Curreret, volueretur, laberetur. vnde propriè θεοὺς aſtra dixerunt παρὰ τὸ θεῖν. id eſt à curren- E
do, inquit Plato in Theæteto. hinc argutus Auſonij iocus ad Theonem Grammaticum.

Vale beatis nomen a diuis Theon
Methodus, ſed iſta ſæpe currentem indicat.

VIDIT *vt inferno Plutoni ſubdita regna.*] Duplex lectio, vulgata, quam dixi, & alia:
Vidit vt inferno Plutonis ſubdita regno.
prior deterior eſt: poſterior melior, hoc ſenſu: Deum proles ſubdita regno Plutonis, id eſt, Iouis ſtygij ſubiecta imperio, vt ceteræ omnes vmbræ. Sic loquitur Propert. el. 11. lib. 3.
Et modo Theſproti mirantem ſubdita regno.

Subditus in vet. gl. ὑποβολιμαῖος, alio ſenſu, pro Suppoſititius: vt *ſubditus Iudex*, qui ſuccedit in

A locum mortui: Feſtus. Melius vero *Inferno regno*, quam *inferno Plutoni*, quod otioſum epitheton. Sic Virg. 6. Æn. *quando hæc inferni ianua regis Dicitur.* Item. *Iunoni infernæ dictus ſacer.* Item 12. *Vimque Deûm infernam, & diri ſacraria ditis.* *Regna triſtia*, & *furua regna Proſerpinæ*: Horat. *Regna inuiſa viuis*, & *inania regna*: Virg. Tibullus ipſe: *Parcite pallentes vmbras quicunque tenetis Duraque ſortiti tertia regna Dei.*

Apud Liuium Andronicum in Odyſſea, Inferus Deus, apud Priſcianum lib. 3.

Inferus an ſuperus tibi fert Deu' funera Vlyſſes?

B *Plutonis*, τοῦ Ἅδου, Ditis. Cicero 2. de nat. Deor. *Terrena vis omnis & natura Diti patri dicata eſt.* Iſidorus cap. 11. lib. 8. *Pluton latine Dieſpater, & Ditis pater: quem alij Orcum vocant, quaſi receptorem mortuorum: vnde Orca nuncupatur vas quod recipit aquas: idemque Charon dicitur.* Non eſt temerarium autem regnum tribui Plutoni terrarum Deo: nam ei idcirco ſceptrum affingebatur, quod regna Solis competerẽt terris: inquit Fulgent. lib. 2. Mythol. ideoque Græcis πανδέκτης & πολυάρχης. Summanus. idem, & Quietalus, ſiue Quietalis: Feſtus.

C MAGNA *Deum proles.*] Heroës ipſi: Catull. *Heroes ſaluete deum genus.* Virg. ait: *Cara Deum ſuboles.* Heroum autem animas euocat Vlyſſes, 11. Odyſſ. ex præcepto Circes. vbi foſſam a ſe factam victimarum ſupplet ſanguine: & peracto ſacrificio heroum vmbræ aduolitant. *Proles*, opinor à porro & aleſcendo. vt ſuboles a ſuboleſcendo. proles autem conſtat progenie, inquit Feſtus in Proletariũ. Arnobio *Proles*, ſunt teſticuli.

LEVIBVS *diſcurreret vmbris.*] Huc illuc volitaret & vagaretur. Ouid. 2. Faſt.

D *Ipſe Deus velox (Pan) diſcurrere gaudet in altis Montibus.* Homer. 11. Odyſſ. dixerat.
Οἳ πολλοὶ περὶ βόθρον ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος θεσπεσίῃ ἰαχῇ. Qui multi circa foſſam obambulabant, aliunde alius, immenſo clamore.

LEVIBVS *vmbris.*] eorum tantum ſimulachris volitantibus. Virg.

Morte obita quales fama eſt volitare figuras.
non enim erant heroës ipſi, ſed Heroum ψυχαὶ & εἴδωλα. *Leues vmbræ*, vt Virg. 4. georg.
Vmbræ ibant tenues ſimulacraque luce carentum.
Idem in 6. Aeneid. cum folijs & auibus comparat. Ibidem.

Quod ni docta comes tenues ſine corpore vitas
E *Admoneat volitare caua ſub imagine formæ,*
Irruat, & fruſtra ferro diuerberet vmbras.

Horat. in oda ad Virgilium.
Non vanæ redeat ſanguis imagini. & in oda ad Mercurium. *Virgaque leuem coerces aurea turbam.* Arboris etiam vmbra leuis dicitur Tibullo,
Arboris antiquæ quà leuis vmbra cadit.

PRAETERIITQVE.] prætervectus eſt, præter nauigauit. παρήλασεν. Homerus 12. Odyſſ. narrat vt prætervectus ſit Vlyſſes Sirenum ſcopulos obturatis cera ſociorum auribus, & Vlyſſe ipſius iuſſu ad malum nauis alligato. Cic. lib. 5. de finib. & Auſonius in Grypho ternarij numeri.

LITTORA.] oram maritimam Siciliæ iuxta

Pelorum promontorium ad Acheloi fluminis ostium.

SIRENVM.] De sede Sirenum Strabo lib. 1. Homer. 12. Odyss. ἥμεναι ἐν λειμῶνι. sedentes in prato canebāt. De sirenibus ample Macrob. cap. 3. lib. 2. in somnium Scipionis ex Platonis libris de rep. Orpheus in Argonauticis, & Apollon. lib. 4. Tzetzes in Hesiodi Theogoniā. Seruius in 5. Æneid. Pausan. In Bœoticis. Higinus fab. 125. & 141. Horat. in lib. 1. epist. 5. Gell. cap. 8. lib. ait *apud Serenos scopulos consenescere*, qui nimiam in dialectica operam ponebant.

CITA *puppi*.] celeri siue veloci naue Catull.

Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi. Item:
Super alta vectus Atis celeri rate maria. Hom:
θοὰς νῆας καὶ ὠκυπόρους vocat & ὠκύαλος νηῦς.

ILLVM *tergeminæ*.] In editione Simonis Colinæi anno 1534. *Illam per geminæ* &c. Libet Cuiacij quo vsus Scaliger. *Illum inter geminæ*: optimè. vet. lib. Tergemini montis; vt Sicilia significetur, a tribus promontoriis dicta Trinacria.

NANTEM.] Nauigantem. Nare per aquam ferri. Virg. 1. Georg.

Aut summa nantes in aqua colludere plumas.

vide plura ad illud Catulli,

Purpureaque procul nantes a luce refulgent.

CONFINIA.] viciniam, propinquitatem. Ouid. 5. Fast.

Cum tua sint, cedantque tibi confinia mensum.

& 14. Met.

Nauifragumque fretū, gemino quod litore pressum.
Ausoniæ Siculæque tenet, confinia terra. Gell. cap. 14. lib. 17. *Medius* (stylus) *in confinio est, vtriusque modi* (vberis & gracilis) *particeps.* Id. cap. 13. lib. 6. *Expressit Plato aliud in confinio* (vitæ & mortis) *tempus.* Columella lib. 4. *mediocritas in confinio boni & mali est.* vet gl. *Confinis, Confinalis*, ὅμορος. Confinio. ὁμορῶ. *Confinis*, συνόμορος, σύγχωρος. *In confinio*, ἐγγύς. πλησίον.

MORTIS.] Gemina mors, fatum duplex, & anceps periculū hinc Scyllæ, inde Charybdis. Vlysses autem nauit, atque adeo enauit inter vtriusque confinia.

NEC *Scylla conterruit impetus*.] Id est Scylla, si latinè dicere liceret, impetuosa. vt supra,

Nam si diuersi fremat inconstantia vulgi. pro vulgus inconstans. Sic apud Lucret. lib. 1. *Ætna impetus.*

Eximiis vero furit ignibus impetus Ætna.

& lib. 5. *Impetus in mammas conuertitur ille alimenti.* Ibid. *Principio quantum cæli tegit impetus ingens.* sic infra. *Siue hac, siue illac grandis venit impetus hastæ.* Sic apud Homer. ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο. Lucret. *equi vis.* Virg. *odora canum vis.* Ita dixit supra, *seu Iudicis ira Sit placanda.*

CONTERRVIT.] pro terruit. superuacanea præpositio, & compositum simplicis loco, quod apud Ennium Festus notat in *Consulere.* Sic Q. Cic. de petit. Consul. dixit: *concerno.* quid vero Scylla, & quid Charybdis, vide apud Senecam in epistola 80. Propert. el. 26. lib. 2. & el. 12. lib. 3. Virg. 3. Æneid. ἐνοχλῶ est vexo, molestiam exhibeo. quare ad vim nominis & Ety-

A mon alludens Virgilius de Scylla, ait:

Dulichias vexasse rates.

ORE.] Gatinus & Statius exponunt de rapido vortice, & vnda in orbem gyrumque circumacta. qua de Virg. 1. Æn. *tum fluctus ibidem*

Torquet agens circum & rapidus vorat æquore vortex.

Sed in libro Scaligeri legitur, *Ore fero.* facili apertaque sententia. Homerus sane ei prælongum caput, sex colla & dentes prælongos ei tribuit 12. Odyss. Virg. 3. Æneid.

At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naues in saxo trahentem.

B CVM *Serperet*.] Serpere ex græco ἕρπειν, mutata, vt solet, adspiratione in sibilum. *ramper, se trainer sur le ventre*, vt angues faciunt, quibus nulli, vel exigui pedes, & per translationem ederæ. Virg. *atque hanc sine tempora circum*

Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Et
Dira per incertum serpant contagia vulgus.

Serpebat igitur Scylla, qui ei duodecim pedes Homerus affingit 12. Odyss. his verbis,

Τῆς ἤτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι,
Ἓξ δέ τέ οἱ δειραὶ περιμήκεες. ἐν δὲ ἑκάστῃ
Σμερδαλέη κεφαλή, ἐν δὲ τρίστοιχοι ὀδόντες
C Πυκνοὶ καὶ θαμέες, πλεῖοι μέλανος θανάτοιο.
Huius quidem sunt duodecim, omnes deformes.
Sex autem illi colla prælonga, in singulis autem
Prælongum caput, oblongi autem dentes triplici ordine.
Densi & frequentes, pleni nigra mortis.

Addit Homerus sex socios Vlyssis captos & deuoratos a Scylla, eamque piscantem describit. Ouid. 14. Met.

—— cumque est data copia primum
In Circes odium sociis spoliante Vlyssem.

INTER *freta*.] Sub freto, in aqua media D Siculi æquoris, quod fretum illic propriè dicitur, hodieque: *le far de Messine.* De quo Virgil. 3. Æneid. *Hæc loca vi quondam* &c. Et Cicero 7. Verrina. freti periphrasis angustus æstus. Varro 6. de ling. lat. *fretum dictum à similitudine feruentis aquæ, quod in fretum sæpe concurrat æstus atque efferuescat.* fretus masculino genere sæpe Lucretius. vide Nonium & Isidorum cap. 18. lib. 13. quod est de fretis. Sed quid hoc est, *freta rapidas aquas*? an est ea quæ a Grammaticis dicitur appositio? Nam periphrasis est freti Rapax vnda: Cicer. 1. Tuscul. *Qui Oceani freta illa viderunt; Europam,* E *Libyamque rapax vbi diuidit vnda.* Quid quod in vet. lib. legitur *rabidas*, pro *rapidas*, vt apud Propertium pro *rapida lingua*, vet lib. *rabida*? mihi ad coniecturam fugienti duplex occurrit; vel:

Cum canibus rabida subter freta serperet vnda:

vel: *Cum canibus rapidas inter fera serperet vndas.*

Fera, θήρ, ἢ τὸ θηρίον. *la male-beste.* vt vetus poëta apud Nonium,

O pestifera pontica fera trux tolutiloquentia.

CANIBVS *rabidas*.] Insanum in modum concitas & commotas à latrantibus monstris; quibus est succincta Scylla. vnde Catullus,

Ante Stylla latrans infima inguinum parte.

Virgil. in Sileno.

Quid loquor? An Scyllā Nisi? An quā fama secuta est

Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?

Idem 3. Æneid.

Prima, hominis facies, & pulcro corpore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore Pristis,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.

Vide fabulam de Scyllæ canibus apud Ouid. in lib. 14. Met.

Rabidæ vnda,

quia rabies canum & luporum. Sic Virgil.

—— furit æstus arenis. Propert.

Itala portentis nec furit vnda nouis. Quid docet *Sylla & Charybdis* Seneca ep. 80. Palæphatus nauem air fuisse, qua prædones Tyrrheni persecuti sint Vlyssem. Latratum canum aquæ sæpe imitatur. vetus poëta,

Sicubi curuo littore latrans vnda:

Virgil. 7. Æneid.

Quæ sese multis circum latrantibus vndis
Mole tenet.

Nec *violenta suo consumsit more Charybdis.*] Id est, Sæua, truculenta. ὀλοὴν vocat Homerus. id est, perniciosam. Virg. 3. Æneid. *Implacatam. Diram*: Ouid. lib. 2. de remedio amoris:

—— vomit epotas dira Charybdis aquas.

Charybdin pro meretrice Horatius.

Ah miser quanta, laboras in Charybdi.

Violenta, vt Tibullus de Marte.

—— at tu violente caueto: &c.

Consvmsit.] Peremit, deuorauit: Tibull. el. 3. lib. 1.

Hic iacet immiti consumptus marte Tibullus.

Velleius Paterculus: *Nemo nisi acie consumptus ciuis* (a Cæsare.) Cicero 2. de nat. Deor. *hic noster ignis confector & consumptor est omnium.* Consumimus id, cuius nihil reliqui manet. Seneca de consol. ad Polyb. *Si nondum genus humanum placuit illi consumere.* eadem significatione Ouid.

—— me Zanclæa Charybdis Deuoret.

More *suo.*] vt assolet. alij libri, *consumpsit in ore. In ore consumitur*, quod dentibus conficitur, vel deuoratur. Os Charybdis, quo sorbet in abruptum fluctus. Ouid. el. 16. lib. 2. Amorũ:

Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis
Euomit, & potas ore receptat aquas.

Charybdis.] De Charybdi præter auctores præallegatos, & Thucydid. lib. 4. & Seneca cap. 17. de consol. ad Marc. & Sallust. in Iugurthino.

Vel *Si*] Si, pro, dum. Virg. 6. Æneid.

—— si lumina vitæ Attigerint.

& lib. 5. Æneid.

Præterea si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radijsque retexerit orbem.

Svblimis *consurgeret.*] In altum attolleretur, sub auras erigeretur. Virg. sic 2. Georg.

Mundus vt ad Scythiam, Rhiphæasque arduus arces
Consurgit. Donat. In Andr. *Sublimem rape*, In sublime, per altum. Festus: *Sublimauit, in altitudinem extulit.* Idem Festus: *sublime in altitudinem elatum: quod dicitur a limine superiore, quod supra nos est.* Dicitur & *sublima*, pro, *sublimis.* Hinc Attius Prometheo.

Clangorem fundit vastum & sublima euolat. Et

A *Sublima nebula,* Sallustius apud Nonium.

Imo *fluctu.*] Subaudiendum ab, vel, ex. pleneque Attius:

At sæpe ex humili sede sublime euolat.

Imus fluctus, ima vnda & arenæ proxima: vt contra *summus fluctus* Virg. 1. Æneid.

Hi summo in fluctu pendent.

Idem 3. Æneid.

—— at ima exæstuat vnda
Verticibus. Sedes imas (maris) vocat 1. Æn.

—— totumque a sedibus imis
Vna Eurusque notusque ruunt.

quod Plaut. in Rudent.

B *A fundamento mihi mouisti mare.* &

Virg. 2. Æneid.

—— atque imo Nereus ciet æquora fundo.

fluctus, κῦμα. vet. gl. & *fluctuo*, κυμαίνομαι. Isidor. cap. 20. lib. 13. *fluctus dicti, quod flatibus ventorum excitentur.* Consurgit autem Charybdis, & attollũtur in ea fluctus Austri flatu. Seneca cap. 17. de consol. ad Marciam. *Illa fabulosa Charybdis, quamdiu ab Austro vacat, quieta est. ad si quid inde ventus spirauit, hiatu magno, profundoque sorbet nauigia.*

Vel *si interrupto nudaret gurgite pontum.*] Maris fundum retegeret, ac prorsus aperiret.

C *—— quando vnda dehiscens*
Terram inter fluctus aperit, vt ait Virg. 1. Æn.

Pontum, duplici metonymia, & mare, & maris fundus ac ima pars, & arena sicca. *Nudus pontus*, non tectus aqua: vt *nudi pisces* in Tityro Virg. *Et freta destituent nudos in littore pisces.*

Sic & viscera nudant: Virg. & *quem præceps alea nudat.* Horat. &

Cornicula furtiuis nudata coloribus, eidem.

Gvrgite.] Freto ipso alto, & profundo. Isidor. cap. 21. lib. 13. *Gurges propriè locus altus in flumine: sed & pro flumine ipso & pro mari,* inquit, *sæpe vsurpatur. Gurgites* etiam homines ipsi vocan-

D tur, quod cognomen hæsit Q. Fabio Rulliani filio, à deuorato patrimonio. Plutarchus vertit, λαίμαργον, Id est, helluonẽ, voraginem. *barathrum macelli*: Horat. vet. gloss.

Gurges, æstus, vnda.

κλύδων: Gurges, *hoc altum.* βυθός, βέθρον vocat Homerus, id est voraginem, vbi res natantes.

Fluctus Torquet agens circum & rapidus vorat æquore vertex.

Interrvpto.] Cuius impetus repressus, cohibitusque ad tempus. Sic *amnem interruptum* dixit Lucanus lib. 2.

Præcipites hæsere rates: & strage cruenta

E *Interruptus aquis fluxit prior amnis in æquor.*

Virg. 9. Aeneid.

Interrupti ignes, aterque ad sidera fumus Erigitur.

Et 4. Æn. *Pendent opera interrupta.*

Violata] Temerata, cæsa, mactata. Lædi & violari res sacrę dicuntur, eum mala & impia manu attinguntur. Tibull. el. 9. lib. 1.

Quid mihi, si fueras miseros læsurus amores,
Fœdera per Diuos clam violanda dabas. Item

Parcite, quam custodit amor, violare puellam.

Vagi.] Liberè per aërem vagantis. Macrob. cap. 18. lib. 1. Saturn. *Liber* (Sol) *à Romanis appellatur, quod liber & vagus est, vt ait Neuius:*

Hac qua sol vagus igneas habenas A
Admittit propius, iugatque terra.
dixi ad illud Catulli,
Aurora exoriente vagi sub lumina solis.
Horat. ep. 12. lib. 1.
Stella sponte sua, iussæue vagentur & errent.
vnde πλανῆτας Græci, quasi errones & æriuagos. ideoque dixit supra,
Et vagus è terris qua surgere nititur aër.
SILEANTVR.] Indicta habeant. Virg.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Tacita relinquantur. Virg.
Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat. B
Auson. *Nec tu, Martie Narbo silebere.*

PASCVA *Solis.*] Pro, armentis & bubus, quæ pascebantur merooymicos. Tiresias enim lib. 11. Odyss. sic ait Vlyssi.
Βοσκομένας δ' εὕρητε βόας καὶ ἴφια μῆλα
Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.
Id est. *Pascentes inuenietis boues, & pingues oues Solis, qui omnia videt, & omnia audit.* & lib. 12.
Βοσκέσθ' ἕλικες καλαὶ βόες εὐρυμέτωποι.
Pascebantur nigra pulchra boues latifrontes.
De sacris bubus solis quos in fame Vlyssis socij, contra eius præceptum mactauerant, C Homer. lib. 12. & 12. Odyss. A Tiresia & Circe prædicta Vlyssi calamitas, quæ accidit: Nam querelis Solis motus Iuppiter nauem Vlyssis incendit; vixque Vlysses ipse enatauit ad Ogygiam insulam, & ad Nympham Calypso.

NON *amor.*] Homerus initio lib. 1. Odyss.
Τὸν δ' οἶον νόστου κεχρημένον, ἠδὲ γυναικὸς &c.
Hunc solum reditus indigentem, & vxoris Nympha veneranda detinebat Calypso. Et in lib. 5. Odyss. mittitur a Ioue Mercurius ad Calypso vt Vlyssem dimittat, quam Odissææ partem Virg. in 4. Æneid. expoliuit. Et in lib. 7. Odyss. Vlysses narrat Aretæ vxori Alcinoi, D vt naui a Ioue cremata delatus sit ad Ogygiam insulam, vbi habitabat Calypso.

ET *fæcunda arua.*] Agri fertiles & amœni Ogygiæ insulæ cuius fæcunditatem celebrat Homerus in lib. 5. Odyss. *Aruum*, qui & *aruus ager* Plauto in Truculento, subauditur solum. vt *culta* dicuntur & *arata* Propertio. Allusit autem Homerus ad Atlantidas insulas, de quibus Horatius in Epod.
Nos manet Oceanus circumuagus, arua beata,
Petamus arua, diuites & insulas:
vbi Horatius, arua nominat καταχρηστικῶς; nam sequitur, E
Reddit vbi Cererem Tellus inarata quotannis.
vide Plutarchum in Solone & Sertorio, & Platonem in Atlantico. His autem versibus duo agrorum genera complexus est Tibullus, agrum aruum & agrum pascuum, vnde iocus in Truculento Plauti.

ATLANTIDOS *Calypsus.*] Homer. in lib. 7. Odyss.
Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται,
Ἔνθα μὲν Ἄτλαντος θυγάτηρ δολόεσσα Καλυψὼ
Ναίει. Hesiodus tamen in Theogonia facit Oceani & Tethyos filiam in Catal.
Hic legimus Circen, Atlantiademque Calypso,
Grandia Dulichij vasa tulisse viri.
Propert. el. 15. lib. 1.
At non sic Ithaci digressu mota Calypso. &c.
Et el. 22. lib. 2.
Sic à Dulichio iuuene est elusa Calypso.
& el. 12 lib. 3.
Et Thalamum Ææa flentis fugisse puellæ,
vbi *Ææa puella* vocatur Calypso, quia Higino & Melę eadem Ææa Insula, quę Hom. Ogygia.

FINIS & *errorum.*] Virg. 3. Aeneid.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
& 2. Aen. *Hæc finis Priami fatorum.* Propert. el. 12. lib. 3. *Errorisque sui sic statuisse modum.*
Errorum, maris, & viarũ, & longè iactationis.

MISERO.] Miser Vlysses, πολύτλας Homer. πολυτλήμων, τλήμων, ταλασίφρων. *Durus* Virgilio; *patiens* & *laboriosus* Horatio. Virg. 3. Aeneid.
Sum patria ex Ithaca comes infelicis Vlyssei.

PHÆACIA *Tellus.*] Dicitur, vt alibi: *Campania terra* &c. Ionij maris insula, hodie *Corfou.* Κέρκυρα Græcis: Venetiarum ditionis, vbi Tibullo pene fuit vitæ & errorum finis. vide el. 3. lib. 1. & Ouid. in Tibulli Epicedio. Describitur ab Homero initio 6. Odyss. *Phæax* Horatio & *Alcinoi Iuuentus*, pro Nebulonibus.

ATQVE *hæc seu nostras inter sunt cognita terras.*] Nota & vulgata nostris terris, & nobis qui has terras incolimus. An *inter terras*, per terras? Cæsar 2. de bello ciuili. *Inter manus ager proferebatur*; id est, per manus. Liuius lib. 36. *Inter ipsum pugnæ tempus.* id est, per. Virgil. 8. Æneid.
Hunc inter fluuio Tiberinus amœno. An *inter terras*, pro in terris, Propert. el. 1. lib. 4.
Maxima pars Tatio rerum erat inter oues.
pro, in ouibus. Gell. cap. 7. lib. 13. *Inter omnem vitam semel parit lena.* M. Tullius orat. 1. in Catilinam. *Dico te superiore nocte venisse inter falcarios*, idest, In eum locum vbi erant falcarii, inquit Priscianus. Ergo hoc ait: Siue hæc vera sunt, & sæculi nostri ac regionis hominibus nota: siue falsa & commentitia.

FABVLA.] Narratio fabulosa & commentitia definitur, in qua, neque res veræ, neque verisimiles. 1. de Inuent. & 1. Rhetor. ad Heren. quale Homericum est commentum de Scylla & Charybdi, & de bubus Solis, quorum exta in verubus mugiebant; & pelles ambulabant. *fabula* etiam certum poëmatis genus Donato, & diuiditur in Comœdiam & Tragœdiam. *Fabula* item est rumor, & quidquid in ore omni populo. Tibull.
—— fabula nunc ille est. &
Parce puer, quæso, ne turpis fabula fiam.

NOVVM *dedit his erroribus orbem.*] Id est terras alio calentes sole, vt ait Horatius. & Virg. *Atque alio patriam quærunt sub sole calentem.*
Nouus orbis, duobus dicitur modis: vel ante ignotus, & post repertus, aut armis patefactus: vt apud Senecam epist. 89. *Extra notum nobis orbem iactamur.* Velleius de Britannia: *Orbem alterum quærens.* Ouid. ad Liuiam:
Et modo Germani Romanis cognitus orbis. Ibid.
Et quidquid miri vidit in orbe nouo.
vel, *orbis nouus*, fictus à poëta, vt ab Homero regio Ciconum, Cimmerii populi, & si-

milia. *erroribus.* iactationibus, & nauigationi incertæ.

S I T *labor illius.*] Dicatur grauiora pertulisse, vindicet sibi laudem patientis & miseri, si ea laus est miserum esse, quod ab aduersa fortuna & dijs iratis proficiscitur. Ironica concessio est, qualis illa prisci poetæ apud Charisium. *Homo frugi, quod sibi relictum est, miserimoniam retinet.* labor definitur a Cicerone 2. Tuscul. *functio quadam animi vel corporis, grauioris operis ac muneris. labor* illius dictum vt à Virgilio,

—— *tuus ô Regina quid optes*
Explorare labor. 1. Æneid. &
Mecum erit iste labor. 4. Æneid.

T V A *dum facundia maior.*] De Messalæ eloquentia: Fab. cap. 1. lib. 1. *Messala nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam.* Idem sub finem libri vet. *An Pollio & Messala qui iam Cicerone artem tenente eloquentiæ agere cœperunt, parum in vita dignitatis habuerunt, parum ad posteros gloriæ tradiderunt.* Dictum supra cum actum de Messala. *facundia.* Eloquentia, vis dicendi. Varro 5. de ling. lat. *Qui facile fantur facundi dicti*, & Isidorus lib. 10. *facundus dictus, qui facile fari possit.* quo respexit Virg. in 11. Æneid.

Larga quidem Drance semper tibi copia fandi.

N A M.] Pro, autem, vt sæpe apud Plautum & Ciceronem, ac sæpissime apud Sallustium.

N O N *alius.*] dixit supra.

B a l l i *tenet aptius artes.*] Id est, scit, callet, nouit, animo complectitur. Quæ sciuntur, tenentur, & comprehenduntur animo. vnde *capere* pro intelligere. Inde Plauti iocus in Curcul. actus. 1. scen. 1.

Recte rem tenes. Nimis formido ne excidat.

Et in Pœnulo. *Tenetis rem? vix quidem Hercle, ita pauxilla est, digitulis primoribus:* Scen. *Ita me dij ament. Aptius*, commodius decentius, *plus dextrement.* Sic elegantius dixit. M. Antonius 13. Philippic. in epistola ad Hirtium. *Artes belli*, rei militaris scientia, quasi è pluribus artibus constet rei militaris disciplina. An *artes*, pro virtute? Nam dicitur, *belli virtus.* Sulpitia poetria. —— *Duo sunt quibus extulit ingens*

Roma caput, virtus belli & sapientia pacis.

Qui tenet artes vetere verbo dicitur, *artitus.* Festus: *Artitus bonis artibus instructus.* An artes, ἀρεταί? veteres artes Horatio. Ennius eodem sensu,

Moribus antiquis res stat Romana virisque.

Vide Ciceronem pro lege Manilia de virtutibus imperatoriis.

Q V A *deceat.*] Conueniat, consentaneum sit: quod dixit, *apte tenere*, Cicero in oratore. *decere* est quasi aptum esse & consentaneum tempori vel personæ. quid differant decere & oportere, docet ibidem Cicero, & pro Corn. Balbo.

T V T A M.] Quæ tuta castra reddit, iisque tutos milites, ac securos. Virg. 4. Æneid. *propugnacula bello Tuta parant.*
Idem lib. 9 *Quibus hæc medij fiducia valli,*

A *Fossarumque moræ, leti discrimina parua,*
Dant animos.

C A S T R I S *praducere.*] pro, *praducere*, alij libri habent, *perducere*, alij, *producere*, alij, *deducere.* Sed rectum est: *Castris praducere.* id est ante castra ducere. Ducere fossam, est in longum terram fodere, vt & mox *ducere vallum.* ergo *castris praducere fossam*, est fossa castra præcingere: vt Virgilius dixit 1. Georg.

—— *segetes prætendere sepem.*

Cornel. Tacitus lib. 14. *Neque fossam, neque vallum præduxerunt.* Seneca cap. 8. lib. 2. de Ira.
B *Violatos fontes venenis, & pestilentiam manu factam, & praductam obsessis parentibus fossam.* vet. gl. *fossam duco.* περιβαλῶ. *fossa, vallis*, χάραδρα. forte vallus. *fossa, fossatum, sepes*, τάφρος *fossura*, σκάφη, σκαφεύς, τὸ ὄρυγμα. Vide Vegetium cap. 24. & 25. lib. 1. de fossa & fossato ducendo in munitione castrorum. Varro 4. de ling. latin. de ritu condendæ vrbis: *Terram vnde exsculpserant, vocabant fossam, & introrsum factum murum.*

Q V A L I T E R.] quo pacto. Ouid.
Qualiter in thalamos, &c.

A D V E R S O S *hosti ceruos.*] è regione sitos, in
C quos hostis incurrat. ἐναντίους. *Ceruos*, furcillatos ramos. Liuius, lib. 44. de quibus ita ait: *Ceruos obijcere ad intercludendam viam.* Varro 4. de ling. Lat. *Cerui, valli, furcillæ, à similitudine ceruinorum cornuum.* Quæ imitantur literam v eadem figura scilicet qua, vt est in Catalectis:

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni.

vide cæcum vallum apud Festum. & Cæsarem 1. de bello ciuili. *Neruos*, quod vulgo legitur exponunt, quibus machinæ bellicæ aptabantur, vt catapultæ, ballistæ, phalaricæ. veteres libri *Vernos* corruptè. Alij libri & Scaliger *Cer-*
D *uos*: quod verum est, & defigendi verbum eam lectionem confirmat: Virg. in Corydone,

Atque humiles habitare casas & figere ceruos.

Silius Ital. lib. 10.

Ceruorum ambustis imitantes cornua ramis.

D E F I G A R E.] pangere, demittere in terram, destituere, *deserere*, Tibullo el. 1. lib. 1.

Seu stipes habet desertus in agris.
Defigere, vt Virg. 6. Æneid.
Stant terra defixæ hastæ. & 12. Æneid.
Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.

Aliod in vet. gloss. *Defixiones*, νεκυομαντεῖαι, καταδέσμοι. & Ouid.

E *Sagave Phœnicia defixit nomina cera*
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Q V E M V A *locum.*] Veget, cap. 22. lib. 1.

D V C T O.] ducere vallum, *tirer vne trenchee.* struere, moliri, figere, iacere. Virg. 1. Æneid.

Pars ducere muros Molirique arcem. Horat.
Meliore ductos alite muros.

Item: *Ter si resurgat murus aheneus Auctore Phœbo.* Liuius, lib. 7. *In tumulo quem proximum castris Gallorum capere potuit, vallum ducere cepit.* & alibi. sic *ducere lineas*, & *deducere laminas ferri*, in longum extendere.

M E L I V S *sit.*] præstet, satius sit.

C L A V D E R E *vallo.*] cingere, circumdare, circumuenire. Virg. 9. Æneid.

Qua tentet ratione aditus: & quæ via clausos

Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor.
vet. gloss. *vallo*, *sepio*: χαρακῶ. *Vallatus*, & *vallatio*, χαράκωμα. *Vallescit*, inquit Festus, *perierit à vallo militari, quod fit circa castra, quia hinc eiecti pro perditis habentur.* Isidorus, cap. 9. lib. 15. *Vallum est quod mole terræ erigitur, vt custodia prætendatur: dictum vallum à vallis. Nam valli fustes sunt, quibus vallum munitur: vallique dicti quod figantur & euellantur.* Hęc ille more suo ex Seruio. Seruius ad illud 1. Georg. *Exacuunt alij vallos, fossas & muros de terra & glebis factos*, exponit. Inde dicta *internalla*, spatia intra capita vallorum. Varro 4. de ling. Lat. *Vallum quod ea vari, & ærumna essent.* Seruius ad illud 9. Æneid. *Quis scindere vallum Apparat? vallum ipsa munitio: & valli fustes, quibus vallum munitur.* hinc etiam de pedamentis vitium Virgilius:

——primus vallos sub tecta referto.

Arma & vallum ferre iubebatur miles: cuius rei meminit Horat.

——fert vallum & arma miles.

Virg. *Insistum fascem* vocat. *vallum*, *calas* vocabant. id est, ligna: Et inde *calones* inquit Seruius ad illud 6. Æneid. *Classique immittit habenas.* Idem ad illud 10. Æneid.

At legio Aeneadum vallis obsessa tenetur. hoc est, *intra vallos, & fustes fossarum, qui valli vocantur. Nam ipsa munitio vallum dicitur neutraliter.* imo sæpe masculino. Cæsar, & Tibullus ipse: Non acies, non vallus erat. el. 2. lib. 1.

FONTIBVS *vt dulces erumpat terra liquores.*] alij libri *educat*: sed rectius & significantius est *erumpat*. ἀναρρήξῃ, vt Terentius Eunucho. sc. *Num quis est. Iamne erumpere mihi licet hoc gaudium?* vbi Donatus notat verbũ neutrale vt actiuum positum. & exponit, *emittere*: ego effundere magna vi & impetu: Virg. 4. Georg.

Et caput vnde altus se primum erumpit Enipeus.

& 1. Æneid.

——iamdudum erumpere nubem Ardebant.

Cęsar 2. de bello ciuili. *Sese foras erumpunt.* Lucret. lib. 4.

Tandem vbi se erupit neruis collecta Cupido.

Cicero in prognosticis Aratæis:

Astiferos validis erumpunt flatibus ignes. & in libro 16. epist. ad Atticum: *Ne in me stomachum erumpant.* Castrametationis autem & militiæ est aquario, & prouidere ne castra ponantur in arido loco, & aquæ inopi, vt apud Cęsarem in lib. 1. de bello ciuili. Afranius & Petreius, ob male posita castra in colle, coguntur siti ad deditionem. vide Vegetium, cap. 10. lib. 4. quid faciendum ne aquæ inopiam patiantur obsessi. *Liquores*, aquas, latices. Generalius tamen est liquoris nomen, quam aquę, vt liquor aquæ, stactę, mellis, vini, &c. *Dulces liquores.* aquę nec salsæ nec amaræ. Cic. 2. de nat. deor. *Astra alantur aquis partim dulcibus, partim marinis.* Virgil. in Bucolicis: *——quale per æstum*

Dulcis aquæ saliente sitim restingere riuo.

& 1. Æneid. *Intus aquæ dulces.* & 1. Georg.

Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

Cic. 1. de nat. deorum: *Vos quoque signa videtis aquæ dulcis alumnæ. Dulces*, ἰδιωτικῶς: nam aqua optima, quę nihil sapit. Ouid.

A *Namque quamque sapor est ablata dulcis in vnda,*
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Cicero 6. Verrina: *Ibi fons est aquæ dulcis, cui nomen Arethusa. Liquores*, à lix, vel lixa, id est aqua, liquor dictus: Inde *lixa*, militum serui ad aquã portandam. & *elixum*, inquit Varro, *à liquore.* Veteres glossę: *liquor* (male legitur libor) *fluor*, ῥεῦμα. Item *liquor* (legitur licor e pro *qu.*) ῥεῦμα ἐπὶ ποδάγρας. *Fluxion & goute aux pieds.*

VT *facilisque tuis aditus sit & arduus hosti.*] & hoc ad castrorum ritum referendum est: puta, positis in colle castris, & munitis, miles qui in colle consedit, per dorsum collis ingreditur
B per portas castrorum plano pede. hosti vero & adscensus erit collis, & agger cùm vallo fossaque superandus. gemina ergo antithesis, *facilis, arduus: tuis, hosti. Aditus facilis*, duobus modis dicitur: vno, cum facili planaque via ingredimur, vt hic: altero, cum admittimur ab eo, qui prohibere potest, vt apud ipsum Tibullum:

Ad dominam faciles aditus per carmina quæro.

Ouidius metaphoricῶς dixit:

Difficiles aditus impetus omnis habet.

Virg. 4. Æneid. molles aditus dixit:

Sola viri molles aditus & tempora noras.

C Idem inaccessum vocat, quod non facile, nec impune aditur 7. Æneid. inaccessos lucos. & lib. 8. vocat, Caci speluncam Solis radiis inaccessam. *Arduus*, difficilis adscensu: dictus arduus, vel à verbo arduo, pro addo; Ar pro ad, vt aruenio, arcio, Arcedo, Arbitere, vnde Arbiter: quia quæ adduntur ad rei alicuius magnitudinem eam celsiorem faciunt. ideo Propertius, vt altiorem Romam significaret, dixit: *Romani montes & montibus addita Roma.* quod alio loco: *Vrbs septem alta iugis.* Et Horatius de Gigantibus per montes montibus additos cœ-
D lum scandentibus, od. 19. lib. 2.

Cum parentis regna per arduum
Cohors Gigantum scanderet impia.

vet. gloss. *Arduus*, προσάντης: *Arduus*, δυσέφικτος. (captu vel adscensu difficilis.) An arduum ab arida & aspera via. Ouid. 2. Met.

Ardua prima via est, & qua vix mane recentes
Enituntur equi. Idem el. 3. lib. 4. Trist.
Ardua per præceps gloria vadit iter.

Cassius Parmensis in Orpheo.

Mon leuis ascensus si quis petit ardua: sudor
Plurimus hunc tollit. Non est autem absurdum idem esse facile & arduum. Sic ædes Fe-
E sto, quòd in edito sitæ: & Varroni, quòd plano pede adirentur.

LAVDIS *& assiduo vigeat certamine miles.*] Nunquam intermissa contentione animi ad gloriam; quia certatim nituntur laudem assequi. de laudis ardenti studio vide Virgilium 9. Æneid. vbi Euryalus sic Nisum alloquitur,

Est hic, est animus lucis contemtor: & istum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.

attigit huiusmodi φιλοτιμίας supra.

Conueniantque tuas cupidi componere laudes

& mox. *Quin potius certamen erit.*

Lucret. lib. 1. *——sed acri*

Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

Honestum autem hoc certamen, non illa quæ inter

Hectora Priamiden, animosum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, vt vltima diuideret mors.

vide Vegetium, cap. 28. lib. 1. quod est de exhortatione rei militaris, Romanęque virtutis. Quò pertinent conciones Imperatorum ante pugnam.

Assidvo.] verbum militiæ, assiduus. vbi infrequens miles ære diruitur.

Miles.] Varro 4. de ling. Lat. *Milites, quod trium millium primo legio fiebat: ac singulæ tribus Tatiensium, Ramnensium, Lucerum singula millia militum mittebant.* Festus: *Militem Ælius, à mollitia κατ' ἀντίφρασιν dictum putat, quod nihil molle gerat: vt ludũ in quo minimè luditur.* quod etymon confirmat Tibullus noster:

Pace bidens, vomerque vigent: at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.

Ennius:

Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.

Vigeat.] vim & robur obtineat integrũ. Festus: *Viget, dictum à vi agendo, non tamen in bestiis: sed in ÿs quæ concitato animo ad bonam tendunt frugem.* Corn. Fronto: *Vigor est in elatione animi.* quod Virgilius confirmat 6. Æneid.

Igneus est ollis vigor. & de militia, lib. 9.

——nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.

dicitur & *vigo* & *vigeo*, vt monet Charisius. Glossę veteres *vigeo*, θάλλω. ἀκμάζω. *vigores*, ἀκμαί. *vigorem*, δύναμιν, ἰσχὺν, ῥώμην. Nonius: *Vegetum, incolume, vigens, forte: vegetum, corporis: vigens, animi.* *vigor* tamen est etiam corporis. Laberius:

Cur non vigebam membris præaridantibus?

Qvis *tardamve sudem.*] *Sudis*, inquit vetus glossarium σκόλοψ, & stipes, palus præacutus. Sudis, χάραξ, Pertica, κόντος. Sudis σφύραινα, ἰχθύς. Sudis, Þhirpos, γόμφος. ἰχθύς. Sudis, ridica, χάραξ. Sudis, compages. vide annotata ad illud Propert. eleg. 1. lib. 4.

Miscebant vsta prælia nuda sude.

De sudibus & sagittis iaciendis, vide Veget. cap. 14. lib. 1. ad missilia iacienda exercendos tirones. Non abs re dixit, *tardam*: nam pręcipit Vegetius loco antedicto vt tirones ad palum missilibus exerceantur grauioris ponderis, quam quæ vera futura sint. Virg. 2. Georg. vt tardas sudes designet, ait:

Quadrifidasque sudes & acuto robore vallos.

id est, inquit Seruius, *Ita robustas, vt possint in quatuor diuidi.*

Melivs.] & rectius & longius, & fortius. supra *aptius*.

Celeremve *sagittam.*] antithesis, *tardam, celerem.* Attius Philocteta: *Figebat tardus celeres.* *Celerem sagittam, ventos æquantem.* Virg. 10. Æneid. & 5. Æneid.

Protinus Æneas celeri certare sagitta
Inuitat, qui forte velint.

& 12. Æneid.

Augurium citharamque dabat, celeresque sagittas.

Horatius:

Interim dum tu celeres sagittas Promis.

Tigrin Armeni sagittam dicunt, vnde nomen

A animali velocitatis tremendæ, inquit Plinius, & flunio. *Celer* quid, Plutarchus in Romulo. Sagittis tironem imbuendum docet Vegetius, cap. 15. lib. 1. de re militari.

Iecerit.] vel arcu emiserit sagittam, vel manu sudem contorserit, vnde iaculum & iaculari.

Avt *perfregerit obuia.*] penitus fregerit, perruperit transuerberarit, velut in via vel itinere occurrentia. *Perfringo*, διαρρήγνυμι. Ipse el. 10. l. 1.

——scissosque capillos
Femina, perfractas conqueriturque fores.

Plaut. Milite: *Quo pacto elephanto perfregisti brachium?* Te-
B rent. Adelph: *Ne aut ceciderit vspiam, aut perfregerit aliquid.* *Obuia*, velut in via vel itinere occurrentia. Catullus in Ariadna:

Prona cadit, lateque & cominus obuia frangit.

Festus in, *mortem obisse: ob viam*, id est, *ad viam.* Sic obiter, in itinere. vet. gl. *Obuiat* ἀπαντᾷ. *Obuiatio, occursus*, ἀπάντησις. *Obuiam, aduersus*, εἰς ἀπάντησιν. Obuius de hoste obstante. Virg. 6. Æneid.

——Non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato.

Obuia, aduersa, obstantia. Catull. *Casto veniam obuius leoni.* ab eo quod obstãres nobis molesti & odiosi sunt, præsertim
C prætereuntibus, & eos perditos cupimus. Hinc Virg. 3. Æneid.

——Effigiem Xanthi Troiamque videtis
Quam vestræ fecere manus: melioribus opto
Auspicÿs, & quæ fuerint minus obuia Graÿs.

& 6. Æneid. *Quibus obstitit Ilion.* id est, inuisum fuit. Quorum neutrum intelligunt Interpretes. nota res Plauto, vbi serui currentes & parasiti malum obuiis minantur.

Pilo.] iaculo & hastili Romano. vet. gloss. *Pilum*, ὑσσός, τὸ ἀκόντιον (ὑσσὸς ἀκόντιον) iaculi genus. *Pilum*, ὑπερῷον, lego ὕπερον, alio loco, *Pilum*, ῥομφαίας εἶδος. significat Pilum, & pistillum signifi-
D care, quod nomen vulgo Latina lingua retinet, quo tundimus aliquid in mortario, & hastile Romanum. Liuius lib. 9. *Pilum haud paullo quam hasta vehementius ictu missuque telum.* vide Plutarchũ in Mario, de Pilis Q. Catuli. Plaut. Curculion. *Faciam ex te pilum catapultarium: quod non hominis manu, sed catapultæ neruo excutitur.* Describitur pilum à Dionysio, lib. 5. ita vehemens, vt scutatos pedites, & loricatos equites transuerberet. Plutarcho, Appiano & Dionysio ὑσσός: graue iaculum Festo dicitur. vt gesa vel gessa, Gallorum: Sarissæ Macedonum: Catenæ Teutonum: ita Romanæ militiæ proprium pilum.

E Lento.] epitheton πολύσημον, & variæ significationis, & graue & flexibile; & quod contortum in hostem crispatur, & valdè tenaciter inhæret. vide Nonium in *Lentum*. Virgil. in Daphnide:

Et foliÿs lentas intexere mollibus hastas.

& 12. Æneid.

Huic Messapus, vti læua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.

Idem lib. 9. de vi & impetu pili.

Dixerat, & toto connixus corpore ferrum
Conÿcit: hasta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibique

Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno. Item:
Dum trepidant it hasta Tago per tempus vtrumque
Stridens, traiectoque hæsit tepefacta cerebro.

Item 2. Æneid. de hasta Laocoontis:

Sic fatus validis ingentem viribus hastam
In latus, inque feræ curuam compagibus aluum
Contorsit: stetit illa tremens, vteroque recurso
Insonuêre cauæ, gemitumque dedere cauernæ.

Lucan. lib. 3.

Pila sed in medium venere trementia pectus.

E QVVM *celerem.*] Tibullus ipse:

Totus & argento contextus, totus & auro
Insideat celeri conspiciendus equo.

Nero apud Suetonium:

Ἵππων ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει.

sic Virgil.

Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.

Ennius: *Incedit citus, celsus tolutim.*

COMPESCERE.] continere, comprimere. Pasco simplex, est contineo, vnde in sacris *Pascito linguam.* Festus in *Pascito.* dicitur Ciceroni compascere in Topicis: *Si compascuus est ager, ius est compascere.* Festus: *Compascere vna pascere, & eodem loco continere. Dispescere à pastione deducere.* vet. gl. *Compesco, φιμῶ, σιωπῶμαι. Compastor, συννομεύς. Compescere lucum.* Festo, suis continere finibus: *Compescendi* periphrasis apud Virgilium:

Compuleratque greges Corydon & Thyrsis in vnum.

Tibull. el. 4. lib. 1.

Hic placet adductis quod equum compescit habenis.

Horatius:

Hunc frenis, hunc tu compesce catena.

quod alibi, *Temperat ora frenis.*

FRENO.] Frenum à verbo frendo, quod est frango, vnde faba fressa Festo: nam frenis equorum tenacia infringitur, & velle eos frangere videntur. quo respexit Virg. in 4. Æn.

Stat sonipes & frena ferox spumantia mandit.

& 7. Æneid.

Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.

ARCTO.] Colotius legit in veteri libro: *Artato* sed bene est, *arcto*; vt, *ne*, sit parelcon, quale apud Terentium: *Faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligant. Arcto freno*, coërcente & comprimente. Virg. 2. Æneid.

Ipse viro primus manicas, atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus. & 1. Æneid.
——ferro & compagibus arctis.

videtur autem Poëta significare genus freni, quod *lupatum* vocat Horatius, Ouidius etiam *lupum*:

Tempore paret equus lentis animosus habenis:
Et placido duros accipit ore lupos.

POSSIT.] queat, melius.

ET *effusas tardo permittere habenas.*] eadem sententia. Virg. 1. Æneid.

Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.

Permittere, est rem aliquam alieno arbitrio temerè concedentis, vt Seneca cap. 6. de Consolatione ad Marciam: *Permittere nauim tempestati.* Horat. *Permitte diuis cetera. equum ad hostium aciem permittere.* Nonius exponit, immittere incitare, præcipitare. sic Lucanus ad Pisones:

——rapido permittis habenas Quadrupedi.

Ouid. 1. Metam.

A *Fluminibus vestris totas immittite habenas.*

Permittere habenas equo, vt Euripides *μεταφρενίζειν: ἀνεῖναι χαλινὸς γυναικί.* & Caton. de lege Oppia apud T. Liuium: *Date frenos impotenti naturæ, indomitoque animali.* inde *permissus aries* Festo, qui pluribus annis tonsus non est, id est, qui finitur errare suo arbitrio, vt liberum pecus.

HABENAS.] lora, retinacula, *ἡνία, les resnes.* Isidor. cap. vlt. lib. 20. *Habenæ, quod iis equi habentur ac retinentur, quæ lora & retinacula.* Virg. 1. Georg. *——frustra retinacula tendens*

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Easdem vocarunt *oreas*, & *aureas*, ab ore, quod

B ori inseruntur freni, vel quod ad aures equorum religantur, Festus. ad vtrumque etymon respexit Horat. epist. 15. lib. 1.

——Quo tendis? non mihi Cumas
Est iter, aut Baias, læua stomachosus habena
Dicet eques. Sed equi frenato est auris in ore.

Inde auriga, quod aureis regit equos. vet. gl. *ἱμάς, lorum. habena, αἰγίλωψ.* auena est & habena; qua turben verberatur. Virg. 12. Æneid.

Ille actus habena. de flagro & de loro fundæ:

Ter adducta circum caput egit habena.

EFFVSAS.] immissas. Virg. 2. Æneid.

Furit immissis Vulcanus habenis.

C Seruius ad illud Virg. 12. Æneid.

——irarumque omnes effundit habenas.

citat ex Ennio: *Effundit irarum quadrigas.* ab effusus, fit effuso. vet. gl. *Effuso, ἐκχέω.* Liuius lib. 37. *Effusissimis habenis stationem hostium inuadit: à toute bride: & à bride abbatuë.* Virg.

Ruunt effusi carcere currus.

TARDO.] ex opinione sessoris. vt Propert. eleg. 7. lib. 2.

Non mihi sat magnus Castoris iret equus. Cicero 1. Philipp. *Vt mihi nulli, neque remi, neque venti satisfacerent.* Horat. ep. 1. lib. 1.

D *Vt nox longa, quibus mentitur amica: diesque*
Longa videtur opus debentibus; vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora.

Virgilius:

Si mihi non hæc lux toto iam longior anno.

Tardo epitheton perpetuum non est equi, sed asini potius. & tardo, si tardus est, nec furit equus. ab hoc diuerso equorum ingenio tardo & celeri duxit metaphorã Isocrates, de Theopompo & Ephoro. in illo se vti solitum frenis, in hoc calcaribus.

E INQVE *vicem.*] tmesis, pro inuicem, vicissim, per vices, alternis. Persius:

Cædimus, inque vicem præbemus crura sagittis.

Charis. lib. 1. vix, vicis, vicem, vice. vet. gloss. *vice, ἐν μέρει. vice, ἐν τάξει.* Ouid. 4. Fast.

Perque vices modo Persephone, modo filia clamat.

vicibus factis, idem ibidem:

Cur vicibus factis ineunt conuiuia quæro.

MODO.] notandum hic, *modo*, semel positum cum iterari soleat.

CONTENDERE.] vel pergere ad finem spatij, vel certare, quia dixit: *Laudis & assiduo viget certamine miles.* vel contendere, eniti. Sic supra dixit: *Sed generis priscos contendis vincere honores.*

DIRECTO *cursu.*] qualis est à carceribus ad

metam, vel in eo spatio, quo hastati concurrunt. *en carrere.* Lucan. lib.7.

Vidit vt hostiles in rectum exire cateruas
Pompeius. —— *de droit fil*, vulgò.

S E V *libeat.*] siue malit, ita ferat animus. Libēre & velle differunt: nam *voluntas*, est εὔλογος ὄρεξις : *libido* ὄρεξις ἄλογος. Repetit hoc verbum supra:

Seu libeat duplicem, seu iunctum cernere Martem.

C V R V O *contendere gyro.*] Virg.3.Georg. hoc exercitationis genus, quo equi flectuntur in orbem & circumaguntur inuentum ait esse Lapitharum:

Frena Pelethronij Lapithæ, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Ouid.3. de arte amandi:

Armaque, & in gyros ire coactus equus. & alibi:
Exiguo flexos miror in orbe pedes.

Lucan. in Panegyrico ad Pisones:

Sic auriga solet feruentia Thessalus ora,
Mobilibus frenis in aperto flectere campo.
Qui modo non solum rapido permittit habenas.
Quadrupedi, sed calce cita modo torquet in auras
Flexibiles rictus; & nunc ceruice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.

Id equisones nostri, qui ab equorum cura, *Escuyers d'escurie*, vocant, *voltiger a bride ronde.* Propert. el.14. lib.3. *Gyrum pulsat equis*, per hypallagen, pro gyro pulsat equos. id est, in gyrum impellit. id flectere tantum dicitur: Virgilius,

Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.

Horatius:

Quamuis non alius flectere equum sciens,
Aequè conspicitur gramine Martio.

B R E V I V S.] alias, *melius*, quod supra dixit *aptius*, magis tamen probo *breuius*: quia angustius in gyro spatium, quam in directo cursu. Manil. lib. 5. de Heniocho:

Ille dabit proprium studium cœloque retentas,
Quas prior in terris agitator amauerat artes.
Stare leui cursu moderantem quattuor ora
Spumigeris frenata lupis, & flectere equorum
Prævalidas vires & torto stringere gyro.

vbi *torto*, quod hic *curuo*.

P A R M A *seu quos dextra velit, seu læua tueri.*] alij libri maximè veteres:

Quis parma seu dextra velit, seu læua tueri.

alij libri olim formis excusi:

Parma seu quis dextra velit seu læua tueri.

Parma in vet. gl. ἀσπιδίσκη, πέλτη. parma, ἀσπὶς ἱππική. Parma, θυρεὸς ὅπλον. *Parmularum vsum*, inquit Festus, *sustulit C. Marius datis in earum vsum Brutianis.* Nonius: *Parma, scutum breue.* Sallustius: *Ob inopiam scutorum se quisque in formam parmæ equestris armabat.* Varro 4. de ling. Lat. *Parma, quod à medio in omnes partes par.* Seruius ad illud 10. Æneid.

Transiit & parmam mucro, leuia arma minacis.

Parmam, inquit, *leuia arma, non clypeum, quia maioris est ponderis. Tueri dextra*, δεξιὰ σκεπάζειν; id est, quæ ad dextram sunt, vel ad læuam manum protegere. *Dextra* & *læua*, neutro genere, numero multitudinis. Suspicari possit aliquis designari ambidextrū; vel eum qui aptè & subito

A posset à dextra in sinistram, vel à sinistra ad dextram transferre parmam.

S I V E *hac, siue illac.*] siue à dextra, siue læua. id est, vndecunque hasta veniat, eam ad partem parmam conuertat. Sic Terent. *Plenus rimarum sum, hac illacque perfluo.*

G R A N D I S *impetus hastæ.*] hasta, si Latinè dicere liceret, impetuosa, vt dictum supra:

Nec Scyllæ sæuo conterruit impetus orbe.

vel *impetus hastæ.* vt Virg.12. Æneid.

Hic hasta Aeneæ stabat, huc impetus illam
Detulerat fixam. ——

Grandis hastæ, non grandis impetus. verbum

B proprium in frugibus, vt grandia farra, frumenta, hordea, malà, & quæ calamitas non attigit. vnde iocus Plauti in Casina. Grande etiā longum: vnde grandæui: & hasta longa est. Hastam Isidorus, cap.7. lib.17. deducit, ab astu, & astutia. nimis astutè: & ait esse contum cum ferro: meliùs Varro 4. de ling. Lat. Qui dictā ait, ab eo quod astans ferri soleat: quam Varronis opinionem Virgilius stabilit in 12. Æneid.

Exin quæ medijs ingenti adnixa columnæ
Aedibus adstabat, validam vi corripit hastam.

V E N I T.] fertur, volat. Virg.5. Æneid.

—— *neruo stridente sagitta*

C *Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras,*
Et venit, aduersique infigitur arbore mali.

& 9. Æneid.

—— *Hasta volans noctis diuerberat vmbras:*
Et venit aduersi in tergum Sulmonis.

Sic Plaut. Menech. *Venit imber, tempestas venit.* & mox: *Veniunt certamina.*

A M P L I O R.] maior, grauior, vehementior. ab *am* & *pleo*, quasi vndique plenus, ideoq. magnus, ingensque. Propert.

Pœna erit ante meos fera, sed ampla pedes.

& Horatius: *Teramplum Geryonem.* vt dicitur Lucretio: *Tripectora tergemini vis Geryonai.*

D T A N G E R E.] quod Horatius etiam, *ferire*: *Frapper au but, donner dedans le blanc.* in arte Poëtica:

Nec semper feriet, quodcunque minabitur arcus.

Hinc *verbera fundæ.* &, *funda verberat amnem.*

L O C A *signata.*] signo aliquo & nota distincta, quod fieri in scopo solet, vnde vulgus scopum vocat, *le blanc*; quia color ille facilius prospicitur. vet. gl. *Signum*, σημεῖον, ὁ σκοπός.

F V N D A *cita.*] ex qua glans plumbea, vel lapis excutitur summa celeritate & impetu. vet. gl. *funda*, σφενδόνη : *fundator*, σφενδονήτης : *funditor*, σφενδονιστής. *fundibali*, λιθοβόλοι. Veget. cap. 16. l.1.

E docet ad iactādos lapides funda, vel manu exercendos tyrones. Est & funda reticulum piscatorium: à fundendo, & iaciendo. Virg.1. Georg.

Aut alius latum funda iam verberat amnem.

Retiaculum Plauto in Truculento. Est funda & reticulatum crumenæ genus, apud Macrobium in Augusti iocis: *fundam citam*, dixit vt supra, celerem sagittam: *Funda pugnare dicuntur timidi, qui cominus pugnare non audent*, inquit Donatus in Eunuchum. vide Festum in *Adscriptitij.* & Nonium in *fundatores.* Varro in libris de lingua Latina fundum à funda deduxerat, vnde Ciceronis iocus apud Donatum:

Fundum Varro vocat, quem possis mittere funda:
Ne tamen exciderit qua cana funda patet.

IAM.] iam, non est aduerbium temporis, sed connectendi particula, pro præterea. Virg. 1. Georg.

Iam maris immensi prolem & genus omne natantum,
Iam varias cæli volucres.

Simul, pro simulac, vel, statim atque Horatius od.7. lib.4.

—— Ver proterit æstas Interitura, simul
Pomifer Autumnus fruges effuderit.

& od. 4. lib.1.

Et domus exilis Plutonia, quò semel meatis
Nec regna vini sortiere talis.

& alias sæpissimè. Sic & Virg. in Pollione:

At simul Heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus.

AVDACIS veniunt certamina Martis.] id est, prælia, mortis ludi. eo sensu Horat.

Heu nimis longo satiate ludo. Item:
Dant alios furiæ toruo spectacula Marti.

apud Plutarchum Boeotia. Ἄρεος θέατρον. Horat.

Spectandus in certamine Martio. Virg.
Adsistunt contra certamine Martis anheli.

Certamen, pro ludis Gellius. quia certatur vario genere exercitationis: *Certamen laudis*, supra, Apud Titum Liuium, lib. 34. *Prælium nullius certaminis fuit.* Ouid. lib.4. Trist. el.1.

Aspera militia iuuenis certamina fugi.

certamina sunt etiam res ludicræ: nam Virgilius cum dixisset:

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.

subiecit: *Posthabui tamen illorum mea seria ludo.*

Audacis Martis, quia audacia vsus est in bello. Horat. od. 12. lib. 1. *Proximos illi tamen occupauit Pallas honores Prælijs audax.* audax, ab auidè eundo in pugnam, vnde & Gradiuus, Festus: *Veniunt*, instant, ingruunt. supra, *venit impetus hastæ.* M. Antonius 3. Philipp. *Legatos venire non credo, bellum quo veniat.*

ADVERSISQVE *parant acies cōcurrere signis.*] id est, directa acie pugnare, vt inquit Velleius: *Aduersis signis*, quod & *collatis signis* dici solet. Lucanus initio lib.1. *Infestisque obuia signis.*

Signa pares aquilas & pila minantia pilis.

Sic supra: *Aduersus hasti desigere ceruos.* &:

Nam Ciconumque manus aduersis reppulit armis.

Signa militaria significat, & aquilas maximè quæ præcipua legionum signa. Lusit in ambiguo signorum verbo Ouid. el.6. lib.4. Trist.

Non illi cælo labentia signa tenebant:
Sed sua, quæ magnum perdere crimen erat.

Veget. cap.5. lib.3. *Signorum militarium tria genera*, ponit: *vocalia*, quæ voce dantur, vt Apollo, Victoria, Palma. *Semiuocalia*, quæ dantur tuba, cornu, buccina. *muta*, vt aquilæ, Dracones, vexilla, aper, Minotaurus.

ACIES.] Veget. cap.14. lib.3. *Acies*, est exercitus instructus. credo, quod sæpius in acumen desinat. *Acies*, inquit Diomedes, *plura significat.* Charis. lib.2. *Acies, & oculorum, & ferri, & exercitus.* vet. gloss. *Acies*, βολὴ ὀφθαλμῶν. *Acies* (oculorum) ὀξυδορκία. *Acies animi*, ὀξύτης φρενῶν. *Acies ferri*, ὀξύτης σιδήρου. Isidor. cap.3. lib.9. *Acies dicta quod ferro armata sit, & acumine telorum.* Festus in *Atus*, *dicitur acies exercitus instructio, quod ea pars*

A *militum vehementissima fit ad hostem vulnerandum acumine telorum.*

PARANT *concurrere.*] sese accingunt ad prelium. & bene, *parant*, nam magno & multo paratu opus in bello & prœliis. Virg. 8. Æneid.

Nunc si bellare paras. & 2. Æneid.
His se, quando vltima cernunt
Extrema iam in morte parant defendere telis.

& 4. Æneid. *Arma parent.* & 9.

—— pugnam sperati parati. Ouidius
Bella mihi video, bella parantur.

ait, *Concurrere*, confligere, quod fit procursu vtrimque facto. qua de re Cæsar 2. de Bello ciuili, & Plutarchus

B in Pompeio. Horat. sat.1. lib.1.

Militia est potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.

Virg. 4. Georg.

Erumpunt portis, concurritur.

In nauali quoque certamine fit concursus. Virg. 8. Æneid. de pugna Actiaca:

—— pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.

& 7. *Quanta per Idæos sæuis effusa Mycenis*
Tempestas ierit campos, quibus actus vterque
Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis.

& 9. *Paribus concurrere telis.*

C Horatius dixit: *Collidi duello.*

NON *desit tibi.*] facile tibi sit, sit in mundo, sit in promptu. adsit copia tibi & facultas eius rei. Propert. el.16. lib.1.

Et mihi non desunt turpes pendere corollæ.

& el. 26. lib.2.

Illa meis tantum non vnquam desit ocellis.

non deest, abunde est, οὐ δεῖ, οὐκ ἐνδεής, id genus sermonis est, & apud Virg. 6. Æneid.

Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint. ——

FACIEM *componere pugnæ.*] id est, fingere, formare, ordinare. vide Nonium in Compo-

D nere. Liuius lib.28. *Acrior impetu, quam compositior vllo ordine pugna fuit.* *Faciem*, formam & modum. vide Gellium cap.28. lib.13. quid facies sit, & Nonium duobus locis. Gellius cap.28. l.10. *In faciem pulueris.* id est, modum & formam. Virg. 2. Æneid.

—— oriturque miserrima cædes
Armorum facie.

Facies, non est πρόσωπον, sed εἶδος, siue quælibet species, & forma rei. vultum dixit Virg. in 5. Æneid,

Mene salis placidi vultum, fluctusque quietos
Ignorare iubes. paulo ante dixit:

E *Visa maris facies.* *Pugna*, hic non est μάχη, sed τάξις πρὸς μάχην. *L'ordonnance de l'armée pour la bataille.* Isidorus & Donatus in Hecyram: *Pugna à pugno, quia olim ante vsum ferri & armorum pugnis & calcibus se petebant.* Lucret. lib.5.

Arma antiqua manus, vngues, dentesque fuerunt:
Et lapides: & item siluarum fragmina rami.

SEV *sit opus.*] vsus postulet, deceat, conueniat. Horat.

Siue opus est imperitare equis. Ouid.
Siue opus est velis, minimam bene currit ad auram:
Siue opus est remis, remige carpit iter.

QVADRATVM *acies consistat in agmen.*] pro stet, vt supra: *Placidis mare constitit vndis.* sic

Virgil. 3. Georg.

Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam dum carpit, & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.

& alibi: ——— *Campo stetit agmen aperto.*

Consistere causam dixit Gellius, pro constituere & conijcere. Consistunt qui simul stant, vt eiusdem generis. Plaut. in Curcul. *Neque quisquam in foro vobiscum audet consistere.* Idem in Aulularia: *Adeunt, consistunt, copulantur dexteras.* Consistere, inquit Donatus in illud Adelph. sc. *Obsecro otiosè nunc iam ilico hic consiste: est audacter & constanter stare:* vt Virg. 5. Æneid.

Constitit in digitos extemplo arrectus vterque.

In agmen, pro in agmine, vt Terentij Eunucho: *Esse in honorem.* apud Ciceronem: *Esse in possessionem.* &, *esse in potestatem.* &, *in mentem fuit.* Plauti Amphit. *Agmen*, inquit Isidorus, cap. 3. lib. 9. *Exercitus dicitur cum iter facit, ab agendo, id est eundo, est enim exercitus ambulans: nam agmen dicitur, quod in longitudinem porrectum est, vt cum exercitus portis procedit.* Inde agmen de fluuij impetu, continuo tenore, & æquabili: Seruius in schedis apud Scaligerum in Tibullum, citat ex Varrone ad illud Virg. 7. Æneid. ——— *pilataque totis*

Agmina densentur campis. *Duo sunt genera agminum*, inquit Varro: *Quadratum, quod immixtis etiã iumentis incedit, vt vbiuis possit considere. Alterum pilatum, quod sine iumentis incedit, sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca tramittitur.* Asellio Sempronius: *Quartum signum accedebat, siue pilatim, siue passim iter facere volebant. Agminis magni coluber.* Arnobius: & Virgilius, *agmina caudæ*, & alio loco, *volumina.* vet. gl. *agmen, cœtus, συνδρομή*. *Agmen* à forma, vel vt Tibullus loquitur facie pugnæ *quadratum.* Cic. 2. Philipp. *Agmine quadrato cum gladijs sequuntur scutati milites.* Liuius lib. 2. *Valerius quadrato agmine peditem ducit.* Seneca, epist. 61. *Sextium cum maximè lego, virum acrem, Græcis verbis, Romanis moribus philosophantem, mouit me imago ab illo posita, ire quadrato agmine exercitum vbi hostis ab omni parte suspectus.* quadrato agmine incedere, nostris: *marcher en bataillon carré.* De qoadrato agmine vide Veget. cap. 20. lib. 3. & notata ad versum proximè sequentem. Vt *agmen quadratum*, sic & *Roma quadrata.* Ennio apud Festum: & *quadrata mensa*, Varroni. &, *quadrati panes.* Athenæo: & *quadrati versus.* Gellio.

Rectvs *inæquatis decurrat frontibus ordo.*] vt supra, *directo contendere cursu.* sic Ælianus, κέρατα ὀρθὰ πεποιημένα, cornua recta collocata. Paolo aliter Horatius, oda vltima lib. 4. carm.

——— *ordinem Rectum, & vaganti frena licentiæ*
Iniecit.

& Cato apud Festum: *Recto fronte sequi.* dixit autem rectus quia est etiam obliquus, & quædam λοξὴ φάλαγξ dicitur ab Æliano. *Rectus* igitur *ordo*, series exercitus porrecta in longitudinem, vt *recta linea.* Veget. cap. 20. lib. 3. *Vna depugnatio est fronte longa, quadrato exercitu; sicut etiam nunc, & semper solet prælium fieri.* Rectum illum ordinem, & quadratum agmen depinxit nobis Virgilius 2. Georg.

Indulge ordinibus; nec secius omnis ad vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello, cum longa cohortes

A *Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto.*
Directaque acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti Tellus: necdum horrida miscent
Prælia, sed dubius medijs Mars errat in armis.
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
Non animum modo vti pascat prospectus inanem:
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, nec in vacuum poterunt se extendere rami.

Decvrrat.] extendatur in longitudinem more decorrentis. propriè decurrere est è superiore loco in inferiorem currere. vt Virg. 2. Æneid.

Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

B & 4. Æneid.

Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ
Decurrêre iugis. & in Bucolicis:
Inter saxosas decurrunt flumina valles.

Horatius:

Monte decurrens velut amnis.

Virg. 2. Georg. ὑφηγητικῶς:

Tu ades inceptumque vna decurre laborem.

id est, mecum perage, & cursim. *Decurrere*, ab initio ad extremum currere, & omne spatium emetiri. Propert.

Qualem si iuncti vellent decurrere vitam.

vet. gloss. *Decursus, ἐκδρομή. Decursus, καταδρομή.* C genus lustrationis militaris, in ornandis funeribus ducum.

Frontibvs.] frontis nomine significatur antica, siue anterior pars, de qua translatione in acie frõs & cornua; Gellius cap. 9. l. 10. *Arcta fronte acies:* Liuius lib. 36. *Frons castrorum.* Cæsar, lib. 3. de bello ciuili: *Frons scenæ.* Virg. 3. Georg. *Vel scena vt versis discedat frontibus.* Liuius lib. 36. *Æqua fronte ad pugnam accedere. Frons spectaculorum.* Suetonius in Claudio: *Frontes ianuæ.* Ouid. 1. Fastor.

Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes:
D *Ex quibus hæc populum spectat, & illa Larem.*

Inæqvatis.] id est æqoatis, vt confirmauimus exemplis supra ad illud:

Inæquatum si quando onus vrget vtrimque.

idem valet apud Virg. 5. Æn. *Iunctis frontibus.*

Et nunc Pristis abit, nunc victam præterit ingens
Centaurus, nunc vna ambæ, iunctisque feruntur
Frontibus, & longa sulcant vada salsa carina.

quod in eodem libro dicitur: *Æquatis velis.*

Et fors æquatis cepissent præmia velis. quibus è duobus locis tertius explicandus in 4. Æneid.

Regina è speculis, vt primum albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis.

E Sev *libeat duplicem, seu iunctum cernere Martem.*] an spectare, quia dixit, faciem pugnæ? An *cernere Martem*, pro Marte decernere, & prœlio dimicare, vt Eonius in Medæa apud Nonium, in, *Cernere: Nam ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere.* id est, decertare de vita. quod Virgilius 12. Æneid. effinxit:

Inter se coijsse viros, & cernere ferro.

Lipsius lib. 4. de Militia Romana, ad hos quinque Tibulli versus, facit variam pugnæ faciem. *Primò quadratam simplicem, fronte recto: Secundo, duplicem, vtroque cornu: Tertio, iunctam, quam capiebam triplicem, aliã scilicet, ad duas iunctã. Nam sic fiebat, quod hic dicitur, vt dextrã suã miles qui in*

laeuo est

leuo est sinistram medij adspiciat; sinistrâ suâ, qui in dextro eiusdem medij dextram. Sed remoratur aut potius reuocat, quod sequitur, Sitque duplex gemini victoria casus. an iunctam igitur intelligit subiunctam & duplicatam, de qua diximus, vt acies acies sit opposita? hoc opinor. & vtrobique sane dextra sua sinistram appositi cornus tornu aspicit, & contrà. Nec mihi displiceat etiam scribi, duplicem sciunctum cernere Martem, vt duas modo positurus nominet, quadratam simplicem, indiuisam: & hanc abiunctam, in duo cornua; facilis ita sententia: hæc illic Lipsius satis obscurè. *Martem*, aciem, pugnam, prœlium. Nota metonymia, vt supra: *Audacis certamina Martis.* Virg. 2. Æneid. —— *& cæco Marte resistunt.* & 6. —— *Martemque accendere cantu.* Cicero sic *Martem communem* dixit in Orat. pro Milone.

SITQVE *duplex gemini victoria casus.*] in duplici facie pugnæ posita spes victoriæ, & ea pender ex arbitrio fortunæ, id est euentu prœlij, quem casum vocat. est enim casus, cũ quid ita cecidit, vt aliter cadere & euenire potuerit. Cic. 1. de Diuin. Virg. 4. Æneid.

Verum anceps pugnæ fuerat fortuna.

vnde Cæsar: *Iacta sit alea.* & Horatius:

Periculosæ plenum opus aleæ.

AT *non.*] valet, neque vero: estque connectentis, licet sæpe contra. Virg. 2. Æneid.

At non ille satum. & 4. Æneid.

At non infelix animi Phœnissa. Seruit & anthypophoræ. Virg. 7. Æn. *At non sic Phrygius.* Propert. el. 15. lib. 1.

At non sic Ithaci digressu mota Calypso.

ERRANT *per laudes.*] quasi vagantur, siue temerè huc & illuc feruntur, vt pecudes per pascua, & apes per hortos floresque colligendos. Qui flores legunt in hortis Pieridum, vnde claris viris nectant corollam:

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant.

sic errandi verbo Virgilius vtitur, ecl. vlt.

Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum.

Errare per: vt idem Virgilius in Sileno:

Rara per ignotos errent animalia montes.

Horat. *Ac videor pios errare per lucos.*

Errare per, vno verbo dicitur, *pererrare.* Virg. ecl. 1. *Pererratis finibus.* & 3. Æneid. *Pererrato ponto:* & 9. Æneid. *Omnemque pererrat Vndique circumtum.*

LAVDES *dubias.*] incertas, siue de quibus ambigi possit, veræne sint an fictæ, & meritæ.

MEA *carmina.*] dictum supra ad illud:

Et quodcunque meæ poterunt audere Camœnæ.

Propert. el. 10. lib. 1.

Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina.

Fontes, id est, ego vates.

NAM *bellis experta cano.*] felici bellorum euẽtu siue re & vsu comprobata & testata. *Experta* patheticῶς. Gell. cap. 7. lib. 15. *Expertum*; id est, obseruarum. Propert. el. 3. lib. 1.

Experta metuens iurgia sæuitia.

aliter Virg. 7. Æneid.

Siue fide, seu quis bello est expertus & armis.

ipse Tibullus se earum laudum consortem & participem Messalæ iactat in el. 7. lib. 1.

Non sine me est tibi partus honos per bella, Pirene Testis, &c.

A TESTIS *mihi.*] testis cum 3. casu, vt Plaut. in Captiuorum prologo: *Vos vos mihi testes estis me verum loqui.* Virg.

Vos coryli testes, & flumina Nymphis. Catull.

Testis erit magnis virentibus vnda Scamandri.

VICTÆ.] subactæ, domitæ.

FORTIS *Iapygia miles.*] ambiguum relinquit an Iapygiam fortem, an fortem militem dicat. *fortis*, qui & fortis Festo, bonus. Tibull.

Hic ego dux, milesque bonus.

Iapygia alio nomine Messapiá, regio in finibus Italiæ. Strabo lib. 6. Seruius ad illud 11. Æn.

Iapyge aruis. *Iapygia pars Apuliæ, in qua*

B *mons Garganus, ita dicta ab Iapyge Dædali filio*, vt ait Solinus: *Appuli autem fortes.* vnde ab Horatio, *Pernix Appulus*, & Daunia militaris. Sed profecto nullum tunc bellum in Apulia esse potuit: & in aliis libris legitur, *Iapydia.* Nam *Iapides* Ptolomæo sunt Illyriæ populi, qui Straboni vocantur *Iapodes*, lib. 7. & oppidum eorum in Albio monte situm: qui licet pugnaces & latrocinari soliti, expugnati tamen, & prorsus domiti ab Augusto. Ibid. *Albium*, oppidum Iapodum, quasi Alpium dictum, & ad Alpes ipsas porrigi, quod confirmatur hic versu qui proximè sequitur. Ab iis populis Timauus

C fluit, vnde Virgilius Iapidem eum nominat. 2. Georg.

Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui.

Ἰαπυδία, Straboni.

FALLAX *Pannonius.*] fraudulentus, duplex, infidus, ἄπιστος. fallaces cur Pannonij ostendit Dio, l. 49. Finxerant deditionem: sed mox, cum obsides etiã dedissent, rebellarunt, & eruptione facta bellum renouarunt. vt Scaliger citat hoc loco. De Pãnonia, & Pãnoniis populis. Strabo, lib. 7. Plin. cap. 25. lib. 3. & Appian. in Illyrico, vbi hoc bellum cõmemorat, & à Pãnonio Antarij filio gentem & regionem dictã putat: vel à

D Pæone, Pæonas. & Dio, lib. 49. & 54. & 55. vbi multa de Pãnonico bello gesto duce Germanico, sine Messalæ mentione. & Sueton. in Augusto, cap. 21. & in Tiberio, cap. 9. & 20. Pannonia duplex, superior & inferior. Complectitur partem Austriæ, & Hungariæ, Transsiluaniæ, & Poloniæ. Danubius apud Auson.

Imperijs gaudens qua fecit Pannonias.

PASSIM.] dictũ supra, *Passim fluat igneus Aether.* Passim, *pa* & *is.* id est singulo quoq. pedatu, fuse, abundè. Hinc *Passiuitas* Tertulliano, quod fit temerè & crebro. ἐνεργῶς. vet. glosſ. *Passim*, ἀναιδῶν.

E DISIECTVS.] significat prœlio fusum & fugatum Pannonium in Alpium se iuga recepisse, sed dispersum & palantem, ita vt reparare bellum non cogitet, quod apertius indicat Ouidius in consolatione ad Liuiam:

Summaque dispersi per iuga Pannonij. Dissipati milites Gellio dicuntur semel atque iterum.

ALPES *gelidas.*] niuosas. Festus in Album: *Alpum pro albo dicunt Sabini; vnde Alpes à candore niuium, quas niues semper comitantur frigora.* Hinc *Alpinæ niues*: Virgilio ecl. 10. & *Alpini boreæ.* 4. Æneid. Hibernas inde vocat Furius apud Persium:

K

—— *seu pingui lentus omaso*

Iuppiter hibernas cana niue conspuit Alpes.

vet. gl. *Alpes*, ὄρη Γαλλίων. & Charis. lib. 1. *hæ Alpes*, τὰ ὄρη Γαλλίας. Sic & omnes montes niue candidi Alpes. Sic *algidum*, pro, gelido Cyllenes vertice dixit Arnobius de Mercurio, qui in Algido natus & educatus. Gelidum quoque de frigore opaco dicitur, vt *nemus gelidum* Horatio, & ita supra, *gelidos Læstrygonas* dixit ob Artaciæ gelidum fontem.

TESTIS *Arupinus*.] opus tibicen versiculo, nisi quis fulciat pentemimeri. Scaliger legit *Arupinis*, vel Arupinas, quod non displicet. Oppidum Iapidiæ Straboni, lib. 4. & lib. 7. Ἀρύπινον. vide Dionem, l. 49. & Strabonem de hoc bello, cui Augustus præfuit, & in eo saucius. fuit fortasse & in eius comitatu Messala, & in eius auspiciis militauit.

PAVPER *natus in armis*.] paupertatem & militiam coniungit quia rei familiaris inopia ad bellum cogit. vt & ad mercaturam, quæ per mare pauperiem fugit. Sic Virg. 2. Æneid.

Pauper in arma pater primus me misit ab annis.

Horat. od. 2. lib. 3.

Angustam amici pauperiem pati
Robustus acri militia puer Condiscat.

C & od. 12. lib. 1.

Hunc & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Saua paupertas. Tibullus ipse

—— *vos signa tubæque*
Ite procul cupidis vulnera ferte viris.

Ferte & opes. Paupertas, inquit Seneca epist. 88. *est parui possessio.* hinc Tibullus noster:

Iam modo non possum contentus viuere paruo.

Horat. *Viuitur paruo bene.* Varro 4. de ling. Lat. *Pauper à paulula re.*

NATVS *in armis*.] vnde & educatus & institutus intelligitur. hinc epigrāma apud Soe-
D tonium in Caligula:

In castris natus, patriis nutritus in armis,
Iam designati Principis omen erat.

dicitur & *natus in armis*, & *natus armis*. Propert.

Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.

& *natus ad arma*. Ouid el. vlt lib. 4. Trist.

Fortia verbosi natus ad arma fori.

VETVS *vt non fregerit ætas*.] id est, senecta, quam & *senectam ætatem*, & *grauem ætatem*, & *malam ætatem* dicebant. τὸ *vetus* superuacaneum epitheton. Sic Tibullus alio loco:

E *In veteres est dura puella senes.* Horat. od. 8. epod. *Et rugis vetus frontem senectus exaret.* idem in arte Poëtica:

Vt siluæ foliis pronos mutantur in annos
Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas.

Vt non fregerit. ὡς ὃ ὥστε [?] quam, vel quomodo non debilitarit & contuderit vires. Ouid.

Ingenium fregere meum mala. Horat.

Miles ait multo iam fractus membra labore.

Virg. 9. Æneid.

Omne æuum ferro teritur. & mox:

—— *nec tarda senectus*
Debilitat vires animi, minuitque vigorem.

ἀξιόρατος [?] ὁμηγέρωνος [?].

TERNA *minus Pyliæ miretur secula fama*.] minus

A ei nouum & insolens videatur, Nestorem trecentos annos vixisse, quod Poëtarum fabulis & hominum sermone celebratum est. *Terna secula*, trecentos annos, qua de rectum supra:

Vixerit ille senex quamuis dum terna per orbem
Secula fertilibus Titan decurrerit horis.

Famæ, quia trisæclisenex ille in ora hominum venit ob longam ætatem.

NAMQVE *senex longa vita*.] id est iam senex, vel quamuis senex. Gell. cap. 28. lib. 10. *Seniores ab anno alludit ad populos* μακροβίους.

PERAGIT *dum secula vitæ*.] vt vitam agere, sic peragere dicimus, vt agere sæcula, ita & per-
B agere. Ouid. in fabula Narcissi:

Ecquem, cum vestræ tot agantur secula vitæ,
Qui sic tabuerit longo meministis in æuo.

Ouid. el. 8. lib. 4.

Hæc mea sic quondam peragi sperauerat ætas.

Mart. ep. 112. lib. 5. *Peragere* posuit, pro consumere & conficere:

Plenum Maximè centies Syriscus
Circa balnea quatuor peregit. sequitur mox:
O quanta est gula centies comesse!

& ep. 46. lib. 7.

Perdiderant iam vota metum, securaque flebat
Tristitia, & lacrymis iamque peractus eras.

C Ouid. in Ibin:

Tempus ad hoc lustris mihi iam bis quinque peractis.

CENTVM *fæcundos Titan renouauerit annos*.] id est, redintegrarit. nam renouatio est ἀνανέωσις. Cic. 2. de nat. deor. *A quo renouatio mundi fieret.* Renouari etiam solem ipsum quotidie, & ἀνανεοῦσθαι censebant, quod C. Marius in Mimiambis dixit, recentari apud Gellium: *Iam iam albicascit Phœbus, & recentatur commune lumen hominibus voluptasque.* Hinc explicandum illud Virgilij:

Et iam prima nouo spargebat lumine terras.

D *Centum annos*, sæculum; id est, longissimum humanæ vitæ spatium, quæ numeri plenitudo à Virgilio in expiatione animarum obseruatur 6. Æneid. *Centum errant annos.* item:

Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Aetherium sensum, atque aurai simplicis ignem.

Nota vox Præconis apud Sueton. in Claudio, populum ad seculares ludos vocantis, *quos neque quisquam vidisset, nec postea visurus esset.* fœcundos annos, propter *fertiles* quas dixit *horas*, & anni tempora. Dictum supra:

E *Secula fertilibus Titan decurrerit horis.*

sic & el. 4. lib. 1.

Annus in apricis maturat collibus vuas,
Annus agit certa lucida signa vice.

IPSE *tamen velox*.] Cornel. Fronto: *Vigor est in elatione animi velocitas in celeritate corporis. Velox* vel ipse, vel corpus *velox*, eques *velox* qui facile insilit & desilit. sic Ouid. 5. Fast.

Et male velori iusta soluta Remo.

EDERE *corpus*.] emittere in auras. vnde liber edi dicitur, cum in lucem, & in vulgus emittitur. editū & sublime idem. &, *Celsus*; pro, equo: Ennius. & Virg. *Sublimes in equis redeunt.* Inde *ædes* Festo, *Quod in edito loco ponerentur.* Lucret. lib. 3. —— *forasque per os est editus aër.*

& lib. 6. *Sputaq. per fauces rancas vix edita tussi.*
significatur desultoria leuitas, vt apud Virgil.
lib. 12. Æneid.

Corpora saltu Subijciunt in equos.

Quid *corpus* docet Gellius, cap. 15. lib. 5.

VALIDISQVE *sedet moderator habenis.*] id est
firmis & fortibus loris. supra, *lentis:* id est, tena-
cibus. Sic *validas habenas* dixit Poëta vetus apud
Ciceronem 3. de Orat.

Erras, erras: nam te exultantem, & præsidentẽ tibi,
Repriment validæ legum habenæ, atque imperij insi-
stent iugo.

SEDET *moderator.*] sedere in equo dicitur
qui equitat. Ouid.

Hectoreo quoties sederat Hector equo.

Cicero pro Murena, *Cum sedere in equis prætex-
tati triumphantium filij soleant.* Horat. *Hærere equo:*

Nescit equo rudis hærere ingenuus puer.

ipse Tibullus alibi:

Insideat celeri conspiciendus equo.

MODERATOR *habenis.*] qui habenis ora
equorum temperat. *Moderator*, rector, auriga,
equiso. *Magister* Horatio ep. 2. lib. 1.

Fingit equum tenera docilem ceruice Magister:
Ire viam, qua monstrat eques.

Ouid. el. 3. lib. 2. de Ponto:

Succedatque suis orbis moderator habenis.

Notandum verbalia regere casus suorum ver-
borum. ideo *moderator habenis*: nam moderor,
quod & modero Nonio, nonnunquam cum 3.
casu. Horat. *Qui non moderabitur iræ.*
Sic M. Tullius lib. 1. de legib. *Si Iustitia est obtem-
peratio scriptis legibus, institutisque populorum.* Corn.
Fronto: *Modulari, modos facere. moderari, modum
imponere.* Manil. lib. 5.

State leui curru moderantem quattuor ora
Spumigeris frenata lupis.

TE *duce.*] tuo ductu & auspiciis.

NON *aliàs.*] *non alio tempore*, inquit Donat. in
Andr. idem in Hecyr. *Inter aliàs & alià hoc inter-
est, quod aliàs alio tempore significat: alià, aliter, vel
per alia.* Charisius tamen lib. 2. docet aliàs, &
aliter confundi. Virg. 1. Georg.

Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura.—— Horat. od. 5. lib. 3.
Donec labantes consilio patres
Firmaret auctor non aliàs dato.

CONVERSVS *terga.*] vertere terga coactus.
Synecdoche Poëtica. Virg. 1. Æneid.

Faciem mutatus & ora. & 6. Æneid.
Lacerum crudeliter ora. & 7. Æneid.
Picti scuta Labici. *vertere terga.* quod vno verbo
tergiuersari, trãslatione à militia ad forum. Var-
ro apud Nonium in eliminare:

Occipitiũ atq. armos Deo ostendo, exẽplo elimino me.

Virg. 12. Æneid.

——*versique vicissim*
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.

vet. gl. *Tergiuersor*, νωτοστρέφω. *Tergiuersatio*, ὀπι-
σθοκαμψις, φυγοδικία.

DOMATOR.] Scaliger in Tibullum. *Doma-
tor*, πωλοδάμνης. Arupinos equûm domitores &
ἱπποδάμους supra fecit. Ergo *Domator*, pro, *Domi-
tor*. Scio esse qui legant, *Comatus*, & de populis
Galliæ comatæ exponant. Sed mouet me & li-

A brorum consensio, & vetus glossarium, in quo
legitur, *Domaui*, ἐδάμασα. Nam si dicitur *Domaui*,
pro *Domui*; cur non & *Domator*, pro *Domitor*, nẽ-
pe à supino domatum. adde quod in eodem
Lexico scribitur *Damnator*, δαμαστής. corrigo.
Domator, ex hoc loco; ad quem procul dubio
respexit illius glossarij auctor.

LIBERA *Romana subiecit colla catena.*] subactos
& domitos eos populos significat, & coactos
subire iugum. *Subiecit colla*, submisit, & suppo-
suit ceruicem. Horat.

Nondum subacta ferre iugum valet Ceruice. *Subijcere
colla*, prębere ceruicem vinciendam & ad iugum
B ferendum. *Colla libera*, duplex synecdoche. vna,
colla, pro collum, numerorum: altera, partis
pro toto. *Libera colla*, hominum liberorum. Ho-
ratius, epist. 19. lib. 1.

Libera per vacuum posui vestigia princeps. & hîc
libera prius nunc captiua. Propert. el. 20. l. 2.

Instat semper amor supra caput, instat amanti,
Et grauis ipse super libera colla sedet.

idem el. 5. l. 4.

Aut quorum titulus per barbara colla pependit.

& el. 8. *Atque armillatos colla molossa canes.*

Ouid. el. 2. lib. 4. Trist.

Collaque Romana præbens animosa securi.

C Notum est autem vinciri collo solitos, quos
ducerent in triumphum. Ouid. ad Liuiam:

Adspiciam regum liuentia colla catenis.

Propert.

India quin Auguste tuo dat colla triumpho.

Horatius:

Ductaque per vias regum colla minantium.

ROMANÆ *catenæ.*] *Catena*, vinculi ferrei ge-
nus, vt *Catulus* Plauto. vnde [illegible] *Catella*,
& *catena*. vet. gl. *Catella*, κατένα: vox Latina Græ-
cis Latinis scripta. Catenas autem Romani
gentibus minabantur. Horat.

D *Daret vt catenis fatale monstrum.* idem:
Horribilique Medo nectis catenas. idem:
Cantaber sera domitus catena. idem:
Miles sagittas & celerem fugam
Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur. Isidorus, cap. 13. lib. 20. *Catena quod ca-
piendo teneat.* imo capitis parte, id est collo.

NEC *tamen his contentus eris.*] tibi hæc non
facient satis. significat auidum laudis, & cuius
non facie expleatur gloriæ sitis. dictum supra:

Nec tua maiorum contenta est gloria fama.

MAIORA *peractis.*] ampliora, magis clara
& illustria, quam quæ gessisti, patrasti, & con-
E fecisti.

INSTANT.] prope adsunt, imminẽt, impen-
dent. vet. gl. *Instar, proximum*, ἐνεστός, quod instat.
Instare etiam dicitur, quod quam primum est
opus facto. Virg. ecl. 9.

Desine plura puer, & quod nunc instat agamus.

& 4. Æneid. *Nunc qua ratione quod instat*
Confieri possit paucis aduerte docebo.

COMPERTVM *est.*] cognitum, certum ex-
ploratum. *Comperio*, inquit Diomedes lib. 1. *est
ex alio cognosco.* & Donat. in Andriam. Gellius,
cap. 11. lib. 1. *Compertius* dixit, pro, certius. *Com-
perio, à pariendo*, id est, *acquirendo & sciendo. Com-
pereo, simul pereo.* Diomed. lib. 1.

Signis.] indiciis, notis & coniecturis. *Signa* propriè de Prognosticis. Virg. 1. Georg.

Sol quoque & exoriens & cum se condit in vndas
Signa dabit: solem certissima signa sequentur.

vide Cic. lib. 6. epist. ad fam. ad A. Cæcinnam: *Ex eo ambitu notantur mihi ad diuinandum signa duplici quadam via.*

Veracibus.] verax, quod verum esse consueuit, vt fallax, mendax, edax, bibax, rapax: Horat.

Vosque veraces cecinisse Parcæ.

Queis *Amithaonius nequeas certare Melampus.*] incertum an dandi casu, an auferendi dixerit, *queis certare.* Si *queis*, pro, cum quibus certare & contendere eo genere diuinationis quis melior augur & verior. sic supra: *Queis potius certamen erit.* ita Virg. 4. Æneid.

—— *placitone etiam pugnabis amori.*

& eclog. 5.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Melampus, vates. de eo Statius 3. Thebaid.

—— *Sollers tibi cura futuri*
Amphiarae datur: iuxtaque Amithaone certus,
Iam senior, sed mente virens, Phœboque Melampus.

Apollod. lib. 1. Bibliothecæ, Ἀμυθάων Εἰδομένην γαμεῖ τὴν Φέρητος, & γίνονται παῖδες αὐτῷ Βίας & Μελάμπους. Virg. 3. Georg.

Phyllirides Chiron, Amithaoniusque Melampus.

Propert. el. 3. lib. 2.

Turpia perpessus vates est vincla Melampus,
Cognatas Iphicli surripuisse boues,
Quem non lucra, magis Pero formosa coëgit,
Mox Amithaonia nupta futura domo.

Ab Amythaone pars Elidis dicta Amythaonia Stephan. αὐτὸ πόλεως.

Nam *modo.*] nuperrimè.

Fulgentem *Tyrio subtemine vestem Induc-tas.*] togam purpurea trama insignem sumpseras. Velleius de hoc ipso Messala: *Fulgentissimus iuuenis.* sed Tibullus ad purpureæ colorem retulit. Horat. od. 1. lib. 3.

Nec purpurarum sidere clarior
Delenit vsus. Cic. Orat. 3. in Catilinam: *Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura.* Ouid. el. 1. l. 2. Trist. *Iamque coronatis fulgeat altus equis.*

Virg. 4. Æn. *Tyrioque ardebat murice læna. Stamen*, à stando, quod eo stat omne in tela velamentum, *Subtemen*, quod subit stamini. vet. gl. *Subtemen*, κρόκη. id est filum, trama. *Subtemen*, ῥοδάνη. trama. dixi plura ad illud in Ariadna: *Currite ducentes subtemina*, &c. Plin. cap. 36. lib. 9. de purpura. *Dijs aduocatur placandis, omnemque vestem illuminat.* vide Festum de sacro vsu purpuræ.

Oriente *die duce fertilis anni.*] ἀιωνιαῖοι significat, vt supra:

Quis vnnquam candente dies apparuit ortu.

Virg. 2. Georg. *Surgente die.* & 4. Georg. *Veniente die.* bis autem die sacris operabantur. *Dux anni dies*, sunt ipsæ Calendæ Ian. quibus Consules sollenne votum suscipiebant. qua de re vide Ausonium. ducit autem diem lucifer. Virg. 2. Æneid. *Iamque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ,*

Ducebatque diem. Ducunt annum etiam Liber & Libera: Virg. initio 1. Georg. cur autē annus dicatur fertilis explicatum supra est ad illud:

Centum fœcundos Titan renouauerat annos.

Splendidior *liquidis cum sol caput extulit vndis.*] omen felicis anni à candidiore luce solis primo anni die. sic Horat. od. 2. l. 4. carm.

Tum meæ, si quid loquor audiendum,
Vocis accedet bona pars: & ô Sol
Pulcher, ô laudande, canam recepto
Cæsare felix.

Contra idem de infausto die: *Hunccine solem tam nigrum surrexe mihi. Splendidior*, candidior vt Catullo: *Fulsere quondam candidi tibi Soles.* Plaut. initio Militis: *Curate vt clypeo meo splendor clarior sit, quam solis radij cum purior campos æther, & lumine vestit purpureo. Extulit caput*, exseruit è mari. Soli caput tribuit vulgus. vnde Virgil. 1. Georg. de Sole: *Cum caput obscura nitidum ferrugine texit.* periphrasis ortus Solis. vt in 12. Æneid.

Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.

Effert caput, qui præcipuè eminet, & insignis est aliqua laude. Ouid. el. 8. lib. 1. Trist.

Sine per ingenuas aliquis caput extulit artes.

Virg. ecl. 1. de vrbe Roma:

Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Sol etiam dicitur ortus suos efferre. Virgil. 4. Æneid. —— *vbi primos crastinus ortus*
Extulerit Titan, radijsque retexerit orbem.

Liquidis vndis, ex Indo mari, puro vitreoque gurgite Oceani. *Vnda*, inquit Isidorus, cap. 20. lib. 13. *Ab eundo, & redeundo sit dicta, vt aqua cum est æquabilis & sine motu. Liquidis* epitheton non est penitus otiosum. potest enim esse vnda turbida. Sic alio loco Tibull.

I puer & liquidum fortius adde merum.

Ouidius:

Quaque doces liquido testa sit apta mero.

Catull. *Quotquot in liquentibus stagnis.*

Virgil. *Lacus liquidos.* Interdum prima syllaba huius nominis producitur, vt apud Lucret. in lib. 4. *Crassaque conueniant liquidis & liquida crassis.* sed tunc deducitur à verbo liquor, liqueris, non à liqueo, liques.

Venti *discordes.*] inter quos non bene conuenit, quibus pax nulla placet, quibus ingratum otium, vt de iis Horatius. de hac ventorum discordia Ouid. 1. Met.

—— *vix nunc obsistitur illis*
Cum sua quisque regat diuerso flamina tractu,
Quin lanient mundum; tanta est discordia fratrum.

Virg. 1. Æneid.

Aduersi rupto seu quondam turbine venti
Confligunt Zephyrusque Notusque, &c.

Horat. od. 3. lib. 1. carm.

Nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus.

Tenuerunt *flamina sera.*] cohibuerunt & compresserunt flatus suos. Νηνεμίαν significat, & aëris, ventorumq. tranquillitatem, ne rumperent gratum sacris silentium, quod duobus verbis Virg. 10. Æn. *Tunc Zephyri posuere.* & ecl. 9.

Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes,
Adspice ventosi ceciderunt murmuris auræ.

Propert. el. 10. l. 3. de natali Cynthiæ hæc eadem

optat quæ hic Tibullus ait Messalæ contigisset

Transeat hic sine nube dies, stent aëre venti,
Ponat & in sicco molliter vnda minas.

& el. 15. lib.

Ac veluti magnos cum ponunt æquora motus,
Eurus in aduersos desinit ire notos.

Fera flamina, sæua & noxia præsertim arboribus, vt apud Virgil. ecl. 3.

Triste lupis stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti. ——

NEC *curua flumina*.] quia raro amnes fluunt recto alueo, ripæque flexuosæ sunt, & sinuosa littora. ideo & dixit supra:

Qualis & in curuum pontus confluxerit orbem.

Item: *Seu libeat curuo melius contendere gyro.* Sunt enim gyri & meandri fluminum. Virg. 3. Georg.

Propter aquam tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.

Papinius apud Terentianum:

Et tortis errans qui flexibus effugit amnis.

Flumen, quidquid magna copia fluit, vnde pro copia & vbertate ingenij. Ouid. 1. Fast.

Ingenij currant flumina quanta tui.

Cicero in Academicis: *Orationis flumen aureum fundens Aristoteles.* Fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia. *Perenne*, quod semper fluit, ὁ ἀέναος ποταμός. *Torrens*, ὁ χειμάῤῥους. eadem *perennia & publica flumina*, l. 1. D. de flu. flumina in seruitutibus prædiorum vrbanorum quæ dicantur & quid differant à stillicidiis, vide apud Varronem 4. de ling. Lat. & Festum in Stiricidium.

EGERVNT *cursus*.] *agere cursus*, currere, impellere aquas suas & deducere in mare. vnde *agmen fluuij* Virgilio. Ouid. 1. Metam.

In mare deducunt fessas erroribus vndas.

ASSVETOS *cursus*.] hi soliti sunt Naiadum chori: Propert. el. 20. lib. 1.

Cuius vt accensæ Driades candore puellæ
Miratæ solitos destituere choros.

Assueti cursibus fluuij: Virg. 3. Georg.

Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina. *cursus* Horatio, *lapsus*. *Arte materna rapidos morantem Fluminum lapsus.* Eleganter Lucret. *Qua via secta semel liquido pede detulit vndas.*

QVIN *rapidum placidis etiam mare constitit vndis.*] tmesis, pro quinetiam. *Rapidum mare*, periphrasis freti, qua mare maximè feruet & exæstuat, vt supra *Violenta Charybdis. rapidum mare*, quod gurgitibus multis concitatum omnia rapit & absorbet. Sic Tibull. el. 2. lib. 1.

Nam fuerit quicunque loquax, is sanguine natam
Is Venerem è rapido sentiet esse mari.

quod temere mutarunt in *rabido*. Nam *rapidum*, sæuum, violentum. vt *rapidi leones* Horatio, ab ira, vi & impetu.

CONSTITIT *vndis placidis*.] stetit cum aquis tranquillis & quietis. Sic loquitur Virg. 4. Georg. *Atque Ixionei vento rota constitit orbis.* id est, stetit cum vento. Sic apud Catullum diuidenda vis verbi:

Quod mihi fortuna, casuque oppressus acerbo,
Conscriptum lacrymis mittis epistolium.

id est, scriptum cum lacrymis. & 12. Æneid.

A *Consurgunt gemitu Rutuli.* id est, surgunt cum gemitu. Simili genere loquendi in eadem re vsus Ennius in Scipione apud Macrob. cap. 2. lib. 6. Saturn.

Mundus cæli vastus constitit silentiô.
Et Neptunus sæuus vndis asperis pausam dedit,
Sol equis iter repressit vngulis volantibus.
Constitere amnes perennes: arbores vento vacant.

Male in primo versu legitur: *Silentia*. Totum hunc locum Ennius expressit ex Euripidis Bacchis, vbi fit maximum loquente Baccho silentium: Σίγησε δ' αἰθήρ, σιγῇ δ' ὕλιμος νάπη φύλλ' εἶχε, θηρῶν οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν. Imitatus vtrumq. Vir-

B gilius in 10. Æneid.

Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit: eo dicente, Deûm domus alta silescit:
Et tremefacta solo Tellus: silet arduus æther:
Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus.

VLLA *nec aërias volucris perlabitur auras.*] vet. lib. *Nulla hac.* lego, *Nulla nec.* sic Virg. in Daphnide: ——*nulla nec amnem*

Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

& ipse infra:

Nulla nec exustas habitant animalia partes.

duplex negatio pro vna. *Nulla volucris*, auis, volans, ales. eo nomine vocatur quidquid volat,

C etiam apes. Ouid. 5. Fast.

——*volucres ego mella daturas*
Ad violam & cithysos, grataque mella voto. Virg. 4. Georg. *volantes*, dixit, ——*ipsasque volantes*
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam. *Perlabitur auras aërias*, per inane volat, per aërem fertur. Schema est, quo detracta nomini verbo additur præpositio, vt notat Seruius ad illud 1. Æneid. *Atq. rotis summas leuibus perlabitur vndas.* quod in Homero notat Plutarchus Grammaticus: Διέπρησσον πεδίοιο, ἴσον τῷ, ἔπρησσον διὰ τοῦ πεδίου. pertransibant campum, par ei, transibant per

D campum. sic & Virg. 7. Æneid.

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura. nam fama labitur, id est volat. vt 4. Æn. *Labere pennis.* Lucret. *Fulgura peruolgant cælum.* Actius apud Varronem 6. de ling. Lat. *Peruade polum splendida mundi sidera bigis.*

AVRÆ *aëriæ*.] id est, aër ipse paullo altior & leuiter concitatus. nam Virgilio, *aërius mons*, altus. & *aërium mel*, quod ex aëre decidit. 5. Æn. ——*vitamque reliquit in astris Aerijs.* 3. Georg. Aërias alpes. Lucret. lib. 5.

Aurarumque leues animæ, calidique vapores.

NEC *quadrupes aspera*.] *Quadrupes* feminino

E genere de bubus, equis, ouibus, capris. Virg. in Daphnide: ——*nulla nec amnem*

Libauit quadrupes. de ceruo 7. Æneid.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

3. Æneid. de equis: ——*curru succedere sueti*
Quadrupedes. Quadrupedes cornutas, id est, lucas boues nominauit. Cælius apud Varron. 6. de ling. Lat. vet. gl. *Quadrupes*, τετράπoυς. *Quadrupedo*, τετραποδίζω. vnde aduerbium, *Quadrupedatim* Charis. Ouid. el. 7. lib. 4. Trist.

Quadrupedesq. homines cum pectore pectora iunctos.

& de infantibus reptantibus:

Editus in lucem iacuit sine viribus infans:
Mox quadrupes rituque tulit sua membra ferarum,

Sic & homines dicuntur manibus & pedibus simul vinctis: Terentius Andria: *Quadrupedem constringito.* Quæ *quadrupes aspera*? an caprigenum genus villosum & sirtum? Asperum quidem si cōponatur cum lanigero pecore. Aspera etiam quadrupes bos eornupeta. Virg. 3. Georg.

Aut iuga detrectans interdumque aspera cornu.

an horrida, inculta, siue strigilis vsu: vel, quibus cibus est asper, vt quæ sentes & rubos esitant. Pacuuius apud Cic. 2. de Diuinatione: *Quadrupes tardigrada, agrestis, aspera.* de testudine ob eius testæ asperitatem.

DEPASCITVR.] decerpit, attondet, pascendo absumit. Virg. 1. Georg.

Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

& 4. Georg. *Depascunt summa Lycæi.* hoc etiam verbo Cicero 2. de Orat. significat eam quam Iurisconsulti & Festus *pauperiem* vocant. depasci etiam sine dentibus dicitur, vt 3. Georg.

——— *atque artus depascitur arida febris.*

& 2. Æneid.

Miseros morsu depascitur artus.

DENSAS *siluas.*] id est, vbi crebræ arbores. Interdum densa silua luxuriantem & patulam arborem significat. Virg. 2. Georg.

Pullulat ab radice alijs densissima silua. Idem ecl. 1. *Densas corylos.* &, *Densas vmbrosa cacumina fagos.* *Densum* (in panno) *à dentibus pectinis, quibus feritur,* inquit Varro 4. de ling. Lat.

QVIN *largita tuis sunt multa silentia votis.*] tua vota cum magno, longóque silentio audiuerunt. Silentium autem hoc in sacris *fauentiam* appellabant: qua de Nonius in *fauor,* in *fauentia,* & in *obscœnum.* Silentium est etiam in auspiciis omnis vitij vacuitas. Cicero 1. de Diuin. Festus: *Fauere est bona fari, vel silere.* Corn. Fronto: *Sileto, cuius loquentis sermo comprimitur: tacet, qui ne loqui quidem cœpit. Largita sunt,* ambiguum an participium sit, patiēdi significatione, an verbum: quia dicebant etiam largio, is: Nonius.

TVIS *votis.*] optatis. vet. gloss. *Voueo, opto.* εὔχομαι. *ex voto,* κατ' εὐχήν. Vota, differunt à precibus, quia preces sine obligationis vinculo sunt; in votis pactio quædam inest. Horat. od. 29. lib. 3.

Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere, & votis pacisci,
Ne Cypriæ Tyriæque merces
Addant auaro diuitias mari.

IVPPITER *ipse.*] additum pronomen nomini eius vim auget. sic Catull.

Non si me Iuppiter ipse petat.

Virg. 4. Georg.

Non age naturas, apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam. ——— & 2. Æneid.
Ipse pater Diuûm. & alias sæpè.

LEVI *vectus per inania curru.*] latus per aëra vacuum. Virg. 6. Æneid. de Salmoneo:

Quattuor hic inuectus equis, &c. Enallage numerorū *per inania,* pro per inane. Virg. in Silen.

Namque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarumque animæque marisque fuissent.

& 4. Georg.

——— *bus sese per inania nubila librant.*

A & 7. Æneid. ——— *aurasque Pater testatus inanes.*

& 10. Æneid.

Proque viro nebulam & ventos ostendere inanes.

& 12. Æneid.

Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus.

Horat. od. 3. lib. 1. carm.

Expertus vacuum Dædalus aëra.

LEVI *curru.*] idem currus Iouis & leuis & grauis. leuis, quia trahitur albis quadrigis, vnde Plautus in Amphit. *Quadrigas si inscendas Iouis, atque ita fugias, vix poteris effugere infortunium.* grauis etiam ob grauem terribilemque sonum tonitrus. Horat. od. 12. lib. 1. carm.

B *Tu graui curru quaties Olympum.*

Idem autem od. 34. eiusdem libri:

——— *namque Diespiter*
Igni corusco nubila diuidens,
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum.

AFFVIT.] vet. gloss. *Afuero,* ἄπειμι. *Afuero,* ἀπολιμπάνομαι. Deos vero, vt adessent precabantur, vnde *Dij præsentes,* fauentes intelligebantur. dixi ad Ariadnam.

ET *cœlo vicinum liquit Olympum.*] Deos ipsos sedes suas relinquere fingebant, vt vocati sacris interessent. Tibullus ipse in hoc libro eleg. C cuius initium Sulpitiæ:

Sulpitia est tibi culta tuis, Mars magne, calendis,
Spectatum è cœlo si sapis, ipse veni.

Virg. 1. Georg.

Ipse nemus linquens patrium, saltusque Lycæi
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ
Adsis, ô Tegeæe, fauens: oleæque Minerua
Inuentrix, vncique puer monstrator aratri.

Horat. od. 30. lib. 1. carm.

O Venus regina Cnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cypron: & vocantis
Ture te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.

D VICINVM *cœlo Olympum.*] nubibus propinquum. De altitudine Olympi Plutarchus in Paullo Æmilio. Lucanus: *nubes excessit Olympus.* ideo dicitur. Virg. 6. Æneid. *Aetherius:*

Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.

INTENTAQVE *tuis precibus se præbuit aure.*] Ambiguè &, *se præbuit tuis precibus.* &, *intenta tuis precibus. Præbuit se,* sese obtulit fauentem & propitium. Cicero 2. de Orat. *Cum annuisset vt se Crasso daret.* & alio loco. *Dare se populo ad coronam.* & ad Q. fratrem: *Docilem se præbere.* & 3. de nat. E deor. *Attentum se præbere.* Terent. Adelph. *Seruum haud illiberalem præbes te.* id est, *ostendis & factis probas,* inquit Donatus. *Præbeo* integra voce Plauto *præhibeo.* nam prius nos habere oportet, quam dare possimus. *Precibus,* ταῖς εὐχαῖς. quæ sit differitas inter preces & vota dictum supra.

INTENTA.] arrecta, facili, vacua, amica: vt Horat. *Votis puerorum amicas applicet aures.* *Intentus,* pro, attentus. Virgil. sub finem lib. 3. Æneid.

Sic Pater Aeneas intentus omnibus vnus
Fata renarrabat Diuum. Item lib. 2.
Conticuere omnes, intentique ora tenebant. Horat.
Si non intendes animum studiis, & rebus honestis.

A v r e.] Auris ab hauriendis vocibus. Virgil. 4. Æneid.

——— vocemque his vocibus hausi. Propert.

Incipe suspensis auribus ista bibam. Horat.

Densum humeris bibit aure vulgus.

sic auster ab hauriendis aquis, noo aspiratur. vel quia *αὐδὴ* vox Grȩcis.

C v n c t a q v e *veraci capite annuit.*] Capitis nutu significauit se adptobare, & rata habere vota. Gell. cap. 4. lib. 10. *Annuimus vel Abnuimus motu capitis, vel oculorum.* Catullus in Nuptiis Manlij:

Vsque dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas.
Omnia omnibus annuit.

quem locum vide. *Annuit cuncta.* Ingens numinis facilitas, quia plerumque dij partem annuonr, partem abnount. Virg. 11. Æneid.

Audyt, vt voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partim volucres discerpsit in auras.

Cuocta annuit, vt Catullus loco prænotato omoia omnibus annuit. *Cuncta*, quasi coniuncta: omnia etiam disiuncta & dispersa. vide Asconiom in Diuinat. *capite annuit*, quia & aure etiam parte capitis annuimus, siue annuemus. Propert. el. 1. lib. 1.

Vos remanete, quibus facili Deus annuet aure.

De nutu Iouis Virg. 10 Æneid. Catull. in Ariadna & Homerus.

V e r a c i *capite.*] quod fallere & mentiri non consueuit; nam fati veritatisque initium a Ioue. Vitgil. 3. Æneid.

Quæ Phœbo pater omnipotens mihi Phœbus Apollo
Prædixit. *Verax caput*, de Ioue veraci, vr Propertius de Mecænate:

Et sumpta & posita pace fidele caput.

Idem: *Criminaque ignaui capitis mihi turpia fingis.* De hoc genere Synecdoches dictum supra ad illud: *Libera Romana subiecit colla catena.*

Verax caput, vt supra:

Compertum est veracibus vt mihi signis.

A o o i t v s *atis ignis eluxit.*] *Aræ olim Asæ*, inquit Terentius Scaurus de Orthographia, & Varro apud Mactob. cap. 2. lib. 3. *Saturn. Aræ tanquam ansæ, quod teneri solerent, tangique à sacrificantibus igne medio imposito*, quod & hic Tibullus indicat, vt & Virg. 12. Aeneid.

Tango aras, mediosque ignes, & numina testor.

Ignis, inquit Isidorus lib. 19. *ab in & gignendo: quod nihil gignat.* contra Varro 4. de ling. lat. *quod inde gignantur omnia.*

Additus *aris.* An appositus? Horat.

Positusque carbo in cespite viuo. An pto indutus? Plaut. Milite: *Inde ignem in aram:* vet. lib. *Abditus*, qui Horatio *suppositus cineri doloso*, vt occoltum ignem & suppositum cineri subito emicuisse significet, quod lætissimum est omen. *Eluxit*, effulsit, emicuit, ab eluceo. nam *eluxit etiam, qui luctum deponit*, inquit Agrætius.

L æ t i o r.] prosperior. Propertius de re eadem el. 10. lib. 3.

Luxerit & tota flamma secunda domo.

vbi plura de læto ignis ostento. de eo & Virg. ecl. 8. & 4. Georg. Plutarch. in Cicerone *lætum*

A *omen*, cui opponitur, triste & infelix. at propriè lætum quod latè diffunditur, vt arbot, seges.

S v p e r *structos aceruos.*] *acervus Græc.* Antiqui Galli, *vne montioye.* & ptoprium verbum sacrorum, vt notat Seruius ad illud 11. Æn.

——— cui pineus ardor aceruo Pascitur.

pyra, inquit, *& coacervatione lignorum.* Dictum puto aceroum, quasi aggeruum, ab aggerundis minutis tebus, vt gtauis turis, & bene addidit, *structos*: quia struere est etiam verbum sacrorum. Virg. 5. Æneid.

Annua vota tamen, sollemnesque ordine pompas
B *Exequerer, struueremque suis altaria donis.*

ipse *compositum aceruum* dixit: *ego composito securus aceruo.* Item. *Dum cumulant aras.* vt in conuiuiis, ita & in sacris erant struices patinariæ, de quibus Virgilius io 12. Æn.

——— cumulantque oneratis lancibus aras.

Q v i n.] pro, Imò, corripiendi & imperandi vim habet inquit Donatus in Phorm. vt Virg. *Quin age.*

H o r t a n t e *Deo.*] Impellente Ioue. Donatus in illud Hecytæ: *Et moneo & hortor: Monemus consilio; hortamur impulsu.* veteres dixerunt C *hortiri*, pro, hortari. vnde apud Ennium *hortitor*, pro, *hortator*, inqoit Diomedes lib. 1. & proptiè est clamote incitare, vr hortari equos. Virg. 11. Æneid.

——— Subito erumpunt clamore, frementesque
Exhortantur equos. & canes. Propert. el. 14. lib. 3.
Hortari patrios per iuga longa canes.

Et Remiges Virg. 5. Æn.

Nunc nunc incumbite remis Hectorei socij:

vet. gl. *hortatus, hortatio*, προτροπή. *hortatorius*, προτρεπτικός.

I n s i s t e r e.] quasi firmo gradu instare D & inhærere. Virg. 3. Georg.

Rapidisque rotis insistere victor.

Liuius lib. 36. *Insistere perculsis*: id est instate & vrgere. Iungitot & cum 4. casu: Virgil. 11. Æn. *Atque pedum primis infans vestigia plantis Institerat.* Plaot. captiuis *Omnes itinera insistant sua.* In Milite. *Insiste in dolos.* Cicero 2. de nat. Deor. *Stellæ sæpe insistunt.* id est, paululum stant. & in vetere Calendario Romano: *Solis institium* legitur, quod vulgò Solstitium nominamus. Virg. 6. Æn.

Nulli fas casto sceleratum insistere limen.

M a g n i s *rebus.*] claris factis & illustribus. E Dictum supra: *magnis se accingere rebus.*

I n c i p e.] quam primum aggredere, quod magnæ molis est. Horat.

Dimidium qui cœpit habet: sapere aude
Incipe. vnde Iuno Virgiliana 1. Aen.
Mene incœpto desistere victam.

N o n *ijdem tibi sunt, alijsque triumphi.*] Non eadem tibi seges & matetia gloriæ, quæ ceteris contigit. Noui tibi populi nouas laureas spondent. qua de re videnda Tibulli elegia 7. lib. 1. Sic Hotatius de Augusti triumphis od. 9. lib. Epod.

Io triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues.
Io triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportasti ducem,

Neque Africano, cui super Carthaginem
Virtus sepulchrum condidit.

Triumphi descriptionem vide apud Plutarchum in vita Marcelli, & in vita Paulli Æmilij, & apud Ouid. el. 2. lib. 4. Tristium. Iuogi possunt, *ijdem alius*, vt apud Ouid. 13. Met.

Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma.

Lucret. lib. 3.

——*eadem aliis sopitu quiete est.* Horat.

Inuitum qui seruat idem facit occidenti.

T E *Gallia.*] In Gallia tunc gessisse bellum Messalam & ttiomphum inde reportasse restatur el. 7. lib. 1.

Non sine te est mihi partus honos, Tarbella Pyrene Testis. &c.

O B V I A.] tibi occurrens, & se opponens. Vitgil. 6. Æneid.

Non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato. dictum de hoc verbo supra ad illum versum,

Aut lento perfregerit obuia pilo.

V I C I N O *Marte.*] Finitimo bello. Ouid. el. 3. lib. 5.

Quam quod finitimo cinctus premor vndique Marte.

vet. gl. *Vicinia*, γειτνία, χωριόπορον. idest quod dicimus *du Sein foin.* id est, semen quod e ptato vicino in nostrum spargitur, sine vlla sanctitate, nisi quæ in vocabuli & vulgi impetiti vsu hæret. Mars, prælium, bellum, nota metonymia. Sic supra:

Iam simul audacis veniunt certamina Martis.

Item: *Seu libeat duplicem seu iunctum cernere Martē.*

N O N *remorabitur te.*] Non tetioebir cursum & impetum tuum, nec retardabit. dicitur & Remoro, as. Plautus in Asinaria.

Nunquam remorarem quin darem.

vet. gl. *Remoto*, ὑπερίλλω. *Remorator*, ὑπερθετικός. Cicero pro lege Manilia. *Sed hæ res, quæ ceteros remorari solent, non tetardarunt.*

N E C *Hispania audax.*] Hoc epitheton, *audax*, nullo propius est vitio, quam laudi. Cicero pro Sexto Roscio. *In vrbe luxuries creatur: ex luxuria existat auaritia, erumpat audacia: inde omnia scelera & maleficia gignuntur.* Non nunc igitur primum male audiunt Hispani & latrociniis infames habiri sunt. Si Tibullum iniquum sibi Iudicem eierant, feramus illis iudicem Virgilium, & eius verba expendamus in lib. 3. georg.

Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed vna
Veloces Spartæ Catulos, acremque Molossum.
Pasce sero pingui: numquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Vbi notandum Iberos, siue Hispanos, in eodem numero poni quo fures & lupi. verba autē Vlpiani Iurisconsulti in l. 1. initio. D. de Abigeis, indicant fuisse magnam Abigeorum in Hispania multitodinem.

L A T I S *terris.*] Vide Plinium cap. 22. lib. 4. de latitudine Hispaniæ, & Strabooem lib. 2. An *lata terra, vasta*; vt lati agri Thracum a Virgilio dicuntur. 4. Georg.

Dispersum latos Iuuenem sparsere per agros.

nam sui ipsius est ioterpres in 3. Æn.

Terra procul vastis colitur Mauortia campis,

A *Thraces arant.* Sic in 1. Æneid.

Littoraque & latos populos. Latam humum pro latifundiis dixit Ouidius 5. Fast.

Aut pecus, aut latam diues habebat humum.

Virgil. 1. Georg.

Latos Æmi pinguescere campos.

Horat. od. 11. lib. 3.

Quæ velut latis equa trima campis, Ludit exultim.

N E C *fera Tellus.*] Sic Africa ioculta & *horrida terra* dicitur Ennio, quæ vix aratro mansuescit. Sic Horatius:

Quis fera bellum curet Iberiæ?

B Fera autem tellus & Africa ob feras & serpentes. vide Lucanum. Et *Carthag. fera* dicitur à Virgilio 10. Æn.

R H E T Æ O *obsessa colono.*] Alij libri, *Thereo possessa colono.* & sic antiquitus excusi. nam Thera vrbs Straboni in libro vltimo, vnde profecti, qui Cyrenem in Africa condidere. Scaliget in Cuiacij libro scriptum, ait, *te Fereo.* & emendat, *Tyrio.* notum è Virgilio vt Tyro profecti Africam tenuerint, ac possederint. Alij autem lib. *obsessa. Obsessa* idem quod insessa: Tibullus ipse:

C *Prædator cupit immensos obsidere campos.*

Virgil. 3. Æneid.

Et Salentinos obsedit milite campos.

Apud Liuium lib. 34. *Obsidere saltum*, quod mox *insidere.* & *Obsessor fori coquus* apud Plautum in Pseudol. qui totum diem in foro sedet.

N E C *quæ vel Nilus.*] Sic Horat. od. 3. lib. 3.

Quæ tumidus rigat arua Nilus.

Significat bellum Ægyptium, quod confectum ab Augusto, captaque Alexandria Ægyptus in prouinciæ formam redacta. testes argentei nummi, in quorum altera parte spectatur Crocodilus subiecta hac inscriptiooe *Æ-*
D *gypto capta.* Ipse de Nilo. el. 7. lib. 1.

Nile pater, quanam possum te dicere caussa,
Aut quibus in terris occuluisse caput?
Te propter nullos Tellus tua postulat ignes:
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.

Seruius ad illud 1. Aeneid.

——*docuit quæ maximus Atlas.*

Atlas & Nilus, inquit *Græca sunt nomina*, latina Telamo, & Melo; vt Ennius dixit.

V E L *regia lympha Diaspes.*] Quam Persarum reges potare voam solebant ob eximiam eius suauitatem, & quocunque ibant eam secum ferri iubebant. Auctot Herodotus. Hic flu-
E uius ad Persidis fines io Tigtio influit. Ausonius in Panegyrico fontis Burdigalæ.

Hunc cuperes, Rex Mede, tuis contingere castris,
Flumina consumpto tum defecere meatu,
Huius fontis aquas peregrinas ferre per vrbes,
Vnum præ reliquis solitus potare Choaspen.

Veteres libri habent partim, *Diaspren*, partim *Dyaspen*, partim *Choaspem.* de Choaspe fluuio Plin. cap. 27. lib. 6. Idem cap. 3. lib. 31. *Parthorum reges ex Choaspe tantum bibunt, & ea aqua, quā-nis in longinqua comitantur illos.* vide & Solinom, & Aelianum & Plutatchum, in Artaxerxe.

P R O F L V I T.] Portò, longè, & copiosè fluit. Virg. 6. Aeneid.

——*quæ fontia flumina portò*

Flagitat. Cicero pro Cœlio. *Ex hoc fonte proluxi ad hominum famam.* Idem in Partition. *hanc oratoriam vim comitatur inanis quadam profluentia loquendi.* 5. Tuscul. *Profluenter & expedité.*

RAPIDVS.] violentus, cuius gurgites rapiunt & hauriunt. Horatius,

Quale fuit Crassi rapido feruentius amni
Ingenium; Sic Tibullus ipse, supra:
Quin rapidum placidis etiam mare constitit vndis.

Plautus in Bacchidibus. scen. 1.

Rapidus fluuius hic est: non hac temere transiri potest.

De meretrice, quam alibi, *mare* vocat.

CYRI.] Ita solem Persæ vocant, inquit Plutarchus in Artoxerxe.

DEMENTIA.] Cic. 3. Tuscul. Amentiam siue dementiam definit, affectionem mentis lumine carentem. hæc autem ira fuit Regis Cyri, qui furor breuis.

GNYDES.] Historia est apud Herodotum in lib. 1. & narratur exquisitissimis verbis a Seneca lib. 3. de Ira: cap. 21. *Hic* (Cambyses) *iratus fuit genti & ignotæ & immeritæ, sensuræ tamen: Cyrus fluuio. Nam cum Babylonem oppugnaturus festinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occasionibus sunt, Gyndem late fusum amnem, vado transire tentauit: quod vix tutum est, etiã cum sensit æstatem, & ad minimum deductus est. Ibi vnus ex his equis, qui trahere regium currum albi solebant, abreptus vehementer commouit regem. Iurauit ergo amnem illum regiis equis meatum auferentem, eo se redacturum, vt transiri calcarique etiam a feminis posset. huc deinde omnem transtulit belli apparatum, & tamdiu assedit operi, donec centum & octoginta canaliculis diuisum alueum in trecentos & sexaginta riuos dispergeret, & siccum relinqueret, in diuersum fluentibus aquis. Periit itaque & tempus, magna in magnis rebus iactura, & militum ardor, quem inutilis labor fregit, & occasio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hosticum flumine gerit.* pro, Gyndes, libri olim formis excusi habent, Cydnus, mendosé.

CRETÆIS *ardes aut vnda Carystia campis.*] Plin. cap. 12. lib. 4. vbi de Creta & Euboea *Carysto monte, fonte Arethusa, flumine Lelanto, aquisque calidis quæ Hellopice vocantur, nobilis.* (regio) *nobilior tamen marmore Carystio.* Strabo lib. 10, *in Lelanto campo scaturigines multas calidarum aquarum variis generibus morborum perutiles, quibus vnus fit L. Cornelius Sylla Romanorum Imperator.* addit quassatam multis terræ-motibus eam regionem, igneumque flumen erupisse, & multa alia fabulis similia persequitur, quia inde oriundus erat Strabo. Carystum etiam flumen meminit Ptolomæus, & Carystum oppidum Plinius, vnde Carystia vnda dicta esse potuit.

Cretai campi, quia tempestas Euripi Satyrensium agrum ab Euboea & Cretico freto abscidit, & illic igneum, vt dixi, flumen exstitit. Scaliger longè aliam lectionẽ adfert è Cuiacij libro. *Ardet Arectæie aut vnda perhospita campis.* Arectæi campi iuxta Babylonem & oppidum Arec. de quo mentio in cap. 10. Genes. *Perhospita*, valdè hospita, ξενίζουσα. Virg. 3. Georg.

Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes,
Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris.

Contra Virgilio dicitur, *inhospita Syrtis.* & Ho-

A rat. *inhospitalis Caucasus.* Cicero. 3. Verrin. domus perhospitalis. perhospita, permira Scaliger exponit, an quia peregrina miramur? perhospita, id est, percommoda ob vsum. *Ardet*, vt Plin. cap. 106. lib. 2. *Campus Babyloniæ flagrat quadam veluti piscina iugeri magnitudine bituminis, qua ferruminati Babylonis muri.* Scaliger etiam legit *Ardet Arectaas aut vnda perhospita campos*: Vt sit anastrophe. Exposui aliorum opinionem, nunc narro meam coniecturam, legendum videri:

Oetais ardens aut vnda perhospita campis.

vt Termopylæ & aqua Manlia significetur, de

B qua Catullus ad Manlium:

Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes,
Lymphaque in Oetæis Manlia Thermopylis.

Oetai igitur *campi*, Thessali, Oetæ subiecti, vt apud Virg. 1. Georg. *Æmi per campos.*

NEC *qua regna vago Tomyris finiuit Araxe.*] Nec qua Tomyris Massagetarum regina fines & terminos imperij Araxe Armeniæ fluuio circumscripsit. Laus a continentia, quod certis se finibus continere voluit, cum posset latius porrigere. Narrat Herodotus lib. 1. vt Cyrum temeré progressum vicerit, occiderit, vlta filij necem, quem ille insidiis occiderat, e-

C iusque capiti insultans in vtrem humano cruore plenum coniecerit, inquiens, *Sanguinem filij meumque sitisti, explebo te humano cruore.*

VAGO *Araxe.*] Late fusum amnem significat, vt supra: *vagus sol, vagus aer.* Horat. od. 2. lib. 1. *vagus & sinistra labitur ripa Ioue non probante Vxorius amnis.* Idem. *Quò Bruta Tellus, & vaga flumina* Idem. *Oceanus circumuagus.* Plin. cap. 9. lib. 6. Ataxem oriri ait ex eodem monte quo Euphrates, & deferri in Caspium mare. Idem cap. 13. lib. eiusdem qui sit cursus terminusque eius fluuij scribit: Romani eo transferre bellum parabant. vnde Virg. 8. Æn.

D *Et pontem indignatus Araxes.*

& Propert. el. 3. lib. 4.

Potabis galea fessus Araxis aquam.

De hoc fluuio Apollon. lib. 4.

—— παρὰ προχοῇσι λύκοιο
Ὅς τ' ἀποκιδνάμενος ποταμοῦ κελάδοντος Ἀράξεω,
Φάσιδι συμφέρεται ἱερὸν.

CELEBRANS *conuiuia.*] Iniens conuiuia & agitans Plauto in Milite, Sic Cicero 3. Verrina. *Celebratur omnium sermone lætitiaque conuiuium*: sic & *celebrare ludos & festos dies.* Virg. 1. Æn.

Et vos ô cœtum Tyrij celebrate fauentes.

Conuiuium Cicero in Catone exponit, *accubationem epularem amicorum*, quia tum maxime simul viuitur. sic Plautus: *simul esse, & conuiuere*

E in Amphitr.

IMPIA.] Scelerata & nefaria conuiuia, quia Anthropophagi ius gentium & humanitatem violant.

SAEVIS *mensis.*] Scilicet sæuorum hominum quibus Cyclopum Læstrigonumque more carnes, humanæ apponantur, mensa vel τράπεζα vel δαιτύς: Et pro ea quæ epulas sustinet. quod μέσα apponeretur, & pro epulis ipsis, vt latius ostensum ad Ariadnam *Sæuas mensas*, vt Virg. 1. Æn. *Crudeles aras.*

VLTIMA *vicinus Phœbo tenet arua Padæus.*] Qua Padæi populi Indiæ soli orienti proximi agros vltimos possident. Padæi populi Indiæ versus auroram Anthropophagi ne quidem suis parcunt, & ægrotos comedunt, licet se negent ægrotare: Herodotus lib. 3.

VICINVS *Phœbo.*] Sic Horat. od. 22. lib. 1.

Pone sub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata.

Proximi sunt orienti soli,

Quos aurora suis rubra colorat equis,

TENET *arua vltima.*] Totidem verbis Virg. 6. Æneid. *Iamque arua tenebant Vltima.*

Tenet arua, vt supra: Tellus obsessa. *vltima arua*, terras vltimas, & agros vltra quos nihil culti & fœcundi soli. *Aruum* cum dicitur solum subauditur, vt Pascuum.

QVA *Hebrus.*] Thraciæ fluuius, qui ab Horatio in epistola ad Iulium Florum dicitur *niuali compede vinctus.* & a Virgilio in 4. Georg.

Oeagrius. & 1. Æneid.

——— *volucremque fuga prævertitur Hebrum.*

Notissimus ex fabula Orphei fluuius hodie *Marisa* dicitur. ἴβρος Straboni sine adspiratione. male ἔυρος Prolomæo ἕβρος.

TANAIS.] Scythiæ fluuius, qui ab Horatio *extremus* vocatur, & *discors.* Acron putat Tanain & *Danubium* eundem esse: & aiunt eundem hodie eodem nomine ab accolis vocari *Dono Tana.*

RIGAT.] Alluit, vt supra: irrigat

Nobilis Artacia gelidos quos irrigat vnda.

GETAS.] Sarmatiæ Europææ populos, notos ex Ouidij libris de Ponto: *Daces* Romanis dici, ait Plinius. eorum mores laudantur ab Horatio in oda 14. lib. 3. Tunc Romani bellum iis minabantur. Virg. 7. Æn.

Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum
Hyrcanisue Arabisue parant, seu tendere ad Indos.
Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa.

MOSYNOS.] *Mosyni*, siue, vt alij libri habent *Magyni*, vel *Mogyni*, qui sint noui cum Parthaone, bona fide id quod nescio nescium vobis trado. nisi libeat suspicari Morinos intelligi Galliæ populos, quos Virgilius *extremos* hominum vocat: sed syllaba contumax & locorum situs repugnat. *Masynios*, siue *Mossynas* meminit Plin. cap. 4. lib. 6.

QVID *moror?*] Epanorthosis & reprehensio increpatioque sui. Cur singula & minuta recensendo te diutius detineo? Virg. 2. Aen.

Sed quid ego hæc autem nequicquā ingrata reuoluo,
Quidue moror? & 4. Aeneid.
Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater
Destruat? & 6. Æneid.
Quid moror? Irrumpunt Thalamo.

Idem valet apud Horat. ep. 7. lib. 1.

Ne te longis ambagibus vltra,
Quam satis est, morer. Quod Tibullo *morari*, id est Plauro, *sibi dictis moram creare.*

OCEANVS *Ponto quà continet orbem.*] Qua patet orbis terrarum qui vndique cingitur Oceano. Ouid. 1. Metam. eodem sensu

——— *brachia longo*
Margine terrarum quæ porrigit Amphitrite.

& Ibid. *Qua totum Nereus circumsonat orbem.*

Sic Virgil.

Imperium Oceano, famam qui terminet astris.

Seneca cap. 14. de consolat. ad Marciam. *Britanniam peragrauit Cæsar, nec felicitatem suam continere Oceano potuit. Continet Ocean.* terras amplectitur, ambigit, cingit, obnubit. vnde & dictus Neptunus, tanquam Nuptunus.

NVLLA *tibi aduersis regio sese offeret armis.*] Nulla terra & natio se tibi obiiciet, & non remorabitur obuia Marte. Regere est circumscribere, & suis terminis finire. vnde Iurisconsultis *actiones finium regundorum.* & in agris ipsi lapides pro terminis positi *arua regere* dicuntur a Tibullo.

Non domus vlla fores habuit: non fixus in agris
Qui regeret certis finibus arua lapis.

quod Virgilius,

——— *litem vt discerneret arvis.*

Hunc regiones orbis terræ, & fundi, & vrbis.

ADVERSIS *armis:*] Contra & cominus instructa acie. dictum supra ad illud:

Aduersisque parant acies concurrere signis:

Et ad illud: *Aduersis reppulit armis.*

TE *manet.*] Te exspectat, nec ab alio vincetur. In vtramque partem. Horat.

Te manet Assaraci Tellus.

Ouid. el. 8. lib. 1. Trist.

Scena manet dotes grandis amice tuas. Virg.
Te Turne nefas, te triste manebis
Supplicium. Tibullus ipse,
At te pœna manet.

INVICTVS *Romano Marte Britannus.*] Tentati Britanni potius quam victi a C. Iulio Cæsare vt notum ex eius commentariis. Catullus tamen famam augens, & in victoris, cui reconciliatus erat, gratiam dixit:

Siue trans altas gradietur alpes,
Cæsaris visens monumenta magni
Gallicum Rhenum, horribilesque & vltimosque Britannos. Et Virg. 3. Georg.
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Seneca in Octauia de Claudio Cæsare:

Et qui Britannis primus imposuit iugum.

Propert. el. 3. lib. 4.

Hiberniqne Getæ, pictoque Britannia curru.

Et el. 27. lib. 2.

Seu pedibus Parthos sequimur, seu classe Britannos.

Horat. od. 5. lib. 3. od. 21. & 35. lib. 1.

Inuictus, nondum victus, fractus & domitus. Est etiam *inuictus*, qui vinci non potest. Horat. *Vxor inuicti Iouis esse nescis.*

Romano Marte, Romanis armis, vt supra.

Non te vicino remorabitur obuia Marte
Gallia. Horat. od. 5. lib. 3. *& arua*
Marte celi populata nostro.

TEQVE.] Manet.

MVNDI *pars altera.*] An aliter infra de regione Antichthonum:

Aduersa solo pars altera nostro.

An pars *altera mundi*, terra quæ a cootioenti nostro diuisa, & toto summota est Oceano? vt referatur ad illud

Te manet inuictus Romano Marte Britannus.

Virg. 7. Æneid.

Audijt & si quem Tellus extrema refuso
Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.

qui locus fortasse huic dat lucem. An intelligit alterum hemisphærium de quo supra diximus ad illud:

Siue supra terras Phœbus, seu curreret infra.

Pars altera rerum est ipsum mare. Virg. 9. Aen.

——*Ergo maria inuia Teucris,*
Nec spes vlla fugæ, rerum pars altera adempta est.

Sors rerum, de ipsis manibus in eodem libro:

Quinctium Manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet, & superis immissa repente
Alecto.

Sors, pro parte. vnde *consortes*, participes & *particulones*. & mundus constat ex superis & Inferis: & triplex sors Iouis, Neptuni, ac Plutonis.

INTERIECTO *Sole:*] An sole interposito, quod ab zona nostra temperata, qui velit ad frigidam & inhabitabilem progredi, necesse habeat transire per Zonam torridam quam Sol semper insistit, atque ita interiectu interpositu que solis id eum efficere oporteat? An quod tot mundi & noui orbes putabantur, quot nouæ reperiebantur Indiæ, vt ab aliis transiri ad alias non posset, nisi Solis alterius transitu? ex qua opinione dixit Horatius od. 16. lib. 2.

Quid terras alio calentes Sole mutamus.

Virgil. 2. Georg.

——*gaudent* (ambitiosi) *perfusi sanguine fratrũ*
Exilioque domos & dulcia limina linquunt,
Atque alio patriam quærunt sub Sole calentem.

An quia nouos quærentes triumphos vltra Solem & diem, mundique terminos pergebant? qua de re Pedo Albinouanus apud Senecam in libro Suasoriarum (vnius est tantum) sic ait. *Latini declamatores in Oceani descriptione non minus viguerunt. nam aut nimis descripserunt, aut curiosè. Nemo illorum potuit tanto spiritu dicere quanto Pedo,* (Albinouanus) *qui nauigante Germanico dixit:*

Iam pridem post terga diem, Solemque relictum
Iampridem notis extorres finibus orbis
Per non concessas audaces ire tenebras,
Hesperij metas, extremaque littora mundi.

Hinc Virg. 6. Æneid. de Augusto.

——*super & Garamantas & Indos*
Proferet imperium, iacet extra sidera Tellus:
Extra anni Solisque vias.

vnde & locus ex 4. Æneid. explicandus de Massylæ gentis saga & venefica quasi ex alio orbe accita.

NAM.] Pro autem.

CIRCVMFVSO *consistit in aëre Tellus.*] Consistit quod densum stat, vt flumen & mare consistit adstrictum gelu. Ouid.

Vidimus ingentem glacie consistere pontum.

Horat. *Geluque flumina constiterint acuto.*

Idem Ouid.

Nudaque consistunt formam seruantia testæ
Vina.

& supra:

Siue opus est quadratum acies consistat in agmen.

Dixit supra:

Qualis in immenso desederit aëre Tellus.

vide illic adnotata.

CIRCVMFVSO *aëre.*] Offuso vndique & terram ambiente. Ouid. 1. Met.

A *Nec circumfuso pendebat in aëre Tellus*
Ponderibus librata suis.

Cic. 2. de natur. Deor. *Terram esse infimam, quam crassissimus circumfundat aër.* Ibidem. *Terra in media mundi parte sita, circumfusa vndique hac animabili, spirabilique natura, cui nomen est aer.*

ET *quinque in partes totus disponitur orbis.*] Plagæ omnes & cælo subiecta terra distribuitur in quinque zonas, siue *cingulos*, vt vocat Cicero 6. de Rep. Plinius. cap. 68. lib. 2. *Cum sint quinque partes, quas vocant Zonas, infesto rigore, & æterno gelu premitur omne quidquid est subiectum*
B *duabus extremis circa vertices, hunc qui septentrio vocatur, eumque qui aduersus illi austrinus appellatur perpetua caligo vtrobique, & alieno molliorum siderum adspectu maligna, & pruina tantum albicans lux. Media vero terrarum, qua Solis orbita est, exusta flammis, & cremata, cominus vapore torrentur. Circa duæ tantum, inter exustam & rigentes temperantur: Eæque ipsæ inter se non peruiæ, propter incendium sideris. Ita tres terræ partes abstulit cælum.* Cicero. 6. de Rep. *Cernis autem terram eandem quasi quibusdam redimitam & circumdatam cingulis: è quibus duos maxime inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex vtraque par-*
C *te subnixos, obriguisse pruina vides: medium autem illum & maximum solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles: quorum Australis ille: in quo qui insistunt, aduersa vobis vrgent vestigia: nihil ad vestrum genus. hic autem alter subiectus Aquiloni, quem incolitis. cerne quam vos tenui ex parte contingat.* &c. Virg. 1. Georg.

Quinque tenent cælum Zonæ, quarum vna corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni,
Quam circum extremæ, dextra læuaque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter mediamque duæ mortalibus ægris,
D *Munere concessæ diuûm: & via secta per ambas,*
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

Ouid. 1. Met.

Vtque duæ cælum dextra, totidemque sinistra
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis.
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei; totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est non est habitabilis æstu.
Nix tegit alta duas: totidem inter vtramque locauit,
Temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.

Disponitur, distribuitur, digeritur, imò discernitur Tibull.

Tune putas illam pro te disponere crines?

quod Ouidius dixit:

E *Colligere incertos, & in ordine ponere crines.*

Seneca cap. 16. de Consol. ad Martiam. *Disponere semina & plantas*, quod Varro proprie ait dici, *disserere.*

ATQVE *duæ gelido vastantur frigore semper.*] Nunquid otiosum & superuacaneum est epitheton *gelidum*? Sane est frigus sine gelu: nam cum dicuntur Virg. 3. Georg. *fontes gelidi.* & Horat. od. 1. lib. 1. *gelidum nemus* significatur *frigus*, quod Virgilio ecl. 1. dicitur *opacum*, & Horatio *frigus amabile.* vide Nonium in frigus & in frigidum. Sic Ouidius egelidum dixit & validè gelidum & modicè.

Egelidum Borean, egelidumque notum.

frigus dictum vel quia Græcis ῥῖγος, vt adspi-

ratio mutetur in digamma h. in f: vel ἀπὸ τῆς φρικῆς id est ab horrore, qui frigus consequitur; vnde Virgilio dicitur *frigidus horror*, & apud Festum *Africa*, quod sit ἄνευ τῆς φρικῆς.

V A S T A N T V R *frigore.*] Vastæ, incultæ & desertæ manent. Sic Liuius lib. 23. *vrbe defensoribus vastata facile potiti sunt hostes.* id est, deserta, destituta, desolata, vacua. vastum fieri, & vatescere id dixere. vide Nonium in Vatescere, & Festum in Vastum. Virg.

—— & latos vastant cultoribus agros:

quod & Idem:

Ingentes & desolauimus agros.

S E M P E R.] Vsque sine intermissione.

I L L I C.] Sub arcto. Virg. 1. Georg.

Illic, vt perhibent, aut intempesta silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ.

D E N S A *Tellus absconditur vmbra.*] Terra latet tecta opacitate arborum perpetua. hac de re Virg. 3. Georg.

Tum Sol pallentes haud vnquam discutit vmbras:
Nec cum inuectus equis altum petit Æthera, nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.

Vide supra de Cimmeriis adnotata.

E T *nulla incæpto perlabitur vnda liquore.*] Simulac manare & labi cœpit, vi frigoris stare cogitur, & congelascit. siue non potest fluere, & refluere, quare nec vnda esse, quæ sic dicitur ab eundo & redeundo. *perlabi*, ad extremũ labi, quod fluuiorum est, vt & auium supra:

Nulla nec aërias volucris perlabitur auras.

Horat. *Rusticus exspectat dum defluat amnis, at ille*
Labitur & labetur in omne volubilis æuum.

Incæpto liquore, id est simul ac latex liquere & fluere cœpit. quid liquor dictum supra.

Inceptus liquor, vt Virg. 6. Æneid.

Inceptus clamor. & Ouid. 13. Met.

Arguit incepto secum accessisse labori.

S E D *durata.*] Dura facta frigore. Ouid. el. 10. lib. 3. Trist.

Cæruleos ventis latices durantibus Ister
Congelat. Ibidem.
Nix iacet, & iactam non Sol pluuiæque resoluunt.
Indurat Boreas, perpetuamque facit.

Gell. cap. 8. lib. 17. *Durari gelu aquas.* Horat. od. 24. lib. 3. *Durataque Solo niues.*

R I G E T.] Rigida fit & in glaciem concrescit. Liuius lib. 31. de transitu Annibalis per Alpes. *Animalia inanimaque omnia rigentia gelu.* Cicero 5. Tuscul. *Ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut vrantur calore.* Ouid. el. 10. lib. 3. Trist.

Nec poteris rigidas scindere remus aquas.

δὶς τὸ αὐτὸ, *Durata riget* & induratur & rigescit, Alius Iurisconsultis *rigor aquæ*, rectus eius & continuus tenor.

D E N S A M *in glaciemque niuemque.*] Glaciem & niuem coniungit, easque densas & duratas. Sic Horat. *Et positas vt glaciet niues puro numine Iuppiter.* Densitas glaciei intelligitur ex Virgilio 3. Georg.

Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ,
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes
Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris.

Ouid. el. 10. lib. 3. de Ponto.

A *Quaque rates ierant, pedibus nunc itur, & vndas*
Frigore concretas vngula pulsat equi.

Et 3. lib. 1.

Dura meant celeri terga per amnis equo.

Densæ vero niuis exemplum apud Virgil. lib. 3. Georg.

Interea toto non secius aëre ningit,
Intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum, confertoque agmine cerui
Torpent mole noua & summis vix cornibus exstant.

Glacies, κρύσταλλος. Nix, quæ & *Ninguis* Lucretio, χιών.

Q V I P P E *ibi.*] Illic enim, scilicet sub zo-
B na frigida. Virg. sic iungit quippe cum vbi. 1. Georg.

Quippe vbi fas versum atque nefas. Propert.
Quippe vbi nec causas. Ouid. 1. Met.
Quippe vbi temperiem.

N O N *vnquam.*] Pro nunquam, id est, ne vnquam vt apud Propertium identidem.

T I T A N *super ingerit ortus.*] Idem valet supra:

Queis nunquam candente dies apparuit ortu.

Super ingerit eadem mente, qua dixit supra:

Siue supra terras Phœbus, seu curreret infra.

Ingerere est infundere, vel iniicere, quia radij solis sunt *lucida tela diei*. Catullus:

C *Ingere mî calices amariores.* Plaut. in Pseud.
Ingere mala multa. Et in Menech.
Omnia maledicta ingerebat.

Eodem sensu Propert.

Iniiciat radios in mea vina dies.

Ortus, pro radiis orientis solis: vt Virgil. 4. Aen. *Dum primos crastinus ortus*
Extulerit Titan. Virgil. 9. Aeneid. & dixit
—— aut raptas fugientibus ingerit hastas.

Alij libri: *super egerit*, an exerit, vt Ouidij 13. Met. *—— nitidum caput exere ponto.*

A T *media est Phœbi semper subiecta calori.*] Sol nunquam ab ea recedit. Ouid. 13. Met.

D *Quarum quæ media est non est habitabilis æstu.*

Subiecta supposita & quæ semper eius radios excipit. Sic Horat. od. 12. lib. 3.

Siue subiectos orientis oræ Seras & Indos.

Sol totius ætheræ flammæ & fons & administrator zonam mediam nunquam relinquit, inquit Macrob. cap. 7. lib. 2. In Somnium Scipionis.

S E V *propior terris.*] Nobis vicinior. An vt Cicero de Luna, *vltima cælo, citima terris.* Tibullus alio loco.

Solis & admotis inficit ignis equis. Horat.
Pone sub curru nimium propinqui Solis.

Cicero in lib. 2. de nat. Deor. *Solis accessus dis-*
E *cessusque solstitijs, brumisque cognosci*: Ibidem *Aestates aut hyemes efficit inflexus Solis cursus tum ad septemtrionem, tum ad meridiem.*

Æ S T I V V M *fertur in orbem.*] Ignorantia huius sermonis mouit imperitos, vt mutarent locum Tibulli insignem in el. 2. lib. 1.

Cum libet, hæc tristi depellit nubila cælo:
Cum libet, æstiuo conuocat orbe niues.

Mutarunt inquam tortores isti librorum in *æstiuas conuocat ore niues.* Propert. eleg. 20. lib. 3. hac de re:

Tu quoque qui æstiuos spatiosius exigis ignes,
Phœbe, moratura contrahe lucis iter.

Orbis

Orbis æstiuus, spatium quod in orbem eundo sol æstatis tempore emetitur. Sic Virg. 5. Æneid. *annuum orbem* dixit, pro anno:

Annuus exactis completur mensibus orbis. & 1. Æn.
Triginta magnos voluendis mensibus orbes.

id est annos. æstiuus ergo orbis, pro, æstas. vt Horatio, *annus pomifer*, pro autumno: & *annus hybernus*, pro hyeme. & Virg. 6. Æneid.

—— vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Fertur, currit, labitur, voluitur, quia sol curru quadrijugo inuehetur.

Sev *celer.*] Quid enim sole velocius? Catull. *Flammeus vt rapidi solis nitor obscuretur.* vnde *ignipedes equos* ei Ouidius tribuit: *citatos* Attius.

Properat.] quid properare à festinare differat, docent Gellius, Macrobius, Seruius, Nonius. vtitur autem eodem verbo in eadem re Virgilius 1. Æneid.

Cur tantum Oceano properent se tinguere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

In Catalectis, Lemmate, vir bonus.

Ille dies quam longus erit sub sidere Cancri:
Quantaque nox Tropico se porrigit in Capricorno,
Cogitat: & iusto trutinæ se examine pensat.

Horat. sat. 6. lib. 2.

Siue aquilo radit terras, seu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit, ire necesse est.

vtrumq. autem pendet, inquit Seruius, ex ratione hemisphærij, quia sol per breuiorē circulū hyeme fertur: æstate per longiorem.

Decvrrere,] currendo conficere & emetiri; dictum suprà:

Secula fertilibus Titan decurrerit horis. Item:
Rectus inæquatis decurrat frontibus ordo.

Lvces *hybernas.*] Brumales dies & breuissimos. Ouid. el. 10. lib. 1. trist.

Iactor in indomito brumali luce profundo.

& 3. fastorum.

His etiam Coniux apicati sancta dialis
Lucibus, impexas debet habere comas.

Virg. 1. georgic.

Libra die, somnique pares vbi fecerit horas:
Et medium luci atque vmbris iam diuidet orbem.

Horat. od. vlt. lib. 4. *Profestis lucibus & sacris.* & oda 8. libri eiusdem.

Sæculo festas referente luces.

Hybernæ luces, vt *Hyberna nix* Horatio oda 12. libr. 4. *Et hybernus Neptunus* od. 17. libr. epodon. & *annus hybernus*. od. 2. libr. eiusdem. & *hyberni soles* Vir. 5. Æne. & *hyberna hora* eidē in Moreto.

Ergo.] pro autem, vt igitur apud Sallustiū. Ouid. el. 10. li. 3. trist. bis ita vsus est. Plaut. Menech. sc. 2. act. 2. *Iam ergò hæc madebunt*, pro Iam verò. & in Milite. *Ergo pulcher est*, pro sanè. Propert. el. 3. lib. 3.

Ergo Musarum, & Sileni patris imago Fictilis.

Presso *tellus consurgit aratro.*] Attollitur sulco & vomere excitatis glebis. Suscitari terram Virg. dixit 1. georg.

Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro.

Attius Oenomao apud Nonium in Seges:

Proscindant glebas, aruoque ex molli excitent.

A Varro lib. 1. de re rust. *Quæ est inter duos sulcos elata terra dicitur porca, quod ea frumentum porriciat.*

Presso *aratro.*] sic Ouid. el. 10. lib. 3. trist.

Nec quisquam presso vomere sulcat humum.

Virg 1. georg.

Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere. Horat.
Imprimeretque muris hostile aratum.

Virgil. 10. Æneid.

—— Sulcumque sibi premat ipsa carina.

Cicero 2. de diuination. *Cum sulcus altius impressus esset. Aratrum quo arant terram*, inquit Varro 4. de ling. lat. sed meta vox Græca ἄροτρον, o in
B a verso.

Nec *frugem segetes præbent,*] *Seges*, inquit Varro 4. de ling. lat. *ab satu, id est, semine.* obscurè. apertiùs dixisset: Seges, à serendo, tāquam seres. *Seges*, inquit Festus, *dicitur ea pars agri, quæ arata & consita est, à serendo scilicet. Seges*, inquit Nonius: *& terra, & frumenti fructus*, hinc *Segetia* Dea à rusticis culta, quam tamē nominare nefas erat: Macrob. cap. 16. lib. 1. saturn.

Præbent.] ministrant, suggerunt; quia terræ munere vescimur. Contra Virg. 3. Æneid.

—— Victum seges ægra negabat.

Frvgem.] frumentum & farra. Dona. in Eu-
C nuch. *Frugi homo. fruges, frumentum, frumen à fruēdo, id est, vtendo, quod vtiles humano generi sunt fruges.* vet. gl. *fruges, καρποί. frugis, καρπός.* hinc frugmentum, quod postea frumētum. Rectus casus reperitur apud Enniū *frux.* teste Festo. Auson. in monosyl. *Ante quidē cāpis quā spicea suppeteret frux.*

Nec *pabula terra.*] Nec prata, siloæq. & cāpi suggerūt alimenta iumentorū. Corn. Fron. *Pascentia sunt, quæ ex se pascuntur, vt prata, & pascentia mancipia, id est, pastores: pabulantia verò, quæ ijs vtuntur, vt iumenta.* vet. gloss. *Pabulo, pasco. βόσκω. pabulatio, χορτασία. pabulamentum, φορβαί.* corrige, *paludamentum.* pabula sunt etiam apum. Virg.
D 4. georg. *Pabula melli Sufficere.* Item.

Immunisque sedens aliena ad pabula fucus.

Metaphoricè Lucretius: *Pabula amoris Absterrere sibi.* Cicero in Catone: *Nihil est senectuti pabulo studij & doctrinæ iucundius.* & in Acad. *Animorum quasi quoddam naturale, & ingeniorum pabulum consideratio contemplatioque.*

Non *illic colit arua Deus.*] hinc Tibullus deos Agricolas vocat lib. 1.

Redditur agricolis gratia cælitibus. Item.
Illa Deo sciet agricolæ pro vitibus vuam,
Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.

Notādum Deus etiam genere feminino. refer-
E tur enim etiam ad illud Ceres. Virg. 2. Æneid. de Venere: *Descendo ac ducente Deo flammam inter, & hostes Expedior.* & 7. Æneid.

Nec dextræ erranti Deus adfuit.

Caluus apud Macrob. cap. 8. lib. 3. Saturnal. *Pollentemque Deum Venerem.* Ideo in precationibus sollemnis formula: *Siue Deus, siue Dea.*

Bacchvsve *Ceresue.*] Bacchum & Cererem è consuetudine coniungit. Plaut. Amph. *Nec Bacchum hodie salutani, nec Cererē.* Terent. *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Virg.

—— Liber & alma Ceres. Terra autem Cereris nomine consecrata. Ceres dicta à gerendis

frugibus. Cicero 1. & 3. de nat. deor. Varro 4. de ling. lat. *Ops mater, terra, quod omnes nutriat: Ceres eadem quod fruges gerat.* Bacchum verò Oſirim vocat eleg. 7. lib. 1. A

Te canit atque ſuum proles miratur Oſirim
Barbara, Memphiten plangere docta bouem.
Primus aratra manu ſolerti mouit Oſiris
Et teneram ferro ſollicitauit humum. & ſeqq.

NVLLA *nec exuſtas habitant animalia partes.*] animalia non incolunt ſubiectas zonæ torridæ regiones. *Nulla nec.* duplex negatio, pro vna, vt notatum ſuprà ad illud:

Nulla nec aerias volucris perlabitur auras. B

Exuſtas partes, vt Catullo *India toſta.* Cicer. 1. de natur. Deorum. *Terræ maximas regiones inhabitabiles & incultas videmus, quia pars earum appulſu ſolis exarſerit: pars obriguerit niue, pruinaque.* vbi negat mundũ eſſe Deum, quod placebat Stoicis: quia abſurdum ſit Dei mẽbra partim ardentia, partim refrigerata eſſe. Plin. cap. 68. lib. 2. *Media verò terrarum, qua Solis orbita eſt exuſta flammis & cremata, cominus vapore torrentur.* de regionibus ſitis ſub zona torrida, Horat. od. 22 lib. 1.

Pone ſub curru nimium propinqui
Solis in terra domibus negata. C

Contra idem vocat *habitabiles oras*, ſub vtraque zona temperata, noſtra & Antipodam.

FERTILIS *hanc inter poſita eſt, interq. rigentes*] inter exuſtam ſiue mediam mundi partem, & eas quæ perpetua niue & pruina vaſtantur ſita eſt zona temperata, quam Poëta fertilẽ vocat, quia ſub illa *Fertilis frugum, pecoriſque tellus.* vt alibi loquitur Horatius. vide quæ dicta ſupra ad illud. *Quinque in partes totus diſponitur orbis.*

NOSTRAQVE, *Et huic aduerſa ſolo pars altera noſtro.*] Ex ratione gemini poli, geminum hemiſphærium intelligitur. Noſtrum ſub polo arctico: Antipodum ſub polo antarctico ſiue auſtrali. qua de re Virg. 1. georg. D

Mundus vt ad Scythiam, Rhiphæaſque arduus arces
Conſurgit, premitur Lybiæ deuexus in auſtros.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus nox atra videt, Maneſque profundi.

cum ait: *Hinc aduerſa ſolo pars altera noſtro*, id eſt, ſita è regione huius terræ, quam calcamus & incolimus, periphraſis eſt Antichthonum, ſiue Antipodum, qui apud Ciceronem 6. de repub. *aduerſi* dicuntur, & *aduerſa nobis vrgere veſtigia.* & Senecam ep. 123. *Sedibus noſtris ſubdita è contrario. Sunt*, inquit, *qui officia lucis noctiſque peruertunt: nec ante deducunt oculos, heſterna graues crapula, quam appetere nox cœpit: quales illorum conditio dicitur, quos natura vt ait Virgilius, ſedibus noſtris ſubditos è contrario poſuit:* E

Noſque vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illis sera rubens accendit lumina veſper.

Talis horum contraria omnibus non regio, ſed vita eſt. Sunt quidam in eadem vrbe Antipodes, qui, vt M. Cato ait, nec orientẽ vnquã ſolem viderũt, nec occidentẽ. &c.

SOLO.] Solum Feſtus terram interpretatur: ſed Ennius apud eum pro ſolio poſuit:

Tarquinio dedit imperium, ſimul & ſola regni.

& apud Cic. 1. de diuin.

Auſpicio regni ſtabilita ſcamna, ſolumque.

Iſidorus cap. 1. lib. 11. *Solum inferior pars pedis, dictum quod eo terræ veſtigia imprimimus. ſed & ſolum dicitur omne, quod aliquid ſuſtinet, quaſi ſolidum, vnde & terra ſolum, quod cuncta ſuſtineat: & ſolum pedis quod totam molem corporis portat.* Idem cap. 8. li. 14. *Solum omne quod ſuſtinet à ſoliditate dictum.* vnde Virgilius de mari: *Subtrahiturque ſolum.* Ouidius. *Aſtra tenent cæleſte ſolum.* Eſt & *ſollum* totum, vnde ſollemne, ſollers, ſolliferrea, ſollicuria. Feſtus in Sollo. Seruius ad illud 5. Æneid. *Subtrahiturque ſolum.* Vnicuique rei quod ſubiacet, ſolum eſt ei cui ſubiacet: vnde eſt ſolum nauis, mare: & aër auium. Sic idem Virgilius menſas paniceas, cereale ſolum vocauit, quod epulas ſuſtinerent. 7. Æneid.

Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.

QVAS *ſimiles vtrimque tenens vicinia cœli Temperat.*] connectit res duas aëris propinquitas quę multum valet ad temperiem, viciniã, & ſimilitudinem. Vicinia enim, vt Terent. ait in ſeipsũ puniente, *eſt in propinqua parte amicitiæ.* Ouid. in 4. Metam. *Notitiam, primoſque gradus vicinia fecit. Similitudo etiam*, inquit Tullius, *conglutinat amicitias. Vicinia cœli*, aëris propinquitas, γειτονία τῶ οὐρανῶ. Sic ſupra dixit: *Cœlo vicinum liquit Olympum.* Item.

Vltima vicinus cœlo tenet arua Padaus.

Vicinia, inquit Chariſius, *dicitur loci demonſtratio: vicinitas verò vicinorum conductio.* lego coniũctio.

VTRIMQVE *tenens.*] hinc inde cingens, dextra læuaque complectens. *vtrimque*, ἑκατέρωθεν. *Tenens.* vt Virg. *Quinque tenent cœlum zonæ.*

TEMPERAT.] Moderatur & reddit ea temperie habitabiles. *Temperare*, eſt ſic rei modum adhibere, vt ſalua ſarta tectaq; ſit. Horat. de Ioue.

Qui mare & terras, varijſq. mundum temperat horis.

Item. *Qui terram inertem, qui mare temperat ventoſum.* Quod eſt in vet. gloſ. *Temperat*, γλύφει κάλαμον pertinet ad pueros qui diſcunt ſcribere, & ad ſcribendi magiſtros. *bien tailler vne plume.* Plin. cap. 68. lib. 2. *Duæ tantum* (partes mundi) *exuſtam inter & rigentes temperantur.*

ALTER *& alterius.*] Ludit in permutatione caſuum eiuſdem verbi, vt Virg. 2. Æneid.

Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam.

Proper. *Sed pariter miſeri ſocio cogemur amore*
Alter in alterius mutua flere ſinu.

Ouid. eleg. 4. lib. 4. triſt.

Alter ab alterius funere mœſtus erat.

Seneca cap. 9. de conſolatione ad Polybium. *Alter in alterum.*

VIRES *necat aër.*] *Cœlum* idem quod *aër*, niſi quod aër vocabulum Græcum; Latinum eſt cœlum. Lucret.

Aer quod patrio vocitamus nomine cœlum.

NECAT.] frangit, opprimit, contundit, perimit. loquitur de aëre quaſi de animali, cui vita & mors poſſit contingere; nam aër eſt in perpetuo motu, & eius ſpirabilis natura. Cic. 2. de nat. deor. *Terra circumfuſa vndique hac animali ſpirabilique natura, cui nomen eſt aër.* ſic Vir. 4. georg.

Fer ſtabulis inimicum imbrem, atq; interfice meſſes.

Plaut. Aulular. *Niſi illi puteo animam intertraxero.* Nam & *aqua viua* dicitur. Idem. *Si ignis viuet, ſu exſtinguere extempulo.* Lucillius apud Nonium.

Duram, molle voras, fragmenta interſiti panis.

Cato apud Gell. cap. 2. lib. 11. *Rubigo ferrum interficit*. Arnobius lib. 2. *Herbas interficit frigus*. Plaut. Mercat. *Vsusfructus harum ædium interfectus est*. & alibi: *Mortua re verba facis*. &c. *Res cum animam agebat*. Lucretius: *Aegrotat fama vacillans*. Virgil.

Relliquias Troiæ, cineres atque ossa perempta.

Item 3. Æneid. *Victum seges ægra negabat*. & Seruius Sulpicius Ciceroni. *Cadauera oppidorum*.

VIRES.] facultatem insitam à natura ex vi frigoris, vel caloris.

HINC *placidus*.] benignus, clemens, moderatus, lenis, quietus. vt placidus & serenus dies Plinio, & placida arbor, quæ feræ & siluestri opponitur. Silius Italicus:

——*placido commota tonitrua cælo*. Horat.

Sed non vt placidis coëant immitia. Tibullus.

Felix cui placidus leniter afflat amor. Virgil. 4. Æneid. *Placidone etiam pugnabis amori*. id est, æquo tibi & propitio. Idem 2. Æneid.

Et placidi (Dij) *seruate pios*. & 8. Æneid.

Mitis vt in morem stagni, placidaque paludis

Sterneret æquor aquis. Donatus in Adelph. ad illud: *Clemens, placidus: nulli lædere os. Clemens est etiam circa rectè agentes: Placidus etiam circa delinquentes. & clementis est nulli lædere os: placidi, arridere omnibus. & clemens animo: placidus vultu*.

NOBIS.] Qui hoc scilicet superius hemisphærium incolimus. Virg. 1. georg.

Aut redit à nobis aurora, diemque reducit.

PAR *tempora labitur annus*.] Sic Virg. 2. georg.

——*redit agricolis labor actus in orbem*

Atque in se sua per vestigia labitur annus.

Bene labitur, quia anni hieroglyphicon est anguis caudam mordicus tenens. & fluere dicuntur tempora Horatio:

Si mihi tarda fluunt ingrataque tempora. Idem.

Eheu fugaces, Postume, Postume labuntur anni.

Ouid. eleg. vlt. lib. 4. trist.

Interea tacito passu labentibus annis.

Per tempora, quatuor scilicet, vt Virg. 1. georg.

Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus,

Temporibusque parem diuersis quattuor annum.

vbi Seruius: *Quatuor tempora & singula in tres partes diuisa, vt ver in nouum, adultum, & præceps*. Idem de æstate, autumno, & hyeme. Annus vnde & cuiusmodi, vide apud Macrob. cap. 14. lib. 1. Saturn.

HIC.] apud nos & apud Antipodes.

TAVRVS.] Qui Tauri dicantur in genere bubulo, & cuiusmodi ad arandum esse debeant, vide Varronem cap. 5. lib. 2. de re rustica: *In bubulo genere ætatis gradus quatuor. prima, vitulorum: secunda, iuuencorum: tertia, boum nouellorum: quarta, vetulorum. Discernuntur in prima vitulus & vitula: in secunda, iuuencus & iuuenca: in tertia & quarta Taurus & vacca. Vacca verò, quæ sterilis, Taura dicitur: quæ prægnans, horda: ab eo in fastis dies hordicalia, quia tum hordæ boues immolantur*.

DIDICIT.] assueuit non sine malo & verberibus. Propertius:

Vulneribus didicit miles habere metum.

Idem esse assuescere docet Propert.

At veluti primo taurus detractat aratra;

Post venit assueto mollis ad arua iugo. &c.

De hac tauros domandi ratione idem Propert.

Sed non ante graui taurus succumbit aratro,

Cornua quam validis hæserit in laqueis.

ità doceri cum malo coniunctum. Tibullus:

Ipsa Venus magico religatum brachia nodo

Perdocuit, multis non sine verberibus.

SVBMITTERE *colla iugo*.] Iugo subijcere ceruicem, dixit supr. *Subiectis colla catena*. & alibi.

Non illo validas subijt iuga tempore taurus.

Non domito frenos ore momordit equus.

Aliud est Virgilio in ecl. 1.

Pascite, vt ante, boues, pueri, submittite tauros.

& metaphoricῶς 4. Æneid.

Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando

Cogitur, & supplex animos submittere amori.

Iugum est etiam ἀπόφθεγμα, & genus ignominię militaris, de qua Liuius. Auson. in Monosyllabis.

Hostilis quæ forma iugi est hanc efficiet Π.

Est & iugum in naui, & in curru, vbi sedet auriga, Virgilio & Propertio.

ET *lenta vitis*.] Reuocandum ἀπὸ κοινοῦ. *didicit hîc*. vitis enim doceri fingitur, vt & tauri. Sic Propert. el. 19. lib. 2. vtrumque coniungit, vitem & tauros cum docendi verbo.

Illic assiduè tauros spectabis arantes:

Et vitem docta ponere falce comas.

Vitis à vino ferendo, inquit Varro 4. de ling. lat. siue vt mauult cap. 31. lib. 1. de re rust. *quod inuitet ad percipiendas vuas. Lenta vitis*, flexibilis. dixi ad illud Catulli:

Lenta quin velut assitas vitis implicat arbores.

CONSCENDERA *ramos excelsos*.] Sese attollere ad vlmorum populorumq. brachia & flagella, summumq. verticem. Vetus Poëta apud Terentian. *Quãdo flagella iugas, ita iuga, vitis & vlmus vti simul eant*. Scitũ illud Carneadis opinor, in vitem vnde austerum nimis vinum biberat: *Merito eius matrem in tam alta pendere cruce*. dixi plura ad illud Catulli in carmine nuptiali:

Vt vidua in nudo vitis, quæ nascitur aruo

Nunquam se attollit. &c.

Rami, κλάδοι, vet. gloss. *ramusculus*, κλάδιον. *ramusculosus, ramosus, arbustulosus*, σύνδενδρος.

TONDATVRQVE *seges maturos annua partus*.] synecdoche poëtica, pro tonderi segetem, quam genuit & aluit. nam & dicimus alere capillum & barbam. Sic in vetere epigrãmate Græco apud Pausaniam in Bœoticis: Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν. quod Cicero 5. Tuscul. vertit: *Consiliis nostris laus est attonsa Laconum*. & verbum verbo reddi posset Græco simul & Tibulliano schemate.

Consilijs nostris vrbs laudem est tonsa Laconum.

Tondendi verbo sic vsus Ennius, apud Priscianum lib. 9. in Tondeo. *Et detondit agros Pœnos atque oppida cepit*. Proper. el. vlt. lib. 4.

Testor maiorum cineres tibi Roma colendos,

Sub quorum titulis Africa tonsa iacet.

Virg. 3. georg. Prisciano teste gemino schemate dixit: *Nec minus interea barbas, incanaque menta*

Cyniphij tondent hirci, pro tondentur. Tonderi barbas, vt hic tonderi partus. Virg. ita tondere cãpos, equos dixit, pro, depasci & carpere.

Tercentum niuei tondent dumeta Iuuenci. &

Tondere comam acanthi; pro, demetere, & Plaut. *tondere & attondere auro*, & *detonsae oues*, de

stolidis senibus emunctis. & *Tonsitari ter in anno:* in Bacchidibus.

PARTVS *maturus.*] est seges flaua, & messis æstiuo tempore: quia terra omniparens creat, editq; fruges. ideo segetes frugesque, partus sūt terræ. Plin. cap. 5. lib. 12. *Autumno legitur, ex æstiuo partu.* sæpius vocantur *terræ fœtus*, vt 6. Æneid. *Auricomi fœtus.* & fœtus, pro nucibus 1. georg.

Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur.

Maturos partus, editos suo tempore: nempe satos autumno vel vere, & adultos sequenti æstate. sic partus humani maturi decimo mense. Propertius.

Non non humani sunt partus talia dona:
Ista decem menses non peperere bona.

Horat. in carm. secul. *Rite maturos aperire partus.* Ouid. 2. fastor. *Maturumq; utero molliter aufer onus.*

SEGES *annua.*] Nomen aduerbij loco: *Annua seges tondetur*, pro quotannis. sic el. 1. lib. 2.

Rura ferunt messes, calidi cum sideris æstu
Deponit flauas annua terra comas.

vbi, *deponit comas*, idem valet, quod hîc, *tondetur*. Horat.

Nocturna versate manu, versate diurna. Item.
Nec vespertinus circumgemit vrsus ouile:
Nec gregibus nocturnus obambulat.

pro vesperi & noctu.

ET *ferro tellus, pontus confinditur ære.*] verbum compositum loco simplicis, *confinditur*, pro finditur. Ita Fest. notat apud Ennium *consiluere*, pro siluere. & *consiptum*, pro, septum. hoc autē schema nominatur apud Asconiū dilogia, eum idē verbum ad duo diuersa refertur, vt hic finditur tellus ferro, pontus ære. Sic Ouid. 4. fast.

Iunxerunt elementa patres, aptumque putarunt
Ignibus & sparsa tingere corpus aqua.

Cicero: *Vadit in eundem carcerem, & in eūdem paucis post annis scyphum Theramenes.* Horat.

Conturbata tuas rumpere nuptias.
Et regnum Priami vetus.

Est autem & arationis, & nauigationis periphrasis: arationis, findere tellurem ferro: nauigationis, findere pontum ære. findere terram, vt Virg. 10. Æneid.

Inimicam findite rastris Hanc terram. Item.
Telluri infindere sulcos. Horat.
Patrios findere sartulo agros. Ouid.
Terra feret stellas, cœlum findetur aratro. Tibull.
Arua aque si findant pinguia mille boues.

Findere pontum ære. sulcare maria remis. Proper.

Arma Deus Cæsar dites meditatur ad Indos,
Et freta gemmiferi findere classe maris.

Ære, æratis remis, sic Virg. 1. Æneid.

Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant.

& 5. Æneid. *Crebris gemit ictibus ærea puppis.* & 9. Æne. *Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.* vide Festum in *ærosam*.

QVINETIAM.] præterea.

STRVETIS *muris.*] Struere muros, quod Virg. 1. Æneid. *Pars ducere muros, Moliriue arcem.* Horat. *Meliore ductos alite muros.* & od. 3. lib. 3.

Ter si resurgat murus aheneus Auctore Phœbo.

Struere, moliri. & metaphoricos Plauto: vt, *Struere sycophantias, dolos, insidias.*

OPPIDA.] *Oppidum*, inquit Varr. 4. de ling. lat. *Maximum ædificium oppidum ab ope: quod muni-*

A *tur opis causa; vel quod opus est ad vitam gerendam vbi habitent tutà: vel quod ope muniebant mœnia, quo munitius essent.* Cic. lib. 1. de gloria apud Festum in *oppidorum*: *dicta oppida quia opem darent.* Addit Festus ibidem dictum esse, *quòd homines opes suas eò conferrent:* & ita etiam vocari locum in circo vnde emittuntur quadrigæ.

EXVRGVNT *muris.*] attolluntur, ducūtur in altum. Sic Virg. 4. Æneid. Ibidem.

Non cœptæ assurgunt turres. Ibidem.
—— quæ surgere regna Coniugio tali.

& 1. Æneid. *—— Quorum iam mœnia surgunt.*
Ibidem. *—— surgentemque nouæ Carthaginis arcē.*

B hinc celsa oppida, & altæ vrbes. Prop. el. 1. li. 4.

Scandentisque arcis consurgit vertice murus.

Muri à mœnibus differre videntur, quod mœnia latius pateant, fossasque & aggeres contineant. *Muri* dicti Plauto. & murus de homine ipso. Ouid. *Graiûm murus Achilles.* Horat. *Hic murus aheneus esto.*

ERGO *vbi.*] Postquam igitur. Sic Virgil. 4. Æneid. *Ergo vbi concepit furias.*

TVA *facta.*] res à te fortiter & feliciter gestæ. *Facta*, quæ *merita* & *acta* dixit. Propert. vocat *benefacta*. & Horat. *Cum benefeceris.*

POSCENT *præclaros triumphos.*] Donat. in

C Andriam *Petimus precario: poscimus imperiosè: postulamus iure.* Agrætius: *Postulatur aliquid honestè: poscitur improbè.* Seruius: *Poscere secundum Varronem est cum aliquid pro merito nostro petimus.* Res ipsa tacentibus nobis poseit, quæ meruimus; vt si quinque millia hostium vna acie cæsa. cautum tamen lege, ne quis cæsorum hostium, aut amissorum ciuium falsum numerum referret, & vt imperator iuraret de vtroque eum ad senatum scriberet. Valer. Max. cap. 4. lib. 2. quod est de iure triumphandi. vnde *iustus triumphus.* Horat. *Iusto domitos* (Parthos) *triumpho.* & Propertius. *Mitum si de me iure triumphes amor.*

D TRIVMPHOS *præclaros.*] Qui te valde clarum & insignem reddent. Horat. od. 1. lib. 3.

Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari Gigantæo triumpho. & od. 27. lib. 1.
—— Inuidens priuata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho. & od. 35. lib. eiusd.
Superbos vertere funeribus triumphos.

& od. 1. lib. 2.

Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Nouos triumphos eleg. 7. lib. 1. supra dixit:

Non ijdem tibi sunt alijque triumphi.

SOLVS.] quasi sol alter.

E DICERIS *magnus.*] Magni nomen obtinebis, ob magnitudinem rerum à te gestarum, vt Pompeius, Alexander. Catull. de Iulio Cæsare.

Cæsaris visens monimenta magni Gallicum Rhenū.

Propert. el. 7. lib. 2. de Augusto.

At magnus Cæsar sed magnus Cæsar in armis.

Minus autem est *Maximum* diei, quam *magnum*, vt videre est in Valerio, Fabio, & Paullo.

IN *orbe vtroque.*] & hoc noto, hesperio scilicet, & illo nuper inuenro. an *solis vtraque domo: Eois & Hesperijs:* Propert. *An Britannico & Germanico.* Velleius: *Orbem alterum quærens*, id est, Britanniam. Ouid. 3. fast. *Eoo diues ab orbe redit.*

eleg.12.lib.3.Trist.

Domus Scythico Nasonis in orbe est.

& el.2.lib.1.Trist.

Nescio quo videam positos vt in orbe Tomitas.

& el.13.li.3. —— *me Cæsaris ira*
Extremam gelidi misit in orbis humum.

Lucan.lib.8. —— *Sed magna feram solatia mortis*
Orbe iacens alio. Virg.7.Æn. *Quibus actus vterq.*
Europa atque Asia fatis concurreret orbis. Virg.
Bisque triumphatas vtroque ab littore gentes.

An vt Catull. *Vterque Neptunus.* & Horatius: *Vterque Pœnus?* Macrob. cap. 21.lib.1. saturnal. B *Physici terræ superius hemisphærium, cuius partem incolimus, Veneris appellatione coluerunt. Inferius verò terræ hemisphærium Proserpinam vocauerunt.* Et sub finem lib. 1. In somnium Scipionis: *Vtrumque orbem terræ & aëris diuidat linea.*

N O N *ego sum satis ad tanta præconia laudis.*] Impar sum tantæ laudi virtutique celebrandæ. *Satis esse,* parem esse. Gell.cap.5.lib.5. *Inquit Antiochus Annibali: Satis esse putas Romanis hunc exercitum? Respondet Annibal: Satis, etiam si auarißimi sint.* Plaut. in Persa scen. 1. *Quasi Titani cum Dijs belligerem, quibus non queam esse satis,* id est, par.

C P R Æ C O N I A *laudis.*] Pro panegyrico. Nam Poëtæ quasi præcones alienæ laudis sũt. M.Tullius pro A.Licinio: *O fortunate adolescens, qui tuæ laudis Homerum præconem inueneris.* Ouid. eleg.1.lib.2.trist.

Inuenies vestri præconia nominis illic.

Item in deteriorem partem el.9.lib.4.trist.

Nostra per immensas ibunt præconia gentes.

Præcones à præcanendo, id est, valdè canendo: inquit Priscianus: ego dictos censeo quasi prędicones: nam prædicare verbum est proprium præconum. Apud Catonem de re rustica, Præconium merces est præconis: qui auctionem D oleæ facit, vt bonus notauit Turnebus. Vet. gloss. *Præcono, κηρύσσω.* præconium pro ministerio præconis. Sueton. in Nerone: *Præconio vbique contendit.* Plautus in extremis Men. *Præconium vt mihi detis.* Inde *Lælius Stilo Præconinus* cognominatus, quod præconium fecisset.

N O N *si ipse Phœbus.*] Sic Virg. 2. Æneid.

Non si ipse meus nunc afforet Hector.

& 5. Æneid. —— *Non si mihi Iuppiter auctor*
Spondeat. & 6. Æn. *Non mihi si linguæ centum.*

Antonomasticῶs, vt suprà: *Iuppiter ipse.* Phœbus autem pater ipse chori, à quo vim & spiritum artemque canendi vates accipiunt. Horat. oda E 6.lib. 4.carm.

Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenque dedit Poetæ.

& satis Poëtæ sunt, quibus secundum Iouem, præest Phœbus. Horat.od.19.lib.2.carm.

—— *Mihi parua rura, &*
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ,
Parca non mendax, dedit & malignum
Spernere vulgus.

P R Æ S C R I B A T *carmina Phœbus.*] præcipiat & monstret, vt scribendi magister discipulo, quomodo scribendi componendique versus, nota translatio. vnde insignis Ciceronis iocus in lib. 7. epist. Quod epistolam. *Sed heus tu manum de tabula: magister adest citius quam putara-* A *mus.* vbi emendo. *Et heus tu.* quia scriptum fuit *Set heus tu.* Propert.el.3.lib.3.

Cur tua præscripto seniecta est pagina gyro. Hora.
Intraq. præscriptum Gelonos Exiguis equitare cãpis.

Virgilius. *Nomen præscribere* dixit, pro, ante & in fronte scribere. —— *Nec Phœbo gratior vlla est*
Quam sibi quæ Varo præscribat pagina nomen.

Præscribo, προσγράφομαι. Charis. Horat.

Non ita Romuli præscriptum & intonsi Catonis
Auspicijs veterumq. norma. Idem sat.1.li.2.
Quid faciam præscribe. & sat.1.lib.eiusdem.
Vegetus præscripta ad munia surgit.

B eodem sensu & Propert.el.1.lib.2.

Non hæc Calliope, non hæc mihi cantat Apollo.

& eleg.1.lib.4.

Tum mihi pauca suo de carmine dictat Apollo.

E S T *tibi.*] habes inter clientes & amicos.

Q V I *poßit magnis se accingere rebus.*] magnas res aggredi, & parem se præstare tantis rebus, nec eas culpa deterrere ingenij. Ductum à more & vsu militiæ, vbi pransi parati milites cingebant se, quò expeditiùs pugnarent. Plaut. Amph. act.1. sc.1. *Cingitur, certè expedit se.* Virg. 3. Georg.

C *Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas.*

Idem in 1. Æneid.

Illi se prædæ accingunt, dapibusq. futuris. & 4. Æn.
—— *magicas inuitam accingier artes.*

vide Nonium in *accinge,* pro, *accingere:* & Festũ in *Procinctam classem.* Donat. in Phorm. *Accingere, appara te atque expedi. hinc discincti, negligentes, imparati, & ignaui.* *Qui poßit.* Sic M.Tull.lib.13. ep.ad fam.epist.cui initium est.P.Crassum. *Incensus studio laudum tuarum eas litteris Græcis commendare cupit, posse arbitror: valet ingenio, habet vsum: iampridem in eo genere elaborauit.*

D M A G N I S *rebus.*] claris factis, rebus bellicis, quæ Virgilio & Ouidio dicuntur *opera maiora.* sic suprà dixit: *Magnis insistere rebus.*

V A L G I V S.] C. Valgium Rhetorem celebrat Fab. cap.1. & 3.lib.3. cap.10. lib.5. Horat. od.9.lib.2. & sat.10.lib.1.

Plotius & Varius, Mæcenas, Virgiliusque
Valgius, & probet hæc Octauius.

Plin.cap.2.lib.25. *Post eum* (Catonem) *vnus illustrium idem tentauit* (de herbis & medicina scribere) *C. Valgius eruditione spectatus, imperfecto volumine ad D. Augustum, inchoata etiam præfatione religiosa, vt omnibus malis humanis illius potißimum Principis semper medicetur maiestas.* Seruius Gramma- E ticos in Virgilium duos hos versus citat ex Tito Valgio.

Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis
Et sinum vini cessamus fundere Baccho.

Item Isidor.cap.4.lib.19. *Remulcus, funis quo deligata nauis trahitur vice remi. De quo Valgius.*

Hic mea me longo succedens prora remulco
Lætantem gratis sistit in hospitijs.

Æ T E R N O *propior non alter Homero.*] Quo nemo magis accedit ad Homerici carminis maiestatem, & propior & proximus etiam longo interuallo, vt Virgilius & Horatius censent. Propior etiam magis beneuolum significat. Ouid.el.2.lib.1.trist.

Oderit Æneam propior Saturnia Turno.

ÆTERNO *Homero.*] Cuius immortale & diuinum carmen. Lucret. lib. 3.

Adde Heliconiadum comites, quorũ vnus Homerus
Sceptra potitus. & lib. 1. *& semper florentem Homerum*, & *æternos Ennij versus* appellat.

Ennius vt noster cecinit, qui primus amœna
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Et paullo ante. *...esse Acherusia templa*
Ennius æternis exponit versibus edens, & mox,
Vnde sibi exortam semper florentis Homeri. &c.

NOSTER *labor*] Nos laboriosi & exerciti supra. *Inconstantia vulgi.* Idem de poëmate:

Hic quoque sit gratus paruus labor.

NON *peragit otia.*] Non consumit, traducit, terit Virg. 4. Æneid.

Lybicis teris otia terris. vide supra adnotata:
Namque senex longæ peragit dum secula vitæ.

Contrario sensu dixit Horatius, *Aut vis exiget otium.*

LANGVIDA.] Ignaua, inertia. vide epistolam Horatij ad Tibullum lib. 1. vbi negat eum *cessare in regione Pedana*, addit tamen: *quod si frigida curarum fomenta relinquere posses.* & ipse vitæ se inerti contentum facit: el. 1. lib. 1. Cicero in Catone: *Senectus non modo languida & iners, sed etiam operosa & aliquid semper agens.* Idem 1. de nat. Deor. *Nam cum otio langueremus.* & in Acad. *Langueſcere in otio.*

QVAMVIS *fortuna aduersa.*] Vt Græcis τύχη τὸ ἀπὸ... , Sic Latinis *fortuna.* quare discernitur epitheto, *fortuna bona, mala: aduersa, secunda.* quod vtrumque translatum à ventis, quibus simillima fortuna, quæ maritimis motibus nobiscum experitur. afflat enim & adspirat fortuna, vel reflat. Virg. 2. Æneid.

Adspirat primo fortuna labori.

VT *mos est illi.*] Vt assolet. nam vt ait Horat. od. 29. lib. 3. *Fortuna sæuo læta negotio &*
Ludum insolentem ludere pertinax.

Fortuna morem hunc habet: antiquum obtinet. Horat. *Ibam forte via sacra, sicut meus est mos.* Plaut. *More tuo facis: tuatim facis.*

FATIGET.] Exerceat, vexet, male habeat. Nonius exponit ad lassitudinem perducere, perturbare, cõmouere, instigare. Isidor. lib. 10. *fatigatus, fatis agitatus.* repugnat syllaba: Virgilius tamen ei pena accedit cum ait 1. Aen.

Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur. & 6. Æn.
Pelagine venis erroribus actus?
An monitu Diuûm? an quæ te fortuna fatigat?

Seruius ad illud 8. Aen. *Ter fessus valle resedit: corpore*, inquit, *fatigatum dicimus: animo vero fessum.* Ert. Æneid. —— *quin aspera Iuno*
Quæ mare nunc terrasque metu cœlumque fatigat.

NAM *mihi.*] An pro mea, vt sit nam cùm domus mea, &c.

DOMVS *alta.*] Superba, magnifica. vult enim ex magnitudine ædiũ intelligi & æstimari Domini fortunas. Sic Virg. lib. 2. Georg.

—— *foribus domus alta reuulsis.* & 10. Æn.
Est domus, alta iacent penitus defossa talenta
Auri atque argẽti. & 12. Æn. *Domus alta sub Ida: Lyrnessi domus alta solo Laurente sepulcrum.*

domus alta, quæ Græcis ὑψηρεφὴς altè ædificata & A exstructa. vnde Homero ὑψηρεφὲς δῶ. ab ἐρέφω, struo, tego, contiguo.

NITERET *magnis opibus.*] Nitere domus dicitur, quæ nitida & culta est, quæ floret ac splendet lautaque est. Cic. 1. in Rullum. *Genus vectigalis quod in pace niteat, in bello non obsolescat.* Horat. sat. 5. lib. 2.

Res vbi magna nitet Domino sene. Sic Cic. 3. in Catilin. *Nitere vnguentis*, vt hic *nitere opibus.* & initio lib. 2. de inuentione. *Crotoniatæ cum florerent omnibus copiis*: Horatius autem in epistola ad Tibullum diuitem fuisse significat:

B *Non tu corpus eras sine pectore. Dij tibi formam,*
Dij tibi diuitias dederunt, artemque fruendi.

Inde *lautia*, inquit Festus, *epularum magnificentia, quia apud antiquos homines fruge, raro aliquis lauabat.* proprie vero opibus; id est frugibus, quas ops, id est terra, fundit. Ipse initio lib. 1. Diuitias in auro & in solo culto ponit. Propert.

Diuitiæ quorum messis & arbor erant.

Sequitur hic fulcorum mentio & pecoris, vt opes in agris sunt, & pecunia, vt el. 1. lib. 1.

CVI *fuerant flaui sulci.*] Triste verbum, *fuisse* Tibull. el. 5. lib. 3.

C *Siue erimus, seu nos fata fuisse volent.*

Euripides in Troiadibus ἦμεν Τρῶες, quod Virg. *fuimus Troës; fuit Ilion.* Plaut. Mercat. Et Pseudol. *Qui est viuit: qui fuit, mortuus est.*

Sulci, αὔλακες, *les sillons.* Festus: *Sulci appellantur qua aratrum ducitur, vel sationis faciendæ causa: vel vrbis condendæ: vel fossa rectis lateribus vbi arbores serantur. fulmen quoque, quâ eius vestigium, similiter appellatur, ex Græco, quia illi dicunt ὁλκόν.* Varro 1. de re Rustica: *Qua aratrum vomere lacunam facit, sulcus est.* & 4. de ling. lat. *Sulcus, quo ea terra iacta, id est proiecta: & inter duos sulcos elata terra, porca.* Vide Nonium in *Porca.* & in *Sulcus*, quidquid in longitudinem aculeatum est. Ridiculè D Isidor. cap. 1. lib. 17. *Sulcus à Sole, quod proscissus solem capiat. Flaui sulci*, quia in iis sub messem flauescit seges. vide Gell. cap. 26. lib. 2. de flauo colore rufi specie, qualis auenæ, mellis & aristæ maturæ. vnde *flaua Ceres*: Virg. *Et*

Molli paullatim flauescit campus arista.

vet. gloss. *flauus, ruber*, ξανθός.

DITANTES.] Ditem & locupletem facientes. Ditantur horrea cum in iis farra & frumenta multa conduntur, quæ ruris diuitiæ E & opes. Ab iis ruris opibus dicta *adorea*, & in vet. gloss. *Adoriosus*, ἔνδοξος.

ORDINE.] Quia indulgent ordinibus agricolæ, cum semina plantarum disponunt, vide Virg. 1. & 2. Georg. Horat. od. 1. lib. 3.

Est, vt viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis. Virg. ecl. 1.
Pone ordine vites.

HORREA.] Festus: *hordeum antiqui dicebant farreum, à farre.* vet. gloss. *Horreum*, ὡρεῖον. & *Horreum*, ἐκδοχεῖον. alij ab horrore aristarum, quod illic ad ... titutam asseruarentur. alij, vt Varro, ab hordeo. Cicero in Rullum. *Capua cella atque horreum populi Romani. Horreum exstruere*, de bibliotheca dixit Seneca ep. 45. Horat.

Proprio condidit horreo
Quidquid de Lybicis verritur areis.

Horrea passim in iure ciuili mercibus, rebusq. pretiosissimis asseruandis & custodiendis destinantur, & idcirco separantur adiuncto verbo, vt horreum penuarium, frumentarium, vinarium. vnde Horat. od. 28. lib. 3.

Parcis diripere horreo
Cessantem Bibuli consulis amphoram.

INDEFICIENTIA.] inexhausta significat, & quasi perennia. Horatius ad Tibullum ipsum scribens, indeficientem crumenam ei tribuit: ——— *& cui*

Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus non deficiente crumena.

B MENSIS *fœcundus.*] largis, copiosis & dapsilibus epulis. sed vetus liber pro mensis habet messes. vnde Scaliger legit: *Distantes ordine Sulci Horrea, fœcundas ad deficientia messes.* vt sit anastrophe, cum tmesi. *Deficientia ad messes*; id est quæ non sufficiant capiendis messibus. Sic Tibullus ipse lib. 2.

Laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni,
Distendet spicis horrea plena Ceres.

Virg. 1. Georg.

Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit,
Illius immensæ ruperunt horrea messes.

dictum vero *deficere ad messes* pro messibus. vt paullo ante:

Non ego sum satis ad tanta præconia laudis.

CVIQVE *pecus denso pascebant agmine colles.*] incertum an colles ipsi pascebant pecudes, an pascebatur pecus in collibus. nam, *pecus*, quia nomen collectiuum iungi potest cum verbo *pascebant*, vt apud Virg. *Pars in frusta secant.* *Colles dicti*, inquit Varro 4. de ling. Lat. *Cum proxima loca superiora colere cœperunt.* vet. gloss. *Collisana, πρόβατα ἱερά.* oues & pecudes sacræ, credo, quia in collibus pascerentur in vsum sacrorum, quod significatur ab Horatio in od. 23. lib. 3.

Nam quæ niuali pascitur Algido
Deuota, quercus inter & ilices,
Victima, Pontificum secures
Ceruice tinget. & alio loco:
Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenca.

& od. 2. lib. 4.

Me tener soluet vitulus relicta
Matre, qui largis iuuenescit herbis
In mea vota.

Catull. in Priapeiis:

Meis Capella delicata pascuis.

id est, dicata deo, & lusui lasciua, eademque votiua. *Pascebant colles*, tondebant superiora & proxima campis loca; gramen & frondes in collibus carpebant. Sic Propert.

Sed tunc pascebant herbosa palatia vaccæ.

Virg. 2. Georg.

Syluas pascuntur & arbuta passim.

Pecus, greges ouium & caprarum. Varro 4. de ling. Lat. *Pecus à perpascendo: & à pede pecudes.* *Pecus*, inquit Nonius, *omnia animalia præter homines*, vt pisces pecus Horatio & Lucretio: fuci & apes Virgilio, vbi docet pecora, pecua, pecudes & pecuda dici. *Sulcos* supra, nunc *pecus* & *colles* memorat: vtrumque scilicet genus opum rusticarum ex aratione & pastione. vide Nonium

A in Pecuniosorum ex Ciceronis lib. 2. de rep. Ouid. initio lib. 5. Fast.

Aut pecus, aut latam diues habebat humum.

Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. Denso agmine. quid densum agmen dicatur adnotaui supra ex Seruio in schedis ad illud Virg.

Palataque totis Agmina densentur campis. *Agmen*, pecoris multitudo instar instructi exercitus incedentis per pascua. Virg. 1. Æneid.

Hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per valles pascitur agmen.

de ceruis, vt de coruis lib. 1. Georg.

——— *& è pastu decedens agmine magno*
B *Coruorum increpuit densis exercitus alis.*

in veteribus excusis, *Agmina.* an legendum:

Cuique pecu denso pascebant agmina colles.

De priore illa sua fortuna eleg. 1. lib. 1.

Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa iuuencos:
Nunc agna exigui est hostia parua soli.

ET *domino satis.*] mihi possessori siue hero satis superq. est, quia paruo contentus viuere poterat. *Domino & furi*: Dominus cuius res est, fur qui alienam tenet: hique sæpe coniunguntur: Horat. *Et dominum fallunt, & prosunt furibus.* Virg.

Quid domini facient, audent cum talia fures.

An dominus dictus, qui domi vnus imperat; vt
C Plauto Imperator familiæ? olim dubenus dicebatur. Festus in *Dubenus.*

ET *nimium furique lupoque.*] expolitio est eius quod dixit: *Cum magnis opibus domus alta niteret.* sic Horat.

Exilis domus est vbi non & multa supersunt.

Fures & lupos coniungit, vt lib. 1.

At vos exiguo pecori furesque lupique
Parcite, de magno est præda petenda grege.

Virg. 3. Georg.

Nocturnum stabulis furem, incursusue luporum. Gell. cap. vlt. l. 11. in extremo docet, quid sit furtum,
D & quomodo admittatur. Idem alibi à furuo, id est atro deducit, quia fures per noctem, quæ atra sit, facilius fur[illegible]ur. *Sed quod à Græcis*, inquit, *κλέπτης nomine di[illegible]ur, antiquiore Græca lingua φῶρ est dictum.* in vet. gloss. *for* sæpe scriptum, pro, fur. *Fur, κλώψ.* vet. gloss. *Furo, κλέπτω.* inuolo: pro furor, aris. bis item legitur apud Diomedem, lib. 1. inde *Furina* dea Martiano Capellæ, quæ aliis *Lauerna.* *Lupos Latini, quos Græci λύκους dicunt*, inquit Isidor. cap. 2. lib. 12. & cap. 6. lib. eiusd. de lupo pisce rapaci. *λύκοι*, lupi *κ* in *p.* vt ærruscare, ab ære ruspando, & vndique conquirendo. vet. gloss. *Lupus piscis, λάβραξ.* quod no-
E men Lenoni Plautino in Rudente, vt Lycus in Pœnulo. Lupus item genus freni. item genus vnci, hamique ferrei iis extrahendis, quæ in puteum deciderint.

NVNC *desiderium superest.*] solum restat. vt Virg. in 4. Æneid.

Cui me moribundam deseris hospes:
Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.

In hoc genere sermonis subauditur solum vel tantum. sic Ouid. 13. Metam.

——— *nec vos audistis in illo*
Crimina, vidistis. Plaut. Menech.
Homines non alit, verum educat. interdum τὸ super idem valet, sine verbo est. Virg. 3. Æneid.

O mihi sola mei super Astyanactis imago.

Propert.

Et quicunque super dispersa inuenerit ossa
Montibus Hetruscis, hæc sciat esse mea.

Desiderium à Cicerone definitur in 4. Tuscul. *Libido eius, qui nondum adsit, videndi.* melius definias. Libido eius quod absit, amissumue sit recuperandi: nam desideramus quod abest, vel quod periit antè nobis gratum. Exemplum de mortuo apud Horat. in oda ad Virgilium:

Quis desiderio sit pudor, &c. Exemplum absentis apud eundem li. 4. oda. 5. *Diuis orte bonis.*

Vt mater iuuenem, quem Notus inuido
Flatu Carpathij trans maris æquora
Cunctantem spatio longius annuo
Dulci detinet à domo:
Votis ominibus & precibus vocat,
Curuo nec faciem littore dimouet:
Sic desiderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæsarem. quod Virg. 1. Æn. interpretatur: *Requirere amissum.* Festus: *Desiderare & considerare à sideribus dici certum est.* ductum scilicet à nautis, qui sidera requirunt in tempestatis caligine. Horat. od. 16. lib. 2.

Otium diuos rogat in patenti
Prensus Ægeo, simul atra nubes
Condidit lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis. Catull.

Ac velut in nigro iactatis turbine nautis
Lenius adspirans aura secunda venit,
Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata:
Tale fuit nobis Manlius auxilium.

Cornel. Fronto: *Desideramus, vel quod diligimus, vel quod amisimus.*

NAM *cura nouatur.*] *recentatur,* ex Matio apud Gellium. *Noua subit, ingeminat.* Virg. 4. Æneid.

Ingeminant curæ. Interpretatur Lucretius, de curis quæ semper in amore nouantur Tyrij fabulam. *Cura,* inquit Festus, *quod cor edat, vel cor vrat.* Curam vero cum desiderio connectit vt Horatius:

Nunc desiderium curaque non leuis.

Nouare, instaurare. Ouid. 1. Fast.

Ingratos nulla prole nouare viros.

vet. gl. *Nouatio* καινισμός. Virg. 4. Æneid.

—— & quæ sit rebus causa nouandis.

& 8. Æneid.

—— meritósque nouamus honores.

id est, instauramus.

CVM *dolor memor.*] desiderium & curam dixit: nunc dolorem vocat; qui à Cicerone definitur 1. Tuscul. *Dolor asper in corpore* (in animo est ægritudo) *à sensibus alienus.* Memor dolor, quia vt ait idem Tullius pro Murena. *Cui dolet, meminit; cui placet, obliuiscitur.* Sic, *ira memor* dicitur à Virgilio 1. Æneid.

Memorem Iunonis ob iram.

Æschylus in Agamemnone, μᾶνιν μνάμονα. Ouid. 14. Metam.

Memoremque time Rhamnusidis iram.

& 4. Metam.

Exigit indicij memorem Cythereïa pœnam.

SEMPER-*dolor.*] τὸ semper iungi potest cum verbo *admonet*, sed magis est, vt iungatur cum nomine *dolor*, & fit ἕν. *Semper-dolor*, dolor sem-

A piternus, vt apud Lucr. li. 1. *Semper-florens.* apud Ter. *Semper-lenitas.* apud Virg. *Semper-Deus.* apud Propert. *Semper-amor. Semper-amicitia. Semper-furor,* & *Semper-amant.*

ADMONET.] me iubet meminisse, nec obliuisci sinit vnquam. Admouendi verbo malum subest, quia monitores aurem vellunt, vel fodiunt latus. Virg. ecl. 6.

—— Cynthius aurem
Vellit & admonuit: pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oues. Horat.
Mercemur seruum, qui dictet nomina, læuum
Qui fodiat latus. Moneri etiam & admoueri

B de verberibus dicitur. Plaut. Pseudolo:

Seruus officium facere immemor nisi admonitus.

Virg. 10. Æneid.

Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos. Ouid. el. 6. lib. 3. Trist. eadem mente qua hic Tibullus:

Admonitu fit nouus ipse dolor.

ANNOS *accitos.*] Properatam mihi senectutem. *Anni*, pro, mala ætate & senectute. Virg. 2. Æneid.

Iampridem inuisus Diuis & inutilis annis
Demoror. pro Accitos, Scaliger in vet. lib.

C scriptum ait anteactos. Accitos non displicet. anni enim sua sponte veniunt, etiamsi non aduocentur. Se igitur arguit stultitiæ quod annos & senectutem acciuerit. id enim est quod Plautus; *Sibi malum accersere iumento suo.*

Sic el. 4. lib. 1.

Vidi ego iam iuuenem premeret cum serior ætas
Mærentem stultos præteriisse dies.

Et el. vlt. lib. 1.

Quis furor est atram bellis accersere mortem?
Imminet, & tacito clam venit illa pede.

Velleius. *Accire mortem conscientia.*

Dicebant veteres *Arcio*, pro, accio, vnde *arces-*

D *so.* vt *aruenio* in Truculento Plauti. Virg. 1. Aen.

Regius, accitu cari genitoris, ad vrbem
Sidoniam, puer ire parat.

Anni autem acciri dicuntur vt venire & recedere. Horat.

Multa ferunt anni venientes commoda secum
Multa recedentes adimunt.

Adduntur iidem aliis, aliis adimuntur. Idem Horat. od. 5. lib. 2.

Iam te sequetur: currit enim ferox
Ætas: & illi, quos tibi dempserit
Apponet annos.

SED *licet asperiora cadant.* Duriora, siue gra-

E uiora eueniant. Seneca cap. 12. de consol. ad Mart. *Aspera leniuntur ferendo placide.*

SPOLIERQVE *relictis.*] exuar, carere cogar relictis, siue relicta mihi adimantur. Nonius Spolior & spolio dici pro eodem exemplis probat. Translatum autem à bello docuit Seruius, in quo victis tolluntur exuuiæ, inquit ad illud 6. Æneid.

Postquam illum victor vita spoliauit Achilles.

item ad illud 8. Æneid.

Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus.

Atqui boues abduxerat: sed spolium est quidquid de hoste tollitur. Virg. 6. Æneid. *Spoliata magistro.* (nauis) id est, carens, amisso magistro. Donatus

in Hecyr. *Spoliare, est non minimam partem auferre, mutilare, aliquid detrahere, sine quo res esse non poßit, lacerare cum omnino non habeas quod imminuas.* crudelitatis autem & sæuitiæ reliquias eripere, vt Ouidius: *Naufragij tabulas pugnat habere mei.*

Nostræ *camœna.*] mea musa; id est, ego Poëta & cantor. dictum supra ad illud:

Et quodcunque mea poterunt audere camœna.

Non *deficient.*] desinent. Propert. el. 8. lib. 1.

Nec me deficiet nautas rogitare citatos.

Memorare *te.*] verbum musarum proprium quæ Memoriæ filiæ. Virg. 1. Æneid.

Musa mihi causas memora. & 7. Æneid.

Et meministis enim, & memorare potestis.

Memorare, prædicare. Virg. 3. Æneid.

Te quoque magna Pales, & te memorande canemus

Pastor ab Amphryso.

Pierii *honores.*] ornamenta musarum, quæ Pierides dictæ inquit Festus propter amœnitatem ac solitudinem Pierij montis. Secretis enim locis ob studia liberalia delectantur. quam Festi opinionem firmat Lucretius: *Auia Pieridum,* &c. Plura de hac re adnotata alias. *Honores,* præmia, ornamenta, laudes: *munera musarum* Catullus vocat, quæ Tibullus aureis muneribus potiora censet. el. 4. lib. 1.

Tribuentur *tibi.*] à me dabuntur. Tribuere verbum campi, largiri & impertiri tribus corrumpendo.

Ausim.] pro audeam, notat Priscian. lib. 9. ad illud Virg. 1. Georg.

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Festus: *Ausis, audeas.* Catull.

Quis huic Deo compararier ausit. Item:

Anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es.

Coniugium, quo non fortius ausit alis.

Pro *te.*] tua causa, te propter, *in tuæ spem gratia,* quod ait Horat. od. 1. epod. Catull.

Pro quo dilaceranda feris dabor.

Ire *per vndas rapidas maris.*] per vndosum æquor. Virg. 4. Æneid.

Troia per vndosum peteretur claßibus æquor.

Ibidem:

Et medijs properas Aquilonibus ire per altum.

Ipse el. 3. lib. 1.

Ibitis Aegeas sine me Messala per vndas.

Rapidas vndas, sæuos & insanos fluctus, omnia secum ferentes, & absorbentes. dictum supra:

Quis rapidum placidis etiam mare constituit vndis.

Licet *freta hiberna.*] maria inuia & clausa, dum pelago desæuit hiems. Virg. 4. Æneid.

Quinetiam hiberno moliris sidere classem.

Horat. od. 15. epod.

Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion

Turbaret hibernum mare. & od. 17.

Nam saxa nudis surdiora nauitis

Neptunus alto tundit hibernus salo.

Fretum proprie vbi in angustiis feruet & exæstuat mare. quod ostendit Ouid. eleg. 10. lib. 3. Trist.

Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset

Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.

Gellius Ciceronem ait dixisse *fretu,* pro, freto.

Tumeant.] turgida fiant & attollantur, consurgantque ab imo. Venti & tempestatis

A prognosticon maris tumor. Virg. 1. Georg.

Continuo ventis surgentibus aut freta ponti

Incipiunt agitata tumescere. Tumet mare, vt irati tument. vnde Horat. od. 3. lib. 1. *Mare turgidum.* Virg. 1. Æneid.

Dicto citius tumida æquora placat.

Propert. el. 9. lib. 3.

Velifera tumidum mare findo carina.

Virg. 2. Georg.

Vnde tumor terris: qua vi maria alta tumescunt

Obijcibus ruptis, rursusque in se ipsa residunt.

Cicero 1. de Diuin.

Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros

B *Inflatum mare, cum subito, penitusque tumescit.*

Inde ἀπνγοανῶς dixit M. Tullius in lib. 14. epist. ad Atticum: *Tumere negotia.* de belli ciuilis apparatu & molimine.

Ventis *aduersis.*] contrariis infestis. supr. *Fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget.* Corrige Varronem sesquiVlysse, apud Nonium in *Album. Aduersi venti cecidere.* An aduersi venti, æquore feruido depræliantes? sic Virg. 2. Æn.

Aduersi rupto ceu quondam turbine venti

Confligunt, &c.

Pro *te vel solus.*] ὑπὲρ σοῦ, ausim.

Obsistere.] ita veteres libri excusi. *Obsi-*

C *stere,* est sese opponere irruentibus & occurrere. quomodo dixit supra:

Non te vicino remorabitur obuia Marte Gallia.

Plaut. in milite: *Huic obsistam, ne se subrepsit mihi.* id est, obstabo exire volenti. Lucret.

—— *mortales tollere contra*

Est oculos ausus, primusque obsistere contra.

Sed Achillis Statij liber & Scaligeri: *Subsistere,* vt legatur etiam, *Densas subsistere turmas.* ὑπ' ἐῶν ὑπίσταθαι. quomodo inquit Scaliger Liuius dixit: *Subsistere feris.* Sed apud Titum Liuium, l. t. Legitur: *Subsistere feras.* & sic Budæus legit &

D interpretatur. vide adnotata ad initium huius Panegyrici:

—— *vt infirmæ valeant subsistere vires.*

Densis *turmis.*] vt supra: *densa silua,* & *densum agmen.*

Turmis.] ordinibus equitum: *Turmæ sunt equitum, vt cohortes peditum,* inquit Seruius ad illud 9. Æneid. *Tercentum scutati omnes.* Festus in *Turmam: Turmam equitum dictam esse ait Curiatius quasi terimam; quod ter deni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Rhamnium, Lucerum, fiebant. Itaque primi singularum decuriarum Decuriones dicti, qui ex eo in*

E *singulis turmis sunt etiam nunc terni.* Virg. 5. Æneid.

Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur

Ductores: pueri bisseni quemque secuti

Agmine partito fulgent, paribusque magistris.

vet. gloss. *Turma, λόχος, στρατιώτης. Turma, λόχος, διάδρομος. Turma, ala, ἱππικὴ τάξις. Turmatim, ἰλαδόν.* Varro lib. 4. de ling. Lat. *Turma, terma est, e in u abijt: quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Ramnium & Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.* Totidem verbis Festus & Varro.

Vel *committere flammæ Aetnææ corpus.*] insilire in cratera ardentem montis Siciliæ, quam Ætnæam rupem vocauit supra. de Ætna monte

Virg. 3. Æneid. & in catalectis. Et Seneca, ep. 80. & Plinius Iunior in epistola de Auunculi vita & morte. Sic Ouid. eleg. 3. lib. 5. Trist. A

Vel rapidæ flammis vrar patienter in Aetnæ.

Committere, mandare, tradere, dare ignibus Virg. 2. Æneid. dixit etiam: *Flammæ permittere.* 4. Æn.

Dardaniique rogum capitis permittere flammæ.

vbi & notanda hypallage & discrimen committendi vel permittendi aliquid flammæ. nam in iis quæ committuntur flammæ spes est aliqua euadendi: nulla in iis quæ permittuntur. Itaque Virgilius se more suo statim interpretatur: *Abolere nefandi*

Cuncta viri monimenta iubet monstratque sacerdos. B

Donatus in Andriam: *Committimus magna, & quæ salutem in dubio habent.* Terentius Eunuch. *Ouem lupo commisisti.* Horat. *Qui rapidam truci commisit pelago ratem.* Propert. eleg. 10. lib. 1.

Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe commissæ munera lætitiæ.

Æ T N Æ Æ *flammæ.*] vt Virgilio 7. Æneid.

Aetnæos efflantem faucibus ignes.

& *antra Aetnæa tonant.* & *Aetnæos fratres*, & *Aetnæi Cyclopes.* Commisit autem siue potius permisit corpus suum flammæ Ætnææ Empedocles dum famam diuinitatis aucupatur, quam in rem exstat Græcom Laërtij epigramma in lib. 3. epigtammatum. meminit Horatius in epistola ad Pisones: C

——Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insiluit.——

C O R P V S *paruum.*] exigua se fuisse statura significat. Hotatios qoidem ei formam tribuit in epistola ad ipsum:

Non tu corpus eras sine pectore: Dij tibi formam,
Dij tibi diuitias dederunt, artemque fruendi.

Sic paruum corpus Q. Ciceroni declarat iocus M. Fratris in clypeatam eius imaginem: *Frater meus dimidius maior, quam totus.* Et iocus alter in eiusdem Generum: *Quis alligauit generum meum huic gladio.* D

S V M *quodcunque.*] quidquid sum, siue aliquid siue nihil. Q. Cicero de petitione Consulatus. *Quantum ab hac laude proficisceris, & quidquid es, ex hoc es.* supra dixit:

Et quodcunque meæ poterunt audere camœnæ.

Propert.

Sis quodcunque voles, non aliena tamen.

quodcunque, pro, Quantulumcunque. Propert. el. 1. lib. 4.

Sed tamen exiguo quodcunque è pectore riui
Fluxerit, hoc patriæ seruiat omne meæ. E

idem eleg. 1. lib. 2. ostendit quidquid, & quodcunque eundem habere sensum:

Seu quidquid fecit, siue est quodcunque locuta,
Maxima de nihilo nascitur historia.

idem alibi:

Et quodcunque voles vna sit ista tibi.

non vulgariter Virgilius 2. Æneid.

Cuncta equidem tibi Rex, fuerint quæcunq. fatebor
Vera, inquit neque me Argolica de gente negabo.

T V V M *est.*] tibi hoc omne debeo, tibi acceptum fero, quod Ouidius & Horatius:

Muneris est tui est. Ouid. el. 5. lib. 1. Trist.

Si quid adhuc ego sum muneris omne tui est.

Horat. od. 3. lib.

Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ.
Quod spiro, & placeo, si placeo, tuum est.

S I *tibi sit paruula cura nostri.*] Si Tibulli vel tantisper memineris, si mihi veniet non immemor hora, vt Propert. eleg. 6. lib. 1.

Tum tibi siqua mei veniet non immemor hora.

Si tibi studium nos tuendi, vt Virgil.

Dijque deæque omnes studium quibus arua tueri.

Sic Virgilio Ascanius:

Veneris iustissima cura. & 1. Æneid.

Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.

& alibi:

Cura Deûm, bis Pergameis erepte ruinis.

Tibull lib. 3. *Salue cura Deûm.* Virg. 2. Æneid.

Quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?

quod 4. Georg. *Quo tibi nostri Pulsus amor? Paruula*, perexigua. Propert.

Atque vtinam mage te remis confisa minutis
Paruula Lucrina cymba moretur aqua.

Refertur & ad ætatem puerilem atque infantiam. Catull.

Torquatus volo paruulus. Virg. 4. Æneid.

—— Si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas. vet. gloss. *Paruulus, νήπιος, νηπίωνος.*

Q V A N T A *libet.*] idem quantusuis, & quantus libet. Plinius de Leone: *Vulneratus, obseruatione mira, percussorem nouit, & in quantalibet multitudine appetit.* Idem valet, *quantulacunque.*

S I *sit modo.*] pro dum modo. Tibullus alibi: *Si modo me placido*, &c. id est, dum modo. Ouid. el. 1. lib. 2. Trist. per anastrophen. *Modo si licet ordine ferri.* pro si modo.

N O N *regna Lydia.*] regnum per se pro summa potentia & optima condicione. Plaut. Curcul. *Si quidem regnum mihi detur: non id potius persequar.* In Asinaria: *Sibi habeant sua regna reges.* Addidit, *Lydia* propter Crœsum Lydorum regem, ditissimũ, & ob Pactoli opes: Nam, vt ait Propert.

Lydia Pactolo tingit aratra liquor. Item:
Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro.

Virg. 4. Georg.

Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, non populi Parthorum, & Medus Hydaspes
Obseruant. Propert. el. 26. lib. 2.

Non si Cambisæ redeant & flumina Crœsi. Horat. oda 16. lib. 3. *Regnum Halyattici* vocat, quia Halyatticus pater Crœsi fuit.

N O N *potior sit fama.*] non sit magis optanda, & præstantior mihi videatur. *Potior*, & potissimus, à potis, inquit Donatus in Adelphos. Potis idem quod potens. vnde Varroni: *Dei potes, θεοὶ δυνατοί.* Hinc potior, potentior. Plaut. Pseudol. *Hic mihi potior, quam Iuppiter.* Horat.

Donec gratus eram tibi Nec quisquam potior. βελτίων & κρείττων. Ideo & od. 1. lib. 4. dixit:

Et quandoque potentior
Largis muneribus riserit æmuli.

vet. gloss. *Potis, potens. δυνατός.*

F A M A.] laus, gloria, sermo peruagatus de alicuius insigni virtute & laude. sic infra:

Terna minus Pylia miretur secula fama.
fama in laudem sæpius, sed famosus contra.

MAGNI.] amplissime laodatur, qui magnus dicitur, vt monui supra ad versum:

Solus vtroque idem diceris magnus in orbe.

GYLIPPI.] petierant auxilium à Lacedæmoniis aduersus Athenienses Siracusani. Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. is centum & triginta naues Atheniensium cepit & incendit, & Siracusanos ab obsidione liberauit, captis Atheniensium ducibus Demosthene & Nicia. ita de eo scribit Iustinus lib. 4. Plutarchus tamen in vita Niciæ contaminasse eum rei bellicæ famam auaritia & sordibus refert. Seneca lib. 1. Natur. Quæst. *Gylippo Siracusas petenti visa est* (interdiu) *stella super lanceam constitisse.* Plutarch. περὶ πόλεων ἀγορᾶς, & in Lysandro furti nomine damnatũ, & iussum vertere solum, quod partẽ cõmissæ sibi pecuniæ surripuisset dissutis sacculis, & proditum arguto familiarium ioco, *Sub tegulis Gylippi noctuas delitescere.* vitium hoc auaritiæ, velut hereditarium habuit à Cleandrido patre. Plutarch. in Nicia. Gylippi etiam à Virgilio mentio fit, sed Arcadis, & ad hunc nihil, 12. Æneid.

——vt forte nouem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contra, quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo.

NEC *mallem posse mittere.*] verbo mittendi domum munusue designatur. ergo qui versus mittit bonos centum potiore signis munere donat. mittebant autem amicis non suos tantum, sed etiam alienos versus & libros, quod satis notum est ex Martialis apophoretis. Sic Cinna Tibulli Virgilijque æqualis versus Aratæos in textilibus maluarum foliis descriptos mittit & commendat lepidissimo epigrammate apud Isidorum:

Hæc tibi Arataeis multum vigilata lucernis
Carmina, queis ignes nouimus ætherios,
Leuis in aridulo maluæ descripta libello,
Prusiaca vexi munera nauicula.

Sed vetus liber Scaligeri habet, *vincere.* id est, superare canendo, vt Virg.

Quid si idem certet Phœbum superare canendo.

CHARTAS.] libros. de chartis diximus ad initium huius panegyrici.

MELETEAS.] Homericas: à Melete fluuio Smyrnam alluente, ad cuius ripas natum Homerum aiunt. vnde Μελησιγένης dictus. Statius lib. 2. Siluarum in Genethliaco Lucani:

Attollas refluos in astra fontes
Graio nobilior Melete Batis. idem in lib. 3. Sylu.
Smyrna tibi gentile solum, potusque verendo
Fonte Meles. Strabo lib. 12. ad Meletem fluuium Homerum natum scribit, ex Apellis cuiusdam filia, ibi compressa à Mæone patruo. Smyrna vero quę alluitur Melete fluuio prima nominatur inter vrbes septem, quæ de Homeri patria certant. notum distichon Græcum ea de re Gell.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Plin. cap. 29. lib. 5. *In ora* (Cariæ) *Smyrna, amne*
A *Melete gaudens.*

QVOD *tibi si.*] tmesis & anastrophe. pro, quod si. Propert. el. 1. lib. 2.

Quod mihi si tantum Mecœnas fata dedissent
Vt possem heroas ducere in arma manus?

VERSVS *noster.*] nostrum poëma. Enallage numerorum, *versus noster*, versus nostri, de plurimis & de toto opere. Propert. el. 13. lib. 2.

Sed magis vt nostro stupefiat Cynthia versu.

Nam versus sæpe idem quod carmen. Ouid.

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos;
Et quod conabar dicere versus erat.

TOTVSVE *minusue.*] totus versus, totum
B carmen, vniuersum poëma, totum volumen. Propert. el. 1. lib. 2.

Hęc totum è Coa veste volumen erit.

sic *totus versus*, hic Panegyricus, vt Propert. el. 1. lib. 4. *Mœnia namque pio conor disponere versu.* Sed veteres excusi habent, *Notus. versus notus*, vel minus notus, qui à te sæpius legatur, vel quem raro manibus teras. *Aut totus minusue toto*; id est, pars aliqua totius? An minus ita dictũ vt supra:

Seu tibi par poterunt, seu quod spes abnuit vltra,
Siue minus?

VEL *bene si totus.*] alias, *bene notus.* id est, valde
C tibi familiaris, quo plurimum sis vsus. Horat. ep. 6. lib. 1.

——cum bene notum
Porticus Agrippæ, & via te conspexerit Appî.

VEL *inerret in summo ore.*] libri Venetiis excusi. vel hæret. an inhæret? *inerrare*, idem quod errare, & vagari aliquo in loco. sic *inæquatis frõtibus* dixit, pro æquatis, vt *inæquatum* onus; pro, æquatum. Et Horat. *Inæstuare*, pro æstuare. At inerrare, Ciceroni non errare: *Vnde Stellæ inerrantes, quæ vulgo fixæ dicuntur, quarum stabilis constansque conuersio.* Cic. 2. de nat. deor. & oppo-
D nuntur vagis, id est, planetis. Statius lib. 1. Siluarum in Balneo Hetrusci, eodem sensu, quo hic: *Vbi languidus ignis inerrat*
Aedibus, & tenuem voluunt hypocausta vaporem.
Plinius Iunior in lib. 1. epist. *Experieris non magis Dianam montibus, quam Mineruam inerrare.* Errat in ore versus quem bene proloqui, errore memoriæ, vel linguæ non possumus. & ita dixit supra: *Et non per dubias errant mea carmina laudes.* Sic errant verba ebriis: Propert. el. 32. lib. 2.

Errabant multo quæ tua verba mero.

Sic Augustus inerrasse verba in ore Virgilij morientis sensit cum iussit cremari Æneidem
E suam: *Si lingua locuta est Nescio quid titubante animo.*

IN *ore summo.*] in labris primoribus. Virg. 1. Æneid.

Dixit & in mensa laticum libauit honorem:
Primaq. libatum (ita lego) *summo tenus attigit ore.*

Sic os summum vlceris. dixit 3. Georg. pro summa parte vlceris, qua sanies & pus manat.

Quam si quis ferro poterit rescindere summum
Vlceris os. Insigne vero exemplum huius rei in Trinummo Plauti. Sc. Huic ego diei.

SY. *Deuoraui nomen imprudens modo.*
CH. *Non placet qui amicos intra dentes cõclusos habet.*
SY. *Atque etiam modo versabatur mihi in labris primoribus.* & mox idem ait: *Fieri istuc solet,*

Quod in manu teneas, atq. oculis videas, id desideres.
Litteris recomminiscar. est principium nomini.
CH. *Callicles?* SY. *non est?* CH. *Calippus?* SY. *non est.* CH. *Callidemides?* SY. *non est?* CH. *Callinicus?* SY. *non est.* & paucis post versibus: *Ad hoc exemplum est? An Chares? An Charmides? Num Charmides?* SY. *Hem, istic erit. qui istum Dij perdant.*

NVLLA.] pro non, vt supra:
Nulla incœpto perlabitur vnda liquore.
Plaut. Asinaria: *Is tonstrinam vt venire iusseram, is nullus venit.* Terent. Hecyr. *Nullus dixeris.* Ouid. 3. Fast. *Fabula proposito nulla tegenda meo.* id est, non tegenda.

NVLLA *fata statuent mihi finem.*] nullæ Parcarum leges, quibus tamen Iuppiter ipse obnoxius est. Audax asseueratio cuiusmodi est illa Amphitruonis apud Plautum: *Neque me Iuppiter, neque Dij omnes prohibebunt, si volent.* & apud Apollonium ἄϊκητι θεῶν. vnde Catull.
Et Dijs inuitis desinis esse miser.
Statuent finem, vt statuere modum Propert.
Erroris que sui sic statuisse modum.
& Horat. *Nequitiæ fige modum tuæ.* Lucretius lib. 2. dixit, *depangere terminum:*
Quandoquidem vita depactus terminus altè
Tam manet his. qui à Tibullo el.1.lib.1.dictus, *Stipes desertus in agris.* Ouidio:
Defossus in agro Stipes. Est autem ea vis fati, vt rebus omnibus statuat finem, ideoque Terminus fatorum comes nec Ioui ipsi voluit cōcedere. Attius in Hecuba apud Priscian. lib.6.
Veter fatorum terminus sic iusserat.
Horat. in carmine seculari:
Vosque veraces cecinisse Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus seruat, bona iam peractis
Iungite fata.
Quæ qui nesciat non bene intelligat cur dicat Virgiliana Dido in 4. Æneid.
——*Si tangere portus*
Infandum caput & terris adnare necesse est,
Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret.
Specie prouerbij dictum hoc à Virgilio: *Hic terminus hæret*, de re immota, quæ semel fixa nequeat reuelli. è Lucretio vero Virgilius si fatetur, sumpsit: si negat, surripuit. sic enim lib.1. duobus locis, *Quid possit oriri,*
Quid nequeat: finita potestas denique cuique
Quanam sit ratione, atque altè terminus hærens.
quæ totidem verbis idem repetit in lib.5. & 6. Istuc fortasse vult dicere: *Etiam post mortem te canam.* quale est illud Propertij:
Traijcit & fati littora magnus amor.
& Virg. 6. Æneid.
Curæ non ipsa in morte relinquunt.

CANENDI *te.*] celebrandi, prædicandi, laudandi, dictum supra: *Te Messala canam.*

QVINETIAM.] præterea, dictum supra.

CVM *tumulus.*] Ælius Gallus apud Festum: *Tumulus est mons arenæ, editus secundum mare, fluctibus subleuatus; vnde & manufactus & naturalis similiter dici potest.* Isidor. cap.8. lib.14. *Tumulus mōs breuis, quasi tumens tellus.* hinc supra: *Presso tellus consurgit aratro.* Seruius in illud 3. Æneid. *Tumulus & collis & sepulchrum, quia aggeritur eo tellus.* vnde Virgilio: *Aggere composito tumuli.* Idem:
——*& ingens Aggeritur tumulo tellus.*

CONTEXERIT.] Cicero 2. de legib. *Contegi*, interpretatur: *Operimento terræ matris obduci.* Virg. 5. Æneid.
Ex quo relliquias diuinique ossa parentis
Condidimus terra. dicitur tegi Lucano:
——*cælo tegitur quod non habet vrnam.* Virg.
Monte sub hos lapidum tegitur Balista sepultus.
Propert.
Haccine parua meum funus arena teget?
Contecta ossa.——
Horatio, *Quæ carent ventis & solibus:*
Quæque carent ventis & solibus ossa Quirini,
Nefas videre dissipabit insolens.

OSSA.] reliquias, cineresque. vet. gl. *Ossum*, ὀστοῦν. Charis. *Ossum, & ossu, pro os, ossis. & osso pro osse.* & in veteri epigrammate: *Ossua*, pro ossa: & *ossuarium*; pro, sepulcro: & *ossilegium* (male oscilegium) ὀστολόγιον. Ossa etiam in piscibus, vnde *exossare*. Plauto, siue *exossuare*. quod fortasse reponēdum in Terentio. pro *exdorsuare*. Ossa etiam in prunis & dactylis, media ea dura & lignea, νοyaus. Suet. in Claudio: *Quoties abdormisceret, olearum ac palmularum ossibus incessebatur.*

SEV *matura dies.*] qua homini cadendum est, vt frugibus maturis. sic dixit supra: *Maturos partus.* Horat.
Maturusne senex, an adhuc florente iuuenta.
Virg. 5. Æneid. ——*ans maturus Acestes.* Dies Parca dicitur Propertio, μὴ ἐν παρεργῳ.
Optima mors Parca quæ venit apta die.
contra immatura quæ ante diem moritur. Propert. eleg. vlt. lib.4.
Immatura licet, tamen huc non noxia veni.
Catullus ad Caluum:
Certe non tanto mors immatura dolori est.
& Hotat. *Maturo propior desine funeri.*
Alio sensu Lucret. lib.4.
Semen vbi ipsa dies membris matura creauit. id est, adulta ætas. & Virg. 10. Æneid.
Reuoluta ruebat Matura iam luce dies.
id est, quæ venit cedente iam nocte.

PROPERAT *mortem mihi.*] supremam horam & diem accelerat: *Mortem properatam* dixit, vt supra: *Accitos annos.* Properare cum quarto casu. Propert. el. 28. lib.2.
Quod si forte tibi properarint fata quietem.
Tum vero ægrotabat Cynthia. fuit hæc Tibullo Cygnea cautio. nam paulo post extinctus in ætatis flore. Virgilio morienti pene comes.

FATO.] an fato matura, tertio casu, morti iam tempestiua. Fatum, εἱμαρμένη ἢ πεπρωμένη, quid sit refert Gell. (ex libro Chrysippi 4. περὶ προνοίας) cap.2. lib.6. Noct. Attic. & cap.1. lib.13. quid sit fato mori ostendit, ad illa Ciceronis verba 1. Philipp. *Multa impendere videbantur præter naturam, præterque fatum.* Censetq. ex oratione Demosthenis περὶ στεφάνου, idem esse τὸν πεπρωμένον, ἢ τὸν αὐτόματον θάνατον. ideoque Virgilium dixisse de Elissa 4. Æneid. quæ mortem per vim potita est:
Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.
Nec fatali, nec naturali morte absumi, quæ violēta nece interiret. Virgilius & Deo & fato & fortunæ

& fortunæ adscribit longitudinem & breuitatem vitæ 4. Æneid.

Dulces exuuiæ dum fata Deusque sinebant. mox:

Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi. Sic in eodem libro coniungit fortunam, fatum & Iouem:

Si modo quod memoras factum fortuna sequatur.

Sed fatis incerta feror, an Iuppiter vnam

Esse velit Tyriis vrbem, Troiaque profectis.

Nec mirum si fortunæ in hominum vitam potestas tribuitur, quatuor enim Deos Præstites numerat Macrob. cap. 19. lib. 1. Satur. δαίμονα, quem genium interpretor: τύχην, quam fortunam: ἀνάγκην, quam fatum: & ἔρωτα, qui dicitur Tibullo, Natalis auis. de quo Propert.

Nam mihi nascenti primus mea vita diebus

Aridus argutum sternuit omen amor.

Horat. de fortuna:

Te semper anteit sæua necessitas.

Apud Velleium: *Fatali morte extingui*, est sine vi, & morte sua. vet. gloss. *Fatali forte*, ἰδίῳ θανάτῳ. Propert. *Seu moriar fato, non turpi fractus amore.* Tibullus ipse licet ægrotus, *Fatales annos* explere dixit el. 3. lib. 1.

Quod si fatales iam nunc expleuimus annos,

quam tamen immitem mortem vocat.

S E V *vita longa.*] sic supra:

Namque senex longa peragit dum sæcula vita.

vita longa, ætas Sibyllæ. Propert.

At me non ætas mutabit tota Sibyllæ.

Pyliæ senectæ fama.

M A N E T.] mihi parata est. vt supra:

Te manet inuictus Romano Marte Britannus.

Catullus: *Scelest! & te ue? qua tibi manet vita.*

Horatius: *Qua finis, aut quod me manet stipendium.* Item: *Sed omnes vna manet nox.* Alio modo dicitur vita manere Virgilio pro superesse 6. Æn.

Quique sacerdotes casti, dum vita manebat.

T A M E N *mutata figuram.*] seu longa me vita exspectat, sed in alio corpore, siue humano, siue ferino. alludit enim ad μετεμψύχωσιν Pythagoræ, de qua Plato sub finem lib 10. & vlt. de legibus, vbi Orpheus vitam in corpore Cygni deligit, auersatus humanum corpus odio mulierum: Thamyras in corpore Philomelæ: Aiax Telamonius in corpore Leonis: Agamemnon in corpore Aquilæ. Sic Ennius se mutatum in Pauû somniauit, & animam Homeri in suum corpus immigrasse. Ennij verba leguntur apud Priscianum: *Memini me fieri Pauum.* Persius: *Postquam destertuit esse Mæonides, quintus Pauone ex Pythagoreo.* Horat. epist. priore lib.2.

Ennius & sapiens & fortis & alter Homerus,

Et Critici dicunt leniter curare videtur. vide Ouidium 15. Met. ab eo versu: *Morte carent animæ.* hoc Pythagoreo dogmate lusit bellè Ausonius in Pullipremonem:

Pythagora Euphorbi, reprimas qui semina rerum:

Corporibusque nouis das reduces animas:

Dic quid erit Marcus, iam fata nouissima functus,

Si redeat vitam rursus in aëriam?

Quis Marcus? feles nuper pullaria dictus,

Corrupit totum qui puerile secus.

Peruersæ Veneris postico vulnere fossor:

Lucili vatis Subulo, pullipremo.

A *Non taurus, non mulus erit, non Hippocamelus,*

Non caper, aut aries, sed scarabæus erit.

Alij libri: *figura.* sed & probum, *figuram*, synecdoche Poetica, quo de genere schematis dixi ad illud: *Tondeturque seges maturos annua partus.* sic Propert. *Io versa caput.* & Virg. 1. Æneid.

——— *vt faciem mutatus & ora cupido.*

Latè dictum quid, *mutare figuram* ad illud supra: *Cantu veteres mutare figuras.*

S E V *finget me equum*] equi formam mihi tribuer vita altera, & longa ætas. fingi dicitur equus vel cum à natura creatur. quæ rebus omnibus dat figuram & formam: vel cum à magi-

B stro quasi instituitur & docetur:

Inque vicem modo directo contendere cursu

Seu libeat curuo melius contendere gyro.

Horat. ep.1. lib. 2.

Fingit equum tenera docilem ceruice magister

Ire viam qua monstrat eques. Idem od. 6. lib. 3. *Fingi artibus.* & homines fingir fortuna variis moribus. Virg. 2. Æneid. *Nec miserum fortuna Sinonem finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.* Ludit enim figuli more.

D O C T V M *percurrere.*] vt Horat. od.13. lib. 4. *Doctæ psallere chiæ Pulchris excubat in genis.* Propert. *Par Aganippeæ ludere docta lyra.* Doctus

C equus qui didicit monstrante magistro. sic supra: Taurus & vitis doceri & discere dicuntur. Virg. 3. Georg. -- *atque equitem docuere sub armis.* *Sapiens equus* ironicè Plaut. in Asinaria: *Neque te equus vllus magis sapiens.* vetus Comicus apud Charis. *Planè equino es pectore. Daue, ne pœna appone.* Percurrere campos Schema, quo præpositio addita verbo, reddenda nomini, pro, currere per campos. dictum supra:

Nulla per aërias volucris perlabitur auras.

C A M P O S *rigidos.*] durum solum, vt sonipes sit. Sic Virg. 2. Georg.

D *Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor Tellurem Borea rigidam spirante mouere.*

Sed non nisi hiberni temporis id epitheton. malim igitur *rigueos*, quia Ennius de equo dixit:

Fert sese campi per cærula lætaque prata.

Id ante me vidit Achilles Statius. Varro 4. de ling. Lat. quod ex agro plano fructus capiebat, campus dictus. Imo, inquit Scaliger, καμπὴ vox Sicula significat, ἱππόδρομον, & καμπτῆρ, flexus est equorum circa metas. Camporum autem opportuna mentio, quia illis gaudent equi, vnde specie prouerbij dixit Plato in Theætero: ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖ, Σωκράτη εἰς

E λόγους.

S E V *sim taurus gloria tardi pecoris.*] Gloria, decus, ornamentum, quasi Cleoria. deducitur enim à κλέος. notatum supra:

Non tua Maiorum contenta est gloria fama.

de Tauro sic Virgilius in Daphnide:

Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ;

Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis:

Tu decus omne tuis. Vterque autem sumpsit ex Homero in lib. 2. Iliad.

Ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων

Ταῦρος· ὁ γάρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσι.

Sicut bos armento valde eximius fuit omnium

Taurus: hic enim bobus tendecet congregatis.

M

TARDI *pecoris.*] vet. lib. Tardus, vt referatur ad taurus. Tardum pecus ab inceſſus tarditate, & grauitate ac mole pecoris, vt boues. Ipſe in eleg. 1. lib. 2. A

Nec tamen interdum pigeat tenuiſſe bidentem
Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues.

Ab ipſius pecoris tarditate, qui boues agunt tardi bubulci vocantur. Virg. ecl. 10,

Venit & Opilio, tardi venêre bubulci.

Catull.

Vertor in occaſum, tardum dux ante Bootem,
Qui vix ſero alto mergitur Oceano.

Quod Tibullus *pecus tardum*, Virgilius in Sileno: *gregem magnum* vocat, & *armenta.* Bucera ſecla Lucretio lib. 5. pro genere bubulo: B

Lanigeraque ſimul pecudes, ac bucera ſecla.

& lib. 2.

Lanigeræ pecudes & equorum duellica proles
Buceriaque greges. Bucerum, pro bubulum, inquit Feſtus: & Nonius in *Bucerium*, & in *greges* fem. gen.

SIVE *ego volucris vehar per æthera liquidum.*] id eſt, factus ales, mutatus in auem. vt Orpheus in Cygnum, & Thamyras in Luſciniam, & Agamemnon in Aquilam. Volucres dici etiam apes admonuimus ſupra ad illud: C

Nulla nec aërias volucris perlabitur auras:

vbi dixit, *perlabi auras*, quod hîc *vehi pēnis per æthera.* Vehi per æthera, quod Horatius, *ferri per æthera.* *Non vſitata, nec tenui ferar*

Penna biformis per liquidum æthera vates.

vehi per inania dixit ſupra:

Iuppiter ipſe leuis vectus per inania curru.

Ouidius:

Omnes quæ liquido libratis in aëre pennis.

Horat. *Nititur pennis.* Lucret.

Hic vbi nixari nequeunt, inſiſtereque alis.

Ouid. el. 2. lib. 5. Triſt.

Quot tenerum pennis aëra pulſat auis. D

& in fabula Andromedæ:

Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.

Virg. 6. Æneid.

Liquidumque per aëra lapſæ. ſic liquidæ nubes 5. Æneid. *Liquidiſſimus æther* Lucretio.

PENNIS.] *pennæ in auibus*, inquit Iſidorus, *quod in acutum id eſt pinnum deſinunt, vnde & bipennis ob geminum acumen ferri.* ego potius à pennendo, quod his nixæ aues in aëre pendeant: *Pennere*, pro, pendere, vnde *diſpennēre.* Plauto, & tenus à tendendo: & *tennitur*, pro tenditur, quod apud Terentium Donatus agnoſcit.

IN *quemcumque.*] veteres libri, *Quandocumque. in quæcumque, aut quodcumque.* malim, *quamcumque* κατὰ κοινὸν, figurā dixit enim ſupra: *Mutata figuram.* fortaſſe legendum & interpungendum:

Quandocumque hominem me longa receperit ætas.

hoc eſt, Cum tandem poſt varias figuras brutorum animalium aſſumptas, in humanam formam rediero, incœpta de factis & laudibus tuis carmina abſoluam.

LONGA *ætas.*] longa futura, in aliis corporibus ſemper nouanda forma: *longam vitam* dixit ſupra.

RECEPERIT.] admiſerit, velut in hoſpitium alterius corporis. nam recipiuntur, & excipiuntur hoſpites & aduenæ. Virg. 4. Æneid.

Eiectumque littore egentem Excepi. quod Ouid. 14. Metam.

Excepit Aeneam animoque domoque Sidonis.

Plautus in Pſeud. & Moſtell. *Orcus eum ad ſe recipere noluit.* Ouid. 14. Metam.

——*Semperque priore relicta*
Sede, nouis domibus viuunt, habitantque receptæ.

Receptare etiam ſe ſtellæ dicuntur, cum in certa domicilia diſcedunt. Virg. 1. Georg.

Frigida Saturni quo ſeſe ſtella receptet.

ME *hominem.*] antea.

INCEPTIS *de te:*] vt initio panegyrici: *Incipiam tamen.*

SVBTEXAM.] alia aliis ſubiungam, & aptè ſubnectam. hoc eſt quod ante dixit:

Inde alios aliosque memor componere verſus.

alio modo Virgil. 3. Æneid.

—— *cælum ſubtexere fumo.*

Plin. cap 12. lib. 25. *Singulis morborum generibus remedia ſubtexemus.* Auſon. ep. 37.

Licia qui texunt & carmina, carmina Muſis,
Licia contexunt, caſta Minerua tibi
Aſt ego rem ſociam non diſſociabo, Sabina,
Verſibus inſcripſi, qui mea texta meis.

dixit ſupra:

Nec tua te præter chartis intexere quiſquam
Facta queat.

CARMINA.] vet. lib. nomina, vt ſupra:

—— *ne tanto careat mihi nomine charta.* Item:
Vt tantum noſtris inſcribam nomen in actis.



PRAELECTIONES SOLLENNES PASSERATII IN PROPERTIVM.

IN ELEGIAM I.



CYNTHIA.] Eadem fictione à Cyntho Cynthia Propertij dicta, qua à Delo Delia Tibulli, eodem scilicet nomine cum sorore Phœbi, moribus tamen dissimillimis. Sidonius Apollinaris ad Hesperium. *Reminiscere quod sæpe versum Corinna cum Nasone compleuit, Lesbia cum Catullo, Cesennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo.* Apuleius Apolog. priore: *Eadem igitur opera accusent C. Catullum quod Lesbiam pro Clodia nominarit, & Ticidam similiter, quod quæ Metella erat, Perillam scripserit, & Propertium quod Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet, & Tibullũ quod ei sit Flauia in animo, Delia in versu.* Nescio tamen an *Hostiliam* in Apuleio legendũ sit, vt propinqua fuerit Tulli Hostilij, cuius frequens à Poëta hoc fit mentio. sed & Hostius Hostilius dictus proauus Tulli Hostilij tertij regis Romanorum. Liuius libr. 1. meminit Cynthiæ etiam Iuuenal. initio sat. 6.

PRIMA.] el. 12. infra:

Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.

sic dicitur à Virg. 4. Æneid.

Postquam primus amor deceptam morte fefellit.

& Ouid. 1. Met.

Primus amor Phœbi Daphne Peneia.

& in Epicedio Tibulli:

Altera cura recens, altera primus amor.

& eleg. 14. lib. 3.

Illa rudes animos per noctes conscia primas
Imbuit. —— . De Licinna: sed adhuc tum tyro in amore, & verus amor ille non fuit. Sed *prima* in primis, vt veteres Grammatici exponunt illud Virg. 1. Æneid.

Troiæ qui primus ab oris.

CEPIT *me.*] in ditionem ac potestatem suam redegit. Translatio est aut à venatione, aut à bello, qua & vsus, el. 3. lib. 2.

Nec te tam facies, quamuis sit candida cepit.

& el. 30. lib eiusdem:

—— *Tollere nunquam*
Te patietur humo lumina capta semel.

item Tibull. el. 4. lib. 1.

Quæ tua formosos cepit sollertia?

Meleager in epigr. 82.

Καλὸς ἔσως ὁ παῖς ἐν αἰθέρι δίοισος ἥκω,
Τοῖς σοῖς ἀγκάλαις ὄμμασι ημάριον.

A Hinc Plaut. Milit. sc. 11. *Oculis venaturam facere,* dixit. & Ouid.

Decidit in casses præda petita meos.

& Propert. el. 1. lib. 2.

Vna meos quondam prædata est femina sensus.

Amans est mancipium, amor seruitium. hinc Virg. ecl. 1.

Postquam nos Amaryllis habet. Nempe vt Dominus mancipium. & Horat. od. 13. lib. 4. carm. *Quæ me surpuerat mihi.*

& oda 33. lib. 1. carm.

Grata detinuit compede. & oda 11. lib. 4. carm.

Tenetque grata compede vinctum.

B videlicet tanquam seruum suum in ergastulo. Plaut. Trucul. sc. 2. act. 1. *Nam aduorsum legem à me ob meam scripturam pecudem cepit.* (me amantem scilicet.)

MISERVM.] Theocrit. in Hyla sub finem σχέτλιοι οἱ φιλέοντες. id est, *miseri amantes*, vt noster loquitur infra el 6. & el. 20. lib. 2.

Durius in terris nihil est quod viuat amante.

vnde *infelix Dido* identidem apud Virgilium, & Catull. *Dijs inuitis desinis esse miser*; id est, desinis amare. Plaut. Persa: *Qui amat, ærumnas Herculis superat.* & Asin. *Vt miser est qui amat?* & Cistell.

C act. 2. sc. 1. *Amor commentus est carnificinam.* Lege elegiam 5. infra:

SVIS.] non vacat significantia, id enim est formosissimis, vt propria sit ea laus Cynthiæ: sic eleg. 26. lib. 2.

Quod si forte tuos vidisset Glaucus ocellos
Esses Ionij facta puella maris.

OCELLIS.] ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. id est, ex oculis enim & adspectu nascitur hominibus amor, vt prouerbialis est Græcorum senarius. Ipse eleg. 19. infrà:

Non adeo leuiter nostris puer hæsit ocellis.

D & eleg. 15. lib. 2.

Si nescis oculi sunt in amore duces.

& 32. el. lib. eiusd.

Qui videt, is peccat, qui te non viderit ergo
Non cupiet: facti crimina lumen habet.

item el. 21. lib. 3.

Creuit enim assiduè spectando cura puellæ.

Virg. 3. Georg.

Carpit enim vires paulatim, vritque videndo
Femina. & Æneid. 1.

Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo
Phœnissa. Theocrit. Pharm. ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην.

& Ouid. ep. Paridis ad Helenam:

Sed non est rationis amor.

E T *furor hic.*] ἐρωτομανία, siue insanus amor. Plato in Phædro quatuor species μανίας θείας statuit: Μαντικὴν ἐπίπνοιαν Ἀπόλλωνος· Διονύσου δὲ τελεστικήν· μουσῶν δ' αὖ ποιητικήν. τετάρτην δὲ Ἀφροδίτης καὶ ἔρωτος, ἐρωτικὴν μανίαν ἐφήσαμέν γ' ἀρίστην εἶναι. id est: Veratricem inspirationem Apollinis: Liberi mystica initia: Musarum Poëticum afflatum: quartam Veneris & Amoris; diximus autem omnium præstantissimum illum furorem. Propert. el.5. infra: *Quid tibi vis insane meos sentire furores?*

& eleg. 4. infra:

Hæc sed forma mei pars est extrema furoris.

Horat. oda 11. epod. *Inachia furere.* Virg. ecl. 10.

Certè siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas
Seu quicunque furor. & 1. Æneid.
Furiis Aiacis Oilei. & 3. Georg.
Furor est insignis equarum. ibidem:
In furias ignemque ruunt.

& 4. Æneid.

—— *totaque vagatur Vrbe furens.*

& mox: —— *nec famam obstare furorè.*

N O N *deficit mihi.*] non deest, non abest, nec cessat, nec minuitur. & rectè *deficit* de igni amoris, vt Virg. 2. Æneid. *Qua deficit ignis.* sic deficere solem dicimus. Propert. el.5. lib.4.

Qua venit exoriens, qua deficit.

id est, occidit Sol & Luna. Priscian. lib.8. *Deficio & pro relinquo, & pro deficiscor.* infra hac elegia:

Et nullo vacuus tempore defit amor.

& eleg. 8.

Nec me deficiet nautas rogitare citatos.

vide adnotata ad el. 16. infra:

Et mihi non desunt turpes pendere corollæ.

I A M *toto anno.*] eodem sensu, quo el.16.l.3.

Peccaram semel, & totum sum pulsus in annum.

& eleg. vlt.

Quinque tibi potui seruire fideliter annos.

& eleg.8. lib.2.

Ergo iam multos nimium temerarius annos
Improba qui tulerim.

Tibull. eleg.6. lib.2.

—— *tacito cum saucius annum.*

An totis annis, pro, omnibus? Sic Plaut. milite, act. sc. 2. *Cui bini custodes semper totis horis accubant.*

C V M *tamen cogor.*] cum interea, siue quamuis. Cum, inquit Diomedes, etiam præsenti iungitur. Virg. 1. Æneid. *Cum venit aulæis*, &c. Lucill. apud Nonium in *Appellare*: *Cum mei me adeunt seruuli, non dominam ego appellem meam.* Catull. *Cum tamen magis audiens flet, quia ire necesse est.* Propert. el.7. lib.3.

Cum furibunda mero mensam propellis, & in me
Proiicis insana cymbia plena manu.

Plaut. Amphit. sc.1. *Grauidam hic reliqui cum abeo.* Mostell. act.1. sc.3. *Quin tu te exornas lepidis moribus cum lepida tute es.* Virg. 9. Æneid.

Cum tamen omnes ferre libet.

Ouid. el.vlt. lib.4. Trist.

Iamque decem vitæ frater geminauerat annos
Cum perit, & cœpi parte carere mei.

H A B E R E.] experiri, iis vti aduersis, vt

A eleg. vlt. lib. 4.

Num minus immites habui Cornelia parcas.

A D V E R S O S *Deos.*] aduersi Dij, vt venti: sic eleg. 14. infra:

Nam quis diuitijs aduerso gaudet amore?

& eleg. 25. lib.2.

Mendaces ludunt flatus in amore secundi.

Deos dixit etiam de amica, Venere sua vt eleg. vlt. lib. 2.

Solum te nostros lætor adire Deos.

sic Ouid. eleg.11. lib.2. amor.

Et vehicam nostros aduehit illa Deos.

M I L A N I O N.] fabula est apud Ouid. 2.

B de Arte:

Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa viri.
Sæpe suos casus, nec mitia facta puellæ
Flesse sub arboribus Milaniona ferunt. idem 3.
Milanion humeris Atalanta crura ferebat.

& el. 2. lib.3. amor.

Talia Milanion Atalantæ crura fugacis
Optauit manibus sustinuisse suis.

Scribitur in veteribus libris, *Melanion*, vt ei in é longum vertatur. Apollod. lib.3. vbi duces belli Thebani numerat: Παρθενοπαῖος Μελανίωνος. Ibidem dicitur Amphidamantis filius, Lycur-
C gi nepos. Palæphatus Milaniona eundem cum Hippomene facit. Apollodorus lib. 3. eodem modo fabulam narrat, quo Propertius. At alijs idem *Milanion*, *Hippomenes*, *Hippomedon* & *Meleager*.

N V L L O S *fugiendo labores.*] nihil recusando, omnia perferendo, omnes labores subeundo, obsequio vicit. De quo Tibullus eleg. 4. lib.3.

Obsequio plurima vincit amor.

& Ouid. 2. de arte amandi.

T V L L E.] huius Tulli meminit infra, eleg. 6. & eleg. vlt. huius libri, & eleg. 21. lib.3. vnde
D colligitur Cizycenis præfuisse, vel Asiam pro Consule obtinuisse: Dio lib. 49. in fine scribit L. Volcatium Tullum collegam fuisse Augusti in secundo consulatu, si forte hic noster esse possit.

C O N T V D I T.] fregit, contriuit, domuit. Ipse eleg.2. lib.4.

Atque Sabina feri contudit arma Tati.

Virgil. 1. Æneid.

—— *populosque feroces Contundet.*

Horat. oda 3. lib.4. carm.

Regum tumidas contuderit minas.

Ouid. 1. de arte:

E *Atque animos placida contudit arte feros.*

Tibull. el.6. lib.3.

Ille facit dites animos: ille ferocem
Contudit: & dominæ misit in arbitrium.

Albinouanus ad Liuiam:

Ille genus Sueuos acre, indomitosque Sicambros
Contudit, inque fugam barbara terga dedit.

S Æ V I T I A M *duræ Iasidos.*] asperitatem immitis Atalantæ. Iasus pater Atalantæ Apollod. lib.3. Ἰάσου δὲ καὶ Κλυμένης, τῆς Μινύου, Ἀταλάντη ἐγένετο. Callimach. hymno Dianæ versu 215. & 216. ab Higin. Fab. 70. & 99. vocatur *Iasius*; *Iason* nominatur à Scholiaste Apollonij: Ἀταλάντη Ἰάσονος θυγάτηρ, ἣν ἔγημε Μελανίων. ἐπίσης γὰρ ἦν ἡ Ἀρχαίων, ἡ

Σχοινέως, ἐν ὄρει ἐκτεθεῖσαν. *Iasion*, appellatur ab Æliano initio lib. 13. de varia historia, vbi explicatur fabula hæc Atalantæ. Nec mirum sæuam fuisse: nam ei à patre expositæ vrsa præbuisse dicitur vbera. Apollod. lib. 3. ἄρκτος δὲ φοιτῶσα πολλάκις θηλὴν ἐδίδου. Ælian. loco antedicto.

N A M *modo errabat amens.*] Virg. 4. Æneid.

—— Totaque vagatur Vrbe furens.

amens autem, quia amans, nullo viuens consilio, & nullam animi mentem habens, vt loquitur Plautus. Rectè autem coniunxit amentiam & errorem: nã & *amor error malus est*. Virg. eclog. 8. & *furor, error animi*. Horatio & Lucretio, & Cicer. 3. Tuscul. ex Homero.

I N *antris Partheniis.*] Ælianus initio lib. 3. de varia historia expositam fuisse in Parthenio monte Atalantam scribit. Apollod. lib. 2. & 3. παρθένιον ὄρος in Arcadia commemorat, vbi educatus sit Telephus. vide Plin. cap. 6. lib. 4. Strabon. lib. 8. vbi mons ille πάρθενος dicitur, nisi sit mendum. Seruius ad illud ecl. 10.

Parthenios canibus circundare saltus,

montem Arcadiæ Parthenium ait, dictum ἀπὸ τῶν παρθένων. id est à virginibus, quæ illic venari consueuerant. ἄντρον verò Græcum est, παρὰ τὸ αἴτω, quod est supplico, quia in antris Deos habitare & illic iis supplicare moris erat. alij ἀπὸ τοῦ ἄνω τετρῆσθαι, quod superiore parte terebratum sit ad lucem accipiendam. De antro Parthenio, & spelunca Atalantæ Ælianus initio lib. 3. Var. hist. & Callimach. hymno in Delum versu 71. & Scholiastes ibidem.

E T *ille ibat videre.*] ἑλληνισμός, vt eleg. 19. infra:

—— processerat vltra

Raram sepositi quærere fontis aquam.

& eleg. 6. infra:

—— Seu pontum carpere remis Ibis.

& eleg. 16 lib. 2.

Semper in Oceanum mittunt me quærere gemmas.

Horatius:

Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes.

Terent. Hecyr. *It visere ad ægram.* Donat. ad illud Phorm. *Vultisne eamus visere, vt populare penates Venimus.* Ennius in Sotadico apud Varronem: *Ibant viere malacam Veneriam corollam.* Statius 8. Thebaid.

Ibat enim magnum lacrymis inflectere patrem.

Apuleius lib. 6. *An maritum tuum interuisere venisti?*

H I R S V T A S *feras.*] vt vrsos, leones, apros villis asperis & horrētibus tectos. Ouid. 5. Fast.

At postquam virtus annis adoleuit, in apros
Audet, & hirsutas cominus ire feras.

λάσιοι θῆρες. hirsutæ & villosæ feræ. sic *hirsuta castanea, hirsutum supercilium*. hirsutum etiam libidinosum. Ouid.

Sumpserit annales, nihil est hirsutius illis.

vt hic *hirsuta fera*, sic & Virg. 8. Æneid.

Villosi pelle leonis. & Ouid. in fragmento Halieutici: *Actus aper setis iram denunciat hirtis.* vnde & setosus aper.

I L L E *etiam.*] Milanion.

P E R C V S S V S *vulnere rami.*] vet. lib. *Perculsus pondere.* Afflictus & prostratus, velut ruina ictus grauissimi. sic Seneca in Hercule Oetæo:

A *Posuitq. claua pondus.* id est, grauem clauam. habet & alia lectio suum sensum. *Vulnus rami*, aut quod ramus fecit, vt 2. Æneid.

Vulnere tardus Vlyssei. & 6.

Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

aut *vulnus*, pro, ictu; vt 5. Æneid.

Multa viri nequicquam inter se vulnera iactant.

R A M I.] Ramus, pro claua: vt eleg. lib. 4.

Mænalio iacuit pulsus tria tempora ramo.

Seneca in Hercule Oetæo vocat *nodum*. aut simpliciter ramo arboris pro telo vsum Hylæum intelligemus. vt apud Lucret. lib. 5.

Arma antiqua, manus, vngues, dentesque fuerunt:
B *Et lapides, & item siluarum fragmina rami.*

Ramis quoque, imo & solidis arboribus Centauri cum Lapithis pugnant apud Ouid. 12. Metam. Idem tamen 2. de arte amandi sagitta percussum, ait:

Sensit & Hylæi contentum saucius arcum.

H Y L Æ I.] pro Hylæij. Sic elegia proximè sequenti: *Thesea carina.* & eleg. 3. *Orphæa lyra.* el. 22. lib. 3. *Persea manu.* eleg 16. lib. 2. *Saxo Ceraunio*, pro Ceraunio. Et *Cephaam Meroen*, pro Cepheiã. sic Ouid. 5. Fastor.

Pectora traiectus lynceo Castor ab ense.

C pro, lynceïo. Stat. 1. Siluar. in epithalamio Stellæ: *Parnaßus honor.* pro, Parnassius. Hylæum Centaurum commemorat. Horat. oda 12. lib. 2. & Ouid. 2. de arte amandi. Apollodorus, lib. 3. de Atalanta: Ῥοῖκος καὶ Ὑλαῖος Κένταυροι κατατοξευθέντες ὑπ᾽ αὐτῆς ἀπέθανον, quia scilicet illi vim inferre conati essent. Idem scribit Ælianus initio lib. 13.

S A V C I V S.] δὶς τὸ αὐτό. vel est ἀσύνδετον, pro percussus & saucius, nisi tempore præcedat, *percussus*, deinde sequatur *saucius*, vel distinguendum, vt *percussus* telo Hylæi, *saucius* telo Cupidinis. & posteriori sententiæ fauet. Ouid.

D 2. de arte:

Sensit & Hylæi contentum saucius arcum:
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.

Saucij enim animo amantes. Ennius: *Animo ægra amore sæuo saucia.* Virg. 4. Æneid.

—— saucia cura.

Ouid. lib. 3. Fast.

Saucius & sanus nunquam tua signa reliqui.

I N G E M V I T *Arcadijs rupibus.*] in antris Partheniis gemitu dolorem suum testatus est. vt Virg. 4. Georg.

Septem illum totos perhibent ex ordine menses
E *Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris.*

Vel gemendo vicem suam apud rupes conquestus est, tertio casu: vt *Flere præsenti puellæ. Fleuerat Ascanio & aquoribus*, &c. Sic ipse eleg. 18. libr. 1.

Pro quo diuini fontes & frigida rupes, &c.

Ouid. 13. Metam.

Qui nunc vt memorant siluestribus abditus antris
Saxa mones gemitu.

E R G O.] itaque tandem. Donat. *Ergo est velut reprehendentis tarde sibi consentientem.*

P O T V I T *domuisse.*] sæuitiam puellæ contudisse. sic Stat. 10. Thebaid.

—— paullum si tardius artus
Cessissent, potuit fulmen meruisse secundum.

PVELLAM *velocem.*] Ouid.in Ibin.

Et qui velocem frustra petere puellam
Dum facta est pomis tardior illa tribus.

Stat.6.Thebaid. *Quis Mænalia Atalanta*
Nesciat egregium decus, & vestigia cunctis
Indeprehensa procis?

Immeritò Muretus Volscum repræhendit, quod huc pertinere censuerit illud Catulli.

Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum.

Scribit enim Apollodor. li.3. velocissimam fuisse, & cursu certasse cum Milanione, ac victam aureis malis: quamuis Ouid. aliter fabulam narret 10. Metam. ab Æliano quoque initio lib. 13. ὠκίστη τοὺς πόδας dicitur, & cursu feras consecuta.

TANTVM.] Epiphonema. vt eleg.8.lib.2.

Tantus in erepto sæuit amore dolor. Virg.1.Æn.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

VALENT *preces.*] id est, tantam habent vim. Tibull.eleg.4.lib.3.

Ergo ne dubita blandas adhibere querelas,
Vincuntur molli pectora dura prece.

Propert.eleg.8.infra.

Vicimus, assiduas non tulit illa preces.

Apud Homerum Iliad.9. vt ait Phœnix Achilli

— λιταί εἰσι κοῦραι Διὸς μεγάλοιο. Preces sunt filiæ Iouis magni.

ET *benefacta in amore.*] merita dixit Ouid.

Succubuit meritis trux tamen illa viri.

Sic eleg.1.lib.2.

Cimbrorumque minas & benefacta Mari.

Virgil.3.Georgic.

Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertisse graues.

AMOR *tardus.*] vel hebes, cui conuenit quod sequitur: *Non vllas cogitat artes.* eum sollers esse soleat; nam *Ingenij est experientis amor,* inquit Ouid. & Tibull.

Fallendique vias mille ministrat amor.

vide Propert.eleg.10.infra. & Tibull. eleg.2.li.1. vbi Venus docet amantes. vel *tardus,* lentus, grauis, segnis ad opem ferendam. ele.8. infrà:

Sunt igitur musæ, nec amanti tardus Apollo.

& eleg.12.lib.2.

Immotæ manent, manet & puerilis imago.
Sed certè pennas perdidit ille suas.

Tibull.eleg.vlt.lib.1.

At lasciuus amor rixæ mala verba ministrat,
Inter & iratum lentus vtrumque sedet.

& el.4.infr. — *Cum rapto cessat amore Deus.*

Tardus amor, qui alas premit, vt el.9.infra.

Nullus amor cuiquam faciles ita præbuit alas,
Vt non alterna presserit ille manu.

vide adnotata ad illud el.12.lib.2.

Sed certè pennas perdidit ille suas.

NON *cogitat vllas artes.*] nullam rationem comminiscitur, qua possim frui amica. *Cogitat,* pro excogitat, simplex pro composito. vt el.3. infra *Ponebam corollas,* pro imponebam. & alia id genus passim. *Artes,* sollertiam, dolum, consilia. Virg.1.Æneid.

At Cytherea nouas artes, noua pectore versat
Consilia. & 12.Æneid. — *per artem*
Fœdera turbasti. & el.2.lib.3.

A — *austeros arte ferire viros.*

IN *me.*] ambiguè. vel, *in me tardus,* vel, *in me cogitat,* vt me torqueat. Sic infra.

In me nostra Venus noctes exercet amaras.

& eleg.6.lib.3.

In te pax mihi nulla placet. & eleg.5.lib.4.
Et canis in nostros nimis experrecta dolores.

NEC *meminit.*] dedidicit, desueuit, nescit. Eleg.10.infrà:

Nec meminit iustas ponere læsa minas.

IRE *vias notas, vt prius.*] ἀλληγορικῶς, pro, tenere morem antiquum. antea enim solitus erat
B huc illuc volitare, nec in vllo certus manere loco, cuius nunc cõsuetudinis oblitus videtur. Sic eleg.25.lib.2. *Vnusquisque sua nouerit ire via.* & eleg.30.lib.2.

Nos modo propositum, vita, teramus iter.

& citra allegoriam eleg.8. infra.

Destitis ire nouas Cynthia nostra vias.

Quo pertinet illud Pythagoræ præceptum: λεωφόρον μὴ βαδίζειν. id est, publica via non esse incedendum, id est: non esse sequendum errorẽ vulgi. & consuetudinem. propriè dictum ite viás: nam vt Diomed. lib. 1. *Euntur à nobis viæ.*
C Cicero epist.18. lib.2. ad Atticum dixit, *iti via.* quod barbarismo dicitur, ambulare viam. Fab. cap.9.lib.1.

AT *vos.*] At conuenit ἀποστροφῇ. vt

At vos æquoreæ formosa Doride natæ.

& eleg.27.lib.2. *At vos incertam &c.* Virgil. 8. Æneid. *At vos ô superi, &c.*

QVIBVS *est fallacia.*] Palmerius ex coniectura, *Pellacia.* somnium hoc ad alium deferat coniectorem. Est autem permutatio significationis: vt enim *ars* pro fallacia, sic *fallacia* pro arte, sed fraudulenta & mendaci, vt dicitur
D τέχνη & κακοτεχνία. Plin.cap.3. lib.29. *Vt est magorũ sollertia occultandis fraudibus sagax.* & cap.1.lib.30. *Magia* dicitur *fraudulentissima omnium artium.* Pacuuius apud Ciceronem 1. de diuin. *Non vicanos aruspices, non de circo astrologos.* & Cicero ipse lib.2. *Tota res est inuenta fallacijs, aut ad quæstum: aut ad superstitionem: aut ad errorem.* vnde Horat. satyr.6.lib.1.

Fallacem circum vespertinumque pererro
Sæpè forum. & Propert.el.4.lib.2.
Nam cui non ego sum fallaci præmia vati?
Quæ mea non decies somnia versat anus?

& ele.12.lib.3. *Circæ fraudes.* Virg.ecl.3.

E — *Fallax herba veneni.* & Senec. in Medæa. *Cælo petam venena, iam nunc tempus est Aliquid mouere fraude vulgari altius.* id est, arte veneficarum.

DEDVCTÆ *lunæ.*] non deducendæ, vt ostendat artem iam esse experientia firmatam. Tibull.el.8.lib.1.

Cantus & è curru lunam deducere tentat.

Ouid.12.Metamorph.

Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpè reluctantis constabat cornua Lunæ.

Idem el.1.li.2.amorum.

Carmina sanguineæ deducunt cornua lunæ.

Horat.oda 5.epodon. *Lunamque cælo diripit.* Virgilius ecl.8.

Carmina vel cælo possunt deducere lunam.

deductionis lunæ meminit Apollon. lib. 4. vbi eius Interpres sic scribit: *αἱ φαρμακίδες κατάγουσι τὴν σελήνην.* Sic *καθαιρεῖν τὴν δῖαν.* Plutarchus in Numa. Horat. oda 13. epodon. *Nubesque deducunt Iouem.* Id autem faciebant vt terræ propior luna spumam suam in herbas infunderet. Lucan. lib. 6.

Et patitur tantos tantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Hinc ele. 28. lib. 2.

Et iam luna negat toties descendere cælo.

Petron. *Solet*, inquit, *fieri, & præcipuè in hac ciuitate, in qua mulieres etiam lunam deducunt.*

Idem. —— *lunæ descendit imago*
Carminibus deducta meis. Oui. ep. Hypsipyles.
Illa reluctantem cursu deducere lunam
Nititur. vide Stat. lib. 6. Thebaid. hac de re.

E T *labor.*] industria & opus; quia nec facilè hoc fit, nec sine periculo. De hoc labore vide Horat. oda 5. epodon. *Labor piare*, vt Virgil. 6. Æneid. —— *euadere ad auras*
Hoc opus hic labor est. & 1. Æneid.
—— *Tuus ô Regina quid optes*
Explorare labor. eiusdem generis est & illud eleg. 2. infra. —— *Studium conquirere amantes.*

P I A R E.] placare. ele. 19. lib. 3.

Iram (matris) *natorum cæde piauit amor.*

& elegia 10.

Deinde coronatas vbi tute piaueris aras.

Item eleg. 7. lib. 4.

—— *Fracto busta piare cado.*

Horat. epist. 1. libr. 2.

Tellurem porco, Syluanum lacte piabant.

Ouid. epi. Herus.

Nec minus hesterna confundor imagine noctis
Quamuis sit sacris illa piata meis.

& 1. de arte amandi, —— *monstratque piari*
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.

Stat. 9. Thebaid. *Quanam hunc ego morte piabo?*

Idem valet 4. Æneid. —— *sacrisque litatis.* & apud Ciceron. in Vatin. *Puerorum extis Deos manes mactare.* & *purare sacra* apud Festum in *Prophetas.*

S A C R A.] An Deos? vt alibi.

Pauperibus sacris vilia tura damus.

Ouid. epist. Didus.

Sed neque fers tecum, nec quæ mihi perfide iactas
Presserunt humeros sacra, paterque tuos.

& 1. fastorum.

Iam pius Æneas sacra, sacra altera patrem
Adferet. gloss. vet. *sacrum*, ἱερὸν, θεῖον. & θεῖον, *sacrum, numen.*

I N *focis magicis.*] in aris structis ad Deos magicos placandos. *foci*, pro, aris: quibus superponebantur. Horat. oda 8. lib. 3.

Positusque carbo in cespite viuo. Sunt autem dicti à fouendo Ouidio & Festo. Dijs autem, quos magicos Tibullus vocat, aræ statuebantur. Virg. 4. Æneid. *Stant circum aræ.* & ecl. 8.

—— *Cinge hæc altaria vitta.*

Ouid. 7. Metamorph. de Medea.

—— *Statuitque aras de cespite viuas.*
Deteriore Hecates, ac læua parte Iuuentæ,
Has vbi verbenis, siluaque incinxit agresti,
Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit.

A E N.] inepti legunt eia. sed hoc ait. Ecce vbi vim artis vestræ exerceatis. agite ergo &c.

A G E D V M.] Festus: *Agedum, age modo.* & est hortantis aduerbium: ipse el. 10. lib. 4.

Cede agedum, & tuta limina linque fuga.

Stat. 1. Siluarum in epithalamio Stellæ.

Eia age præclaros Latio properate nepotes.

Seruius in 6. Æneid. *Dicitur age fac, & age facite.* Cicero pro Sylla: *Agedum conferte cum illius vita, vitam Syllæ.*

C O N V E R T I T E *mentem.*] Herbis & carminibus flectite ad me amandum. Philtrum
B innuit, de quo Horat. oda 5. epodon. vbi *desiderij & amoris poculum* dicitur. Virg. ecl. 8.

Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. Idem 4. Æneid.
Inueni germana viam gratare sorori
Quæ mihi reddet eum, vel eo me soluet amantem.

& mox:

Hæc se carminibus promittit soluere mentes.

Huc spectat Venus verticordia, quæ mentem à libidine ad pudicitiam verteret. Ouid. 4. fast.

Inde Venus verso nomina corde tenet.] Meminere Plinius, Valerius, Liuius, & Pausanias ἐπιστρο-
C φίαν Ἀφροδίτην notat in Atticis.

D O M I N Æ *nostræ.*] Et mariti & amantes ita vocant vxores & amicas. Tibull. el. 4. li. 2.

Si mihi seruitium video, dominamque paratam.

E T *facite illa palleat magis ore meo.*] arte vestra facite, vt pallore amorem suum testetur. pallor amoris est indicium. Apuleius lib. 10. *Signum amoris pallor deformis.* Propert. el. 9. infr.

Necdum etiam palles, vero nec tangeris igni.

& elegia 13.

Perditis in quadam, tardis pallescere curis
Incipis. Ouid. 1. de arte amandi.
Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti.

D Idem 4. Metamorph.

Nec tibi (Phœbe) *qui lunæ terræ propioris imago.*
Obstiteris, palles: facit hunc amor ipse colorem.

Tibull. el. 8. lib. 1.

Parce precor tenero: non illi sontica causa est,
Sed nimius luto corpora tingit amor.

Horat. od. 10. lib. 3.

Nec tinctus viola pallor amantium.

Pallorem suum Propertius infra elegia 5. commemorat:

Nec iam pallorem toties mirabere nostrum.

T V N C.] Refertur ad condicionem, quam quis impleuit.

E E G O *crediderim vobis.*] artem esse, quam fallaciam rebar.

E T *posse.*] Scilicet vos. Sic Tibul. el. 3. li. 1.

Nunc Dea, nunc succurre mihi: nam posse mederi
Picta docet templis multa tabella tuis.

D V C E R E *sidera & amnes.*] dilogia. nam alio modo *sidera ducuntur*, cum deducuntur de cœlo, vt supra, *deducta lunæ*, alio amnes, cum reducuntur, reuocantur sursum & retrotrahuntur: vtriusque rei exempla Tibul. el. 2. lib. 1.

Hanc ego de cælo ducentem sidera vidi,
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.

Virgil. 4. Æneid.

Sistere aquam fluuiis & vertere sidera retro.

Apollon. lib. 3. de Medea.

Καὶ ποταμοὺς ἵστησ' ἱεροὺς κελαδεινὰ ῥέοντας.
Ἀστράπτ', ἢ μήνης ἱερῆς ἐπέδησε κελεύθους.
Apuleius lib. 1. Asini: *Magico susurramine amnes agiles reuerti, solum subsideri: stellas reuerti.* Horat. lib. epod. oda 17.

Refixa cœlo deuocare sidera.

An ducere, pro duci, vt vertere, vehere, mutare pro suis passiuis.

CARMINIBVS.] magico susurramine, susurris, cantu, *ἐπῳδαῖς*.

CYTEINIS.] Colchicis. Scaliger, *Κύταια, κυταῖος*: sed claudicat, inquit versus. quare legendum: Cytei iuis. hæc ille. Scholiastes Apollonij: *Κύταια, πόλις Κολχικὴ, πατρὶς μηδείας.* vnde ele. 4. lib. 2.

Non hic herba valet, non hic nocturna Cyteis.

id est, Medea.

ET *vos.*] admonentis est.

AMICI.] Sic el. 24. lib. 3.

Quod mihi non patrij poterant auertere amici.

QVI *serò reuocatis lapsum.*] Prouerbialis sermo, hoc sensu. Nimis serò admonetis, vt caueam, ne in amorem incidam, cum iam præcipitauerim. sic in sera admonitione lusit Cato, cum percussus ab eo, qui ferebat arcam, audisset: *Caue*, rogauit, *num quid ferres præter arcam.* & Diogenes, cum dixisset, qui eum trabe percusserat, *φύλαξαι: πάλιν γάρ, ἔφη, με παίειν μέλλεις.* Tibull. simili specie prouerbij dixit eleg. 8. lib. 1.

Heu serò reuocatur amor, seroque iuuenta,
Cùm vetus infecit cana senecta caput.

Et Propert. el. 14. li. 2. *Cineri nunc medicina datur.* & Ouid lib. 2. el. 6. de Ponto.

Cum poteram recto transire Ceraunia velo
Vt fera vitarem saxa monendus eram.
Nunc mihi naufragio quid prodest dicere facto,
Qua mea debuerit currere cymba via.

Idem el. 11. lib. 2. Amor.

Serò respicitur Tellus, vbi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum.

& el. 3. lib. 1. Trist.

Et quanquam serò clypeum post funera sumo.

Virg. 2. Æneid. —— *Succurritis vrbi Incensæ.*

Eleganter Fab. cap. 7. lib. 2. *Plus proderit demonstrasse rectam protinus viam, quam reuocare ab errore iam lapsos.* paullò aliter dictum à Propertio el. 14. lib. 2.

Sed frustra mutos reuocabis Cynthia manes.

Lapsum autem rectè dixit, de eo qui in amorẽ incidit. sic eleg. 11. infra.

Vt solet amoto labi custode puella,
Perfida communes nec meminisse Deos. & el. 13.
Perditus in quadam tardis pallescere curis
Incipes, & primo lapsus adire gradu.

Plaut. Cistell. sc. 1. act. 2. *Amor me lapsum animi ludificat.* & Trinummo act. 2. sc. 1. *Qui in amore præcipitauit, peius perit, quam si saxo saliat.* Sic Seneca ep. 36. *Mente lapsi.* Tibull. lib. 4. eleg. 10. dixit: *Ne male inepta cadam.* id est, peccem adulterio. Virg. 4. Æneid.

Solus hic inflexit sensus, animumque labantem
Impulit. & Horat. oda 19. lib. 1.
Vultus nimium lubricus adspici.

QVÆRITA *auxilia.*] Medicinam & remedia: vt ele. 19. lib. 3.

A *Vnum erit auxilium mutatis Cynthia terris.*
Ouid. 1. de Remedio.

Vulneris auxilium Pelias hasta tulit. & 5. fast.
Sanguine Centauri Lernea sanguis Echidnæ
Mixtus, ad auxilium tempora nulla dabat.

sic & *opem* dixit ibidem: *Virus edax superabat opem.* vnde *opifer Apollo.* Stat. 3. Siluar.

Pergameas intrasse domos, vbi maximus ægris
Auxiliator adest, & festinantia sistens
Fata salutifero mitis Deus incubat angui.

& 2. Achill.

Quin etiam succos, atque auxiliantia morbis
Gramina. Apuleius Apol. 1. *An remedia nosse,*
B *& ea conquirere magi potius esse, quam medici, quam denique Philosophi putas, qui illis non ad quæstum, sed ad suppetias vsurus est?*

NON-*sani pectoris.*] Ægroti animi. Propert. eleg. 4. infra: —— *Sciet hæc insana puella.* elegia 14. lib. 2.

Scilicet insano nemo in amore videt. & ele. vlt.
—— *meos insanis amores.* Virg. 4. Æneid.
Tum sic vnanimem alloquitur malesana sororem.

PATIEMVR *fortiter & ferrum & sæuos ignes.*] Magno animo acerbissima quæque perferemus. Et hic prouerbialis sermo ductus à Medicis, qui mala quædam aliter insanabilia can-
C denti ferro inuruut, ne serpat latius. Ergo patiar, inquit, me secari & vri, quod vtrumq. acerbissimum. sic Horat. sat. 1. li. 1.

—— *nec (te demoueat lucro) hiems, ignis, mare, ferrum.* & oda 16. lib. 1. carm,

Tristes vt iræ, quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sæuus ignis, nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu. Ouid. 3. de arte.
In ferrum flammasque ruis, positoque decore
Fertur, vt Aonij cornibus icta Dei.

& lib. 1. de Remedio:

Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes.

D vel alludit ad formulam auctoramenti gladiatorum: *vri, vinciri, ferro necari.* Tibull. el. 9. l. 1.

Vre meum potius flamma caput, & pete ferro
Pectus & intorto verbere terga seca.

Ouid. 3. Met. —— *& dum crudelia iussa*
Instrumenta necis, ferrumque ignesque parantur.

& in epist. Acontij.

Vt valeant aliæ ferrum patiuntur & ignes,
Fert alijs tristem succus amarus opem.

Propert. el. 7. lib. 4.

Lygdamus vratur, candescat lamina vernæ.

MODO *libertas sit loqui, quæ ira velis.*] modo liceat queri, iubeat quæ splendida bilis, vt ait
E Horat. *Libertas loqui,* vt supra, *labor piare.* sic elegia 13. lib. 3.

Et data libertas noscere amoris iter.

Queruntur autem amantes quod sibi ne queri quidem liceat de amicarum sæuitia. ele. 5. inf.

Cum tibi singultu fortia verba cadent. & el. 9.
Nec tibi perpetuo libera verba fore. & el. 18.
Hic licet occultos perferre impune dolores.

Tibull. el. 5. li. 1.

Vre ferum & torque: libeat ne dicere quicquam
Magnificum posthac horrida verba doma.

Apud Euripidem in Phœnissis Iocasta. *τί φυγάσι τὸ δυσχερές; ἓν μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχει παρρησίαν. Δούλου τόδ' εἶπας*

μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ. Quid exuli graue? Polyn. Vnũ maxime quod non habet facultatem liberè loquendi. Ioc. Seruile istuc dicis non fari quod quis sentit.

FERTE *per extremae gentes, & ferte per vndas.*] asportate vel inuitum in vltimas terras & maria. Sic Cicero 3. Philipp. *Moueri sedibus huic vrbi melius est.* Virg. 3. Æneid.

Tollite me Teucri quascunque abducite terras.

ipse est eleg. 19. lib. 3.

Vnum erit auxilium mutatis Cynthia terris.

Et eleg. 30. lib. 2.

Quo fugis ab demens? nulla est fuga: tu licet vsque
Ad Tanaim fugias, vsque sequetur amor.

Vt Propert. *extremas gentes*, ita Cicero. 1. de nat. Deorum, *gentes orarum vltimas* dixit. per *gentes* iter terrestre, per *vndas* maritimum significat.

QVA *non vlla fœmina norit meum iter.*] qua neque virgo, neque mulier me sequi possit. Tibull. eleg. vlt. lib. 4.

Quà nulla humano sit via trita pede.

Virg. 11. Æneid.

Ferte ratem, seuique vadis immittere syrtis,
Quò neque me rutuli, neque conscia fama sequatur.

Cicero. 13. Philipp. *Vbi nec Pelopidarum nomen, neque facta audiam.* pro *fœmina* Palmerius *semita* legendum censet ineptissime. *Non norit iter.* quasi etiam per vndas vestigia possint exstare. Ouid. in epist. Leandri.

Iam patet attritus solitarum limes aquarum
Non aliter multa quam via pressa rota.

VOS *remanete, quibus Deus annuet facili aure.*) Sic Virg. 3. Æneid.

Viuite fœlices, quibus est fortuna peracta
Iam sua. ex facili aure, Amor ipse facilis intelligitur. Sic eleg. 13. lib. 2.

Quod si forte bonas ad pacem verteris aures.

Horat. *Vatis puerorum amicas applicet aures.*

Eleg. 9. infrà.

Nullus amor cuiquam faciles ita prabuit aures.

& eleg. 24. lib. 2.

Quod si iam facilis spiraret Cynthia nobis.

vice versa. Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Audiat auersa non meus aure Deus.

& eleg. 16. lib. 2. ——*surda negligit aure preces.*

DEVS.] κατ᾽ ἐξοχὴν καὶ ἀντονομασίαν, Amor. Sic eleg. 4. infrà.

Quam sibi cum rapto cessat amore Deus. & eleg. 12.
Num me Deus obruit. Horat. oda 14. lib. epod.
Deus Deus nam me vetat.

ANNVIT.] prisce, pro *annuit.* sic Ennius Abnueo dixit apud Diomedem.

Certare abnueo, metuo legionibu' labem. Id. ibid.
Abnuit sese mecum decernere ferro.

Sic Tibulli eleg. 2. lib. 2.

En age quid cessas, annuet ille roga. Ita vet. lib. Catull. in epithalamio Manlij contra posuit annuit, pro *annuat.*

Vsque dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.

ET *sitis pares.*] æquis animis & partibus ametis, respondentis in amore, *pares in amore*, ὁμόψυχοι καὶ ὁμόθυμοι, qui *mutuis animis amant, amantur*, vt ait Catull. Plaut. *Amare contra, qui est amor cultu optimus.* Cicero in Lælio. *Sint pares in amore, & æquales.* nam in amicitia non postulatur, vt alium plus amemus aut minùs, quàm nos. Hinc *amicus, animæquus*: Festus. eleg. 5. infra.

Et sine nos cursu, quo sumus ire pares.

Horat. vice versa.

Impares animos sub iuga mittere. Item.
Desinet imparibus certare summotus pudor. id est non redamantibus, vt & quæret iratus parem. Quæ exempla Horatij sic explicat Turneb. cap. 20. lib. 14. Ipse Propert. eleg. vlt. lib. 3. translationem aperit, cum ait:

Tu bene conueniens non sinis esse iugum:

Namque pares subeunt iuga, vt ait Paulinus ad Ausonium. Ibidem.

——*vix Tullius & Maro tecum*
Sustineant æquale iugum.

IN *tuto semper amore.*] tutus amor vbi nullum est dissidij vel diuortij periculum. Ipse eleg. 5. lib. 2.

Exemplo iuncta tibi sint in amore columba.
Masculus & totum fœmina coniugium.

sic Virg. 4. Æneid. *Nusquam tuta fides.* Horat. *Diadema tutum. Semper amor* dictum, vt *semper amicitia* elegia vlt. infra, vbi de hac coniunctione verbi dicetur.

NOSTRA *Venus.*] an Dea quàm amantes colimus etiamsi aduersa sit. Vt noster puer eleg. 19. infra. & eleg. 7.

Quod nolui nostros euolasse Deos.

An potius amica nostra. Plaut. apud Gell. cap. 12. lib. 18. *Exi tu Daue age, sparge, mundum esse Hocce vestibulum volo, Venus ventura est nostra, nolo hoc pulueret.* Lucret. lib. 4.

Nec veneres nostras hoc fallit. Plaut. Curcul.
Tum meam Venerem vituperas. Virgil. ecl. 3.
Parta meæ Veneri sunt munera.

Horat. oda. 33. lib. 1.

Ipsum me melior cum peteret Venus.

EXERCET *in me noctes.*] meo damno & malo noctes fatigat, & exercitas habet. vt apud Plaut. *In me moriuntur virgæ.* Terent. *In me cudetur faba.* supra: *In me tardus amor.* el. 5. lib. 3.

In me cæruleo fuscina sumpta Deo.

Horat. oda. 19. lib. 1. *In me tota ruens Venus.*

Sic autem loquitur apud Plaut. Amphit. Mercurius: *Gestiunt pugni mihi.* Sos. *Si in me exercitus es, quæso in parietem vt primum domes.* Ipse eleg. vlt. lib. 4. eadem sententia:

Sat tibi sint noctes, quas de me Paulle fatiges.

Virg. 8. Æneid.

Olli remigio noctemque diemque fatigant.

& 1. Æneid. ——*terrasque metu, cœlumque fatigat.* & Plaut. Asin. *Quin hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem.* ex quibus exemplis apparet dies & noctes exerceri & fatigari dici: cum labor tamen ille & molestia ad ipsos homines referatur.

AMARAS.] vt eleg. 17. lib. 2.

Horum ego sum vates quoties desertus amaras
Expleui noctes. & eleg. 3. lib. 4.
At mihi tum noctes induxit vesper amaras.

Tibull. eleg. 4. lib. 2.

Nunc & amara dies & noctis amarior vmbra est.

Omnia nunc tristi tempora felle madent.
Ouid. in epist. Medeæ.
Non mihi grata dies: noctes vigilantur amaræ.
Iuuenal. sat. 13. *Pœna gaudebis amara Nominis inuisi.* cur noctes amaræ ratio est apud Ouid.. *Tristior idcirco nox est, quam tempora Phœbi, ... Quod releuet luctus turba sodalis adest.*

ET *nullo tempore.*] etiam die, hieme &c. & ad *vacuus* & ad *desit* referri potest.

AMOR *vacuus.*] an qui ita ab alijs omnibus negotijs vacat, vt ne vnum exerceat. An quia vacuos & desides homines figit? vnde Diogenes τὸν ἔρωτα vocabat σχολαζόντων ἀσχολίαν. Ipse B eleg. 5. lib. 3.
Semper enim vacuos nox sobria torquet amantes.
eleg. 10. infra.
Qui numquam vacuo pectore liber erit.
eleg. 9. infra.
Quippe ubi non liceat vacuos seducere ocellos.
Ouid. o pigor. *Vror & in vacuo pectore regnat amor.* An *vacuus amor*, parum propitius & benignus: vt contra eleg. 25. lib. 2.
Tu quoque qui pleno fastus assumis amore.

DEFIT.] deest, abest. vt supra: *non deficit furor.* Virg. ecl. 2. C
Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
Attius Euryface apud Nonium: *Desertim id vnum incommodum desit meis.*

MONEO.] prædico.

VITATE *hoc malum.*] fugite hunc amorem meum, id est, ne ita dijs auersis ametis. Sic eleg. 17. lib. 3.
Hoc mihi, quod veteres custodit in ossibus ignes Funera sanabunt, vel tua vina malum.
Sed fortasse, *hoc malum* δεικτικῶς, hanc mulierem, quæ me miserum habet. malum mulier. eleg. 25. lib. 2.
Vna sit & cuiuis fœmina multa mala. & eleg. 22. D
Scis, here mi, multas pariter placuisse puellas Scis mihi Demophoon multa venire mala.
Lucillius apud Nonium in mitis.
Est illud quoque dulce malum, blandū atque dolosum.
Plautus. *Blandè hæc mihi mala res appellanda est: Salue, vxor.* In prouerbijs Græcorum: γυνὴ ἀγαθὸν κακόν. & πῦρ καὶ θάλασσα, καὶ γυνὴ κακὰ τρία.
Petronius.
Crede ratem ventis, animum ne crede puellis, Namque est fœmine[illegible]r vnda fide. Fœmina nulla bona est, vel si bona contigit vlla Nescio quo fato res mala facta bona est.
Ouid. 3. de Arte amandi. E
—— quid virus in angues Adijcis: & *rabidæ tradis ouile lupæ.* Seruius in 7. Æneid. *Amata*, inquit, *serpentem conicit Alecto, quia in mulieribus viget semper venenum.* Elegia autem 5. infra, & alibi amicos monet ne Cynthiam amare incipiant, sed ab ea caueant, vt à summo malo. vetus Comicus apud Charis. lib. 4.
Pœna nulla acerbior excogitari potuit vxoris malis. Laberius apud Gellium cap. 7. lib. 16. in Cocionis verbo, quem arulatorem exponit. *Duas vxores, hoc hercle, inquit Cocio, plus negotij est, sex adiles viderat.*

SVA *cura quemque moretur.*] suus amor quemque detineat captum, cum sua quisque amica A permaneat.

SVA *cura.*] suus amor, quia sine curis amor non est. Tibull. eleg. 3. lib. 2.
Fabula nunc ille est, sed cui sua cura puella, Fabula sit, mauult quam sine amore Deus.
Propert. eleg. 8. infra.
Tune igitur demens? nec te tua cura moratur?
Virg. ecl. 1. *Raucæ tua cura palumbes.*
Ouid. *Altera cura recens, altera primus amor.*

MORATVR.] detinet cum voluptate. Horat. epist. 14. lib. 1.
Me quamuis Lamiæ pietas & cura moratur.
& epist. 13.
Carmina quæ possunt oculosque aureisque morari Cæsaris: & epist. 3.
An pingues Asiæ campi, collesque morantur?
subaudi, vos. Virgilio idem est Æneid. 4.
Nec te noster amor, nec te data dextera quondam Nec moritura tenet crudeli funere Dido.

NEQVE *mutet locum assueto amore.*] Hypallage mutet amorem assuetum loco. eleg. 12. infr.
Quod si despectus potuit mutare colores, Sunt quoque translato gaudia seruitio.
& elegia. 15.
Quam tua sub nostro mutetur pectore cura.
Horat. sat. 7. lib. 2. *—— illa tamen se Non habitu mutatue loco.* el. 4. infra eiusdem argumenti est.
Quid mihi tam multas laudando Basse puellas Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me non pateris vita quodcumque sequetur, Hoc magis assueto viuere seruitio?
Assuetus amor, assuetū seruitium, vt el. 11. infr.
Nec mihi consuetos amplexu nutrit amores.
Terent. Andria. act. 1. sc. 1. *Vt consuetum facile amorem cerneres.* Nota autem *res mala optima*, inquit Plautus Trinummo.

QVOD *si quis aduerterit tardas aures monitis.*] hæc nimis tardè & segniter audierit, quæ moneo. Tribuit parti, quod est totius per synecdochen, vt supra *facilis aure.* & eleg. 23. lib. 2.
—— immerito sustinet aure preces.
& eleg. 4. lib. 3. *—— suspensis auribus ista bibam.* *Tardas aures* etiam proprio epitheto, quia nullus sensus tardior & hebetior in nobis. Cic. 6. de Rep. *aduertere aures & animum*, pro attendere. Virg. *meritamque malis aduertite numen.* Ipse eleg. 13. lib. 2.
Quod si forte bonas ad pacem verterit aures.

MONITIS.] quæ verba versu proximè sequenti. eleg. 10. infra.
His, ô Galle, tuos monitis seruabis amores.

HEV.] alienæ commiserationis est. eleg. 5. lib. 2. *—— heu sero flebis amata diu.*
Virg. 4. Georg. *Immemor, heu! victusque animi.* & 4. Æneid.
—— heu quibus ille, Iactatus fatis.
Horat. oda. 16. lib. 1.
Heu heu quantus equis, quantus adest viris Sudor.

QVANTO *dolore referet verba mea.*] quanto cum gemitu dolorem testante, me miserum! sæpius dicet, quod Propertio non crediderim, & amorem mutauerim & assueta reliquerim.

referte, vt eleg. 16. infra.

Arguta referens carmina blanditia.

& eleg. 20.

Nomen ab extremis fontibus aura refert.

fic Ouid. 13. Met.

Me miferum quanto cogor meminiffe dolore
Temporis illius.

AD ELEGIAM II.

Ad Cynthiam.

QVID *iuuat.*] quid refert? quid prodeft? placet hoc? fic Ouidius exorditur eleg. 14. lib. a Amor.

Quid iuuat immunes belli ceffare puellas?

Tibul. eleg. 5. lib. 3. *Quid fraudare iuuat vitem, &c.* Ipfe eleg. 22. lib. 2.

Quid iuuat in nullo pondere verba loqui?

eodem fenfu dictum inf. eleg. 12. lib. 2. *Quid tibi iucundum eft, &c.* & a Tibullo eleg. 3. lib. 3.

Qui l prodeft cœlum votis impleffe Neæra?

VITA.] blandioris appellationis, vt Iuuenal. fat. 6. Ζωὴ & ψυχή. Ipfe el. 3. lib 2. *Num tibi nafcenti primis, mea vita, diebus, Aridus argutum fternuit omen Amor?* & el. 5. lib. 2.

Parce tuis animis, vita, nocere tibi?

eodem fignificatu & *lux.* el. 30. lib. 2.

Hefterna, mea lux, cum potus nocte vagarer.

PROCEDERE.] dignitatem & grauitatem in inceffu fignificat, quo nomine laudat Cynthiam eleg 2. lib. 2.

Et incedit vel Ioue digna foror. Virg. ecl. 6.
Et inuito proceffit vefper Olympo. Idem ecl. 4.
Incipient magni procedere menfes. & 12. Æn.
Procedunt caftris.

eodem fignificatu dixit 4. Æneid.

Tandem progreditur. & ipfe eleg. 1. lib. 2.

Siue togis illam fulgentem incedere Eois.

& eleg. 25. libri eiufdem.

Vidiftis quandam arguta prodire figura.

CAPILLO.] capillus hîc pro crine muliebri. alias & capillus de pilis quadrupedum, & villis dicitur. Catull.

Cinade Talle mollior cuniculi capillo.

Horat. od. 5. epod. *Horret capillis vt marinus afperis Echinus.* dicebatur & de auibus, vnde *atricapillæ*, Græcis μελαγκόρυφοι, Fefto, à fummis pilis in vertice.

ORNATO.] non tantum curiosè comto, fed & calamiftris inufto, & gemmis diftincto. Ouid. 4. faft.

E *Cultus & ornatos variè fudiffe capillos Obfuit.* Varro 4. de ling. Lat. *Calamiftris, quia ijs calefactis in cinere capillus ornatur.* Hinc *ornatrix mulier*, Fefto, in *acus.* idem Feftus, in *rutilæ*, ftudiofas mulieres rutili coloris effe docet. & Cato in originibus apud Sofipatrum in Cinerarius, *Mulieres noftræ capillum cinere vngitabant, vt rutilus effet crinis.* vide fupra el. 18. lib. 2. vbi etiam Britannos imitari ait in tingendis comis. Inflectebant & Græcæ mulieres in cicadæ formam, vnde τέττιξ dicebatur, cuius rei meminit Virg. in Cyri. erant & quædam in capillis veluti cornua, quæ κέρατα Græci vocant. Iu-

A uenal. fat. 13.

Et madido torquentem cornua cirro. & fat. 6.
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagib. altum
Aedificat caput. vide & Ouid. 3. de arte.

ET *mouere tenues finus.*] Tenues finus dixit propter bombycinam materiam. Tibull. eleg. 3. lib. 2. *Illa gerat veftes tenues, quas fœmina Coa Texuit, auratas difpofuitque vias.*

Virg. 2. Georg.

Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres.

Mouere, vibrare & quatere inter ambulandum. Plaut. epidico dixit quaffare. *Sed quis eft qui fuam vndantem chlamydem quaffando facit.*
B *Sinus* autem in vefte quia reflecitur & replicatur. Virg. 1. Æneid.

Nodoque finus collecta fluentes.

Vnde Liuio 20. & 21. *Sinum ex toga facere, & finum effundere.* &, *Sinum ad ima crura deducere.* Sueton. in Cæfare. Tibull. eleg. 6. lib 1.

Effluit effufo cui toga laxa finu.

Vnde flexiones & curuationes vndarum & littorum finus. Virg. 3. Georg.

Fluctus vt in medio cœpit cum albefcere ponto
Longius, ex altoque finum trahit.

& velorum finus. Idem 5. Æneid.

Obliquatque finus in ventum. & *finus* in ocu-
C lis fubiecta concauitas. Seru. in 4. Æneid.

COA *vefte.*] Quidam malunt *Cea*, quia Plin. cap. 22. lib. 11. Bombycinas pellucidas veftes in Ceo inuentas effe ait. Sed idem cap. 23. eiufd. lib. & Solinus in Co infula maris Icarij, patria Hippocratis & Apellis, bombycas nafci tradunt. Ipfe eleg. 1. lib. 2.

Hoc totum à Coa vefte volumen erit.

& eleg. 2. lib. 4. *Indue me Cois, &c.*

Tibull. elegia 3. lib. 2.

Illa gerat veftes tenues quas fœmina Coa,
Texuit, & eleg. 4. lib. eiufd.
Hic dat auaritiæ caufas, & Coa puellis Veftis.

D Horat. od. 13. lib. 4.

Nec Coa referunt iam tibi purpuræ.

& fat. 2. lib. 1.

Cois tibi pene videre eft Vt nudam.

AVT *quid perfundere crines.*] perungere, oblinere, *vnctitare*, Plauto. Horat. od. 5. lib. 1.

Quis multa gracilis puer in rofa,
Perfufus liquidis vrget odoribus.

& od. 13. epod.

Nunc & Achamenia perfundi nardo iuuat.

ORONTÆA *myrrha.*] Non quia in Syria nafcatur, inquit Scaliger, fed quia camelis Antiochiam Syriæ deferretur. Sic *malobatrum*
E *Syrium* vocat Horatius quamuis in India nafcatur. de *Oronte* fluuio Syriæ Plin. cap. 103. lib. 2. & cap. 22. & 23. lib. 5. & Strabo lib. 16. Ipfe elegia 23. lib. 2.

Et quas Eufrates, & quas mihi mifit Orontes.

Paufan. in Arcad. videtur fignificare ab *Oronte* Gigante nomen inditum huic fluuio, cuius in alueo ficcato corpus repertum vndecim cubitorum. Myrrhino autem vnguenta crines perfundebant. Virg. 12. Æneid. *Fœdare in puluere crines Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.* Tibull. eleg. 4. lib. 3.

Stillabat Syrio myrrhea rore coma.

Horat.

Horat. od. 14. lib. 3. *Dic & argutæ properet Neæræ* A
Myrrheum nodo cohibere crinem. de Myrrha Plin. cap. 15. & 16. lib. 12. & Ouid. 12. Metam.

TEQVE *vendere.*] prostituere. *vendere* dictum vt de meretrice. Horat. sat. 2. lib. 1.

Quod mercem sine fucis gestat: apertè
Quòd venale habet, ostendit. Catull.
Cum puero bello præconem qui videt esse,
Quid credat, nisi se vendere discupere?

Tibull. eleg. 4. lib. 1.

At tu qui Venerem docuisti vendere primus.

& el. 9. —— *non geminis vendere velle fidem.*

Id. ibid. *Blanditiasne meas alijs tu vendere es ausus?* B
eadem mente dixit eleg. vlt. lib. 2.

Felix qui viles pomis mercaris amores. el. 16. lib. 2.
Ergo muneribus quiuis mercatur amicam. Ibid.
Numquam venales essent ad munus amicæ.

Ouid. epist. Oenones.

Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

vide eundem eleg. 10. lib. 1. Amor. quæ tota est huius argumenti.

PEREGRINIS *muneribus.*] peregrina munera sunt exoticæ & externæ merces, vt comæ emtitiæ, vestes Coæ, vnguenta, quæ commemorauit. Horat. od. 16. lib. 3. vocat *munera* C *nauium.* & ep. 7. lib. 1.

—— *quid censes munera terræ?*
Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos.

& ep. 1. lib. 2. *Diuitiaque peregrinæ.*

Ouid. de nuce.

Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos.

munera itaque sunt, nec munera, qua mittuntur, sed non gratis.

NATVRÆQVE *decus.*] venustam formam à natura datam. eleg. 18. lib. 2.

Vt natura dedit, sic omnis recta figura.

Petronius. *Quod solum formæ decus est, periere capilli.* D
Auson. *Naturale decus fictæ non commodat arti.* hinc illud in excerptis ex vet. gl. τὸ κάλλος, φυσικὴ ζωγραφία. *Quid pulchritudo? naturalis pictura.*

PERDERE.] corrumpere. vt Cic. 2. de Orat.

Perdam vocem si id fecero. Terent.
Cur perdis adolescentem nobis? Plaut. Curcul.
Noli verberare lapidem, ne perdas manum.

Tibull. hoc sensu dixit. *Aurone pollue formam.*

MERCATO *cultu.*] πωλητικῶς. vt el. 3. infra. *Expertæ sanitiæ.* eleg. 5. *Complexa puellæ.* el. 19. *Oblito amore.* Sic Sallust. *Mercatos commeatus* dixit 5. histor. apud Nonium & noster eleg. 5. lib. 4. *Postmodo mercata pace premendus erit.* *ornatus* à *cultu* differt vt docet Tertullianus in E lib. de habitu muliebri. *cultus* enim est, quem mundum muliebrem dicimus. gl. Philox. *cultus mulieris.* κόσμος γυναικός. *ornatus*, quem immundum muliebrem dici conuenit, qui versatur in cura capillorum, & cutis, & earum partium, quæ oculos trahunt. vtrumque igitur Propertius & ornatum & cultum cõplexus est, capillo, veste, myrrha, peregrinis muneribus.

NEC *sincere membra.*] *membra*, inquit Isidorus, *partes corporis.* vnde & membra abscindi mortuo dicebantur, cum vel vnus digitus abscissus esset, ad cuius sepulturam iusta fierent reliquo corpore cremato. Fest.

NITERE.] formosa videri. Horat. od. 5. lib. 1. *Miseri quibus intentata nites.* vnde *nitor*, pulchritudo od. 19. lib. 1. *Vrit me Glyceræ nitor.*

IN *propriis bonis.*] Quæ nobiscum nascuntur. ea nostra & propria sunt. Ergo forma proprium bonum est, quia naturæ, non fortunæ donum. Ouid. eleg. 1. lib. 5. Tristium.

—— *propriis ingeniosa malis.*

in epist. Cydippes:

Nunc laudata gemo, nunc me certamine vestro
Proditis, & proprio vulneror ipsa bono.

formæ scilicet. Ipse tamen el. 3. lib. 2. contra

Non non humani sunt partus talia dona,
Ista decem menses non peperere bona.

Aliquando tamen *propria* sunt quæ eripi & amitti non possunt, in quo genere forma non est. Attius apud Nonium.

Nõ facile sine Deûm opera propria humana sunt bona.

& Afranius:

Dij tibi dent propria quæcumque exoptes bona.

CREDE *mihi.*] vicem aduerbij fungitur, & est familiariter admonentis. el. 12. lib. 2.

Omnia (crede mihi) tecum vno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies.

& el. 33. li. 2. *Sed tibi (crede mihi) cornua rursus erunt.*

Ouid. 5. Fastor. *Non est, mihi credite, non est*
Illa coturnatas inter habenda Deas.

NON *vlla tuæ medicina figuræ est.*] forma tua non adiuuatur medicamentis & fuco. frustra faciem medicaris & oblinis. *medicari*, tingere, at Plaut. Curcul.

Viden vt anus foribus medicinam facit?

id est, conspergit aqua, & aquam suffundit. Ouid. el. 14. lib. 1. Amor.

Dicebam desiste tuos medicare capillos.

Ibid. *venena* vocat medicamenta.

Ipsa dabas capiti mixta venena tuo.

Horat. od. 5. lib. 3.

Neque amissos colores Lana refert medicata fuco.

vide Ouid. de medicamine faciei, & 3. de arte.

Est mihi, quo dixi vestræ medicamina formæ,
Paruus, sed cura grande libellus opus.

NVDVS *amor.*] simplex & apertus. Amor nudus fingi & pingi solet, vt el. 29. lib. 2.

Sed nudi fuerant (cupidines.) Ouid. 10. Metam. *Laudaret faciem liuor quoque, qualia namque*
Corpora nudorum tabula pinguntur amorum,
Talis erat. Idem el. 10. lib. 1. Amor.
Et puer est, & nudus amor, sine sordibus annos,
Et nullas vestes, vt sit apertus habet.
Quid puerum veneris pretio prostare iubetis,
Quo pretium condat non habet ille sinum.

Scribit Fulgentius *nudam* quoque *Venerem* pingi vel quia meretriculæ nudos à se amatores dimittũt, vel quia stupra & flagitia tecta esse non possunt. Sappho tamen apud Pollucem ἔρωτι πορφυρέαν χλαμύδα tribuit. Et Catull.

Quam circumcursans huc illuc sæpe Cupido
Fulgebat crocina candidus in tunica.

FORMÆ *non amat artificem.*] odit eum qui formam arte excolit. sic eleg. 1. lib. 1.

Solus amor morbi non amat artificem.

Artifices formæ sunt ornatrices, ciniflones, Phrygiones, aurifices, Patagiarij, & ij quos Plautus enumerat in Aulul. act. 3. sc. 5. Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos.
Idem eleg. 8.
Quid tibi nunc prodest molles coluisse capillos,
Sæpeque mutatas disposuisse comas.
Quid fuco splendente genas, ornasse? quid vngues
Artificis docta subsecuisse manu.
Aliud est Ouid. 11. Metam.
Excitat artificem simulatoremque figuræ Morphea.

ASPICE *quos.*] τὸ *aspice*, præsentis est testimonij nec longè petiti exempli. elegia 15. lib. 1.
Aspice me quanto rapiat fortuna periclo,
& eleg. 17. lib. 1.
Aspice quam sæuas increpat aura minas.
eleg. 16. lib. 2.
Aspice quid donis Eriphyla inuenit amaris.
& el. 22. *Aspice vti cælo, &c.*
Virg. ecl. 2.
Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci.
& alibi passim.

SVBMITTAT.] fundat, sursum mittat. Lucretius lib. 1.
——*tibi suaues Dædala tellus*
Submittit flores. & lib. 6.
Sic & amæna loca alitibus submittere debent
Mortiferam vim, è terra quæ surgit in auras.
& lib. 1.
Lætificos nequeat tellus summittere fœtus.
Seneca Thebaïd.
Vide vt atra nubes puluere abscondat diem
Fumoque similes campus in cælum erigat
Nebulas, equestri fracta quas tellus pede
Submittit.
Virg. ecl. 10. eodem significatu dixit,
Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus.
& 2. Georg.
Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra.
& 4. Georg.
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
& 12. Æneid.
——*& corpora saltu* *Subijciunt in equos.*
& Albinon. ad Liuiam.
Æthera subiectis lambit & astra comis.
vide Diomedem lib. 1.

HVMVS *formosa.*] renidens tellus. vt eleg. 4. lib. 4.
Et formosa oculis arma Sabina meis.
eleg. 4. infra. *Formosi temporis ætas.*
& eleg. 20. infra.
Et modo formosis incumbens nestius vndis.
& eleg. 19. lib. 2.
Qua formosa suo Clitumnus flumina luco Integit.
Virg. ecl. 5. *Formosi pectoris custos.*

COLORES.] flores. Virg. 4. Georg.
Ante nouis rubeant quam prata coloribus.
Catull. *Aurane distinctos educit verna colores.*
Horat. pro plumis posuit.
Moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus.

ET *veniant melius.*] crescant facilius & lætius. Virg. 1. Georg.
Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ.
& 5. Æneid.
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

EDERÆ.] vnde dicta hedera tradit Festus in hedera.

A SPONTE *sua.*] Nullo serente aut colente. Virg. 2. Georg.
Namque aliæ nullis hominum cogentib. ipsæ
Sponte sua veniunt. Theophrast. lib. 2. de ijs quæ oriuntur è terra. *αἱ γενέσεις τῶν δένδρων, καὶ ὅλως τῶν φυτῶν, ἢ αὐτόματοι ἢ ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης, ἢ ἀπὸ παρασπάδος, ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος, ἢ ἀπὸ κλωνός, ἢ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους εἰσίν, ἢ ἀπὸ τοῦ ξύλου κατακοπέντος.*

SVRGAT *&c.*] Virg. 2. Georg.
Pars autem posito surgunt de semine. & ecl. 6.
Incipiant siluæ quam primum surgere. & 6. Æn.
B *Surgentia sidera.* & 12.
Illi ad surgentem conuersi lumina solem.

FORMOSIVS.] pulcrius, vt el. 3. lib. 2.
Formosè saltat.

ARBVTVS.] inquit Festus, *genus arboris frondibus raris. Κόμαρος. arbosier.* Virg. ecl. 7.
Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus vmbrâ,
Plin. cap. 24. lib. 15. *Vnedonem*, ait, eius pomum vocari, quod vno plus edi non debeat. vide & eundem cap. 8. lib. 27.

IN *solis antris.*] Sola antra, deserta. vt alibi.
Sola eris, & solos spectabis Cynthia montes. Item.
Si modo sola queant saxa tenere fidem. Item.
Tunc me nec solæ poterunt auertere siluæ. Ouid.
Quisquis amas, loca sola nocent. Virg. 3. Georg.
Heu male tum Lybiæ solis erratur in agris.

ET *lympha.*] *lympha*, dictæ (inquit Festus) à
C Nymphis. vnde *lymphati* quos Græci *νυμφολήπτους* vocant. *Lymphorem*, pro lympha Lucil. dixit apud Nonium in lympha. Varro 4. de ling. Lat. ab aquæ lapsu lubrico *lympha.*

SCIAT *indociles.*] assueuerit natura & vsu, non arte didicerit. & est genus oxymori. indociles, nouè inquit Muretus *ἀδιδάκτοι*, & quæ doceri non possint: Imo quas nemo docuit. Seru. in 8. Æneid.
Is genus indocile, & dispersum montibus altis.
Composuit, legesque dedit. id est indoctum inquit. Ouid. 3. Fast.
Ergo animi indociles, & adhuc ratione carentes
Mensib. egerunt lustra minora decem.
& eleg. 1. lib. 4. Trist.
Non est cur cantet vinctus quoque compede fossor
Indocili numero cum graue mollit onus.
Horat. od. 3. lib. 3.
Tygres indocili iugum collo trahentes.
od. 16. lib. ep. *Aut pars indocili melior grege.*
E vulgo indocto. & od. 1. lib. 2. *Indocilis pauperiem pati.* Cic. in Lucull. *Sed incredibilis ingenij magnitudo non desiderauit indocilem vsus disciplinam.* *Aqua* igitur sponte sua & naturali impetu fluens, *indocilis*: contrà *docta*, quæ arte, specu, inciliue decurrit. Horat. ep. 10. lib. 1.
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam quæ per pronū trepidat cum murmure riuum.
& ep. 14. *Addit opus pigro riuus, si decidit imber,*
Multa mole docendus aprico parcere prato.
& in arte Poëtica.
Seu cursum mutauit iniquum frugib. amnis,
Doctus iter melius. Indocile igitur antea rude, sed tamen doctrinæ patiens.

CVRRERE *vias.*] vt supra. *Notas ire vias.* Virg 5. Æneid. *Currit iter liquidum.*

Viæ fluminum, vt Lucret. lib.5.

Qua via secta semel liquido pede detulit vndas,

Tibull. eleg.9. lib.1.

Et puras fluminis esse vias.

Horat. *Amnis doctus iter melius.*

& ipse eleg.19. lib.3.

Nam liquidum nautis aura secundat iter.

LITTORA *picta*.] distincta. pictum scilicet dicitur & de eo quod natura varios colores refert. vt Virg. 4. Æneid.

——*pecudes, pictaque volucres.*

Horat. sat.2. lib.2.

——*quia venerat auro*

Rara auis, & picta pandat spectacula cauda

Virg. 4. Georg.

Et picti squallentia terga lacerti.

Ouid. 3. Metam.

Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.

Varro apud Nonium in *meridies*. *Cum pictus aër feruidis latè ignibus.*

PELLVCENT.] mirè hîc variant libri. quidam *perrident*. alij *persquadent*, quod idem est, cum persquallent, inquit Palmerius, d. pro. l. vt squallendi verbo copia & nitor significetur, qua de Gellius, & Macrobius. Est & in quibusdam *persudent*, quod velut ex opinione & coniectura reponit Scaliger, & explicat quasi quasdam sudoris bullas emittunt. & iungitur sudandi verbum cum sexto casu. Ennius Hectoris lytris:

Aër sonit, franguntur hasta terra sudat sanguine.

Virg. 2. Æneid.

Dardanium toties sudarit sanguine littus.

vt autem noster *Pellucēt lapillis*. sic Ouid.5. Fast.

Purpureis collucent floribus agri.

LAPILLIS *natiuis*.] vt conchis, & vmbilicis (nam de gemmis non placet intelligi) non artificiosis, sed quos natura ipsa expoliuit mira varietate, specie & colore. qua de re Plin. cap.33. lib.9. gl.vet. *Natiua*, ἰδιόχυμα. sic infra eleg.4. lib.4.

Multaque natiuis obstrepit arbor aquis.

& eleg.13. lib. 3.

Aptaque natiuo creuerat herba toro.

sic alibi Ouid. *Natiuum duxerat arcum*. *Natiuum* etiam *ingenuum* dixeris. Auson.

Vsque sub ingenuis agitata fontibus vnda. Item.

Ingenuum cuius fuit anchora signum.

Ingenuum scilicet αὐτόφυον, αὐτοφυής.

ET *volucres nulla dulcius arte canunt*.] naturalis volucrum concentus iucundior artificiosa modulatione. Huc pertinet illud Agesilai apud Plutarchum, qui rogatus, velletne audire quendam qui mire cantum Lusciniæ effingeret arte, minime inquit: nam sæpe ipsam audiui canentem Lusciniam. Ouid.

Indocilique loquax gutture vernat auis. eleg. 12. lib.3. Trist. Plinius tamen c. 29. lib.10. docet arte canere luscinias, & meditari, & quibusdam quasi præceptis fœtus suos formare.

NON *sit Leucippis Phœbe*.] vet. lib. *Leucippum*. fortasse, *Leucippu*, pro *Leucippi*, vt *humu* pro *humi*. dictum *Leucippi Phœbe*, vt *Deiphobe Glauci*, *Hectoris Andromache*, *Elyssa Sychæi*. vel, *Leucippis Phœbe*, vt eleg. 4. infra,

A *Antiopæ Nycteidos.*

Sic Ouid. in ep. Paridis.

Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi.

De Leucippo Ouid. 8. Metam. Leucippus filias Phœben & Elaïram Lynceo & Idæ filijs desponderat, eas Castor & Pollux rapuerunt, sponsi bello repetiere. Theocritus in Dioscuris, Apollodorus lib. 3. & 1. vide Ouidium sub finem 5. Fastor. vbi hanc fabulam narrat. & Higinum Fab. 80. Ouid. 1. de arte.

Vim passa est Phœbe, vis est illata sorori,
Et gratus raptis raptor vterque fuit.

SVCCENDIT.] corripuit amore sui. sic

B eleg. 18. lib. 3.

Crimen & illa fuit patria succensa senecta?
Arboris in frondes condita Myrrha nouæ.

eleg. 20. lib. 1.

Cuius vt accensæ Dryades candore puellæ.

Sic apud Horat, *vrit*, *torret*, & alia id genus.

CASTORA.] Apollodor. lib. 3. Λευκίππου καὶ φιλοδίκης, τῆς Ἰνάχου θυγατέρες ἐγένοντο Ἰλάειρα ἢ Φοίβη. ταύτας ἁρπάσαντες ἔγημαν Διόσκουροι. Theocritus in Dioscuris ait, Lynceum à Castore interfectum, & Idam à Ioue fulmine percussum. Apollodorus lib. 3. Castorem ab Ida interfectum, & à Polluce Lynceum, Ouid.5.

C Fast. Castorem occisum à Lynceo. A Propertio autem dissentit ibidem Apollodorus, qui Pollucis Phœben Castoris Elaïram vxorem facit.

POLLVCEM *cultu non Elaira soror*.] *Elaïra* soror Phœbes. Apollodoro *Ilaeira* & Sophoclis interpreti. Veteres libri *Thelaïra* corruptè verum est *Elaïra*, vel *Ilaira*. fuit autem *Elaira* Dianæ sacerdos, *Phœbe* Mineruæ. Apollod. & Higinus.

NON *Idæ*.] fabula est apud Homerum Il. 9. Higin. & Apollod. lib. 1. Marpessam Eueni filiam amauit Apollo. eam Idas Apharei

D filius, Lyncei frater rapuit, accepto à Neptuno volucri curru. insecutus Euenus raptorem vsque ad amnem Lycormam cum assequi nequiuisset, præ ira equos iugulauit, seque in fluuium præcipitem dedit, qui eius nomine dictus Euenus. Tunc Apollo Idæ occurrit, & orta inter eos contentione, Iupiter virgini potestatem fecit deligendi vtrum mallet. Idam Phœbo prætulit.

ET *Cupido*.] impendio amanti. *nam amat sapiens, cupiunt cæteri*. eleg. 20. infra.

Nympharum cupidas semper defende rapinas

Catull. *Quin te restituis Lesbia mî cupido.*

E Tibull.

Ipse dedit cupidis fallere posse Deus.

eleg. 6. lib. 2.

Et cupidi ad ripas arma relicta Dei.

QVONDAM *discordia Phœbo*.] id est discordiæ causa. sic Virg. ecl.7.

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum

Ipse eleg. 5. lib. 1.

Quam cito de tanto nomine rumor eris.

& idem, *Vt tibi sim merito semper furor.*

Plaut. Pseud. *Per vrbem solus sermo est omnibus.*

Noster eleg.12. lib. 2.

Huic misero fatum dura puella fuit.

& elegia vlt. lib. 4.

Non fuit exuuiis tantis Cornelia damnum.

eleg. vlt. lib. 1.

Sit mihi pracipuè puluis Etrusca dolor.

Ouid ep. Oenonæ.

Quæ toties capta est præbuit ipsa rapi. causam raptus.

Eveni *filia.*] Apollod. lib. 1. Higinus fabula 242. *Euenus, inquit, Herculis filius se in Lycormam præcipitauit, qui nunc Chrysorrhoas dicitur.* Ouid in Ibin.

Vtque vel Euenus torrenti flumine mersus.

9. Metam.

Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas.

Euenus tamen Apollodoro est Martis, & Demonices filios. Homero Iliad. 9. in fabula Meleagri dicitur, Μάρπησσα Εὐηνίνη. τὸ Euens bis iteratur. *Eueni filia,* &, *Eueni littora.*

Patriis *littoribus.*] *Patria littora* dixit vt Ouid. 1. Metam. *Venit & ad patrias vbi ludere sæpe solebat Inachides ripas.* Horat. od. 20. lib. 1.

Paterni fluminis ripæ. *Littora*; pro, ripis, vt eleg. 7. lib. 3.

Sunt Agamemnonias testantia littora curas.

eleg. 19. infra.

Traiecit & fati littora magnus amor.

Virg. 6. Æneid. cum dixisset,

Nec ripas datur horrendas, subiecit,

Centum errãt annos, volitantque hæc littora circum.

& 8. Æneid. de Ripa Tiberis.

Viridique in littore conspicitur sus.

contra Horat. od. 27. l. 3. *Trementes verbere ripas.* de littoribus. Ipse eleg. 4. lib. 2.

Tranquillo tuta descendis flumine cymba

Quid tibi tam parui littoris vnda nocet?

Nec *Phrygium maritum traxit.*] Pelopem pellexit in amorem sui. *trahere*, ἕλκειν ἢ ἑλκύειν, vnde τὸ ἑλκυστικὸν eleg. 5. lib. 3.

Illum turgentis ranæ portenta rubetæ

Et lecta è sectis anguibus ossa trahunt.

Ouid. 3. de arte.

Se quoque det populo mulier formosa videnda.

Quem trahat è multis forsitan vnus erit.

& 5. Fast. *Atque oculos in se splendor vterq; trahit.* eleg. 1. lib. 2. Trist.

Vtque trahunt oculos radiantia lumina solis,

Traxissent animum sic tua facta meum.

sic *rapere* eleg. 25. lib. 2. *Vtraque forma rapit.* *Phrygium* vocat, quia Pelops Tantali Phrygiæ Regis filius fuit. & *Maritum* cape futurum. Virg. 4. Æneid.

Quos ego sum toties iam dedignata maritos.

Falso *candore.*] falsus candor, non natiuus: sed artificiosus. sic Ouid. in ep. Hypsipyles dixit.

Hactenus à lacrymis in falsa cadentibus ora.

vtebantur autem in eam rem gypso; vnde *manibus gypsatissimis Medeam*, dixit Ennius apud Cic. vtebantur & cerussa & melino. Plin. & Ouid. 3. de arte.

Scitis & inducta candorem quærere cera.

Quemadmodum autem hic *falsum candorem*, sic eleg. 24. lib. 3. dixit:

Cum tibi quæsitus candor in ore foret.

candor autem maximè formam commendat.

A vnde *candida*, formosa.

Avecta *externis Hippodamia rotis.*] hunc versum leuiter Ouid. immutauit initio lib. 2. de arte. & in ep. Hermiones. *Vecta peregrinis Hippodamia rotis.* *Hippodamia* Oenomai filia vecta curru Pelopis barbari & Phrygis. *rota* pro curru.

Virg. 12. Æneid.

Eque rotis magnam respexit ad vrbem.

Tibull. eleg. 9. lib. 3.

Dum rota luciferi prouocet orta diem.

Ipse eleg. 1. lib. 3.

B *Scriptorumque meas turba secuta rotas.*

Externa rota, ob externum Pelopem, quia Græca & Achaïca Hippodamia. sic el. 32. l. 2.

Tyndaris externo patriam mutauit amore.

id est, Paridis Phrygis. Hippodamiæ mentionem facit etiam eleg. 8. infra.

Quam sibi dotata regnum vetus

Hippodamis. & Ouid. el. 1. lib. 2. Trist.

Quid? non Tantalides agitante cupidine currus

Pisaam Phrygijs vexit eburnus equis.

Fabula nota, de qua Seru. ad illud 3. Georg.

Hippodameque? humeroque Pelops insignis eburno,

C *Acer equis?* Higinus fabula 84. & Euripides Παρθένον μονοῦσα Πισᾶτιν ἱπποδάμειαν Οἰνόμαον κτανών. virginem Pisæam vindicauit sibi (Pelops) Oenomao interfecto.

Sed *facies aderat nullis obnoxia gemmis.*] præsens & intrepida conspiciebatur, & solo naturæ bono confisa, quæque gemmis nihil debebat, & lapillis. Fest. *Obnoxius pœnæ, obligatus ad delictum.* hinc ad alia transfertur. Virg. 1. Georg.

Nec fratris radiis obnoxia surgere luna.

& lib. 2.

——iuuat arua videre,

D *Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.*

& lib. 11. Aen. dixit eodem sensu.

Nil iam cælestib. vllis.

Debentem. & Ouid. 14. Metam.

Arua nec quidquam iunctis debentia bobus.

Seneca cap. 16. de consolat. ad Eluid. *nulli obnoxia arti forma.* sic enim lego. A. Gell. cap. 17. lib. 7.

Qvalis *Apellais est color in tabulis.*] *color* quo naturam ipsam prouocauit expressa forma tanquam spirante. eleg. 7. lib. 3.

In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles.

Est autem in hoc simili dissimile. nam Apel-
E les arte pinxit, & arte summa; cum hic à forma velit omnem artem abesse. Sed eo respexit, quod quatuor tantum coloribus vsus dicatur Apelles, ex albis, Melino: ex silaceis, attico: ex rubris, sinopide pontica: ex nigris, attamento. Idem præter Venerem nudam natiuaque forma conspicuam, pinxit etiam Campestem, vnam è pallacis Alexandri, cuius amore captus, eam à rege dono accepit. pinxit & Heroa nudum, eaque pictura naturam ipsam prouocauit. Lenocinium formæ & pictura gemina germana sunt. Eleganter itaque de ea, quæ poscebat purpurissum ad fucandam faciem Plaut. Mostel. sc. 3. act. 1. *Noua pictura vis interpellare opus lepidissimum.*

NON *illis studium conquirere.*] sic eleg. 1. lib. 4.

Nulli cura fuit externos quærere diuos.

& elegia 1. supra labor piare. *Studium*, propensior voluntas: cupiditas. *Conquirere* autem verbum est militare, vnde & *conquisitores* dicuntur Ciceroni.

VVLGO *amantes.*] venustè vulgo amantes, vt eleg. 13. infra.

Hae tibi vulgares istos compescet amores.

vnde *volginaga Venus* Lucretij, & *vulgaris vxor*, ac *vulgo quæsiti liberi* Iurisconsultis. Itaque ex ea formula *vulgo-quæsiti*, licet hæc coniungere, *vulgo-conquirere*. aut vulgò conquirere, passim & sine dilectu comparare & colligere vndique.

ILLIS *ampla satis forma, pudicitia.*] satis formosa videbatur, quæ pudica erat. Seneca cap. 16. de consolatione ad Eluidiam. *Non faciem lenociniis, aut coloribus polluisti: numquam tibi placuit vestis ad nihil aliud exigenda quam vt nudam componeret. Vnicum tibi ornamentum pucherrima, & nulli obnoxia arti forma. maximum decus visa est pudicitia.* qui locus ex hac elegia sumtus est, & sic legendus, non autem vt vulgo *obnoxia ætati*. Philosophatur. pudicitia enim est virtus. τὸ καλὸν igitur pudicitia & animi pulchritudo, quæ maior quam corporis. sic Plaut. in Amphit. Act. 2. sc. Satin. *Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur: Sed pudicitiam & pudorem, &c.* vide in Pœnulo, act. 1. sc. 2. sic & Pythagoras air apud Iustinum lib. 10. *Vera ornamenta matronarum pudicitiam non vestes esse.* Pub. Syrus apud Petron. *probitas* (pudicitia) *est carbunculus gemmarum loco.*

NON *ego nunc vereor.*] sic eleg. 19. infra.

Non ego nunc tristes vereor, mea Cynthia manes.

& eleg. 6. infra.

Non ego nunc Adria vereor mare noscere tecum.

NE *sim tibi vilior istis.*] Muretus exponit ne me minoris facias ob ista, quæ dixi de ornatu cultuque negligendo. sed quia Scaliger & Palmerius de coniectura legunt, *Ne sis mihi vilior istis.* planéque ita fit in libro ERR. MAMMII V. C. id sic expono, non metuo, nec periculum est, ne vilior mihi videaris, & minus formosa illis heroinis, quas commemoraui. Sic infra el. 8. *An tibi sum gelida vilior Illyria?*

& eleg. 14. lib. 2. *Dicebar sicco vilior esse lacu.*

Ouid. eleg. 7. lib. 5.

Et videar merito vilior esse tibi.

& epist. Briseidis:

Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille?

& epist. Medeæ.

Si tibi sum vilis communes respice natos.

Catull. *Nunc te cognoui, quare & si impensius vror,*

Multo mi tamen es vilior & leuior.

Palmerius adfert illud Charisij in *istò* quia putat huc pertinere. *Rex conuiuij, si quid ab eo poscebatur, quod exhibere non posset, respondebat, istò vilius hac erit mihi cœna.* quæ formula belle negantis & excusantis, vt idem monet, reperitur apud Terent. Sc. vlt. Adelph. vbi Demea petit à Mitione, vt aliquid det Syro, vnde vtatur, quia postea sit redditurus. respondet Mitio. *istoc vilius.* quibus verbis blande negat. vide ad id Donat. putat ergo Propertium Palmerius, *Non vereor ne sis mihi vilior istis*, id est facile patior te istis carêre, & vilior videri sine ornatu. Sed obtorto collo rapit hunc prouerbium, vbi ei locus non est.

VNI *siqua placet culta puella sat est.*] id est si pudica mulier, satis est ornata, vt supra dixit.

AMPLA *satis forma, pudicitia.*] vni placere pudicarum est, pluribus se ornare, meretricum. vnde Horat. od. 14. lib. 3.

Vnico gaudens mulier marito.

Ipse eleg. 13. lib. 2:

——qui nunc iacet arida puluis,

Vnius hic quondam seruus amoris erat.

& elegia 24. lib. 2.

Dura est quæ multis simulatum fingit amorem

Et se plus vni siqua parare potest.

eleg. 9. lib. 4.

——sed pota non satis vnus erit.

eleg. 8. lib. 2.

Tu mihi sola places, placeam tibi Cynthia solus.

& eleg. 7. infra.

Me laudent doctæ solum placuisse puellæ.

Ouid. 1. de arte.

Ah quantum est vni posse placere viro.

Afranius apud Nonium in comparare.

Nam proba & pudica quia sum cõsulo & parco mihi:

Quoniam ita cõparatum est vno vt simus cõtenta viro.

Scitum illud Iuliæ apud Macrobium, cui cum Augustus Pater modicè cultæ ac ornatæ dixisset: Quanto hic melius ornatus decet? *hodie*, inquit illa, *patris heri viri oculis me ornaueram.*

CVM *tibi præsertim Phœbus sua carmina donet.*] Præsertim cum lyricos modos tibi Phœbus annuat.

Hotat. od. 6. lib. 4.

Spiritum Phœbus mihi Phœbus artem

Carminis, nomenque dedit Poëtæ.

& in carmine sæculari. & Ouid. 1. Metam.

AONIAMQVE *lyram.*] donet Phœbus scilicet vt carmina fidibus aptare possis. Tota Aonia, & Bœotia musis sacra, vnde *Aonides* dicuntur. Hinc *Aonium nemus.* elegia 2. lib. 3. *Aonia lyra*, quæ & *Aganippea* elegia 3. lib. 2. ab Aoniæ fonte Aganippe. Sic Ouid. eleg. 1. lib. 1. Amor.

Crinib. insignem quis acuta cuspide Phœbum,

Instruat, Aoniam Marte mouente lyram.

& alibi.

Dum ferit Aonia carmina culta lyra.

CALLIOPEA.] vt Cassiope, Cassiopea, Penelope, Penelopea, & id genus alia, *a* in ea versu. Seru. in illud 3. Georg. *Hippodameque humeroque Pelops, &c.* Ipse eleg. 2. lib. 3.

Vt reor à facie Calliopea fuit.

dicta scilicet vel à venusta facie, vel verborum ornatu & splendore quasi Καλλιέπεια. vide Phornutum cap. de Musis, qui Calliopen Rhetoricam interpretatur.

LIBENS.] vere & ex animo læta. Donat. in Adelph. Tibull. eleg. 4. lib. 4.

Mane Geni, cape thura libens. eodem fenfu A Virg. 9. Æneid.

Has ego Dardanio iuueni, cum classis abiret
Lata dedi.

VNICA.] eximia fingularis. elegia 25. lib. 2.

Vnica nata meo pulcherrima cura dolori.

Plaut. Afin. *Tu Poeta es ad eam rem vnicus.*
Catull. *Qualis vnica ab optima*
Matre Telemacho manet
Fama Penelopeo.

NEC *desit gratia.*] adfit in dicendo lepos. fit Pitho & fuada in labris tuis. Ouid. 13. Metam. imitatus eft:

Nec abest facundis gratia dictis.

& ep. Medeæ.

Et decor est lingua gratia ficta tua.

& 5. Faft.

Gratia sumenda non erat vlla rosæ.

Id eft non decebat capere coronam. Petron. *Hæc ipsa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus pertentatum mulcebat aëra, vt putares inter auras canere sirenum concordiam.* Plutarcho in Alcibiade eloquentia dicitur ἡ τοῦ λόγου χάρις. at vita & fpiritus orationis actio Ciceroni in Oratore. quæ & nota laus actionis à Demofthene.

IVCVNDIS *verbis.*] eleg. 13. inf.

Illa suis verbis cogat amare Iouem.

Virg. 4. Æneid.

Hærent infixi pectore vultus Verbaque.

hac mente & Horatius od.22. lib.1.

Dulce ridentem Lalagen amabo
Dulce loquentem.

OMNIA *quæque.*] ἀπὸ κοινοῦ. *Nec desint ea omnia & quæ, &c.* vel *omnia* aduerbialiter, vt cætera & multa, pro in omnib. Cic. pro Murena. *omnia ignoscere.* Terent. *omnia assentari, & omnia obsequi.* vide elegia proximè fequente verfu 25.

VENVS.] fcilicet probat. à Venere quædam probantur & fpectantur, vt forma, gratia, amores, faltationes. de quibus elegia 3. lib. 2.

QVÆQVE *Minerua.*] Minerua artibus, doctrinis & lanificio præeft, vnde el.18.lib.2.

Est tibi forma potens, sunt casta Palladis artes.

Horat. od. 12. lib.3.

Tibi qualum Cytheræa puer ales,
Tibi telas, operosæque Mineruæ
Studium aufert.

PROBAT.] ambiguè, vel commendat, vel de quibus iudicat.

His tu semper eris nostra gratissima vitæ.

His artibus & dotibus eris acceptiffima nobis dum viuemus. fic Plaut. Afin. fc.1.act.1.

Tuæ superesse vitæ sospitem.

eadem mente cape fis illud eleg. 6. infr.

Nam tua non ætas vnquam ferniuit amori.

elegia 1. lib. 3.

Et vita & morti gloria iusta mea.

fic eleg.5. lib.3.

Nec bibit è gemmâ diuite nostra sitis.

id eft nos fitientes. & eleg. 7. inf.

Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulchro.

id eft nobis fepultis. & eleg. 6. inf.

Lacrymis omnia nota meis. id eft mihi lacrymanti. vel *vitæ*, eft animo. vt Virgil. 12. Æneid.

Nympha decus fluuiorum animo gratissima nostro.

TÆDIA *dum sint tibi.*] pro dummodo, vt eleg. 4. lib. 4.

O vtinam ad vestros sedeam captiua penates,
Dum captiua mei conspicer esse Tati.

eft autem moleftam fpernentis luxuriam.

B MISERÆ *luxuriæ.*] vt Ciceroni *miserrima ambitio.* & Horatio *misera ambitione laborat.* & Virgilio *Infelix inuidia*, & Ouid. eleg. 10. lib. 1. Amor. *misera opes.* quia fcilicet luxuria miferos homines reddit, & ad incitas adigit. vide Plautum initio Trinummi vbi *Luxuria inopiam filiam suam* alloquitur. *Luxuria* eft nimius, profufufque fumtus. Nonius. *Luxuria contra pudorem, & supra modum profusio & intempestiua abundantia.* vide Valer. Max. cap. 1. lib. 9. de luxuria, qui *comitem* ei *libidinem* tribuit. hinc luxuriofus, de quo Feft.

AD ELEGIAM III.

Ad Cynthiam.

QVALIS.] fic orditur elegiam 10. lib. 1. Amor. Ouid.

GNOSIA.] Ariadna à Gnofo vrbe Cretæ, Minois regia fic dicta. Tibull. eleg. vlt. lib. 3.

Gnosia Theseæ quondam periuria linguæ,
Fleuisti ignoto sola relicta mari.

Virg. 1. Georg.

Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ.

fabula hæc eft apud Catullum, Ouid. in ep. Ariadnæ, & 3 Faft. & Plutarchum in Thefeo. Ipfe eleg. 24. lib. 2.

Paruo dilexit spatio Minoida Theseus.

& eleg. 15. lib. 3.

Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.

& eleg. 3. lib. 2.

Egit vt euantes Dux Ariadna choros.

Gnofis etiam dicitur Ouid. 1. de Arte amandi.

Gnosis in ignotis amens errabat arenis.

dicitur & Gnofias:

Pone metum Bacchi Gnosias vxor eris.

IACVIT *languida.*] fomno folutis mem-
E bris in lecto iacuit. Catull. in Ariadna.

Liquerit.

Horat. oda 5. lib. epod. ——*fera*

Dulci sopore languida.

Ouid. in epift. Ariadnæ.

Incertum vigilans an somno languida, moui
Thesea prensuras semisopita manus.

Attius Telepho apud Prifcianum. *Iam iam stupido Thessala somno corpora languentque senemque.* Ser. Sulpicius apud Fab. cap. 2. lib. 4. *Somnone te languido, an graui lethargo putem oppressum?*

DESERTIS *litteribus.*] Catull. in Ariadna. Perfide defetto liquifti littore Thefeu. vbi videfis adnotata. Cic. 1. ad Attic. *Homo littus, atque aër & solitudo mera.*

CEDENTE.] Decedente, vt el. 9. lib. 2.
Nunc quoniam ista tibi placuit sententia cedam.
& infra eleg. 9. —— *Cedat amor.* Catull. in Ariadna: *Thesea cedentem celeri cum classe tuetur.* vbi adnotata plura.

CARINA.] naue. *Carina*, inquit Festus, *infima pars nauis: vnde carinantes, infima fortis homines probra obiectantes.* Sunt & carinæ ædificia facta in carinarum modum, quæ erant intra templum Telluris: Seruius. vnde puto vicum dictũ Romæ fuisse: De naue Thesei Plutarch. in Theseo, & Catull. in Ariadna:

THESEA.] pro Theseïa, vt eleg. 9. lib. 3.
Standam ego Thesea brachia longa via.
Ouid. el. 3. lib. 1. Trist.
O mihi Thesea pectora iuncta fide.
& 3. Fastor.
—— *Theseo crimine facta dea est.*
videadnotata ad illud eleg. 1. supr. *Hylei Rami.*

ET qualis Andromede.] Fabula est apud Ouid. 4. Met.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedeu pœnas iniustus iusserat Ammon, &c.
Ipse eleg. 28. lib. 2.
Andromede monstris fuerat deuota marinis,
Hac eadem Persei nobilis vxor erat.
eleg. 21. lib. 3.
Non hic Andromedæ resonant pro matre catenæ.
Ouid. 1. de arte amandi:
Andromeden Perseus nigris portarit ab Indis.
De Andromeda Cephei & Cassiopes filia exposita Ceto. vide Apollod. lib. 2. & Higin. Fab. 64. Scripserat Attius eo nomine tragœdiam, & Andromedam fabulam Euripides, vt testatur idem Higinus lib. 2.

CEPHEIA.] Cephei Regis Æthiopum filia. Ouid. el. 3. lib. 3. Amor.
Non fatis inuidia vobis Cepheia virgo est,
Pro male formosa iussa parente mori.
Cic. 5. Tuscul. *Stellatus Cepheus cum vxore, genero, filia, ob cognitionem rerum cœlestium fingitur.* Horat. oda 29. lib. 3.
Iam clarus occultum Andromedes pater
Ostendit ignem.

ACCVBVIT.] cubuit, acquieuit, iacuit. nisi cum Perseo cubuisse significat, el. 32. lib. 2.
Atque inter pecudes accubuisse Deam.
de concubitu. & eleg. 30.
Bistoniis olim rupibus accubuit.
& eleg. 13.
Nycteos Antiopen accubuisse Lyco.
sic eleg. 4. lib. 4.
Nescia se flammis accubuisse nouis.
& eleg. 7. lib 2.
Romana accumbes prima puella Ioui.
Sueton. in Cæsare cap. 71. accubuerit pro cubuerit dixit.

PRIMO somno.] qui altior esse solet. Virg. 1. Æneid.
—— *primo qua prodita somno.*
& lib. 2. Æneid.
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono Diuûm gratissima serpit.

LIBERA iam duris cotibus.] soluta à Perseo saxis quibus adstricta erat. Ouid. 4. Met.

A *Quam simul ad duras religatam brachia cautes*
Vidit Abantiadis. Cautes, πέτρα, saxum asperum & abruptum. Virg. 4. Æneid.
Duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

NEC minus.] & pariter, atque etiam. vt el. 15. infra: *Nec minus Eois pectus variare lapillis.*
Virg. 1. Georg.
Nec minus ex imbri soles. & 3. Æneid.
Nec minus Andromache, &c.
& 10. *Nec minus ille Exultat demens.*
& 11. *Nec minus & miseri diuersa in parte Latini.*
Martial.
Cynthia facundi carmen iuuenile Properti
B *Accepit famam, nec minus ipsa dedit.*

QVALIS Edonis.] Baccha. *Strymonis* dicitur el. 4. lib 4. Edoni populi Thraciæ ad Hebrum fluuium: & Edonus etiam mons Thraciæ. Plin. cap. 11. lib. 4. vnde Edonides Bacchæ Thraciæ. Ouid. *Matres Edonidis adsunt.* Item:
Protinus è filiis matres Edonidas omnes
Quæ videre nefas torta radice ligauit.
Horat. oda 7. lib. 2.
—— *non ego sanius Bacchabor Edonis.*
Virg. 12. Æneid. *Edoni Borea.* Lucanus secundam corripit: *Edonis Ogygio decurrit plena lyæo.*
C Ouid eleg. 17. lib. 1. amor. hunc locum imitatus est:
Tum quoque erat neglecta decens, vt Thracia Baccha
Cum temere in viridi gramine fessa iacet.

FESSA ibotem assiduis.] viribus exhaustis continuis tripudiis & saltationibus, sic eleg. 1. lib. 3.
Et defessa choris Calliopæa meis.
& Ouid. 1. Fast.
Sicut erat lusu lassa quieuit humo.
Chori & choreæ Baccharum notæ. ipse el. 7. lib. 4. *Micratisque sonant Lydia plectra choris.*
eleg. 3. lib. 2.
Egit vt euantes dux Ariadna choros.

D CONCIDIT.] statim oppressa somno corruit posito furore. sic Horat. oda. 12. lib. 1.
Concidunt venti fugiuntque nubes.
Plaut. Pœnulo sc. 2. act. 1. *Faxo constiterit Lymphatisum.*

IN Apidano.] in ripis Apidani. sic el. 2. l. 2.
Mercurioque satis fertur Bœbeidos vndis
Virgineum primo composuisse latus. id est, in ripa eius lacus. & el. 14. huius libri:
Tu licet abiectus Tiberina molliter vnda.
& eleg. 15.
Desertis olim fleuerat æquoribus. id est, in littore deserto. & el. 9. lib. 2.
E *Et dominum lauit mœrens captiua cruentum*
Appositum fluuiis in Simoenta vadis.
id est, Simoentis ripa. & el. 7. l. 4. *Anio pomifer.* id est, ripæ & agri. & Virg. 11. Æneid.
—— *tum flumina pulsant.* id est, in ripis plaudunt choreas. & 4. Georg.
Dum te fugeret per flumina præceps.
id est ripas. contra eleg. 1. lib. 2.
Xerxis & imperio bina coisse vada.
id est, littora. Apidanus Thessaliæ fluuius, qui in Peneum labitur. Strabo lib. 8. & 9. & Ouid. 1. Metam.

HERBOSO.] sic Virg. 2. Georg.
Pascentem niueos herboso flumine Cycnos.

Ouid. in epift. Didus. *Vdis abiectus in herbis*
Ad vada Mæandri.

TALIS *visa Cynthia mihi.*] vigilanti fcilicet.

SPIRARE *quietem mollem.*] lenem fomnum ducere fpirãdo & refpirando. vnde iocus Plauti in Aulul. *Follem obstringit ob gulam: ne quid animæ amittat dormiens.* & in milite: *Non operæ est, sorbet dormiens. Quid sorbet? Illud, stertit volui dicere.* Spirare cum quarto cafu: Lucretius lib. 5.

Spirantes naribus ignem. Virg. 1. Æneid.
Illum exspirantem transfixo pectore flammas.

Perfius fat.6. *Seu spirent Cinnama surdum.* Cic. ep. 16. lib. 15. ad Attic. *Spirare martem.* fic Virgil. 9. Æneid. *Toto proflabant pectore somnum.*
Homer. 3. Iliad. ——μένεα πνείοντες Ἀχαιοί.

QVIETAM *mollem.*] vt Homer. 6. Odyff. μαλακὸν κῶμα. Virg. 2. Georg.
Mollesque sub arbore somni. Catull. in Aty.
Abijt in quiete molli rabidus furor animi.

NIXA *caput.*] fuftentans caput. fic el. 29. l. 2.
Prosilis in laxa nixa pedem solea.

Virg. 4. Æneid.
Mæonia mentum mitra, crinemque madentem
Subnixus. De hoc geftu dicetur infra ad illa verba: *Nixa toro cubitum.* Hinc iocus Plauti in milite: *Ecce autem ædificat: columnam mento suffulcit.*

MANIBVS *non certis.*] infirmis & fomno languidis, vt eleg. 4. lib. 4.
Dixit & incerto permisit brachia somno.

CVM *traherem vestigia.*] cum egregiè potus à cœna redirem titubans, cum pedem pedi vix præferrem, cum pedem ftruerem, vt eft in xii. Virg. 3. Æneid.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora. Tibull. el. 1. lib. 2.
Vina diem celebrent: non festa luce madere
Est rubor, errantes & male ferre pedes.

Statius 4. Thebaid. de comitatu Bacchi. *Succiduique gradus. Vestigia*, plantæ & pedes. Catull.
Sed quanquam me nocte premunt vestigia Diuûm.
Virg. 3. Georg.
Vix summa vestigia ponit arena.
idem Æneid. 5. ——*vestigia presso*
Haud tenuit titubata solo.
ipfe infra eleg. 5.
Et miser ignotos vestigia ferre per ignes.

EBRIA *multo Baccho.*] veftigia ebria, hominis ebrij. Seneca Medea de Hymeneo:
Huc incede gradu marcidus ebrio.
Catull. *Et dulcis pueri ebrios ocellos.*
Tibull. eleg. 7. lib. 4.
Nec bene sollicitis ebria verba sonant.

Vinum autem, vt Plautus ait Pfeudolo; *Luctator dolosus est, pedes captat primum.* Virg. 2. Georg.
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.
vnde Ancilla apud Laërtium dicebat: Χρυσίππου μόνα τὰ σκέλη μεθύει. id eft, Chryfippi fola crura inebriantur.

BACCHO.] vino. Virg. *Miti dilue Baccho.* & contra vinum, pro Baccho: Feftus in Metonymia: *Persuasit animo vinum Deus, qui multo est maximus.*

ET *pueri.*] παῖδες δᾳδοῦχοι. Paullus L. Pueri. 204. de verb. fign. *Pueros omnes seruos appellamus;*

A *item contrario nomine puellæ; id est mares. Postremo puerilem & impuberem ætatem.* Sic Virg. 7. Æn.
Fit Calybe Iunonis anus. id eft, miniftrans. Ab anus fit anicula, ancula. Inde ancilla, & anculare.

QVATERENT *facem.*] Petron. *Facemq. fumosam magis, quam lucidam quassans.* Martial. ep. 48. lib. 8. *Funeream que toris quassat vterque facem.*
Tibull. eleg. 2. lib. 1.
Neu prope fulgenti lumina ferte face.
id eft, noctu. Ouid. 10. Metam.
Nullosque inuenit motibus ignes. (*fax*) Catull. in epithalamio Manlij: *Manu pineam quate tedam.*
B vbi vide adnotata.

SERA *nocte.*] multa iam nocte, non primis tenebris. Virg 4. Georg.
——*seraque reuertens*
Nocte domum. & 7. Æneid.
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum.
& ecl. 8.
Perdita nec seræ meminit decedere nocti.
fic *serus vesper.* 1. Georg.
Illic sera rubens accendit lumina vesper.

HANC *ego conor adire.*] ad eam accedere. obfcœnè, vt *inire.* Ouid. 4. Metam.
C ——*Non amplius auctor,*
Lucis adit (Clytien) *Venerisq. modũ sibi fecit in illa.*
Sic *venire* & *commeare* & *mittere.* Ipfe el. 23. lib. 2.
Nec finit esse moram si quis adire velit.
vbi vide plura.

MOLLITER *impresso toro.*] cum manibus, genibufque leniter incubuiffem lecto vbi extarent veftigia. paullo aliter Virg. 4. Æneid.
Dixit & os impressa toro. Ipfe el. 29. lib. 2.
Apparent non vlla toro vestigia presso.
eleg. 6. lib. 3.
Humidaque impressa siccabat lumina lana.
Ouid. eleg. 13. lib. 3. Amor.
D *Cur pressus prior est, interiorque torus?* & 2. Faft.
Vtque torum pressit; ferrum Lucretia mecum est.

Torus ab herba torta: Varro 1. de vita populi Romani apud Nonium in *Toral.* Seruius & Ifidor. quod confirmat Virg. 5. Æneid.
Proximus vt viridante toro consederat herba.
vt à lectis herbis & foliis lectus.

NONDVM *etiam deperditus omnes sensus.*] cum non effent planè obruti, fepultique vino fenfus. fic eleg. 9. infra:
Nondum etiam palles, vero nec tangeris igni.
& eleg 10. lib. 2.
Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes.
E vet. gloff. *Nondum etiam*, οὐδέπω.

DEPERDITVS.] de intendit vim verbi. vt eleg. 30. lib. 2.
Vt Semele est combustus, vt est deperditus Io.
Catull. *Quæ misero Gnati fleret deperdita læto.*

OMNES *sensus.*] omnem animum. Catull.
Dulce ridentem misero quod omnes
Eripit sensus.

ET *quamuis hac Amor, hac liber.*] pro hac & illac, ex vna & altera parte. Catull. *Vt tenax edera hac & hac arborem implicat errans.* Virg.
Hac fugerent Graij, &c. Hac Phryges instarent.
Horat. fat. 2. lib. 2.
Hac vrget lupus, hac canis angit.

Ouid. eleg. 10. lib. 3. Amor.

Luctantur, pectusque leue in contraria ducunt

Hac Amor, hac odium: sed puto vincet amor.

Liber dictus est repertor vini, inquit Festus, *quod nimio vsi vino omnia libere loquantur.* Macrobio Liber est Sol, & Virg. 1. Georg. quod libere per aërem vagetur. Plutarch. ἐν συμπ. Quæst. 104. vel à libertate linguæ, vel à libatione quam reperit: vel quod auctor liberandi seruitute; vnde Διόνυσος ἐλευθέριος dicitur: Seneca cap. vlt. de Tranquillit. quod liberet animum seruitio curarum.

VTERQVE *durus Deus.*] vterque sæuus & nimium imperiosus. De amore Virg. 3. Georg.

Quid iuuenis magnũ cui versat in ossib. ignẽ Durus. & 6. Æneid.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

Durus Bacchus, quia ebrietas cogit ad libidinem, ad arma, ad cædes. Ouid. eleg. 6. lib. 1. Amor.

Nox & amor vinumque nihil moderabile suadent,

Illa pudore vacat, Liber amorque metu.

Statius 8. Thebaid.

Ille genas Phœbo, crinem hic pascebat Iaccho

Sæuus vterque Deus.

IVSSERINT.] sic Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Iussit Amor: contra quis ferat arma Deos. Virg.

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?

Ennius apud Festum in Metonymia: *Persuasit animo vinum, Deus qui multo est maximus.*

CORREPTVM *duplici ardore.*] gemino calore incensum amoris & vini. Ouid. 1. de arte amandi:

Et Venus in vinis ignis in igne fuit.

Idem 12. Metam.

—— Quam vino pectus, tam virgine visa

Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.

De igni amoris omnia nota. De igne Bacchi. Ouid. 1. de arte amandi:

Vina parant animos faciuntque caloribus aptos.

Horatius:

Narratur & Prisci Catonis Sæpe mero caluisse virtus.

vnde πυρίσπορος, ignisatus dicitur Orpheo in hymnis; & ab aliis πυριγενής. Ignigena Ouid. 4. Metam.

TENTARE.] vel experiri an dormiret, vel attrectare: nam à teneo, tento, vt à sustineo, sustento, retineo, retento: *Tentare venas.* Suet. in Tiberio, cap. 72. Albin. ad Liuiam:

—— Teque tuo Drusum credis habere sinu.

Et subita, tentasque manu, speras que receptum.

Plaut. Aulul. act. 4. sc. 3. (videam) *ne inter tunicas habeat. Tenta qua lubet.* id est, scrutare. Virg. 3. Georg. *Inuisas si quis temptaret amictus.* id est, tractarat.

POSITAM.] iacentem sine sensu. vnde positi mortui Virgilio & Albinouano. Horat. oda 10. lib. 3. carm.

Positas vt glaciet niues. eleg. 11. infra:

Molliter in tacito littore compositam.

Virgil. *Somno posita.* id est, iacentes 4. Æneid. Ouid. in epist. Ariadnæ:

Ner positos artus vnget amica manus.

& Statius 12. Thebaid.

Hei mihi quod positos humus alma diesque resoluit.

id est mortuos.

A LEVITER.] *molliter* dixit paulo ante. & *leuiter*, ambiguè, & *leuiter sentare*, & *leuiter subiecto.*

SVBIECTO *lacerto.*] brachio supposito. Ouid. el. 6. lib. 3. Amor.

Illa quidem nostro subiecit eburnea collo Brachia. Tibull. el. 8. lib. 1.

Hunc tu candentes humero suppone lacertos.

Catull. in Nuptiis Pelei:

Languidulosque pares tecum coniungere somnos,

Lauia substernens robusto brachia collo.

Lacerti sunt ab humeris ad cubitum. Varro & Columella gallis gallinaceis etiam lacertos tribuunt. dicebant & *lacerta* neutro genere: Nonius.

B

ET *admota manu.*] leuiter iniecta manu. si ad oscula refertur, gestus exprimitur ita osculari volentis, vt ne reflectere ceruicem posset puella. quod genus osculi apud Plautum compræhensis auribus, Asin. *Prehende auriculis, compara labella cum labellis.* Tibull. eleg. 6. lib. 2.

—— natusque parenti

Oscula comprensis auribus eripiet.

eleg. 20. infra:

Oscula suspensis instabant carpere palmis.

C Sin ad arma admouetur manus, id significat obscœnitatis, quod apud Plautum Casina, act. 5. sc. 3.

Dum gladium quæro ne habeat, arripio capulum.

SVMERE.] ad diuersa duo refertur oscula & arma. Ouid.

Oscula si sumpsit, si non & cetera sumpsit

Hæc quoque quæ sumpsit perdere dignus erat.

Plaut. in Asinaria: *Suauium si sumpsit* (amator) *eum sumere licet sine restibus.* Sumimus autem quæ non rogamus.

ET *arma.*] hæc intelligit, quibus in Veneris certamine pugnatur, & quæ eloqui non patitur pudor. Plaut. in Casina, act. 5. sc. 3. *gladium*

D vocat. Catull. *Siculam.* carm. ad Ianuam. in Catalect. *Hoc mihi si telum desit inermis ero:* inquit horrorum Deus. Apuleius lib. 2. Fab. Miles. *Præliare*, inquit, *& fortiter præliare. nec enim tibi cedam, nec tergum vertam; cominus in adspectum si vir es dirige, & grassare gnauiter & occide moriturus. hodierna pugna non habet missionem.* sic Græcis ὅπλον, τὸ αἰδοῖον, Hesychio. Dicitur & Arcus in Priapæis. Ipse el. 9. lib. 4.

Et toto soluimus arma toro.

& eleg. 19. lib. 3.

Quam multæ ante meis cedant sermonibus horæ,

Dulciaque quam nobis concitet arma Venus.

E & eleg. 1. lib. 2.

Nos contra angusto versamus prælia lecto.

& eleg. 6. lib. 3.

Dum pugnant Danai, dum restat barbarus Hector:

Ille Helena in gremio maxima bella gerit.

Catullus de Coma Berenices:

Dulcia nocturnæ portas vestigia rixæ. Ibidem:

Id mea me multis docuit regina querelis,

Inuisente nouo prælia torua viro.

Scaliger pro arma, tarda, aut, certa, legendum censet, non probo. Palmerius legi posse putat inerma, & exponit ignaua & sine fructu Veneris; non persuadet. Martialis:

O quæ prælia! quas vtrimque pugnas,

Felix lectulus & lucerna vidit!
Petronius: *Illud vnum memento, non me, sed instrumenta peccasse. Paratus miles arma non habui.* Vide ad illum locum adnotata à Pithœo. Idem Petronius *bipennem* vocat. Nicander κορύνην: Festus *Rutabulum.* Sutrius comœdiarum scriptor apud Fulgentium 3. Mythol. *Myrthinum mihi adfer, quo virilibus armis occursem fortiusculè.* Claudianus in nuptiis Honorij & Mariæ:

Tum victor madido prosiliens toro
Nocturni referens vulnera prœlij.

Donat. in illud Eunuch. Dabit hic aliquam pugnam denuo: pro stupro, inquit vt (Virgil. 9. Æneid.)

Et non in Venerem segnes nocturnaque bella.

NON *tamen ausus eram turbare quietem Dominæ.*] Cynthiæ somnum interpellare. Virg. 3. Georg. dixit: *Nec somnos abrumpit cura salubres.* Horat. *Est vbi duellas somnos minus inuida cura.* Ipse eleg. 9. lib. 4.

Lumina sopitos turbant elata Quirites.

METVENS *iurgia.*] aspera verba metuens. *Iurgare*, inquit Varro 6. de ling. Lat. *iure agere.* Festus: *iurgatio iuris actio.* vide Nonium in Iurgium. Ipse eleg. 5. lib. 3.

Retulit hæc querulo iurgia nostra sono.

Sed vet. lib. *verbera*, quod amplector. Nam Horat. oda 12. lib. 3.

Metuentes patruæ verbera linguæ.

& Plaut. *Vox aures verberat* vt Virg. *Nuncius aures Vulnerat.* & Cicer. in Catilin. Huc pertinet, eleg. 7. lib. 3.

Dulcis ad hesternas fuerat mihi rixa fenestras,
Vocis & insana tot maledicta tuæ.

vt eleg. 15.

Peccaram semel, & totum sum pulsus in annum
In me mansuetas non habet illa manus.

eleg. 5. infra:

Molliter irasci non solet illa mihi.

EXPERTÆ *sæuitiæ.*] τῆς δεινῶς, vt eleg. 2. supra: *mercato cultu.* sic eleg. 10. infr. *expertos lacus.* & eleg. 3. lib. 3. *Experta prora.*

SED *sic hærebam fixus intentis ocellis.*] oculos, inquit, meos ab eius oculis & vultu non dimouebam: totusque eram in eius forma contemplanda. Gestus admirantis. & notandum τὸ ἐν τῷ: vt apud Ciceronem pro C. Rabirio: *Abditum latere in occulto.* Virg.

——Hærent infixi pectore vultus. item:
——oculos horrenda in virgine fixus. item:
——obtutuque hæret defixus eodem.

non alienum ab hoc loco venustissimum Platonis epigramma apud Laërtium:

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς, ἀστὴρ ἐμός, εἴθε γενοίμην
Οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

Apuleius lib. 11.

At ego stupore nimio defixus tacitus hærebam.

VT *Argus.*] Argi & Iûs fabula est apud Ouid. lib. 1. Met. Virg. 7. Æneid. sub finem. Apollodor. lib. 2. Higin. Fab. 145. meminit & Plautus in Aulularia. & ipse infra tribus locis. Macrob. cap. 23. lib. 1. Fabulam interpretatur ita, vt Argus cœlum sit, Io, terra. Argus Sol infrà.

IGNOTIS *cornibus.*] Scaliger legendum putat, *vti gnotis*, vel *notis.* vt gnota, gnixus, gnobi-

A lis, gnatus, gnarus, gnauus. Sed licet interpretari, *ignota cornua*, vel quæ Argus putabat esse Vaccæ, cum essent puellæ: vel quæ Io ipsa nesciebat se gerere, donec in flumine conspexit. Ouid. 1. Metam.

——nouaque vt conspexit in vnda
Cornua, pertimuit seseque exterrita fugit.

vide eundem epist. Hypermnestræ. An cornua Inachidos posuit pro Inachide cornuta? sic planè, eleg. 4. lib. 4.

Prodita quid mirum fraterni cornua monstri,

id est Minotauri cornuti. & eleg. 15. lib. 3.

Quod superest vita per te & tua cornua viuam.

B id est per te cornigerum. Ouid. el. 1. l. 2. Amor.

Carmina sanguineæ deducunt cornua lunæ.

& 3. Fast.

Ceperunt matrem formosi cornua tauri.

hoc de genere dicetur infra, ad illud: *error Herculis, & amor Herculis.*

INACHIDOS.] Ionis Inachi filiæ. Ipse el. 33. lib. 2.

Atque vtinam Nilo pereat quæ sacra tepente
Misit matronis Inachis Ausoniis.

ET *modo.*] eleg. 14. infra:

Et modo tam celeres mireris currere lintres:
Et modo tam tardas funibus ire rates.

C SOLVEBAM *corollas de fronte nostra.*] anacolouthon in numero, *soluebam nostra*, pro mea. nā vsus postulabat soluebamus nostra. Flores autem aut ferri aut soluti. Apuleius lib. 2. *Rosa soluta in sinu tuberante.* Pendebant autem flores & serta sic vt in frontem dimitterentur. eleg. 2. libr. 4.

Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter
Impositus fronti langueat ante mea.

eleg. 33. lib. 2.

Cum tua præpendent demissæ in pocula sertæ.

Corollas autem poti gestabant: qua de re Plaut. D Amphitr. Menechm. & Pseudol. Ouid. eleg. 6. lib. 1. Amor.

Ergo amor & modicum circum mea tempora vinum
Mecum est, & madidis lapsa corona comis.

& 1. Fast.

Vina dabat Liber: tulerat sibi quisque coronam.

Corollas Græci στεφάνους, Latini olim strophiola vocabant, deinde corollas ob gracilitatem & corollaria addita æ rea lamina. Plin. cap. 2. lib. 21.

PONEBAMQVE *tuis, Cynthia, temporibus.*] imponebam capiti tuo. Aphæresis, vel simplex pro composito, vt supra, *cedente carina.* sic Ouid. E 2. de Arte amandi:

Et capiti demptas limine pone rosas.

At ipse eleg. 2. lib. 4.

Sobrius ad lites: at cum est imposta corona, &c.

vel *ponebam* est quasi consectantis, vt:

Mihi corolla picta vere ponitur. Ipse eleg. 10. l. 2.

Vt caput in magnis, vbi non est tangere, signis:
Ponitur hic imos ante corona pedes.

tempora, κρόταφοι, partes capitis concauæ.

ET *modo gaudebam.*] me iuuabat.

FORMARE *capillos lapsos.*] nimium fluentes crines reuocare, fingere, & componere. Virg. 4. Æneid. dixit:

——nimiumque fluentem

Fronde premit crinem fugens.
A Petronius arbiter. *Descendētes ab aure capillos meos tenta* (vulgo tentata) *manu duxit.* Sueton. in Nerone cap. 51. Comam in gradus formatam gestasse cūm narrat, quo nihil turpius. Sic Albinouanus ad Liuiam:
Formarent oculos, comprimerentque meos.
vt vero Propertius capillos lapsos, sic Ouid. 3. de Arte:
Illo præcipuè ne sis morosa caueto
Tempore, nec lapsas sæpe resolue comas.
NVNC *dabam cauis manibus.*] si tertio casu, dabam Cynthiæ manibus. si sexto; meis mani-
B bus illi dabam. Caua manus neq. prorsus compressa, neque porrecta. Tibull. el. 4. lib. 2.
Illa caua pretium flagitat vsque manu.
ipse el. 10. lib. 4.
Et caua suscepto flumine palma sat est.
Virg. 8. Æneid.
Rite cauis vndam de flumine palmis Sustulit.
Fab. cap. vlt. lib. 11. *Caua manu, summis digitis pectus appetere.* Caua manus, κοιλὴ. Aristophan. ἐμβαλῶ κοιλῶ.
FVRTIVA *poma.*] An quæ furatus eram? an furtis & amoribus conuenientia? an furtiua, pro furtim? eleg. 16. infra:
C *Nescia furtiuas reddere mota preces.*
eleg. 13. lib. 3.
Hic tum blanditijs furtiua per antra puella
Oscula siluicolis empta dedere viris.
Catullus:
Sed furtiua dedit nigra munuscula nocte. idem:
Vt missum sponsi furtiuo munere malum.
Quo ex loco, vt ex eleg. 13. lib. 3. & vlt. lib. 2. constat veteres mercatos esse poma suos amores. furtiua pro furtim, nomen pro aduerbio. sic eleg. 16. infra:
Debitaque occultis vota tuli manibus.
D pro clam. & eleg. 21. infra:
Pars ego sum vestra proxima militiæ.
id est, proximè & nuper vobiscum militaui. Poma hic obscœnè interpretatur Lipsius lib. 3. Antiq.
OMNIAQVE.] sic eleg. 6. infra:
Et tibi non vnquam nostros puer iste labores
Adferat, & lacrymis omnia nota meis.
id est quæcunque. & eleg. 17.
Nec mihi Cassiope solito visura carinam,
Omniaque ingrato littore vota cadunt.
& eleg. 2. supra:
Vnica nec desit iucundis gratia verbis:
E *Omnia quæque Venus, quæq. Minerua probat.*
LARGIBAR.] benignè tribuebam. Syncope, pro largiebar. Catull.
Audibant eadem hæc leniter & leuiter.
vt mox *Duxti.* Virg. *Compostus, extinxem, porgite.*
MVNERA.] rectè, quia munus cum causa datur, vt docēt Iurisconsulti cum donū plerūq. sine causa tribuatur. Iteratis autem verbis delectatur, vt mox:
——*percurrens luna fenestras, Luna,* &c. & eleg. 11. infra:
Multis ista dabant littora dissidium:
Littora, quæ fuerant, &c.
& eleg. 20.

Oscula suspensis instabant carpere palmis,
Oscula & alterna ferre supina fuga.
SOMNO *ingrato.*] Ei dormienti & nihil sentienti. eleg. 17. infra:
Omniaque ingrato littore vota cadunt. Virg.
Ibant & cineri ingrato suprema ferebant.
In Catal.
Quid cineri ingrato seruas beneuolentia ferto?
Ouid. 2. Metam.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores.
An ingrato, immemori, nam somniculosi, obliuiosi? eleg. 10. lib. 3. aliter dicet:
Dulciaque ingratos adimant conuiuia somnos.
SÆPE *voluta de prono sinu.*] quæ procurrere solent è gremio surgentium puellarum. Catullus ad Ortalum:
Vt missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto virginis è gremio,
Quod miseræ oblitæ molli sub veste locatum,
Dum aduentu matris prosilit, excutitur.
Atque illud prono præceps agitur decursu.
Hinc manat tristi conscius ore rubor.
Tangit & prouerbium de quo Festus, Nec mulieri, nec gremio credi oportere. vt hic, ita & Catull. eleg. ad Manlium coniunxit, pronum, & volui:
Qui cum de prona præceps est valle volutus.
ET *quoties duxti suspiria raro motu.*] id est, lenta suspiria ex pectore traxisti; non turbida, & concitata crebro anhelitu & singultu. Eiusmodi suspiria sunt in molli & placida quiete. Ipse eleg. 8. lib. 3.
Odi quæ numquam pungunt suspiria somnos.
Ducere suspiria, vt Ouid.
Myrrha patre audito suspiria duxit ab imo Pectore. Suspirium Horatio est:
Latere petitus imo spiritus.
Suspirium etiam Isidoro lib. 4. *Est* (morbi genus) *spirandi difficultas, quam δύσπνοιαν Græci dicunt.* vnde suspiriosi ἀσθματικοί. sunt & suspiria ob curam, cuius mentio versu vltimo huius elegiæ. vnde Plaut. Menæch.
Magna cum cura ego illum curari volo.
Quin suspirabo plus sexcenties in die.
Raro motu, aut pulmonum, aut animi perturbatione.
OBSTVPVI.] præ formidine sine sensu mansi. stupor ex metu, vt commouete te non possis. Virg. *Obstupui, steteruntque comæ.* ex admiratione. Idem 1. Æneid.
Obstupuit primo adspectu Sidonia Dido.
AVSPICIO *vano credulus.*] temerè credens animi mei augurio, & præsagio, præsertim falso. Credulus cum tertio casu. vt Virg. ecl. 9.
Sed non ego credulus illis. Potest & auspicio esse sexti casus. *Credula autem res amor*, inquit Ouid. & vt ait Virg. *Qui amant ipsi sibi somnia fingunt.* *Auspicium* dixit pro coniectura quia ad coniectores ea diuinatio pertinet. Plautus quoque in Mercatore act. 1. sc. 2. omina vocat:
Mirisque exemplis omina in somniis danunt. & sequ. *Nec omen mihi illud, nec auspicium placet.* & ipse eleg. 4. lib. 4. vocat: *Omina lunæ.* Vano, fallaci, mendaci. Tibull. eleg. 4. lib. 3.
Desinite in vanis quærere velle fidem.

De visis nocturnis, vide Cic. 2. de diuin.

Ne *nocturna visa portarent tibi insolitos timores.*] ne phantasmata & ἐνύπνια. id est species & imagines nocturnæ & insomnia tibi metus nouos adferrent. nam insomnia solent terrere. Ipse eleg. 26. lib. 2.

Cum mihi discußit talia visa metus.

Virg. 4. Æneid.

Quæ me suspensam insomnia terrent.

Visa aut sunt vigilantium, de quibus Cicero in Lucullo: aut dormientium de quibus idem Cicero 2. de diuin. Tibull. el. 4. lib. 3.

Ite procul vani, falsumque auertite visum.

Cynthia obnoxia insomniis. eleg. 29. lib. 2.

Ibat & in castæ narratum somnia vestæ. (Cynthia) vide adnotata ad illud eleg. 6. lib. 3.

Si non vana canunt mea somnia.

Portarent *tibi timores.*) simplex pro composito, adportarent. vt eleg. 1. *Cogitat artes.* Sic eleg. 25. lib. 2.

Cum satis vna tuis insomnia portet ocellis.

Virg. 5. Æneid.

——tibi tristia somnia portans.

& 7. Æneid.

——bellum ô terra hospita portas. Seneca in Troiade: *Quæ visa portent, effer in medium metus.* Sallust. in Catilin: *Socijs atque amicis auxilia portabant.* Suspiria autem sæpius doloris indicia & timoris, vt hic & apud Horat. oda 11. lib. 3.

Illum è mœnibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens & adulta virgo
Suspiret. eheu, &c. Alias signum amoris Horat. *Suspirare Chloën.* Tibull.

Te tenet, absentes alios suspirat amores.

Neve *quis cogeret inuitam esse suam.*] scilicet vi, minis, muneribus, veneficiis. eleg. 19. infra:

Quam vereor ne te contempto Cynthia busto
Abstrahat à nostro puluere iniquus amor,
Cogat & inuitam lacrymas siccare cadentes:
Flectitur aßiduis certa puella minis.

Donat. in illud Phorm. sc. 4. act. 1. *Vi coactum esse te inuitum: interdum etiam ipsi nos cogimus propria voluntate; vt in Andria: Tu coactus tua voluntate es.* Sic *coacta lacrima.* Virg. 2. Æn. Huc pertinet ait de muneribus, eleg. 13. lib. 3.

Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas.

Donec *luna percurrens.*] id est, cursim perlustrans. Lucret.

Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.

Item: *Murmura percurrunt cœlum.* Virg.

Arguto tenues percurrens pectine telas.

Diversas *fenestras.*] Scaliger legit ex coniectura, *Diuisas*, fissasque exponit. Sic apud Tibull. lib. 4.

Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi.

vbi ver. lib. *Diuisi.* & apud Fabium: *Diuisæ vices.* & sanè sic Persius sat. 3.

——iam clarum mane fenestras
Intrat & angustas diducit lumine rimas.

& Martianus Capella de Aurora:

Surgens fenestras dißisaret lumine.

Sed nihil opus mutata lectione: nam diuersæ fenestræ sunt aduersæ, & quarum è regione locatus Cynthiæ lectus. sic Virg. 9. Æneid.

A *Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur.*

& 3. Æneid.

Visi ante oculos adstare iacentis
In somnis, multo manifesti lumine, quà se
Plena per insertas fundebat luna fenestras. Ibid.
Rursum ex diuerso cœli cæcisque tenebris
Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis.

Fenestræ, inquit Nonius, ἀπὸ τοῦ φαίνειν, & à luce accipienda.

Lvna.] iteratio de qua versu 6. ab hoc.

Sedvla.] nimis officiosa, cuius sedulitas mihi nocuit. Horat. ep. 13. lib. 1.

Ne studio nostri pecces odiumque libellis
B *Sedulus importes.* & ep. 1. lib. 2.
Sedulitas autem stultè quem diligit vrget.

& sat. 5. lib. 2. *——vbi sedulus hospes*
Pæne macros arsit turdos, dum versat in igne.

Sedulus est, à quo dolus abest, nec abest diligentia, sed ea nihil aut parum prodest ei, cui opera nauatur. vnde Cic. pro A. Licinio: *Sedulitatem mali Poetæ* dixit, quia diligenter & pro viribus scribebat, sed aduersis Musis & Apolline.

Moratvris *luminibus.*] eleg. 19. lib. 3.

Phœbe moraturæ contrahe lucis iter.

vbi moraturam lucem dixit, de æstiuo die. vesit hic fortasse: *Luna luminibus moraturis,* longiore & hiberna nocte. Ibid. C

Longius in primo luna morare toro.

moraturis ergo luminibus, radiis illic permansuris diutius. sed quomodo *moraturis*, cum dixerit, *percurrens*? An quia licet currant & volitent radij, non tamen ideo recedant à fenestra? An quia erat percursura, nisi officij causa postea morari voluisset, quasi spectatura Cynthiæ formam, & Propertio prælucere cupiens.

Radiis *leuibus.*] nihil illis velocius, cum momento à cœlo in terram ferantur, nihilque tenuius cum per minimas rimas penetrent.

D Patefecit *ocellos.*] aperuit ocellos fulgore perstrictos. eleg. 15. lib. 2.

Illa meos somno lassos patefecit ocellos
Ore suo.

Compositos.] clausos. ductum à mortuis, qui componi dicuntur. vt 1. Æneid.

——nunc placida compostus pace quiescit.

Translatè ibidem:

Ante diem clauso componet vesper olympo.

Horat. propriè sat. 9. *Omnes composui felices.* Mortuis autem componuntur oculi, & somnus frater mortis. sic condi lumina dicuntur, eleg. vlt. lib. 4.

E *Condita sunt vestro lumina nostra sinu.*

Sic *ait.*] Donat. in Andriam docet interdum, *sic*, idem valere quod leuiter, negligenter, languide, quod Græci αὕτως, inquit, pro οὕτως. & est gestu adiuuandum. Muretus monet legi in vet. lib. *Hîc*, id erit, tunc, quod & ipsum (tunc) vet. Cod. Memmij habet. vide eleg. 29. lib. 2. vbi Cynthia sic obiurgat Propertium.

Fixa *cubitum.*] Synecdoche Poëtica, vt supra: *Nixa caput manibus.* Cubito, inquit, impresso lecto caput fulciens. Imitatio videtur esse Homeri, Iliad. 9. vbi Agamemnon ad Nestorem accedit, quem in molli lecto quiescentem inuenit. Is autem Agamemnonem allocuturus:

cuturus: *Ὀρθωθεὶς δ' ἄρ' ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν ἐπαείρας, Ἀτρείδην προσέειπε.* id est, erectus vtiq. super cubitum caput sustentans Atriden allocutus est. Virg. 4. Æneid.

Ter sese attollens, cubitoque innixa leuauit.

Ouid. lib. 11. Metam. de Somno Deo:

Excussit tandem sibi se, cubitoque leuatus
Quid veniat, cognouit enim (Irin) scitatur.

Petronius: *Erectus igitur in cubitum hac fere oratione contumacem vexaras.* Quibus ex locis videtur legendum, *Nixa*, non fixa, quamuis nihil ausim mutare absque libris. De hoc gestu vide Cornel. Nepotem in vita Attici sub finem. Valer. Max. cap. 1. lib. 2. & cap. 1. lib. 5.

IN *molli toro.*] Homer. Iliad. 9. *Εὗδ' ἐνὶ μαλακῷ.*

TANDEM.] serò, inquit, sed aliquando tamen. Tandem est conquerentis de alterius mora.

INIVRIA.] refertur ad lecto, & ad alterius. Iniuria nostro lecto à te facta, vt eleg. 8. lib. 4.

Cum nostro fieret toties iniuria lecto.

& iniuria, quam altera tibi fecit cum te exclusit ex opinione amantium, qui excludi & non admitti iniuriam putant: quasi cõmunes ædes iure amicitiæ sint, & domo sua prohibeantur; quo nomine competere actionem iniuriarum ait Cicero pro Cæcina. vide Asin. Plauti, vbi adolescens Argyrippus queritur se domo Lenæ eiectum & exclusum.

ALTERIVS.] Inuidiosè. nam inde adulteri & adulteræ. Plaut. in Milite:

Aspexi illam cum altero osculantem.

& eleg. 16. infra:

Nunc iacet alterius felici nixa lacerto.

& eleg. 12.

Quam vacet alterius blandos audire susurros.

& eleg. 3. lib. 3.

Quippe coronatos alienum ad limen amantes.

Tibull. el. 4. lib. 3. *Alterius mauult esse puella viri.*

REFERENS *te nostro lecto.*] redire cogens ad communem lectum. eleg. 18. infra:

Sic mihi te referas leuis, vt non altera nostro
Limine formosos intulit vlla pedes.

CLAVSIS *expulit è foribus.*] exclusit, aditúque prohibuit Oxymori genus; quomodo enim fieri potest, vt quis è clausis foribus expellatur? Scaliger quidem ait in vet. lib. legi *Retulit*: vt legi debeat: *Reppulit.* scilicet vt vitet illud Oxymoron. Sed & expelli & deiici quis dicitur etiam qui prohibetur accedere in eum locum. vnde dicitur deiici. qua de re longa disputatio apud Ciceronem pro Cæcina.

NAMQVE *vbi consumpsti.*] contriuisti. el. 32. lib. 2. *Sin autem longo nox vna aut altera lusu*
Consumpta est. Ouid. el. 10. lib. 2. Amor.

Sæpe ego lasciuæ consumpsi tempora noctis.

TEMPORA *longa noctis.*] amantibus nox videtur longa. Horat.

Vt nox longa quibus mentitur amica. Idem:
Me tuo longas pereunte noctes Lydia dormis.

ipse eleg. 12. infra:

Nunc primum longas solus cognoscere noctes Cogor.

MEÆ.] mihi debitæ. Tibull.

Blanditiasne meas aliis tu vendere es ausus?
Tune aliis demens oscula ferre mea?

A LANGVIDVS.] somno marcidus, fractis in aliena militia viribus. Tibull.

Tecum interposita languida veste cubet.

EXACTIS *sideribus.*] peracta nocte, vt eleg. 29. lib. 2.

Mane erat, & volui si sola quiesceret illa Visere.

An sidera, pro Luna & nocte? Virg. 3. Æneid.

Tres adeo incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

Stat. 8. Thebaid.

—— vario producunt sidera ludo.

id est, noctem. & 10. Thebaid.

Traxerat insomnis cithara, ludoque suprema
B *Sidera.* Vel sideribus fugatis ortu solis. superioris sententiæ hæc sunt exempla. eleg. 8. lib. 3. *Cum fuerit multis exacta trientibus hora.*

& eleg. 14. lib. 2.

Nec sic errore exacto lætatus Vlysses.

Posterioris. Virg. 5. Æneid.

——stellas oriente fugarat Clara dies.

Horat. oda 21. lib. 3.

Dum rediens fugat astra Phœbus.

Ouid. 2. Metam.

Diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cæli statione nouissimus exit.

sic *exacti reges* dicuntur.

C HEI *mihi.*] suam vicem dolentis. el. 9. lib. 4.

Lanuuij ad portas, hei mihi, solus eram.

O *vtinam.*] vt eleg. 8. infra:

O vtinam hibernas, &c. & eleg. 16.
O vtinam traiecta cana, &c.

Ouid. el. 5. lib. 2. Amor. *O vtinam arguerem, &c.*

IMPROBE.] perfide. vt eleg. 4. lib. 4. *Improba ministra*, quæ fidem Vestæ datam violauit.

PRODVCAS *tales noctes.*] tã amaras noctes totas exigas. Cicero in Catone: *Vitam ad centesimum annum perduxit.* Perducere, vt ducere Virg. 9. Æneid.

D *Noctem custodia ducit Insomnem ludo.*

Plaut. Trucul. act. 1. sc. 1. *Noctes ducere.* Horat. dixit: *Æstiuam sermone benigno tendere noctem.*

Est & perducere, interbibere Plauto: Virgilio, perungere 4. Georg.

Quo totum nati corpus perduxit.

QVALES *iubes.*] cogis, vt supra hac elegia:

Duplici correptum ardore iuberent.

Virg. 3. Æneid.

O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori. ipse eleg. 35. lib. 2.

Cum te iussit habere puellam cornua Iuno.

E ME *miseram.*] amantem, perditam.

HABERE.] perducere. Virg. 5. Æneid.

Iamque dies, nisi fallor, adest, quem semper acerbum,
Semper honoratum, sic dij voluistis, habebo.

Plaut. Asinaria:

Tot reddas spurcas, (noctes) quot puras habuerit.

NAM *modo.*] sic eleg. 1. supra, & eleg. 15. l. 2.

Nam modo nudatis mecum est luctata papillis,
Interdum tunica, &c.

FALLEBAM *somnum.*] effugiebam. Horat. sat. 2. l. 1. *——studio* (pilæ) *fallente laborem.* & sat. 7. *Iam vino quærit, iam somno fallere curam.* Virg. 4. Æneid. *Infandum si fallere possit amorem.*

Plaut. in Epidico: *Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen.* Ouid. ep. Herus:

Tortaque versato ducentes stamina fuso,
Feminea tardas fallimus arte manus.

sic καταθεῖν Græcis. & Ouid.

Experior curas & dare verba meis.

& Horat. oda 15. lib. 2.

Dulcis laborum decipitur somno.

& Plaut. Casina: *Nam vbi domi sola sum, sopor manus caluitur.*

Stamine *purpureo.*] filum nendo è lana purpurea, & opere textorio. Stamen, νῆμα, νῆμα. *Estain de laine. Purpureum stamen*, purpuras vocat Horat.

Nec Laconicas mihi trahunt
Honestæ purpuras Clientæ.

sic eleg. 6. lib. 3. net Cynthia:

Tristis erat domus, & tristes sua pensa ministræ
Carpebant, medio nebat & ipsa loco.

Rvrsvs] sic eleg. 27. lib. 2.

Rursus & obiectum fletis capiti esse tumultum
Cum Mauors dubias miscet vtrimque manus.
Præterea domibus flammam, domibusq. ruinam, &c.

Et *fessa.*] vigilando & exspectando.

Carmine *lyræ.*] cantu lyræ, vel carmine lyrico, vel lyra canora eleg. 1. lib. 2.

Siue lyræ carmen digitis percussit eburnis.

Cantu autem leuari malum ait Horatius, quæ ait esse: *Deformis ægrimoniæ alloquia dulcia.*

Orpheæ.] pro Orpheïæ. vt supra eleg. 1. *Hylæi rami.* sic Ouid. *Orphea cæde nocentes.* & initio 10. Metam.

Orphea nequicquam voce vocatur.

Martialis in Amphitheatro, epigr. 3.

Venit ab Orpheo cultor Rhodopeius Hemo.

& libr. 1.

Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi.

Orphei mater Calliope, quæ lyram Aoniam dedit Cynthiæ, eleg. 2 supra.

Mecvm.] tacita, corde & animo.

Qverebar *longas moras.*] quia diu cessares & desideres apud alienam & alteram amicam. queri sæpe cum quarto casu. Horat.

Sæculum Pyrrhæ noua monstra questæ.

&, *aderat querenti perfidum.* Ouid. *Sed queror infidum.* Plaut. *Ad vicinas ibo questum fortunas meas.*

In *amore externo.*] externæ puellæ. vt eleg. 9. libr. 4.

Dein quemcumque locum externæ tetigere puellæ.

& eleg. 19. lib. 2.

Omnia ab externo sint modo tuta viro.

& eleg. 32.

Tyndaris externo patriam mutauit amore.

Ouid. ep. Oenones.

Vt minor Atreides temerati fœdera lecti
Clamat, & externo læsus amore dolet.

idem ep. Helenæ:

Altera sed potius felix sine crimine fiat,
Quam cadat externo noster amore pudor.

& 2. Fast.

Tum primum externa pectora tacta manu.

Lucretiæ scilicet.

Dvm.] quousque, donec. vt eleg. 14. infra:

Quæ maneant dum me fata perire volent.

A & eleg. 19.

Quare, dum licet, inter nos lætemur.

Sopor *iucundis alis.*] somnus ipse Deus. & est synecdoche, qua parti tribuitur quod est totius. vt eleg. 1. supra: *Facili aure Deus.* sic el. 9. infra: *Nullus amor cuiquam faciles ita præbuit alas.* id est, se ipsum. & supra hac elegia, *Ignotis cornibus Inachidos.* Volucrem autem somnum Poëtæ finguot. Virg. 5. Æneid.

Ipse volens tenues se sustulit ales in auras.

Ouid. 11. Met. de Morpheo:

Ille volat nullos strepitus facientibus alis.

Tibull. eleg. 1. lib. 2.

B *Postque venit tacitus fuluis circumdatus alis*
Somnus. Ouid. loco antedicto:
—— positisque è corpore pennis
In faciem Ceycis abit. & 8. Met.
Lenis adhuc somnus placidis Erisicthona pennis
Mulcebat. Euripides in Hecuba: ὦ πότνια χθὼν, μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων. & in Tauris:

Οὐδ' αἱ σοφοὶ δαίμονες κεκλημένοι
Πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι. Papinius:
—— nec te totas infundere pennas
Luminibus compello meis.

vtebatur & somnus virga. Papin.

—— extremo me tange cacumine virgæ.

C Impvlit *me lapsam.*] dormire coëgit. vet. lib. *Lassam*: sed elegantius est, *lapsam*, per genus oxymori. vt Virg.

—— animumque labentem impulit.

& 6. Æneid. *Lapsa cadunt folia.* simile oxymorum: *scuta latentia condunt.* & *submersas obrue puppes.* Ipse eleg. 10. infra:

Donec labentes premeret mihi somnus ocellos.

& Ouid. 11. Met. de somno:

—— iterumque iterumque relabens.

& 5. Æneid. Palinurus præceps à somno impellitur in mare.

D Illa *fuit lacrymis vltima cura meis.*] mihi lacrymanti vltimus ille dolor & querela fuit. tum angi & lacrymare desij, cum dormire cœpi. Somnus enim est, vt Ouidius ait: *Pax animi, quem cura fugit.* & Stat. 8. Thebaid.

Facilis lacrymis irrepere somnus.

Scaliger in elegiam Vertumni:

Hæc spatiis vltima meta meis.

illic *Creta* legi in vet. lib. & hîc è coniectura censet legendum: quia metæ cretatæ erant. sed nihil mutandum: nam potest esse hypallage: Illæ fuerunt vltimæ lacrymæ meis curis. vel lacrymis meis, pro mihi flenti. vt eleg. 6.

E infra: *Lacrymis omnia nota meis.* Rectè autem lacrymas & curam coniungit: vt Plautus Captiuis: *Satis me lacrymis & cura macerani.*

AD ELEGIAM IIII.

Ad Bassum.

Qvid *mihi.*] sic etiam exorditur, eleg. 12. infra: *Quid mihi desidia.*

Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Quid mihi, si fueras, &c.

Ouid. eleg. vlt. lib. 1. Amor.

Quid mihi liuor edax ignauos obijcis annos?

BASSE.] Baſſus Cæcilius Poëta Iambicus. Ouidius:

Ponticus heroo, Baſſus quoque clarus iambis.

Baſſum Poëtam Epicum commemorat & Fabius Quintilianus. Citatur etiam Galbius Baſſus Poëta à Fulgentio in *Vernina*. Horat. oda 36. lib. 1. & cuiuſdam Baſſi meminit: *Baſſum Threicia vincat Amyſtide.*

LAVDANDO *tam multas puellas.*] dum tam multarum formam prædicas. Ouid. lib. 1. de Arte multas formoſas Romæ eſſe ait:

Tot tibi namque dabit formoſas Roma puellas
Hæc habet, vt dicas quidquid in orbe fuit.
Gargara quod ſegetes, quot habet Methymna racemos:
Aequore quod piſces, fronde teguntur aues
Quot cœlum ſtellas, tot habet tua Roma puellas.

fortaſſe Baſſus conſuluerat, vt clauum clauo pelleret, & amorem amore ex Propertij poſtulatione, quæ eſt eleg. 1. ſupra: *Amici*

Quærite non ſani pectoris auxilia.

COGIS.] cogere vis & conaris. ſic Virg. ecl. 6.

Cum canerem reges. id eſt, canere vellem, inquit Seruius. Ipſe eleg. 8. lib. 2.

Ipſum me iugula, lenior hoſtis ero.

id eſt, conare iugulare. Sueton. in Cæſare cap. 28. Cum aduerſariis pepigit. id eſt, paciſci voluit.

MVTATVM.] animi ſententia mutata, & alio tranſlato amore, deſertaque fide. el. 12. infr.

Non ſum qui fueram, mutat via longa puellas.

eleg. 25. lib. 2.

At me non ætas mutabit tota Sibyllæ.

eleg. 18. infra:

Quæ te mihi carmina mutant? Sueton. in Auguſt. cap. 69. *Quid te mutauit?* Catull. ad Ianuam:

Dic age, dic nobis quare mutata, feraris
In Dominum veterem deſeruiſſe fidem?

Cicero ep. 21. lib. 5. fam. *Cum alij* (amici) *interierint: alij mutati voluntate ſint.* Ouid. eleg. 10. lib. 1. Amor. *Cum ſim mutatus quæris, quia munera poſcit.* & eleg. 8. lib. 4. Triſt.

Hæc ego cuncta prius, quam te cariſſime credam
Mutatum & curam deſeruiſſe mei.

Horat. de puero: *Et mutatur in horas.* M. Cælius epiſt. 9. lib. 8. *Is hac repulſa ſe mutauit.*

ABIRE *domina mea.*] amicam relinquere, & aliò amores transferre, ſiue à domina diſcedere, & quaſi diuortere. *Abire Domina;* vt apud Ciceronem 3. de leg. *Abire magiſtratu. abire ſacerdotio*: Gell. *Abire honore*: Sueton. Virg.

Ripane iniuſſus abibis.

QVIN *me non pateris.*] finis.

VITÆ *quodcunque.*] Lucret. initio lib. 2.

Qualibus in tenebris vita, quantiſque periclis
Degitur hoc æui quodcunque eſt.

id eſt, quantulum id cumque.

SEQVETVR.] futurum eſt, & reliquum erit. & dixit *ſequetur*, quia futura ſunt à tergo. Virg. ecl. 8.

Iungentur iam Gryphes equis: æuoque ſequenti.

Ipſe eleg. 15. lib. 3. dixit:

Quod ſupereſt vitæ.

HOC *magis aſſueto ducere ſeruitio.*] id eſt, ſub eius dominæ imperio, cui ſeruire iam aſſueui. ideoque minus graue malum, quia notius & familiarius, vt dictum ad illud eleg. 1. ſupra: *Nec aſſueto mutet amore locum.* & *Nihil aſſuetudine maius*: Ouid. 2. de Arte amandi. De ſeruitio amoris elegia quæ proxima ſequitur. & eleg. 23. libr. 2.

Libertas quoniam nulli iam reſtat amanti,
Nullus liber erit, ſi quis amare volet.

Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Si mihi ſeruitium video, dominamque paratam
Iam mihi libertas illa paterna vale.

Virg. ecl. 1.

Quid facerem? neque ſeruitio me exire licebat.

TV *licet referas laudibus.*] iterum & ſæpius laudibus feras, & in cœlum tollas. Tibull.

Quem Muſæ referent, viuet.

FORMAM *Antiopæ Nycteidos.*] formoſam Antiopam Nyctei filiam, vt eleg. 34. lib. 2.

Cur quiſquam faciem dominæ iam credat amico?

de Antiopa ipſe plura, eleg. 14. lib. 3.

Nycteis Antiopen accubuiſſe Lyco.

Ouid. 6. Met. in fabula Arachnes:

Addidit vt ſatyri celatus imagine pulchra
Iuppiter implerit gemino Nycteida fœtu.

Vlyſſes apud Homerum Iliad. xi.

Τὴν δὲ μετ' Ἀντιόπην ἴδον, Ἀσωποῖο θύγατρα,
Ἣ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι·
Καὶ ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδ' Ἀμφίονα ζῆθόν τε.

Antiopam tragœdiam ſcripſit Pacuuius. Fabula eſt apud Apollodorum lib. 3. vbi dicitur, Νυκτέως θυγάτηρ, non Aſopi: & Nycteus Chthonij filius. id eſt, Neptuni, vt ait Higinus fabula 7. & 8. vide Pauſaniam in Corinthiacis, qui totam fabulam narrat, & longe formoſiſſimam fuiſſe Antiopen ſcribit.

ET *ſpartanæ Hermionæ.*] Ouid. 2. de Arte:

Scilicet Hermionen Helenæ præponere poſſis.

De Hermione Homerus initio 4. Odyſſeæ:

—— ἠγίνεε παῖδ' ἐρατεινὴν
Ἑρμιόνην, ἣ εἶδος ἔχε χρυσῆς Ἀφροδίτης.

vide Virg. 3. Æneid. Ouid. in ep. Hermionæ, & Pauſaniam in Atticis.

ET *quaſcunque tulit.*] eleg. 28. lib. 2.

Et quot Troia tulit, vetus & quod Achaia formas.

id eſt produxit.

FORMOSI *temporis ætas.*] felix illud & verè aureum ſæculum, quo eximia forma vigebant mulieres. *Formoſum tempus.* vt eleg. 2. ſupra:

Formoſa humus. & Virg.
Formoſiſſimus annus.

Ætas temporis, vt eleg. 7. infra:

Aetatis tempora.

Ouid. 1. Faſt.

Omnia tunc florent: tunc eſt noua temporis ætas.

Tibull. eleg. 8. lib. 1.

At tu dum primi floret tibi temporis ætas
Vtere.——

Catull. in Ariadna:

O nimis optato ſæclorum tempore nati
Heroës.—— Vbi plura id generis adnotata. Cic. 7. Philipp. *Tempeſtas formidoloſiſſimi temporis.*

CYNTHIA *non ſinat illas.*] veteres Heroinas.

NOMEN *habere.*] famam, laudem, gloriam, vt elegia proximè ſequenti:

Quam cito de tanto nominis rumor erit.
& eleg. 7.
Hinc cupio nomen carminis ire mei.
& eleg. 1. lib. 2.
——*& Pergama nomen Homeri.*
& eleg. 13. lib. 3.
Non iuuat in media nomen habere via.
Ouid. 17. el. lib. 2. Amor:
Et multæ per me nomen habere volunt.
& 3. de Arte:
Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis.
& in ep. Paridis:
Nec tibi par vsquam Phrygiæ, nec solis ab ortu,
Inter formosas altera nomen habet.
Virgilius:
Semper honos, nomenque tuum laudesq. manebunt.
Horat. *Multi Lydia nominis.* Nonius: *Nomen, decus, dignitas.* Ouid. 1. de arte amandi:
Rumpere liuor edax, magnum iam nomen habemus.
& 3. Fast. *Et pudet in paruis nomen habere casis.*

NEDVM *si leuibus fuerit collata figuris.*] tantum abest, vt si comparata fuerit cum formis istis vulgaribus & quotidianis, minor & victa discedat in certamine pulchritudinis. Paullo aliter eleg. 9. infra:
Illis & silices, & possunt cedere quercus,
Nedum tu possis spiritus esse leuis.
Leues figuræ, viles translatione à rebus, quæ æstimantur pondere. Catullus vtrumque coniunxit: *Multo mi tamen es vilior & leuior.* vnde ipse:
Nulla diu femina pondus habet. id est, statim ad leuitatem suam redit. *Leuis,* nullius pretij. Horat. oda 25. lib. 1.
Inuicem mœchos anus arrogantes
Flebis in solo leuis angiportu.

INFERIOR *eat.*] abeat Ouid. eleg. 2. lib. 2. Amor. *Venerit ignotus, post modo notus eat.*

TVRPIS] an comparatione pulchrioris? an quia turpe est vinci, & honestum vincere? vnde Antonius 13. Philipp. *Victum Ciceronem ducem habuistis.* & *Gentis bis victa,* & *Ilium in Italiam portans victosque penates.*

DVRO *iudice.*] etiam sæuo & iniquo, vel agresti & ineleganti formarum spectatore.

HÆC *sed forma.*] facies pulchra similis sententiæ est eleg. 3. lib. 2.
Nec me tam facies, quamuis sit candida, cepit.
& eleg. 13.
Non ego sum formæ tantum mirator honestæ.

EST *pars extrema.*] minima, quæ me minus tangit. vt Horat.
Principibus placuisse viris non infima laus est.
extrema igitur pars, quæ à me longius abest. sic *extrema linea amare*, de sola oculorum voluptate dixit Terent. Eunuch. act. 4 sc. 2. vbi Donatus ait etiam dici fieri aliquid longis lineis. id est, de longinquo: vt hîc sit translatio à Geometrarum lineis, quasi sit hæc amoris tantum superficies. An vt Cicero dixit: *Extremis digitis attingere?* An quia extrema & vltima minorem vim habent? an pars extrema, finis amoris mei, vt nihil amem, præter formam? sed sententia repugnat.

FVRORIS *mei.*] insani amoris, vt el. 1. lib. 1.
Toto furor hic non deficit anno.

A SVNT *maiora.*] dotes scilicet animi.

QVIBVS, *Basse, perire iuuat.*] perdite amare, & in eo amore mori. Virg. 4. Æneid.
Sic sic iuuat ire sub vmbras.
Quibus perire, vt eleg. 9. infra:
Dicere quo pereas sæpe in amore iuuat.
sic Horat. oda 27. lib. 1.
Quo beatus vulnere, qua pereat sagitta,
Idem: *Dulce est desipere in loco. Insanire iuuat.* & *Recepto dulce mihi furere est amico.* Ipse el. 6. infra:
Multi longinquo periere in amore libenter.
Tibull. eleg. 6. lib. 2.
Et fanto morbo tam iuuat ipse dolor.
B & lib. 4. eleg. *Natalis Iuno:*
Nec, liceat quamuis, sana fuisse velit.
Ipse eleg. 1. lib. 2.
Solus amor morbi non amat artificem.
Amor enim est amabilis insania, & mentis gratissimus error. Ouid. el. 9. lib. 2. Amor.
Viue, Deus posito si quis mihi dicat, amore,
Deprecor, vsque adeo dulce puella malum est.
& 1. de Arte amandi:
Hæc (otia) sunt iucundi causa, cibusque mali.
Mart. epig. 57. lib. 9.
Quisquis ab hoc fixus fuerit, morietur amore,
O felix si quem tam bona fata manent.

C INGENVVS *color.*] color natiuus, liberalis forma, facies non vlli obnoxia fuco. sic Catullo: *Ingenuus pudor.* Iuuenalis:
Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris.
Martial. *Si facie nobis hæc erit ingenua.*
Colorem Cynthiæ eleg. 1. lib. 2. comparat cum liliis & niue minioque, vel rosis & lacte. & eleg. 22. lib. 3.
Et color est toties roseo collatus eoo,
Cum tibi quæsitus candor in ore foret.

ET *multis decus artibus.*] laus, fama & nomen tibi partum multarum artium commendatio-
D ne, canendi, loquendi, pangendi carminis, texendi, saltandi. de quibus dictum, eleg. 2. supra sub finem. & eleg. 3. & 4. lib. 2.

ET *quæ gaudia.*] voluptatem intelligit, quam Venus quinta parte sui nectaris imbuit. Tibull. eleg. 1. lib. 2.
Vos quoque abesse procul iubeo, discedite ab aris
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus.
Ipse eleg. 13. infra:
Nec sic cœlestem flagrans amor Herculis Heben
Sensit in Oetæis gaudia prima iugis.
Ouid. 2. de Arte:
E *Oscula da flenti: Veneris da gaudia flenti:*
Pax erit: hoc vno soluitur ira modo.
& libr. 3.
Gaudia post Veneris, quæ munus poscit amantem.
Ibid. *Si dederint* (viri) *& vos gaudia pacta date.*
& 2. de Remedio:
Hic mihi lasciua gaudia nocte dedit.
Petronius: *Irrepsi enim, & male repugnanti gaudium extorsi.* Higinus in Gratiis hoc nomen χάρις ἀπὸ τῆς χαρᾶς deducit. id est, à gaudio. At Homero χάρις est Venus, & aliis Veneris gaudia. vnde ἄχαρις quæ non passa marem Plutarch. in Opuscul.

DVCERE.] sumere, haurire, frui. el. 9. lib. 2.
Quinetiam multo duxisti pocula lusu.

Horatius, oda 11. lib. 4. cum dixisset: *Ducere liberum, ad quæ si properas gaudia.*

L I B E T.] iuuat. vnde libido.

S V B *tacita veste.*] Ouid. el. 4. lib. 1. Amor.

Sæpe mihi, dominæque meæ properata voluptas,
Veste sub iniecta dulce peregit opus.

Ipse eleg. 6. lib. 2.

Iurgia sub tacita condita lætitia.

huc pertinet fortasse quod scribit eleg. 7. lib. 4.

Sæpe Venus triuio commissa est pectore misto
Fecerunt tepidas pallia nostra vias.

At eleg. 15. lib. 2. cum vestita cubare non vult. *Tacita vestis*, quæ sola conscia non prodit illam voluptatem, contra Catullus:

Nequicquam tacitum cubile clamat.

Vestis contubernium facere, dixit Petronius.

S O L V E R E *amores.*] diducere, diuidere, dirimere. eleg. 7. lib. 2.

Ne nos diuideret, quamuis diducere amantes
Non queat inuitos Iuppiter ipse duos.

Virg. 4. Æneid.

Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem.

Tibull. eleg. 2. lib. 1.

——*Hæc eadem se dixit amores*
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.

V T E R Q V E.] ego & Cynthia.

F A L L I T.] frustratur tuos conatus, tacitéq. effugit. λανθάνει. Horat. oda 14. lib. 3.

Fallere & effugere est triumphus.

& oda 14. lib. 3.

Spartacum si qua potuit vagante fallere testa.

& od. 10. lib. 1.

Thessalosque ignes & iniqua Troiæ castra fefellit.

fefellit ἀπαῶς, vt Horat. ep. 17. lib. 1.

Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.

N O N *impune feres.*] non hoc tibi sic abibit. *Non sine pœna*, inquit Donatus. est autem minantis, vt apud Cicer. ep. 21. lib. 12. fam. *At etiã de te concionatur. nec impune, nam sentiet quos lacessierit.* Virg. 3. Æneid. *Haud impune quidem.* Ipse eleg. 5. infra:

Non impune illa rogata venit.

Legitur & *impunius* apud Terentium. Higinus Fab. 8. *Mandat ne impune: Antiopa ferret. Feres*, pro, auferes. Cic. ep. 3. lib. 2. ad Att. *Cætera si repræhenderis, non feres tacitum.*

S C I E T *hæc insana puella.*] audiet hæc furens & perdita amore, eleg. 1. supra: *Non sani pectoris, & amens.* Virg. *malesana.* Catull.

——*Si nostri oblita taceret* *Sana esset.*

E T *tibi non tacitis vocibus hostis erit.*] non tecum submissa voce fabulabitur, nec in aurem insusurrabit: sed clamore, pipulo, & conuicio res agetur. Tacitæ voces, quæ vix exaudiuntur: vnde Cicero 1. de legib. *Vultus tacitus mentis sermo.*

N E C *committet me tibi.*] verbum fidei cum aliquid credimus alienæ custodiæ. vt el. 10. infra:

Sed quoniam non es veritus concredere nobis
Accipere commissæ munera lætitiæ.

Terent. *Committere ouem lupo.* &: *committere vxorem & liberos alicui*: quod Tibullus: *Seruandum tradas*: Horat. *Nauis quæ tibi creditum*
Debes Virgilium.

P O S T H Æ C.] dicitur & posthac, & postea
A & postidea, & posthoc, & post id.

N E C *te quæret.*] non rogabit vbi Bassus, quid agit? non te adibit. *Quærere virum* dicitur mulier in libidine Plauto, vt *sequi.*

E R I T *tanti criminis illa memor.*] quia irata non facile obliuiscetur; nam, *qui dolet, meminit.* Cicero pro Murena. vnde μῆνις μνάμων. *Memor criminis*, vt *duritiæ memor*, eleg. 12. lib. 3. Criminis ait quia scelus est amicitias dissoluere & lites discordiasque serere, quod Alecto facit 7. Æneid. Tibull. eleg. 2. lib. 3.

Qui primum charam iuueni, charumque puellæ
Eripuit iuuenem, ferreus ille fuit.

B E T *circum omnes alias puellas.*] apud omnes in circulis & triuiis. Circum plus est quam apud. significat enim circuituram domos & cœtus puellarum. Plaut. Milite act. 2. sc. 5. *Te alloquor probri vitijque plena, quæ circum vicinos vagas.* Sueton. in Nerone cap. 47. *Prosiluit è lecto, misitque circum amicos.* Fallitur ergo Charisius, qui circum putat esse tantum loci, & circa temporis.

D E F E R E T *te.*] quia dixit; *tanti criminis*, & crimen deferri dicatur, vt à Cicerone initio orationis pro Ligario. videtur *deferet*, defendi posse. Sed melius vet. lib. *differet*, quod & probat Beroaldus. & ipse vtitur el. 16. infra:

C ——*æterna differor inuidia.* Plaut. Aulul. act. 3. sc. 2. *Pipulo te differam ante ædes.* & in Pseud. act. 1. sc. 3. *Differam te dictis meis, impudice, scelerste, periure.* vide Nonium in *differre, diffamare.* translatum à sermonibus qui velut differuntur & distrahuntur à maleuolis, vel inimicis. at Petronius etiam dixit: *Alioqui mille causæ nos quotidie collident, & per totam vrbem rumoribus deferent.*

H E V *nullo limine carus eris.*] nulla in domo diligeris. elegia proximè sequenti:

Ah mea contemptus quoties ad limina curres.

& eleg. 8.

D *Quum ego, vita, tuo limine verba querar.* & el. 18.
Sic mihi te referas leuis, vt non altera nostro
Limine formosos intulit vlla pedes.

vel *limine* proprie, quia ibi sedere mulieres solent: vt eleg. 6. lib. 2.

Et quæcunque viris femina limen amat.

Virg. 2. Æneid.

——*cum limina Vestæ*
Seruantem. Ibid.
Ecce autem complexa pedes in limine coniunx
Hærebat.

N V L L A S *illa suis contemnet fletibus aras.*] omnes aras venerabitur lacrymis rogando, nullas
E aras præteribit quin ad eas supplicet, easq. suis irriget lacrymis. vsus autem est hoc Propertiano genere sermonis Apuleius in fabula Psyches, initio lib. 6. Met. *Rata scilicet nullius Dei fana ceremonijs negligere se debere.* ipse el. 28. lib. 2.

An contempta tibi Iunonis templa Pelasgæ?

Ouid. 5. Fast.

Respice Tantaliden: eadem Dea tela tenebat,
Virgo est; & spretos bis tamen vlta focos.

& in ep. Cydippes:

Præteriýne tuas de tot cœlestibus aras?

Virg. 12. Æneid.

Adiuuat incessu tacito progressus, & aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus.

Vt hic aræ fletibus madent, sic eleg. 16. infra:

Limina humida lacrymis supplicibus.

Stat. 5. Siluarum de Ascantij pietate:

Nunc anxius omnibus aris
Illacrymat, signatque fores, & pectore terget,
Limina. Ipse eleg. 4. lib. 4.
—— lacrymis spargitur ara meis.

E T *quicunque.*] Ouid. 2. Fast.

Et soror & Progne, Tereusque duabus iniquus:
Et quicunque suas per scelus auget opes.

S A C E R, *qualis vbique, lapis.*] religione consecratus lapis, qualis passim in triuiis & agris venerabatur. Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris;
Seu vetus in triuio florida serta lapis.

Apuleius initio lib. 1. Florid. *Religiosam moram obycit viatori lapis vnguine delibutus.* Xenophon quoque, vt admonet Muretus, moris fuisse scribit ὡς λίθους καὶ ξύλα τὰ τυχόντα σέβεσθαι. Lucret. lib. 5. *Nec pietas vlla est velatum sæpe videri*
Vertier in lapidem. Arnob. lib. 1. Aduersus Gentes, & alibi sæpe, eam superstitionem irridet, & lapides Deucaleoneos & Iouem lapidem. Seneca Hippolyto:

—— nullus in campo sacer
Diuisit agros, arbiter populis, lapis.

vide Iunium prouerb. 62. Cent. 3.

N O N *vllo grauius tentatur Cynthia damno.*] nulla grauiore afficitur iactura. eleg. 12. lib. 2.

Intactos isto satius tentare veneno.

Lucret. lib. 2.

Scire licet nullo primordia posse dolore
Tentari. Idem lib. 3.
Ille metu citius paulò tentetur. & lib. 1.
Quæ nondum clueant vllo tentata periclo

Cicero 4. Tusc. *Tentari morbo.* Horat. sat. 3. l. 2.

Quod latus aut renes morbo tententur acuto.

& sat. 1. lib. 2.

Aut si condoluit tentatum frigore corpus.

Damnum autem est amissio amantis, quia adempto mancipio Dominæ eius deminuitur patrimonium:

Q V A M *cum cessat Deus.*] tardus est. vt eleg. 1. supra: *In me tardus amor.* Male feriatus est, languet, nihil agit, vacuus est, eleg. 11. lib. 3.

At nunc desertis cessant sacraria lucis.

id est, sunt vacua. Horat. oda 27. lib. 3.

Cessantem Bibuli Consulis amphoram.

eadem sententia Tibullus dixit: *lentus est.* eleg. vlt. lib. 1.

At lasciuus amor rixæ mala verba ministrat
Inter & iratum lentus vtrumque sedet.

& Horat. oda 13. lib. 4.

Et cantu tremulo pota cupidinem Lentum sollicitas.

S I B I.] refertur & ad, *rapto.* & ad *cessat.* Plaut. Pseud. *It dies, mihi cesso.* id est, me moror.

R A P T O *amore.*] erepto amico. vt el 8. lib. 2.

Tantus in erepto sæuit amore dolor. id est, erepta amica, & abducta Briseide. Ibidem:

Eripitur nobis iampridem cara puella.

P R Æ C I P V E *nostri.*] vtraque lectio defendi potest, *amore nostri,* & *amore nostro.* Virg. 4. Æn.

Nec te noster amor. & 4. Georg.
Quo tibi nostri Pulsus amor? & lib. 12.
Victus amore tui.

A M A N E A T *sic semper.*] nunquam mutetur, & eodem semper in me animo esse velit. eleg. 14. infra: *Quæ maneant dum me fata manere volent.* supra eleg. 1. *Nec assueto mutet amore locum.* Manere, διαμένω, vt Tibull. el. 3. lib. 1.

At tu casta precor maneas.

Horat. *Difficilis mane.* Ouid. el. 4. lib. 3. Trist.

Prospera sic maneat vobis fortuna.

Tibull. eleg. vlt. lib. 1.

Sic ego sim; liceatque caput candescere canis.

sed ὦ sic & vouentis.

A D O R O.] idem est quod simplex oro : vt Horatio, *Adprecor.* sic Ouid. 6. Fast.

B *Non tamen hanc pro stirpe sua pia mater adoret.*

id est, precetur. & eleg. 8. lib. 3. Trist.

Si semel optandum est, Augusti numen adora,
Et quem sensisti rite precare Deum.

Iuuenal. sat. 3.

Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat,
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

Orare proprie, dicere; adorare, alloqui. Apuleius 3. Met. *Accusator quidam senior sic exsurgit, & populum sic adorat.* Festus: *Adorare apud antiquos significabat agere, vnde Oratores.* Ouid. in ep. Ariadnæ:

Non te per meritum, quoniam male cessit adoro.

C & 4. Fast.

—— Hetruscas Turnus adorat opes.

& eleg. 2. lib. 2. de ponto:

Hanc ego non vt me defendere tentes, adoro.

Virg. 11. Æneid.

—— volens vos Turnus adoro: Ferte ratem.

N E *quicquam ex illa quod querar, inueniam.*] nec vlla mihi causa detur de Cynthia conquerendi. Reperit tamen satis multas querelarum causas, vt ait infra eleg. 18.

Vnde tuos primum repetam, mea Cyntia fastus?
Quod mihi das flendi Cynthia principium?

D & alio loco:

Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem
Siue meas lacrymas, siue videre tuas.

AD ELEGIAM V.

Ad æmulum suum Gallum.

I N V I D E *te.*] familiaris obiurgatio: nam alloquitur & propinquum & amicum.

T A N O E M *compesce voces.*] comprime, coërce, contine. Nam id verbum Pasco propriè significat: vt in sacris: *Pascito linguam, id est contiE neto, coërceto:* inquit Festus. eleg. 13. infra:

Hæc tibi vulgares istos compescet amores.

& eleg. 15. lib. 3.

Tu potes insanæ Veneris compescere fastus.

Horat. oda 20. lib. 2. *Compesce clamorem.*

M O L E S T A S.] auribus meis graues, quibus me obtundis & enecas.

E T *sine nos cursu, quo sumus, ire pares.*] sine nos concordes, & vnanimes in amoris iugo eum vitæ cursum conficere, quem ingressi sumus. Idem dixit supra: *Sitis & in tuto semper amore pares.* & *notas ire vias.* vbi, qui dicantur pares, docuimus: & pares subire iugum. Solon apud Ausoniũ: *Par pari iugator cõiux: quidquid impar dissidet.*

Sumus, Ambiguè. vel sumus pates cursu: vel sine ite pares (in) cursu, quo sumus. Cicero ep. 1. lib. 1. ad Att. *Vides in quo cursu simus.* id est, quam iogressi viam, rationemque vitæ. & in Lælio: *In medio cursu amicitias dirumpere.* Cursus, pro curriculo & spatio, vt eleg, 25. lib. 2.

Aut primum infecto deposcit præmia cursu.

sic Cicero, *Curriculum vitæ.* Callimach. εἰς λυτρ. σύνδρομος Ἀρτέμιδος. Io cursu socius Dianæ (Actæon.)

QVID *tibi vis.*] Quid quæris? Obiurgantis est, & reprehendentis inconsultam alicuius rei cupiditatem. Terent. Heauton. sc. 1. Act. 1.

Quid vis tibi, aut quid quæris?

Cicero 2. de Orat. *Quid tibi vis*, inquit, *insane?* Horat. oda 11. epod.

Quid tibi vis mulier? Seneca cap. 3. de consolat. ad Polybium. *Quid tibi voluisti iniusta & violenta fortuna.*

INSANE *meos sentire furores?*] demens experiri iosani amoris cruciatus?

INFELIX.] dijs iratis nate.

PROPERAS *vltima nosse mala.*] Id est, quod monuit eleg. 1. *Hoc moneo vitate malum.* de Cynthia. De malis amantium Ouid. 2. de arte amandi. Sunt autem in bonis & malis fines, quibus nihil maius & ad quos omnia referuntur. Id Græci τὸ τέλος vocant, quod Cicero vertit *vltimum* in lib. de finibus. *vltima* ergo *mala* extrema & maxima. Aliquando tamen vltimum, minimum Horat.

Principibus placuisse viris non vltima laus est.

& supra eleg. 4.

—— mei pars est extrema furoris.

Brutus Attico ep. penult. lib. ep. ad Brutum. *Hæc Ciceroni videntur vltima esse in malis.* loquitur de morte, exsilio, paupertate. Stultitiæ vero est properare ad mala, vt in eadem epistola: *ad eum exitum properat, vt sit ei Octauius propitius.* hoc est quod air Plautus: *malum sibi suo inmenito arcessere.* ex eo genere est illud Tibulli.

Quis furor est atram bellis arcessere mortem?

Sallustius ita vsus verbo *properare*, in Catilina: *Abuti diuitias properabat.* Idem in oratione Marcij: *Vltro in vos licentiam auctum adiutumque properatis.*

ET *miser.*] quod hic *infelix* & *miser.* Plaut. sine coniunctione in aulularia. *Quem propter tantum auri perdidi infelix miser.*

FERRE *vestigia.*] vt ferre pedem Virgilio & Horatio. id est, incedere.

PER *ignes ignotos.*] dixit ignotos, quia ignota mala grauiora sunt. prouerbialis autem hic sermo: de tecto periculo, eoque maximo. Horat. oda. 1. lib. 2.

Et incedis per ignes Suppositos cineri doloso.

Aristoph. Lysistrata, vt notat Erasmus in Prouerbio *per ignem incedis.* Κἂν μὲ χρῇ, διὰ τοῦ πυρὸς ἐθέλω βαδίζειν. Horat. *Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.* Sub Soracte monte vrbs Feronia & Dea eiusdem nominis, cuius numine afflati per ignem incedebant nudis pedibus illæsi. Virg. 11. Æneid.

Summe Deûm, sancti custos Soractis Apollo,

Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna.

Festus quoque in aqua. *Funus prosequuti, redeuntes ignem supergrediebantur* (tectis pedibus) *aqua adspersi, quod genus purgationis vocabant suffitionem.*

ET *bibere è tota toxica Thessalia.*] Sic ipse eleg. 24. lib. 2.

Tetra venena libens & naufragus ebibat vndas,

& eleg. 17.

Sumere & in nostras trita venena manus.

Rectè autem ignem & venenum coniungit, quia vtrumque amori tribuunt. Virg. 1. Æneid.

Occultum inspires ignem, fallasque veneno.

Toxicum, inquit Festus, *cernarium venenum, quo quidam perungere sagittas solent.* Plin. cap. 10. lib. 16. in extremo. *Toxica sunt qui dicta quasi taxica putent. ab arbore taxo præsentis veneni, vnde sagittæ tinguntur.* Thessalia autem venenorum feracissima. Horat. oda 27. lib. 1.

Thessalis magus venenis. & oda 5. epod. *Voce Thessala.* Plaut. in Amphitr. *Thessalum veneficum.* vide Prouerbium Θετταλικὸν γυνή. & Apuleium. lib. 1. Metam. Tibull. el. 4. lib. 2.

Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni,
Quidquid & herbarum Thessala terra gerit:
Si modo me placido videat Nemesis mea vultu,
Mille alias herbas misceat illa, bibam.

Horat. oda. 5. epod. *Herbasque quas Iolchos, atque Iberia mittit venenorum ferax.* Nam Iolchos ciuitas Thessaliæ.

NON *est illa vagis similis collata puellis.*] elegia superiore.

Nedum si leuibus fuerit collata figuris,

Vaga, quæ vulgo vagantur, vnde *vulgiuaga Venus.* Lucretio, εἰκαῖαι, vulgares. dicimus *coureuses, Trotieres.* Inconstantibus exponit Beroaldus. eleg. 23. lib. 2. vagam designat.

Cui sæpe immundo sacra conteritur via socco
Nec sinit esse moram, si quis adire velit.

Plaut. in milite Act. 2. sc. 5. *Te alloquor vitij probrique plena, quæ circum vicinos vagas.* Horat. in arte Poëtica eodem sensu.

Concubitu prohibere vago: dare iura maritis.

& Mart.

Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

MOLLITER *irasci.*] non est illius ira mollis & facilis. eius moris exemplum est el. 7. lib. 3. *Dulcis ad hesternas, &c.*

Ouid. eleg. 4. lib. 1. Trist.

Ni fuerit læsi mollior ira Dei.

Cicero ep. 14. lib. 1. ad Att. *Q. fratris mollis animus ad accipiendam & deponendam offensionem.* *Molliter*, leuiter. vt eleg. 3. supra:

Molliter impresso conor adire toro.

& eleg. 7. lib. 4.

Tergeminusque canis sic mihi molle sonet.

Stat. *Tibi non molle tuenti.*

TIBI.] vel abundat, vel ad ornatum ponitur: nam non soli Gallo iracuoda Cynthia; sed & Propertio. sed alij libri, *mihi. Tibi*, aduersum te, lege Mart. epig. 43. lib. 3.

Stulte quid egisti (abscindens nares Mœcho) nihil hic tua perdidit vxor:

Cum sit salua tibi mentula Deiphobi.

Non *solet illa.*] Scaliger ait in vet. lib. esse sciet, & probat, sed nugatur.

Quod *si forte.*] eleg. 13. lib. 2.

Quod si forte bonas ad pacem verterit aures.

hæc autem sententia explicatur infra eleg. 9. versu 23. & 24. eleg. 28. lib. 2.

Quod si forte tibi properarint fata quietem.

Tuis *non est contraria votis.*] tuo desiderio non aduersatur, sed tuis optatis respondet. Id est quod dixit eleg. 1. supra:

Cum tamen aduersos cogor habere Deos.

Tibull. eleg. 4. lib. 3.

Nec tibi crediderim votis contraria vota.

Contraria, pro aduersa. Virg. 1. Georg.

Nona fuga melior, contraria furtis.

Scaliger ait in vet. lib. esse:

Quod si forte ausis non est contraria nostris:

& ipsum Propertium pro Gallo rogasse putat.

At *tibi curarum millia quanta dabit.*] Innumerabiles tibi curas adferet. Sic Catullus:

Dein tum millia multa fecerimus. Idem.

Qui vestri numerare vult multa millia ludos.

Ipse eleg. 18. lib. 2.

Sunt apud infernos tot millia formosarum.

Ouid. 3. Fast. *Millia crabronum coeunt.*

Millia quanta, vt eleg. 18. infra.

Ah tua quot peperit nobis iniuria curas.

& magnitudinem posuit pro numero. Cicero Philipp. 2. *HS. sexagies, tantum enim pro te intercesserat.*

Non *tibi iam somnos, non illa relinquet ocellos.*] omnem, inquit, tibi quietem eripiet; & oculos vigilijs lacrymisque tibi corrumpet. eleg. 25. lib. 2.

Cum satis vna tuis insomnia portet ocellis.

Apuleius de Deo Socratis: *Quorum è numero somnus atque Amor diuersam inter se vim possident. Amor vigilandi, somnus sopitandi.* Dilogia in verbo *relinquet*. nam aliter relinquuntur oculi, aliter somni. Relinquere somnos, vt Horat. oda 25. lib. 1. *Nec tibi somnos adimunt.* Virg. *Cui lumen ademptum.* Horat. *Adempta vati reddidere lumina. Oculos eripere* idem Horatius aliter dixit sat. 5. lib. 2. *Eripiet quiuis oculos citius mihi.* diffletos oculos dixit Apuleius. id est, lacrymis perditos.

Illa *feros animis alligat vna viros.*] Sola est Cynthia, quæ truces & indomitos constringere ac domare possit. sic Cic. 2. de finibus. *Vt se virtuti tradat constringendam voluptas.* & 11. Philipp. *Decius Brutus constrinxit Antonium.* & ibidem. *Illi exultanti Mutinam, tanquam frenos furoris iniecit.* & 2. de diuin. *Si id agerent dormientes, quod somniarent, alligandi essent omnes qui cubitum irent.* Ipse el. 3. lib. 2.

Ac veluti primo Taurus detrectat aratra:
Post venit assueto mollis ad arua iugo.
Sic primo iuuenes trepidant in amore feroces:
Dehinc domiti, post hæc æqua & iniqua ferunt.

& eleg. vlt. lib. 2.

Sed non ante graui taurus succumbit aratro
Cornua quam validis hæserit in laqueis.
Nec tu tam duras per te patieris amores.
Trux tamen à nobis ante domandus eris.

A ferus animo est, ἀγριόθυμος.

Ah.] In alieno dolore exclamatio, vt *Heu* eleg. 1. & 4. supra. eleg. 15. infra.

Audax ah nimium nostro dolitura periclo!

eleg. 21. lib. 2.

Ah nimium faciles aurem præbere puellæ!

eleg. 33. lib. 2.

Ah quoties quernis læsisti frondibus ora!

& eleg. 13. lib. 3.

Ah quoties pulchros vssit regina capillos!

Virg. *Ah virgo infelix!*

Ouid. 1. de arte.

B *Ah quoties vultu vacuam spectauit iniquo!*

Mea *contemptus quoties ad limina curres.*] quoties spretus & exclusus domum meam propere venies opem & consilium rogaturus: *Contemptus*, vt Terent. Andria.

Quot modis contemptus, spretus, &c. sic el. 7. infr.

Me legat assiduè post hæc neglectus amator.

& eleg. 11.

Aut si despectus potuit mutare calores.

Virg. 4. Æneid.

Connubia nostra Reppulit.

Cum *tibi singultus.*] τῷ λυγμῷ. id est, maiore suspirio. Albin. Ad Liuiam.

Singultu medios impediente sonos.

Horat. sat. 6. lib. 1.

Vt veni coram, singultim pauca loquutus.

Fortia *verba cadent.*] magnifica & superba verba excutientur. Tibull. eleg. 7. lib. 2.

C *Magna loquor: sed magnificè mihi magna locuto*
Excutiunt clausa fortia verba fores.

sic *dicta excidere* Cic. 3. Tusc. Ouid. epist. 3.

At mea pro nullo pondere verba cadunt.

cadunt autem verba quæ proferri & attolli non possunt, sed irrita sunt, & inania. eleg. 10. infra.

Neu tibi pro vano verba benigna cadant.

& eleg. 16.

At mea nocturno verba cadunt Zephyro.

& elegia 17.

Omniaque ingrato littore vota cadunt.

Horat. oda. 1. lib. 4.

Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio.

Ouid. eleg. 5. lib. 2. Amor.

Vt faciem vidi, fortes cecidere lacerti.

Lucret. lib. 4.

Et meditata diu cadat altè sumpta querela.

E Cic. 2. Philipp. *Excussis tuis vocibus ad te milites misit.* id est eum nihili eas fecisset. Et pro Sylla. *Excutient tibi istam verborum iactationem.* Ouid. in ep. Sapphus.

Et Zephyri verba caduca ferunt.

& in Ibin.

Et fit pars voti nulla caduca mei. & 1. Fast.

Templa patent, auresque Deûm, nec lingua caducas
Concipit vlla preces, dictaque pondus habent.

& fortia opinione tantum. vt Horat.

Quid breui fortes iaculamur æuo multa.

& eleg. 8. infra.

Fortis & in dura nunc iacere potes.

Albinouan. ad Liuiam. *Fortia verba loqui.* Tibull.

Vre ferum & torque, libeat ne dicere quidquid

Magnificum post hac, horrida verba doma.

Horrida, fortia, vt *horridus miles* Ennio. Sic & Ouid. in ep. Phædr.

——— nunc fastus, altaque verba iacent.

Et *tremulus horror orietur.*] Horrorem tremor sequitur Terent. Eunuch. de hac amoris febri. Act. 1. sc. 2.

Totus tremo, horreoque, postquam illam adspexi.

Horat. oda 23. lib. 1.

Nam seu mobilibus veris inhorruit
Aduentus folijs, seu virides rubrum
Dimouere lacertæ,
Et corde & genibus tremit. causam huius tremoris vide apud Macrob. lib. 7. Virg. 3. Æn.

——— mihi frigidus horror.
Membra quatit. Cornel. Celsus lib. 3. horrorem vocat vbi totum corpus intremiscit. Seneca Troade.

Pauet animus: artus horridus quassat tremor.

Moestis *fletibus.*] Catull.

Mœsta nec assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent, neque tristi imbre madere genæ.

Item. *Mœstius lacrymis Simonideis.*

Tibull. eleg. 1 lib. 1.

Tristibus & lacrymis oscula mixta dabis.

Et *timor informem ducet in ore notam.*] Inducet in ore & quasi vultum pinget pallore ac maculis luridis. Ducere notam, vt Virg.

Duceret apricis in collibus vua colorem.

Iuuenal. *Vuaque conspecta liuorem ducit ab vua.*

Horat. oda 2. lib. 4. *Quæ notam duxit, &c.*

Tibull. eleg. 6. lib. 1.

——— & mensæ ducat in orbe notas.

Ouid. 8. Metam.

——— pariter pallescere glandes.
Cœpere, ac longo pallorem ducere rami.

Aliud est eidem Ouidio:

Ille Numantina traxit ab vrbe notam.

Informis autem ille color, vt 4. Æneid.

——— maculisque trementes
Interfusa genas, & pallida morte futura.

Et *quæcumque voles.*] scilicet queri, vel loqui.

Fugient *tibi verba.*] nam vt ait Horat.

Amantem languor & silentium indicat,

& Virg. *Incipit effari, mediaque in voce resistit.*

Catull. *Lingua sed torpet.* Valerius Ædituus apud Gellium, cap. 9. lib. 19.

Dicere dum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mî abs te quæram, verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor.
Sic tacitus, subsidus, duplo ideo pereo.

eleg. 14. lib. 3.

——— nec quæ sint verba rogandi
Inuenias. fugere verba, vt *labris abire* Æditus dixit. Virg. eclog. 9. *Vox quoque Mœrin iam fugit ipsa.* Liuius Odyssea apud Priscianum *Mea puera, mea puera, quod verbum ex ore tuo profugit?* Φύγεν ἕρκος ὀδόντων, Homer.

Tibi *querenti.*] queri conanti, vt eleg. 18.

Hæc certè deserta loca, & taciturna querenti.

Virg. *Cum canerem reges.*

Nec *poteris qui sis, aut vbi nosse miser.*] Ingentis perturbationis est seipsom ignorare, & sui ipsius obliuisci. Plaut. Amphitr. *Delinitus ita sum profecto, vt me qui sim nesciam.* Idem Captiuis,

A Act. 3. sc. 4. *Interdum suum ignorat* (insaous) *nomen, neque sit qui siet.* eodem pertinet ignoratio loci. *Quid loquor? aut vbi sum?* Horat. *vnde, quo veni?*

Tum *graue seruitium.*] cui opponitur, apud Terentium, *Iusta & clemens seruitus.* Tibull.

Triste seruitium dicitur. Ipse eleg. 26. lib. 2.

Nonne fuit satius duro seruire tyranno?

at contra eleg. 20. lib. 2.

Quod si nec nomen, nec me tua forma teneret,
Posset seruitium mite tenere tuum.

& alibi. *Ferre ego formosam nullum onus esse puto.*

B Nostræ *cogere puellæ discere.*] necesse tibi erit experiri & sentire. Discere cum malo coniunctum vt ostendimus ad illud eleg. 1.

Donec me docuit. An dicere? id est fateri.

Et *exclusum quid sit abire domum.*] De exclusorum quereris vide eleg. 16. infra. & Horatij odam 10. lib. 3. & Plautum Asinaria. *Quid sit*, quantum sit mali. vt eleg. 30. lib. 2.

Hic quoque non nescis quid sit amare, Ahorus.

& eleg. 32.

Sensisti multas quid sit inire vias. Terent.

Ostendam tibi quid sit herum fallere. Virg.

C *Nunc scio quid sit Amor.* *Abire domum*, vt Horat. oda 11. epod. *Iussus abire domum.* Plaut. Asinar. *Surge amator, i domum.*

Nec *iam pallorem toties mirabere nostrum.*] dictum eleg. 1. supra.

Et facile illa meo palleat ore magis.

pallorem & maciem coniungit etiam eleg. 3. lib. 4.

Avt *cur ego sim nullus.*] Cur omnibus membris delicuerim & taboerim, cur macies omnia membra sic extenuarit, vt vix aliquid ex me supersit. eleg. 22. lib. 2. se macilentum fuisse testatur:

D *Sed tibi si exiles videor tenuatus in artus.*

& eleg. 13. lib. 2.

Non ego, sed tenuis vapulat vmbra mea.

aliud est apud Comicos, *nullus sum.* el. 1. lib. 4.

Et qui nunc nulli, maxima turba Gabij.

id est deserti, quorum vestigia vix exstant.

Toto *corpore.*] sic eleg. 1. lib. 2.

Fulua coma est, longaque manus, & maxima toto
Corpore. & eleg. 29.

Aspice vt in toto nullus mihi corpore surgat
Spiritus. Virg. 5. Æneid.

——— & toto descendit corpore pestis.

& 11. Æneid.

E *——— & toto certatum est corpore regni.*

Nec *tibi nobilitas poterit succurrere.*] generis antiquitas & dignitas non poterit tibi subuenire & subsidio esse. E Cornelia gente Galli, vel ex Ælia. Gens vero Cornelia multas familias contioet, Gallorum, Lentulorum, Syllarum, Scipionum, Dolabellarum, Nepotum, Balborum, Frontonum, Celsorum. Nobilitas autem vulgo est generis antiquitas. sed proprie *cognita virtus*, vt ait Cicero 7. ep. ad Hirrium apud Nonium in *veterascere.* in hanc sententiam Ouidius: *Nobilitas sub amore iacet.*

Nescit *amor cedere.*] Non didicit, non consueuit. vt eleg. 14. infra.

Nescit amor magnis cedere diuitijs.

Verus amor longum nescit habere modum. Item.
An dolor sic vitijs nescit abesse suis. Horat:
Pelidæ stomachum cedere nescij.

PRISCIS *imaginibus.*] Plin. cap. 2. lib. 35. Expressos è cera vultus maiorum docet in atrijs Romanorum fuisse, easque imagines comitari solitas gentilitia funera: & postea luxu mutatam imaginum materiam. vide Iuuenal. sat. 8. *Stemmata quid faciunt.* Ipse el. 13. lib. 2.

Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa.

Horat. *Esto beatus, funus atque imagines*
Ducant triumphales tuum. Cic. in Rullum. *Imagines familiæ populi beneficio tribuuntur.* Scilicet ius imaginum à curuli magistratu 7. Verrina. Eædem *laureatæ* in gratulatione: pro Murena. & aliquo damnato in carcere iacebant. In Vatinium. Idem in Pisonem. *Irrepsisti ad honores commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil habes præter colorem,* meminit lib. 2. de Orat. Lucanus ad Pisones.

Nam quid imaginibus? quid auitis fulta triumphis
Atria? quid pleni numeroso consule fasti
Profuerint, si vita labat? De imaginibus in funere identidem Cornel. Tacitus.

QVOD *si parua tuæ dederis vestigia culpæ.*] Signa amoris. vt eleg. 18. infra.

An quia parua damus mutato signa calore.

& alibi.

Nimirum veri dantur mihi signa caloris.

& eleg. 9.

Venturi prima fauilla mali. *Culpæ*, id est amoris. Nam culpa desidia est, eademque amor. eleg. 30. lib. 2.

Communis culpæ cur reus vnus agor?

eleg. 4. lib. 4.

Nam Vesta Iliacæ felix tutela fauillæ
Culpam alit. Catull.
Coniugis in culpa flagrauit quotidiana. Virg.
Bacchus & ad culpam causas dedit.

Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Quis locus est templis augustior? hæc quoque vitet
In culpam si qua est ingeniosa suam.

& peccare, amare est.

QVAM cito.] an coniunctim vt quam mox, & quamprimum.

DE *tanto nomine.*] vero tanti nominis & famæ. eleg. 7. lib. 2.

Tantum meruit mea gloria nomen.

Gell. cap. 9. lib. 20.

Multo nomine Grammaticus.

Horat. oda 9. lib. 3.

Multi Lydia nominis.

Cornel. Tacit. lib. 3. sub finem: *Manlij, Quintij, aliaque eiusdem nobilitatis nomina.* & lib. 5. *Togendus Gallus dum ignobilitatem suam magnis* (Scipionum) *nominibus insereret, per deridiculum auditur.* Albinouan. ad Liuiam.

Nunc primum adspiceris consul, victorque parenti.
Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?

Ibidem.

Fluminaque & montes & nomina magna locorum.

Mart. epigr. 17. lib. 5.

Dum proauos atauosque refers, & nomina magna.

Stat. 2. Achill.

Omnis honos illic, illic ingentia certant
Nomina. Sallust. in Orat. Lepidi. *Satellites quidem eius homines maximi nominis, mox præclara Brutorum proles.* Mart. epigr. 6. lib. 11.

Si redeant veteres, ingentia nomina, patres.

Iuuenal. sat. 8.

——*altaque si te*
Nomina delectant. Ouid. el. 4. lib. 3. Trist.
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.

Tibull. lib. 4.

Ne tanto careat mihi nomine charta.

Seneca cap. 2. de consol. ad Marciam. *Quibusdam nomina clara opponenda sunt.* Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui
Carmina: quis dubitet nomina tanta sequi?

Seneca in Octauia: *Nunc in luctus seruata meos Magni resto nominis vmbra.* Charis. lib. 5. *Maximi nominis sum & maximo nomine*, id est, *nobilissimus sum.*

RVMOR *eris.*] Idem valet eleg. vlt. lib. 3.

Risus eram positis inter conuiuia mensis.

eleg. 21. lib. 2.

Et nunc inter eos tu sermo es.

sic eleg. 18. lib. 3.

Crimen & illa fuit: de Myrrha. Iuuenal. sat. 10.

Vt pueris placeas, & declamatio fias.

Horat. oda 11. epod.

Heu me per vrbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui. Idem ep. 13. lib. 1.
——*Asinæque paternum*
Cognomen vertas in risum, & fabula fias.

Plaut. Pœnulo. Act. 1 sc. 5.

Ita nunc per vrbem solus sermo est omnibus.

Tibull. eleg. 3. lib. 2. *Fabula nunc ille est.* & eleg. 4. lib. 1.

Parce puer quæso ne turpis fabula fiam.

Sic eleg. 2. supra: *Discordia*, pro discordiæ caussa, & Catull.

Iocum me putat esse mœcha turpis. Rumor, inquit Cornel. Fronto, *tumultuatur: fama indicat.* Fab. decl. 152. *Rumor est vniuersi populi consensus certus.*

NON *ego tum potero solatia ferre roganti.*] Implorantem opem meam affari, & mulcere non potero. *Solatia*, alloquia & παραμύθια. Nam παραμύθιον Græcis est verborum solatium & leuamen: & auxilium. cui respondet, quod sequitur, *medicina*, id est, fomenta, remedia, non sani pectoris auxilia.

QVVM *mihi nulla mei sit medicina mali.* Cic. ep. 8. lib. 4. fam. *Non ita abundo ingenio, vt te consoler, cum ipse me non possim.* vide Cic. ep. vlt. lib. 6. fam. initio. Eodem argumento scripsit Catullus elegiam ad Manlium, qua monet ne *Amplius à misero dona beata petat.* & ipse eleg. 9. lib. 4.

Lygdame nil potui, tecum ego captus eram.

Prouerbialis est senarius apud Plutarch. de discrimine adulatoris, & amici: Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Tibull. eleg. 3. lib. 2.

Nec potuit curas sanare salubribus herbis.
Quidquid erat medicæ vicerat artis amor.

Ouid.

Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis.

Virg. eclog. 10.

Tanquam hæc sit nostri medicina furoris.

S e d *pariter miseri.*] vel vna, vel eodem genere calamitatis afflicti.

S o c i o *cogemur amore.*] communi mihi tecum. Cic. pro Sex. Roscio. *Fallere eum qui se in negotio coniunxit.* id est socium. Ipse eleg. 17. infra.

Mansuetus socio parcite litoribus. Virg.

Socia arma rogantes. & lib. 3. Æneid.

Nec non & Teucri socia simul vrbe fruuntur.

Ibidem. ——*miratus Acestes*

Aduentum, sociasque rates. An socio ipso Deo, qui nobiscum erat, vt eleg. 16. lib. 3.

Exclusis fit comes ipsa Venus.

A l t e r *in alterius.*] Genus annominationis, cum idem verbum casibus variatur. Virg. 2. Æneid.

Alterum in alterius mactatos sanguine cernam.

& 3. Æneid.

Alter & alterius sequitur de cortice sanguis.

Ouid. ep. 3.

Alter in alterius iactantes lumina vultum.

S i n v.] flere in alterius sinu est, summæ familiaritatis: Terent. Andr. Act. 1. sc. 1.

Reiecit se in eum flens quam familiariter.

Cicero 13. Philipp. *Cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres.* Petronius.

Grandine qui segetes, & totum perdidit annum,
In simili deflet tristia fata sinu.

M v t v a *flere.*] Statius 12. Thebaid.

Mutuaque exorsæ Thebas, argosque renarrant.

Infra eleg. 16.

Respondes tacitus mutua cardinibus.

Lucret. lib. 3.

——*& inter se mortales mutua viuunt.*

& lib. 4.

——*non queat esse*
Coniuncta inter se, nec motu mutua fungi.

& lib. 5.

Mutua cum inter se rami, stirpesque teruntur.

Q v a r e.] quod cum ita sit, sic in extrema eleg. 9. infra.

Quare si pudor est quamprimum errata fatere,

& eleg. 19.

Quare dum licet inter nos lætemur amantes.

Q v i d *possit mea Cynthia.*] quantum vim habeat ad mouendum.

D e s i n e, *Galle, quærere.*] omitte, si sapis, scire velle. *Desine quærere*, ne malum inuenias.

N o n *impune illa rogata venit.*] id est rogatur. eleg. 15. infra.

Tu tamen in nostro lenta timore venis.

& eleg. 10.

Irritata venit quoniam contemnitur illa.

& eleg. 11.

Seu tristis veniam, seu contra lætus amicis:

& eleg. 18.

Non ita sæua tamen venerit ira mea.

Ouid. 2. de Arte.

Non ego diuitibus venio præceptor amandi.

& ep. Laodamiæ.

Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.

Auson. *Tu mihi crux ab vtraque venis.* Iustin. lib. 1. Instit. tit. 2. de iur. nat. §. sine scripto: *Sine scripto ius venit*, inquit, *quod vsus approbauit.* sic ἔρχομαι Græcis & sum & venio. *Rogare*
A verbum est amatorium. Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

——*casta est quam nemo rogauit.*

& *Ac si rusticitas non vetat, ipsa rogat.*

& 1. de arte amandi.

Conueniat maribus nequam nos ante rogemus,
Fœmina iam partes victa rogantis agat.

Ipse eleg. 5. lib. 4.

Nempe tulit fastus ausa rogare prior.

AD ELEGIAM VI.

B *Ad Tullum.*

Non *ego nunc vereor Adriæ mare.*] Ita dictum vt à Virgilio: *herba veneni.* & *vrbem Patani.* & eleg. 13. lib. 3. *mons Parnasi.* Cic. ep. 18. lib. 5. ad Atticum: *In oppido Antiochiæ.* Plutarchus in Camillo; Adriaticum putat mare dictum ab oppido Adria, quod situm ad Padum amnem. Plin. cap. 16. lib. 3. ab Atria portu nobili Tuscorum, permutatione *t* in *d.* Idem dicitur superum mare, & Ionium, vulgo *Golfo di Venetia.*

N o s c e r e *tecum.*] contra eleg. 5. lib. 3.

At tu saue aquilo nunquam mea vela videbis,

Noscere mare, visere & tentare. vt infra.

Cognoscere Athenas. eleg. 10. lib. 2.

Necdum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes.

id est adierunt. Stat. in fine Thebaïdis.

C *Iam te magnanimus dignatur noscere Cæsar.*

Ouid. eleg. 9. lib. 3. Trist.

Hospes, ait, nosco Colchide vela dari.

id est video. Plaut. Mercat. Act. 4. sc. 7.

Item Peristrata, te pol non noram. id est, agnoueram, videram.

N e q v e *Ægæo ducere vela salo.*] nauim agere per mare Ægeum. sic *remos ducere.* Ouid. 1. Metam.

Et ducit remos illic vbi nuper ararat.

Virg. 3. Georg.

——*grauibus iuga ducere plaustris.*

Ipse eleg. 26. lib. 2.

Ionio lassas ducere rore manus. id est natare. Plin. cap. 11. lib. 4. Ægeum mare dictum ait à scopulo, quem ἄιγα vocant, quod capræ exsilientis formam præferat. Alij ab Ægeo patre Thesei, vel ab Ægea regina Amazonum, vt Festus. hoc Romani, vt ait Plinius, partim Macedonicum, partim Græciense vocarunt.
E Vulgo nautarum dicitur *Archipelago. Salum*, mare, à verbo σαλεύω, quatio, moueo, inquit Seruius. ὁ σάλος Græcis agitatio fluctuum, quos sequutus Ennius extulit genere masculino, *vndantem salum*, vt notat Nonius. Hinc *Salacia*, & *Salentini* populi: Festus.

C v m *quo possim conscendere.*] superare, transcendere. vt eleg. 14. infra:

Illa neque Arabum metuit conscendere lumen.

M o n t e s *Riphæos.*] Seruius in illud 3. Georg. *Gens effrena virûm Riphæo tunditur Euro:* & lib. 4. Georg.

Aruaq; Riphæis numquam viduata pruinis: Riphæi. inquit, *montes Scythiæ: ἀπὸ τῆς ῥιπῆς: à perpetuo ventorum flatu & impetu. Nam ῥιπὴ, impetus* Plin. cap. 12. lib. 4. & cap. 27. lib. 5. & cap. 5. lib. 6. &

Strabo lib. 7. *εἰραῖα ὄρη* dicuntur. nam *εἴπας* & *εἶπο*, turboventi.

VADERE *vlterius.*] *vlterius* fine cafu pofuit. vt eleg.15. lib.2.

Quinetiam fi me vlterius prouexerit ira.

Virg.12. Æneid.

Vlterius tentare veto. Ibidem.

Vlterius ne tende odijs. vadere autem fæpe eft confidentis & intrepidi animi. Virg. 2. Æneid.

Vadimus haud dubiam in mortem. & 6. Æn.

Ille ducem haud timidis vadentem pafsibus æquat.

Cic. 1. Tufc. *Vadit in eundem carcerem, atq; in eundem fcyphum.*

DOMOS *Memnonias.*] Sunt qui Thebas Ægyptias fignificari putent, vbi Memnonis ftatua dicebatur quotidie ftrepitu exorientem auroram falutare. Alij Æthiopicam intelligunt: Nam Memnon *Aethiops* Catullo, *niger* Virgilio. & Memnones Æthiopiæ populi: Plinio cap.30. lib.6. Sed Turneb. cap.16. lib.21. docet ex Herodoto Sufa fignificari, quod oppidum Perfidis *μεμνόνιον ἄςυ* dicebatur, & iter illuc è Græcia erat trium menfium, vt dimetitur Herodotus. Domos pro regione & fedibus dixit, vt Horat. oda 12. lib.2.

Plenas aut Arabum domos. Virg. 2. Georg.

Eoafque domos Arabum. Ipfe eleg.11. lib.2.

Et domus intacta te tremit Arabia. & el.18.

At non Tithoni fpernens aurora fenectam
Defertum eoa paffa iacere domo.

Higinus Fab.225. Domus Cyri regis in Ecbatanis, quam fecit Memnon (Faber) lapidibus variis & candidis, vinctis auro. vide Diodorum Siculum. Domus Daci fic dicitur à Statio 1. Siluar. in equo Domitiani: *& attoniti vidit domus ardua Daci.*

SED *me remorantur verba puellæ.*] Retinent me amicæ verba, quibus vnica gratia non deeft.

COMPLEXÆ.] eleg.10. infra.

Cum te complexa morientem Galle puella
Vidimus. poteft fumi & *παθητικῶς*: vt apud Cic. pro Sexto Rofcio. vel refertur ad, *me.*

MVTATOQVE *graues fæpe colore preces.*] Eo maioris, inquit, momenti preces apud me erant & ponderis, quod ex frequenti coloris mutatione varias animi eius perturbationes colligebam. eleg.15. infra.

Quis te cogebat multos pallere colores. Horat.

Tunc nec mens mihi, nec color, Certa fede manent.

Colores mutare (de anxio) dixit Gellius cap.9.lib. 15. Porro aut coniunctim verba & preces, quæ *verba precantia* Ouidio, vel feparatim: quia & verba fine precibus effe poffunt, & preces fine verbis.

ILLA *mihi totis argutat noctibus ignes.*] Argutias mihi exhibet, vt ait Plaut. in Moftell. & me arguta blanditia querelifque fuis incendit. vt Virg.4. Æneid.

Define meque tuis incendere, teque querelis.

& el.10. infr. *Tantus in alternis vocibus ardor erat.*

Argutari, inquit Nonius, *procaciter loqui.* Næuius ex odio. *Totum diem argutatur quafi cicada.* el.18 infra: *—arguto ficta dolore queri.* Ibid.

A *Cogor ad argutas dicere folus aues.* & eleg.16.

Arguta referens carmina blanditia. vnde *arguti olores*, & *arguta hirundo* Virgilio. & *argutus tinis*, pro præfica habetur Plauto in Trucul. & *argutari præficæ* dicuntur in friuolaria. Horat. *Doctor argutæ fidicen Thaliæ.* Stat. 2. Siluar. in Epicedio in Glauciam Melioris: *Blandus vbi nam ora arguta querelis?* Charif. lib.1. *ab argutia fit verbum arguto, as. Argutari ignes*, vt *fpirare quietem*, fupra: Ignes & calores & ardor pro amore. eleg. 11. infra.

An te nefcio quis fimulatis ignibus hoftis, &c.

eleg.6. lib.3. *Dulcior ignis erat Paridi.*

B & eleg.9. infra. *—nec vero tangeris ignis.*

eleg.15. lib.3.

Hoc mihi quod veteres cuftodit in ofsibus ignes.

Virg. *At mihi fefe offert vltro meus ignis Amyntas.*

Horat. *Non erubefcendis adurit ignibus.*

Terent. Eunuch. *Accede ad ignem hunc.*

Ouid. lib.2. Amor. eleg.16. [*vnos;*

At meus ignis abeft (id eft puella) *verbo peccauimus*
Quæ mouet ardores eft procul, ardor adeft.

ET *queritur nullos effe relicta Deos.*] Hæc impia verba dolor interdum hominibus extorquet, cum periuris fua vident effe fcelera multa, vel bonis viris male effe. Ouid. eleg.3. lib.3.

C Amor. *Effe Deos credam ne? fidem iurata fefellit.*

Idem in epicedio Tibulli.

Cum rapiant mala fata bonos (ignofcite faffo)
Sollicitor nullos effe putare Deos. & 9. Met.

At valet Euryftheus: & funt qui credere pofsint

Effe Deos? Attius in Antigona. *Iam iam neque Dij regunt, neque profectò Deûm fummus rex omnibus curat.* Virg.4. Æneid.

Iam iam nec maxima Iuno
Nec Saturnius hæc oculis pater adfpicit æquis.

Seneca Octauia: *Nullum pietas nunc numen habet: nec funt fuperi, regnat mundo Triftis Erynnis.* Albinouan. ad Liuiam.

D *Cæfaris vxori fi talia dicere fas eft,*
Iam dubito magnos an rear effe Deos. Ibidem.

Iamque precaturus, quid ego iam credulus, inquis,
Sufcipio in nullos irrita vota Deos?

Terentij Varronis Atacini extat epigramma, excufum in Petronio Donzæ:

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo:
Pompeius nullo: credimus effe Deos?
Saxa premunt Licinum, leuat altum fama Catonem,
Pompeium tituli: credimus effe Deos?

Ipfe eleg.7. lib.3. *Non habet vnda Deos.*

Contra vbi quid è fententia contigit, effe Deos aiunt. Statius: *Eftis io fuperi.* Ipfe el. 8. infra.

E *Sunt igitur Mufæ.*

ILLA *meam mihi iam fe denegat.*] fe meam effe inficiatur. Martialis:

His fi quo careat mifella cafu,
Iurat viuere poffe fe nec horam.

id eft negat. *de* vero intendit vim verbi, vt fupra: *fenfus deperditus omnes.* at contra ait el. 8. in fine. *Siue dies, feu nox veneris illa mea eft.*

ILLA *minatur.*] ea mihi mala denuntiat.

QVÆ *folet irato triftis amica viro.*] Hypallage, pro, Quæ folet irata amica minari viro trifti: vel irato viro irata amica. Id enim fignificat triftis, vt mox docebimus. Sic Tibul. el. vlt. l.1.

Tunc

Tunc lasciuus amor rixæ mala verba ministrat, A
Inter & iratum lentus vtrumque sedet.
Tristis igitur hic non est mœsta, sed irata & sæua. vt eleg.14. infra.
Nulla mihi tristi præmia sunt Venere. & el.10.
Tu caue ne tristi cupias pugnare puellæ.
& Virgilio ac Horatio: *Iræ tristes.* Virg.7.Æn.
Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis.
vide Nonium in Triste, sæuum & immite. Viro,amatori. vt eleg.33. lib.2.
Vino sæpe suam nescit amica virum. & mox: *Infido durius esse viro.* id est amante.

His *ego non horam possum durare querelis.*] Ne B minimum quidem temporis spatium possum animo manere obfirmato. Donat. in illud Adelph. sc.2. Act. 4. *Non Hercule hic quisquam durare potest: plus est,* inquit, *quam permanere, & hoc verbum perferendis malis conuenit.* Virg.1.Æn.
Durate & vosmet rebus seruate secundis.
Ouid. eleg.10. lib.3. Amor.
His, & quæ taceo, durani sæpe ferendis.
Plaut.in Amphitr. Act.3. sc. 1. *Durare nequeo in ædibus.* In Curcul. Act. t. sc.3. *Durare nequeo quin herum accusem meum.* In Asin. Act. 5. sc.2. *Non queo durare. Si non didicisti fullonicas non est* C *mirandum.* Iocus in obscœnam patientiam fullonum. Horat. agendi significatu: *Vix durare carinæ possint imperiosius æquor.*

Ah *pereat.*] Male sit ei imprecantis formula. vt eleg.11. infra.
Ah pereant Baiæ crimen amoris aquæ.
& eleg. 17.
Ah pereat quicunque rates & vela parauit Primus. & eleg.23. lib.2.
Ah pereant, si quos ianua clausa iuuat. & eleg.3.
Ah pereat quicunque meraces repperit vuas.
& eleg. 1. lib.3.
Ah valeat Phœbum quicunque moratur in armis. D
Ouid. 4. Fast.
Ah pereant partes, quæ nocuere mihi:
Ah pereant, dicebat adhuc. & 2. de arte.
Ah pereant per quos munera crimen habent.
& 3. de arte.
Ah pereant per quos ista mouenda mihi.
Tibull. eleg.5. lib.2. *Ah pereant artes.*

Si *quis lentus amare potest.*] qui languet aut friget in amore. *lentus*, conuitium in amantem vel qui pene friget, nec commouetur aculeis iracundiæ,& doloris querente amica; vel cessat in officio Veneris. vnde *lentitudo* Ciceroni, ἀοργησία. vulgo frigidos amatores vo- E cant. Ipse eleg.15. infra.
Tu tamen in nostro lenta timore venis.
& eleg.15. lib. 2.
—— *& dixit siccine lente iaces.*
& eleg. 22. lib.3.
Irascor quoniam es, lente, moratus heri. Ouid.
Hostibus eueniat lenta puella meis.
Tibull. eleg. vlt. lib.1.
Inter & iratum lentus vtrumque sedet.
& eleg.3. lib. 1.
Illic sit quicunque meos violauit amores,
Optauit lentas & sibi militias. Ouid. ep. 1.
Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysse.
& ep.2. *At tu lentus abes.* & in ep.Hypsipiles.

Quid queror officium lenti cessasse mariti.

An *mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas.*] An ego tam magno emam hoc Athenarum & Asiæ spectaculum. eleg.8. infra.
Et tibi iam tanti, quicunque est iste, videtur,
Vt sine me vento quolibet ire velis.
eleg. 16. lib. 2.
Quare ne tibi sit tanti Sidonia vestis,
Vt timeas quoties nubilus Auster erit.
eleg. 12. lib. 3.
Tantine vlla fuit spoliati gloria Parthi.
eleg. 3. lib 4.
Ne precor ascensis tanti sit gloria Bactris.
Ouid. in epist. Herus.
Et ne sim tanti, superentque pericula causas.
id est tam parui. & eleg.10. lib.1. Amor.
Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas
Vt premerent sacræ virginis arma caput.
Cœlius Cic. ep.14. lib.8. fam. *Tanti non fuit Arsacem capere, vt earum rerum spectaculo careres.* Brutus Attico ep.16. lib. ad Brutum: *Nil tanti fuit, quo venderemus fidem & libertatem.* Cic. ep.3. lib.12. ad Atticum: *Nihil tanti, vt à te abessem, fuit.* Ouid. in epist. Didus.
Non ego sum, quamuis merearis, inique,
Vt pereas, & ep. 1.
Vix Priamus tanti totaque Troia fuit.
Ipse eleg. 16. lib.3.
Talis mors pretio vel sit emenda mihi. id est. Tanti est mihi mors.

Doctas *cognoscere Athenas.*] vt paulo ante: *Noscere mare Adriæ.* Ouid. lib.14. Met.
Elysiasque domos, & regna nouissima mundi.
Me duce cognosces. Sueton. in Calig. cap.3. *Sicubi clarorum virorum sepulchra cognosceret, inferias manibus dabat. Doctas Athenas*, vbi bonarum literarum mercatus. sic eleg.19. lib.3.
Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.
Geminum germanum huic distichon Ouid. eleg. 2. lib. 1. Trist.
Nec peto quas quondam petij studiosus Athenas,
Oppida non Asiæ, non mihi visa prius.

Atque *Asiæ veteres cernere diuitias.*] Antiquas & nobiles opes Asiæ. *Vetus*, priscum, antiquum, pro nobili & insigni. Horat. *Et regnum Priami vetus.* Virg. *Veteres Tellure recludit Thesauros.* De Asiæ diuitijs & luxu Cicero pro lege Manilia, pro Murena, & 1. ad Q. fratrem, & Strabo & Plin. Horat. sat. 7. lib.1.
—— *Bruto Prætore tenente*
Ditem Asiam. Cernere, ambiguè, vel spectare, vel tanquam hæreditatem adire, & earum parte frui, vt solent è cohorte prætoria.

Vt *Cynthia mihi faciat conuicia.*] me probris & maledictis incessat. Ouid. epist. Leandri.
Nec faciam surdis conuicia fluctibus vlla. videri possit legendum, *Iaciat conuicia.* quia eleg. 6. lib. 3.
Quæ mulier grauida iactat conuicia lingua.
Sed *facere conuicium* dicitur, vt *facere contumeliam*, & *facere iniuriam.* Ouid. el.7. lib.1. Amor.
Sed taciti fecere tamen conuicia vultus.
& in epist. Cydippes:
Quam sæpe, vt tardis, feci conuicia, remis.
& eleg. 3. lib. 3. Amor.

Quid queror? & toto facio conuicia cælo.

Seneca cap.18. de vita beata. *Cum vitijs conuicium facio, imprimis meis facio.* sic *facere & mereri conuicia* Fab. *Conuicium* Ciceroni pro M. Cælio: *Contumelia petulantius iactata.* Conuicium à vicis nomen habet, vt Nonius, & Festus scribunt, vel à vocibus quasi conuocium, inquit idem Festus, & Labeo l. 15. de iniur. D.

DEDVCTA *puppi.*] naui machinis è solo in salum tracta. Horat. od.4. lib.1.

Trahuntque siccas machina carinas.

Virg.4. Æneid.

—— littore celsas Deducunt toto naues.

Attius Myrmidonibus apud Nonium in *anima.* *Classes trahere in salum, ac vela ventorum anima immittere.* Pacuuius Teucro apud eundem Nonium, in *Properiter.* *Mihi classem imperitant Thessalam, nostramque in altum vt properiter deducerem.* verbo deducendi respondet è regione, *subducere.* καθέλκειν, Græcis *deducere*; ἀνέλκειν, *subducere.* Turneb. cap.16. lib.14. Aduers. vbi docet *detrahere naues* aliud esse Cæsari.

ET *insanis ora notet manibus.*] voltum suum laniet vnguibus in seipsam sæuientibus, quod est insanorum, Ouid. eleg.5. lib.3.

Pectoraque insana plangis aperta manu.

Plaut. Trucul. *Num obsecro nam hariolus est, qui ipsus se verberat.* *Insanis manibus*, ipsa insana. vt eleg.8. lib.3.

Proijcis insana cymbia plena manu.

Ouid. eleg.1. lib.4. Trist.

Sæpe manus demens, studijs irata, sibique, &c.

eleg. 8. infra.

Crudelem infesta sæpe vocare manu.

& eleg. 16.

Pulsata indignis sæpe queror manibus.

& eleg. 14. lib. 2.

In me mansuetas non habet illa manus.

eleg. 9. lib. 2.

Languida vesana verberat ora manu.

Notare ora, laniare, radere genas in 12. tab. Ouid. eleg.6. lib.2. Amor.

Et rigido teneras vngue notare genas.

& 1. Metam. *—— indignaque lædi.* *Crura notent sentes.* & 3 Fast.

Spicula designant oraque prima notant.

Ipse eleg.8. lib.3.

Et mea formosis vnguibus ora nota.

Virg. 12. Æneid. *Vnguibus ora soror fœdans.*

OSCVLAQVE *opposito dicat sibi debita vento.*] Ridiculus Palmerius qui legit, *dedita*: quasi ventus ea diuiserit oscula & discerpserit, etiamsi Horatius dixerit: *Ingrata ventus diuidat somenta.* Idem quod Palmerius, putabat Fruterius cap. 18. lib.1. verisi. ex Aurati sententia. tres illi falluntur. Primus Scaliger odoratus est sententiam; nos eam planè conemur euoluere. *Oscula*, inquit, *cum à me peteret, fidem suam mihi obligauit se apud me perpetuo mansurum. quo pignore fidei accepto, illi oscula mea & gaudia credidi. At postquam ille abijt & me periurus reliquit experta sum pignus illud fidei rem esse leuissimam, & ventum merum.* Est igitur παροιμία ἀνηγμένη, vt eleg. 5. lib. 2.

Et nobis Aquilo Cynthia ventus erit.

A cum dixisset. *Dabis mihi perfida pœnas.* eleg. 20. lib. 2. habemus iusiurandum Propertij, in eandem sententiam.

Ossa tibi iuro per matris ossa parentis,
(Si fallo, cinis, heu, sit mihi vterque grauis)
Me tibi ad extremas mansurum, vita, tenebras
Ambos vna fides auferet, vna dies.

Lusit eodem fere modo Catullus in furij villulam. *Furi villula vestra non ad Austri*
Flatus opposita est, nec ad Fauoni:
Nec sæui Boreæ, aut Apeliotæ:
Verum ad millia quindecim & ducenta.
B *O ventum horribilem atque pestilentem!*

Terent. Phorm. *Ager oppositus pignori ob decem minas.* Plaut. Curcul. sc. 3. Act. 2. *Pono pallium, ille suum pallium opposuit.* An dicat vento, vt Catullus.

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris.

ET *nihil infido durius esse viro.*] Nihil esse crudelius amante infideli, quia fidem qui lædit oppugnat omnium commune præsidium, vt Cicero ait pro Q. Roscio. quare est immanitatis barbaræ fidem frangere, quæ continet vitam. *Infido*, infideli, vt eleg.11. lib.3.

Hic genus infidum nuptarum. & eleg.10. lib.4.

Sed non infido manserunt hospite Caco.

C TV *patrus emeritas conare anteire secures.*] Si hæc lectio placet, sic loquitur eleg. vlt. lib.4.

Et tamen emerui generosos vestis honores. Ibid.

Laudat vbi emeritum libera fama rogum.

Lucanus ad Pisones:

Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum
Scande super titulos, & auitæ laudis honores,
Armorumque decus præcede forensibus actis.

Secures, honores curules. De securibus, & cur vinctæ cum fascibus præferrentur magistratibus Plutarchus ἐν αἰτίαις quæst.82. Illa insignia è Tuscis sumpta: Sallustius. *Secures* μετωνυμικῶς pro magistratibus, vt hic, & apud Virg.

Consulis imperium hic primum sæuasque secures
Accipiet. Horat. *Nec sumit, aut ponit secures*
Arbitrio popularis auræ. Ipse eleg. 16. lib. 2.
D *Cynthia non sequitur fasces, nec curat honores.*

& el.4.l.3. *Sera sed Ausoniis veniat prouincia virgis.*

PATRVI.] L. Volcatius Tullus consul fuit cum M. Lepido biennio ante Ciceronis consulatum, vt scribit Sallustius in Catilina, si forte patruus huius Tulli fuit. Horat. oda 8. libr. 3.

Amphoræ fumum bibere institutæ Consule Tullo.

& huius patruo, opinor. fuit & L. Volcatius Tullus collega Augusti in secundo consulatu, vt scribit Dio in extremo, lib. 49. Nescio an hic sit, superioris fratris filius.

E ET *vetera oblitis iura refer sociis.*] Redde antiquas leges fœderatis Cizycenis. Cizycenis præfuisse Tullum declarat Propert. el.12. lib.3.

Frigida tam multos placuit tibi Cizycus annos.

Mithridatico bello igitur cum Cizyceni libertatem meruissent, postea ijs Augustus ob ciues Romanos flagris cæsos libertatem ademit, sed mox restituit: Dio lib.54. & Strabo lib.12. sua ætate liberam restatur Cizycum fuisse, quamuis iterum illis Tiberius libertatem simili de causa ademerit: Cornel. Tacit. lib.4. & Sueton.

in Tiberio cap.37. Quare τῷ *oblitis* pertinet ad Cizycenos, qui non meminerant se olim in ditione populi Romani fuisse, & cum ob facinus, quod dixi, adempta esset ijs libertas, missus cum imperio Tullus qui eos regeret. *Referre iura*, denuo ferre, vt *ferre leges*: vel potius reddere iura. Virg. 8. Æneid.

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

id est, reddat, inquit Nonius. Horat. epist. 1. lib. 2.

—— nam quæ peruincere voces
Eualuere sonum, referunt quem nostra theatra.

Fab. cap. 2. lib. 11. *Crassus ille diues cum Asiæ præesset, quinque Græci sermonis differentias sic tenuit, vt* B *qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem sibi ius redditum ferret.*

Nam *tua ætas.*] frequens apud Plautum & Terentium sermo *tua ætas*, pro tu ipse. Ipse eleg. 18. lib. 2.

Quid si iam canis ætas mea candeat annis?

& eleg. 5. lib. 2.

Scribam igitur quod non vnquam tua deleat ætas.

& eleg. 2. supra. *Nostræ gratissima vitæ.*
& eleg. 8. infra.

Ista meam norit gloria canitiem.

Non *vnquam cessauit amori.*] vacauit & indulsit amori. vacare cum tertio casu, vt Plaut. C Pseud. Act. 1. sc. 3. *Is dies, mihi cesso.* Donat. in Eunuch. *Cessare est*, inquit, *Desidiosi, & amantes, & vacui.* Sic ipse cessare dixit, pro, operam dare Veneri eleg. 2. lib. 3.

Aut dixti, venies hodie, cessabimus vna
Hospitium tota nocte parauit amor.

Alia lectio: *Seruiuit amori.* sic Tibull. el. 2. lib. 1.

At mihi parce Venus semper tibi dedita seruit
Mens mea.

Semper *at armatæ cura fuit patriæ.*] Studium omne tuum in patria tuenda, cum bellum gerit. vt apud Cic. Philipp. 11. *Tota contra te armata est Italia.* vel potest esse hyppallage: *Semper tibi* D *armato patriæ cura fuit.* Cic. pro Murena. *Dij faciant, vt armatus collega Catilinam opprimat.* Ipse eleg. 1. lib. 4.

Vel licet armatis hostis inermis eat.

Et *non vnquam puer iste.*] eleg. 9. infra.

Quam pueri totos arcum sentire medullis:

& eleg. proxima seq.

Te quoque si certo puer hic concusserit arcu.

& eleg. 9. lib. 2.

Tela precor pueri figite acuta magis.

& eleg. 9. lib. 3.

Quem grauibus pennis verberat ille puer.

sic *Deus* tantum, & *ales* dicitur. & eleg. 19. E infra.

Non adeo leuiter nostris puer hæsit ocellis.

Adferat *tibi labores nostros.*] *ærumnas Herculis*: Plautus. *vltima mala* eleg. 4. supra Adferat vt eleg. 11. infra. *Si quid tibi triste libelli Attulerint.*

Et *lacrimis omnia nota meis.*] Quamuis verum esse putem, quod notaui de verbo *omnia*, ad vers. 25. eleg. 3. tamen coniectura mea, *somnia*, adiuuatur, errore Librariorum, qui, S. alterum ob precedentem sibilum omiserunt, sono dictantis decepti. sic eleg. 3. supra:

A *Ne qua tibi insolitos portarent visa timores.*

& eleg. 7. lib. 3.

Hanc timidam crebro dementia somnia terrent.

& eleg. 25. lib. 2.

Cum satis vna tuis insomnia portet ocellis.

Virg. 4. Æneid. *Agit ipse furentem In somnis ferus Æneas.* somnus quidem negatur amanti, sed non insomnia, & inquieta quies. Horat. oda. 1. lib. 4. & lacrymas & somnia coniungit.

Sed cur heu Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parum decoro
B *Inter verba cadit lingua silentio?*
Nocturnis ego somnijs
Iam captum teneo, &c.

Quid ni autem cum insomnijs lacrymæ, vt etiam suspiria el. 3. supra. *Nota lacrymis.* vt eleg. 6. lib. 3.

Rettulit & querulo iurgia nota sono.

& Tibull. eleg. 2. lib. 3.

Nec mihi vera loqui pudor est, vitaque fateri
Tot mala perpessæ tædia nota mea.

sic lego, non nata. Turneb. *omina* legit cap. 16. lib. 21. vt alibi *omina luna.*

Qvem *semper voluit fortuna iacere.*] fortunæ, quæ ex libidine omnia regit, sat est velle. C Iuuenal.

Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul.

& in amore fortuna dominatur. eleg. 23. lib. 2.

Mi fortuna aliquid semper amare dedit.

& eleg. 8.

Omnia vertuntur, certè vertuntur amores.
Vinceris, aut vincis, hæc in amore rota est.

Iacere, obscurum esse, quasi humi serpere, nec honoribus attolli, & laudibus. Cic. 10. Philipp. *In pace iacere, quam in bello vigere maluit.* Tusc. 1. *Iacent ea (studia) quæ apud quosque improbantur.* & 2. de fin. *Iacent virtutes voluptate dominante.*

Hanc *animam.*] Addi solet demonstrandi D particula rebus nostris, hanc animam, hoc corpus, hoc caput, hæc dextra. Albinouanus ad Liuiam vers. 158. & *excipias hanc animam ore pio.* Virg. 1. Æneid.

—— tuaque animam hanc effundere dextra.

& lib. 3. *Vos animam hanc* (vilem: Donat. in Hecyr.) *potius quocunque absumite leto.* Terent. Hecyr. Act. 3. sc. 1.

Hanccine ego vitam parsi perdere (inuisam.)

Ouid. eleg. 2. lib. 1. Trist.

Opprimet hanc animam fluctus.

& eleg. 7. lib. 3.

Qualibet hanc sæuo vitam mihi finiat ense.

E Reddere.] dixit Translatione à rebus creditis, quia debetur vita naturæ. Cic. 10. Philipp. *Non est nominis Romani dubitare, cum spiritum, quem quis naturæ debeas, patriæ reddere.* & 1. de leg. *Reddere corpus terræ.* Ipse eleg. 1. lib. 2.

Quandocumque igitur vitam mea fata reposcent.

& eleg. 5. lib. 3. *Reddere corpus humo.* vetus Poëta ex Euripide apud Ciceronem: *Reddenda terra terræ.* Ouid. elegia 3. lib. 3. Trist.

Integer hanc potui nuper bene reddere vitam.

Extremæ *nequitiæ.*] tam dissolutæ inertiæ, vt nihil supra. sic *vltima mala* dixit

eleg.5. supra. *Nequitia*, inquit Donat. in Eunuch. *est libidinosa inertia.* Ouid. epist. Helenæ. A

Qua tua nequitia est, non his contenta fuisset (osculis)

& eleg.1. lib. 1. Trist.

——— ludi quoque semina prabent

Nequitiæ. Cicero 1. in Catilin. *Sed me iam inertiæ, nequitiaque condemno.* Idem Tusc.3. *Nequitia dicta, quia ne quicquam sit in tali homine.* & hoc vitium cum temperantia pugnat: Idem censet Varr. 4. de ling. Lat. *Nequam*, inquit Festus, *qui ne tanti quidem est quam quod habetur minimi.* vide Gellium cap.11. lib.7. vbi docet lasciuam petulantiam, nequitiam dici: & nequam ἄσωτον ἢ ἀκόλαστον ἢ μωρόν. Ipse eleg.5. lib. 2. B *Et non ignota vincere nequitia.*

& eleg. 6.

Nequitiaque sua noluit esse rudes.

& eleg.14. infra.

Nec tremis admissæ conscia nequitiæ.

& eleg.14. lib.2.

Non ego nequitiæ dicerer esse caput.

& eleg.17. lib.3.

Et rabidæ stimulos frangere nequitiæ.

MVLTI *longinquo periere in amore.*] In amore diuturoo sunt mortui. Sic temporis est C longinquitas, non loci. Plaut. in Milite: *Vitam longinquam darent ipse longum* vocat:

Non satis est vllo tempore longus amor.

vide adnotata ad illud Catulli in Ariadna:

Troiaque obsidens longinquo mœnia bello.

LIBENTER.] dictũ ad el. 4. supra versu 12.

IN *quorum numero me quoque terra tegat.*] Cum quibus mori & sepeliri cupio. eleg. 1. lib. 2.

Laus in amore mori. eleg. 21. lib.3.

Seu moriar fato, non turpi fractus amore

Atque erit illa mihi mortis honesta dies.

Ouid eleg.10. lib.2. Amor.

At mihi contingat Veneris languescere motu D

Cum moriar, medium soluar & inter opus.

Item.

Felix quem Veneris certamina mutua perdunt.

Item. *Dij faciant leti causa sit ista mei.*

Terra tegi dicuntur propriè humati. Cic. 2. de leg. *Humati quos iniecta terra contegit.* Ipse eleg. vlt. huius libri.

Tu nullo miseri contegis ossa solo.

Plaut. Pseud. Act.1. sc.3.

Quid ais hominũ quantum terra contegit periurissime?

id est, qui vnquam fuerunt. Ipse el.26. lib. 2.

Me licet vnda ferat, te modò terra tegat.

NON *ego sum laudi, non natus idoneus armis.*] E non me ad gloriam & virtutem natura genuit. *Natus laudi*, vt eleg. 8. lib.3.

Hic satus ad pacem, hic castrensibus vtilis armis.

Cic. 10 Philipp. *Natus ad laudem filius.* Idem pro Sextio: *Natus ad dignitatem & gloriam.* & in Pisonem: *Natus abdomini, non laudi & gloria.* Ouid. eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Fortia verbosi natus ad arma fori.

IDONEVS *armis.*] Donat. in Andr. *Idoneus aptus & ei rei natus.* Idem ibidem: *Idoneus aptus ad omnia & bona & mala.* Horat. oda 19 lib. 2.

Non sat idoneus pugna videbaris. & oda 26. lib 3. *Vixi puellis nuper idoneus.* Oda 11. lib. *vtilem bello tulit.* epist.1. lib.2.

Militiæ quamuis piger & malus: vtilis vrbi.

Ouid. eleg.3. lib.2. Amor.

Non tu natus equo, non fortibus vtilis armis.

Leo Sophista apud Philostratum in eius vita, ὁ σὸς πολεμικὸς ὀργάνων, ἀλλὰ μυστικῶν οἱ ἐρῶντες δίαιλοι.

HANC *me militiam subire.*] militem amoris esse & eius signa sequi. *Subire* dixit, tanquam onus & periculum. nam omnis militia & grauis & periculosa. De militia amoris, Ouid. 2. de arte. *Militiæ species amor est, discedite segnes.* & eleg.9. lib.2. Amor.

Militat omnis amans. & 2. Fast.

Hæc mea militia est (scribendi elegos) gerimus quæ possumus arma. & 5 Fast.

Tempora iure colunt Latiæ fecunda parentes

Quarum militiam votaque partus habet.

& in ep. Helenæ:

Hectora quem laudas, pro te pugnare iubeto,

Militia est operis altera digna tuis.

Ipse eleg.1. lib.4.

Militiam Veneris blandis patiere sub annis

Et Veneris pueris vtilis hostis eris.

Tibull. eleg.3. lib.1.

Optauit lentas & sibi militias.

& eleg. vlt. lib.1.

Sed Veneris tunc bella calent. & eleg.1. lib.1.

Nunc leuis est tractanda Venus, dum frangere postes

Non pudet, & rixas inseruisse iuuat.

Hic ego dux milesque bonus. Horat. od.26. lib.3.

Et militaui non sine gloria. Apuleius lib. 9. *Commodum prima stipendia Venerea militabant noui & nudi milites.* Plaut. Persa. Act.2. sc. 2. *At confidentia illa militia* (amoris) *magis militatur quam pondere.* vide eundem Bacchid. Act.1. sc.1.

FATA *volunt.*] supra: *voluit fortuna.* & eleg. 14. infra.

Quæ maneant dum me fata perire volent.

Horat. *Sic potenti Iustitiæ placitumque Parcis.*

QVA *mollis Ionia.*] Ioniæ populi τρυφεροὶ & τρυφερῶς βιοῦντες. id est, nimium delicate viuentes. vide Prouerbium: χαλὸς ἰωνικός, & Athenæum lib.12. vnde ἰωνικῶς, ἀντὶ τοῦ ἁβρῶς, molliter. Plaut. Sticho. *Quæ Ionicus aut cinædicus, qui taba facere possit?* Horat. oda 6. lib.3.

Motus doceri gaudet Ionicos

Matura virgo. Plato lib.3. de Rep. *Ionicam harmoniam*, vt nimis mollem expellit sua ciuitate. *de Ionia.* Plin. cap.29. lib.5.

TENDIT.] an dictum, pro tenditur: An subauditur se, id est, qua se porrigit, qua patet, sic vos subauditur eleg.1. sopra.

Tunc ego crediderim vobis, & sidera & amnes

Posse Cytæinis ducere carminibus. vbi *ducere* pro duci: vt hic *tendere.* An dictum, vt eleg. 10. lib. 2.

Et si qua extremis tellus se subtrahit oris.

Virg. 3. Æneid.

Terræque vrbesque recedunt.

Ibidem: *refugitque ab littore templum.* & *Italiam sequimur fugientem.* An vt dicitur Plauto & Ciceroni: *Res eò tendit.* id est spectat. An vt dicitur, qua ducit via, vel qoa fert via, & via tendit. Sed legitur etiam, *tendis*, & refertur ad Tullum, iungitur cum verbo *carpere.*

Sᴇᴠ *quà liquor Pactoli.*] vt eleg.14. infra.
Pactoli liquores, & eleg.vlt. lib.2.
Nam rursus licet Aetoli referas Acheloi
Fluxerit vt magno fractus amore liquor.
Lydiæ, siue Mœoniæ, regionis Asiæ, fluoius aurifer Pactolus, dictus χρυσοῤῥόας Solino, qoi fluit è Tmolo monte. Plin. cap. 29. lib.5. & Strabo lib.13. qui ex eius arenis auteis conflatas fuisse air Crœsi opes. Virg.10. Æn.
Maeonia generose domo, vbi pinguia culta
Exercentque viri, Pactolusque irrigat auro.
Varto lege Meuia apud Nonium in *Agere.*
Non hos Pactolus aureas vndas agens
Eripiet vnquam è miserijs. Vide Ouid.11. Metam. in fabula Mydæ. Horat. oda 15. epod.
Sis pecore & multa diues Tellure licebit;
Tibique Pactolus fluat. Iuuenal. sat.14.
Sed cuius votis modo non suffecerat aurum
Quod Tagus & rutila voluit Pactolus arena.
Ipse eleg.17. lib.3.
Nirea non facies, non vis exemit Achillem,
Crœsum aut Pactoli quas parit humor opes.
Pactolus & Hermos Lydiæ fluuij auriferi: vt Hispaniæ Tagus.

Tɪɴɢᴠɪᴛ *aratra.*] si *aratra* legimus, intelligemos vdas liquore Pactoli terras altius impresso vomere aratrum ipsum aureo colore inficere. & ita fere Iustin. epitoma Trogi 44. de Hispania: *Auro quoque ditissima adeo, vt etiam aratro frequenter glebas aureas exscindant.* Sed codex Beroaldi, & Turnebi, & Memmij habent, *arata.* id est, arua; vt culta dicimus. *Tinguit*, pto, tingit ἀρχαϊκῶς, vt *ninguere, vnguere, vrguère.* Horat. *Et mero tinguet pauimentum superbo.* Item oda 12. lib. 4. *Non ego te meis*
Immunem meditor tinguere poculis. Item.
Pontificum secures ceruice tinguet.

Lʏᴅɪᴀ.] sic apud Tibull. eleg.3. lib.3.
Lydius amnis.

Sᴇᴠ *pedibus terras, seu pontum carpere remis.*] elegans dilogia in verbo *carpere.* eleg.27. lib.2.
Seu pedibus Parthos sequimur, seu classe Britannos.
Horat. *Siue terra, siue mari libet Adriano.*
Tibull. eleg.7. lib.2.
Et seu longa virum terræ via, seu vaga ducunt
Aequora, cum telis ad latus ille volet.
Ouid.2. de arte.
Si rota defuerit, tu pede carpe viam.
Virg. *Carpe viam velis. Pedes* autem & remi ipsi dicuntur. vnde *Remipedem ratem* vocat Ausonius. *Carpere terras*, vt Pontum: vt Virg. 3. Georg. *Carpere prata fuga.* Ouid.4. Met.
Aera carpebat tenerum stridentibus alis:
& 3. Fast.
Phœbus & alatis æthera carpet equis.
& eleg.9. lib.1. Trist.
Non mihi Bistonios placuit pede carpere campos.

Eᴛ *accepti pars eris imperij.*] An *accepti imperij*, grari & moderati? an delati tibi honoris ab Augusto? vt eleg.9. lib. 4.
Riserat imperio facta superba dato. Pars imperij, id est præcipuus inter Impetatores & Procoss. Virg. 2. Æn. *Et quorum pars magna fui.* & lib.10.
Pars belli haud temnenda viris iacet altus Orodes.
Ouid. ep.3. *Et fueram patriæ pars ego magna meæ.*

A & ep. Hermionæ.
Hic pars militiæ, dux erat ille ducum.
ipse eleg. penult. huius libri:
Pars ego sum vestræ proxima militiæ.
& eleg.vlt. lib.4.
Quin & eram magnæ pars imitanda domus.
Cornel. Tacit. l.1. Histor. de ctescente Neronis libetto: *Nam in malis temporibus partem se reip. fecerat.* sic à Seneca cap.14. de Tranquil. Canius dicitur, *Caianæ cladis magna portio.* An *accepti imperij pars*, est particeps laudis, qood Cyziceni imperium & frenum acceperint. An
B legendum: *Acceptis par eris imperijs*, id est, Non impar tantis muneribos inuenieris. vt Tacit. lib.16. ann. de Petronio Arbitro: *Proconsul tamen Bithynia, & mox Consul vigentem se & parem negotijs ostendit.*

Tᴠᴍ *tibi si qua mei veniet non immemor hora.*] Si accidet aliquo tempore vt mei memineris. *Veniet hora.* vt eleg.28. lib.2.
Extremo veniet mollior hora die.
Tibull. eleg.1. lib.1.
Te spectem suprema mihi cum venerit hora.
Horat. *Grata superueniet quæ non sperabitur hora.*
C Memor hora, vt eleg.13. lib. 2. *Lapides memores.* & eleg.11. infra: *Memores noctes.*

Vɪᴠᴇʀᴇ *me duro sidere certus eris.*] contra eleg.7. infra: *mollia fata.* Sidus, pro, faro metonimicῶς, quia fati conscia sidera Ouid. ep. Hermionæ.
Quidue mihi misera sidus obesse querar.
Ipse eleg.1. lib. 4.
Et graue Saturni sidus in omne caput.
Ouid. eleg.8. lib.1. Amor.
Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis.
& eleg.27. lib.2.
Qua sit stella homini commoda, quæque mala.
D Horatius:
Vtrumque nostrum incredibili modo Consentit astrum.

AD ELEGIAM VII.

Ad Ponticum Poëtam.

Dᴠᴍ *tibi.*] Sic Ouid. exorditur eleg.18. lib. 2. Amor.

Pᴏɴᴛɪᴄᴇ.] Epicus Poëta fuit de quo Ouid. eleg.vlt. lib.4. Trist.
Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambis.
Is videtur esse qui *Lynceus* vocatur el. vlt. lib.2.

E Dɪᴄᴠɴᴛᴠʀ *Thebæ Cadmeæ.*] A Cadmo conditæ Ouid.3. Metam. Stat. initio Thebaid. Horat. oda 4 lib.4. *Echioniæ Thebæ*; ab Echione socio Cadmi. dictæ hæ, ἀπὸ τῆς βοὸς, à vacca quæ eo loco procumbens omen Cadmo dedit. Ouid.3. Met. Alijs quia θῆβα Syrorum lingua vacca. fuerunt & Ægyptiæ Thebæ, & in Cilicia, patria Andromache, & in Lucania, & in Thessalia: Ideo addidit, Cadmeæ.

Aʀᴍᴀǫᴠᴇ *fraternæ tristia militiæ.*] lacrymosum bellum, quo fratres inter se pugnare iussit ambitio. Tibull.
Pace videns vomerque vigent: at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs. Idem.
Tunc mihi vita foret, vulgi non tristia nossem Arma.

ITA *fim felix.*] formula eſt aſſeuerantis. Aſcon. in illa Ciceronis verba in diuin. *Ita Deos mihi velim propitios: genus*, inquit, *iuriſiurandi, quo dicitur, Tantum mihi diuinitas faueat, quantum verum eſt illud, quod dico.* Plaut. Pœnulo. *Ita me Dij seruent, vt hic pater eſt veſter.* Auguſtus apud Sueton. cap. 21. in Tiberio. *Iucundiſſime, & , ita ſim felix, vir fortiſſime.* Cic. ep. 21. lib. 5. *Nam te-cum eſſe, ita mihi commoda omnia, quæ opto, contingant, vt vehementer volui.*

PRIMO *contendis Homero.*] cum Principe Poëtarum certas de palma. vt eleg. 14. infra.

Non tamen iſta meo valeant contendere amori.

Lucret. initio lib. 3. *Quid enim contendat hirundo Cycnis.* Horat. ep. ad Lollium:

—— mihi contendere noli.

Primus Homerus, Poëtarum princeps. Horat. oda 9. lib. 4. *Non ſi priores Mæonius tenet*
Sedes Homerus. Ouid.

Adſpice Mæonidem à quo ceu fonte perenni
Vatum Pieriys ora rigantur aquis.

Nondum enim Æneida Virgilius ediderat, de qua ipſe dicturus erat eleg. vlt. lib. 2.

Neſcio quid maius naſcitur Iliade.

Iones ὁμήρους, cæcos vocant, quod itineris ducibus egeant.

SINT *modo fata tuis mollia carminibus.*] Dummodo Apollo, qui præeſt fatis fandis verſibus tuis ſit facilis & propitius: nam, vt ait Martialis.

Victurus genium debet habere liber. ſiquidem *Poëtæ naſcuntur magis quam fiunt.* Ipſe eleg. 1. lib. 2. *Quod mihi ſi tantum Mæcenas fata dediſſent* Horat. oda 16. lib. 2. *—— mihi parua rura,* &
Spiritum Graiæ tenuem camœnæ.
Parca non mendax dedit. Pindarus Olympiis: Σὺν τινὶ μοιριδίῳ παλάμᾳ ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι κᾶπον. Id eſt cum aliquo fato, & eo iuuante manu eximiarum Gratiarum depaſco hortum. *Mollia*, facilia. Ipſe eleg. 22. lib. 2. *Mollis ianua.* Ouid. 6. Faſt. *Quod ſupereſt aui molle ſit omne mihi*, eleg. 7. lib. 4. Triſt.

Fata repugnarunt, quæ cum mihi tempora prima
Mollia præbuerint, poſteriora grauant.

Virg. 4. Æneid.

Illa viri molles aditus, & tempora norat.

Ibidem: *& quæ molliſſima fandi*
Tempora. Ipſe eleg. vlt. lib. 4.

Det pater hic vmbra mollia iura mea. contra verſ. eleg. ſuper. *Duro ſidere.*

VT *conſuemus.*] more noſtro Horat. dixit *Non præter ſolitum. Aſſuetum amorem* dixit el. 1. ſupra, & *Aſſuetum ſeruitium.* eleg. 4. ſupra Lucret. *Conſuetudo concinnat amorem.* & *Solere* Plauto verbum ſtupri. Donat. in illud Hecyræ. *Quæ cum tot conſueſſet annos. Conſueſſet*, inquit, *proprie dicitur de ſtupro.* Lucret. lib. 1. vtitur verbo, ſuemus:

Et ſemina rerum Apellare ſuemus. Item.
—— nec voces cernere ſuemus.

Inde *conſuetio* Plauto, pro conſuetudine: Feſtus.

NOSTROS *agitamus amores.*] Vt Terent. *agitare Dionyſia*, & *agitare conuiuia*, pro, cōuiuari. *agitare cuſtodiam & vigilias.* Plauto, pro cuſtodire & vigilare. Salluſt. *Agitare vitam*, pro viuere Ennius.

Qui tum viuebant homines atque æuum agitabant.

Agitare amores, *demener l'amour.* ſic Tibull.

Nunc leuis eſt tractanda Venus.

ATQVE *aliquid duram quærimus in Dominam.*] Excogitamus aliquid ad eius ſæuitiam leniendam. ſic eleg. 1. ſupra.

In me tardus amor non vllas cogitat artes.

Proprium autem eſt Poëtæ, quærere. Plaut. Pſeudol. Act. 1. ſc. 4.

Quaſi Poëta tabulas cum cepit ſibi
Quærit, quod nuſquam eſt gentium, reperit tamen.

Tibull. eleg. 4. lib. 2.

Ad Dominam faciles aditus per tempora quæro,
Ite procul Muſæ, ſi nihil iſta valent.

NEC *tantum ingenio, quantum ſeruire dolori Cogor.*] Seruit ingenio, qui naturam ſuam ducem ſequitur, & indulget ſtylo voluptatis cauſa, quod & *naturæ ſeruire* dicitur Ciceroni. Seruit dolori, qui ei obſequitur, & lenire ſtudet. Similis dilogia eſt apud Ciceronem ep. 17. lib. 9. fam. *Nos illi ſeruimus, ille temporibus.* & ep. 6. lib. 12. ad Attic. *Seruio ita cupiditati & dolori meo, vt à te regi velim.* & ep. 1. lib. 1. ad Q. fratrem. *Non officiis, ſed temporibus ſeruiunt Græci.* & pro Sextio: *& huic potius tempori ſeruiam, quam dolori meo.*

ET *ætatis tempora dura queri.*] huius ſæculi mores difficiles. ætatis tempora, vt el. 4. ſupra *formoſi temporis ætas*, vide illic notata. *dura tempora*, vt eleg. vlt. huius libri.

Italiæ duris funera temporibus. & ſupra: *duro ſidere*: eleg. 6. Cic. ô tempora! ô mores!

HIC *mihi conteritur vitæ modus.*] poteſt ſic exponi: hæc ratio & via vitæ ſic à me traducitur & conſumitur. Sed explicare malo, modum; pro, menſura & ſpatio curriculi, vt apud Horat. ſat. 6. lib. 2.

Hoc erat in votis modus agri non ita magnus.

& Iuriſconſulti. *Si menſor falſum modum dixerit*, vt trāſlatum ſit à Circo. hoc curriculum rotis meis teritur. Ouid. lib. 1. de arte amandi.

Hic modus, hæc noſtro ſignabitur area curru.

Sic eleg. 30. lib. 2.

Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.

eleg. 1. lib. 3.

Quo me fama leuat terra ſublimis, & me
Nata coronatis Muſa triumphat equis.
Et mecum in curru parui vectantur amores,
Scriptorumque meas turba ſecuta rotas.
Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis?
Non datur ad Muſas currere lata via.

& eleg. 2. lib. 3.

Non hinc vlla tibi ſperanda eſt fama Properti.
Mollia ſunt paruis prata terenda rotis.

& eleg. 7. lib. 3.

Mollis tu cœptæ fautor cape lora iuuentæ:
Dexteraque immiſſis da mihi ſigna rotis.

& eleg. 23. lib 2.

Cui ſæpe immundo ſacra conteritur via ſocco.

HINC *cupio nomen carminis ire mei.*] Ab his emitti carceribus ad calicem gloriæ. Cicero ſæpe: *alicunde proficiſci, & ex eo fonte profluere ad hominum famam.*

ME *laudēt doctæ ſolum placuiſſe puellæ.*] Me ideo laudēt homines, quod placuerim. Antonius in epiſt. ad Hirciū & Cæſarē apud Cicer. 13. Phil.

Securi percussos Pætum & Menedemum laudastis.
An τὸ *puellæ* referrur etiam ad *laudent*. Addidit *solum*, quia alibi dicturus est:
Tu mihi sola places, placeam tibi Cynthia solus.
Docta puella Cynthia, de qua re supra eleg. 2. sub finem. eleg. 13. lib. 2.
Me iuuet in gremio doctæ legisse puellæ
Auribus & puris scripta probasse mea.
contra eleg. 11. lib. 2.
Scribant de te alij, &c.

E T *iniustas sæpe tulisse minas.*] Quia iratorum est minari & sæuire. *minas* dixit, pro, ira, fastidiis, sæuitia. Ipse eleg. 10. infra:
Nec memini iustas ponere læsa minas.
eleg. 25. lib. 2.
Et immeritas (sic lego) *sustinet aure minas.*
eleg. 11. lib. 3.
Et Tiberim Nili cogere ferre minas.
sic Virg. 6. Æneid.
Atque omnes pelagique minas, cœlique ferebat.
Minæ, inquit Charis. lib. 1. ἀπειλαί. dicitur & mina singulari numero eadem notione. Festus: *Iniustæ minæ*, sæuæ, graues, superbæ. Virg.
Iniusto sub fasce viam dum carpit.
& *Iniusta nouerca*. Ipse eleg. 15. iofra:
——*Iniusto multa locuta salo.*
eleg. 5. lib. 2.
——*Iniusto subtrahe colla iugo.*
sic & eleg. 15. lib. 2.
Nec mihi iam fastus opponere quæris iniquos.
& Virg. 1. Georg.
——*iniquo pondere rastri.*

M E *legat assiduè posthac neglectus Amator.*] proprie. nam assidui, id est, sedentes legebant, vt eleg. 3. lib. 3.
Vt tuus in scamno iactetur sæpe libellus,
Quem legat exspectans sola puella virum.
Horat. oda 8. epod.
Quid? quod libelli stoici inter sericos
Iacere puluillos amant?
Assiduò ab assidendo deducit Plaut. in Truculento: *Assiduò, imo accubuò mauelim.*

E T *prosint illi cognita nostra mala.*] alieno periculo & malo sapiat. Tibull. eleg. 7. lib. 3.
Vos ego nunc moneo: felix quicunque dolore
Alterius disces posse carere tuo.
ipse eleg. 9. lib. 3.
Ista ego præterita iactaui verba iuuenta
Tu nunc exemplo disce timere meo.
Plaut. Mercat. *Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit.* Cæcilius apud Gellium; *Qui sapit de me discet.* Circumfertur & Senarius Græcus:
Βλέπων παιδεύομαι εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά.
Aliena spectans doctus euasi mala.

T E *quoque si certo puer hic concusserit arcu.*] sic eleg. vlt. lib. 2.
Quem tetigit iactu certus ad ossa Deus.
& eleg. lib.
Me miserum certas habuit puer ille sagittas.
Ouid. 1. Metam.
Certa quidem nostra est: nostra tamen vna sagitta
Certior, in vacuo quæ pectore vulnera fecit.
Tibull. eleg. 1. lib. 2.
Ipse quoque inter agros, interque armenta Cupido,
Natus & indomitas dicitur inter equas.
A *Illic indocto primum se exercuit arcu.*
Hei mihi quam doctas nunc habet ille manus.
Horatius:
Nec te metuende certa Phœbe sagitta.
Euripid. in Iphigen. geminos arcus tribuit Amori, quorum alter felices amantes, alter miseros reddit.

C O N C V S S E R I T *euiolasse.*] impulerit ad violandos nostros Deos, id est, amicam. & est enallage temporis, vt el. 1. supra: *Potuit domuisse.* Virg. 8. Æneid.
Dexter in aduersum nitens concussit. (speluncam) quod Seruius exponit, *impulit.* & ipse el. 10. l. 4.
B *Ille humeris postes concussit opacos.* id est, impulit & prostrauit. vnde *concuti* apud Iurisconsultos est terrore impelli ad aliquid faciendum dandumue: & *Concussionis crimen*, cum terrore potestatis aliquid extorquetur. *Concusserit euiolasse.* vt eleg. 9. infra: *Non me vincant dicere.* & eleg. 16.
Non reuocatur parcere fama.
& eleg. 1. lib. 2. *Conueniunt condere.* Virg. 2. Æn.
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.
Nusquam autem maior est lectionis in Propertio varietas. Scaliger testatur in vet. lib. legi *euiolasse*; magis tamen probat *euoluisse*, ab euoluendo. Beroaldus euoluisse ait in lib. vet.
C legi, & exponit, magis, quam voluisse. Scaliger ita dictum putat vt, *Sic voluere parcas.* In aliis libris est, *Hæc voluisse, se voluisse, heu voluisse.* Palmerius, *he violasse*, pro hei. Lipsius, *hei voluisse*, vel, *heu voluisse.* cap. 4. lib. 2. Var. Ego veterem lectionem, *euiolasse*, retineo, & defendo. dictum enim euiolare, vt emori, emollire, eblandiri, emoderari, emirari, euigilare, euerberat. Virg. 12. Æneid. Sic in vet. lib. Catulli epig. vlt.
Hunc video mihi nunc frustra sumptum esse laborem,
Gelli, nec nostras eualuisse preces.
Sic autem interpungo & expono. Si Cupido
D te concusserit euiolasse nostros Deos, quod nolim, tua causa & mea. id est, si te impulerit violare meam Cynthiam & eam tangere & attrectare quæ tibi sacra esse debet, & mihi dicata est, quod confirmatur exemplo eleg. vlt. lib. 2.
Lincen, tune meam potuisti tangere curam?
Perfide, nonne tuæ tunc cecidere manus?
Quod satis interpretatur & verbum *euiolare* & *nostros Deos*, vt quod ibidem est:
Lynceus ipse meus seros insanit amores.
id est, per hypallagen; Serius meos amores insanit: sic eleg. vlt. lib. 2.
Solum te nostros lætor adire Deos.
E id est, accedere ad amandam Cynthiam. Violandi autem verbum in ea significatione legitur apud Tibull. eleg. 6. lib. 1.
Parcite, quam custodit amor, violare puellam:
Ne pigeat magno post didicisse malo.
Attigerit, labentur opes, &c.
& el. 3. lib. eiusdem:
Illic sit quicunque meos violauit amores:

N O S T R O S *Deos.*] amicam nostram. vt eleg. 1. supra:
Cum tamen aduersos cogor habere Deos.
Ibidem: *Nostra Venus.* Ouid. ep. 2.
Et quæcunque procul venientia lintea vidi
Protinus illa meos auguror esse Deos.

& in ep. Laodamiæ:

Per reditus, corpusque tuum mea numina iuro.

Virg. eclog. 1.

Mirabar quid mœsta Deos Amarylli vocares.

sequitur enim, *Tityrus hinc aberat.* Catull. ad Manlium:

Quo mea se molli candida diua pede Intulit.

Q V O D *nolim.*] quod omen Deus auertat. προσθεὶς κατ' ἀποτροπιασμόν. Cic. ep. 8. lib. 12. fam. *Si, quod nolim, aduersi quid acciderit.* & ep. 6. eiusdem lib. *Si, quod nolim, aduersi quid euenerit.* Mart. epig. 72. lib. 2.

Hesterna factum narratur, Postume, cœna,
Quod nollem: quis enim talia facta probet?

L O N G E *castra tibi, longè.*] tam procul aberunt à te vt nullam hinc opem sperare possis. Contra adesse & præsens esse dicitur, qui iuuat. Virg. 12. Æneid.

Longe illi Dea mater erit.

Ouid. 4. Metam.

—*Vade procul: ne longe gloria rerum*
Quas mentiris, ait, longè tibi Iuppiter absit.

& epist. Medeæ:

Quam tibi tunc longè regnum dotale Creüsæ
Et socer, & magni nata Creontis erant?

Tibull. eleg. 5. lib. 1.

Asper eram, & bene dissidium me ferre loquebar,
At mihi nunc longe gloria fortis abest.

Cæsar lib. 1. de Bello Gallico: *Longè ab illis fraternum nomen Pop. Rom. abfuturum.* Cicero epist. 22. lib. 12. fam. *Oppressa omnia sunt: nec habent ducem boni: nostrique* τὸ λεγόμενον *longè gentium absunt.* Stat. 3. Thebaid.

—*procul hæc tibi mollis*
Infula, terrificique aberit clementia Phœbi.

A G M I N A *septem.*] scripsit eo nomine fabulam Æschylus ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Nam ipsæ Thebæ ἑπτάπυλοι, erantque septem castra, & copiæ septem ducibus ad portas septem? Iuuenal. sat. 13.

Rari quippe boni. numerus vix est totidem, quot
Thebarum portæ, vel diuitis ostia Nili.

Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Cur tacui Thebas, & mutua vulnera fratrum
Et septem portas sub duce quamque suo.

Stat. 10. Thebaid.

Monstrataque ducum septena per agmina porta.

Duces illi Adrastus, Polynices, Tydeus, Amphiaraüs, Hippomedon, Capaneus, Parthenopæus. vide Euripid. in Phœnissis. Stat. lib. 4. Thebaid. & 12.

—*quid enim septena mouere Castra.*

F L E B I S.] quereris, eleg. 9. infra:

—*Amphioniæ mœnia flere lyra.*

& eleg. 18.

Quod mihi das flendi Cynthia principium.

& alibi: —*Heu sero flebis amata diu.* Horat.

Inuicem mœchos anus arrogantes flebit.

I N *æterno surda iacere situ.*] ἀνηγγελμένως. à te cœpta & intermissa carmina de bello Thebano, carie putrescere, & nequicquam à te inuocari magna illa ducum nomina, quæ te exaudire non poterunt, aut vllo pacto iuuare. Surda enim castra & agmina, quæ vocata respondere non possunt. Virg.

Non canimus surdis, respondent omnia siluæ.

A Ipse eleg. 2. lib. 3.

Sirenum surdo remige adisse lacus.

& eleg. penult. eiusdem libri:

Excideraent surdo tot mea vota Ioui.

& eleg. 5. lib. 4.

Ianitor ad dantes vigilet: si pulset inanis;
Surdus in obductam somniet vsque seram.

E T *frustra cupies mollem componere versum.*] nequicquam optabis conscribere, siue condere versum infractum, tenerum, elegiacum. infra eleg. 9. *Carmina mansuetus lenia quærit amor.* Horat. sat. 10. lib. 1.

—*num rerum dura negarit*
B *Versiculos natura magis factos & euntes*
Mollius. & oda 12. lib. 2.
Mollibus aptari Citharæ modis.

Ipse contra eleg. 1. lib. 3.

Nec mea conueniunt duro præcordia versu.

Ibidem:

Vnde mens veniat mollis in ora liber.

Ouid. 6. Fast.

Ad duram verbis mollibus vsus erat.

vide & adnotata ad illud quod sequitur: *Non humilem Poetam.*

N E C *tibi subyciet carmina serus amor.*] subijciet, ὑποβαλεῖ. nam ὑποβάλλειν est monere; & dicta-
C re; quomodo ipse loquitur eleg. 1. lib. 4.

Tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo.

Monitor enim subijcit. Terent. Phorm. act. 2. sc. 3. *Geta, si meministi, quod olim dictum est, subijce.* quod paulo ante, *Redige in memoriam.* Cic. in Verrem: *Cupio mihi ab illo subijci, si quid præterea.* Amor autem facit Poëtas, vt eleg. 1. lib. 2.

Ingenium nobis ipsa puella facit.

vide illic adnotata ex Platonis Symposio in laudatione Agathonis, & eleg. 11.

Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes:
Sed modo Permessi flumine lauit amor.

D *Serus amor,* qui sero venit. eleg. vlt. lib. 2.

Seros insanit amores. vide infra versu vltimo huius elegiæ.

T V N C *me non humilem mirabere sæpe Poëtam.*] id est, altum & grandem, eleg. 10. lib. 2.

Surge anima ex humili iam carmine. el. 15. lib. 3.

Hæc ego non humili referam memoranda cothurno.

Petron. Arbiter. *Ego, inquit, Poëta sum, & vt spero, non humillimi spiritus.*

T V N C *ego Romanis præferar ingenijs.*] Anteponar Poëtis Romanis. Ingenia, pro hominibus ipsis ingeniosis. Seneca cap. 8. de consolat. ad Polyb. *Intentatum Romanis ingenijs opus.* Cice-
E ro pro Quintio: *Vides ea ingenia conuerti ad perniciem.* & sæpe pro Archia Poëta. & in Bruto: *Ingenia præclara, quæ gloria inuitantur.* Cornel. Tacit. lib. 4. Annal. *Punitis ingenijs gliscit auctoritas.* Albin. ad Liuiam:

Seque opus ingenijs carminibusque dabit.

Sic Tibull. *Tibi dedita seruit Mens mea.*

N E C *iuuenes.*] quorum ætas aptior amori. Tibull.

Tempus erit cum me Veneris præcepta ferentem
Deducat iuuenum sedula turba domum.

Ouidius:

Ad mea decepti iuuenes præcepta venite.

P O T E R V N T *reticere.*] quia dolor vocem

exprimet. Cic. in Vatin. *Erumpet aliquando ex* A
me vera vox.

NOSTRO *sepulchro.*] nobis sepultis. vt el. 2. supra: —— *nostræ gratissima vota.* id est, nobis dum viuemus. & eleg. vlt. lib. 4.

Desine Paule meum lacrymis vrgere sepulchrum.

& eleg. 7. lib. 4. *Fracto busta piare cado.* id est, manes. & eleg. 14. lib. 2.

Ad lapides cana veni memores. Catull.

Si quicquam mutis gratum acceptumque sepulchris.

Ouid. 2. Fast.

Aut quæ placatis sunt tempora pura sepulchris.

Quid sepulcbrum vide ad eleg. 1. lib. 3. vers. penult. Solebant autem prætereuntes alloqui B mortuos, vt eleg. 1. lib. 2.

Taliaque illacrymans mutæ iace verba fauillæ
Huic misero, &c. Catull.

Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.

ipse eleg. 5. lib. 3.

Et quoties Poeti transibit nauta sepulchrum
Dicat, & audacis tu timor esse potes.

& eleg. 12. lib. 2.

Et sua transibit contemnens ossa viator,
Nec dicet: Cinis hic docta puella fuit.

ARDORIS *nostri magne Poëta.*] qui amores & ignes nostros celebrasti, vel qui amare nos C docuisti, eleg. 9. lib. 3. (vt correxi.)

Hæc vrant pueros, hæc vrant scripta puellas.

Ardor pro amore, vt eleg. 19. infra: *Ardor Hylæ.* Tibull. eleg. vlt. lib. 3.

Ardorem cupiens dissimulare meum. Catull.

Credo vt tam grauis acquiescat ardor.

& eleg. 7. supra:

—— *duplici correptum ardore.*

Ouid. 2. Fast.

Vidit & incaluit, montanaque numina dixit
Nil mihi vobiscum est, hic meus ardor erit.

Ardoris Poeta, magister & doctor. Plaut. Asin. act. 3. sc. 3. *Tu Poeta es ad eam rem vnicus.* & cum D secundo casu Poëta. vt Ouid. eleg. 1. l. 2. Amor.

Ille ego nequitiæ Naso Poëta meæ.

& lib. 3. eleg. 1.

O argumenti lente Poëta tui.

Gellius: *Poeta comœdiarum Philippides.* Ipse eleg. 15. lib. 3. *Virtutisque tuæ Bacche Poeta ferar.*

IACES.] lentè & cum gemitu pronuntiandum. Virg. Æneid. 9.

Heu terra ignota, canibus data præda Latinis,
Alitibusque iaces.

Ouid. eleg. 6. lib. 2. Amor.

Infelix auium gloria nempe iaces.

ipse eleg. 14. lib. 2. E

—— *qui nunc iacet arida puluis.* Ouid.

Carminibus confide bonis, iacet ecce Tibullus.

Sed Palmerius & Scaliger ex vet. lib. legunt, *Vale*: quod dici solebat mortuis & inscribi monimentis. Ouid. 3. Fast.

Terque vale dixit: cineres ter ad ora relatos
Pressit. Catullus:

Tuque in perpetuum frater aue, atque vale.

Virg. 11. Æneid.

Salue æternum mihi maxime Palla,
Aeternumque vale. vbi Seruius: *vale dicimus mortuis non quod valere possint, sed quia id dicitur recedentibus à nobis.* Idem in illud 3. Æneid.

Et magna supremum voce ciemus.

Dicebant, inquit, *mortuis: vale, nos te ordine, quo natura permiserit, cuncti sequemur.* Ouid. 4. Fast.

Osculaque applicuit posito suprema feretro;
Atque ait, inuito frater adempte, vale.

Plutarch. in lib. de Garrulitate: Fuluius cum prodidisset ab Augusto sibi commissum arcanum, & dixisset χαῖρε Καῖσαρ; & ille respondisset; ὑγίαινε φύλβιε. id est, vale: se mori iussum intellexit, quod hæc esset vespertina salutatio, & mortuorum, illa matutina. Auson. in Parentalib. *Valete manes inclytorum Rhetorum.*

TV *caue.*] vt à cauo. is. Tibull.

Hac ego quæ cauerem Titio Deus edidit ore.

ipse eleg. 10. infra:

Tu caue ne tristis. & eleg. 11.
Interea caue sis, &c. Horat.
Viue, vale, caue ne titubes.

NOSTRA *tuo contemnas carmina fastu.*] sic eleg. 13. lib. 2.

Hic me tam graciles vetuit contemnere Musas.

Fastu, epicorum Poëtarum tumore. vulgata lectio plana & fortasse recta. Palmerius testatur in vet. lib. legi, *Carmine sacra.* vt dixit eleg. 4. supra: *Nullas illa suis contemnet fletibus aras.* sed ineptè exponit his verbis: *Ne exsequias & manes nostros contemnas, quin tuo carmine digneris.* Imo vel sacra ipsa Veneris & amantium intelligit; vel sacra ipsa Poëtarum, de quibus dicetur ad illud eleg. 1. lib. 3.

Callimachi manes & Coi sacra Poëta.

vel nostra sacra, nostros Deos. vt eleg. 1. supra:

Sacra piare focis.

SÆPE *venit magno fœnore tardus amor.*] aduentus sui tarditate compensat acerbitate pœnæ. Ipse eleg. 25. lib. 2.

Si qua venit serò magna ruina venit.

& eleg. 13. infra:

Perditus in quadam tardis pallescere curis
Incipit. & eleg. 6. lib. 3.

Pœna erit ante tuos sera, sed ampla pedes.

eleg. vlt. lib. 2.

Lynceus ipse meus seros insanit amores.

ideo acriores. Ouid. in epist. Phedræ:

Venit amor grauius, quo serius. Vrimur intus, &c.

aliud est eleg. 1. lib. 1.

In me tardus amor, &c.

Venit amor, vt eleg. 9. lib. 1.

Dicebam tibi venturos irrisor amores.

Tibull. eleg. 9. lib. 4.

Tandem venit amor. & eleg. 2. lib. 1.

Vidi qui iuuenum teneros lusisset amores,
Post Veneris vinclis subdere colla senem.

MAGNO *fœnore.*] à fœtu pecuniæ fœnus: Varro, Festus, Gellius. *Magno fœnore*, prouerbialiter. Cic. *Terra nunquam sine vsura reddit, quod accepit: sed aliàs maiore, aliàs minore fœnore.* & fœnore in malam partem, quia fœnerari idem est, quod hominē occidere. Cic. 2. de offic. Plaut. Asin. act. 5. *Næ ille ecastor fœneratò funditat.* Contra in bonam partem, eleg. 1. lib. 3.

Post obitum duplici fœnore reddet honos.

Magnum fœnus, vt nauticum, quod iniquissimum est Plutarch. in Caton. Cens. & Iurisconsulti in Tit. 2. lib. 22. D. de nautico fœnore.

AD ELEGIAM VIII.

Ad Cynthiam.

TVNE *igitur demens?*] pondus habent hæc ſingula. *Tune* ἐλλειπτικῶς: quia in dolore & iracundia imperfecta eſt oratio. Virg. 1. Æneid.

——*Mene incepto deſiſtere victam?* Ibid.

——*Mene Iliacis occumbere campis*

Non potuiſſe. Ibidem: *Quos ego. ſed notos,* &c. Catull. *Sceleſta tene? quæ tibi manet vita?* Terent. Eunuch. act. 1. ſc. 1. *Egone illam? quæ illum? quæ me? ſine modo.* Pacuuius: *Men' ſeruaſſe, vt eſſent qui me perderent.* *Igitur*, quoque acrimoniam habet. Virg 4. Æneid. *Iliacas igitur claſſes.* vt lib. 3.

Ergone ſollicitæ tu cauſa pecunia vitæ es? τὸ *demens* etiam conuenit concitato. Ipſe:

Quo fugis ah demens? Virg. ecl. 2.

Quem fugis ah demens? Tibull.

Tune alÿs demens oſcula ferre mea?

ſic ſupra eleg. 5 *Quid tibi vis inſane?* Quod hic ait, id ſine elleipſi eleg. 30. lib. 2.

Nunc iam dura, paras, Phrygias nunc ire per vndas?

NEC *te mea cura moratur.*] nec te noſter amor abire vetat, & me linquere. Hoc eſt quod dixit, eleg. 6. ſupra:

Sed me complexæ remorantur verba puellæ.

& eleg. 1. ——*ſua quemque moretur Cura.*

AN *tibi ſum gelida vilior Illyria?*] Mene poſtponis regioni frigidæ & inamœnæ. De voce vilior dictum ad eleg. 2.

Non ego nunc vereor ne ſim tibi vilior iſtis.

In Illyriam vero cum prætore neſcio quo profectura videbatur Cynthia, vide eleg. 16. lib. 2. cuius initium eſt: *Prætor ab Illyricis.* vbi etiam *Illyrias* vocat. dicitur & *Illyris* & *Illyricum*, de quo Plin. cap. 21. lib. 3. & Strabo lib. 7. & Appianus in Illyrico. dicta ab Illyrio Polyphemi filio: Appian.

ET *tibi iam tanti videtur.*] adeo carus habetur. dictum eleg. 6. verſ. 13.

QVICVNQVE *eſt iſte.*] de obſcuro homine, vt ſæpe Plauto. *Odioſus es, quiſquis es.* Ipſe:

Quæcunque illa fuit, ſemper amara fuit.

& *iſte*, contemptim.

VT *ſine me ire velis.*] conqueſtio deſertorum. Ouid. in epiſt. Hermionæ:

Clamabam ſine me, me ſine mater abis?

Virg. eclog. 10.

Alpinas, ah dura, niues, & frigora Rheni

Me ſine ſola vides? & 12. Æneid.

——*an quicquam mihi dulce meorum*

Te ſine frater erit?

VENTO *quolibet.*] τὸ quo libet, vel per ſe ſtat, Ire quolibet; vt Ouid. eleg. 8. lib. 3. Triſt.

Ex his me iubeat quolibet ire locis: vel iungitur cum vento: vt Cæſar apud Sueton. in Cæſare, cap. 66. *Vetuſtiſſima naui impoſitos quocunque vento in quaſcunque terras iubebo auehi.* id eſt, quolibet vento, etiam aduerſo. Vento, id eſt, cum periculo, ob leuitatem & inconſtantiam ventorum. Virg. 4. Æneid.

I, ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas.

Ipſe eleg. 5. lib. 3.

Ventorum eſt, quodcunque paras.

A Ire vento: vt Horat. oda 9. epod.

Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus

Ventis iturus non ſuis.

Ouid. eleg. 5. lib. 3. Triſt.

Naue mea vento forſan eunte ſuo.

TVNE *audire potes.*] τὸ potes eſt immanis & obſtinatæ duritiæ, vel audaciæ. Ouid. eleg. 7. lib. 3. Amor.

Hunc potes amplecti formoſis ſtulta lacertis?

Huius in amplexu ſtulta iacere potes?

Ipſe eleg. 17. infra:

An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis?

Ibid. *Et merito, quoniam potui fugiſſe puellam.*

B & eleg. 15.

Et potes externos manibus componere crines?

Ibid. *Et contra magnum potes hos attollere ſolem?*

Virg. ——*potuiſti linquere ſolam Crudelis?*

Tibull. *Durus qui lucro potuit mutare puellam.*

eodem ſenſu ipſe dixit.

Non tulit hîc Pœtus ſtridorem audire procellæ.

VESANI *murmura ponti.*] *Veſanus*, inquit Feſtus in *vegrande*, *male ſanus*, *vt vecors*, *male cordis*: *vegrande*, *male grande.* vide Gell. cap. 12. lib. 5. *Veſani ponti*, furentis, valde irati & ſæuientis. eleg. 10. lib. 2.

Candida veſana verberat ora manu.

C & eleg. 15.

Errat qui finem veſani quærit amoris.

Catullus:

Cum veſana meas torreret flamma medullas.

Idem: *Deprenſa nauis in mari Veſaniente vento.*

ſic ipſe eleg. 5. lib. 3.

Obruis inſano terque quaterque mari.

Horat. oda 4. lib. 3. *Inſanientem Boſphorum.* Virg.

Inſani feriant ſine littora fluctus.

& Tibull. ——*furorem*

Qui maris, & triſtes ferre poteſt pluuias.

murmura, κύματα. Lucret. lib. 3.

Et contempſit equis inſultans murmura Ponti.

D Ouid. eleg. 10. lib. 1. Triſt.

Quid facerem verſus inter fera murmura Ponti.

Virg. 10. Æneid.

Qua vada non ſperat, nec fracta remurmurat vnda.

Horat. oda 27. lib. 3. *Aequoris nigri fremitum.* & oda 29. lib. eiuſd. *Aegeos tumultus* dixit. Pontus mare proprie, quod à paludibus Mœoticis aduſque Tenedum protenditur.

FORTIS.] vel dura, ſæua, nimis audax & confidens. Terent. Phorm. act. 2. ſc. 2. *Fortis Phormio.* Ibid. *Confidens.* & *fortitudo*, *confidentia*: Ibidem. Plaut. Aſinar. *Quis me eſt fortior ad ſufferendas plagas?* id eſt, durior. vel opinione fortis,

E non veritate. vt Horat. oda 16. lib. 2.

Quid breui fortes iaculamur æuo Multa.

& eleg 5. ſupra: *Fortia verba.*

ET *in dura naue.*] quia lignea & dura ſunt nautarum cubilia. Virg. 5. Æneid.

——*placida laxabant membra quiete*

Sub remis fuſi per dura cubilia Nautæ.

eleg. 26. lib. 2.

Et tabula vna duos poterit componere amantes:

Prora cubile mihi, ſeu mihi puppis erit.

An quia, vt ait Horat. oda 13. lib. 2.

Dura nauis, dura fuga mala, dura belli.

IACERE.] cubare, quieſcere. eleg. 3. ſupra:

Qualis Thesea iacuit cedente carina
Languida desertis Gnosia litoribus.

T v *pedibus teneris.*] Mollicellis plantis. Virg. 10. ecl. *——Ah te ne frigora lædant!*
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.

P o s i t a s.] iacentes. Ouid. 6. Fast.
Factaque erit posito rore bis vda seges.
dictum supra eleg. 3. vers. 15.

S v l c a r e *pruinas.*] expedita interpretatio per hypallagen, pedes teneros sulcare positis pruinis. id est, gelu & glacie: ex versu Virgiliano eclog. 10.
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.

Turneb. tamen cap. 18. lib. 13. ostendit sic dixisse Liuium secare niuem de transitu Annibalis per Alpes, vt Græcis σχίζειν secare, & sulcare est. Idem cap. 17. lib. 19. *Secare viam.* Virgilio, id quod Euripidi τέμνειν ὁδόν. neutro loco tamen Turnebus huius loci meminit. Est autem sulcare velut impresso sulco viam aperire, translatione à re rustica & aratione. Virg.
Longe sulcant vada salsa carina.

Stat. 1. Thebaid. de Cadmo angue:
Illyricos longo sulcauit pectore campos.

Si librorum fides pateretur libentius legerem, calcare. Sed in lib. vet. Scaligeri, atque etiam Memmij, est *fulcire ruinas*, quod Scaliger sic exponit, *Ruinas*, inquit, *vocat niuem* è *cœlo aqua concreta & niuis fragem.* hoc enim exprimit bellè Petronius:
Ipsæ iam nubes rupta super arma cadebant:
Et concreta gelu ponti velut vnda ruebat.
Victa erat ingens Tellus niue. Huc facit & illud Lucret. lib. 6.
Denique sæpe geli multus fragor atque ruina.
πάγου Græcè. *Fulcire autem, pro calcare, inquit, & πατεῖν.* Cornel. Celsus, lib. 7. περὶ χειρουργίας ἀρχαῶν. *Quod vbi incidit, linamenta super non fulcienda, sed leuiter tantum ponenda sunt. vbi fulcire est τὸ πιέζειν. quanquam simpliciter fulcire intelligi potest sustinere: quia est aptum verbum ruinæ.* Hæc ille. Lucan. lib. 5. *Staretque super titubantia fultus.* Ibid. *Stetit aggere fultus Cæsaris.* Sed hic contra fulcitur, non fulcit ipse quæ calcat. Pruina, πάχνη, vulgò mutata literula *bruine*: dicta quod fruges, ac virgulta perurat: Festus. Florus Poeta in Adrianum Cæsarem: *Ego nolo Cæsar esse, Ambulare per Britannos, Scythicas pati pruinas.* Ex rore gelido gignuntur pruinæ. Plin. lib. 2.

T v *potes insolitas Cynthia ferre niues.*] Ideoque grauiores, vt eleg. 3. supra: *Insolitos timores.* contra *assueto seruitia*, & *assueto amore*, vt leuiore. Ouid. *Quod male fers, assuesce, feres bene. Insolitas* Ouidius dixit *insuetas.*

O *vtinam hiberna duplicentur tempora brumæ.*] geminentur vt sio sex mensium. *Hybernam* expono, pluuiam: alioqui otiosum esset epitheton: quia inde hyems ἀπὸ τοῦ ὕειν. id est, à pluendo. Sic Tibull. eleg. 1. lib. 1.
Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit Auster.
Ipse eleg. 10. lib. 2.
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto.

Mart. *Hybernis obiecta notis specularia.* vel *hyberna*, fæuæ. Interpres Persij in sat. 6. *Hybernatq. meum mare*: *sæuit*, inquit, *vel à nauigijs vacat. Sicut enim*

A *naues hybernare dicimus; sic & mare tum non nauigatur. Bruma*, inquit Varro 5. de ling. Lat. *Dicta, quod breuissimus dies est.* Festus: *Bruma à breuitate dierum dicta.* Columella cap. 14. lib. 9. de re rustica: *Bruma fere conficitur circa octauum Cal. Ian. in octaua parte Capricorni.* Hic pro toto hyberno tempore ponitur. vnde Martialis de Ianuario mense:
Tristis Athenagoras non misit munera nobis,
Quæ medio Brumæ mittere mense solet.

E t *sit iners nauta.*] cesset, desideat, artem suam & nauticum opus exercere non possit.

B Ipse eleg. 6. lib. 3.
At tu sæue Aquilo nunquam mea vela videbis,
Ante fores domina condar oportet iners.

Nautæ non iertes. hinc *nauè agere* & *nauus*, siue gnauus. Nauita à naue & itando: vt semita, vt comites.

T a r d i s *Vergiliis.*] serius solito exorientibus. *Vergilia*, inquit Festus, *dicta, quod earum ortu ver finitur, & æstas incipit.* Seruius ad illud Virg. 1. Georg.
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit.
Pleiadasque hyadasque: Signum est, inquit, *ante genua Tauri, quod ortu suo prima nauigationis tempus ostendit. vnde πλειάδες ἀπὸ τοῦ πλεῖν, id est nauigando.*

C vide Ouid. 4. Fast. qui earum nomina (Atlantidum) ponit. Plin. cap. 41. lib. 2. eas locat in cauda Tauri. vide eundem cap. 29. lib. 18. & cap. 16. lib. eiusdem, eas exoriri ait circiter VI. Id. Mai. vide Higinum, lib. 2. in Taurus. & Gell. cap. 9. lib. 13.

N e c *tibi soluatur funis.*] nauis religabatur ad palum, qui, *Prumnesius* dicebatur: Festus. & alio nomine *Tonsilla.* Funis quo religata nauis erat, vel per otium soluebatur: quod Virg. 1. Georg. ait: *—— à terra conuellere funem.*
vel rumpebatur, aut incidebatur à properantibus.

D Virg. 3. Æneid.
—— fugite, atque ab littore funem
Rumpite. & 4. Æneid.
—— strictoque ferit retinacula ferro.

Lucill. apud Nonium in *Anguina*:
Funis enim præcisu' cito, atque anguina soluta.

Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor.
Serò respicitur Tellus, vbi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum.

& in ep. Leandri:
Ascensurus eram; nisi quod dum vincula proræ
Solueret, in speculis omnis Abydos erat.

E & eleg. 9. lib. 3. Trist.
Dum trepidant Minyæ, dum soluitur aggere funis.
& 4. Fast.
Nox aderat querno religant in stipite funem.
& mox: *Lux erat & querno soluunt à stipite funem.*
Apuleius lib. 11. *Nauis absoluta strophijs anchoralibus.* Plaut. milite act. 4. sc. 7. *Properet, nauim cupimus absoluere.* Cum vero exscensionem faciebant nautæ funem illum iaciebant in littus, deinde alligabant nauim. Idque *supare copulas* dixit Attius Phœnissis apud Nonium: *Abtorque proram ac supa tortas copulas.* Funem illum, quo religata nauis, *oram* vocant, vnde *soluere oram* Liuio & Fabio in epist. ad Triphonem Bibliopolam ante libros.

TYRRHENA *arena.*] littore maris Tyrrheni. Ostiensi portu: Scaliger. *Littus Hetruscum* vocat Horat. oda 2. lib. 1. & in carmine seculari. Arena, pro littore vt eleg. 13. lib. 3. & eleg. 25. lib. 2.

NEVE *inimica meas eleuet aura preces.*] auræ & venti hominum preces ad Deos perferre credebantur. Virg. ecl. 3.

Partem aliquam venti Diuum referatis ad aures.

Ouid. 10. Metam. loquitur Venus de Hippomene snam opem implorante:

Detulit aura preces ad me non inuida blandas.

Seruius in 7. Æneid. Alij Ianum aërem credunt, & quia vocis genitor habetur, idcirco ei mandari preces nostras ad Deos perferendas. Ouid. 7. Metam. in fabula Cephali:

Aura (recordor enim) venias, cantare solebam;
Meque iuues, intresque sinus gratissima nostros.

ventos inuocat apud Homerum Achylles in funere Patrocli. & Propert. eius rei meminit, eleg. 7. lib. 4. Turnus 10. Æneid.

Vos ô potius miserescite venti.

vetus Poëta apud Cic. Tusc. 4. *Te Apollo sancte, fer opem, teque omnipotens Neptune inuoco, Vosq. adeo venti.* *Eleuet*, an tollat, & discerpat. vt Virg. 9. Æneid.

Multa patri mandata dabat portanda, sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

Tibull. eleg. 6. lib. 3.

Quid precor ah demens? venti temeraria vota,
Aeriæ & nubes diripienda ferant.

Ouid. eleg. 2. lib. 1. Trist.

Terribilisque notus iactat mea verba; precesque.
Ad quos mittuntur non sinit ire Deos.

An leuiores reddat, & deprimat. Ipse el. 33. l. 2.

Eleuat assiduos copia longa viros. & eleg. 34.

Vt regnem mixtas inter conuiua puellas
Hoc ego, quo tibi nunc eleuor ingenio.

Catull. epig. 21. *Hæc tu quamlibet abijce eleuaque.* Ciceroni eleuare amicitias, crimina, offensiones, sollicitudines.

ATQVE *ego non videam tales subsidere ventos.*] subsidere hic non est ponere, concidere, quiescere. vt apud Virg. 5. Æneid. *Subsidunt vndæ.* Sed in insidiis esse, vt depræhensam in alto nauem euertant. Virg. 11. Æneid.

Deuicta Asia subsedit adulter.

vbi Seruius: *Subsessores,* inquit, *dicuntur, qui insidijs tauros interimunt: & hostium dolos subsessas vocamus.* Festus post, *subsidium,* hoc verbum explicabat & legitur in lacuna . . . . sidiari, quam ita explendam puto. *Subsidere insidiari.* Valer. Max. cap 2. lib. 7. *Nulli tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur.* vt Cic. *Insidiari somno maritorum.* Sic Marcellinus (citat Turneb. cap. 8. lib. 5.) Subsidere orbos & cælibes dixit, pro captare. Lucan. lib. 5.

Iure sed incerto regnum subsidere mundi.

id est, dolo inuadere. Est igitur sententia: Nolim videre tales ventos tibi insidiari, vt cum iam in altum prouecta sis, & illi repente ex insidiis insurgant, ego procul è littore, tui periculi anxius, & quasi metu saxeus, primo hæream: ac mox te crudelem appellem: nec tam voce, quam manu ipsa in me sæuiente. el. 6. l. 3.

A in hanc sententiam: *Ventorum est quodcunq. paras.* Item: *Natura insidiens pontum substrauit auaris.* & eleg. 4. lib. eiusd. —— *Quid flamine captet*

Eurus. Lucret. —— *placidi pellacia ponti.*

Scaliger hic transponit versus, & ineptit, mea qoidem sententia.

CVM *tibi prouectas auferet vnda rates.*] deducitur primum nauis. vt eleg. 6. supra:

Vt mihi deducta faciat conuitia puppi Cynthia.

Deinde propellitur in æquor, vt eleg. 19. lib. 3.

Nunc agite ô socij propellite in æquora nauim.

mox altum tenet, id est igitur, cum classem porrò & in altum à portu vectam, fluctus &
B ipse impetus æstusque maris rapient. Virg. 3. Æneid. *Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta.* Ibid. *Prouehimur portu, terraque vrbesque recedunt.* & lib. 2. *Huc se prouecti deserto in littore condunt.* Plaut. Rudente: *Prouexi, sed auehere nequiui.* Ouid. 3. de arte amandi:

Sed me flaminibus venti maioris iturum
Dum sumus in portu prouehat aura leuis.

Auferet vnda, dixit, vt Virg. 5. Æneid.

Ferunt ipsa æquora classem.

nec dissimile est hoc eleg. 15. infra:

Nec sic Aesoniden rapientibus anxia ventis.

C Ouid, 1. de remedio Amor.

Cum tibi nertias abstulit aura rates.

Rates proprie ligna colligata, quæ per aquam aguntur; vnde pro naui. Fest.

VT *me defixum vacua patiaris in ora.*] id est, stupentem, immobilem, attonitum, hærentem tam tristi spectaculo. Catull.

Quam procul ex alga mæstis Minois ocellis
Saxea vt effigies bacchantis prospicit Euoe.

Virg. 1. Æn. *Obtutuque haret defixus in vno.* Horat. ep. 6. lib. 1. *Defixis oculis animoq. & corpore torpet.* Cicero: *In ea cogitatione defixum esse.* In ora maritima scilicet, siue ora littoris, vt el. 20. infra:

D *Siue Gygantea spatiabere littoris ora.* Si legimus: *Vacua arena,* erit, deserto, soloque littore, vt el. 25. lib. 2. *Putris & in vacua requiescit nauis arena.*

PATIARIS.] auctor sis eius rei. vt eleg 16. infra: *Vt me tam longa raucum patiare querela.* vt eleg. vlt.

Tu proiecta mei perpessa es membra propinqui.

si legas *patiatur,* referetur ad *aura.*

CRVDELEM *infesta sæpe vocare manu.*] id est, eo gestu reuocare: sed melius, *infesta manu,* per se stat. Infestum ab inferēdo in aliquem cnm studio nocendi. Gell. cap. 12. lib. 9. Ouid.

Pectoraque infesta tundat aperta manu.

E & *Palmis infestis.* Apuleius lib. 2. Asini.

SEU *quocunque modo de me periura mereris.*] id est siue bene, siue male. vt infra hac elegia:

Et quocunque modo maluit esse mea.

Plaut. Amphit. act. 5. sc. 1. B. *Ita profecto sine dolore peperit.* A. *Iam istuc gaudeo, vt vt erga me est merita.* simile est illud Tibull. eleg. 6. lib. 3.

Quamuis nulla mei superest tibi cura Neæra,
Sis felix, & sint candida fata tua.

Ne obscæuarit, nunc vertit omen in melius. sic Horat. oda 27. lib. 3.

Sis precor felix vbicumque mauis.

Post mala omina. sic & Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor. Post enumerata pericula maris:

At si

At si vana ferunt volucres mea verba procellæ,
Æqua tamen puppi sit Galatea tuæ.

De Galatea ipse eleg. 1. lib. 3. Theocrit. In Cyclope. Virg. ecl. 7. & Æneid. 9. Ouid. 13. Met. Monet Beroaldus Galateam potissimum inuocari, quia sit mater Illyrij, qui nomen dedit Illyriæ, quo Cynthia tēdebat. De periuriis Cynthiæ eleg. 16. lib. 2. *Prætor ab*, &c. & eleg. 28. l. 2.

Iuppiter affecta.

Sɪᴛ *Galatea tua, non aliena via.*] sic ipse el. 15. infra: *Sis quodcunque voles non aliena tamen.* viam dixit de nauigatione, vt infra:

Desistet ire nouas Cynthia nostra vias.

Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor.

Prima malas docuit mirantibus æquoris vndas,
Peliaco pinus vertice cæsa vias.

Vᴛ *te felici vectam per cærula remo.*] hæc lectio plana: nam Cærula, pro mari cæruleo. Virg.

Amixi torquent spumas & cærula verrunt.

Sed vet. lib. Scaligeri:

Vt te felici prænecta Ceraunia remo.

Ita & Turneb. cap. 15. lib. 11. vt *prænecta* positum sit, pro, præuectam. nominatiuus pro accusatiuo, vel vocatiuus, vt eleg. 5. lib 3.

Iurabo & bis sex integer esse dies.

Virg. *——sensit medios delapsus in hostes.* Lucill.

His te versibus interea contentus teneto.

Tibull. *Sic venias hodierne.* Persius:

Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis.

Ipse eleg. 9. lib. 2.

Visura & quamuis numquam speraret Vlysse.

Prænecta: id est præteruecta: Liuius lib. 24. *Vndecim fasces equo præuectus senex.* Alij libri: *Per sana Ceraunia.* Alij, *peruecta Ceraunia.* De Cerauniis montibus Epiri ita nominatis à crebris fulminibus dicetur ad eleg. 16. lib. 2. versu 3. *Remo felici*, prospera nauigatione, vt eleg. 16. infra: *Felici nixa lacerto.* & eleg. 17. *Felici choro*, alias *Noto.* & eleg. 19. lib. 3. *Felicia lintea.* sic pede fausto, candido, secundo. & remi nauium pedes.

Aᴄᴄɪᴘɪᴀᴛ *placidis Oricos æquoribus.*] vt accipere cœna, vel hospitio. Sic eleg. 18. lib. 3.

Et placidum Syrtes portum & bona littora nautis
Præbeat hospitio sæua Malea suo.

Virg. 8. Æneid.

Tuque ô Tibri tuo genitor cum flumine sancto
Accipite Æneam. & lib. 2. Æneid.
Heu quæ me Tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere. De Orico Hecatæus apud Stephanum: Μετὰ δὲ Βούθρωτος πόλις, μετὰ δὲ Ὠρικὸς λιμήν. Plin. cap. 89. lib. 2. *Epidaurus & Oricum insulæ esse desierunt.* & cap. 23. lib. 3. *Oricum opidum Epiri.* vnde Oricia Terebinthus: Virgilio & Propertio eleg. 7. lib. 3.

Nᴀᴍ *me non vllæ poterunt corrumpere tædæ.*] me vero nulli alij Hymenæi & amores poterunt immutare id enim valet corrumpere, el. 32. l. 2.

Vxorem quondam magni Minois, vt aiunt,
Corrupit torui candida forma bouis.

& eleg. vlt. eiusd. lib.

Vtque decem possint corrumpere mala puellam.

& eleg. 32. lib. eiusd.

——corrupta libidine Martis.

Tædæ; pro, amoribus, vt eleg. 18. lib. 3.

Contineant nobis omina prima fidem. el. 9. lib. 2.

A *Quam possem nuptæ perdere amore faces.*

Sed in vet. lib. est, *de te*, vt sit interpungēdum:

Nam me non vllæ (aliæ) *poterunt corrumpere; de te*
Quin ego, Vita, tuo, &c.

Tᴠᴏ *limine verba querar.*] quin domum absentis veniam, & in limine querar, de verbis quibus pollicita eras te me non relicturam. Limen vt eleg. 4. supra:

——heu nullo limine carus eris.

Tibull. eleg. 1. lib. 2.

——hic dicere iussit
Limen ad iratæ verba pudenda senem.

Et querat cum quarto casu, vt eleg. 3. supra:

B *Querebar moras.* An *verba*, pro, fide leuissima & re inanissima, & mendaciis. vt *Cynthia verba leuis*: eleg. 5. lib. 2. & eleg. 22. libri eiusdem:

Verba loqui in nullo pondere.

id est, dicere & promittere. sic *ventum* pro fide leuissima dixit eleg. 6. supra: *An vera querar?* id est, meritò tuam inconstantiam & perfidiam accusem: Scaliger legendum putat:

Quin ego, Vita, tuo lumine acerba querar.

& exponit de tuo lumine. id est, de te, vt eleg. 2. supra: *Nostra gratissima vita.* Non persuadebit mihi. nam ipse alibi:

Anne ego transirem tua limina clausa maritus.

C & *queri verba* quod eleg. vlt. lib 3.

Vngue meam morso sæpe querere fidem.

Nᴇᴄ *me deficiet.*] hoc semper aderit, & in promptu: non desinam id facere. vt eleg. 1. supra: *Et mihi iam toto furor hic non deficit anno.*

Tibull lib. 4.

Non te deficient nostræ memorare camœnæ.

Horat. ep. 11. lib. 1.

Animus si te non deficit æquus. Cic. ep. 13. l. 4. fam. *Id quo deficiebat me, in quo debebat esse consolatio doloris tui.* An me pro mihi? Festus.

Nᴀᴠᴛᴀs *rogitare citatos.*] Ouid. eleg. 12.

D lib. 3. Trist.

Sedulus occurram Nautæ, dictaque salute
Quid veniat quarā quisue quibusue locis. & ep. 1.
Quisquis adhuc vertis peregrinam littora puppim,
Ille mihi de te multa rogatus abit.

Rogitare, sæpius interrogare & percontari. vtitur sæpissimè Plautus. rogitare, vt negitare. *Citatos*, an vocatos nomine? An properantes? quod est verius, vt apud Liuium lib. 27. *Citato agmine.* & 28. *Citato gradu.* Catull. in Atij: *Citato pede, & citatis celerare tripudijs.* *Solent* autem *nautæ festinare quæstus sui gratia* (vel, vt paratos vectores habeant, id simulare) inquit Cicero ep. 9. lib. 16.

E fam. Horat. oda 28. lib. 1.

At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ, &c.

Quanquam festinas. vide Plaut. Milite act. 4. sc. 4. & 7. Petron. *Stetitque in limine barbis horrentibus nauta, & moraris, inquit, Eumolpe?* Callimach. in Delum vers. 316. 3. 7. Varro περὶ ἐγκωμίων, apud Nonium in Calidum, ideo dixit fortasse *Nauicularium calidis pedibus.*

Dɪᴄɪᴛᴇ.] Virg. 6. Æneid.

Dicite felices animæ. & ipse eleg. 1. lib. 3.
Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro.

Qᴠᴏ *portu clausa puella mea est.*] amica tecta à maris periculis. verba boni ominis, *portu clausa*, vt eleg. 11. infra:

Q

Aut teneant clausam tenui Teuthrantis in vnda. Virg. 7. Æneid.

Optato conduntur Tibridis alueo. Cassius Ciceroni ep. 13. lib. 12. fam. *Corycum se contulit & portu clauso* (an clausum) *se tenere cœpit.* Festus in *claudere.* Portumnum Deum ideo clauim tenentem fingi ait, quod veluti portarum, & portuum Deus esset.

ET *dicam.*] eleg. 11. infra:

Quidquid ero dicam, Cynthia causa fuit.

ATRACIIS.] vet. lib. *Autracijs; Autarijs, Vtrarijs.* Alij *Autariciis, Aucarijs* ab Autario, de quo Appianus in Illyrico, vbi de Pannoniis agit, & Autaricos Illyriæ populos ait esse Muretus. Strabo lib. 7. Autariatas populos Illyrici potentissimos commemorat. Scaliger retinet vulgatam lectionem Attracüs: quia proficiscebatur in Achaïam ab Ostiensi portu, ideoque dixit supra: *Ne tibi Tyrrhena soluatur funis arena.* Propter Tyrrhenum Tyberim. & infra hic regnum Hippodamiæ commemorat, & Elidem. Sunt autem Atracij populi Ætoliæ, quos Atracas Plinius vocat ab Atrace fluuio, qui infunditur Ionio, & ab eo est initium Achaïæ. Atracis fluuij meminit Catull.

Smyrna canas Atracis penitus mittetur ad vndas.

vide Strabon. lib. 9. & Plin. cap. 11. lib. 4. Beroaldus immutauit lectionem, vt populos Illyrici subiungeret.

CONSIDAT *in oris.*] consistat & ad tempus maneat, considere est post longã iactationem certo in loco conquiescere: vel ad tempus, vt hic: vel in perpetuum, vt apud Virg. Æneid. 1.

Vultis & his mecum pariter considere regnis?

& lib. 4. *Non venit in mentem quorũ consederis aruis?*

ET *licet Helais.*] ceteræ lectiones nothæ & suppostitiæ; hæc recta detracta adspiratione, Elæis, quod satis ostendit ipse infra:

Et quas Elis opes antepararat equis.

& eleg. 7. lib. 3. *Elæa quadriga.*

ILLA *futura mea est.*] ego solus hac fruar.

HIC *erit.*] Lipsius cap. 18. lib. 2. Var. ab hoc versu facit initium alterius elegiæ: sed errat.

HIC *iurata manet.*] quæ se mansuram iurauit fidem præstat. Ouid.

Esse Deos credamne? fidem iurata fefellit.

Cic. & Plaut. *Iurati iudices, iurati testes.* vet. lib. Scaligeri: *Hic iurata mea est.*

RVMPANTVR.] ita dolore meæ felicitatatis intumescant, disrumpantur. Virg. ecl. 7.

——*inuidia rumpantur vt ilia Codro.*

διαῤῥαγῆναι dixit Demosthenes περὶ στεφάνου. Martialis: *Rumpatur quisquis rumpitur inuidia.* Cic. in Vatin. *Aut ita dolenter responderis, vt aliquando ista ilia rumpantur.* Ouid. in epist. Hermionæ: *Rũpor & ora mihi pariter cum mente tumescunt.* Ouid. 1. de Rem. Amor.

Rumpere liuor edax magnum iam nomen habemus.

vide Apologum, vnde hîc sermo natus est apud Horat. sat. 3. lib. 2.

INIQVI.] maleuoli, quia illi inimici & infesti. Virg. 1. Æneid.

——*& iniquum ambobus Achillem.*

Cic. ep. 15 lib. 2. fam. & ep. 27. lib. 11. fam. & ep. 2. lib. 1. ad Q. Fratrem.

A VICIMVS.] exultantis formula in victoria. Ouid. 4. Metam.

Vicimus, & meus est, exclamat.

idem eleg. 10. lib. 3. Amor.

Vicimus, & domitum pedibus calcamus amorem.

idem eleg. 9. lib. 3. Trist.

Cuius vt oblata est præsentia, vicimus, inquit.

idem 5. Metam.

Confessasque manus, obliquaque brachia tendens

Vicisti, ait, Perseu. idem 10. Met. in Fab. Myrrhæ: ——*gaude mea dixit alumna, Vicimus.* Lucillius apud Donat. in Eunuch.

Vicimus ô socij & magnam pugnauimus pugnam.

B Virg. 12. Æneid.

——*vicisti & victum tendere palmas*

Ausonij videre. Sueton. in Cæsare, cap. 1. *Vincerent ac sibi haberent.*

ASSIDVAS *non tulit illa preces.*] cessit nostris precibus nec eas sustinere potuit. Ipse eleg. 10. lib. 4. *Non tulit iratam ianua clausa sitim.*

& eleg. 5. lib. 3.

Non tulit hic Pœtus stridorem audire procellæ.

Virg. 2. Æneid.

Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus.

Ouid. eleg. 5. lib. 3. Trist. de Achille:

Dardanij lacrymas non tulit ille senis.

C de vi precum, eleg. 1. supra:

Tantum in amore preces & benefacta valent.

FALSA *licet cupidus deponat gaudia liuor.*] id, licet, est insultantis per amaram & ironicam concessionem. Cic. 13. Philipp. *Præcipias licet gaudia.* Ouid. 3. Metam.

Nunc tibi me posito visum velamine narres,

Si poteris narrare, licet. Cic. 2. de Orat. *Nihil addo ducas licet.* Virg. 11. Æneid.

Possit quid viuida virtus Experiare licet.

Cupidus autem est, qui nocere cupit, vt apud Ciceron. *Cupidus testis* pro Q. Roscio, & 2.

D de orat. *Deponat gaudia,* abiiciat & gaudere desinat. Catull. *Difficile est longũ subito deponere amorẽ.* Item: *Ipse valere opto, & tetrũ hunc deponere morbũ.* eleg. 9. infra: *Tristes depone libellos.* & eleg. 13. *Animam deponere.* Cic. *Deponere memoriam, timorem, desiderium, dolorem, bellum, simultates.* *Liuor* dicitur inuidia à colore liuido inuidorum. Ouid. 2. Met.

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.

Nusquam recta acies: liuent rubigine dentes:

Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno.

Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.

vt hic gaudia. & Tibull. eleg. 7. lib. 3.

E *Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa.*

DESTITIT *ire nouas Cynthia nostra vias.*] desijt velle proficisci ad ignotas regiones, per mare, niues & pruinas. Ire nouas vias, vt eleg. 8. supra: *Notas ire vias.*

ILLI *carus ego.*] contra supra:

An tibi sum vilior Illyria?

ET *per me.*] mea causa. me propter. Gell. cap. 20. lib. 15. *Per ætatem non receptus.* Liuius lib. 4. *Per sessionem plebis ludi facti.* Ipse eleg. 6. lib. 2.

Per te nunc Romæ quidlibet audet amor.

CARISSIMA *Roma.*] omnibus locis anteponitur. vide eleg. 20. lib. 2.

Et si me inuito discedis Cynthia Roma.

E t *ſine me dulcia regna negat.*] Genus prouerbij: opes, honores & imperia non eſſe iucunda ſine amore. eleg. 14. infra:

Tum mihi ceſſuros ſpondent mea gaudia reges.

ibidem: ——— *non vlla verebor*

Regna, nec Alcinoi munera deſpicere.

Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Et regum magnæ deſpiciantur opes. Idem alibi:

At ſine te regum munera nulla velim.

Plaut. Curcul. ſc. 3. act. 1. *Sibi habeant ſua regna reges.* Item: *Siquidem mihi regnum detur, hoc potius perſequar.* & in Mercat. act. 5. ſc. 1. *Vbi eripiatur quod animo tuo placeat maximè: Ibi ſi regnum detur non eſt cupita ciuitas.* nam vt ait Horat. ep. 10. l. 1.

——— *licet ſub paupere tecto*

Reges & regum vita præcurrere amicos.

& oda 9. lib. 3. *Perſarum vigui, rege beatior.*

I l l a *vel anguſto mecum requieſcere lecto, &c.*] non ſolum magno, ſed etiam arcto & exiguo lecto illa mecum iacere optauit potius, etiam duriore condicione. Lectus anguſtus qui duos vix capiat. ſic eleg. 1. lib. 2.

Nos contra anguſto verſamus prœlia lecto.

& eleg. 26. lib. 2.

Et tabula vna duos poterit coniungere amantes.

Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Parua ſeges ſatis, & paruo requieſcere lecto.

& obiter Poëta innuit rem ſibi anguſtam domi. vt eleg. 24. lib. 2.

——— *& quamuis non ſanguine auito*

Nobilis, & quamuis non ita diues erat. Verecunda oratio, *Mecum requieſcere.* vt Virg. ecl. 1.

Hîc tamen hac mecum poteris requieſcere nocte.

Ouid. eleg. 6. lib. Amor.

Forſitan & tecum tua nunc requieſcit amica.

ſic eleg. 15. lib. 2.

Mecum habuit poſitum lenta puella caput.

& eleg. 14. infra:

Nam ſine optatam mecum trahat illa quietem:

Cic. pro M. Cœlio (in P. Clodium) *Qui tecum propter nocturnas imagines, puſio cum maiore ſorore cubitauit.* Terent. Eunuch. act. 2. ſc. 3. *Cibum vna capias, adſis, tangas, ludas, propter dormias.* Plaut. *Neque dum cubitat cum viris.*

Q v a m *ſibi dotatæ regnum vetus Hippodamia.*] Tyrtæus: Οὐδ' εἰ Ταντaλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη. Oenomaus Piſæ regnauit, quæ ciuitas Elidis, cuius regnum dotale Pelops accepit. *Dotatæ* quæ cum magna dote ad viros veniunt, Horat.

Nec dotata regit virum coniunx.

Plaut. *Quid ſit dotatæ vxori conuicium dicere.* item: *Dotatæ mactant & malo & damno viros. Dos,* inquit Varro 5. de ling. Lat. *Pecunia eſt nuptiarum cauſa data.* Attius Atreo apud Priſcianum in ſocrus pro ſocero: *Simul & Piſæa præmia accepta à ſocru poſſedit ſuo.* Regnum vetus, vt ſupra:

Veteres Aſiæ cernere diuitias.

& eleg. 28. lib. 2.

Et quot Troia tulit, vetus & quot Achaia forma.

E t *quas Elis opes anteparârat equis.*] Elis Achaïæ regio, & vrbs etiam, celeberrima Iouis Olympij templo, & ludis Olympicis, vbi curule certamen, ad quod equi vndique mittebantur, & vbi erant nobiles. Virg. 1. Georg.

Eliadum palmas Epiros equarum. & 3. Georg.

A *Hic vel ad Elæi metas atque vltima campi*

Sudabit ſpatia. Ipſe eleg. 7. lib. 3.

Sunt quibus Elea concurrit palma quadriga.

Tibull. *Qui prior Elæo eſt carcere miſſus equus.*

Horatius:

Illum non equus impiger Curru ducet Achaico victorem.

vnde à Theocrito in Dioſcuris dicitur: ἱππήλατος Ἆλις. *Anteparârat* vno verbo, vt eleg. 1. ſupra: *Antecupidinibus.* ſic Auſon. epig. 33.

Si tineas carie mque pati te charta neceſſe eſt

Incipe verſiculis anteperire meis. Plaut. Trucul. act. 1. ſc. 1. *Vt ne antepartæ demus poſtpartoribus.* *Anteparabat opes,* vt Ouid. 5. Faſt.

B *Sed iam de vetito quiſque parabat opes.*

Q v a m v i s *magna daret, quamuis maiora daturus.*] quamuis prætor ille magna daret munera. μεγαλόδωρος Græcis is dicitur, & res ipſa μεγαλοδωρεῖν. Plauto in Aulularia Megadorus.

N o n *tamen illa meos fugit auara ſinus.*] citò ac properè liquit amplexus vt odioſos. Virgil. 4. Æneid. *Mene fugis?* &, *Quem fugis, ah demens?*

Tibull. *Et ſenis amplexus culta puella fugit.*

Catull. ep. 35. *Puella namque quæ meo è ſinu fugit.* In ſinum autem & gremium amantes ſe conferre ſolent. Matius Mimiambis apud A. Gell. cap. 8. lib. 20.

C *Sinuque amicam recipere frigidam calido.*

Tibull. eleg. 2. lib. 4.

Et celer in noſtros ipſe recurre ſinus.

& eleg. 5. lib. 4.

Exorata meis illum Cytherea camœnis

Attulit, in noſtrum depoſuitque ſinum.

vide notata ad eleg. 5. ſupra:

Alter in alterius mutua flere ſinu.

& τὸ *auara* ſuſpendendum, quæ auara fuiſſet, ſi fugiſſet, vt eleg. 13. infra:

Certus & in nullo quæris amore moram. & el. 16.

Neſcia furtiuas reddere mota preces.

D Horat. ſat. 6. lib. 2.

Si veneror ſtultus nihil horum. & oda 28. lib. 1.

At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ.

& oda 21. lib. 3. *Non te negliget horridus.*

H a n c *ego non auro, non Indis flectere conchis.*] Hanc ego non potui mulcere, & curuare, vt loquitur Horat. oda 10. lib. 3. *Auro,* cui tamen cedunt omnia, *non gemmis.* Iteratione negationis delectatur, vt eleg. 6. ſupra:

Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis.

& eleg. 5.

Non tibi iam ſomnos, non illa relinquet ocellos.

Aurum cum gemmis ſæpe iungitur, el. 4. l. 3.

E *Non tamen inuiſo pectus mihi carpitur auro,*

Nec bibit è gemma diuite noſtra ſitis. & el. 12.

Inda cauis aurum mittit formica metallis,

Et venit è rubro concha Erycina ſalo.

Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Tunc mihi iurabas nullo te diuitis auri

Pondere, non gemmis vendere velle fidem.

Horat. oda 24. lib. 3.

Gemmas & lapides, aurum & inutile.

Conchæ Indæ, ex India, rubroque mari petitæ, eleg. 14. infra:

Et legitur rubris gemma ſub æquoribus.

vbi vide adnotata. hinc eleg. 23. lib. 2.

Indica quos medio vertice gemma tenet. el. 4. l. 3.

Arma Deus Cæsar dites meditatur ad Indos,
Et freta gemmiferi findere classe maris.

De conchis Indicis, quarum partus sunt margaritæ, legendus cap.35. lib.9.

SED *potui blandi carminis obsequio.*] *obsequium*, quæ & *obsequela*, eademque dea Plauto, ab obsequendo, & alteri morem gerendo. Sallustius autem historiarum lib.2. (apud Noniũ in obsequela) sic dixit; *Qui regi per obsequelam orationis cari erant.* Tibull. eleg. 4. lib.1.

Cedas, obsequio plurima vincit amor.

Ouid.2. de arte amandi:

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus:
Franges si vires experiere tuas.
Obsequio tranantur aquæ, nec vincere possis
Flumina; si contra, quam rapit vnda, nates.
Obsequium tigresque domat, tumidasque leones, &c.

Est autem obsequium assentationi proximum, vt in Andria Terentij: *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Ibidem act.1. sc.1. describit quid sit:

——*facile omnes perferre, ac pati:*
Cum quibus erat, cumque vna, ijs sese dedere,
Eorum obsequi studijs, aduorsus nemini,
Nunquam præponens se alijs.

Blandum autem est, quod sensibus blanditur, eosq. permulcet. Virg. *Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.* & Ouid. 1. Fast.

Tunc blandi soles, ignotaque prodit hirundo.

ad oculos pertinet. vt eleg. 20. infra:

Errorum blandis tardat imaginibus.

Ad nares: eleg.6. lib.4.

Costum molle date, & blandi mihi turis honores.

Ad aures hoc loco, & eleg. 11. infra:

Quam vacet alterius blandos audire susurros.

Horat. *Threicio blandius Orpheo.* Item:

Blandum & auritas fidibus canoris, ducere quercus.

Ouid. eleg.1. lib.5. Trist.

Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris.

& in epist. Sapphus:

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.

& in epist. Oenones:

Votis ergo meis alij rediture fuisti.
Hei mihi pro dira pellice blanda fui.

id est, impetraui.

SVNT *igitur Musæ, nec amanti tardus Apollo.*] epiphonema quod iis conuenit, qui præsentiã numinis senserunt. Papin. l.1. Siluarum Soteria pro Rutilio Gallico: *Estis io superi?* Plaut. Capt.act.2. sc.2. *Est profecto Deus, qui quæ gerimus auditq. & videt.* ipse el.7. l.4. *Sunt aliquid manes.* Tibull. el.5.l.1. *Sunt numina amanti.* & alibi Peccare paranti: *Sit Deus.* contra cum idem irascitur Musis eleg. 4. lib.2.

Ite procul Musæ. Neque tardus Apollo. Non segnis in amante iuuando. vt contra eleg. 1. supra: *Tardus amor.* & eleg. 4.

Quam sibi cum rapto cessat amore Deus. Fauit autem Apollo amanti, quia & ipse amauit. qua de re legendus Tibull. el. 3. lib. 2. & eleg. 4. lib.3.

QVEIS *ego fretus amo.*] quorum ope numinum nixus, vt apud Plautum: *Dijs freti sumus. & Deos speramus.* Idem in Aulul. *Fretus tua fides fiducia.* Virg. 11. Æneid.

——*& medium freti pietate per ignem Cultores.*

persimile est huic, quod ait eleg.15. infra:

A *Queis ego nunc pereo.*

CYNTHIA *rara mea est.*] non vna de multis, *nec lenibus similis collata puellis*; sed vnica & penè singularis, vt eleg. 17. infra:

Quamuis dura, tamen rara puella fuit. & el. vlt. lib.4. *Claudia turritæ rara ministra Deæ.* eleg.7. lib.4. *Aurea Cynthia.* Ouid. 2. de arte amandi:

Sunt tamen & doctæ rarissima turba puellæ.

NVNC *mihi summa licet contingere sidera plãtis.*] Deus sum, sum in cœlo. Scaliger legẽdum putat, palmis, vt apud Ciceronem, *Digito cœlum cõtingere*; & Horat. *Sublimi feriam sidera vertice.* & Ouid. *Huic tu eum placeas, & vertice sidera tangas.*

B Sed ñ, *plantis*, defendi potest, vt sit adhuc maior hyperbole; quasi in cœlo sit Propertius, & subiecta pedibus calcet sidera, vt Virgilianus pastor: *Sub pedibusq. videt nubes, & sidera Daphnis.* Ennius apud Varronem:

Musæ quæ pedibus magnum pulsatis Olympum.

Catull. *Et quanquã me nocte premũt vestigia Diuûm.* Sic apud Plutarch. ἐν αἰνίοις, de lunaris Patriciorum calceis, fore vt post mortem lunam pedibus subiectam habeant. *Contingere plantis* dictũ, vt à Virg. 4. Æneid.

Vt primum alatis tetigit magalia plantis.

C SIVE *dies, seu nox venerit.*] & Luciferi & vesperi ortu, mane & sero. id est, quocunq. tempore. Genus prouerbij. Virg.

Noctes atque dies patet atri Ianua ditis. Horat.

Nec tibi vespero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem.

Virg.4. Georg.

Te veniente die, te decedente canebat. Cinna:

Te vespertinus flentem conspexit eous,
Et flentem paulo vidit post Hesperus idem.

Sueton. in Cæsare cap.27. *Seu sol seu imber esset.* Venit nox & dies, vt eleg.15. lib.2.

Nox tibi longa venit, nec reditura dies.

D Virg. *Venit summa dies.* Albinouan. ad Liuiam:

Et venit stella non præeunte dies. Sic & Iurisconsulti *Cedere & venire diem* dicunt.

ILLA *mea est.*] vt supra, vers.34.

Maluit esse mea.

NEC *mihi riualis.*] *Riuales*, inquit Nonius, *quasi in vnum amorem deriuantes.* Ineptissimè. melius Donat. in Eunuch. his verbis: *Riuales dicuntur æmuli de mulieribus, translatione nominis à feris bestijs, quæ sitientes cum ex eodem riuulo haustum petunt, in prælium contra se inuicem concitantur. Sic Cicero pro Cælio: Sin erit ex illo fonte riualis.* Hæc Do-

E nat. apud Iurisconsultos in Tit. de aqua cot. & æst. *Riuales sunt qui per eundem riuum aquam ducunt.* Acron in artem Poëticam Horatij: *Riuales, qui in agris riuum haberent communem, & propter eum sæpe discreparent.* Ipse eleg. vlt. lib.2.

Riualem possum non ego ferre Iouem.

& eleg. 8. lib.3.

Aut tecum, aut pro te mihi cum riualibus arma
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet.

CERTOS *subducet amores.*] sic Tibull. el. 10. lib.4. *Nulla tuum nobis subducet fœmina lectum. Subducere.* vt ait Donat. in Eunuch. *Est furtim substrahere, vt, & fidũ capiti subduxerat ensem.* Id. ibid. *Subducuntur, quæ nolumus amittere: supponuntur, quæ non desideramus.* Virg. ecl.3.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Ipse el. 1. lib. 3. *Illis aut flamma, aut imber subducet honores.* Idem valet eleg. 8. lib. 3.

Cui nunc si qua datur furandæ copia noctis.

Certos dixit spe & opinione futuros constantes & immutabiles, eo modo, quo paulo ante dixit: *Non tamen illa meos fugit auara sinus.*

ISTA *meam norit gloria canitiem.*] Hypallage, pro mea canities norit & sentiat istam gloriam. *Mea canities*, ego canus. vt eleg. 2. supra:

Nostra gratissima vita.

id est, nobis viuis. & eleg. 1. lib. 2.

Nostra spes iuuenta. Sic Plaut. & Terent. *Adolescentiam & senectutem nostram*, pro nos adolescentes & senes. Gloria est, qua licere sibi ait sidera contingere plantis. & Ouid.

Ite triumphales circum mea tempora lauri.

Ipse eleg. 7. lib. 2.

Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,
Gloria ad hibernos lata Borysthenidas.

AD ELEGIAM IX.

Ad Ponticum suum.

DICEBAM *tibi.*] monebam vt caueres; εἰρωνικῶς. nam sic vulgo increpamus eos, quibus contigit id quod monuimus, vt caueremt. sic Ouid. el. 14. lib. 1. Amor.

Dicebam, desiste tuos medicare capillos.

Auson. epig. 13.

Dicebam tibi Galla. senescimus, effugit ætas.

Stat. 4. Siluar. in via Domitiani: *Dicebam, venient*, &c. Plaut. Asin. sc. 2. act. 5. *Dicebam, pater, tibi, ne matri consuleres male.* Seneca in morte Claudij: *Dicebam vobis, non semper saturnalia erunt.* Intelligit autem versum vltimum elegiæ 7.

Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

IRRISOR.] γέλοιος, γελοιαστής, γελοῖος; *Moqueur*, hoc verbo vtitur Cicero in paradoxis. Horatio *Derisor* in arte Poëtica:

Derisor vero plus laudatore mouetur.

& sat. 6. lib. 2. ——*semper eris derisor ad omnes.* & alibi: *Imi derisor lecti.*

VENTVROS *amores.*] seros & cum fœnore. vide notata ad versum vlt. eleg. 7.

NEC *tibi perpetuo libera verba fore.*] libertatem amandi excussurum tibi amorem. Libera non esse amantibus verba docuimus ad el. 1. supra:

Sit modo libertas quæ velit ira loqui. & eleg. 7.

Nec tibi subijciet carmina serua amor.

Libera, verba, vt Plaut. Persa act. 2. sc. 4. *Seruam operam, linguam liberam Herus me iussit habere.* & Næuius apud Festum: *Libera lingua loquemur ludis liberalibus.* Sueton. in Tiberio, cap. 28. *In ciuitate libera linguam mentemque liberas esse debere.* Ipse eleg. vlt. lib. 4.

Vectet in offensas libera verba suas.

Perpetuo-libera fortasse coniunctim, vt contra *ætatem-seruire* Plauto & *sempiternam seruire seruitutem.* In Persa. Et Sticho act. 3. sc. 1. *Hunc diem volo me eleutheriam capere. Sumas Stiche in hunc diem.* & conditiones adiectæ libertatibus eas perpetuas esse non sinebant. *Perpetuo-libera*, vt eleg. 2. lib. 2. *Hoc mihi perpetuo-ius est*, &c. Plaut. Menech. sc. vlt. *Sed mihi meliore opus est auspicio perpetuo-liber vt fiem.* Sic eleg. 32. lib. 2. vers. vlt. sepa-

A ratim: *Semper viue meo libera iudicio.*

ECCE *iaces.*] verba præsentis exempli, reiq. subitæ. vt Ouid. in Epicedio Tibulli:

Carminibus confide bonis, iacet ecce Tibullus.

Mart. epig. 94. lib. 9.

Dat tibi securos vilis lecticula somnos,
Peruigil in pluma Caius ecce iacet.

Iaces, afflictus & prostratus es. *Iacere* metaphoricè dicuntur, qui fracto sunt animo. Cic. ad Att. *Iacet in mærore frater.* Item: *Pompeius noster, vt totus iacet.* & pro Murena: *Iacet, diffidit, abiecit hastas.*

SVPPLEXQVE *venis ad iura puellæ.*] ad leges

B & condiciones seruitutis accipiendas. Ductū à bello in quo victi coguntur supplices venire ad leges à victoribus accipiendas, vt el. 9. lib. 4.

Supplicibus palmis tum demum ad fœdera veni.

&: *Indixit leges: respondi, ego legibus vtar.*
Riserat imperio facta superba dato.

vbi *fœdera, leges, imperium* coniunguntur, vt hîc *Iura*, & *Imperat.* Item:

Accipe quæ nostræ formula legis erit.

Horat. ep. 12. lib. 1. *Ius imperiumque Phraates Cæsaris accepit, genibus minor.* vbi eadem quæ hîc *Ius, Iura, Imperium, Imperat, supplex, genibus minor.* ipse el. 9. l. 3. *Et trahit addictū sub sua iura virum.*

C Virg. *Victorque volentes Per populos dat iura.*

ET *tibi nunc quæuis Imperat empta modo.*] retineri defendique potest hæc lectio: nam *quæuis* de ignota & vili dicitur. vt infra hac elegia:

Et cane, quod quæuis nosse puella velit. cum Cynthiam rarissimam dixerit, nec similem leuibus collatam signis. & τὸ *nunc* potest referri ad *imperat*, & *modo* ad *empta*; id est quæ non ita pridem sub præcone veniit, tibi imperat, ita ancillæ pates. vt apud Horat. oda 4. lib. 2.

Ne sit ancilla tibi amor pudori. Sic Q. Cicero de petit. Consul. *Amicam, quam palam domi haberet de machinis emit.* Alludit ad prouerbium

D contrario sensu: *Emendus cui imperes.* Sed quia in vet. lib. est *quouis modo*: Exponi potest, siue prece, siue pretio empta. vel: *quouis modo imperat.* id est, vt libet. Ridiculus Palmerius qui è coniectura legit *quæuis domo.* Credat Iudæus Apella, non ego. An *nunc modo*, vt sit ὡς τὸ αἰεὶ, quod frequens est in aduerbiis. Sic eleg. 3. lib. 2.

Dehinc domiti posthac æqua & iniqua ferunt.

Cic. 3. de leg. *Deinde deinceps.* Plaut. Amphit. *Iamdudum pridem modo.* & Terent. in prologo Eunuchi: *Nunc nuper dedit.* Ipse eleg. 12. lib. 2.

Euolat è nostro quoniam de pectore nusquam.

E & *Imperat* ea notione, qua *domina* dicitur Amica. Tibull. eleg. 3. lib. 2.

At tu quisquis is est, cui tristi fronte Cupido
Imperat. Plaut. Curcul. *Quo Venus, Cupidoque imperant.* Ipse eleg. 18. lib. 3.

Crede mihi vobis imperat illa (libido) *magis.*

sic & Horat. *Me nunc Thressa Chloe regit.* & Plaut. Asin. *Amoris imperator.*

NON *me Chaoniæ columbæ.*] eodem argumento scripsit Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Non ego celari possim, quid nutus amantis;
Quidue ferant miti tristia verba sono.
Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra Deorum,
Præcinit euentus nec mihi cantus auis.

Ipsa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non sine verberibus.

De columbis Chaoniis Seruius ad illud Virgilij, eclog. 9.

Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

In silua Epiri Dodona, inquit, *fuisse columbas quasdam aiunt, quæ diuinandi perita responsa illic darent. Orta autem ex eo fabula, quod Peliades Thessalorum lingua & vates & columbas significat.* Hæc Seruius. de iis Virg. ——— *atque habita Graijs oracula quercus.* Hesychius: πέλειαι, μάντεις, αἱ ἐν Δωδώνῃ θεσπίζουσαι μάντεις. Pausan. in Achaicis has columbas è Dodonæa quercu dedisse responsa scribit. Herodotus lib. 2. has columbas ait fatidicas mulieres fuisse. multa alia colligit Beroaldus quæ longum esset adscribere. *Chaoniæ*, Epiroticæ. vet. gloss. *Chaonia*, ἠπειρωτική. nam Chaonia pars Epiri dicta à Chaone Troiano. Virg. 3. Æneid.

Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Troiano à Chaone dixit.

Ouid. 2. de arte amandi:

Quasque colat turres Chaonis ales habet.

VINCANT *dicere.*] superent prædicendo & diuinando. vt Tibull. lib. 4.

Compertum est vera cibus vt mihi signis,
Queîs Amythaonius nequeat certare Melampus.

& est dictum, vt eleg. 1. lib. 2.

Nec mea conueniunt duro præcordia versu
Cæsaris in Phrygios condere nomen auos.

Vincant, vt apud Plautum in Milite: *Qui se arguat, cum contra vincant iureiurando.* idem Amph. *Vincon' argumentis te non esse Sosiam.* sic Virg.

Quod si idem certet Phœbum superare canendo.

Dicere, prædicere, diuinare. Ouid. 2. de Arte:

Hæc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas
Dicere. vnde dictio, oraculum. Peritum se vaticinij facit, vt eleg. 17. lib. 2.

Horum ego sum vates. & alibi sæpe.

QVOS *iuuenes quaque puella domet.*] quibus iuuenibus imperet, quos feros animis alliget: supra eleg. 5. Horat. oda 27. lib. 1.

Quæ te cunque domat Venus.

Ipse eleg. 26. lib. 2.

Hic Deus (Amor) *& terras, & maria alta domat.*

ME *dolor, & lacrymæ merito fecere peritum.*] non iniuria peritus euasi, quia multa pertuli, & malo didici. Ouid. ——— *grande doloris*

Ingenium est, miserisque venit sollertia rebus.

Idem: *Crede mihi res est ingeniosa dolor.* Idem:

Ingeniosa mala sæpe mouent. Fecere peritum, reddidere doctum, vt *facere Poëtam*, & *facere certum.*

ATQVE *vtinam.*] sic eleg. 11. infra: eleg. 10. & 13. lib. 2. Virg. ecl. 10.

Atque vtinam è vobis vnus, vestrique fuissem.

Ouid. eleg 17. lib. 2. Amor.

Atque vtinam Dominæ miti quoque præda fuissem.

& eleg. 3. lib. 3. Trist.

Atque vtinam pereant animæ cum corpore nostro.

DICAR *rudis.*] *Rudis* & *peritus* antitheta; vt eleg. vlt. lib. 2.

Siue in amore rudis, siue peritus erit.

eleg. 15. lib. 3. alio modo sumitur:

Te quoque enim non esse rudem testatur in astris
Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.

A & eleg. 1. l 4. *Cum rudis vrgenti brachia victa dedi.* vtrobique enim *rudis* est, quod Sapphoni ἄχαρις, Horatio *nuptiarum expers.* Rudes, qui nondum vsu, vel doctrina sunt expoliti.

POSITO *amore.*] deposito, abiecto. eleg. 17. infra: *Vltimus & posito staret amore lapis.*

Ouid. 2. de Remedio Amor.

Ad mala quisq. animum referat sua, ponet amorem.

& alibi: *Viue, Deus, posito si quis mihi dicat, amore,*
Deprecer. P. Syrus:

Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.

Sic Catull.

Difficile est longum subito deponere amorem.

B *& deponere gaudia*: eleg. 8. supra:

QVID *tibi nunc misero prodest.*] hoc est quod dixit eleg. 7. supra:

Longe castra tibi, longè miser agmina septem
Flebis. Tibull. eleg 8. lib. 1.

Quid tibi nunc prodest molles coluisse capillos?

& eleg. 3. lib. 3.

Quid prodest cœlum votis implesse Neæra? Virg.
Quid prodest quod me ipse animo nõ spernis Amynta?

DICERE.] canere, scribere, vt el. 7. supra:

Dum tibi Cadmææ dicuntur Pontice Thebæ.

GRAVE *carmen.*] epos forte Horatio,
C sat. 10. lib. 1. & oda 9. lib. 4.

Stesichorique graues Camœnæ.

AVT *flere.*] flebiliter canere, eleg. 9. lib. 3.

Non flebo in cineres arcem sedisse paternos
Cadmi. & eleg. 2.

Nec tibi sit rauco prætoria classica cornu
Flere. & eleg. 31. lib. 2.

Altera (valuarum) *mærebat funera Tantalidos.*

id est, flebilem historiam referebat, Horat.

Et persæpe caua testudine fleuit amorem.

& id est quod eleg. 7. supra:

Dum tibi dicuntur arma fraternæ tristia militiæ.

MOENIA *lyra Amphionia.*] hunc locũ imi-
D tatus est Ouid.

Aut Amphionia mœnia structa lyra.

ipse eleg. 2. lib. 3.

Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem
Sponte sua in muri membra coisse ferunt. Horat. od. 11. l. 3. *Mouit Amphion lapides canendo.*

Idem in Arte Poëtica:

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. Stat. 1. Thebaidis:
——— *quo carmine muris*
Iusserit Amphion Tyrios accedere montes.

& lib. 2. ——— *non te ferreus agger*
E *Ambiat, & triplices alio tibi carmine muros*
Amphion auditus agat. & 7. *Hæc omine dextro*
Mœnia Cirrhæa monstrauit Apollo iuuenca.
Parcite, in hæc vltro scopuli venere volentes.

& 8. ——— *Tyriam reptantia saxa*
Ad chelin, & duras animantem Amphiona cautes.

& 3. siluar. in Hercule Surrentino:

-Tyrione hæc mœnia plectro An Getica venere lyra?

Ouid. 3. de arte amandi:

Saxa tuo cantu, vindex iustissime matris,
Fecerunt muros officiosa nouos.

Eurip. Phœnissis: Ἀμφίονός τ' ἐπὶ εἰς ὀρθωθεῖσ'
Ἦλθε ὕγραΐδας, φορμίγγων τείχεα Θήβας.
Τὰς Ἀμφιονίας λύρας ὕπο πύργος ἀνέστα.

Idem. Harmoniæ ad nuptias venerunt Cælites. citharæque cantu, & Amphionia lyra muri Thebani & arx surrexit.

Plvs *in amore valet Mimnermi versus Homero.*] vel vnicus, inquit, versiculus Mimnermi Odyssœam & Iliada totam Homeri vincit. De Mimnermo Horat. ep. 6. lib.1.

Si, Mimnermus vti censet, sine amore iocisque
Nil est iucundum: viuas in amore iocisque.

& ep. vlt. lib.2.

Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis nisi Callimachus? si plus adposcere visus
Fit Mimnermus: & optiuo cognomine crescit.

Meminit eius Athenæus lib.14. 15. & 16. Pausanias in Boëoticis. Strabo lib.14. Mimnermū fuisse Colophonium ait & elegiographum. Plutarch. etiam περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς hoc eius distichon laudat:

Τίς δὲ χάρις, τί τὸ τερπνὸν ἄνευ χρυσῆς Ἀφροδίτης,
Τεθναίην, ὅτι μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

Ipse eleg. vlt. lib.2. Homero, Callimacho, & Antimacho, Philetam interponit:

Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.

Valet, vim maiorem habet. vt eleg.1. supra.

Tantum in amore preces & benefacta valent.

& eleg. 7. lib.2.

Deuictæ gentes nil in amore valent.

Carmina *mansuetus lenia quærit amor.*] Tibull. eleg. vlt. lib.1. sub finem:

Et mihi sit procul à Venere. mitis Venus, vt hic *mansuetus amor* non perpetuo Epithero. Amores enim modo dulces, modo amari. Tibull.

Ah miseri quos hic grauiter Deus vrget, at ille
Felix, cui placidus leniter afflat amor.

Plato in Symposio (de amore) πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δ' ἐξορίζων. Mansuetudinem quidem suppeditans, feritatem vero exterminans. *Mansuetus, ad manum venire suetus*; Festus. At Nonius: *Mansuetus, assuetus manus, quod feræ, cum manu permulceantur, mitescant.* à *man*, pro manus (vt apud Ausonium) & suetus.

I *quæso.*] formula dimittentis à se aliquem cum irrisione. vt eleg.29. lib.2.

I nunc & noctes disce manere domi.

& eleg. 16. lib. 3.

I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos.

Virg. *I nunc ingratis offer te irrise periclis.*
Horat. *I nunc argentum.* Sic Plauto & Terentio: *Abi.*

Et *tristes istos depone libellos.*] flebiles istos libellos & arma tristia dimitte è manibus. sic Horat. *Nunc igitur versus, & cætera ludicra pono.* Cicero ad Q. fratrem: *Quos libros de manibus ponere Africanus non solebat.* alias legitur: *compone libellos.* id est claude.

Et *cane, quod quæuis nosse puella velit.*] Scribe carmen, quod legere & intelligere desideret quæuis puella de plebe & vulgaris. vt elegia superiore: *Et tibi nunc quæuis imperat empta modo.* vel *quæuis puella*, & rudis in amore, & perita. vt eleg. vlt. lib. 2.

Non tamen hæc vlli venient ingrata legenti,
Siue in amore rudis, siue peritus erit.

Qvid *si non esset facilis tibi copia.*] hæc verba *quid si non*, complectuntur argumentum à
A contentione minorum, vt eleg.vlt. lib.2.

Quid si non constans illa, & tam certa fuisset?

Virg. 4. Æneid.

Quid si non arua aliena, domosque
Ignotas peteres. Q. Catulus apud Gellium *Quid si non interdixem.* *Copia facilis*, facultas & abundantia in promptu, ob multitudinem puellarum Romæ, de qua Ouid. 1. de arte amandi. vel copia rerum & argumentorum in scribendo carmine, qua de re eleg.1. lib.2.

Nvnc *tu.*] τὸ *nunc*, non est temporis aduerbium, sed ponitur pro Atqui, vel contra.
B Liuius lib.34. Initio orationis L. Valerij Tribuni: plebis. *Si priuati tantummodo processissent, ego tacitus suffragia vestra expectassem. Nunc cum vir grauissimus M. Cato*, &c. Cicero.1. de diuin. *Quæ quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus. nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus.*

Medio *flumine.*] vbi flumen profundius est. sic Virg. 3. Æneid.

—— graditurque per æquor Iam medium.

Qværis *aquam medio flumine.*] Græcorum prouerbio, ἐν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ. Ouid.
C *Quærit aquas in aquis.* Idem 3. Met.
Quod cupio mecum est, inopem me copia fecit.

Necdum *etiam.*] vet. gloss. *Necdum etiam, nequaquam*, οὐδέπωποτε. Virg. 1. Æneid.

Necdum etiam causæ irarum. Catull.
Necdum etiam sese que sit tum credidit esse.

Palles.] de pallore amantium dictum est ad illud eleg. 1.

Et facite illa meo palleat ore magis.

Nec *tangeris.*] cum grauissimo malo & periculo coniunctum est tangi. vt el.1. lib.2.

Seu mihi sint tangenda nouercæ pocula Phædræ.

Horat. *Non tangenda rates transiliunt vada.*
D oda 3. lib.1. Ipse eleg.vlt. lib.2.

Quem tetigit tactu certus ad ossa Deus. Sic *tangi de cælo*, & *tactus*, fulminis igne percussus.

Vero *igni.*] vt verus calor: eleg.8. lib.3.

Nimirum veri dantur mihi signa caloris. cui è regione respondet, quod scribit eleg.11. infra.

An te nescio quis simulatis ignibus hostis, &c.

Hæc.] quam nunc sentis.

Est *prima fauilla.*] *fauillam* dixit pro scintilla, leuissimoque ignis indicio. *fauilla*, ἡ αἰθάλη, ἡ μαρίλη. Seruius in illud 3. Æneid.

Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.

fauilla, inquit, *est deserta igne scintilla.* Martialis
E pro pruna posuit: *Dixit & ardentes auido bibit ore fauillas.* eleg.5. supra: *parua vestigia culpæ*, dixit.

Ventvri *mali*] amoris, vt eleg.1. supra.

Hoc moneo vitate malum. Initio huius elegiæ.
Dicebam tibi venturos irrisor amores.

Tvm.] cum vero igni ardebis.

Magis *cupies accedere Armenias tigres.*] ad te discerpendum venire. E feris tigres delegit ob insignem earum immanitatem ac rabiem. Tigris Medorum lingua sagittam sonat, vt scribit Plin. cap.27. lib. 6. vnde & feræ & fluuio nomen propter celeritatem. Idem Plin. cap. 18. lib.8. in Hircanis & India nasci tigres scribit, nec meminit Armeniæ: sed, vt idem

ait, Atthenijs Hitcani adiacent à metidie. Virg.

Daphnis & Armenias curru subiungere tigres Instituit. Tibull. eleg 6. lib.3.

Armenias tigres, & fuluas ille leænas Vincit. Sic Horat. od.27. lib.3. *Inducit Europem optantem*, vt à leonibus & tigribus laceraretur. & ipse eleg.18. lib. 2.

E T *magis inferna vincula nosse rota.*] & magis cupies experiri & sentire Ixionis supplicium & cruciatus ad rotam adstricti. sic elegia 5. *Vltima nosse mala.* persimile est illud eleg. 25. lib. 2. *Nonne fuit satius duro seruire tyranno?*

Et gemere in tauro, sæue Perylle, tuo? &c. & eleg.17. lib. eiusdem: *Vel tu Tantalea*, &c. Tibull. eleg.3. lib.1.

Illic Iunonem tentare Ixionis ausi
Versantur celeri noxia membra rota.

Ouid. in Ibin:

Sisyphus est illic saxum voluensque petensque,
Quique agitur rapida vinctus ab orbe tuta.

Stat. 8. Thebaid.

—— *cur autem auidis Ixiona frango*
Verticibus? quia vertitur rota. Virg.3. Georg.

Inuidia infelix furias, amnemque seuerum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues,
Immanemque rotam. vbi Seruius, *Religatus*, inquit, *serpentibus ad rotam Ixion, quoniam illicitos Iunonis petijt concubitus.* Idem 4. Georg.

Atque Ixionei vento rota constitit orbis.

& 6. Æneid. —— *radiisque rotarum*
Districti pendent. Ouid.

Voluitur Ixion, & se sequiturque fugitque.

Eutipides in Phœnissis χεῖρες δὲ κῶλ', ὡς κύκλωμ' Ἰξίονος εἱλίσσετο. Idem in Hercule furente. Καὶ τὸν ἁρματηλάτην Ἰξίον' ἐς δεσμοῖσιν ἐκμιμήσομαι. Turneb. cap. 16. lib.7. docer, Supplicij genete hoc affici dici Græcis, τροχίζεσθαι. Ab uisdem τροχὸς definitur, βασανιστικὸν ὄργανον διατεῖνον τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων. quæstionibus & tormentis aptum instrumentum, distendens corpora eorum, de quibus quæstio haberetur, &c. vide & Pindarum Pithijs oda 2. & ejus interpretem de Ixione, & Hyginum Fab.62. In vet. lib. Memmij legitut: *Nectere vincla.*

Q V A M *pueri toties arcum sentire medullis.*] id est sagittas arcu emissas Sic Ouid. 2. de arte amandi: *Sensit & Hylai contentum saucius arcum.* & eleg. 11. lib.1. Amor.

Credibile est & te sensisse cupidinis arcus.

Horat. in arte Poëtica.

Non semper feriet quodcunque minabitur arcus.

Medulla Isidoro (quasi madullæ) *quod madefaciant ossa.* In medullis autem & imis ossibus amor. Virg.3. Georg.

Continuoque auidis vbi subdita flamma medullis.

& 4. Æneid. *Est mollis flamma medullas.*

Catull. *Ignis mollibus ardet in medullis.*

Idem. *Ex eo misellæ ignes interiorem edunt medullam.* ipse eleg. 12. lib. 2.

Quid tibi iucundum siccis habitare medullis.

E T *nihil irata posse negare tua.*] Cogi ea omnia facere ac pati quæ puella velit ac iubeat, eaque irata, atque ideo durius atque iniquius tibi imperans: omnia enim quamuis acerba placandæ amicæ causa faciunda sunt amanti. Aliud vitium est in vitiosa verecun lia, nihil posse negare; qua de re Plutarchus. elegia proximè sequenti non dissimile est.

Non siquid petijt ingrata fronte negaris.

Tua, id est amicæ; vt Tibull. eleg.6. lib.4.

Dicetur siquis non habuisse suom. & Propertij eleg. 7. lib. 3.

Me doceat liuor mecum habuisse meam.

N V L L V S *amor cuiquam faciles ita prabuit alas.*] nullus amor vlli vnquam se tam facilem præbuit, cum aduocanti præsto esset, & ad eum statim aduolaret, quin postea recusaret venire. vnde *tardus amor* dicitur elegia 1. supra. & *pennas perdidisse* eleg.11. lib. 2. Per faciles alas, facilis amor intelligitur, vt facili aure Deus eleg.1. supra. sic *grauibus pennis*; amor grauis. eleg. 10. lib. 3.

Quem grauibus pennis verberat ille puer.

& eadem allegoria eleg. 24. lib. 2.

Me modo laudabas, & carmina nostra legebas.
Ille tuus pennas tam cito vertit amor?

Ouid. 1. de rem. Amor.

Debilibus pennis irritus exit amor.

Horat. oda 13. lib. 4.

Importunus enim transuolat aridas
Quercus. (Amor.) Idem de fortuna: oda 29. lib.3. *Si celeres quatit pennas.* Ipse simili allegoria eleg.12. lib.2.

Scilicet alterna quantum iactamur in vnda
Nostraque non vllis permanet aura locis.

& eleg. 9. lib. 2.

Omnia vertuntur, certè vertuntur amores.
Vinceris, aut vincis: hac in amore rota est.

Citra allegoriam eleg.19. lib.2.

Quin ego deminuo curam, quod sæpe Cupido
Huic malus esse solet, cui bonus ante fuit.

V T *non alterna presserit ille manu.*] Vt cum se facilem præbet aduolaturus expandit alas: sic cum se præbet difficilem, easdem comprimit, contrahit, & complicat. sic enim alæ aptæ finguntur Cupidinis brachiis & humeris, ve eius tamen manu præhendi & premi possint. *Premere alas* dixit, vt Vir.1. Æn. *premere habenas.* *Aeterna manu*, vicissim, modo hac, modo illa: vt eleg. 11. huius libri:

Alterna facilis cedere lympha manu.

& eleg. 7. lib. 4.

Alterna veniens in tua colla manu.

Ouid. 2. Fast.

Vulneraque alterna dantque feruntque manu.

sic eleg.12. lib. *Alterna iactamur in vnda.*

& eleg.30. lib. 2.

Spargereque alterna communes cade Penates.

& eleg. 2. lib. 4.

Traycit alterno qui leue pondus equo.

& eleg.4. lib.4. *Alterna lege repende vices.*

N A C *te decipiat.*] ne hac specie inducaris.

Q V O D *fit satis illa parata.*] sic Ouid.1. Fast.

At Deus obscœna nimium quoque parte paratus,
Omnibus ad luna lumina risus erat. Tibull.

Bidens amica, Romuli senis memor Paratur.

In Priapeijs post Pettonium.

Nam quamuis videar satis paratus.

Catull. epigr. 15.

Quem (penem) *tu qualubet, vt lubet moueto.*
Quantumuis, vbi erit foris paratum.

Io Priapeijs epigr. cuius ioitium est,

O nec candidior puella Mauro:
Nam quamuis videar satis paratus
Erucarum opus est decem maniplis.

Ouid. 5. io fabula Arethusæ.

Et quia nuda fui sum visa paratior illi.

huiusmodi est eleg. 23. lib. 2.

Nec finit esse moram siquis adire velit. Apuleius lib. 2. florid. *Coramque virginem imminuisset, paratam, pari constantia.*

ACRIVS *illa subit, Pontice, siqua tua est.*] eadem sententia, supra eleg. 5.

Quod si forte tuis non est contraria votis:
At tibi curarum millia quanta dabit.

Subit, irrepit in animum, insinuatur, ingreditur clanculum. vt el. 11. infra: *Nostri cura subit.* & eleg. 14. *Nec timet ostrino Tulle subire toro.* eleg. 27. lib. 2. *Nec subeant labris pocula nigra tuis.* & eleg. 2. lib. 4. *Iurabis capiti vina subisse meo.* Virg. *Subeunt morbi.*

SI *qua tua est.*] tibi addicta & morigera.

QVIPPE *vbi non liceat.*] Siquidem siue quoniam non concedatur. eleg. 4. lib. 2.

Quippe vbi nec causas, nec apertos cernimus ictus.

Turoeb. cap. 26. lib. 20. *Quippe vbi*, ὅπη. Lucret.

Quippe vbi imaginibus fumi, nebulaue mouentur.

SAOVCERE.] seorsim abducere, & illinc amouere. sic Horat.

Omnes in Damalin putres deponent oculos.

Ipse eleg. 3. supra.

Sed sic intentus harebam fixus ocellis.

Si legimus *subducere*, erit subtrahere, vt eleg. 8. supra. *Nec mihi riualis certos subducet amores.*

OCELLOS *vacuos.*] vel amore vacantes, & liberos factos, vel otio & amore laborantes, qua de re dictum ad eleg. 1. supra:

Et nullo vacuus tempore desit Amor.

NEC *vigilare alio nomine.*] eleg. 4. supra.

Non tibi iam somnos non illa relinquet ocellos.

sceotentia est. Si semper vigilandum est ob vnam tantum causam, & vnius puellæ gratia; valeat ille amor: apage, non placet. Vigilare autem licet alia de causa, vt negotio, studio, ludo. *Aliud nomen*, alia causa, alia ratio, vt apud Plaut. Amphitr. Act. 1. sc. 1. *Argumentis vicit, aliud nomen quærendum est mihi.* nomeo, pro causa: vt Cic. ep. 21. lib. 13. fam. *Eum etiam suo nomine tibi commendo.* & ep. 3. lib. 14. fam. *Eo nomine sum Dirrachij.* Virg. 4. Æneid.

—— *hoc prætexit nomine culpam.* Nomen non de re tantum, sed & de persona. vt eleg. 5. supra: *Quam cito de tanto nomine rumor erit.*

CAOAT *amor.*] discedat, abeat. vt ootat Nonius, & dictum supra eleg. 3.

—— *cedente carina.* sic & eleg. 5. lib. 4.

Cedant damnosa iura pudicitia. id est, valeant, abeant.

QVI *non ante patet, donec manus attigit ossa.*] Qui non ante manifestus est, quonsque ad ipsas medullas arcus & sagitta manu Cupidinis emissa peruenerit. *manus attigit ossa.* vt eleg. 4. lib. 4. —— *plures condit in ossa faces.*

A & elegia 15. libr. 3.

—— *quod veteres custodit in ossibus ignes*

Virg. —— *cui versat in ossibus ignem.*

Ipse eleg. vlt. lib. 2.

Quem tetigit iactu certus ad ossa Deus.

Ouid. in epist. Paridis.

Nec mea sunt summa leuiter districta sagitta
Pectora, descendit vulnus ad ossa meum.

Scaliger quia ooo intelligit *ὡ manus*, ridiculum comminiscitur prouerbium, sic mutata lectione: *Cui non ante patet, donec manus attigit ossa.* quod non vacat refellere. vt nec Palmerij

B commentum: *Donec malus, ab tagit ossa.* Editiones vulgatæ & MS. recte habent *Donec manus attigit ossa.* manu enim tangere etiam is dicitur, qui arcu & sagitta vulnerat. quod paulo ante: *Arcum sentire medullis.* Virg. 9. Æneid. cum dixisset,

—— *fortemque manu fudisse Numanum.*

subijcit, *Sonat vna letifer arcus.*

Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perque caput Remuli venit, & caua tempora ferro
Traycit. & 2. Æneid. *Si fata fuissent*
Vt caderem meruisse manu. Ibidem.

Ipse manu mortem inueniam. id est, gladio & vulnere. & 5. Æneid.

C *Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.*

de arcu & sagitta. Horat. *Domitos Herculea manu Telluris iuuenes.* Tibull. eleg. 1. lib. 2.

Illic indocto primum se exercuit arcu,
Hei mihi quam doctas nunc habet ille manus.

QVISQVIS *es.*] Non vni Pontico, sed omnibus etiam ignotis id canit. sic Tibull. eleg. 3. libr. 2.

At tu quisquis is es cui tristi fronte Cupido
Imperitat. &c. Ouid. 2. de arte.
Ergo age fallaci timide confide figura
Quisquis es: atque aliquid corpore pluris habe.

ASSIDVAS *aufuge blanditias.*] Caue ne satis tibi parato amica assiduè blandiatur, & verborum rerumque illecebris cootiouo delioiat. Blanditiæ non tantum χρηστολογίας, &

D verba animum mulceotia, sed & res ipsæ quibus delinimur, & pellicimur in amorem. Ouid.

Non tibi blanditias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis
Nec sedi gremio sarcina grata tuo.

Ipse eleg. 20. lib. 2.

Nullus erit castis iuuenis corruptor in agris
Qui te blanditijs non sinat esse probam.

id est quibusdam lenocinijs, corruptelis, & illecebris eleg. 13. lib. 3. de muneribus prisco-

E rum amantium, cydooijs malis, cerasis, prunis, vuis, sertis, auiculis.

His tum blanditijs furtiua per antra puella
Oscula syluicolis empta dedere viris.

blanditiæ etiam in rebus, vt io nutu superciliorum, in bibeodo eadem parte poculi, in scribendo vino, *Amo.* Ouid. in ep. Heleoæ:

His ego blanditijs si peccatura fuissem
Flectere. In comitatu Amoris apud Ouid. eleg. 2. lib. 1. Amor.

Blanditia comites tibi erunt, terrorque furorque,

Assiduè partes turba secuta tuas.

& eleg. 4. lib. 1. Amor.

Blanditiæ taceant, sitque maligna Venus.

& eleg. 1. lib. 2.

Blanditias elegosque leues, mea tela resumpsi.

& eleg. 6. lib. 3.

Et mihi blanditias dixit, dominumque vocauit,
Et quæ præterea publica verba iuuant.

& eleg. 10. lib. 3.

Desine blanditias & verba potentia quondam
Perdere. & 1. de arte amandi:

Blanditias ferat illa (epistola) *tuas, imitataq; amātum*
Verba. & 2. de arte.

Blanditias molles, auresque iuuantia verba
Affer, vt aduentu læta sit illa tuo. Ibidem.

Quæ modo pugnarunt, iungunt sua verba columbæ,
Quarum blanditias verbaque murmur habet.

& 1. de remed. Amor.

Et modo blanditias, rigido modo iurgia posti
Nectat. & 2. de Remed.

Nec dic blanditias, nec dic conuicia posti.

Aufugere cum quarto casu iunxit, vt Q. Cicero *Andromeda aufugens conspectum mœsta parētis.* & Petron. *Aufugi iudicium, arena imposui.* Sed puto librarium eius, qui dictabat, pronunciatione deceptum, cum scripsisset Propertius, *O fuge*; nam illud, *O*, non est vocantis, sed reuocantis, & monentis cum gemitu & trepidatione. Tibull. eleg. 4. lib. 1.

O fuge te tenera puerorum credere turbæ!

Virg. eclog. 3.

Frigidus, o, pueri, fugite hinc latet anguis in herba.

& 3. Æneid. *Sed fugite, o, miseri, fugite:* Ipse denique sic clausit eleg. 15. infra:

O nullis tutum credere blanditijs.

Illis *& silices & possunt cedere quercus.*] A blanditijs frangi possunt res durissimæ. *Silicem* ait Seruius in 1. Æneid. *esse speciem lapidis durissimi, vnde excutitur ignis.* Isidor. cap. 3. lib. 16. dictum putat quod ex eo percusso exsiliat ignis. Coniunxit *silices & quercus.* vt Ouidius *lapidem & robur.*

Te lapis & montes, innataque rupibus altis
Robora, te sæue progenuere feræ.

quod ad verbum *Cedere*, & sententiam attinet, sic Anacreon. καὶ δὲ ὃ σίδηρον, ὃ πῦρ, καλὴ τις ἐοῦ.

Nedum *tu possis,*] τὸ nedum hic non sumitur vt eleg. 4. supra: *Nedum si leuibus*, &c. & negandi particula subauditur, Nedum tu possis non cedere. Terent. Heauton. Act. 3. sc. 1. *Satrapes si siet Amator, nunquam sufferre eius sumptus queat; Nedum tu possis.* Q. Cic. de per. Cons. *Nedum intelligant*, pro nedum non. vide Senecam ep. 92. vel τὸ *possis* absolutè positum, pro, satis potens sis & firmus aduersus blanditias, sic M. Antonius apud Ciceronem 13. Philippica. *Aut filius eius, si domi possit, poterit mihi crede.* & 3. Tusc. *Nil doles nisi pes, possunt oculi, possunt latera, pulmones*, &c. Virg. 5. Æneid. *possunt, quia posse videntur.* Apuleius in Apologia. 1. (paupertas) *Delitias ventris & inguinum neque vult vllas, neque potest.* sic eleg. 9. lib. 3.

Turpe est quod nequeas, capiti committere pondus.

Tv *possis spiritus esse leuis.*] A Grammaticis

A appositio dicitur: vt eleg. 19. infra.

Illic formosæ vernant chorus Heroinæ.

& eleg. 10. lib. 3.

Et Niobe lacrymas supprimat, ipse lapis.

Virg. 2. Æneid.

Iuuenes fortissima frustra Pectora.

Ipse eleg. 3. lib. 2.

Qui nullum tibi dicebas iam posse nocere,
Hæsisti, cecidit spiritus ille tuus.

Homo ipse animus, ac spiritus, quia cum spiratio desijt, homo esse desijt. Cic. *Cum dico te, dico animum tuum.*

B Qvare, *si pudor est.*] Si quid te pudet, nisi pudoris egeas; nisi id facias te impudentissimum dicam. est sermo hortantis per increpationem, vt eleg. 12. lib. 2.

Si pudor est, alio trajice tela tua. Virg. ecl. 7.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci. Ouid. eleg. 2. lib. 3. Amor. *tua contrahe crura,*
Si pudor est.

Qvam *primum.*] confestim, eleg. 11. infra.

Tu modo quamprimum corruptas desere Baias.

Errata *fatere.*] culpas tuas; id est tuum amorem qui error animi est, nobis edissere.

C Catul. *Et solatiolum sui doloris*
Credo, vt tum grauis acquiescit error.

sic vet. lib. vbi vide notas. Alibi *culpam* vocat, & *peccare*, amare. Errata fatetur Dido 4. Æn.

Anna, fatebor enim, miseri post fata Sichæi, &c.
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

& ecl. 1. *Namque fatebor enim*, &c. Ouid. eleg. 4. lib. 2. Amor.

Non ego mendosos ausim defendere mores,
Falsaque pro vitijs arma mouere meis.
Confiteor, siquid prodest delicta fateri,
In mea nunc demens crimina fassus eo.

& alibi. ——— *ignoscite fasso.*

D Cic. *Sit erranti medicina confessio.*

Dicere *quo pereas sæpe in amore leuat.*] τὸ *Quo* referri potest ad verbum amore, quod sequitur; vel per se stat, vt apud Horat. oda. 6. lib. 1. *Siue quid vrimur.* Perire cum sexto casu eleg. 4. supra. *Sunt maiora quibus Basse perire iuuat.* & eleg. 24. lib. 2.

Credo ego iam multos ista perijsse figura.

leuat, leuiorem curam & amorem reddit. vt eleg. 14. infr. *Quid releuant varijs serica textilibus.* Cicero ad hanc rem ep. 15. lib. 1. ad Att. docet magno solatio & leuamento esse, posse in amici sinum effundere dolorem suum & curam.

E Plato Symposio. Καίτοι τὸ φανερῶς ἐρᾶν τοῦ κρύφα. Catull.

Flaui delicias tuas Catullo,
Ni sint illepidæ, atque inelegantes,
Velles dicere, nec tacere posses.

AD ELEGIAM X.

Ad Gallum.

O.] sic exorditur eleg. 15. lib. 2.

Ivcvnda *quies.*] supra eleg. 3.

Dum me iucundis lapsam sopor impulit alis. dicitur ibidem &, *mollis quies*, & *dulcis quies*: Virg. 6. Æneid. contra eleg 18. infra:

Et datur inculto tramite dura quies.
& Tibull. eleg.4.lib.3.
Dy meliora ferant, nec sint insomnia vera,
Quæ tulit hesterna pessima nocte quies.
Quies hîc neque plane somnus, neque vigilia vt patet versu 7. infra.

PRIMO *amori.*] Gallus contactus nullis antecupidinibus vt elegia 5. supra indicat. *Primus amor*, vt eleg.1. supra:
Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.

AFFVERAM *testis conscius amori.*] τὸ *amori* iungi potest cum verbo *affueram*, vel cum *testis*, vt Virg. *Testes sunt flumina Nymphis.* & Cicero pro Quinctio. *Quis huic rei testis est? Testis conscius, dic τὸ αὐτό.* nisi forte *testis* referatur ad *Amorem conscius* ad *lacrymas.* eleg. 13. infra ad eundem Gallum:
Hæc ego non rumore malo, non augure doctus.
Vidi ego, me quæso teste negare potes?
Conscius potest iungi cum *amori.* Cicero pro Cluenrio, *Conscius facinori*: & 6. Verrina: *Conscius temeritatis.* & *Conscius de rebus* epist.penult. lib.2. ad Att.

IN *lacrymis*] coniungi potest cum *affueram*, vel cum *conscius.* Cic. 2. de Orat. *Eum qui in Paulli pugna non affuerat.* Idem epist.15. lib.1. ad Att. *Qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conscius es.* porro lacrymis gaudet amor. eleg.12. & 13. infra versu 16.

O *noctem meminisse, mihi iucunda voluptas.*] O quam suauis mihi recordatio illius noctis! *Iucunda voluptas*, quia potest esse quædam voluptas iniucunda, cui dolor admistus sit. Sic Lucret. lib.2.
Non quia vexari quemquam est iucunda voluptas.
& ipsa voluptas à Cicerone definitur 2. de finib. *Iucundus motus in sensu.* An est otiosum epitheton? vt eleg.13. infra: *Demens furor.* & apud Plautum *malitia mala.* Apud Virgilium contra 6. Æneid. recordatio noctis acerba.
Namque vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus nosti, & nimium meminisse necesse est.

O *quoties.*] Virg. ecl.3.
O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est.
Ouid. in ep. Paridis:
O quoties dices, quam pauper Achaia nostra est.

VOTIS *illa vocanda meis.*] nox precibus veneranda vt talis redeat. vocantur votis dij, cum vouendo aliquid ab ijs petimus, vt adsint & faueant. Virg. 1. Æneid.
——Vocabitur hic quoque votis. Idem.
Et votis iam nunc assuesce vocari. Idem.
—— votisque vocaueris imbrem. Horat.
Votisque, amnibusque & precibus vocat. vel ergo Deos rogat illam noctem. aut similem, vel ipsam noctem veneratur, vt Deam. sic alibi. *Testis sidere tota corona Dea.* Horatio quoque & Euripidi. & Virgilio nox Dea.

TE *complexa.*] Iniectis collo manibus. συμπλεκῶς, vt eleg. 6. supra.

MORIENTEM.] languentem ad mortem. Plaut. Curcul. sc.3. Act.1. *Pariter hos perire amando video, vt misere moriantur?* aliàs *moliuntur.* Apuleius: *Occidet moriturus.* Auson. *Illa manu moriens telum trahit.* Petron. *moriens, non deficiens.*

A Ipse el.13. infr. ad eundem Gallum eadem de re
Vidi ego te toto vinctum languescere collo.

PVELLA.] Amica, Lycoride fortasse.

IN *longam ducere verba moram.*] vix longo temporis spatio loqui posse. Virg. 3. Æneid. *Vix pauca furenti Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco.* *Ducere verba*, vix elicere de pectore. Virg. 1. Æneid.
Suspirans, imoque trahens à pectore vocem.
Idem 2. Æneid.
—— Gemitus imo de pectore ducens. vel ad lentam pronunciationem referendum. Virg.
B 4. Æneid. *—— longas in fletum ducere voces.*
Ipse infr. el.15. *Et fletum inuitis ducere luminibus.*
Ducere in longam moram, vt Virg. ecl.9.
Causando nostros in longum ducis amores.
Hac de re dictum el.5. supra ad eundē Gallum:
Cum tibi singultu fortia verba cadent. Item.
Et quæcunque voles fugient tibi verba querenti.

QVAMVIS *labentes premeret mihi somnus ocellos.*] Fessos & inclinatos comprimeret & clauderet. & eleg.15. lib.2.
Illa meos somno lassos patefecit ocellos
Ore suo. & eleg.1. lib.2.
C *Seu cum poscentes somnus declinat ocellos.*
supra eleg. 3.
Donec iucundis lapsam sopor impulit alis.
& labi in somnum dixit Petronius. & ipse eleg. 2. lib. 4. *Vidi ego labentes acies*; id est inclinatas. Labentes oculi, *qui se laissent aller au sommeil.* Catull. in Aty.
Piger his labantes languore oculos sopor operit.
An *labentes oculos*, natantes? nam labi, natare. Sic Virgilio 5. Æneid.
Cunctantique natantia lumina soluit:
Premere oculos, Ouidio comprimere.
Ille meos oculos comprimat, ille tuos. Catull.
D *Somnis nec tegeret quiete ocellos.* Virg.9. Æn.
—— pressitue oculos. Tibull. el. 4. lib.3.
Pressit languentis lumina sera quies. el.3. supra.
compositos oculos dixit. Ouid. eleg.3. lib.3. Trist.
Nec mandata dabo: nec cum clamore supremo
Labentes oculos claudet amica manus.
vbi labentes oculos morienti tribuit vt & Fabius in procemio lib. 6. de filio moriente. *Tuosne ego, (o mea spes inanes) labentes oculos, tuum fugientem spiritum vidi?* Oculi autem primi sopiuntur: vnde Plaut. Milite Act.3. sc.2. *Pa. Qui libitum est illi condormiscere? Luc. Oculis opinor. Pa. Non te istuc rogito, scelus.* vnde *videre somnum*
E *oculis* dicitur.

ET *luna ruberet.*] quia sidera ignea & ignis rubet, rubere, pro lucere & micare. sic eleg. 10. lib. 3. *Ante meum stantes sole rubente torum.* alio modo dicitur rubere luna, cum ventos portendit. Virg.1. Georg.
At si virgineum suffuderit ore ruborem
Ventus erit, vento semper rubet aurea Phœbe.

MEDIIS *cælo equis.*] hypallage pro equis iam cœlo in medio. id est, cum medium cœli spatium iam lunæ currus confecisset. noctis autem meridiem significat, vt Varronis verbo vtar. Virg. 10. Æneid. *—— almaque curru*
Noctiuago Phœbe medium pulsabat olympum.
& 6. Æn. *—— torquet medios nox humida cursus.*

Theocr. Idil. 15.
ὕπω τὰ μέσα τὸν δρόμον ἄντυγι ἄρμα Σελάνα.
Nondum media cœli spatia confecerat currus lunæ. vbi currum lunæ tribuit, vt Virgilius supra & Tibull.
Cantus & è curru lunam deducere tentat.
equis autem fingit eam vehi, aut currum eius trahi: cum alij mulos aut iuuencas lunæ tribuant. Festus: *Mulus vehiculo lunæ adhibetur, quod tam sterilis ea sit, quam mulus, vel quod vt mulus non suo genere, sed equis creetur; sic ea solis, non suo fulgore luceat.* Auson.
Iam succedentes quatiebat luna iuuencas.
Fulgentius in procemio lib. 1.
Astrigeroque nitens diademate luna bicornis
Bullatum bijugis conscenderat aera tauris.
vbi *tauris* dixit feminino genere, vt apud Festum. Apud Homerum luna maribus vehitur equis. Ouid. in epist. Canacees.
Denique luciferos luna mouebat equos.
& eleg. 5. lib. 2. Amor.
Aut vbi cantatis luna laborat equis.
& lib. 1. de rem. Amor.
Vt solet in niueis luna vehetur equis. & 3. Fast.
Signaque quæ longo frater percenseat anno
Ire per hæc vno mense sororis equos. & 4. Fast.
Postera cum cœlo motis Pallantias astris
Fulserit, & niueos Luna leuarit equos.
lego lauarit. & 5. Fast. initio.
Et vos lunares exsiluistis equi. & el. 3. lib. 1. Trist.
Lunaque nocturnos alta regebat equos. Manil.
Quadriiuges vt Phœbus equos, & Delia bigis.
Stat. 8. Thebaid. —— *sed vesper opacus*
Lunares iam ducit equos. & 12. Thebaid.
—— *lunaribus obuia bigis.*
Tibull. el. 4. lib. 2. —— *& qualis vt orbem*
Compleuit versis luna recurrit equis.

Non *tamen à vestro potui secedere lusu.*] seorsim abire à vestra nequitia, blanditijs, osculis & amplexu. Ludere, *ἀφροδισιάζειν*; Plauto *nuptias facere*, & *facere quod nouæ nuptæ solent.* dictum ad illud Catulli: *Ludite vt lubet, & breui liberos date.*

Tantvs *in alternis vocibus ardor erat.*] Ignem & amorem spirabant sermones vestri, licet interrupti, quia dixit: *In longam ducere verba moram.* eleg. 15. infra simile est epiphonema.
Tantus erat demens inter vtrosque furor.

Sed *quoniam non est veritus concredere nobis.*] non dubitasti committere nobis amores tuos, quod periculosum est etiam amico, vt docet eleg. vlt. lib. 2. & Ouid. sub finem lib. 1. de arte amandi. Ideo Tibull.
Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. & ipse el. 25. lib. 2. *In tacito cohibe gaudia clausa sinu.*

Accipe *commissæ munera lætitiæ.*] id est concrediti gaudij præmia. *τὸ accipe* est tradentis. Virg. *Hos tibi dant calamos, en accipe, Musa.* Item. *Accipe & hæc manuum tibi quæ monimenta mearum Sunt, puer-munera* hîc *ἀντίδωρα*; *redhostimenta* opinor veteres Latinos dixisse. Catull. præmia vocat. *Talia qui reddis pro dulci præmia vita.*
Idem: *Ac te his supplicijs remunerabor.*
sic eleg. 23. lib. 2.
Deinde vbi pertuleris, quos dicit fama labores
Herculis, vt scribas Muneris ecquid habes?

A Non *solum vestros didici reticere dolores.*] consueui silentio premere ægritudines & amoris mala, quia supra dixit, *morientem.*

Est *quiddam in nobis maius, amice fide.*] anacolouthon, siue enallage numerorum: *Didici in nobis.* vt eleg. 1. lib. 2.
Non hæc Calliope, non hæc mihi cantat Apollo,
Ingenium nobis ipsa puella facit.
& eleg. 13. infra:
Quid mihi desidiæ non cessas fingere crimen
Quod faciat nobis conscia Roma moram.
Ibidem. *Inuidiæ fumus? num me Deus obruit?* fides, pro fideli silentio, Horatio: vnde Te-
B rent. *fide & taciturnitate,* Sic eleg. 18. infra:
Si modo sola queant saxa tenere fidem.
id est non eliminare & prodere commissa. *est quiddam* vt eleg. 33. lib. 2.
Est quiddam quod nos quærere cogat Amor.

Possvm *ego diuisos iterum coniungere amantes.*] Didici reducere in concordiam discordes. Beroaldus legit *diuersos*, & fatetur tamen ab alijs legi *diuisos*. si *diuersos*, à diuertendo deducit, vnde *diuortium*. si, *diuisos*, sic sæpe loquitur, vt infra eleg. 12. —— *an quæ*
Lecta Prometheis diuidis herba iugis. Ibidem.
Tam multa illa meo diuisa est millia lecto.
C & eleg. 17. lib. 2.
Ne nos diuideret, quamuis diducere amantes
Non queat inuitos Iuppiter ipse duos.
& elegia 33.
Quæ Dea iam cupidos toties diuisit amantes?
vnde *diuidiam* dictam puto ægritudinem ex illa diuisione amoris. vet. lib. *diuulsos*, vnde legendum puto: *diuulsos.* Horat. od. 13. lib. 1.
—— *nec malis Diuulsus querimoniis,*
Suprema citius soluet amor die.
Coniungere, verbum amoris vnde coniuges & coniugium.

Et *dominæ tardas possum aperire fores.*] Ianuæ
D recludendæ rationem teneo. vide eleg. 16. infra. *Tu nunquam reserata meos admittis amores.* eleganter Plaut. Curcul. *Viden vt dormiunt pessuli pessimi.* Aperire fores, vt Terent. Eunuch. *Qui nunc fortunatus vno digito fores aperis.* Trabea apud Ciceronem 4. Tuscul. *Aduenens vno digito impellam ianuam, fores patebunt.* fores tardæ, vt eleg. 1. supra: *tardus amor.*

Et *possum alterius curas sanare recentes.*] Quomodo potest alterius, qui suas non potest? nam dixit: *Cum mihi nulla mei sit medicina mali.* Sed malus ipsius iam inueterauit. *Curas sanare* dixit, vt Tibull. eleg. 3. lib. 2.
E *Nec potuit curas sanare salubribus herbis.*
Ipse eleg. 17. lib. 3.
Hoc mihi quod veteres custodit in ossibus ignes
Funera sanabunt, vel tua vina malum.
Addidit *recentes*, quia inueterato morbo difficilius medemur. Ouid. 1. de remedio amor.
Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi
Ibidem. *Principiis obsta, serò medicina paratur,*
Cum mala per longas conualuere moras.
Cicero 5. Philipp. *Omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratum fit plerumque robustius.* vide Prouerbium *initiis mederi*, & Senecam cap. 1. de Consolat. ad Martiam sub finem. *Curas sanare*

sanate dixit, quia animi morbus amor. Catull. A
Ipse valere opto & tetrum hunc deponere morbum.
Tibull. *Et saneo morbo cum iuuat ipse dolor.*
Alias legitur: *pœnas.* id est, furias vel dolores, vt *rettecere dolores.*

NEC *lenis in verbis est medicina meis.*] At id negauit supra: *Cum mihi nulla mei sit medicina mali.* sed de se negat, de alijs fatetur. Græcorum est senarius apud Plutarch. in consolat. ad Apollonium ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, quem ita vertit P. Syrus. *Animo ægrotanti medicus est oratio.* Dicitur & λόγοι λύπης φάρμακον. Item. ὁ λόγος ἰατρὸς τῶ κατὰ ψυχὴν πάθους. Isocrates in orat. de B pace: ταῖς ψυχαῖς ταῖς νοσούσαις οὐκ ἔστιν ἄλλο φάρμακον πλὴν λόγος. Horatius:
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem Possis.

CYNTHIA *me docuit.*] E Cynthia didici malo meo. dictum ad illud eleg. 1. supra.
Donec me docuit. Item eleg. 9.
Me dolor & lacryma fecere peritum.

SEMPER *quæcumque petenda.*] Aphæresis pro expetenda, vt eleg. 3. supra, *cedente carina.* Horat. sat. 1. l. 1. *——fugienda petendis Immiscere.* & sat. 3. eiusdem libri. C
Diuidit vt bona diuersis, fugienda petendis.
& ep. 7. lib. 1.
Qui semel aspexit quantum dimissa petitis Præstent, maturè redeat, repetatque relicta.

QVÆQVE *cauenda forent.*] fugienda. Scaliger ait in lib. vet. legi: *quærenda*, vnde legit *verenda.* malo vulgatam lectionem. sic Ouid. 6. Fast. *—— tempora tedis*
Apta requirebam, quæque cauenda forent.

NONNIHIL *egit amor.*] Adiuuit aliquid, vt est ingenij sollertis. qua de re dictum ad el. 1. supra. *In me tardus amor non vllas cogitat artes.*
Nonnihil agit, qui efficit aliquid: vt el. 32. lib. 2. D
Nil agis, insidias in me componis inanes.
Ouid. eleg. 4. lib. 3. Amor.
Dure vir, imposito tenera custode puella, Nil agis.

TV *caue ne tristi cupias pugnare puella.*] aduersari iratæ: eleg. 7. supra vers. penult.
Tu caue nostra tuo contemnas carmina fastu.
Caue ne ἀρχαϊκῶς. Terent. Eunuch. Act. 4. sc. 6.
Caue ne hanc amittas, *Tristis puella*, sæua & irata, vt adnotatum ad illud eleg. 6. supra.
—— illa minatur
Quæ solet irato tristis amica viro. ὦ *Cupias* abundat, vt *velis* in edictorum formula. Præceptum hoc Propertij conuenit cum illo Plauti in E Amphitr.
Num tu scis? Baccha bacchanti si velis aduorsarier Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius.
Si obsequare vna resolvas plaga. Ouid. 2. de arte amandi: *Cede repugnanti, cedendo victor abibis.*
& eleg. 2. lib. 1. Amor.
Cedimus? an subitum luctando accendimus ignem? Cedamus: leue fit quod bene fertur onus.
vide illud eleg. 7. lib. 3.
Semper in iratam pallidus esse velim. Huc pertinent quæ de obsequio dicta sunt supra.

NEVE *superba loqui.*] Cic. 4. Tuscul. *Tantalo Poëtæ apud inferos saxum impendere faciunt, ob scelera animique impotentiam, & superbiloquentiam. superba loqui*, vt supra eleg. 7. *Fortia verba cadent.* & eleg. 9. lib. 2. *In nostrum iacies verba superba caput.* & Tibull. *Magna loquor.* & Ouid. 13. in oratione Vlyssis *—— nunquam nisi magna loquenti.* & eleg. 4. lib. 5. Trist.
Ille nec melius ceridi quem magna locutum Reppulit à Thebis Iuppiter igne suo.

NEVE *tacere diu.*] Nam, vt ait Ouid. Sæpe simultates ira morata facit. Apud Aristotelem lib. 8. Ethic. prouerbium memoratur. πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. Multas amicitias silentium diremit. ἀπροσηγορία, non quoduis silentium est, sed illud cum iratus amico amicus cum salutare & alloqui non vult. Auson. Paulino ea de re. *Amicæ Amyclas perdidit silentium.*

NEV *siquid petijt.*] vt procaces sunt mulieres. Horat. *Et si quid petet, vltro Defer.* Pentemimeris autem fulcit versum.

INGRATA *fronte negaris.*] Minimè grata & iucunda, sed tristi, seuera, tetrica, superba. Id enim ingratum proprie significat. Horat. od. 5. lib. 1. *Ingrato celeres obruit otio Ventos.* & od. 10. lib. 3. *Ingratam Veneri pone superbiam.* Ipse el. vlt. l 2. *Non tamen hæc vlli venient ingrata legenti.* Q. Cicero de petitione Consulatus, docet belle ac iucundè negandum esse quod facere non possis, quia fronte & oratione magis, quam re homines capiantur. vbi plura hac de re. Ipse eleg. 22. lib. 2.
Quod si forte aliquid vultu mihi dura negarat, Frigida de tota fronte cadebat aqua.

NEV *tibi pro vano.*] id est, tanquam homini mendaci & futili. Is enim latinis vanus, vt ait Gell. cap. 4. lib. 18. & sic eleg. 3. supra.
Vano credulus auspicio. & eleg. 5. lib. 3.
Omnis enim debet sine vano nuncius esse.
Pro vano dicitur vt Iurisconsultis, *pro diuiso, pro indiuiso, pro emptore, pro possessore.* Sic Plaut. Menæch. sc. 5. Act. 5. *Hoc quidem Aedepol haut pro insano verbum respondit mihi.* Idem Capt. sc. 4 Act. 3. *pro ignoto me aspernaris.* Sueton. in Claudio. cap. 37. *pro deprehenso ad pœnam rapi.* & in Nerone. cap. 31. *Pro comperto polliceri.* frequens in eo genere Corn. Tacit.

VERBA *benigna.*] *Promissa magnifica, dicta dapsilia.* Plauto Pseud. & *lingua larga.* benigni, liberales Cic. 1. Offic.

CADANT.] excidant; ex ore profluant. vide annotata ad eleg. 5. supra. *Fortia verba cadent.*

IRRITATA *venit.*) irriratur. de hoc genere sermonis dictum ad eleg. 5. supra vers. vlt.
Non impune illa rogata venit. Irritare non ab ira, vt quidam putant, qui simplicir scribi volunt, sed à verbo irrire, quod canum est cum ringi incipiūt, & r litterā exprimūt. Lucillius: *Irritata canes quod homo quam planius dicit.* Vide Nonium, & Donat. in Andr. & in Adelph. ad eam irritationem canum restrictis dentibus allusit Plautus Captiuis. *Ne canem quidem irritatam quisquam imitari voluit. si non riderent, denses vt restringerent.*

QVANDO *contemnitur illa.*] A repugnāte videlicet, superbo & fallente. Arist. l. 2. Rhetor. scribit amicos amicis irasci magis, quam ceteris si se videant καταφρονεῖσθαι. id est contemni.

R

NEC *meminit.*] didicit, consueuit. vt eleg. 1. supra. *Nec meminit notas, vt prius, ire vias.*

IVSTAS.] iustæ minæ quæ iure fiunt. vt contra eleg. 7. supra. *Iniustas sæpe tulisse minas.* sic Virg. 10. Æn. *Iustæ quibus est Mezentius ira.* vel iustæ, magnæ, vt eleg. 1. lib. 2.

Et vitæ & morti gloria iusta meæ.

PONERE *læsa minas.*] Lucret. lib. 5. de mari:

—— leniterque minas ponebat inanes. Ipse el. 10. lib. 3. *Ponat & in sicco molliter vnda minas.* Horat. in arte *—— & iram Colligit & ponit temere.* supra eleg. 9.

Atque vtinam posito dicar amore rudis.

minas, iras. vide el. 7. vers. 12. supra. *Læsa*, alibi *offensa*; *Offensa illa mihi, non tibi amica dedit.*

AT *quo sis humili magis, & subiectus amori, Hoc magis.*] sic eleg. 4. supra.

Quo magis & nostros contendis soluere amores,
Hoc magis accepta fallit vterque fide.

Humilis: odit enim Venus superbiam, & supplicibus fauet, vt aiunt Horatius & Tibullus. vide eleg. 1. de Milanione. Atqui ipse contra eleg. 14. lib. 2.

At dum demissis supplex ceruicibus ibam
Dicebar sicco vilior esse lacu.
Hoc sensi prodesse magis: contemnite amantes:
Sic hodie veniet, siqua negauit heri.

Humilis, fracto animo. vt eleg. 15. lib. 3.

Nunc ô Bacche tuis humiles aduoluimur aris.

quod verbum vitij est, non laudis.

Subiectus, qui paratus est ad obsequium. Virg. 6. Æneid. *Parcere subiectis & debellare superbos.* Ouid. 2. de arte amandi:

Tu neque subiectus: solito neque blandior esto:
Hæc animi multum signa nocentis habent.

EFFECTO *sæpe fruare bono.*] Cum antea malus & iniquus tibi esset, obsequio effeceris bonum & facilem, & ita fructum amoris maiorem capies. *Bonus*, facilis, propitius: eleg. 18. lib. 2. *Quin ego diminuo curam, quod sæpe Cupido Huic malus esse solet, cui bonus ante fuit.* Virg. *Sis bonus, ô felixque tuis.* frui amore vt el. 1. lib. 2. *Laus in amore mori, laus altera si datur vno Posse frui, fruar ô solus amore meo.* eleg. 15. lib. 2. *—— hunc fructum ne desere vitæ.* & eleg. 18. lib. 3.

Semper amet, fructu semper amoris egens.

effecto bono dixit eleg. 15. lib. 2.

Lectule diuitijs facte beate meis.

IS *poterat.*] τὸ, *poterat*, valde sententiam mutat, hoc modo. poterat aliquis felix manere vni puellæ seruiendo; qui nunquam liber erit, quia nunquam vacuum pectus habebit alio amore; sed quaslibet amabit. *poteris*, tamen rectius, & legitur in Beroaldi Codice.

FELIX *vna remanere puella.*] Non magnum est felicem esse, sed maximum felicem remanere, cum felicitas amantium pendeat è fortuna. Atqui vt ipse ait,

Nec firma æternum, aut cuiquam fortuna perennis.

felix vna puella, vt Virg. *Felix morte tua.* & Ouid. *Felix & nato, felix & coniuge Peleus.* Iungitur & cum secundo casu. Horat.

O te Balane cerebri felicem.

QVI *nunquam vacuo pectore liber erit.*] felix,

A inquit, esse poterit vni puellæ seruiendo, qui nunquam liber erit, hoc est vacuo pectore. ita enim dictum, *vacuo pectore*, vt supra eleg. 8.

Non tamen illa meos fugit auara, sinus: nam vt auara, si fugisset: sic vacuo pectore, si liber. An τὸ *nunquam*, repetendum est; qui nunquam liber erit, (quia) nunquam vacuo pectore. Sic el. 16. infr. *Cur nunquã reserata meos admittis amores?* Ibid. *Tu sola humanos quamquam miserata labores Respondes tacitis mutua cardinibus.*

Vacuo pectore, vt eleg. 20. infra.

Id tibi ne vacuo defluat ex animo. & el. 2. lib. 2.

B *Liber eram & vacuo meditabar viuere lecto.*

Vacuo pectore esse potest, amore & otio ipso occupato. vt vacuus amor eleg. 1. vide illic adnotata. Ouid. *Vrit & in vacuo pectore regnat amor.* sed *liber* explicatur melius ferox, ob sententiam superiorum versuum. nam freti libertate feruciores sunt. Sic eleg. 2. lib. 2.

Liber eram & vacuo meditabar gaudia lecto. & el. 9. lib. 2. *Ecquando ire tibi liber sum visus?* Plaut. Curcul. sc. 2. act. 5. *Hem, vt scias me liberum esse, hem tibi.* Ouid. 1. Met. *En ego liber. Ille ferox, &c.*

AD ELEGIAM II.

C *Ad Cynthiam.*

ECQVID.] Donat. in illud Eunuch. *Ecquid nos amas de fidicina ista*, exponit *ecquid*, *Aliquantumne?* vt apud Cic. in Catil. potest sumi pro an; sed ita vt magis incitet orationem.

CESSANTEM.] vel lentam, vt el. 4. supra. *Cum rapto cessat amore Deus.* vel male feriatam & operatam alieno amori, vt eleg. 6. supra.

Nam tua non ætas vnquam cessauit amori.

BAIIS.] Baiæ & Baiarum portus in Campania iuxta Misenum. Plin. cap. 5. lib. 3. & Strabo lib. 5. qui celebrat earum aquas calidas, & Baias dictas scribit à Baio Vlyssis socio. Dio lib. 48. Baias describit, & prorsus depingit. Horat.

Nullus in orbe locus Baijs prælucet amœnis.

D vulgo Italorum dicitur *Golfo di Napoli.* Isidor. cap. penult. lib. 14. *Baiæ olim portus dicebantur à baiulandis mercibus.*

QVA *iaces.*] sita est, vt eleg. 6. supra, *qua tendit Ionia.* Virg. 3. Georg. *tantum campi iacet.* & 6. Æneid. *—— iacet extra sidera tellus.* Sallust. *In medio campus iacet aquis vndique scatens.* D. Brutus epist. 13. lib. 11. fam. *Quem locum (vada) volo esse tibi notum, iacet inter Alpes & Apenninum.*

HERCVLEIS *semita littoribus.*] Diodorus lib. 5. & Strabo item lib. 5. Herculem non procul à Baijs viam muniuisse, vt illac Geryonis boues E traduceret. M. Tull. orat. 1. in Rullum hãc viam Herculaneam multarum deliciarum vocat. simillimus, imò geminus, atq. adeo idẽ locus el. 18. lib. 3. *Clausus ab vmbroso, qua alludit pontus Auerno Humida Baiarum stagna tepentis aquæ.*

Quà iacet & Troiæ tubicen Misenus arena:
Et sonat Herculeo structa labore via.

Semitam, pro via posuit improprie; nam viam vocat loco citato. Est autem semita multo minor via. Varro 4. de ling. Lat. *Via quà vehebant: Iter ab itu, qua ibant: semita, qua anguste ibant, quasi*

femi iter. Isidor. cap. 16. lib. 15. *semita à semi itu, & est hominum, vt callu ferarum.* Proprie Ennius: *Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.* vt hic ita & eleg. 9. lib. 4. Improprie: A

Omnis & insana semita nocte sonat.

E*t modo.*] vide elegiam 3. supra vers. 21.

MIRANTEM.] cum admiratione spectatem.

SVBDITA *aequora.*] refertur & cum *Misenis*, & ad, *Thesproti regno.* Inter Misenum enim & Puteolos oram Thesprotiam, est Baianus sinus, vt hic locus describitur à Dione lib. 48. & tres sinus sunt, Puteolanus à sinistra, à dextra Misenus, in medio Baianus. χωρίον μεταξὺ μισηνοῦ καὶ Τυρσηνῶν μηνοειδές, inquit de Baijs Dio loco praenotato. *Subdita*, vt Tibulli lib. 4. B

Inferno Platonis subdita regno. Magna Deûm proles.

R E G N O *Thesproti.*] Apollodoro lib. 3. Thesprotus Pelasgi filius, à quo Thesprotia dicta. huius meminit Charisius lib. 4. vbi agit de transmutatione personarum, cum à nostra ad alteram transimus ex vetere poëta.

Thesprote siquis sanguine exortus tuo

Prolê inter aras sacrâ sacrare (lege sacras) *immolet,*

Quid meritus hic sit an dubium cuiquam siet?

Thesprotia Epira regio Chaoniae proxima. Plin. initio lib. 4. Thesprotida eam vocat Pausanias in Eliacis. Thesprotiae & Chaoniae Cicero meminit 6. ad Atticum. Adrian. Turneb. cap. 15. lib. 11. docet ex Strabone Epirum cuius pars, vt diximus, Thesprotia, totam poene fuisse possessionibus priuatorum Romanorum occupatam, ita vt Thesprotiae reges viderentur. haec ille ad hunc locum. Alexander quoque ab Alexandro cap. 1. lib. 2. Genial. diet. hic toto capite conatur: sed in eo praecipue fallitur, quod *Trachytae*, vel *Te Prutes*, legendum putat, pro Thesproti. Scaliger sic hũc locum exponit. In ora Cumana, quae Graecis Abantum colonijs praetexta erat, sunt Puteoli, quã oram propterea vocat regnũ Thesproti, quia, vt diximus, Thesprotus nomen fecit Thesprotiae Epiri, vnde Ambraciotae Abantes profecti, occuparunt eam oram, vbi fuerunt Cumae. igitur Thesproti regnum ea regio dicitur, à colonis Thesprotijs, vt à Francis colonis Francia, à Burgundis Burgundia, Normanis Normania. Et in medio mari, inquit idem Scaliger erant Baiae, vbi cum esset Cynthia, sinistra puteolos, quae est ora Thesprotia, habebat, dextra Misenos siue Misena littora. Sic erat inter duo maria alterum Misenis, alterum Puteolis subiectum. C D

P R O X I M A.] Scaliger ex libro suo M. S. legit *Et modo*, vt sit repetitio. sed potest & retineri *Proxima*, vt proxima longo interuallo. E

M I S E N I S *nobilibus.*] Portus ille & promontorium dicitur neutro genere *Misenum*, Plinio cap. 5. lib. 3. & Festo in *Misenum*, qui cum Virgilio sentit à Miseno tubicine Troiano dictum esse, vt & ipse Propertius eleg. 18. lib. 3. *Mirum* vero quod numero multitudinis extulit, *Misena* vel *Misenos*; an vt *Illyrias* dixit eleg. 15. lib. 2. & Catullus: *Syrias & Britannias.* Scaliger in Catal. *Misenas*; scilicet vrbes, vt Varro dixit Tarẽtinas nobiles, id est, vrbes tractus Tarẽtini. magis placet esse adiectiuum Misenus, a, um, & legi, vt in vet. lib. *Misenis litoribus*, vt *Romula tellus, Dardana pubes, Aemula ratis* Propertio, & *Hylaeus ramus*, & Ciceroni lib. 13. ep. ad Att. *A ponte Muluio Tiberim duci secundum montes Vaticanos.*

N O S T R I *cura subit.*] subire, clam succedere & irrepere animo, vel inuadere. Virg. 2. Aeneid. *Subit ira cadentem Vlcisci patriam.* & *Subeunt morbi.* & eleg. 9. supra *Acrius illa subit.* Virg. 2. Aeneid.

Subijt cari genitoris imago. id est venit in mentem. Ibidem *Subijt deserta Creusa.* sententia itaque Poëtae est. An tibi curae est ducere has noctes memores nostri? vt eleg. 6. supra.

Nostri non immemor hora. Ouid. 8. Met.

Vitta mediam (quercum) *memoresque tabellae*

Sertaque cingebant. τὸ *nostri* & ad *cura* & ad *memores* referri potest.

A D D V C E R E *noctes*] varia hic lectio est. Si, *adducere* retines, mens Propertij erit: *Ecquid cogitas redire, & tecum adducere illas noctes quae te memorem nostri testentur.* An *adducere noctes*, contrahere & breuiores reddere somnos ob nostri memoriam? Si *abducere*, quod lib. vet. Mureti & Scaligeri, hoc sensu opinor. ecquid sollicita es, quod noctes mihi abducis & eripis? An legendum subducere, id est subtrahere, vt alibi: *furanda copia noctis.* An *subducere noctes*, enumerare singulas, quod faciunt quibus longa videtur expectatio, vt ipse eleg. 33. lib. 2.

Cynthia iam noctes est operata decem.

Virg. 6. Aeneid. ——*rebarque futurum*

Tempora dinumerans. an, *has ducere noctes*, vt eleg. 14. infra. *Ducit amore diem*, & eleg. 6. lib. 4.

Sic noctem patera, sic ducam carmine.

Sed vet. lib. Memmij *traducere*, quod & verum & apertum.

E C Q V I S *in extremo restat amore locus.*] Si te non totam extremus amor occupauit. vt el. 7. lib. 4. *Si te non totum Chloridos herba tenet.* *extremus amor*, cui nihil accedere potest, vt eleg. 5. supra *vltima mala.* & eleg. 6. *extremae nequitiae.* Sed legendum videtur, *externo*, vt eleg. 3. supra. ——*querebar*

Externo longas saepe in amore moras. An ita te viris externis, inquit, mancipasti, vt nulla mihi pars in amore tuo supersit?

A N *te nescio quis.*] Contemptim de riuali, vt Tibull. *Nescio quem tota callida nocte souet.* Ouid. eleg. 10. lib. 3. Amor.

Ergo ego nescio cui, quem tu complexa tenebas

Excubui, clausam seruus vt ante domum?

Ipse eleg. 23. lib. 3. *Nescio qua visa est formosior?*

S I M V L A T I S *ignibus.*] amore ficto. contra eleg. 9. supra vers. 17. *vero nec tangere igni.* vide eleg. 6. supra vers. 7.

H O S T I S.] inimicissimus, riualis. Ouid. eleg 6. lib. 1. Amor.

In riuali oculos, sicut in hoste, tenet.

& 2. de rem. Amor.

Hunc quoque quo nimium quondam riuale dolebas

Vellem desineres hostis habere loco.

S V S T V L I T *è nostris Cynthia carminibus.*] Nomen habere noluit in libris nostris. eius enim causa te non amplius celebrabo, tuasque laudes è libris meis delebo.

ATQVE *vtinam.*] eleg.9. supra. vers.8.

MAGE.] potius. mage & magis, vt pote & potis, fortasse & fortassis. Virg.10. Æneid.

Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.

TE *remis confisa minutis.*] Remi minuti sunt, qui Virgilio & Catullo dicuntur *palmulæ.* Titinnius Lemnijs *remulos* vocat, apud Nonium in *Celox. Remulis sensim celox ab oppido processerat.* Iuuenal. sat. 15.

Et breuibus pictæ remis incumbere testæ.

Sic eleg.3. lib.3. duobus remis agitur cymba.

Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.

Minutis, vt el.29. l.2. *Turba minuta* (cupidinum.) B & eleg.13. *Minuta ossa.*

PARVVLA *lucrina cymba moretur aqua.*] Detineat captam voluptate, vt eleg.1. *sua quemque moretur Cura.* vide illic annotata. *Cymba*, nauicula piscatoria, vt ex Nonio in *Cymba*, & Cic. 3. de offic. intelligitur. Græci Κύμβην vocant, vnde genus poculi *Cymbium.* De lacu & sinu Lucrino iuxta Baias Strab. lib.5. Dio lib.48. Plin. cap.5. lib.3. & Seruius ad illud, 2. Georg.

An memorem portus Lucrinoque addita claustra? *fructuosus*, inquit, *ille locus populo Romano ob copiam piscium.* Festus in *Lacus Lucrinus*: In vectigali- C bus publicis primus locatur Lucrinus lacus, ominis boni gratia. vulgo *mare morto* dicitur.

AVT *teneat clausam.*] bene tectam & conditam vt tempestas nocere non possit. vt eleg.8. supra: *Dicite quo portu clausa puella mea est.*

TENVI.] Virg.4. Georg.

Aut in aquas tenues dilapsus abibit. Ouid.2. Fast.

Et tenuem à viuis fontibus affer aquam.

TENTANTIS *in vndis.*] libri quidam vulgati *natitantis*, alij *tentantis*, alij *teneatis, te nauis in alueo, te fluminis alueo.* legendum puto *te fluminis alueo*, vt Virg.7. Æneid.

Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo, Ibidem. D

——optato conduntur Tibridis alueo.

vbi τὸ *conduntur*, respondet τῷ *clausam* Propertij. lib. ver. Scaligeri, *Teutantis.* In Codice Vaticano *tentantis, tuctantis, tuetantis*: & adscriptum ad oram libri, *Insula, vel fluuius paruulus.* Scaliger legendum putat: *teuthrantis*: quia Græcum verbum sit aptum Græcæ coloniæ fluuio, quia Silius Italicus, qui solet à fluuijs nomina fingere, Cumanum quendam Teuthrãtem vocet libr. 11. Commemoratur & *Teuthras* Rex Mysorum apud Strabonem lib.12. & 13. ad quos locos vide Casauboni adnotata.

ALTERNÆ.] Natantes enim modo vtramque simul manum, modo alteram tantum mo- E uent. *Alterna manu.* vt eleg.9. supra:

Vt non alterna presserit ille manu. Horat.

Alterno terram quatiunt pede. Ouid.4. Met.

Desilit in latices, alternaque brachia iactans

In liquidis translucet aquis.

FACILIS *cedere.*] Quæ facile pellitur. dictum eleg.2. supra.

Vt sciat indociles currere lympha vias.

facilis vnda, vt apud Tibull. eleg.5. lib.3. quæ est eiusdem argumenti:

Et facilis lenta pellitur vnda manu.

eleg. 20. infra:

Prolapsum leniter facili traxere liquore,

A Virg. ecl.3. *faciles nymphæ.* & 4. Georg. *faciles napeæ. facilis cedere*, vt eleg.9. lib.4.

Et facilis spargi munda sine arte rosa.

& eleg.21. lib.2.

Ah nimium faciles aurem præbere puellæ. Horat. *Irasci facilis.* Stat. in equo Domitiani lib.1. Siluar. *Qui nec in externos facilis sæuire furores.*

LYMPHA.] ὡς τὸ αὐτὸ In *vnda lympha.* Tibull. eleg.7. lib.1.

At te Cydne canam tacitis qui leniter vndis,
Cæruleus placidis per vada serpis aquis.

supra eleg.3. *Intentis hærebam fixus ocellis.*

B & eleg.18. infra: *——& tua flendo*
Lumina deiectis turpia sint lacrymis.

& alia id genus exempla passim.

MANV.] tertio casu, vt eleg.1. lib.2.

Tantaleæ poterit tradere poma manu.

sic eleg.19. lib.2. *Reddere pinu Cornua.*

& eleg.vlt. *Anseris indocto carmine cessit olor.*

QVAM *vacet audire.*] & libeat & sit otium. Virg.1. Æn. *Et vacet annales nostrorũ audire laborũ.* Charis. lib.4. *Dicitur vaco mihi esse, pro do ei operam, & vaco mihi ia.* Sic hoc loco *vacare*, date operam aurium. vacat vno verbo significat, quod C Cicero pluribus dixit initio partitionum; *si est otium, & si vis.* Horat. sat.1. lib.1.

Si vacas, & placidi rationem admittitis, edam.

BLANDOS *susurros.*] id sic expressit Ouid. 4. Met. *Tutaque per illud*

Murmure blanditiæ minimo transire solebant.

nam susurri taciti sunt sermones amantium, cum quasi in aurem ganniunt, quod Plautus *murmurillum* vocat in Rudente: *Nolo murmurillum, neque susurrum fieri.* Horat. oda 9. lib.1.

Lenesque sub noctem susurri. Theocrit. Id. 2. ἐψιθυρίσδομες ἁδύ, & susurrabamus suauiter. & Id. 27. ἀλλήλοις ψιθύριζον, inter se susurrabant.

D ALTERIVS.] vide eleg.3. supra vers.36.

MOLLITER.] propter gramen. el.3. supra. *Molliter impresso conor adire toro.* & el.17. infra: *Molliter & tenera poneret ossa rosa.* & eleg.14. *Tu licet abiectus Tiberina molliter vnda.*

IN *tacito littore.*] vbi nullus ventorum & fluctuum sonus. eleg.15. lib.3.

Litore sic tacito sonitus rarescit arenæ. Horat. od.29. lib.3. *Caretque ripa vagis taciturna ventis.* Virg.8. Æn. *——tacita refluens vbi substitit vnda:* sic & *mansuetis litoribus* eleg.17. infra dixit.

COMPOSITAM.] iacentem, vt adnotatum ad illud 3. eleg. supra.

E *Subiecto leniter positam tentare lacerto.* el.20. infr. *Mollia composita littore fronde tegit.* id est substrata. Ouid. eleg.4. lib.1. Amor.

Si bene compositus somno, vinoque iacebit.

VT *solet amoto custode.*] Amouetur custos cum arte aliqua, & per speciem ablegatur tantisper dum puella voto potiatur. Aliter dixit Horat. in arte.

Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet equis. De custodia puellarum Tibull. eleg.2. lib.1.

Nam posita est nostræ custodia sæua puellæ.

Ouid. eleg.4. lib.3. Amor.

Dure vir imposito teneræ custode puellæ
Nil agis. Iuuenal. sat.6.

Pone seram, cohibe. sed quis custodiet ipsos
Custodes? cauta est, & ab illis incipit vxor.

A

Ipse eleg.6. lib.2.

Quos igitur tibi custodes, quæ limina ponam?

Labi autem dicitur puella, quæ stuprum admittit, *qui se lasse aller.* nam *labi* & *peccare* dicuntur amantes, vt *culpa* dicitur & *vultus lubricus.* de hoc verbo dictum ad eleg.1. supra.

At vos qui ferè lapsum reuocatis amici.

& infra el.13. ad illud: *Primo lapsus adire gradu.*

Perfida.] periura. vel in genere omnes perfidæ, vt eleg.28. lib.2.

Quidquid iurarunt ventus & vnda rapit.

B

vel propriè Cynthia. vt eleg.8. supra.

Sed quocunque modo de me periura mereris.

& eleg.15. infra.

Desine iam reuocare tuis periuria verbis
Cynthia.

Commvnes *nec meminisse Deos.*] communes dij sunt, *vel qui vbique ab omnibus coluntur* (inquit Seruius in 12. Æneid.) *vel qui modo his, modo illis fauent.* vnde ξυνὸς ἐνυάλιος, Mars communis, & victoria, & Mercurius commonis prædæ participandæ: vel qui ab vtraque parte adhibentur ad iusiurandum. Virg.8. Æneid.

C

Communemque vocate Deum. & 12. Æneid.

In medioque focos, & dijs communibus aras
Gramineas. Cornel. Tacit. lib.20. hoc est 5. Histor. *Rediisse vos in corpus, mentemque Germaniæ, communibus dijs, sed & præcipuo deorum Marti grates agimus.*

Non *quia perspecta non es mihi cognita fama.*] Non quia non te bene norim ex hominibus explorato sermone, & existimatione. *cognita perspecta,* ὡς τὸ αἰδῶ. vide adnotata ad versum 12. huius elegiæ supra. sic eleg.16. lib.2.

D

Non quia peccaris testor te, sed quia vulgò
Formosis leuitas semper amica fuit.

eadem sententia, iisdem pene verbis. eleg.29. lib.2. *——sat erit mihi cognitus vnus.*

id est certus amicus. Catull. *vos vnis senibus bona cognita bene femina.* Perspecta, *perspicere,* inquit Donat in Andr. *est ad plenum & perfectum videre.*

Sed *quod in hac omnis parte, timetur amor.*] Omni, inquit, amori diffidere solemus, cum sine arbitris & custodibus nactus est occasionem labendi & peccandi. Duæ autem sunt quasi partes in amore, spes & metus. Nam aut amori nostro confidimus aut diffidimus. sæpius tamen in alteram diffidentiæ propensiores sumus; præsertim cum amotis custodibus puellæ liberum est peccare. Cicero ep.3. lib.8. ad Attic. eodem sermone vtitur. *Ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, quod plura in ea parte verba fecerim.* Idem pro Sex. Roscio cum quarto casu: *Peccant in eam partem, quæ est cautior.*

E

Ignosces *igitur si quid.*] Catull. ad Manlium: *Ignosces igitur, si, quæ mihi luctus ademit,*
Hæc tibi non tribuo munera cum nequeo.

Libelli.] pro versiculis & poëmatis, el.9. supra. *I quaeso, & tristes istos depone libellos.*

& el.14. lib.2. *Sat sit magna mei si tres sint pompa libelli.* Martialis.

Absoluis lepidos nimirum Auguste libellos
Qui sis Romana simplicitate loqui.

de epigrammate, *Quod futuit Glaphyren.*

Attvlerunt *triste.*] vt eleg.3. supra. *portare timores,* & eleg.6. supra vers.24.

Nostri *culpa timoris eris.*] Culpam omnem timor noster sustinebit. τὸ *nostri* referri potest & ad *libelli* & ad *timoris,* mutato casu. culpam autem confert in timorem, vt eleg.6. lib.2. *Omnia me lædent, timidus sum, ignosce timori*
Et miser in tunica suspicor esse virum.

Ouid. *Res est solliciti plena timoris amor.*

& 7. Met. *——sed cuncta timemus amantes.*

Virg.4. Æneid. *Omnia tuta timens.* Quod legitur *eris* non placet; quod *timentis,* ferri potest. *Erit culpa timentis,* id est, ideo peccaui quia timeo. An nostri libelli? an nostri timentis, pro mei?

An *mihi sit.*] eleg.6. supra. *An mihi sit tanti.*

& eleg.8. *An tibi sum gelida vilior Illyria?*

Virg. *An quicquam nobis tali sit munere maius?*

Maior *cara custodia matris.*] An ego matrem seruem & custodiam diligentius, ne quid ei mali accidat? Matrem autem adhoc Propertio tum vixisse intelligimus ex eleg.1. lib.4.

Ossaque legisti non illa ætate legenda
Patris, & in tenues cogeris ipse lares.
Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo,
Matris & ante Deos libera sumpta toga est.

Sed eleg.20. lib.2.

Ossa tibi iuro per matris & ossa parentis.

Si legas. *maior cura* erit hypallage. pro maiori curæ.

Avt *sine te vita cura sit vlla mea.*] An absque te vita mihi iuconda, ac non potius acerbissima sit. In eam sententiam Horat.

Ab te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis, quid moror altera. Item.
Quid nos? quibus te vita sit superstite
Iucunda, si contra grauis. Virg.
——haud quicquam mihi dulce meorum
Te sine frater erit. Ipse eleg.28. lib.1.
Si non vnius, saltem miserere duorum.
Viuam, si viuet: si cadet illa, cadam.

Apuleius lib.10. *Amo & cupio, & te solum diligo; at sine te iam viuere nequeo.*

Tv *mihi sola domus.*] gentis & familiæ instar. *Domus,* pro familia vt eleg.9. lib.3.

Iuppiter infamat seque suamque domum. & eleg. vlt. lib.4. *Et domus est titulis vtraque fulta suis.*

Ouid. 4. Fast.

Tota domus læta est, hoc est materque paterque
Nataque, tres illi tota fuere domus.

& in Met. in fabula Baucidis: *Tota domus duo sunt.* Horat. *Socraticam domum.* Virg. *domus Aeneæ.* & *domus Assaraci.*

Tv *Cynthia sola parentes.*] parentes hic de sola matre, nam patrem amiserat Propertius, vt liberi etiam de vno dicuntur 7. Æneid. quoniam parentum nomine vnus tantum intelligi possit, dixit: *Innocat, & duplices cæloque Ereboque parentes.* Cœlo scilicet Venerem, Ereba Anchisen. Iurisconsoltis & Festo paretes etiã vsque ad tritauos: sed & *maiores* in infinitũ dicuntur. huic loco non absimilis eleg.7. lib.2.

Tu mihi ſola places, placeam tibi Cynthia ſolus.
Hic erit & patrio ſanguine pluris amor.
& eleg.18. libri eiuſdem:
Cum tibi nec frater, nec ſit tibi filius vllus:
Frater ego, & tibi ſim filius vnus ego.
Homer. Iliad. 6. inducit Andromacham ſic alloquentem Hectorem:
Ἕκτορ ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ ϗ πότνια μήτηρ
Οὐδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.

OMNIA *tu noſtra tempora lætitiæ.*] Quocunque tempore lætamur, id tibi omne acceptum ferimus.

SEV *triſtis veniam, ſeu contra lætus amicis.*] Siue mœrẽtem, ſiue gaudentem me amici viderint. *veniam*, pro, ero, vide notata ad verſ. vlt. eleg. 5. ſupra. An *veniam amicis*, pro ad amicos, vt eleg. 15. infra. *Ire viro nouo* ? Sic locutus de fortu'na. Albin. ad Liuiam.
Quæ tamen hoc vno triſtis tibi tempore venit.

QVIDQVID *ero.*] eleg. 9. infra:
Quidquid ero, ſemper tua dicar imago.
eleg. 20. lib. 2.
Quidquid eram, hoc animi gratia magna tui.
Virg. 1. Georg.
Quidquid eris: nam te nec ſperent tartara regem.
Tibull. lib. 4. in Panegyrico:
Sum quodcumque tuum eſt.

DICAM *Cynthia cauſa fuit.*] propter Cynthiam ita ſum affectus animo; ſi facilis, lætus: ſi dura, triſtis. eleg. 18. infra.
An noua triſtitiæ cauſa puella tuæ? & eleg. 16.
Sed tu ſola mei, tu maxima cauſa doloris.

TV *modo.*] Virg. 2. Æneid.
Tu modo promiſſis maneas. Ipſe eleg. 20. lib. 2.
Tu modo ne dubita de grauitate mea.

QVAM *primum.*] vide eleg. 9. ſupra verſ. penult.

CORRVPTAS *deſere Baias.*] diſcede Baijs, vbi nihil ſani & integri. alterum ex altero datur intelligi, quia corrupti alios corrũpunt, & ſui ſimiles efficiunt: vnde Baiæ & corruptæ, & corruptrices. vnde Plaut. Aſin. ſc. 2. Act. 5.
Is porro corruptus ſuum corrumpit filium.

MVLTIS *iſta dabunt litora diſsidium.*] hæc Baiarum & Cumarum ora maritima afferet diſtractionem amoris. *Dare diſsidium*, vt *dare malum, damnum, cladem, ruinam, ſtragem. Diſsidium* Donatus in Phorm. *diuortium* interpretatur, quaſi ſit à diſcedendo. Alijs placet *diſcidium* dici, à diſcindendo, vt *gratia male ſarta reſcinditur*, Horatio. Virg.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus,
Ipſe el. 24. lib. 2.
Diſsidium vobis proximus annus erit.
Tibull. eleg. 5. lib. 1.
Aſper eram, & bene diſsidium me ferre loquebar.
Catull. *Sed fratris cari flebile diſsidium.*
Plaut. Pſeudolo: *Harum voluptatum omnium, diſtractio, diſcidium, vaſtities venit.* Sed & à diſſidendo venire poteſt, quia diſſentientes & inimici ſimul ſedere, & aſſidere non amant. Sueton. in Tiberio cap. 7. *Cum Iulia primo concorditer vixit, mox diſſedit.* Auſon. *Quidquid impar diſsidet.* Alij libri, *diſceſsit.*

LITTORA.] Baiana. de hac iteratione *li-*
A *tora, littora.* vide verſ. 25. & 26. eleg. 3. ſupra.

QVA *fuerant.*] Quid fuerant? an eſſe deſierunt? An hoc dicit antea caſtas oderant; nunc Cynthiam caſtam, & vno contentam viro admittunt? ſed fortaſſe legendum eſt, *feruent*, ob ſulphuratas aquas & calidas, vel ob frequẽtiam & celebritatem. ſic Virg. *Iam feruere littora flãmis.* Item. —— *opere omnis ſemitá feruet.*

CASTIS *inimica puellis.*] vt eleg. 1. ſupra: *caſtas odiſſe puellas.*

AH *peream.*] vide eleg. 6. ſupra verſ. 12.

BAIÆ *aquæ.*] De Baijs Mart. epigr. 30. lib. 1.
B Cicero pro M. Cælio, & ep. 13. lib. 1. ad Attic. de ijs & earum corruptelis Seneca epiſt. 51. id eſt prima lib. 5. vbi *diuerſorium vitiorum Baias* vocat, quamuis vulgo legatur, *diuerſorum*. ſed emenda, *diuerſorium*. *Aqua Baiæ* figura ἐπίθεσιν, vulgo Grammaticorum appoſitio, vt eleg. 9. ſupra: *Nedum tu poſsis ſpiritus eſſe leuis.* An δὶς τ᾽ αὐτὸ, vt *libra pondo, lapis ſilex*? an per ſe ſtat *Baiæ*, & per ſe, *aquæ*. Cicero pro Plancio: *Me vnum ex ijs feci, qui ad aquas veniſſent.* nempe puteolanas ſiue Baias. & *Aquæ*, dicta oppida quædam ob aquas calidas, vt *Aquæ-Sextiæ, mortuæ, Tarbellæ.* ſic dixit eleg. 17. lib 3.
Humida Baiarum ſtagna tepentis aquæ.
C Horat. od. 4. lib. 3. *Seu liquidæ placuere Baiæ.*
Ouid. 1. de arte amandi:
Quid memorem Baias, prætextaque littora velis,
Et quæ de medio ſulphure fumat aquam.
Hinc aliquis vulnus referens in pectore, dixit:
Non hæc, vt fama eſt, vnda ſalubris erat.
Stat. 4. Syluarum in Lyrico ad Max. Iunium.
Non tamen portu retinent amœno Deſides Baiæ:
vel *Baiæ aquæ*, pro Baianæ, ſubſtantiuum, pro epitheto.

CRIMEN *amoris.*] dedecus & infamia, vt el. 28. lib. 2. *Clam formoſa tuum mortua crimen erit.* & el. 30. lib. 2. *Hoc ſi crimen erit, crimen amoris erit.* & eleg. 4. lib. 4.
Quantum ego ſum Auſoniis crimen futura puellis.
Ouid. epiſt. Sapphus.
D *Ne ſim Leucadiæ mortua crimen aquæ.*
& eleg. 1. lib. 2. Triſt.
Quid ſi ſcripſiſſem mimos obſcœna iocantes
Qui ſemper iuncti crimen amoris habent?

AD ELEGIAM XII.

QVID *mihi.*] vide adnotata ad verſ. 1. eleg. 4. ſupra.

DESIDIÆ *non ceſſas fingere crimen.*] Cic. non deſinis me inſimulare inertiæ & ignauiæ, nam deſidiam crimen putabant, & eo nomine voca-
E bant amorem. quod refellit Ouid. eleg. 9. lib. 1. Amor. quam ſic claudit:
Ergo deſidiam quicunque vocabit amorem
Deſinat, ingenij eſt experientis amor.
de crimine deſidiæ, quæ dicebatur Athenienſibus ῥᾳθυμίας δίκη, vide Plutarch. in Lycurgo. Ipſe el. 11. l. 3. *Criminaq. ignaui capitis mihi turpia fingis.* fingere, eſt inſimulare falsò. Feſtus: Inſimulare, crimen in aliquem confingere. Ouid.
—— *finxit factumq. probauit Crimen.* Ipſe el. 22. lib. 3. *Non bona de nobis crimina ficta iacis.*

Q V O D *faciat nobis conscia Roma moram.*] alij libri: *Quod faciat nobis Cynthia, Roma moram.* alij, *causa.* Quidem legunt: *Roma in amore moram.* quomodo loquitur elegia proximè sequenti:

Certus & in nullo quæris amore moram.

& eleg. 3. supra:

Externo longas sæpe in amore moras.

Sed vulgata lectio placet, *Conscia.* id est testis amorum meorum & arbitra Roma me detinet. id est Roma scit me Cynthiam amare; & ob eam illic me detinet. vt eleg. 5. lib. 2.

Hoc verum est tota te ferri Cynthia Roma,
Et non ignota viuere nequitia.

B Hic me amor, inquit, Romæ moratur, & iterum reddit, vt eleg. 6. supra negat se Roma discedere posse ob Cynthiæ amorem. Hic tamen docet abesse Cynthiam, ideoque se falsò accusari. *Facere moram*, vt sæpissimè Iurisconsulti, & ipse eleg. 1. lib. 4.

Et facerent veri pondera lenta moram.

Virg. eclog. 10.

Nam neque Parnassi, nobis iuga, nam neq. Pindi
Vlla moram fecere. Fab. cap. 2. lib. 10.

Quod non tam moram faciet, quam nouos impetus dabit. Lipsius cap. 10. Var. legit *notam*, pro, *moram*. sed non persuadet. refertur autem τὸ *nobis* & ad C *conscia*, & ad *faciat*.

T A M *multa, Quantum*, &c.] Anacolonthon, vt eleg. 3. lib. 2.

Nec me tam facies, quamuis sit candida, cepit,
Lilia non domina sunt magis alba mea, &c.
Quantum quod posito formose saltat Iaccho.

& eleg. 21.

Vltima talis erit, quæ mea prima fides.

& eleg. 21. lib. 3.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Virg. eclog. 4.

O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,
Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta.

D Plaut. Menech. sc. 1. act. 1. *Quam magis intendas, tanto adstringunt arctius.*

I L L A.] notat Donatus in Terent. Andr. act. 2. sc. 1. *Daturne illa Pamphilo nuptum?* amatoriè, de nota, certaque persona; vt Virg.

Solam nam perfidus ille Te colere.

& eleg. 5. supra:

Non est illa vagis similis collata puellis,
Molliter irasci non solet illa mihi.

& eleg. 14 infra:

Nam sine optatam mecum trahat illa quietem.

Tibull. eleg. 6. lib. 3.

Sed procul à nobis hic sit timor, illaque sicca,
Quid valeat læsi sentiat ira Dei.

M E O *diuisa est millia lecto.*] τὸ diuisa ostendit diuortium, vt eleg. 10. infra:

Possum ego diuisos iterum coniungere amantes.

& infra hac elegia. ——*an qua*

Lecta Prometheis diuidit herba iugis.

vide Macrob. cap. 15. lib. 1. Saturn. vbi *vidua* dicitur, *quasi ve Idua*; id est, valde à viro diuisa. *Multa millia*, vt eleg. 5. supra:

At tibi curarum millia quanta dabit.

Multa millia, supple, passuum. Catull.

Aut si es mihi millibus treceniis. Item:
Vos porro dicite multis millibus.

A Supple hominum. Ipse eleg. 3. lib. 4.

Quod sine aqua Parthus millia currat equus.

Supple, passuum. spatium illud *milliarium* vocabant, quod octo stadiorum fuisse docet Plutarch. in Gracchis. Idem in Galba, milliarium fuisse docet in capite fori Romani columnam auratam (quamuis aureum milliarium dicatur) in quam incisæ omnes Italiæ viæ terminabantur. *Meo lecto diuisa.* id est, tam longè à me, meoque toro disiuncta, eleg. 18. lib. 2.

Ipse tuus semper tibi sit custodia lectus.

eleg. 24. lib. 2.

Et decor lecto iam grauis esse tuo. eleg. 3. lib. 4.
Incorrupta mei conserua fœdera lecti. el. 3. supra:
Tandem te nostro referens inuicta lecto.

Tibull. eleg. 12. lib. 4.

Nulla tuum titulis subducet femina lectum.

vet. gl. Discretus lectus, ἀπόκοινος. vide *Amansit* in eodem gloss.

Q V A N T V M *Hypanis Veneto dissidet Eridano.*] Seruius in illud 4. Georg. *Saxosumque sonans Hypanis*, Ponti fluuium Hypanin esse ait. Strabo ni lib. 7. Scythiæ fluuius est, proximus Borysthenì. Apud eundem lib. 15. est etiam Indiæ fluuius. vide Plin. cap. 12. lib. 4. Cic. 5. Tusc. & Arist. 5. de Nat. Animal. Apud eundem bestiolas (vermiculos Plinius vocat) nasci scribit, quæ vnum modo diem viuant. Solinus principem ait esse amnium Scythicorum, potui inutilem ob amaritiem aquarum nescio cuius fonticuli in ipsum influentis. *Dissidet*, diffitus est. *Sidere*, situm esse, vt *iacere*, eleg. 11. supra: *Qua iacet Herculeis semita litoribus.* Diffidete, diuersum esse. Virg. 7. Æneid.

Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris
Dissidet, externam reor. id est, à sceptris nostris seiuncta est. *Eridanus Venetus* appellatur, quia in mare Adriaticum effunditur, cui adiecti Veneti, & hoc flumine Venetias nauigatur. vide Plin. cap. 16. lib. 3. Dictus Eridanos ab Eridano solis filio, qui alio nomine Phaëthon vocatur ob exustionem illam mundi.

N E C *mihi consuetos amplexu nutrit amores.*] nec solitos amores sinu suo fouet, alit & auget. *Consuetos*, vt Terent. Andr. act. 1. sc. 1. *Vt consuetum facile amorem cerneres.* Ouid. 1. Fast.

Filia consuetis vt erat comitata puellis.

vide eleg. 7. supra vers. 5. *Nutriuit amores*, vt Ouid. 1 Met. ——*Sperando nutrit amorem.*
& alibi: ——*ignes*

E *Ipse suos nutrit cura remouente soporem.*

& 1. de Remedio Amor.

Verba dat omnis amans, reperitq. alimenta morando.

Item: *Hæc (otia) sunt iucundi causa, cibusque mali.* Virg. 4. Æn. *Vulnus alit venis.* Ouid. 3. Met.

Aspicere, & misero præbere alimenta furori.

Ipse eleg. 21. lib. 3.

Ipse alimenta sibi maxima præbet amor.

& eleg. 4. lib. 4. *Vesta culpam alit.* Theocrit. in Cyclope: Οὕτω τοι Πολύφαμος ἐποίμαινε τὸν ἔρωτα. sic Polyphemus pascebat amorem:

N E C *nostra dulcis in aure sonat.*] eius sonum & vocem iucundam auribus non amplius accipio. Cynthiæ vocem suauem, & verba ostendit, eleg. 2.

Vnica nec desit iucundis gratia verbis.
eleg. 31. lib. 2.
Hic locus est in quo tibia docta sones.
Martial. epigr. 109. lib. 5.
Inter femineas tota qui luce cathedras
Desidet, atque aliqua semper in aure sonat.
Tibull. eleg. 5. lib. 1.
Dulce sonant tenui gutture carmen aues.
Horat. oda 12. lib. 2.
Me dulcis dominæ Musa Lycimniæ
Cantus, me voluit dicere lucidum
Fulgentes oculos. Plaut. Curcul. & Pseudol. *Cuia vox sonat?* Tibull. eleg. 4. lib. 2.
Hinc fletus, rixæque sonant.
Epigramma Petronij, aut incerti auctoris, hoc est in catalectis:
Garrula quid totis resonas mihi noctibus auris?
Nescio quem dicis, nunc meminisse mei.
Hic quis sit quæris? resonant tibi noctibus aures,
Et resonant totis. Delia te loquitur.
Non dubiè loquitur me Delia; mollior ora
Venit, & exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter secreta silentia noctis
Submissa, ac tenuis rumpere voce solet.
Non aliter teneris collum complexa lacertis,
Auribus admotis condita verba dare. Item:
Agnoui: vera venit mihi vocis imago:
Blandior arguta tinnit in aure sonus.

O l i m.] ouper. *Olim*, quondam & pridem, etiam de spatio exiguo temporis, & parua mora longum amanti videtur tempus.

G r a t v s *eram*.] Placebam, carus & acceptus etam. vt eleg. 8. supra: *Illi carus ego.* eleg. 2. supra: *Hic tu semper eris nostræ gratissima vitæ.* & eleg. 19. infra:
Quatum nulla tua fuerit mihi Cynthia formâ
Gratior. Horatio oda 9. lib. 3.
Donec gratus eram tibi.

N o n *illo tempore cuiquam Contigit.*] illo tempore, quo mihi adspirabat amor nemini datum est à fortuna. Dooat. ad illud Andriæ. *Hanc tibi expetiui, contigit. Contigisse*, inquit, *dicitur quod vix euenit.* hic de prospero euentu, vt eleg. 13. lib. 2. *Hæc vbi contigerint, populi cõfusa valeto Fabula.* Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Hoc mihi contingat.* Aliquando contra in malam partem. Cic. 13. Philipp. *Quod tibi tuisque contingat.* & ita loquitur, quia fortuna io amore dominatur, vt dictum eleg. 6.
Me sine, quem voluit semper fortuna iacere.

V t *similis posset amare fide.*] vt tantam in amore constantiam præstaret. Fidem suam prædicat, vt eleg. vlt. lib. 3.
Quinque tibi potui seruire fideliter annos:
Vngue meam morso sæpe querere fidem.
eleg. 24. lib. 2.
Tu mea compones, & dices ossa Properti
Hæc tua sunt. eheu tu mihi certus eras.
& eleg. 20. lib. 2.
Vltima talis erit, quæ mea prima fides.
Ouid. eleg. 3. lib. 1. Amor.
Accipe qui pura norit amare fide.

I n v i d i æ *fuimus.*] aliquis nobis inoidit. solet enim felicitatis esse comes inuidia; atque illa duplex est, vel Deorum: vnde subiicit: *Num me Deus obruit*: vel hominum; vnde subiicit, *An*

A *quæ herba diuidit*, de veneficio. esse iouidiæ vt esse, voluptati, curæ, molestiæ, odio. & *Inuidiam* propriè dixit, *quia tum est cum inuidetur*, inquit Cicero.

N v m *me Deus obruit.*] Deos vel fortuoa, vel Nemesis, vel Amor ipse & Venus. nam Deus etiam de Dea dicitur vt notom ex Virgilio & Macrobio. *Obruit*, his malis mersit, & oppressit me per inuidiam. Virg. 11. Æneid.
Inuidisse Deos, patrijs vt redditus oris,
Coniugium optatum, & pulcram Calydona viderem?

A n *quæ Lecta Prometheis diuidit herba iugis.*] an herba quæ decerpta in verticibus caucasi distrahere potest amores & dissoluere. vide adnotata ad eleg. 10. supra vers. 15.
B
Possum ego diuisos iterum coniungere amantes.
Promethea iuga, Caucasus ipse cui Prometheus olim affixus. Mart. epigr. 46. lib. 9. Virg.
Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei.
ipse eleg. 1. lib. 2.
Idem Caucasea soluet de rupe Promethei.
Brachia. Turneb. cap. 1. lib. 18. *Promethea iuga*, inquit, *Propertius vocat Caucasum vbi nascebatur ex cruore Promethei aconitum.* Ausonius:
C
Vnde Prometheo de corpore sanguineus ros
Adspergit caules, & dira aconita creat cos.
Sic lego non, *dura.* Ouid. el. 16. lib. 2. Amor.
Quaque Prometheo saxa cruore madent.
E Caucaso legebaotur à veneficis herbæ ad incantationes. Seneca in Medea:
Congerit in vnum frugis infaustæ mala,
Quæcunque generat inuius saxis Eryx,
Quæ fert opertis hyeme perpetua iugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei.
A Virgilio *Ponto lecta venena* adhibentur.

N o n *sum ego, qui fueram.*] felix scilicet. nam quod ad fidem, negat se mutatum. Cic. ep. 3.
D lib. 7. fam. *Vetus est: vbi non sis, qui fueris, non esse cur velis viuere.* Plaut. Pseud. *Quasi solstitialis herba paulisper fui.* id est, florui. Virg. *Fuimus Troes.* Ouid. eleg. 8. lib. 3.
—— *& quid sim, quid fuerimque subit.*
& eleg. 1. lib. 4.
Dum vice mutata qui sim, fuerimque recordor.
Cic. ep. 16. lib. 3. ad Att. *Me velis esse aliquem, quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum.* Plaut. Menech. sc. 2. act. 3. *Non Hercle is sum, qui sum, nisi hanc iniuriam vlcus fuero.* & Asin. sc. 2. act. 1. *Ego pol te faciam, vt quæ sis nunc, & quæ fueris scias.*

E M v t a t *via longa puellas.*] quantum ob oculis absunt, tantum ab animo. *mutat*, vt eleg. 4. vers. 2. supra:
Mutatum domina cogis abire mea.
longa via. vt eleg. 19. lib. 3.
Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas,
Vt me longa graui soluat amore via.
Tibull. eleg. 7. lib. 2.
Et seu longa virum terræ via, seu vaga ducent
Æquora. & eleg. 1. lib. 1.
Nec semper longæ deditus esse viæ.
& eleg. 3. *Tellus in longas est patefacta vias.*
Ouid. *In longas orbem qui secuere vias.*

Q v a n t v s *in exiguo tempore fugit Amor.*]

eadem exclamatio eleg. 17. lib. 3. de morte Marcelli:

Tot bona tam paruo clausit in orbe dies.

Quantus amor. de cuius magnitudine eleg. 8. supra: *Fugit*, nou rediturus se ex oculis & conspectu proripuit statim. Horat. oda 13. lib. 4.

Quo fugit Venus, heu, quoue color decens.

& oda 11. lib. 2.

Fugit retro Leuis iuuentas. Virgil.

Sed fugit interea; fugit irreparabile tempus.

Item: *Optima quæque dies miseris mortalibus æui*
Prima fugit. sic eleg. 24. lib. 2.

Amor tuus pennas tam citò vertit Amor.

Ouid. epist. 3.

Quo leuis a nobis tam citò fugit Amor?

In *exiguo tempore.*] vt Catull. de coma Berenices:

Si reditum tetulisset is haud in tempore longo.

Nunc *primum.*] Cic. initio lib. 1. de legibus. *Qui nunc primum huc venerim, satiari non queo.*

Longas *solus cognoscere noctes.*] Apollodorus apud Athenæum: Τοῖς γὰρ λυπηροῖς καὶ μεριμνῶσιν ἅπασα νὺξ ἴσως φαίνεται μακρά. Longæ noctes amantibus sine amica, quas amaras vocat el. 1. supra. Horat.

Vt nox longa quibus mentitur amica.

Idem: *Me tuo longas pereunte noctes Lydia dormis.*

ipse eleg. 17. lib. 3.

Semper enim vacuos nox sobria torquet amantes.

amantes vero absque amica sua soli sibi videntur etiam in turba: Virg. 4. Æneid. & Plaut. Amphit. *Cognoscere*, sentire, experiri, discere, & scire quid sit solum cubare, vt eleg. 9. supra:

Infernæ vincula nosse rota.

Cogor.] eleg. 7. vers. 8. supra:

Et *ipse meis auribus esse grauis.*] me ipsum querelis obtundere, onerare aures sic dixit eleg. 30. lib. 2. *Illorum antiquis onerentur legibus aures.*

& eleg. 25. lib. 2.

Et dicor lecto iam grauis esse tuo.

Q. Curtius lib. 8. *In quo Rex cum multo incaluisset mero, immodicus æstimator sui celebrare, quæ gesserat cœpit, grauis etiam eorum auribus, qui sentiebant vera memorari.* idem valet eleg. 20. lib. 2.

Quidue mea de fraude Deos, insana, fatigas?
(querelis)

Felix *qui potuit.*] Virg. 2. Georg.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Præsenti *flere puellæ.*] præsentem puellam præsens lacrymis suis mouere. dixit *Præsenti*, quia sibi absentem Cynthiam, nec licet alloqui, nec precibus & lacrymis suis flectere, vt antea fecit eleg. 8. supra. Flere iungit cum tertio casu, vt eleg. 15. infra:

At non sic Ithaci digressu mota Calypso
Desertis olim fleuerat æquoribus.

& eleg. 20. —— *indomito fleuerat Ascanio.*

Tibull. eleg. vlt. lib. 1.

—— *quater ille beatus*
Quoi (ita lego) *tenera irato flere puella potest.*

sic eleg. 6. lib. 2.

Nam ferus ille, suæ, plorabit sobrius idem.

& eleg. 6. lib. 3.

Quæ tibi si veris animis est questa puella.

& Virg. *Risit pater optimus olli.*

A Nonnihil *aspersis gaudet Amor lacrymis.*] multum Amor lacrymarum velut aspergine delectatur. τὸ *nonnihil* κατὰ μείωσιν, pro multum, eleg. 10. supra: *Nonnihil egit Amor.* eleg. 3. li. 2.

Nonnihil ad verum conscia terra sapit.

Est autem hypallage, *adspersis gaudet lacrymis.* pro adspergi gaudet. non enim adsperguntur lacrymæ, sed adspergunt, vt eleg. 24. lib. 2.

Cui non his verbis aspergat tempora sudor?

Virg. eclog. 10.

Nec lacrymis crudelis Amor: nec gramina riuis
Nec cythyso saturantur apes.

ipse eleg. 8. lib. 3.

B *Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem:*
Siue meas lacrymas, siue videre tuas.

Avt *si despectus.*] *contemptus*, supra eleg. 5. *Neglectus*, eleg. 7. supra. Virg. eclog. 2.

Despectus tibi sum, nec quis sim quæris Alexi.

& 4. Æneid. *Despectus Iarbas.*

Potvit *mutare calores.*] eleg. 18. infra:

An quia parua damus mutato signa calore.

& eleg. 15. lib. 2.

Quam possim nostros aliò transferre calores.

eleg. 8. lib. 3.

Nimirum veri dantur mihi signa caloris.

C Horat. *Non enim posthac alia calebo femina.*

Ouidij autem præceptum est in remedio amoris, amores mutare; quia

Successore nouo tollitur omnis amor.

Lucret. lib. 4.

Inque dies gliscit furor, atque ærumna grauescit,
Si non prima nouis conturbes vulnera plagis:
Aut alio possis animi traducere motus.

Svnt *quoque translato gaudia seruitio.*] est & aliqua voluptas in mutandis amoribus. *Transferre seruitium*, vt *transferre calores.* & Horat. oda 15. Epodon:

Eheu translatos aliò mœrebis amores.

D ter vero idem dixit, *mutare calores, transferre seruitium, aliam amare.* Seruitium de amore eleg. 5. supra: *Graue seruitium*, & eleg. 4. supra:

Hoc magis assueto vincere seruitio.

vbi vide adnotata ex Tibullo & Virgilio.

Mi *neque amare aliam, neque ab hac discedere fas est.*] sic eleg. 7. lib. 2.

Nam potius paterer caput hoc discedere collo
Quam possem nupta perdere amore faces.

Abire domina dixit eleg. 4. supra vers. 1. *Neq. fas est*, non mihi licet, neque possum id facere. *Fas*, δυνατόν.

Cynthia *prima fuit, Cynthia finis erit.*] cō-

E mutatio *prima, finis: fuit, erit. Prima*, vt eleg. 1. vers. 1. supra, *finis*: Horat.

Age iam meorum finis amorum.

Virg. *A te principium, tibi desinet.* ipse el. 1. l. 2.

Vna meos quondam prædata est femina sensus,
Ex hac ducentur funera nostra domo.

& eleg. 21. lib. 2.

Vltima talis erit, quæ mea prima fides.

Albin. ad Liuiam:

Tu concessus amor, tu solus & vltimus illi.

Ouid. 14. Metam.

—— *tu primus & vltimus illi*
Ardor eris.

AD ELEGIAM XIII.

Ad Gallum.

TV, *quod sæpe soles, nostro lætabere casu.*] more tuo nostro malo & infortunio gaudebis. vnde eleg. 5. supta; *Inuidum Gallum* vocauit. Inuidiæ autem proprium est alieno casu & infortunio lætari. Cicero 4. Tuscul. *Maleuolentia, lætans malo alieno.* Ibidem: *Maleuolentia, voluptas est ex malo alterius sine emolumento suo.* Laërt. in Zenone: Επιχαιρεκακία, ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. Ouid. de Inuidis:

Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.

QVOD *abrepto amore.*] per vim abducta amica, eleg. 4. supra:

Non vllo grauius tentatur Cynthia damno,
Quam sibi cum rapto cessat amore Deus.

eleg. 8. lib. 2.

Eripitur nobis iam pridem cara puella.

mox: *Tantus in erepto sæuit amore dolor.*

eleg. 13. lib. 2.

Vnus hic quondam seruus amoris erat.

Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Gratia magna Ioui: vetuit pater ipse valere,
Iurasset cupide quidquid ineptus amor.

id est, amans.

SOLVS *vacem.*] in lecto vacuo iaceam, *quod mihi cesset Deus*, eleg. 4. supra: *quod vacuus sim, sed ingrato*, vt Horatius loquitur, *otio.* eleg. 10. lib. 2.

At tu non vna potuisti nocte vacare
Impia, non vnum sola manere diem.

eleg. 2. lib. 2.

Liber eram, & vacuo meditabar viuere lecto.

AT *non.*] eleg. 15 infra:

At non sic Ithaci digressu mota Calypso.

Virg. 2. Æneid. *At non ille satum*, &c.
& 7. Æneid. *At non sic Phrygius.*

NON *ipse tuas imitabor perfide voces.*] nec tecum loquar, nec sentiam. Quorum orationem imitamur eorum plerumque & mores sequimur. Non dicam, vt soles, fallendæ fallaces puellæ; sed contra fallere te puellæ nolint. Aliud est imitari voces in auibus, vt coruo & Psitaco.

FALLERE *te nunquam Galle puella velit.*] polliceri velit, quod postea neger, vel fidem dare & frangere: *Fallere velit*, pro fallat, vt in edictorum formulis: sic supra eleg. 10.

Tu caue ne tristi cupias pugnare puellæ.

Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Vel cum promittit subitò, sed perfida fallit:
Est mihi nox multis euigilanda malis.

Ouid. *Esse Deos credamne, fidem iurata fefellit.*
ipse eleg. 15. lib. 2. dixit: *Mentiri noctem.*

DVM *tibi deceptis augetur fama puellis.*] dum te tua perfidia nobilitat. *Deceptis puellis*, circumuentis fraude & iureiurando, vt eleg. 17. lib. 2.

Periuras tunc ille solet punire puellas
Deceptus quoniam fleuit & ipse Deus.

& eleg. 22. libri eiusd.

Colchida sic hospes quondam decepit Iason.

Augetur tibi fama, crescit nomen vt Horat. oda 12. libr. 1.

Crescit occulto velut arbor æuo Fama Marcelli.

sic pro lege Manilia:

A *Hac victoria Regis opes & nomen auxit.*

ipse eleg. 21. lib. 2.

Dispeream si quicquam aliud, quam gloria de te
Quæritur. id est, te decipere vult.

CERTVS *& in nullo quæris amore moram.*] τὸ *certus* explicandum vt supra illud eleg. 8.

Non tamen illa meos fugit, auara sinus.

vide illic adnotata. *Certus*, fidus. Ennius:

Amicus certus in re incerta cernitur.

ipse eleg. 24. lib. 2.

Eheu tu mihi certus eras.

& eleg. vlt. eiusd. libri:

Quod si non constans illa, & tam certa fuisset.

B *Moram quæris in amore*, qui morari, & permanere diu in eo vult. & simile hoc est illi: *Sua quemq. moratur Cura.* eleg. 1. supra. Item eleg. 8.

Nec te mea cura moratur.

Amor, puella, vt versu 2. huius elegiæ.

PERDITVS *in quadam.*] τὸ *in quadam* contemptim, & iungi potest cum *perditus*, vt dixit eleg. 6. supra: *Periere in amore*: sed melius per se stat. Qui amat, periit. Virg. *Vt vidi, vt perij.* Idem eclog. 2. *Immisi floribus Austrum Perditus.* Idem eclog. 6.

Perdita nec sera meminit decedere nocti. Ouid.
Perdita ne perdam timeo. vnde *perditè amare.*

C *In quadam*, Lycoride opinor.

TARDIS *pallescere curis.*] sero & tardo amore, de quo dictum ad illud eleg. 7. supra:

Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

Pallescere in quadam, quandam amare quod pallor indicat, vt notatum ad eleg. 1. supra vers. 22, Ouid. eleg. 5. lib. 3 Amor.

Inachus in media Bithynide pallidus ipse
Dicitur, & gelidis incaluisse vadis.

& lib. 1. de arte amandi:

Pallidus in Lyricen siluis errabat Orion:
Pallidus in Lenta Naide Daphnis erat.

& ep. 1. *Nomine in Hectoreo pallida semper eram,*

D Ipse eleg. 8. lib. 3.

Semper in iratam pallidus esse velim.

Pallescere in quadam, vt Ouid. 2. Met.

Dum redit, itque frequens in virgine Monacrina
Hæsit. & lib. 6.
Te quoque mutatum toruo Neptune Iuuenco
Virgine in Aeolia posuit.

Horat. oda 11. Epodon:

Amore, qui me præter omnes expetit
Mollibus in pueris, aut in puellis vrere.

Catull. Ariad.

In flauo sæpe hospite suspirantem.

PALLESCERE *incipis.*] vt Virg. 3. Georg.

E *Fluctus vti in medio cœpit cum albescere ponto.*

Ibidem:

Sin in processu cœpit crudescere morbus.

& 1. Georg. —— *aut freta ponti*
Incipiunt agitata tumescere.

ET *primo lapsus adire gradu.*] prouerbium illi simile; *Rideo te canterium in porta*, & illi: *In limine primo deficimus.* Labi quid sit, dictum ad eleg. 1. supra: *Et vos qui sero lapsum reuocatis.* & el. 11. sup.

Vt solet amoto labi custode puella. sic el. 3. lib. 2.
Hæsisti, cecidit. & el. 9. supra: *Ecce iaces. Adire*, ad eam accedere suppliciter, vt eleg. 9. supra:
Supplexq. venis ad iura puellæ. & eleg. vlt. lib. 2.

Solum te nostros lætor adire Deos.

& eleg. 21. lib. 3.

Cogor & vndisonos cum prece adire Deos.

vide etiam adnotata ad illud eleg. 3. supra:

Molliter impresso conor adire toro.

Palmerius legit *abire*, id est moti; abeat ipse.

H Æ C *erit illarum contempti pœna doloris.*] hæc vlciscetur alias, quarum dolorem contempsisti & delusisti. Pœna est etiam mulier ipsa. Vetus Poëta apud Charisium lib. 4.

Pœna nulla acerbior excogitari potuit Vxoris malis.

Antisthenes interrogatus, vt ait Laërtius, quonam vxor commodius ducenda esset, respondit ἂν μὲν καλὴν ἕξῃς, κοινήν· ἂν δ' αἰσχράν, ἕξῃς ποινήν. Quod etiam tribuitur Bioni ab eodē Laërtio.

M V L T A R V M *miseras exiget vna vices.*] reposcet & à te sumet pœnas, & acerba supplicia multarum nomine debita. Exigere dicitur creditor, cum quod sibi debetur reposcit, & reddi iubet. vnde translatum, *Exigere pœnas.* Auson. *Exegit pœnas de Cæsare Chærea mollis.* Ouid. 4. Met.

Exigis indicij memorem Cythereïa pœnam.

& apud Liuium lib. 39. *Exactor supplicij.* *vices*, pœnas. Horat. oda 28. lib. 1.

Debita iura vicesque superba Te maneant ipsum.

Seruius ad illud 2. Æneid.

Nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaûm.

Vices, inquit, *etiam pœna.* ἀμοιβαὶ Græcis, *quia velut* quædam talio est, & par pari refertur. eleg. 4. lib. 4.

—— rapta ne sint impune Sabinæ
Me rape, & alterna lege repende vices.

Catull. *Ne pœnas Nemesis reposcat à te.* Nam Nemesis, fortuna est, & fortunæ sunt vices. *Miseras vices*, hyppallage est, pro miseratum. sic eleg. 20. infra:

Nympharum cupidas semper defende rapinas.

Ibid. *Mollia composita litora fronde tegit.*

H Æ C *sibi vulgares istos compescet amores.*] *vulgares* amores sunt, cum quælibet amatur sine dilectu. vt *amantes vulgo* dixit eleg. 2. supra:

Non illis studium vulgo conquirere amantes.

& eleg. 5. supra: *Vaga puella.* Lucret. lib. 4.

Vulgiuagaque Venus Venere ante recentia curet.

Ouid. 4. Fast.

Numina vulgares Veneris celebrate puellæ,
Multa professarum quæstibus apta Venus.

vnde *vulgaris vxor* Iurisconsultis & *vulgo-quæsiti liberi.* Græci sic dicunt πάνδημον Ἀφροδίτην. Qua de re vide Platonis symposium: qui & πάνδημον ἔρωτα facit, vt & Venerem. De compescendi verbo dictum ad eleg. 5. supra:

Voces compesce molestas.

Compescere amores vulgares, vt Virg.

—— ramos compesce fluentes.

N E C *noua quærendo.*] nouas amicas. vt eleg. 26. lib. 2. *Multa amare.* & eleg. 22. *Aliquid amare.* *Quærere* verbum est amatorium, vt eleg. 2. supra: *Vulgo conquirere amantes.* & *quærere alium*, & *quærere virum.* Venatoribus autem similes eiusmodi homines sunt. de quibus Ouid.

Venator sequitur fugientia, capta relinquit
Semper, & inuentis vlteriora petit.

S E M P E R A M I C V S *eris.*] pro Amator. vt eleg. 14. lib. 2.

A *Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico.*

Plaut. Milite sc. 4. act. 2. & in Pseudol. sc. 2. act. 1. sed vide Senecā ep. 34. De amici & amantis differentia. *Sempeamicus* iuncto verbo, vt eleg. 1. supra: *Sempeamore.* & eleg. 16. infra, *Semperamantis.* vide adnotata ad eleg. vlt. infra:

Pro nostra semperamicitia.

H Æ C *ego non rumore malo, non augure doctus.*] hæc didici non ex fama, nec ex auguris vel aruspicis diuinatione. Cicero ep. 6. lib. 6. fam. ad A. Cæcinam: *Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est, nec è tripudijs solistimis, aut somnijs tibi auguror: sed habeo*
B *alia signa quæ obseruem.* Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra Deorum:
Præcinit euentus nec mihi cantus auis.

Rumore malo, vel aduerso, vel maligno. vt eleg. 33. libr. 2.

Nuper enim de te nostras me læsit ad aures
Rumor, & in tota non bonus vrbe fuit.

Sic Virg. 4. Æneid. *Fama, malum.* & *Impia fama.* contra *secundo rumore.* Duas autem res vanas & fallaces coniungit famam, siue rumorem, & diuinationem, siue augurium. De vanitate famæ locus est communis Rhetorum à rumoribus contra rumores. De fallacia diui-
C nationis dictum ad illud eleg. 1. supra:

At vos deductæ quibus est fallacia lunæ.

& eleg. 3. supra:

Obstupui vano credulus auspicio.

& doctus cum quarto casu, vt Horat.

Dulces docta modos. Item:
Docte sermones vtriusque linguæ.

V I D I *ego.*] non auritus, inquit, sed oculatus sum testis. Virg. ecl. 3.

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidijs? & 2. Æneid.
——Quæque ipse miserrima vidi.

D Horat. sat. 8. lib. 1.

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla.

M E *quæso teste negare potes?*] inficiari sustines? huc pertinet illud eleg. 10. supra eadem de re:

—— primo cum testis amori
Affueram vestris conscius in lacrymis.

eleg. 8. lib. 4.

Appia dic quæso quantum te teste triumphum
Egerit. ——

V I D I *ego te toto vinctum languescere collo.*] sic *Mori complexa puella.* eleg. 10. supra vers. 5. Lucret. lib. 4.

E *Nonne vides etiam quos mutua sæpe voluptas*
Vinxit, & in vinclis communibus excrutientur.

Vincula sunt arctissimi complexus. Ipse eleg. 15. lib. 3.

Cuncta tuus sepeliuit amor, nec femina post te
Vlla dedit collo dulcia vincla meo.

Catull. *Lenta quin velut adsitas*
Vitis implicat arbores
Implicabitur in tuum
Complexum. vide Ouid. 4. Met.

in fabula Hermaphroditi.

E T *flere iniectis, Galle, diu manibus.*] brachiis collo implicatis. Virg. *Collo dare brachia circum.* &: *Stupea vincula collo Intendunt.* *Flere diu*, quia gaudet amor lacrymis eleg. superiore.

E T *cupere optatis animam deponere verbis.*] an id ait; eos animam relinquere voluiſſe pignoris loco? Exempli gratia; cum alter ex altero quæreret: Ecquid me amas? amo te, vt qui maxime. atque vtinam anima ipſa apud te depoſita fidei pignus maneat. An cupere ait verbis iucundis & blanditiis immori. ſed veteres libri *labris*, quod eſt venuſtius, & fortaſſe verius. Petron. Arbiter. *Hæſimus calentes, & transfudimus hinc & hinc labellis errantes animas.* Huic loco cõuenit lepidiſſimum Platonis adoleſcentuli epigramma apud Laërtium in Platone, & Gellium cap. 11. lib. 19.

Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·
Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη.

Id eſt animam, dum Agathonem oſcularer, in labris habui. venit enim (illuc) miſera & perdita, tanquam (ad eum) tranſitura. vide apud Gellium ibidem epigramma Latinum ex eo effectum. *Animam deponere*, vt eleg. 13. lib. 2.

Atque vtinam primis animam me ponere cunis.

eleg. 5. lib. 3.

—— poſitaque in gurgite vita. & alibi:
Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita.

Virg. 4. Georg.

—— animaſque in vulnere ponunt.

Attius apud Nonium: *Et ſi eſt in malis depoſitus animus*; ſed alio ſenſu: vt Cic. 13. Philipp. *Mentem mentemque deponere in gremio mimarum.*

E T *quæ deinde meus celat, amice, pudor.*] quæ ego pudore ſilentio tegere cogor, quia honeſtè non licet eloqui. Pudoris eſt enim celare; vnde quos pudet tenebras quærunt, & ori manum opponunt. Ipſe eleg. 15. lib. 3.

Vt mihi prætextæ pudor eſt velatus amictu.

Cicero epiſt. 6. lib. 6. fam. *Valuit apud me plus pudor meus, quam timor.* & epiſt. 27. lib. 11. fam. *Me ad Pompeium proficiſci pudor meus coëgit.* Sed cum legatur, *Amore*, pro Amice, An id ſignificat ob amorem noſtrum? An eſt hyppallage, pro, quæ meus amor celat pudore. id eſt, quæ eo, qui te amo, cogor celare. *Et quæ deinde.* vt Ouid.

Et quæ præterea publica verba iuuant.

& Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Et quæ præterea populus miratur in illis.

N O N *ego complexus potuit diducere veſtros.*] vincta collo brachia diuellere & ſeparare Negat id Iouem ipſum facere poſſe eleg. 7. lib. 2.

Ni nos diuideret, quamuis diducere amantes
Non queat inuitos Iuppiter ipſe duos.

Cic. pro domo ſua & pro Fonteio: *Abſtrahi & diuelli à complexu.* Horat. oda 9. lib. 3.

Quid ſi priſca redit Venus
Diductoſque iugo cogit aheneo.

Seruius Palinurus de Hero & Amica apud Plaut. Curcul. ſc. 3. act. 1. *Nequeunt complecti ſatis. Etiam diſpertimini?* Lucret. lib. 4.

Atque adeo cupidè Veneris compagibus hærent.

T A N T V S *erat demens inter vtroſque furor.*] ſic Plautus eadem de re in Curcul. act. 1. ſc. 3. *Ilicet perire pariter hos amando video, vterque inſaniunt. Tantus furor*, vt eleg. 10. ad eundem Gallum:

Tantus in alternis votibus ardor erat.

eleg. 8. lib. 2.

Tantus in erepto ſæuit amore dolor.

A eleg. 1. ſupra:

Tantum in amore preces & benefacta valent.

Demens furor, Inſanus amor. eleg. 1. ſupra:

Et mihi iam toto furor hic non deficit anno.

& *demens furor*, vt *iucunda voluptas.* eleg. 10. ſupra. Catull. *Quæ te mala mens furorque vecors.* Idem:

Amens cæca furore. & in Atti.
Stimulatus vt furenti rabie, vagus animi.

Sic Plaut. *Malitia mala.* & Lucret. lib. 3. *Anxius angor.* Ouid. 1. Faſt.

Deque meo pauidos excute corde metus.

& 2. Faſt.

Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis.

B Ibid. *Diſce per antiquos quæ mihi nota ſenes.*

N O N *ſic.*] vt eleg. 2. ſupra:

Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phœbe.

eleg. 6. lib. 2. *Non ita complebant.* & eleg. 14. lib. eiuſdem: *Non ita Dardanio*, &c.

T Æ N A R I V S *Deus.*] Neptunus, vt *Oetæus Deus*, Hercules eleg. 1. lib. 3. Strabo libro 8. Tænarus Laconiæ promontorium, vbi & Neptuni templum. Idem ſcribit Pauſan. in Laconicis, qui & ipſum Neptunum Tænarium ait eſſe cognominatum. Idem in Meſſenicis ob aſylum Tænarij templi violatum ait à Neptuno afflictos eſſe Spartanos. In Priapeis ſic

C Priapus ipſe:

Dodona eſt tibi Iuppiter ſacrata:
Iunoni Samos, & Mycena Diti:
Vnda Tænaros, æquoriſque regi.

F A C I L I *amore.*] vel fauente & benigno Cupidine, vt eleg. 1. ſupra:

Quibus facili Deus annuit aure.

& eleg. 9. *Faciles præbuit alas.* vel puella ipſa ſe beniguam & facilem præbente, quia Enipeum deperibat Tyro. ſic eleg. 14. infra:

Seu facili totum ducit amore diem.

P R E S S I T.] vel arctè complexus eſt, vel

D compreſſit.

S A L M O N I D A.] Tyro Salmonei filiam. Ouid. in ep. Herûs:

Si neque Amymone, nec laudatiſſima forma
Criminis eſt Tyro fabula vana tui.

& eleg. 5. lib. 3. Amor.

Siccus vt amplecti Salmonida poſſet Enipeus,
Cedere iuſſit aquam, iuſſa receſſit aqua.

ipſe eleg. 19. lib. 5.

Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo,
Quæ voluit liquido tota ſubire Deo.

M I X T V S.] quaſi mare ipſum mixtum fuerit cum aqua dulci. hoc eſt, Neptunus confu-

E ſus cum Enipeo adſumpta eius ſpecie.

E N I P E O.] Enipeus Straboni lib. 8. Achaiæ fluuius è Salmone fonte fluens in Alpheum influit. Apud eundem lib. 9. Enipeus Theſſaliæ fluuius labitur in Apidamũ cuius meminit Ouid. 1. Met. *Et irrequietus Enipeus.* Propertius Theſſalico Enipeo tribuit, quod alij Achaïco. Homer. lib. 11. Odyſſeæ narrat vt Tyro Salmonei filia Enipeum fluuium amarit: vtque eius fluuij adſumpta forma Neptunus amore puellæ potitus ſit: ex qua ſuſcepit liberos Peliam & Neleum. Fabula eſt & apud Apollodorum lib. 1. ſub finem, & Diodorum Siculum lib. 5. Ouidius tamen 6. Met. *Tu* (ô Neptune) *viſus*

Enipeus

Enipeus Gignit Aloidas. alios Auctores secutus. A
nam Homerus loco prænotato Neprunum non ex Tyro, sed ex Ephimedia Aloei vxore suscepisse Otum & Ephialten narrat.

Æmonio.] Thessalico: eleg. 15. infra:

Vt semel Aemonio tabuit hospitio.

id est, amore hospitis Thessali Iasonis. eleg. 1. lib. 2. *Aemonia cuspide.* id est, Achillis Thessali hasta. & eleg. 9. lib. eiusdem:

——*Aemonijs Hectora traxit equis.*

eleg. 1. lib. 3.

Fluminaque Aemonio cominus esse viro. vt hic *Aemonium* sic *Thessalicum Enipeum* vocat el. 19. l. 3.

Non *sic amor Herculis.*] pro Hercule amante, vt eleg. 20. infra: *Error Herculis*, pro Hercule errante, & eleg. 6. supra: *Liquor Pactoli*, pro, Pactolus liquidus. Virg. 1. Georg. *Ferri rigor,* pro ferrum rigidum. Ennius apud Varronem: *Olli respondet suauis sonus Aegerias.* id est, Ægeria arguta. Apoll. lib. 1. Argonaut. βίης Ἡρακλῆος. Horat. *Perrupitque Acheronta Herculeus labor.* B

Flagrans *Heben.*] vt Virg. ecl. 2. *Ardebat Alexin.* Iunxit tamen hoc verbum cum sexto casu, eleg. 3. lib. 2.

Hac ego non mirer si flagret nostra Iuuentus.

& eleg. 19. lib. 3.

Testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo. C

Hebe, vt ait Homer. 11. Odyss. & in hymnis minutis, nupsit Herculi Deo facto. *Iuuentas* dicitur Latinis. A priscis dicti etiam *Ganymeda*, vt scribit Pausan. in Corynthiacis. Apollodor. lib 1. Iouem ait ex Iunone tres filias suscepisse, Heben, Ilythyiam, & Atgen. Catull. ad Manliũ: *Pluribus vt cæli tereretur ianua Diuis:*

Hebe nec longa virginitate foret.

Philostratus deorum natu & minimam & maximam facit. vide D. August. 4. de Ciuit. Dei. *Iuuenta* dicitur Ouidio lib. 1. de Ponto:

Nectar & Ambrosia latices, epulasque Deorum
Det mihi formosa gnaua iuuenta manu. D

Vetus Poëta apud Hephæstionem de Hercule:

Χαῖρ' ἄναξ ἔμπε ζαθίας μάκαρ Ἥβας.

Seneca Octauia: *Deus Alcides possidet Heben.* Ouid. 6. Fast.

Finierat Iuno: respeximus, Herculis vxor
Stabat, & in vultu signa dolentis erant.

Cælestis Hebe, quia Iunonis filia. Homer.

——καλλίσφυρον Ἥβην
Παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου.

Sensit *gaudia prima.*] percepit fructum amoris coniugalis. vide adnotata ad eleg. 4. supra vers. 14. & *prima gaudia* non Herculis, sed Hebes tum adhuc virginis. E

In *Oetæis iugis.*] in Oeta monte Thessaliæ conflagrasse Herculem nothum vel ex Ouidio 9. Met. & Seneca in Hercule Oetæo, Sophocle in Trachiniis, Statio 11. Theb. vnde Hercules ipse dicitur à Propertio, *Deus Oetæus.* eleg. 1. lib. 3. Albin. ad Liuiam:

Qualis in Herculea colluxit montibus Oeta,
Cum sunt imposito membra cremata Deo.

Iuga montium, inquit Isidor. lib. 14. *Dicta quod propinquitate sibi iungantur.* Charis. lib. 1. Rectè, *iuga*, ἀκρώρεια exponit. Seruius ad illud 6. Æneid.

Hoc superate iugum. (sequitur dein: *summa cacumina linquunt*) *montes*, inquit, *diuiduntur in radices, latera, iuga, vertices, pro qualitate locorum.* Ouid. 4. Met. docer alia esse iuga, alia cacumina.

——*iuga sunt humerique manusque*
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen.

Vna *dies.*] eleg. 10. lib 3.

Tantum operis belli sustulit vna dies. Ouid. 2. Fast.
Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes
Ad bellum missos sustulit vna dies.

Lucret. *Vna dies dabit exitio.*

Omnes *potuit præcurrere amantes.*] hæc ipsa dies, inquit, qua istam amare cœpisti plus potuit, vel, quam omnes puellæ, quæ te amarunt; & à te contemptæ sunt: vel, quam omnes nos amantes, qui te hortabamur vt vni tantum addictus amares, nec semper nouos amores quæreres. & diei tribuit eã vim, quia tempus omnia adfert. & *dies* Deus Plauto. *Præcurrere*, anteire, vincere, plus virium habere. Horat. ep. 10. lib. 1. ——*liceat sub paupere tecto*

Reges & Regum vita præcurrere amicos.

& sat. 7. lib. 1.

Sisennas Baros vt equis præcurreret albis.

Nam *tibi non tepidas subdidit illa faces.*] non lentos ignes subiecit tibi, siue admouit. *Tepidæ faces*, vt apud Horat. oda 4. lib. 1.

Nec tenerum Lycidam mirabere quo calet Iuuentus
Nunc omnis, vt mox virgines tepebunt.

Ouid eleg. 2. lib. 2. Amor.

Seu tepet, indicium securas prodis in aures:
Siue amat, officio fit miser ille tuo.

& eleg. 3. lib. eiusd.

Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses,
Si tuus in gnauis prætepuisset amor.

& 2. de Remedio Amor.

Afflarunt tepidæ pectora vestra faces. eadem mente Horat. oda 1. lib. 4. *Lentos ignes* dixit: *Subducere faces*, vt eleg. vlt. lib. 4.

Sic mœstæ cecinere tubæ cum subdita nostrum
Detraheret lecto fax inimica caput.

Virg. 6. Æneid. *Et subiectum more parentum*
Auersi tenuere facem. Cicero pro Milone: *Cum omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subijciantur.* Fab. cap. 3. lib. 1. *Id nobis acriores ad studia dicendi faces subdidisse contenderim.*

Nec *tibi præteritos passa est succedere fastus.*] tuã istam antiquam superbiã non siuit ex sententia tibi euenire. *Præteritos*, superiores. vt el. 10. l. 3.

Ista ego præterita iactaui verba Iuuenta.

& eleg. 14. lib. 2.

Quanta ego præterita collegi gaudia nocte.

id est, superiore, proxima. *Fastus* in contemptu versatur; vnde dixit:

Hæc erit illarum contempti pœna doloris. eleg. 7. supra: *Tu caue nostra tuo contemnas carmina fastu.* *Succedere*, bene euenire, & feliciter cadere. Terent. Andr. *Hæc non successit, alia aggrediemur via.* Suet. in Aug. *Non succedẽte stylo.* id est nõ respõdente votis, & desiderio. Virg. *Hos successus alit.* Ouid. *Flebam successu posse carere dolos.*

Nec *finet abduci*] Palmerius hic ineptit, cum legendũ putat, *Nec finet: ab dulci te tuus ardor aget.* *Abduci*, proprium eius rei verbum, vt el. 20. l. 2. *Quid fles abducta grauius Briseide.* & Afranius eo nomine (*Abducta*) fabulã scripsit. Don. in Hecyr.

A *Abduci est diuortij, vt Virg. Gremijs abducere pactas.* Idem in Eunuch. *Abducimur quo nolumus: ducimur quo volumus.*

Te *tuus ardor aget.*] tuus te ignis & amor, & puella quam deperis, exercebit. *Ardor*, amor, vt eleg. 7. supra:

Ardoris nostri magne Poëta vale.

& eleg. 20. infra:

Thiodamantæo proximus ardor Hylæ.

sic eleg. vlt. lib 2.

Inque tuos ignes dure Poëta veni.

Aget te, agitabit, miserum habebit. Virg. 12. Æneid. *His agitur furiis.* eleg. vlt. infra:

Cum Romana suos egit discordia ciues.

B Nec *mirum cum sit Ioue digna.*] quam exacta Iunone vxorem ducat Iuppiter. eleg. 2. lib. 2.

Incedit vel Ioue digna soror. vel cuius forma captus eam rapiat, vt eleg. 2. lib. 2.

Cur hæc in terris facies humana moratur?
Iuppiter ignosco pristina furta tua.

Item eleg. 3. lib. 2.

Romana accumbes prima puella Ioui.

Petron. Arbiter.

Quid factum est, quod tu proiectis Iuppiter armis
Inter cœlicolas fabula muta taces.
C *Nunc erat à torua submittere cornua fronte:*
Nunc pluma canos dissimulare tuos.
Hæc vera est Danaë: tenta modo tangere corpus:
Iam tua flammifero membra calore fluent.

Ouid. in epist. Paridis, de Helena:

O Ioue digna viro, ni Ioue nata fores.

Et *proxima Ledæ.*] cum ad Ledæ formam proximè accedat. eleg. 20. infra:

Thiodamantéo proximus ardor Hylæ.

sic eleg. 3. lib. 2.

Post Helenam hæc terris forma secunda redit.

Et *Leda partu.*] pro partui, tertio casu, vt eleg. 11. supra: *Cedere lympha manu.*

D Gratior *vna tribus.*] amabilior Leda, Helena, & Clytemnestra. Scaliger male interpungit: *Gratior illa tribus Illa sit Inachijs.* Iuppiter in Cycnum mutatus Ledam Tyndarei compressit, & in eius sinu tergeminum ouum posuit; vnde nati Castores, Helena & Clytemnestra. Ouid. 6. Metam.

Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.

Higinus fabula 77. ex Ioue ait Pollucem & Helenam, ex Tyndareo Castorem & Clytemnestram genuisse. Ausonius omnium matrem Nemesin facit, patrem Iouem, & Nutricem Ledam, quæ Thestij filia est Higino. vide Homer. Odyss. 11. & Apollodorum lib. 3. & Euripidem in Helena.

E Et *blandior illa sit.*] gratior, amabilior, aptior ad demulcendum & deliniendum esse possit. eleg. 3. lib. 2.

Non sum de nihilo blandus amator ego.

supra eleg. 8. *——blandi carminis obsequio.* vbi vide adnotata.

Inachiis.] Inachus Rex Argiuorum, apud Apollodorum initio lib. 2. Oceani & Tethyos filius, neptem habuit Nioben & filiam Io: vnde aliæ quoque formosæ prognatæ. sed per *Inachias*, Argiuas & Græcas intelligit: vt alibi: *Graio teneram candore puellam.* Item:

Et quot Troia tulit vetus, & quot Achaia formas.

sic & eleg. 13. lib. 2.

Tunc ego sim Inachio notior arte Lino. Virgil.
Vltro Inachias venisset ad vrbes Dardanus.

Heroinis.] Ἡρωΐνας, & ἡρωΐδας, & ἡρώσσας. Aristophani in nubibus, vel Deorum filiæ, vel Heroum vxores. eleg. 19. infra:

Illic formosæ vernant chorus Heroinæ. el. 2. lib. 2.
Qualis & Ischomache Lapithæ genus Heroinæ. Stat.
Quæ veteres Latias, Graiasque Heroidas aequas.

Theocrit. in Hyla. Ἀλκμήνας υἱὸς Μιδεάτιδος Ἡρωΐνας. id est, Hercules.

Illa *suis verbis cogat amare Iouem.*] suis valde argutis & blandis verbis in amorem sui pertrahere possit Iouem. Propert.

——Aquilamque in te taurumque timebam,
Et quidquid magno de Ioue fecit Amor.

Virg. in Diris:

Iuppiter auertas aures, mea sola puella.

Catull. *Non si se Iuppiter ipse petat.* vide supra: *Ioue digna.* & quia facile ad amorem impellitur Iuppiter, magnus amator mulierum vt de eo Plautus, & omniuolus, vt Catullus. melius idem Plautus Pœnulo, act. 1. sc. 2. *Illa mulier lapidem silicem, vt se amet, subigere potest.* M. *Pol haud mentire; nam tu es lapide silice stultior qui hanc ames.*

Tv *verò.*] eleg. 13. lib. 2.

Tu verò nudum pectus lacerata sequeris.

eleg. 6. lib. 3.

Tu vero nostros audax inuade capillos.

An *vero* ambigue, vt iungi possit cum *amore*, quia dixit eleg. 9. supra: *Vero nec tangeris igni.*

Qvoniam *semel.*] τὸ *semel* rem certam significat, quæ mutari non possit, nec regressum habeat. vt eleg. vlt. lib. 4.

Cum semel infernas intrarunt funera leges.

Virg. *Et humum semel ore momordit.*

Horat. *Cum semel occideris.* Catull.

Nobis cum semel occidit breuis lux.

Ouid. *Læsa pudicitia est, deperit illa semel.* Plautus Asin. *Semel fugiendi data si est occasio, satis est, nunquam post illa possis prendere.* & in Amphit. *Quanquam amator cum quid complacitum est semel.* ipse eleg. 15. infra: *Vt semel Æmonio tabuit hospitio.*

& eleg. 30. lib. 2. *——tollere nunquam*
Te patitur humo lumina capta semel.

Es *periturus amore.*] *Animam hanc nequitia reddituros.* eleg. 6. supra vers. 26. Virg. ecl. 10. hoc de amore Galli;

——insano tum Gallus amore periret.

Non tamen amore periit, sed in bello Perusino interfectus est. vt patet eleg. 21. & 22. infra. eleg. 28. lib. 2.

Solus amans nouit quando periturus, & à qua
Morte: neque hic Boreæ flabra, neque arma timet.

Vrere.] sine te consumi hoc amoris igni. Tibull.

Vror ego ante alios, iuuat hoc, Charinte, quod vror.

Virg. *Vritur infelix Dido.*

Non *alio lumine dignus eras.*] sic Horat. oda 27. lib. 1. *Digne puer meliore flamma.* Sic facem de meretrice idem dixit oda 13. lib. 4.

Dilapsam in cineres facem. & Terēt. Eun. *Ignem.*

Qvæ *tibi sit felix.*] quæ puella sit tibi facilis ac benigna & propitia. Virg. ecl. 5.

Sis bonus, ô felixque tuis. & Æneid. 1.
Sis felix nostrumque leues quæcumque laborem.
alludit ad formulam: *Quod faustum ac felix.*

QVONIAM *nouus incidit error.*] incidit, quia casu euenit & pręter opinionem Galli vt vnam tantum amaret, ac ex animo. & significat in amore dominari fortunam, vt adnotatum eleg. 6. *Quem semper voluit fortuna iacere.* Errorem pro amore dici adnotauimus quoque ad eleg. 9. vers. penult.

——quamprimum errata fateri.

Apuleius lib. 3. Florid. sub initium:

Et vis errores concessis amores.

B ET *quodcunque voles, vna sit ista tibi.*] quia Gallus & multiuolus est, & omniuolus, optat vt ista sit amica multarum, vel omnium illi loco. sic eleg. 15. infra:

Sis quodcunque voles, non aliena tamen.

Mart. *Et quidquid voluit Testa vocatur anus.*
An vt de Cynthia di[illegible]. 11. supra:

Tu mihi sola domus, tu Cynthia sola parentes
Omnia tu nobis tempora lætitiæ.

AD ELEGIAM XIV.

Ad Tullum.

C TV *licet.*] sic exorditur elegiam superiorem & eleg. 21. infra:

ABIECTVS *Tiberina molliter vnda.*] iacens in graminea ripa Tiberis. *Abiectus*, id est negligenter iacens, & *stratus*, vt Horat. ait oda 1. l. 1. Ouid. epist. Didonis: *Vdis abiectus in herbis.* Cic. 1. de Orat. *Quod ille,* (Socrates) *durissimis pedibus fecisse dicitur, vt se abiiceret in herbam.* In vnda Tiberina, dixit, pro in ripa. vt adnotat ad eleg. 3. supra. *Qualis in herboso concidit Apidano. Molliter*, vt eleg. 11. supra:

Molliter in tacito litore compositam.

D LESBIA *vina.*] de vino Lesbio, quod *Methymnæum* ipse vocat eleg. 9. lib. 4. Plin. cap. 7. lib. 14. Horat. oda 17. lib. 1.

Hic innocentis pocula Lesbij
Duces sub vmbra.

Notum Aristotelis iudicium de vino Lesbio Gellij cap. 5. lib. 12. Virg. 2. Georg.

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris
Quam Methymneo carpit de palmite Lesbos.

BIBAS *Mentoreo opere.*] Mentor, insignis sculptor, cuius meminit ipse eleg. 9. lib. 3.

Argumenta magis sunt Mentoris addita formæ.

E Varro Agathone apud Nonium:

Numnam cœlatus in manu dextra scyphus
Cœlo dolitus artem ostentat Mentoris.

Plin. cap. 38. lib. 7. Scribit Ioui Capitolino, & Dianæ Ephesiæ consecrata eius vasa fuisse. Idem cap. 11. lib. 33. *Crassus orator duos Mentoris scyphos emit H S. centum.* id est aureis mille. vide eundem cap. 12. eiusd. libri Cic. 6. Verrina: *Pocula Mentoris manu cœlata.* Opus, pro vasis arte laboratis Virg. ecl. 3.

Cœlatum diuini opus Alcimedontis.

sic Mart. *Solus Mentoreos habes labores.* & Seneca cap. 11. de consolat. ad Elbid. *Antiquis nominibus Artificum argentum nobile.*

A ET *modo.*] eleg. 3. supra vers. 21. & 23.

TAM *celeres.*] celeres dicti homines prompti, & qui citò aliquid efficiunt, à Celere Romuli ministro, qui Remum interfecit, vt ait Plutarch. in Romulo. Festus ab eodem dictos Equites Celeres ait.

MIRERIS *currere lintres.*] celeriter per aquã ferri. vnde *cursus*, nauigatio. Virg.

Currit iter tutum non secius æquore classis.

Ouid. in ep. Leandri:

Currere me nota non patiuntur aqua.

id est, natare. Cato cap. 1. de re Rust. dixit:

Prope fiet mare, aut amnis, qua naues ambulant.

B Nonius, *Lintres, naues fluuiales* exponit ad illud Virg. 1. Georg. *Cauat arbore lintres.* & Seruius ad eundem locum, *Fluuiales nauiculas.* Isidor. cap. 1. lib. 19. *Lenibus, eadem cymba, & lintris, id est carabus, quo in Pado paludibusque vtuntur.* Tibullo lintres vasa quædam apta sunt vuis seruandis. dicitur & *Nauia* Festo, ex vno ligno exsculpto, vt nauis, quo in vindemia pro alueo vtuntur.

ET *modo iam tardas funibus ire rates.*] duplex ratio in fluminibus nauigandi; vna velis & remis, contoue: altera funibus, qui vel ab hominibus, vel à iumentis trahuntur. Auson. in

C Mosella:

Tu duplices sortite vias; & cum amne secundo
Laberis, vt celeres ferant vada concita remi:
Et cum per ripas nusquam cessante remulco,
Intendunt collo malorum vincula nautæ.

Ouid. eleg. 1. lib. 4. Trist.

Cantat & innitens limosæ pronus arenæ
Aduerso tardam qui vehit amne ratem.

Plaut. friuolaria apud Festum in Nauus:

Nauè agere oportet quod agas, non ductariè.

vbi *ductariè*, tardè, cum fune ducitur nauis; *nauè* celeriter, cum nauis remis & velis agitur. & ductariè agere [illegible]. Horat. sat. 5. lib. 1. do-

D cet trahi lintrem (aduerso flumine) à mula; & *funes* illic *retinacula* vocat. eleg. vlt. lib. 4.

Vel tu quæ tardam mouisti fune Cybelen.

Rates, pro naui. vt eleg. 8. supra:

Cum tibi prouectas auferet vnda rates.

VT *nemus omne satas intendat vertice siluas.*] nemus in villa Tulli intelligit, cum & Romæ etiã in ædibus nemora haberent. Tibull. eleg. 3. lib. 3. *Et nemora in domibus sacros imitantia lucos.* Horat. *Nemus inter pulcra situm tecta.* Est autem hypallage pro intendat verticem syluis satis, quod Horat. *Latè conspicuum tollere verticem.* Item: *Tendit in altos nubium tractus.* Vel intendere verti-

E cem, est, longè lateq. spargere: vt apud Liuium lib. 1. *Primus se intendentibus tenebris.* & lib. 7. *Nox interdiu visa intendi.* Syluas autem posuit pro arboribus ipsis; Virg. 2. Georg.

Aut vnde iratus syluam deuexit arator.

id est, Arbores & ligna. Ibidẽ: *Pomaq; & Alcinoi sylua.* id est, *arbores pomiferæ*, inquit Seruius. & 3. Æn. *Syluam*, pro ramis arborum posuit:

Viridemque ab humo conuellere syluam
Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras.

Catull. in Phaselo: *Antea fuit comata sylua.* & *satas* dixit *posito quæ surrexerunt de semine*, vt Virgilius loquitur, vt in quincuncem digererentur, quod sponte natis non contingit.

VRGETVR *quantis Caucasus arboribus.*] quantas arbores ita sustinet Caucasus, vt onere premi videatur. Plin. cap. 17. lib. 6. ait à Scythis Graucasum dici, hoc est niue candidum. Tauri montis pars est, vbi ille est altissimus, vt ait idẽ Plin. cap. 27. lib. 5. vide & Strabonem lib. 11. & 12. Ipse eleg. 12. supra vocauit: *Iuga Promethei. Vrgere*, premere & onerare. Virg. 4. Georg.

Qui saxo super, atque ingenti pondere testæ
Vrgerent. quod Nonius, *tegerent*, malè exponit. Idem lib. 3. Æneid.

Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac. Ipse eleg. 5. lib. 4.
Vrgeat hunc supra vis, caprifice, tua.

NON *tamen ista meo valeant contendere amori.*] non possint conferri cum amore meo. vide eleg. 7. vers. 3. supra. Horat. oda 12. lib. 2.

Num tu, quæ tenuit diues Achæmenes,
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,
Permutare velis crine Lycimniæ?
Plenas aut Arabum domos?

NESCIT *amor magnis cedere diuitiis.*] vide eleg. 5. supra:

Nescit amor priscis cedere imaginibus.

& Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Nescit amor cedere*: nam *omnia vincit amor*: ideo cedere nescius.

NAM *siue optatam mecum trahat illa quietem.*] vel iucundum somnum ducat: vt Virg.

Nate Dea potes hoc sub casu ducere somnos.

& eleg. 10. supra: *O iucunda quies.* quia dixit eleg. 8. supra:

Illa vel angusto mecum requiescere lecto.

vel noctem expetitam trahit, quia & eleg. 10. de nocte ait:

O quoties votis illa vocanda meis.

& *noctem trahere*, vel vt Horatius:

Æstiuam sermone benigno tendere noctem.

& Virg. 1. Æneid.

Nec non & vario noctem sermone trahebat.

vel *trahere noctem*, contrahere, & breuiorem efficere quia nox non potest videri satis longa fruentibus amore suo. sic Horat. sat. 6. lib. 2.

Seu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit.

SEV *facili amore.*] vide eleg. 13. supra vers. 22.

DVCIT.] traducit, vt eleg. 4. supra vers. 4. & eleg. 6. lib. 4.

Seu noctem patera, seu ducam carmine.

TOTVM *diem.*] vt eleg. 6. supra vers. 7. *Totis noctibus.*

TVNC *mihi Pactoli veniunt sub tecta liquores.*] Liquidus Pactolus & flumen aureum tunc influit & illabitur in ædes meas. vide adnotata ad eleg. 6. supra vers. 32. sic Horat.

Tibique Pactolus fluat. Hic aurum Pactoli iungitur cum gemmis, vt eleg. 8. supra:

Non auro, non Indis flectere conchis.

vide illic adnotata. Gaudia sunt, amantium opes, & auro gemmisque præferuntur: vide eleg. 15. lib. 2. vers. 2. & Tibull. eleg. 1. lib. 1.

ET *legitur rubris gemma sub æquoribus.*] Margaritas & vniones eruere mihi videor ex Erythræo mari. *Legere gemmas*, vt flores & herbas & vmbilicos. Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Quidue Erythræo legitur quæ littore concha.

A & eleg. 1. lib. 4.

Et quascunque niger rubro de litore conchas
Proximus Eois colligit Indus aquis.

& eleg. 2. lib. 2.

Nec tibi gemmarum quicquid felicibus vndis
Nascitur, Eos quà maris vnda rubet.

ipse eleg. 13. lib. 3.

Inda cauis aurum mittit formica metallis
Et venit è rubro concha Erycina salo.

Plin. in Procemio lib. 12. Vniones ait in rubri maris profundo quæri. Idem cap. 23. l. 6. in fine: *Irrumpit deinde geminum mare in terras, quod rubrum dixere nostri, Græci Erythræum, à Rege Erythra: aut,*
B *vt alij, solis repercussu talem reddi aquæ colorem: alij ab arena, terraque: alij à tali aquæ ipsius natura.* Ἐρυθρὸν Græci rubrum vocant. Horat. oda 35. lib. 1.

Examen Eois timendum
Partibus, Oceanoque rubro. Virg. 8. Æneid.
Victor ab auroræ populis, & littore rubro.

Q. Curtius lib. 8. [illegible] *quo alluitur (India) ne colore quidem abhorret à ceteris. Ab Erythro Rege inditum est nomen: propter quod ignari rubere aquas credunt.*

TVM *mihi cessuros spondent mea gaudia reges.*] mihi pollicentur & persuadent reges non certaturos mecum de felicitate. *Mea gaudia*, vt el.
C 4. supra vers. 14. *Reges*, significat etiam diuites priuatos. vide adnotata ad eleg. 8. vers. 34.

QVÆ *maneant.*] quæ gaudia propria sint. vt supra eleg. 4. *Maneant sit semper adoro.*

DVM *me fata perire volent.*] vt supra eleg. 6.

Hanc me militiam fata subire volunt.

Perire, mori, idque in amore, vt eleg. 6. supra:

Perire in amore libenter.

NAM *quis diuitijs aduerso gaudet amore.*] quis opibus delectatur cum Amor contrarius est votis, vt ipse loquitur eleg. 5. supra: *Nam* pro autem, vel est anastrophe, pro *Quisnam*, vt Virg.
D 4. Georg. *Nam quis te Iuuenum*, &c. Et sæpe Plautus. Eadem est sententia apud Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri?
Aruaque si findant pinguia mille boues?
Non opibus mentes hominis, curæque leuantur.

Aduersus amor, vt eleg. 1. supra:

Aduersos cogor habere Deos.

Contra Terent. Adelph. *Si mihi secundæ res in amore meo essent.*

NVLLA *mihi tristi præmia sunt Venere.*] nihil ego merere velim, vt Venus mihi irascatur.
E *Venus*, vel ipsa mater Cupidinis, vel amica, vt eleg 1. supra. *Tristis*, irata & sæua. vt eleg. 10. supra vers. 21. Tibull. el. 6. lib 1.

Semper vt inducar blandos offers mihi vultus:
Post tamen es misero tristis & asper amor.

& eleg. 3. lib. 2.

Et tu quisquis is es cui tristi fronte Cupido Imperitat.

Præmia, pro opibus, quæ infra vocat: *Alcinoi munera.* apud Tibullum sic *præda*, pro pecunia. Et *præmiatores* Festo, prædones. Præmium pro pecunia Næuius vsurpauit apud Priscianum: *Sine præmio sum, marsupium reliqui domi.* Festus: *Præmiosa, pecuniosa.* Et merito præmium, pecunia: nam antequam emas (vnde dictum præmiũ) pecunia opus est. An nulla, in nullo numero ac loco?

ILLA *potest magnas Heroum infringere vires.*] debilitare, contundere, domare ingens Heroũ robur. nam aliquando *infringere* est, valdè frangere, vt Virg. 12. Æneid.

Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos.

Horat. *Quibus lumbos & infregi latus.* Infringere vires, vt eleg. 6. lib. 4.

Frangit & attollit vires in milite causa. Heroum animi fracti amore, vt Herculis propter Hylam & Omphalen: Achillis propter Briseidem: Aiacis propter Tecmessam. ipse el. 11. lib. 3.

Nã quid ego Heroas? quid raptem in carmina Diuos?
Iuppiter infamat seque suamque domum.

ILLA *etiam duris mentibus esse dolor.*] potest & B dura ingenia cruciare. *Esse dolor*, vt eleg. vlt. infra:

Sit mihi præcipuè puluis Hetrusca dolor.

& eleg. 20. infra:

Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryasin.

& eleg. 18. infra:

Vt sibi sim merito semper furor.

& eleg. 1. lib. 2.

Huic misero fatum dura puella fuit.

& el. 2. supra: —*discordia Phœbo.* Virg.

O dolor, atque decus magnum rediture parenti.

Etiam duris mentibus, non solum mollibus animis, sed etiam ingeniis asperis & horridis, & C pœnè immani naturæ. Horat. oda 21. lib. 3.

Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerumque duro. Tibull.
Non ego firmus in hoc: non hac patientia nostro
Ingenio: frangit fortia corda dolor.

ILLA *neque metuit conscendere limen.*] dixit, *conscendere* quia gradibus ascendebatur ad limen, vnde Virg. 3. Æneid.

Grauido superant vix vbere limen.

Idem 1. Æneid.

Aerea cui gradibus surgebant limina.

Vnde ipse eleg. 16. infra:

Osculaque impressis nixa dedi gradibus.

ARABIVM.] *Arabius lapis.* Plinio cap. 21. D lib. 36. Celebratur, ebori similis, sed is dentifriciis aptus, non liminibus. Lygdinos lapides idem commemorat, cap. 8. lib. 36. ex Arabia aduehi solitos candoris eximij, sed ad vasa vnguentaria. Idem cap. 7. lib. 36. Onychem, siue vt legit Beroaldus Onychiten, genus marmoris, quẽ & Alabastritem vocant magno in pretio fuisse ait, vnde & columnæ fierent. Inde & limina opinor. confirmat eam opinionem Statius lib. 1. Syluar. in epithalamio Stellæ & Violantillæ: —*pandit nitidos domus alta Penates,*

E

Claraque gaudentes plauserunt limina Cygni.
Hic Libycus, Phrygiusq. silex, hîc dura Laconum
Saxa virent: hic flexus Onyx, & concolor alto
Vena mari. & in balneo Etrusci:
Mæret Onyx longè, queritur exclusus Ophites.

De Arabo marmore Diodor. Siculus lib. 2.

NEC *timet.*] non dubitat. versu præcedenti eodem sensu dixit, *metuit*, & mox: *verebor.*

SVBIRE.] clanculum ingredi, & irrepere; vt dictum ad eleg. 9. supra versu 26. sed & *conscendere*, quomodo hîc accipi potest, vide adnotata ad illud eleg. 4. lib. 4. *Subit Capitolia.*

OSTRINO *toro.*] Ostro. id est, purpurea A veste constrato, vt eleg. 13. lib. 2.

Ne sit in Attalico mors mea nixa toro.

id est, Attalicis vestibus strato. eleg. 13. lib. 3.

Et Tyros ostrinos præbet Cadmea colores.

& eleg. 3. lib. 4.

Nam mihi quo pœnis tibi purpura fulgeat ostris.

Ostrum, conchyle est, vnde tingitur purpurea; hinc ostrum, pro purpura sumitur, inquit Seruius. vide Nonium in Ostrina. Idem est Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Quid Tyrio recubare toro sine Amore secundo
Prodest. & Ouid. el. 14. l. 1. Amor.
Purpureo iacuit semisopita toro.

ET *miserum toto iuuenem versare cubili.*] Amore perditum Iuuenem toto lecto huc illuc vertere, & volutare. vet. lib.

Hac miserum toto Iuuenem versante cubili.

vnde legendum puto: *Hac*, scilicet Venere, *versante.* id est, dum hæc Venus versat Iuuenem. eleg. 22. lib. 2.

Quanta illum toto versant suspiria lecto.

Ouid. eleg. 2. lib. 1. Amor.

Esse quid hoc dicam: quod tam mihi dura videntur
Strata? nec in lecto pallia nostra sedent?
Et vacuus somno noctem (quam longa) peregi:
Lassaque versati corporis ossa dolent.

Iuuenal. sat. 12.

Et toto versata toro iam membra quiescunt.

Catull. *Nec somnus tegeret quiete ocellos*
Sed toto indomitus furore lecto
Versaret cupiens videre lucem. Seneca cap. 2. de Tranquillitate vitæ. *Adijce illos, qui non aliter, quam quibus difficilis somnus est, versant se, atq. hoc & illo modo componunt, donec quietem lassitudine inueniant. Versare pisces.* Plauto. Versare etiã exercere & miserum habere. Plaut. Pers. *Quid ais, crux, stimulorum tortor, quomodo hodie me versauisti?*

QVID *releuant.*] leniores curas, & dolores reddunt. Terent. Adelph. sc. 1. act. 4. *Et illi animum releuabis, quæ dolore & miseria tabescit.* Ouid. eleg. 4. lib. 1. Trist.

Omnis in hac cura mens releuata mea est.

Cic. 2. de Diuinat. *Vt animus molestijs releuaretur.*

VARIIS.] pictis, versicoloribus. vt el. 13. lib. 3. *Aut variam plumæ versicoloris auem.*

Virg. *Quid Lynces Bacchi variæ.* sic Plaut. Pers. *Faceres latera varia virgis.* mox: *picta.* Tibull.

Varius dux gregis inter oues.

SERICA.] vestes bombycinæ, quia apud Seras, populos Orientis Bombyces vermiculi in arboribus aranearum more tenuissima fila deducunt, inquit Seruius ad illud Virgilij 2. Georg. *Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres.* vide Plin. cap. 17. lib. 6. Horat.

Quid quod libelli Stoici inter sericos
Iacere puluillos amant.

TEXTILIA.] stragula texendo facta, quæ & *Babilonica stragula*, & *peristromata.* Lucret.

Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen.

Virg. Æneid. 3.

Nec minus Andromache digressu mœsta supremo
Fert picturatas auri subtegmine vestes:
Et Phrygiam Ascanio Chlamydem, nec cedit honori:
Textilibusque onerat donis. Cic. 5. Tusc. *Collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimè*

textili stragulo, magnificis operibus picto. Textilia inuenisse Ægyptios scribit Plin. cap. 56. lib. 7. Tibull. eadem cum hoc versu sentẽtia el.2.l.1.

Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
Prodest, cum fletu nox vigilanda venit.
Nam neque tum plumæ, nec stragula picta soporem
Nec sonitus placidæ ducere posset aquæ.

& eleg. 3. lib. 3.

Nā graue quid prodest pondus mihi diuitis auri, &c.

Q V Æ *mihi.*] longè repetendum: *Illa, Quæ mihi.* sic eleg. superiore vers. penult.

Quæ tibi sit felix.

D V M *placata aderit.*] dum fruar eius adspectu, & erit mihi propitia. sic eleg.1. lib. 4.

Incipe nunc lacrymis æquus adesse meis.

Virg. *Adsis ô placidusque iuues.* An aderit, pro, erit, vt eleg. 2. supra:

Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis.

Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Hic, quia fortis adest audacia, cepit.

N O N *vlla verebor Regna.*] vide eleg. 8. supra vers. 34. & vers. 13. huius elegiæ.

N E C *Alcinoi munera.*] vide el.2.l.3. ad illud:

Nec mea Phæacias æquant pomaria syluas.

Munera, vel opes. vt supra hac elegia:

Nulla mihi tristi præmia sunt Venere. vel ea dona, quæ Rex Phæacum Alcinous Vlyssi hospiti dedit abeunti, τρίποδα μέγαν, ἠδὲ λέβητα. Homer. initio 13. Odyss. sed & vestes & aurum ei collatum à reliquis Phæacibus. Homerus ibidem.

D E S P I C E R E.] contẽmnere, vt infra felicitatem meam posita, & pro nihilo putare. Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Et magnum magnæ despiciantur oper.

& eleg. 3. lib. 3.

At sine te regum munera nulla velim.

Ibidem: *Nec me regna iuuant.*

AD ELEGIAM XV.

Ad Cynthiam.

SÆPE *ego multa tuæ leuitatis damna timebam.*] ver. lib. pro *damna, dura, iura, signa.* An *dura* vocandi casu, vt eleg. 31. lib. 2.

Nunc iam, dura, paras Phrygias nunc ire per vndas?

An *tuæ leuitatis* per se stat, id est quæ inconstantiæ propria sunt? An *multa tuæ leuitatis*, vt eleg. 9. lib. 3. *Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.* & Horat. oda 1. lib. 2.

Et cuncta terrarum subacta?

An *dura leuitatis*, vt Catull. *Truculenta pelagi.* Horat. *Acuta belli.* Lucret. *Pelagique sonora:* Liuius, *Aspera montium?* An *multa dura* coniunctim, vt eleg. 18. infra:

Quamuis multa tibi dolor hic meus aspera debet?

An *iura leuitatis*, ea quæ tibi licere putas, quia leuis es & inconstans: & si quis insimuler, te iure id facere respondeas, quia *Formosis leuitas semper amica fuit.* & inconstantia mulierum est propria? Sic eleg 9. supra:

Supplexque venis ad iura puellæ. & el.20. l.2.

Hoc mihi perpetuæ ius est. De iure constantiæ. vide ad eleg.14. lib.3.

A *Multa tuæ, Sparte, miramur iura palestræ.*

An pro *signa, digna. digna tuæ leuitatis*, quæ tuam leuitatem decent, & tua inconstantia digna sunt?

H A C *tamen excepta, Cynthia, perfidia.*] vnam modo hanc perfidiam timere non potui. infra hac elegia: *Desine iam reuocare tuis periuria verbis.* Itẽ: *Per quos* (oculos) *sæpe mihi credita perfidia est.* vide ad eleg. 6. vers. 17.

A S P I C E *me.*] apostrophe ad absentem, vide adnotata ad eleg. 2. vers. 9. supra.

Q V A N T O *rapiat fortuna periclo.*] quantum in discrimen vitæ me vocet fortuna, quam dominam æquoris esse ait Horatius oda 35. lib. 1. ipse eleg. 17. infra dicit se nauigasse cum periculo vbi & fortunam inuocat:

B

Nullane placatæ veniet fortuna procellæ?

Rapiat, vt paulo post: *Rapientibus anxia ventis.* & eleg. 8. supra: *Cum tibi prouectas auferet vnda rates.* & *ὁ periculo*, vel tertio casu & sexto vt Horat. oda 20. lib. 3.

Non vides quanto moueas periclo.

T V *tamen in nostro lenta timore venis.*] nihil commoueris. de vi huius verbi, *lenta*, dictum ad eleg. 6. supra vers. 12. de verbo autem *venis*, pro, es. ad eleg. 5. supra vers. vlt.

C

E T *poter.*] eleg. 8. supra vers. 5.

E X T E R N O S *manibus componere crines.*] peregrinas & emptas comas arte fingere: *Externi crines*, empti & peregrini eleg. 19. lib. 2.

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitore caput.

& eleg. 18. lib. 2.

Quæ mentita suas vertit inepta comas.

Ouid. eleg. 14. lib. 1. Amor.

Nunc tibi captiuos mittet Germania crines.
Cuncta triumphatæ munere gentis eris.

Mart. in Apophoretis, Lemmate, *Sapo.*

D

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos,
Captiuis poteris cultior esse comis. Idem alibi:
Dentibus atque comis, nec te pudet, vteris emptis.

Gregorius Nazanzienus:

Μὴ κεφαλαὶ πυργοῦτε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες.

Ne capita turris in modum ædificate nothis & alienis crinibus ô mulieres. eo allusit Ouid. 1. de Remedio Amor.

Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet,
Sitque peregrinis arbor operta comis.

Manibus, arte & cura ornatricis. Virg. 1. Æneid.

Artificumque manus inter se, operumque laborem
Miratur. Tibull. eleg. 2. lib. 2.

E

Et manibus canas fingere velle comas.

vbi fingere manibus comas, vt hîc componere manibus crines. Item eleg. 9. lib. 1.

Tune putas illam pro te disponere crines?

& eleg. 8. lib. eiusdem:

Quid tibi nunc prodest molles coluisse capillos?
Sæpeque mutatas disposuisse comas?

Ouid. eleg. 8. lib. 2. Amor.

Ponendis in mille modos perfecta capillis.

& ipse eleg. 4. lib. 4.

Cui Tatius dextra collocat ipse iubas.

E T *longa faciem quærere desidia.*] formam tibi conciliare & parare velle longa inertique mora, quia, vt ait Comicus, *Dum comuntur, dum*

moliuntur annus est. Quætere faciem dixit Macrob. cap 13. lib.3. Saturn. de Hortensio *fuit enim vestitu ad munditiem curioso, & vt bene amictus iret, faciem in speculo quærebat.* vbi *facies* non est vultus, sed habitus totius corporis. Sic & eleg. 22. lib.3. *Cum tibi quæsitus candor in ore foret.*
Quæritur quod naturâ abest, vt contra eleg.2. supra. *Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis.*

NEC *minus.*] atque etiam. elegia 3. supra. vers. 5.

VARIARE *pectus.*] Cum varietate exornare. Catull.

Hæc vestis priscis hominum variata figuris.

Ipse eleg.6.lib.2.

Non istis olim variabant tecta figuris.

Cic.2. de Orat. *Variare orationem verborum sententiarumque insignibus.* Ouid.3. Fast.

Iamque vbi cæruleum variabant sidera cœlum.

& *pectus* nominauit, quia inde pendent monilia. Virg.7. Æneid.

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

EOIS *lapillis.*] vt chrysolithis, berillis, smaragdis, amethystis. ἠὼς Græcis aurora, vnde ἠῶος, eous, orientalis. Ipse eleg.11. lib.3.

Felix Eois lex funeris vna maritis,
Quos aurora suis rubra colorat equis.

& eleg.19. lib.2.

At non Tithoni spernens aurora senectam
Desertum Eoa passa iacere domo.

& eleg. 3. lib. eiusd.

Siue illam Hesperijs, siue illam ostendet Eois:
Vret & Eoos, vret & Hesperios.

Tibull. eleg.2. lib.2.

Nec tibi gemmarum quidquid felicibus vndis
Nascitur, Eoi quà maris vnda rubet.

Virg. *Eoasque domos Arabum.* Item. *& lætus Eois Eurus equis.* *Eous* Ouidio 2.Met. vnus ex equis Solis. Propertio ipsi *Lucifer* vel aurora. eleg. 23. lib.3.

Et color est toties roseo collatus Eoo. Cinna.

Te matutinus flentem conspexit Eous.

VT *formosa nouo quæ parat ire viro.*] Tibull. eleg. 4. lib. 3.

Vt iuueni virgo primum deducta marito.

Nec tantum ornabantur lapillis nouæ nuptæ, sed & senis crinibus, & Celibari hasta comebantur. Festus in *Senis* & in *celibari hasta.* τὸ *formosa* suspendendum, quæ parat ire formosa nooo viro, vt nouo marito placeat. *Parat ire,* vt eleg.31. lib.2.

Nunc iam dura paras, Phrygias nunc ire per vndas.

Virg. 1. Æneid. ——— *ad vrbem*
Sidoniam puer ire parat. *Ire viro,* vt Virg.
It clamor cœlo. & ipse. *Armatis hostis inermis eas.*

Viro nouo, qui Catollo & Plauto *Nouus maritus* νεόνυμφος, vt dicitur, *noua nupta.*

AT *non sic.*] Sermone hoc notatur dissimilitudo. vide eleg. 13. supra. vers.3.

ITHACI *digressu mota Calypso.*] Vlyssis discessu perturbata. Calypso Atlantis filia Vlyssem detinebat eius amore capta in insula Ogygia. Homer. Odyss. 5. & 7. At lib. Odyss. 5. mittitur ad eam Mercurius, qui nuntiet vt à se Vlyssem dimittat, quod illa facere coacta, dijs ipsis irascitur. Ipse eleg. 21. lib.2.

A *Sic à Dulichio iuuene est elusa Calypso:*
Vidit amatorem pandere vela suum.

Ouid. eleg.17. lib.2. Amor.

Creditur & Nymphe mortalis amore Calypso
Capta, recusantem detinuisse virum.

& 2. de arte amandi.

Ah quoties illum doluit properare Calypso.

Apuleius lib.1. Asini: *At ego scilicet Vlyssi astu deserta vice Calypsonis æternam solitudinem flebo.* Hyginus Fab.243. *Calypso propter amorem Vlyssis ipsa se interficit.* *Digressus*, abitus discessus, digredi, discedere. Virg. 3. Æneid.

B *Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis.* Ibid.
Nec minus Andromache digressu mœsta supremo.

Ithacus, Vlysses ab Ithaca patria. Virg. 2. Æn.

Hîc Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios. & 3. Æneid.
Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna:
Et terram altricem sæui exsecramur Vlyssis.

DESERTIS *olim fleuerat æquoribus.*] Aut *æquoribus desertis*, deserto in littore. vt eleg. 3. supra. *In herboso Apidano.* & eleg.14.

Abiectus Tiberina molliter vnda. & el.1. lib. 2.
Xerxis & imperio bina coisse vada.

C vada & maria pro litoribus. Vel *fleuerat æquoribus*, apud mare fleuerat, & conquesta erat vt æquoribus tertius casus sit. Sic Tibull. eleg. vlt. lib. 3. *Fleuisti ignoto sola relicta mari.*
& eleg. 12. supra.

Felix qui potuit præsenti flere puellæ.

quamuis nulla eius rei mentio apud Homerum, nisi quod Deos inuidos vocat. *Desertis æquoribus*, sine nauibus in littore. Sic Virg.

Littora deseruere. ipse eleg.17. infra:
Desertas alloquor Halcyonas. & eleg.3. supra.
Languida desertis Gnosia litoribus.

quos ad vers. adnotata.

D MVLTOS *illa dies incontempti mœsta capillis.*] Passis & inornatis comis, vt in luctu solet. eleg. 5. lib. 3.

Siccine eam incomptis vidisti flere capillis. Terent. *Heaut.* Act.2. sc.3. *Offendimus mediocriter vestitam veste lugubri.* *Capillus passus*, prolixus, reiectus negligenter circum caput. Ouid.

Flebilis indignos elegeia solue capillos.

SEDERAT.] Sedere solebant lugentes. Hesychius, καθίζει, πένθεις ἡμέραι ἐπὶ πενταίων. vnde Tornebus de ferijs denicalibus exponit illud ex Æneid. 9.

——— *luco tum forte parentis*
E *Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.*

Idem de Luscinia lugente 4. Georg. ——— *at illa*
Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
Integrat. Cicero 2. de legib. *Feriæ denicales residentur mortuis.* Homer. Odyss. Κ.

Ἑζόμενοι δὲ κατ᾽ αὖθι γόων, τίλλοντο χαίτας.

Sedentes autem illic gemebant, & comas vellebant Eoripid. Iphig. In Aulide

——— ἐπὶ δὲ δακρύοις
Μόνη κάθημαι, νῦν δὲ ἐμοῖς ἀεί. Virg. 6. Æneid. ——— *totamque videmus*
Consedisse vrbem luctu. Ipse eleg.16. lib.3.
——— *Sertisque sepulcrum*
Ornabit custos ad mea busta sedens.

& eleg.3. lib. 4. *Assidet vna soror curis.*

& eleg. 4. lib. 4.

Et sua Tarpeia residens ita fleuit ab arce
Vulnera.

Seneca Cap. 2. de Consol. ad Mart. *Non dico ex fluctu tanto consurgere, sed alleuari recusans.* Ouid. ad Liuiam.

Alta mane, supraque tuos exsurge dolores.

INIVSTO *multa locuta salo.*] multis verbis de mari sæuo conquesta. Apud Homerum Calypso irata ait: σχέτλιοί ἐστε θεοὶ ζηλήμονες ἔξοχον ἄλλων. potest esse hypallage, pro iniustè locuta. Iniustè loqui, nec rectè dicere. Plaut. Pseudol. Act. 2. sc. 2. *Non soles respicere te cum dicas iniustè alteri.* An re vera *Iniustum salum*, crudele ipsi Calypsoni, quod Vlyssis ratem maris vnda auferret. sic eleg. 7. supra.

Iniustas sæpe tulisse minas. id est, sæuas. vide illic adnotata. Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor.

Vna est iniusti cærula forma maris.

ET *quamuis nunquam posthac visura.*] licet perpetuo caritura esset eius conspectu. eleg. 10. libr. 2.

Visura & quamuis nunquam speraret Vlyssem.

Catull. ad Ortalum:

Nunquam ego te vita frater amabilior
Adspiciam posthac.

DOLEBAT *illa tamen longæ conscia lætitiæ.*] dolorem leuabat præteritæ voluptatis recordatione. Epicurus in epistol. ad Hermachum, vt Cicero: Ad Idomeneum, vt Laërtius; *Cum ageremus vitæ beatum & eundem supremum diem, scribebamus hæc. tantus autem aderat dolor vesicæ & viscerum vt ad eius magnitudinem nihil posset accedere. Compensabatur tamen animi lætitia quam capiebam memoria rationum inuentorumque meorum. Conscia lætitia*, vt infra hac elegia.

Nec tremis admissa conscia nequitia.

ALPHESIBOEA *suos vlta est pro coniuge fratres.*] exegit à fratribus pœnas ob coniugis cædem. *Vlciscor, & vindico & punio*: Asconius. Alcmæon vltus Amphiarai patris mortem, Eriphylem matrem interfecit: vnde furijs agitatus ad Phegeum in Psophidem venit: à quo expiatus eius filiam Alphesibœam vxorem duxit, cui & monile illud fatale dedit. Sed postea relicta Alphesibœa duxit Alcmæon Callirrhoen Acheloi filiam. Ei vt morem gereret monile ab Alphesibœa recepit: sed à fratribus Alphesibœæ obtruncatus est. illius mortem occisis fratribus hîc vlta dicitur Alphesibœa; cum tamen alij à filijs Callirrhoës id factum scribant. Hæc Pausanias in Arcadicis qui Phegei filios Temenum & Axionem vocat, à quibus interfectus sit Alcmæon; sed non meminit vltionis, quam commemorat Propertius. Apollodorus lib. 3. Arsinoën vocat, pro Alphesibœa, Phegei filiam, priorem coniugem Alcmæonis, & à Callirrhoës filijs Temeno & Axione cæsum scribit. vt & Ouid. 9. Met.

Donec eum coniux fatale poposcerit aurum:
Cognatumque latus Phegeius hauserit ensis.

& 2. de remed. Amor.

Amphilochi frater ne Phegida semper amaret,
Callirrhoë fecit parte recepta tori.

Higinus Fab. 245. à Phegeo generum Alcmæo-

A nem interfectum scribit.

SANGVINIS *& cari vincula rupit amor.*] arctissimam illam necessitudinem, qua soror fratribus deuincta est. Virg. 12. Æneid.

Victus amore tui, cognato sanguine victus;
Coniugis & mœsta lacrymis vincla omnia rupi.

Cicero pro Plancio. *Coniunctus arctissimis vinculis propinquitatis.* ab illis vinculis sanguinis interdum fratres à Latinis dicuntur *consanguinei.* vt Stat. 3. Theb.

—— dum pellere leges
Et consanguineo gliscis regnare superbus
Exule. Catull. in Ariadna, de Ariadna & Phe-

B dra: *Vt consanguineæ complexum, vt denique matris.* quem locum vide.

HYPSIPYLE.] Thoantis filia, patrem sola Lemniarum mulierum interficere non sustinuit, & cum regina esset Lemni hospitio, coniugioque Iasonem accepit, ex quo duos liberos sustulit; Apollodorus lib. 1. Ouid. in epist. Hypsipyles ad Iasonem. Higinus Fab. 15. post discessum Argonautarum eadem Hypsipyle Lemno pulsa seruiuit Lyco. siue Lycurgo Thebarum regi. vide Papinium 6. Thebaid. & interpretem Pindari in Nemea.

VACVO *constitit in thalamo.*] *Deserto lecto*

C Ouid. & *toro viduo. vacuo* ex opinione. Virg. 4. Æneid. *Sola domo mœret vacua.*

Ipse eleg. 2. lib. 2.

Liber eram & vacuo meditabar viuere lecto.

& eleg. 5. lib. 3.

Gaudet me vacuo solam tabescere lecto.

Ouid. eleg. 9. lib. 3. Amor.

Secubat in vacuo sola puella toro. Sic vacuum Pauli Æmilij currum vocat Seneca cap. 13. de Consol. ad Mart. in quo vehebatur Paulus sine liberis, quibus orbus erat. *Thalamo* vel cubiculo, vel cubili. θάλαμος etiam τὸν οἶκον significat, vt ait Eustathius; & partem eam nauis, in

D qua sedent remiges, & remigant, vnde θαλάμιοι dicti: Pollux.

SENSIT *amores.*] vt eleg. 5. supra vers. 3.

—— meos sentire furores.

Virg. eclog. 3. dixit *—— & quisquis amores*
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.

VT *semel.*] dictum eleg. 13. supra vers. 35.

ÆMONIO *tabuit hospitio.*] Amare cepit perditè hospitem Iasonem Æmonium siue Thessalum. vt *pallere* & *pallescere* supra dixit pro amare, sic nunc *tabescere*, quia tabe & macie laborant amantes. Virg. 6. Æneid.

Hic quos durus Amor crudeli tabe peredit.

E Idem ecl. 3.

Eheu quam pingui macer est mihi taurus in aruo:
Idem Amor exitio est pecori, pecorisque magistro.

Ouid. 3. Met. in Fabula Narcissi:

Ecquid cum vestræ tot agantur sæcula vitæ,
Qui sic tabuerit longo meministis in æuo.

Ibidem. *—— sed vt intabescere flauæ*
Igne leui ceræ, matutinæque pruinæ
Sole tepente solent, sic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni.

Hospitium, pro hospite, vt *seruitium*, pro seruis, & *coniugium*, pro coniuge eleg. 13. lib. 3. & Catull. ad Manlium. & Virg. 2. Æneid. & *exilium*

pro exule Attius Phœnissis apud Noninm in A *vastescunt, Iussac proficisci exsilium quouis gentium.* & *regnum* pro rege el.4. lib.4. & *Grandum imperijs.* id est, ducibus: Virg. *Aemonio*, Thessalo. dictum eleg.13. vers.21. supra.

C o n i v g i s *Euadne.*] eleg.13. lib.3.

Hic genus infidum nuptarum: hic nulla puella:
Nec fida Euadne, nec pia Penelope.

Hæc coniux Capanei, & filia Martis ex Thebe Asopi filia se in ardentem mariti rogum coniecit: vt scribit Seruius in illud 6. Æneid.

Euadnemque & Pasiphaën.

Stat. in fine Thebaid.

Turbine quo sese caris instrauerit audax
Ignibus Euadne; fulmenque in corpore magno
Quæsierit. Albinouanus ad Liuiam.
Hæc fuit Euadne cum ferienda coruscis
Fulminibus Capaneus impauida ora dedit.

Ouid. eleg.3. lib. 4. Trist.

Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu,
Non legis Euadnen erubuisse viro.

Mart. epigr.31. lib.4.

Arsers Euadne flammis iniecta mariti.

vide Senecam lib.2. Controuers. Controuers.6. Euadne dicta, inquit Muretus, quod bene dotata esset à Capaneo, quia ἕδνα vocabãt nuptialia munera. vide Higinum Fab. 243. & 256. C Iphidis filiam facit interpres Pindari, Higinus Phylaci. Apollodorus lib.3. Εὐάδνη ἡ Καπανέως, καιομένης πυρᾶς, θυγάτηρ δὲ Ἴφιδος, ἑαυτὴν βαλοῦσα, συγκατεκαίετο. vide Euripidem in Supplicib. initio Act. 5. vbi Iphis pater frustra dehortari conatur filiam Euadnem à præclaro illo facinore. Ouid.3. de arte amandi.

Fata Pheretiada coniux Pagasæa redemit,
Proque viro est vxor funere lata sui
Accipe me Capaneu, cineres miscebimus, inquit
Iphias in medios desiluitque rogos.

M i s e r o s *elata per ignes.*] per acerbum rogum & funus infelix coniugis. nisi sit hypallage, pro miseri coniugis, vel ipsa misera. *elata* καταχρηστικῶς, pro exstincta. nam elata propriè non est quæ ipsa se coniecit in rogum & in D flammam desiluit. efferri dicuntur mortui, cum funus ducitur, & ex ædibus fertur ad rogum cadauer. Vetus formula indictiui funeris apud Varronem 4. de ling. Lat. *Ollus ex ædibus effertur.* & ex Terentio constat eam formulam fuisse integram: *Exequias Titio quibus commodum est ire iam tempus est, ollus ex ædibus effertur.* quia extra portam sepeliebantur. sic Græci ἐκφέρειν dicunt, vt notat Donat. in Andr. Virg. 4. Georg. *Exportare* dixit. Horat. sat.5. lib.2.

Me sene quod dicam factum est. anus improba Thebis
Ex testamento sic est elata; cadauer
Vnctum oleo largo nudis humeris tulit heres.
Scilicet elabi si posset mortua. Iuuenal.
Elatam iam crede nurum. ipse eleg.7. lib.4.
Eosdem habuit secum quibus est elata capillos.

Ignes, Ouidio rogales flammæ. Ipse eleg. 18. lib.2. —— *has omnes ignis auarus habet.* & eleg.16. lib.3. *Ignibus ista dabis.*

O c c i d i t.] elata occidit, ὡς τὸ ἄλλο, vt *lapsam impulit* eleg.3. supra.

A r g i v æ *fama pudicitiæ.*] Decus & gloria Græcarum mulierum. Argiuam dixit pro Græca, vt eleg.19. infra & eleg.25. lib.2. *fama*, pro gloria, id est εὐφημία vt dictum ad el.7. supra.

Hic mihi conteritur vita modus, hæc mea fama est.

Pudicitia, pudicarum mulierum, vt elegia quæ proximè sequitur. *Ianua Tarpeiæ nota pudicitiæ.* sic eleg.24. lib.2. *Nequitia caput.* id est princeps hominum nequam.

Q v a r v m *nulla.*] eleg.19. infra.

Quarum nulla tua fuerit mihi Cynthia forma
Gratior.

T v o s *potuit conuertere mores.*] In melius muB tare tuum ingenium. eleg.1. supra.

Domina mentem conuertite nostra.

& eleg.17. infra.

In melius sanas conuerte querelas.

Mores in deteriorem partem, vt Cic. *O tempora! O mores!*

T v *quoque.*] Ouid. in Ibin.

Ibidis interea tu quoque nomen habe.

eleg.6. lib. 1. Amor.

Et leuiter fies tu quoque fortis, ait. Cicero: *Fauebo tibi quoque.* Ipse eleg.6. supra.

In quorum numero me quoque terra tegat.

V t i *fieres nobilis historia.*] vt fama tuæ pudicitiæ literis sermonibusque hominum celebraretur. *fieri historia*, vt Persius

—— *& manes & fabula fias.*

historia enim quæuis narratio, etiam fabulosa. eleg. 1. lib. 2.

Maxima de nihilo nascitur historia. & eleg. 20. l.3. *Et caput argutæ prabeat historiæ.* Horat. oda 7. lib.3. *Et peccare docentes*

Fallax historias monet frustra. Idem sat. 3. lib. 1. —— *amaras*

Porrecto ingulo historias, captiuus vt, audit.

id est conuicia creditoris. Ouid. el. 4. lib. 2. Amor. *Omnibus historijs se meus aptat amor.* id est fabulis de Leda & aurora. Sueton. in Tiberio cap.70. fabulas ipsas, vocar historiam fabularem. Ipse el.1. lib. 4. *Hactenus historia.* id est fabulæ narratæ.

D e s i n e.] reuocantis ab incœpto inutili. Ipse eleg.5. supra.

Quare quid possit mea Cynthia desine Galle
Quærere. Virg.4. Æneid.
Desine meque tuis incendere, teque querelis.

I a m *reuocare tuis periuria verbis.*] iterare & renouare. Cic. Tusc. 4. *Primos tres versus reuocasse dicitur Socrates.* id est, repeti, ac iterari iussisse. Virg. 4. Georg.

Sed si quem proles subito defecerit omnis.
Nec genus, vnde nouæ stirpis reuocetur, habebit.

Idem 1. Æneid. *Reuocate animos.* Item.
E *Tum victu reuocant vires.* Apnd Nonium Varro *Reuocare* dixit, pro vicissim vocare ad cœnam & mutitare.

E t *oblitos parce mouere Deos.*] absiste, desine Deos ad iram concitare. sed potius legendum esse *monere Deos*, id est, in Deorum memoriam reducere periuria, satis indicat verbum *oblitos*. vt dicitur *memorem mones*. Plautus Captiuis. *Meministi: mora mera est monerier.* Idem Curcul. *melius est monere. heus, memento.* Inde *monitores* dicti. & *ut* parce est vetantis. Virg.

Parce pias fcelerare manus. Horat.

Parce priuatus nimium cauere.

Ouid. eleg. 10. lib.1. Amor.

Parcite formofa pretium pro nocte pacifci. Idem.

Parce tuum vatem fceleris damnare Cupido.

Ipfe eleg.5. lib. 2.

Parce tuis animis, vita, nocere tibi.

Oblitos, quia ridet amantum periuria Iuppiter.

AVDAX.] eleg.8. fupra. *fortis* verf.6.

AH *nimium.*] vide eleg.5. fup. verf. 13.

NOSTRO *dolitura periclo.*] perfidiæ pœnam fenfura, fed mei capitis difcrimine, cuius falus cum falute tua coniuncta eft eleg.10. lib.2.

Hac mihi vota tuam propter fufcepta falutem,

Cum capite hoc ftygiæ iam peterentur aquæ.

& eleg.8. lib.eiufd.

Si non vnius quæfo miferere duorum.

Viuam fi viuet, fi cadet illa, cadam.

Dolitura, vt eleg.vlt. lib.4.

Et fi quid doliturus eris, fine teftibus illis.

SI *quid forte tibi durius inciderit.*] fi quid aduerfi euenerit, vt euenit morbus eleg. 28. lib.2. cuius caufam adfcribit periurijs. Prifca formula eft in vitanda mortis mentione. Cæfar 3. de bello ciuili. *Pompeium ex acie redeuntem rebus afflictis hæc ait dixiffe Centurionibus, quos ad prætoriam portam caftrorum pofuerat. Tuemini caftra & defendite diligenter, fi quid durius acciderit, fi victi erimus.* Seneca cap.15. de vita beata: *Dolere quod aliquid tibi incidit durius.* Plaut. Pœnul. *Si quid de me fuat.* Ennius apud Feftum: *Si quid me fuerit humanitus, vt teneatis.* Cicero pro lege Manilia. *Si quid de eo factum effet.* & 1. Tufc. *Velletne Clazomenas, fi quid ipfi accidiffet, referri.* Iulian. in l. Quidam. ad Senatufconfultum Trebell. *Si quid ei prius acciderit* (verba teftamenti.) *Pomponius* l. in vulgari 162. de verb. fign. *Si quid filio meo acciderit.* Ariftoteles initio fui teftamenti apud Laërtium: ἔσται μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης. Erit quidem rectè. fin vero aliquid contigerit, ita legauit & ftatuit Ariftoteles. Idem ibidem. ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι, ὃ μὴ γένοιτο. Sin puellæ quid acciderit, quod ne eueniat precor.

MVLTA *prius vafto labentur flumina ponto.*] Si vulgatam lectionem retinemus, fententia erit. multa prius flumina è ponto labentur furfum, & ad fontes fuos recurrent. fic ipfe eleg. 15. lib. 2.

Fluminaque ad caput incipient reuocare liquores.

& eleg.17. lib.3.

Fluminaque ad fontis funt reditura caput.

prouerbium ex Euripidis Medea: ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί. furfum fluminum facrorum feruntur fontes. Sed ver. lib. *Nulla*: & perfpicuum genus adynati: prius flumina in pontum labi definét. vnde Seneca Medea: *Dum ficcas polus verfabat arctos, flumina in pontum cadent.* Labentur ponto quemadmodum fupra:

Vt formofa nouo, quæ parat ire viro. Catull.

Quæ paffim rapido diffunditur Hellefponto.

Muretus fufpicabatur legendum, *Muta.* acutè; nam non fine ftrepitu maximo flumina ingrediuntur mare. vnde πολύρροθοι ποταμοὶ finguntur, vt ait Sophoclis interpres. *Labi*, fluere, Horat. *Labuntur altis interim ripis aquæ.*

A Virg.2. Georg.

Fluminaque antiquos fubterlabentia muros.

ANNVS & *inuerfas duxerit ante vices.*] viciffitudinem temporum in contrarium mutabit. Tribuit anno quod eft cœli & Solis. Seneca Medea:

(Dum) *Nitidufque certas mundus euoluet vices.*

fic Tibull. eleg. 4. lib.1.

Annus agit certa lucida figna vice.

vbi *agit figna vice*, vt hîc, *ducit vices.* Ipfe el.20. lib.3. *Remorumque pares ducite forte vices.*

Vices, temporum viciffitudines, ver, æftas, au-

B tumnus, hyems. *Inuerfæ vices*, anni præpoftero ordine. Aliter Horat. fat.1. lib.1.

Inuerfum contriftat aquarius annum.

QVAM *tua fub noftro mutetur pectore cura.*] quam amor tui alio transferatur. *Cura tua*, amor tui, vt el.8. fupra. *Nec te mea cura moratur.* & eleg.1. fupra. *Sua quemque moretur Cura.* vbi & *cura*, pro ipfa amica, vt & el.vlt. lib.2.

Lynceu tune meam potuifti tangere curam?

Mutare curam, vt eleg.1 fupra.

——*neque affueto mutet amore locum.*

Rectè vero *fub pectore*: Ibi enim curæ &

C amoris fedes. Ennius.

O Tite, fi quid ego adiuuo, curamue leuaffo,

Quæ nunc te coquit, & verfat fub pectore fixa,

Ecquid erit premî. Cic.1. Tufcul. *Plato rationem* (τὸ ἡγεμονικὸν) *in capite, iram in pectore, cupiditatem fubter præcordia locauit.* Virg.

——*viuit tacitum fub pectore vulnus.*

SIS *quodcunque voles, non aliena tamen.*] vide eleg.13. fupra. verf.vlt. fimile eft eleg.32. lib.2.

Semper viue meo libera iudicio. Alij libri *Quocunque* id eft vbicunque. vt dixit Horat.

Sis precor felix vbicunque mauis:

Et memor noftri Galatea viuas. fic eleg. 3.

D lib. 2. *Quocunque vagaris.* id eft vbicunque. *Non aliena*, Non auerfa, nec iniqua mihi. vt eleg.8. fupra verf 18.

QVAMVE *mihi viles ifti videantur ocelli.*] legerat Beroaldus, vt eft in vet. lib. *Quã tibi ne viles.* & mutauit in, *Quamue mihi viles.* Eft autem veteris lectionis fententia: Quam ifti oculi, næ tibi viles, viles mihi videantur. viles oculos habet fibi Cynthia, cùm per eos peierat, nec cæcitatem metuit. & τὸ *viles* iterandum erit. quid *vilis* dictum ad eleg. 2. fupra verf. 25. *Ifti* vero κατ' ἐξοχὴν, vt apud Apuleium. *Ifti tui oculi per meos oculos ad ima delapfi præcordia acerri-*

E *mum medullis meis commouent incendium.* Oculi autem res cariffima. Catull.

Quinti fi tibi vis oculos debere Catullum:

Aut aliud fi quid carius eft oculis. Item.

Ni te plus oculis meis amarem.

PER *quos fæpe mihi credita perfidia eft.*] Ouid. eleg.3. lib. 3. Amor.

Argutos habuit: radiant vt fidus ocelli:

Per quos mentita eft perfida fæpe mihi.

Credita, Vt Catull. in Rufum.

Rufe mihi fruftra, ac nequicquam credite amice.

HOS *tu iurabas.*] vtrumque dicitur & *iurare oculos*, & *per oculos iurare.* Plaut. Menech. Act.5. fc. vlt. verf. 1. *Salua oculos iurare; nihilo hercle ea caufa magis facetie, vt ego hodie abftulerim pallam &*

spinther pessima. sic Virg. *Terram, mare, sidera iuro.*
Ouid. eleg. 6. lib. 2. Amor.

At mihi te comitem iurabas vsque futuram,
Per me, perque oculos, sidera nostra tuos.

& eleg. 2. lib. 3. Amor.

Perque suos illam nuper iurasse recordor,
Perque meos oculos, & doluere mei.

Tibullus eleg. vlt. lib. 3.

Et si perque suos fallax iurarit ocellos.

Si *quid mentita fuisses.*] si qua in re fefellisses & peierasses. formula videtur fuisse, vt *si sciens fallo.* Horat. sat. 8. lib. 1.

Mentior at si quid, merdis caput inquinet albis
Coruorum. Ouid. 4. Fast.

Ille fidem iussis dedit; &, si mentior, inquit,
Vltima qua fallam sit Venus ista mihi.

Vt *tibi suppositis exciderent manibus.*] In subiectas manus defluerent. eleg. 33. lib. 2.

Supposita excipiens Nasca dona manu.

Plaut. Pœnul. Act. 3. sc. 1. *Deciderint vobis femina in talos velim.* Adu. *At adepol nos tibi in lumbos linguam, atque oculos in solum.* Et in Casina Act. 2. sc. 6. (Deos quæso) *Vt tu oculos emungare per nasum tuos.* Sic ipse eleg. vlt. lib. 2.

Perfide nonne tua tunc cecidere manus.

ob perfidiam scilicet & scelus: vt Ouid. eleg. 7. lib. 1. Amor.

Ante meos humeris vellem cecidisse lacertos.

Cadentes oculos aliter Seneca dixit lib. 1. Controuers.

Et.] τὸ & seruit exclamationi & obiurgationi Virg.

Et dubitant homines serere atque impendere curas?

Ipse. *Et satis vna mala potuit mors esse puellæ?*
& supra hac elegia vers. 3.

Et potes externos manibus componere crines.

Contra *magnum potes hos attollere solem.*] Audes & sustines rectis oculis solem aduersum tuæ testem perfidiæ intueri. Lucret. lib. 1.

Primum Graius homo mortales tollere contra
Est oculos ausus; primusque obsistere contra.

Virg. 5. Æneid.

Cui vix attollens Palinurus lumina fatur.

Impudentiæ igitur & confidentiæ tollere oculos, vt demittere pudentis, vel fratti animi. eleg. 1. supra. *Magnum solem*, dixit vt Virg. 9. Æneid.

——*primam hanc tibi magnus Apollo*
Concedit laudem. Solis autem facta mentio in periurio per oculos, quia & Sol mundi & iustitiæ oculus. Virg. 4. Æneid.

Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras.

& 12. Æneid. *Esto nunc Sol testis.*
Ouid. 1. Met.

Per iubar hoc, inquit, radijs insigne coruscis
Nate tibi iuro quod nos auditque videtque.

Homer. Iliad. γ.

Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Orpheus in hymnis; *πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα.*
Apollonius lib. 4. Æetan proditum à filia & Iasone inducit Solem & Iouem testantem.

Ἠέλιον καὶ Ζῆνα κακῶν ἐπιμάρτυρας ἔργων.

Nec *tremis admissæ conscia nequitiæ.*] non perhorrescis illum iustitiæ oculum stupri commissi, violatique tori male conscia. vt eleg. 9. lib. 4. *Atque ait admissæ si vis me ignoscere culpæ.* & eleg. 29. lib. 2. *Admisso notus adulterio.* *Admittit*, inquit Donatus, *qui fieri patitur.* Quid *nequitia* vide eleg. 6. sup. vers. 26.

Qvis *te cogebat.*] præcidit Cynthiæ excusationem necessitatis, de qua eleg. 3. supra:

Neue quis inuitam cogeret esse suam.

Mvltos *pallere colores.*] sæpe colorem mutare. Pallere cum 4. casu. Persius. sat. 1.

Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles.

Ibidem. *Recutitaque sabbata palles.* sic Horat.

Fontis Pindarici qui non expalluit haustus.

pallor non vnius coloris est. Horat.

Ora pallor albus inficit. Idem.
Heu quantus instat nauitis sudor tuis
Tibique pallor luteus. Ouid.
Luridus exangues pallor conuertit in herbas.

& *auri pallor.* vt Catull. *Inaurata pallidior statua.*

Et *fletum inuitis ducere luminibus.*] lacrymas elicere & exprimere. *Ducere fletum*, vt ducere aquam è riuo, vel fonte. *Inuitis luminibus*, vt Terent. Eunuch. Act. 1. sc. 1.

Hæc verba me Hercule vna falsa lacrymula
Quam oculos terendo vix vi expresserit, restinguet.

Ouid. lib. 6. Met.

Inuitique oculi lacrymis maduere coactis.

& in epist. Leandri.

Inuitis oculis hæc mea verba leges.

Albio. ad Liuiam.

Aspiciam intrepidos vultus, inque illa ferocum
Inuitis lacrymas decidere ora genis. Mart.
Amissum non flet cum sola est Gellia patrem:
Si quis adest iussæ prosiliunt lacrymæ.

Virg. 2. Æneid.

——*captique dolis, lacrymisque coactis.*

Iuuenal. sat. 13. *Vexare oculos humore coacto.*
Ipse eleg. 16. infra.

Surget & inuitis spiritus in lacrymis.

Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Oculi discunt lacrymare coacti.

Ibidem. ——*discunt lacrymare decenter*
Quoque volunt plorant tempore, quoue modo.

sapit hoc prouerbium Græcorum *Κροκοδείλου δάκρυα.* de coactis Cynthiæ lacrymis ipse eleg. vlt. lib. 3.

Nil moueor lacrymis, ista sum captus in arte:
Semper ab insidijs Cynthia flere soles.

Qveis *ego nunc pereo.*] quibus illecebris & fraudibus morior curis; nam iurabas oculos, pallebas sæpe motato colore & flebas. Sic Tibull. eleg. 9. lib. 3.

Tum miser interij stulte confisus amari,
Non poteram ad laqueos cautior esse tuos.

Similes *moniturus amantes.*] Incautos & nimium credulos amatores moniturus & verbis quæ sequuntur, & exemplo, vt eleg. 1. supra vers. vlt.

O *nullis tutum credere blanditijs.*] triplici se arte circumuentum docuit, iureiurando muliebri, pallore simulato, & falsis lacrymulis. Ideo exclamat: *O nullis* &c. *O* dolentis & monentis simul, vt & eleg. 9. supra.

Quisquis es assiduas O fuge blanditias!

persimile est eleg. vlt. lib. 2.

Expertus dico nemo est in amore fidelis.

AD ELEGIAM XVI.

Verba Ianuæ conquerentis.

CATVLLVS carmine cuius initium est *O dulci iucunda viro*, sic inducit loquentem & respondentem Ianuam. & Tibullus eleg. 2. lib. 1. Ianuam alloquitur, & amator Phædromus apud Plautum in Curculione Act. 1. sc. 1. Lucillius apud Nonium in *abstemius*:

—— Thannomeno, inquit valua sororem
Lanificam dici siccam atque abstemiam, vbi audit.

B MAGNIS *olim patefacta triumphis Ianua.*] fefellit ratio Beroaldum qui triumphalem portam hic intelligit. nam Ianua non dicitur porta. *Ianua*, inquit Seruius in 1. Æneid. *est primus domus ingressus; sic dicta quia Iano consecratum est omne principium.* significari autem puto dominos illius Ianuæ triumphantes, & redeuntes è Capitolio suas in ædes sic inuectos. Cic. 2. Philipp. In vestibulo ædium Pompeij rostra & spolia hostium fixa fuisse ait. *Magnis triumphis*, vt Horat. oda 2. lib. 1.

—— Hic magnos potius triumphos
Hic ames dici pater atque princeps.

C TARPEIÆ *nota pudicitia.*] quam bene Tarpeia pudica nouerat, quæ limen eius seruabat, vt pudicæ solent. *Tarpeia pudicitia*, pro Tarpeia pudica vt superiore elegia vers. 22. Quæ vero fuerit hæc Tarpeia, quærendum est. nam quod Beroaldus de Tarpeia vestali intelligit, falsum esse apparet ex eleg. 4. lib. 4. vbi impudica describitur.

CVIVS *inaurati currus.*] Antè eburnei Tibull.

At te victrices lauros Messala gerentem
Portabat niueis currus eburnus equis.

Ouid. eleg. 2. lib. 1. Amor. de aurato curru:

Ibis in auratis aureus ipse rotis.

Horat. oda 9. epod.

Io triumphe, tu moraris aureos currus.

D Philostratus in vita Dionis, Traianum ait eum imposuisse ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, id est aureum currum, quo vehi triumphantes Imperatores solebant.

CELEBRARVNT *limina.*] nobilitarunt, vt Cic. pro Sextio; *Celebrare viam & celebrare domum alicuius.* Pro Murena: *Ianua & vestibulum Q. Mutij frequentia ciuium quotidie celebratur.*

CAPTORVM *lacrymis humida supplicibus.*] fletu hostium qui ducti in triumphum rigata. Ouid. eleg. 3. lib. 3. Trist. dixit.

Deque tuis lacrymis humida serta dato.

E Sic vndas fores Persius sat. 5. *Dum Chrysidis vdas*
Ebrius ante fores extincta cum face canto.

Ipse eleg. 23. lib. 3.

Limina iam nostris valeant lacrymantia verbis.

Lacrymis supplicibus, lenire & placare victorem conantibus, vt eleg. 9. lib. 4.

Supplicibus palmis tum demum ad federa veni.

Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Te meminisse decet, quæ plurima voce peregi
Supplice. Virg. 3. Æneid. *Diuamque potentem*
Supplicibus supera donis. & lib. 8. *Irasque minasque*

A *Supplicibus supera votis.* Horat. oda 14. lib. 3.

Et decoræ supplice vitta Virginum matres.

NVNC *ego saucia.*] sauciam dixit Ianuam, quia ei etiam sensum ac orationem tribuit. Sic Horat. oda 14. lib. 1.

Et malus celeri saucius Africo. Liu. lib. 37.
Claudas mutilatasque naues. Ibidem.
Multis ictibus vulnerata nauis.

NOCTVRNIS *rixis.*] Turbis quæ noctu fiunt & iurgijs. Catull. de Coma Berenices.

Dulcia nocturna portans vestigia rixa.

Ouid. 1. de art. am.

B *Nec tua nocturna frangatur Ianua rixa.*

& 1. de rem. Amor.

Effice nocturna frangatur Ianua rixa.

Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Dum frangere postes*
Non pudet, & rixas inseruisse iuuat.

Ipse eleg. 19. lib. 2.

Nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras.

& eleg. 6. lib. 3.

Dulcis ad hesternas fuerat mihi rixa lucernas.

& eleg. 15. lib. 2.

Quantaque sublato lumine rixa fuit.

Rixa & ringi, dici videntur, & rictus, quia contraria sint recto, inquit Festus, in *Rictus*. Inde *Rixare*, pro rixari quo sæpe Varro vtitur apud No-
C nium. *Rixa*, inquit Cornel. Fronto, *est sine armis. Rixa duorum: turba multitudinis.* Vlp. l. 4. D. Vi bon. rapt.

POTORVM.] *Potus*, ebrius: Plaut. Amphitr. *Capiam ornatum, qui potis decet.* Cicero: *Redieram à cœna bene potus.* Ouid.

—— senem potum pota trahebat anus.

PVLSATA *indignis sæpe queror manibus.*] *Ait* τὸ αὐτὸ *saucia, pulsata.* Pulsare, est violare manu & verbere, quod sanctum esse dicitur, vt Virg. 6. Æneid. *Pulsatusque parens.* & 12. Æneid.

Pulsatos referens infecto fœdere diuos.

Ianua autem Iano sacra, & eius sacri postes. & Deo Limentino. *Indignis manibus*, sæuis vt Virg. 6. Æneid. *Indigna morte peremptum.* Donat. *Indigna facinora, fœda, crudelia.* Ouid. eleg.
D 5. lib. 3. Amor.

Edidit indignos ore tremente sonos.

& in ep. Canaces: & *Indignos edidit ore sonos.* id est verba sæua. eleg. 6. supra vers. 16. dixit *Insanis manibus*, quem locum vide. An est hypallage, pro indignè & immeritò. Non autem manibus tantum, sed & saxis cædebatur Ianua & calcibus apud Plautum, & vectibus & sagittis apud Horatium. τὸ *sæpe* verò iterandum est, & *sæpe pulsata* & *sæpe queror.* vt Horat. oda 25. lib. *Quatiunt fenestras Ictibus crebris iuuenes proterui.*

E ET *mihi non desunt.*] desinunt. vt *desit Amor.* eleg. 1. supra & eleg. 8. supra.

Non me deficiet nautas rogitare.

Vide adnotata ad illud Tibulli in Panegyrico.

Tum tibi non desit faciem componere pugnæ.

TVRPES *pendere corolla semper.*] turpes, quia hic est ornatus ebriorum, vt ait Plautus in Amphitr. & ipse eleg. 3. supra vers. 21. pendere autem solebant è foribus corollæ. vt Tibull. el. 2. l. 2. *Te meminisse decet, quæ plurima voce peregi*
Supplice cum posti florida serta darem.

Lucret.

Lucret. libr. 4.
At lacrymans exclusus amator limina sæpe
Floribus & sertis operit, postesque superbos
Vngit amaracino. Ouid. eleg.6.lib.1. Amor.
At tu non lætus detracta corona capillis
Dura super tota limina nocte iace.
Tu Domina, cum te proiectam mane videbis
Temporis absumpti tam male testis eris.
& lib.2. de remed. Amor.
Effice nocturna frangatur Ianua rixa,
Et tegat ornatas multa corona fores.
Catull. in Aty.
Mihi floridis corollis redimita domus erat.
& Virg. *Varijs florentia limina sertis.*
Pendebant & corollæ ante fores templorum, vt Tibulli eleg.1. lib.1.
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corolla
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.

Et *exclusis signa iacere faces.*] faces, inquit, mihi semper adsunt, quæ significant exclusos amatores iacere in limine. τὸ *exclusis* retulit ad *signa*, vt eleg.29. lib.2.
Signa voluptati non iacuisse duos. & el.3. lib.3.
Nocturnaque canes ebria signa fugæ.
De facibus Pers. sat.5. —*dum Chrysidis vdas*
Ebrius ante fores extincta cum face canto.
Horat. oda 26. lib.3. *Hîc hîc ponite lucida funalia.* & ebrijs præferuntur, vt dictum eleg.3. supra vers.10. facibus etiam ad exurendas fores vtebantur. Theocrit. Idil.2.
εἰ δ᾽ ἄλλα μ᾽ ὠθεῖτε καὶ ἁ θύρα εἴχετο μοχλῷ,
Πάντως καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ᾽ ὑμέας.
Lipsius cap. 12. lib.3. Var. legit, exclusi, s extrito. id est cum iacentes faces mane prætereuntes vident, quas exclusus amans abiecit, conijciunt Dominam cuius illa est ianua esse impudicam.

Nec *possum.*] quia ipsa sum infamis, cui agere & patrocinari non licet l.1. D. de postul.

Infamis *domina.*] hoc est quod dicturus sub finem, *Domina vitijs Aeterna differor inuidia.* non infamia libidinis comes. Virg. 4. Æneid.
Extinctus pudor & qua sola sidera adibam
Fama prior. Ipse el.31. lib.2. *Fama iactura pudica.*
Tanta tibi misera quanta mereris erit.
& el.17. lib.3. *Infamis stupro stat Pelopea domus.*
& el.9. lib.3. *Iuppiter infamat seque suamque domum.*

Defendere *noctes.*] purgare & excusare negando, vel refellendo stupra nocturna. sic eleg.28. lib.2.
Vetuas noctes & mihi redde decem. & eleg.17. lib. eiusd. *Mentiri noctem.* & eleg.3. lib.4.
Hæc ne marita fides? & pacta sunt mihi noctes?
Plaut. Asin. *Pactis legibus noctem huius & cœnam sibi daret.* Ibid. *Noctem huius mihi opto.*

Nobilis.] in deteriorem partem, vt *insignis*. sic Cic. Offic. 2. *Testis est Phalaris, cuius præter cæteros est nobilitata crudelitas.* Lucill. sat.7.
Phryne nobilis illa vbi amatorem improbius quem.
Horat. sat.3. lib.2. ——*par nobile fratrum*
Nequitia, & nugis. vide Nonium in *Nobilis.*

Obscoenis *tradita carminibus.*] famosis & turpibus elegijs commendata hominum sermoni, quæ impudicam Dominam testentur. Plaut. Mercat. sc.3. Act.2. *Noctu occentent ostium:*

A *Mea impleantur carbonibus elegiorum fores.* vbi alij legere malunt eclogiorum, vel elogiorum; quia elogia, *blasons*. Sed τὸ ἐλεγεῖον, versus elegiacus & amatorius. Ouid. eleg.1. lib.3. Amor,
Ah quoties foribus duris incisa (elegia) *pependi*
Non verita à populo prætereunte legi.
Idem eleg.7. lib. eiusdem.
Ad rigidas canto carmen inane fores.
Interpres Persij ad sat.5. *Fores amicarum solent vnguento perfundere, & ante Ianuam illarum noctem vigilijs & cantu transigere.* Ouid. 4. Fast.
Primus amans carmen vigilatum nocte negata
B *Dicitur ad clausas concinuisse fores.*

Obscoenis.] impudicis. *Obscœna*, inquit Festus in Oscum, *mali ominis; vel impudentia & spurca, à libidine & spurcitia Opscorum. Tradita*, vt Cic. 13. Philipp. *Quem ego insultum verissimus maledictorum notis tradam hominum memoria sempiternæ.* Et quod vulgatur quasi per manus traditur. sic dixit eleg. 19. lib.2.
Narranti noli committere famæ. Cæsar 2. de bello Gall. *Tradere sermones alios alijs.* An *tradita*, traducta, & infamata; Cicero pro lege Manilia: *Cuius adolescentia non stipendijs, sed triumphis est*
C *tradita.* ita vet. lib. cum nunc legatur *traducta*; ex interpretatione. Nam *transdere*, est traducere.

Nec *tamen illa suæ reuocatur parcere famæ.*] non potest eo reduci, vt famæ suæ consulat. de hoc genere sermonis *Reuocatur parcere*, dictum ad eleg.9. supra. vers.5. Reuocamur autem à periculis & malis, vt eleg.1. supra. *Lapsum reuocatis.* & Cic.1. de leg. *Reuocare à flagitio.* & 2. de leg. *Reuocare à scelere.* & 13. Philipp. *Reuocare à furore. Parcere famæ*, est consulere existimationi suæ. Plaut. Asin. *Qua amanti parcet, eadem sibi parcet parum.* Sueton. in Caligula
D cap. 36. *Nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercit.* Afranius epistola apud Nonium in *Comparare*.
Nam proba & pudica quod sum, consulo & parco mihi.

Turpior *& secli viuere luxuria.*] Non reuocatur à turpi vita, & à luxuria corruptisque moribus huius ætatis. Culpam autem confert in sua tempora. de quibus eleg. 7. supra:
Et ætatis tempora dura queri. multa quoque in luxuriam suæ ætatis dixit eleg. 2. sup. vide & eleg. 12. lib. 3. nam eam totam consumit in conquestione de luxuria. Seneca cap. 16. de consolat. ad Elb. *Maximum sæculi malum impudicitia.* & in procemio lib.1. declam. ad Nouat. *Solebat autem & hoc genere exercitationis vti, vt nihil*
E *præter epiphonemata scriberet aliquo die: nihil præter enthymemata aliquo die: nihil præter translatiuas quas dicimus sententias: tanquam quæ de fortuna, de crudelitate, de sæculo, de diuitijs dicuntur.* Cic. 9. Philipp. *Huius sæculi insolentia.* Catull. epigr. 14.
Sæcli incommoda pessimi poeta. Item.
O seclum insipiens & infacetum.
Ipse eleg.25. lib.2.
Non tamen ista meos mutabunt secula mores.
Albin. ad Liuiam.
Quid tenuisse animum contra sua secula rectum?
Altius & vitijs exseruisse caput?
Cic. in Paradox. *In huius seculi errore versor.* Cornel. Tacit. de morib. German. *Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia: non forma, non opibus, non ætate*

T

maritum inuenerit. Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi seculum vocatur. Seneca in Octauia.

Totum per orbem maximum exortum est malum
Luxuria, pestis blanda, cui vires dedit,
Roburque longum tempus, atque error grauis.
Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant, seculo premimur graui. Et mox.
Luxuria victrix orbis immensas opes
Iampridem auaris manibus, vt perdat, rapit.

HAS *inter grauibus cogor deflere querelis.*] vet. lib. *hæc.* vt sit anastrophe, *inter hæc*, pro interea; vt posthæc, pro postea. Sueton. In Calig. cap. 45. *Inter hæc Senatum obiurgauit edicto.* An τὸ *has* referendum est ad *noctes* versu 4. supra. Inter has noctes. vt Liuius lib. 36. *Inter ipsum pugnæ tempus.* Ibid. *Inter ipsum pugnæ discrimen.* Scaliger legendum putat: *Has inter grauius cogor deflere querelas.* hoc sensu. Præter eas querelas est, quod grauius doleat mihi: & *Grauius*, inquit, bene repositum esse à nobis fidem fecerit τὸ *tristior.* Sed cui persuadebit τὸ *inter* idem esse quod *præter? Graues querelæ*, sæuæ, vt eleg. 17. infra vers. 9. Cic. pro Marcello: *Nunc veniam ad grauissimam querelam & atrocissimam suspicionem tuam.*

SVPPLICIS *à longis tristior excubijs.*] cogor, inquit, acerbè conqueri, tristior facta, post longas excubias amantis, qui mihi supplicat, liminique meo aduoluitur. *Supplicis* per se stat, vt Virg. *Sed iura, fidemque Supplicis erubuit.* & Tibull. *Hæc notas iniustos supplicibusque fauet.*

A, vel ob excubias tristior: excubias id est postquam diu excubare vidi. vel post: nisi sit *Ab.* de excubijs amantium Ouid. eleg. 9. lib. 1. Amor.

Peruigilant ambo, terra requiescit vterque;
Ille fores dominæ seruat, at ille ducis.

Ergo hic excubiæ, peruigilium ante fores, vt Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Tum niger in turba serpentum Cerberus ore
Stridet & æratas excubat antè fores.

Quare fallitur Seruius, qui excubias diurnas, esse ait, vigilias nocturnas. Excubat, qui extra cubat. Virg. Æneid. 4.

——— *vigilemque sacrauerat ignem*
Excubias diuûm æternas. Ipse eleg. 28. lib. 2.
Redde etiam excubias, Diuæ nunc, ante Iuuencæ.

de peruigilio Isidis, vbi vide adnotata de excubijs ante fores. Vet. gloss. *Excubitum*, [illegible].

ILLE *meos nunquam patitur requiescere postes.*] Amator exclusus non finit capere somnum & dormire postes, quibus suffixa sum. Sic Plaut. Curcul. sc. 2. Act. 1. *Hoc vide, vt dormiunt pessuli pessumi, nec mea gratia se commouent ocyus.* Ipse el. 25. lib. 2. *Putris & in vacua requiescit nauis arena.* quod Catull. *Recondita senet quiete.*

ARGVTA.] tinnula, canora, garrula. vt adnotatum ad eleg. 6. supra.

Illo mihi totis argutas noctibus ignes.

REFERENS *carmina.*] iterum & sæpius memorans & recinens. dictum eleg. 1. sup. vers. vlt. & eleg. 4. vers. 6.

BLANDITIA.] assentatiuncula, [illegible]. vide adnotat. ad eleg. 9. supra. vers. 30. Ouid. 1.

A de remed. Amor.

Et modo blanditias, rigido modo iurgia posti
Dicat. & 2. de remed.
Nec dic blanditias, nec dic conuicia posti.

& lib. 2. de arte am.

Postibus & duræ supplex blandire puellæ.

IANVA *vel domina penitus crudelior ipsa.*] & tua & mea domina multo durior, vt mox

——— *ferro durior & chalybe.* Ouid. 3. de arte am. *Ante fores iaceant, crudelis ianua clament.* Sic Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Ianua difficilis dominæ te verberet imber.

B *Penitus*, omnino. Virg. ecloga 1.

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Aut valdè. vt 1. Æneid. *penitusque sonantes Accestis scopulos.* & 6. Æn. *Penitus conualle virenti* & 9. Æneid.

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur.

iunxit autem cum comparatiuo, vt Plautus in Amphitr. *Magis maiorem in modum.* & Captiuis. *Non inuenies hoc certo magis certius.* & alibi: *Magis maiores nugas egeris.*

QVID *mihi tam duris clausa taces foribus.*] contra el. 21. lib. 2. *Nobis nonnunquam Ianua mollis.*

C *Fores*, inquit Seruius, *Quæ foras aperiuntur: valuæ, quæ in se reuoluuntur & se velant: Ianua, primus ingressus.* habet igitur ianua fores, vt valuæ. Ouid. 2. Met. *Argenti bifores radiabant lumine valuæ.* Sic Liuius l. 1. *fores portarum.* & lib. 25. *fores portæ.* *Duras*, vocat, vt Ouid. eleg. 6. lib. 1. Amor.

Vos quoque crudeles rigido cum limine postes
Duraque conseruæ ligna valete fores.

& Horat. od. 10. l. 3. *Asperas porrectum ante fores.*

RESERATA.] Aperta. Varro sub finem l. 6. de ling. Lat. *Reserare à sera dictũ, id est aperire, vnde seræ quibus remotis fores panduntur.* Nonius. *Reserare, quia remota sera fores patefiunt.* Idem &

D Festus in litura. vnde Ouid. eleg. 6. lib. 1. Amor. *Excute poste seram.* Albin. ad Liuiam.

Claudite iam parcæ nimium reserata sepulcra.

MEOS *admittis amores.*] finis ingredi me amantem. τὸ *admittere* opponitur, τῷ *excludere.* eleg. 19. lib. 3.

Vix tamen aut semel admittit cum sæpe negauit.

eleg. 17. lib. 2.

Nunc decimo admittor vix ego quoque die. *Meos amores*, me ipsum, vt el. 2. supra: *Nostræ gratissima vitæ.* & eleg. 17. infra.

Illic si qua meum sepelissent fata dolorem. & el. 19.
Sed ne forte tuo careat mihi funus amore.

E pro te amica.

NESCIA *furtiuas reddere mota preces.*] vt Horat. *Pelidæ stomachum cedere nescij.* Virg.

At secura quies, & nescia fallere vita. Item.
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

Item. ——— *rumpuntur nescia vinci Pectora.* *Reddere preces* id est rependere verba benigna pro precibus, quod infra: *respondere mutua.* Sic Virg. 1. Æn. *Audire & reddere voces.* Catull. *Nec missas audire queunt, aut reddere voces.* Horat. *Syno dictata magistro reddere.* *furtiuas preces*, quæ furtum & clam fiunt, vt eleg. 3. supra: *furtiua poma.* vide illic adnotata. An *reddere preces*, perferre ad dominam, vt redduntur nobis litteræ à nuncijs & tabellarijs?

Mea, quæ se inflexam misericordia ostenderet, si redderet, vide adnotata ad illud eleg.8. supra. *Non tamen illa meos fugit auara sinus.*

NVLLANE *finis erit nostro concessa dolori?*] ecquis dabitur meis curis modus? simile el.17. infra. *Nullane placatæ veniet fortuna procellæ?* Nonius vbi profert eorum auctoritates, qui finis dixerunt genere feminino citat Attium Phœnissis: *Neque vlla interea finis curai datur.* sic correxi pro, *curis.* vbi *datur finis*, vt hic *concessa finis.* Virg. *Dabit Deus his quoque finem.* Gell. cap.19 lib.13. ad illud Virg.2.Æneid.

Hæc finis Priami fatorum.

TVRPIS *at in tepido limine somnus erit.*] In plerisque excusis est *Tristis*; si ita legimus, acerbus somnus erit, & irrequieta quies, vt eleg. 19. lib.2. *somnus amarus erit:* si *turpis* quia infamiæ tribuitur ante fores iacere & ita *turpes corollæ* supra hic dicuntur. *Tepidum limen*, quod fouendo & incubando intepuit. Catull. in Aty. *Mihi ianuæ frequentes, mihi limina tepida* (amantium frequentia.) sic eleg.7. lib.4.

Fecerunt tepidas pallia nostra vias. Ibidem.

Atram quis lacrymis (vidit) *intepuisse togam.*

In limine cubile amantium. Horat.od.10.lib.3.

Non hoc semper erit liminis aut aquæ
Cælestis patiens latus. & oda 11. epod.

Et heu Limina dura quibus lumbos & infregi latus.

Ouid. eleg.9. lib.1. Amot.

Ille graues vrbes, hic dura limen amicæ
Obsidet. Ipse eleg.18. infra.

Et datur inculto tramite dura quies. & eleg. 17. lib.2. *Nunc licet in triuijs sicca requiescere luna.*

Plato quoque in cõuiuio inter ineptias amantium commemorat κοιμήσεις ἐπὶ θύραις. dormitationes ad fores.

ME *media noctes.*] mediam noctem venerabantur, credo quia esset diei ciuilis initium. Horatius oda 19. lib.3. vbi libat: *Da lunæ propere nouæ*, inquit, *da nocti mediæ.* & od.18.lib.3.

Dicetur merita nox quoque Nænia.

ME *sidera plena.*] An exacto & perfecto cursu. vt eleg.3. supra: *exactis sideribus?* An pleno orbe lucentia. vt *plena luna.* eleg. 20. lib.2. & *plena flumina.* eleg.20.infra? An vt in ver. lib. ait Scaliger *prona*, id est occidentia, cum in Oceanum sidera lapsa cadunt? An potius est enallage numerorum, *sidera*, pro sidus, & sidus κατ' ἐξοχὴν pro luna. luna enim plena melius iacentem, id est exclusum & stratum in limine sub dio, videt. vt *sidera ducere.* eleg.1.supra, pro sidus lunæ. Ouid. eleg.6. lib.1. Am.

Peruigil in mediæ sidera noctis eras.

Ipse el.33. lib.2. *Flectunt Icarij sidera tarda boues.* & eleg. 1. lib.4. *Animosaque signa leonis.* Item. *Felicesque Iouis stellas.* sic vice versa infra: *Saxo Sicano*, pro rupibus Sicanis.

FRIGIDAQVE *Eoo me dolet auræ gelu.*] vicem meam dolet & miseratur. Auræ ipsi sensum tribuit, qua de re dictum ad eleg.8. supra. vers.12. *Eoum gelu*, quod sentitur sub exortum auroræ. de Eoo dictum ad eleg.15. vers.7. Horat. sat.6. lib.2.

Matutina parum cautos iam frigora mordent.

Auson. in Rosa.

A *Ver erat & blando mordentia frigora sensu*
Spirabat croceo mane reuecta dies.
Strictior Eoos præcesserat aura iugales.

Ipse eleg.5. lib.4.

Vidi ego odorati victura rosaria Pæsti
Sub matutino cocta iacere Noto.

& eleg.9. lib.2.

Sidera sunt testes & matutina pruina.

TV *sola humanos nunquam miserata dolores.*] malis hominum commota. sic eleg.1. lib.2.

Omnes humanos sanat medicina dolores.

& τὸ *nunquam*, iteratur, vt supra:

B *Cur nunquam reserata meos admittis amores?*

& eleg. 10. supra.

Qui nunquam vacuo pectore liber erit.

Miserari, inquit Nonius, *est flere & lamentari: misereri, miserationem alienis casibus exhibere.* Festus, *Miseratur is, qui queritur aliena incommoda; miseretur, qui miserum subleuat.*

RESPONDES *tacitis mutua cardinibus.*] *Reddis preces:* supra. *mutua respondere*, vt eleg. 5. supra vers. 30. *Alter in alterius mutua flere sinu.* vide, illic adnotata. *Tacitis cardinibus*, ambiguè: tacent enim cardines clausa ianua; quæ eum aperitur cardines strident: & *nunquam respondes tacitis cardinibus.* id est, arte quadam C muris. Tibull. *Nec furtim verso cardine aperta fores*, quod fit aquula suffusa in Curculione Plauti: *Non mutis*, inquit, *cardo, lepidus est.* Tibull. el.6. lib 1. *Cardine tunc tacito vertere posse fores.* Fab. declam.1. *Tu non cogitas quemadmodum suspensa manu sonantem blandè cardinem flectas.* Cardo, inquit Seruius, dictus quasi (καρδία) cor Ianuæ, quò mouetur Ianua.

O *vtinam meæ vocula.*] ὑποκοριστικῶς vt Cic. ep. 22. lib. 2. ad Attic. *Recreandæ voculæ causa ambulare.* & ep. 15. l.2. fam. *Incurrit hæc nostra laurus in voculas maleuolorum.*

TRAIECTA *caua rima.*] per rimam penetrans siue transmissa. Rima, κοιλότης, *vne fente. caua rima*, vt, *cauis manibus* eleg. 3. supra. vers.24. & *cano ære* eleg. 12. lib.2. & *cauis pumi-* D *cibus* eleg.2. lib.3. *caua rima*, vt Horat. epist.7. lib.1. *per angustam rimam.* Ouid. 4. Met. in fabula Pyrami & Thisbes.

Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,
Cum fieret paries, domui communis vtrique.
Id vitium nulli per secula longa notatum.
Quid non sentit amor? primi vidistis amantes;
Et vocis fecistis iter, tutaque per illud
Murmure blanditiæ minimo transire solebant.

Ipse el.18. l.2. *Aut per rimosas mittere verba fores.* & el.1. lib.4. *Persuasa fallere rima sat est.*

PERCVSSAS.] Ictu vocis pulsas. sensus E audiendi fit pulsis auribus sono vocis, vnde Virg.4. Georg. ——*maternas impulit aures Luctus Aristæi.* & 12. Æn *Arrectasq; impulit aures Confusæ sonus vrbis.* Plaut. Amphitr. *hinc mihi dextra vox aures verberat.* Ennius Thyeste apud Nonium in *Crepare*, pro ferire: *Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat.* Apoll. l.2. δοῦπος ὑπ' οὔατα βάλλε. sonitus (petrarũ concurrentiũ) aures feriebat.

DOMINÆ *vertat in auriculas.*] παραδοχῶς; vnde *vertens annus.* Plaut. Amphitr. *Vortentibus Telebois telis complebantur corpora.*

Liuius lib.3. *Terror vertere in plebem cœpit.* Sic Virg.1. Æneid. *Tum prora auertit.* & eleg. 6. supra. *Quà tendit Ionia.* vide adnotata ad eleg. 1. sup. *Duco sidera*, pro duci.

S I T *licet & saxo patientior illa Sicano.*] durior & immanior rupe. Nam quod Virg. 2. Æneid. dixit, *& duri miles Vlyssei*; Horatius ep.7. lib.1. *Proles patientis Vlyssei.* Horatio ita & dicitur, *patiens Lacedæmon.* Ouid. eleg. vlt. lib.1. Amor.

Ergo cum silices, cum dens patientis aratri
Depereant æuo, carmina morte carent.

Saxum sicanum, sicula rupes, Ætna, vt Tibull. eleg.1. lib. 4.

Cessit & Aetnaæ Neptunius incola rupis.

Sicani Hispaniæ populi dicti à Sicano flumine, in Siciliam venere, & Sicaniam eam nominauere. Auctor Thucydides in 6. An est enallage numerorum, pro saxa Sicana vt eleg. 16. lib.2. *Non potuit saxo vitam posuisse Ceranno.* pro saxis. vt intelligantur scopuli Cyclopum tres numero. de quibus Plin. cap. 8. lib.3. Virg. 1. Æn. *Vos & Cyclopea saxa Experti.* Polyphemus ad Galateam apud Ouid. 13. Met.

His immobilior scopulis.

S I T *licet & ferro durior & Chalybe.*] Prouerbialis hyperbole, vt eleg. 9. supra.

Illis & silices & possunt cedere quercus.

vbi adnotat ex Anacreonte. ferrum separauit à Chalybe, vt genus à specie. Nam apud Chalybas populos ferrum optimum nasci, & eos ei vni dare operam rei scribunt. Virg. 1. Georg. & Apollon. lib.2. & Strab. lib. 12. Chalybes sunt Paphlagoniæ seu Cappadociæ populi. Virg. 8. Æneid.

Vulnificusque Chalybs vasta fornace liquescit.

vbi Seruius, populos pro ferro posuit. *χαλυβικὸν σίδηρον, acier.* & illud *acier*, an ab *acieris*; quæ securis ærea, qua in sacris vtebantur. Festus.

N O N *tamen illa suos poterit compescere ocellos.*] cohibere à fletu. sic *compescere lacrymas* Seneca cap. 15. de Consol. ad Polyb. Ipse el. 10. lib.3. *Supprimere lacrymas*, vers. 8. & *Fletum supprimere*, vers. 113. el.1. lib.4. de verbo *compescere* dictum eleg. 5. supra. vers. 1. & ad Tibulli Panegyricum.

S V R G E T *& inuitis spiritus in lacrymis.*] Inuita suspirare & flere cogeris. *Surget* dictum vt *orietur* eleg. 5. sup. vers. 15. *spiritus*, singultus & suspirium. Horat. oda 11. epod. *Et latere petitus imo spiritus.* Apuleius lib. 8. *Hoc ille longos trahens spiritus, & nonnunquam illacrymans grauiter affectus rusticis annunciabat.* Ipse eleg. 30. lib.2.

Adspice vt in toto nullus mihi corpore surgat
Spiritus, admisso notus adulterio.

id est anhelitus. *Inuita lacrymæ.* Virg. 2. Æneid. *coactæ.* Terent. *vi expressa.* Matt. *Iussa.* vide eleg. 15. supra. vers. 40.

N V N C *iacet alterius felici nixa lacerto.*] cubat fulta & incumbens alterius brachio, & quam alter amplexam tenet subiecto brachio. Ipse eleg. 4. lib.3. *Inque sinu caræ nixus spectare puellæ.* Tribuit autem parti quod est totius, *felici lacerto* vt eleg. 8. supra. *felici remo.* & eleg. 3. supra. *Iucundis alis*, & eleg. 1. supra. *facili aure.* *felici*, dolenter vt Virg. 3. Æneid.

A *Viuite felices quibus est fortuna peracta*
Iam sua.

E T *mea nocturno verba cadunt Zephyro.*] verba mea irrita ventus flans noctu excipit & discerpit. *Cadunt verba*, vt Sophocles Trachinijs ὦ τέκνον, ὦ παῖ, κ' ἄξ ἀχρεῖον ἆρα μῦθοι καλῶς πίπτουσιν. vide notata ad eleg. 5. sup. vers. 14. *Fortia verba cadent.* & eleg. 8. sup. *Eleuet aura preces. Zephyrus*, pro quocunque vento. vt Catull. in Ariadna,

Hic qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus. nam Zephyrum flare mane Aristoteles negat in Problematis, quia rum Sol longius absit ab occidente.

B S E D *tu sola mei, tu maxima causa doloris.*] Tu & solam & maximam flendi causam præbes. paulo ante dixit.

Tu sola humanos nunquam miserata dolores.

V I C T A *meis nunquam ianua muneribus.*] quæ flecti non potes sertis, vino, vnguentis, votis, blanditijs, precibus & supplicationibus. *Vinci* dicuntur, qui negare amplius non possunt, & cedere instantibus coguntur. vt Sylla apud Sueton. in Cæsare cap. 1. *Vincerent, ac sibi haberent.* Virg. 12. Æneid. *Victus amore tui*, &c. Ibidem.

Do quod vis, & me victusque volensque remitto.

C Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Ianua iam pateas vni mihi victa querelis.

Ipse eleg. 12. lib. 3.

Gallam non munera vincent.

Idem valet eleg. 15. lib. 3.

Heu nullis capta Licinna datis.

& Tibull. *Muneribus meus est captus puer.*

contra Horat. *Potentior muneribus.*

T E *non vlla mea læsit petulantia linguæ.*] nullum à me conuicium in te iactatum est. Festus: *Petulantes & petulci, qui proterno impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia.* Cicero 4. de Rep. apud Nonium. *A petendo, petulantia; vt à procando, procacitas.*
D Idem 2. de Orat. *Id sum assecutus, vt si quis mihi maledicat, petulans, aut insanus esse videatur.* Idem 2. ad Atticum. *Diphilus noster in Pompeium petulanter inuectus est.* Et pro M. Cœlio, *Contumelia petulantius iactata conuicium dicitur.* & iniuria dicitur etiam quæ aures alicuius maledicto violat. Anacreon Φιλοχλοιδορεῦ γλώσσης θύραν θέλημα χεῦα. Conuicium Ianuæ fit apud Tibullum his verbis eleg. 2. lib. 1.

Ianua difficilis Dominæ te verberet imber.
Te Iouis imperio fulmina missa petant.

Q V Æ *solet irato dicere verba loco.*] Anacolonthon; subaudiendum, ijs verbis. Est & hy-
E pallage, quæ iratus solet verba dicere loco. id est ædibus & ianuæ. Si legimus, *tuta*, erit hypallage, pro tuto loco, clausis foribus & conuicia spernentibus. Scaliger legit, *trita.* id est peruagata conuicia & maledicta, & *loco* exponit, loco & tempore, quo amans irascitur. nugæ. An *trita ioco*? Sed melius vet. lib.

Qua solet immerito dicere turba loco.

Turba, vulgus. Plaut. Pseud. sc. 6. Act. 4. *Quid ait? quid narrat? quæso quid dicit tibi? B. Nugas theatri, verba quæ in comœdijs solent lenoni dici. quæ pueri sciunt. malum & scelestum, & periurum aiebat esse me.*

VT *me tam longa raucum patiare querela.*] postquam ad rauim vsque sum conquestus de te, quod me pernoctare sinas in triuio, quod prohibere potes, nec prohibes. vt eleg.8. sup.

Vt me defixum vacua patiaris in ora.

raucum querela, vt Virg. ecl.1. *Rauca palumbes & turtures* longo gemitu. & ecl.2. *Rauca cicada.*

SOLLICITAS *triuio peruigilare moras.*] Hypallage, pro me sollicitum insomnem noctem ducere, vt eleg.17. infra.

Mansuetis socio parcite littoribus. id est ipsæ mansuetæ. & infra hac eleg.

Osculaque impressis nixa dedi genibus.

id est, ipse nixus. *Peruigilare moras*, vt eleg.6. supra *horam durare*, & Plaut. *Residere ferias.* An vigilare per moras. id est per longum tempus? *Peruigilare* vno verbo, vt peruigil, & peruigilium. Ouid. 6. Fast.

In multo nox est peruigilata mero. Catull.

Cum mens anxia peruigilat. vt hîc *sollicitas peruigilare moras*, sic Tibull.

Est mihi nox multis euigilanda malis.

sollicitas moras peruigilat, qui sollicitè exspectat morantem. De his moris amicarum, quæ sollicitos reddunt amantes Tibull. eleg.8. lib.1.

Vel cum promittit, &c. & eleg. vlt. lib.2.

Sæpe vbi nox promissa mihi est, languere puellam
Nunciat, aut aliquas extimuisse minas.

In triuio autem plerumque amanter pernoctabant. Ipse eleg.17. lib.2.

Nunc licet in triuijs sicca requiescere luna.

Triuium, τρίοδος, vt biuium, quadriuium. Ouid. 1. Fast. *Seruet vt in ternas compita secta vias.*

AT.] atqui, vt eleg.13. sup. vers.5.

TIBI *sæpe nouo deduxi carmina versu.*] scripsi filo tenui, & stylo gracili. *Deducere carmen & tenuare* eleg.1. lib.3. translatum à lanificio Catull. in Ariadna.

Dextera tum leuiter deducens fila supinis
Formabat digitis, vbi vide adnotata.

Carmen autem à versu distinguitur, quia carmen etiam longum poëma, quod ex pluribus versibus constat. eleg.9. sup. *graue dicere carmen* id est, opus Thebaidos. *Versu nouo.* mirabili & eximio. Virg. ecl.3. *Pollio & ipse facit noua carmina.* Horat. oda 26. lib. 1. *fidibus nouis.* Cicero: *nouum crimen.* Tibull. el.7. lib.1. *nouos triumphos.* De more Amatorum canendi ad fores amicarum dictum paulo ante.

OSCVLAQVE *impressis nixa dedi genibus.*] hypallage, pro, oscula fixi & impressi gradibus ipse genu-nixus. Vnde Nixij Dij Festo genibus nixi. alioqui sæuissima & adamantina essent oscula, quæ lapideos imprimerent gradus. Veteris autem superstitionis fuit osculari limina, & amplecti & salutare. Tibull. eleg.2. lib.1.

Et dare sacratis oscula liminibus. Virg. 2. Æn.

Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.

& 3. Æneid. *Sceaque amplector limina portæ.*

Theocrit. in Eraste. Κύσε τὰν φλιάν. Osculatus est limen (descendens amator.) Medea apud Apollon. lib.4. patriam patremque relictura.

Κύσε δ' ἑοῖο λέχος, καὶ δικλίδας ἀμφοτέρωθεν Σταθμούς.

& Prædones visentes Scipionem Linterni, apud Valer. cap.5. lib. 2. Tit. de maiestate,

A *Postes Ianuæ venerati sunt.* & Prusias Rex cum Romam venisset, ingressurus curiam summisit se, & osculo limen curiæ contigit, vt scribit Liuius lib.45. in extremo. Lucret.

Foribus miser oscula figit. Impressa oscula, fixa cum morsu. Horat. *Puer furens Impressit memorem dente labris notam.* Tibull. —*queis liuor abesset*

Quem facit impresso mutua dente Venus. Plaut. in Curcul. sc.1. Act.1. *Pangere suauium & oppingere.*

ANTE *tuos quoties versi me perfida postes.*] è ritu priscæ religionis, de quo Plutarch. in Numa, Camillo, & Marcello. Plin. cap.28. lib.2.

B *In adorando dextram ad osculum referimus: totum corpus circumagimus: quod in læuum fecisse Galliæ religiosius credunt.* Plaut. Curcul. sc. 1. Act.1. *Quo me vortam nescio. P. Si Deos salutas dextrouorsum censeo.* Ipse eleg.8. lib.3.

Et Veneris magnæ voluitur ante pedes.

Lucret. lib.5.

Nec pietas vlla est, velatum sæpe videri
Vertier ad lapidem. Ouid. 3. Fast.

Atque aliquis modo trux, visa iam vertitur ara.

Sueton. in Vitellio cap.2. *Neque aliter adire ausum est, quam capite velato, circumuertensque se, deinde procumbens.* Stat.5. Thebaid. *Magnorum circa vestigia regum Vertitur.* De Hypsipyle supplice.

C

DEBITAQVE *occultis vota tuli manibus.*] clam vota obtuli & persolui, quia promissa & concepta. *debita vota*, ἐκ τοῦ αὐτοῦ, vel otiosum epitheton. vt eleg. 6. lib.3.

Et mater non iusta piæ dare debita terræ.

debita per se stat. Tibull. eleg.3. lib. 4.

Iam celeber, iam lætus eris, cum debita reddet
Certatim sanctis lætus vterque focis.

Ouid.5. Fast. *Emeritus vati debita soluit honor.* & in ep. Vlyssis *Iam reduci soluens debita vota Ioui.* sic *noxia vota.* id est, obnoxia ipse eleg. 3. lib. 4.

D *Tuli.* vide ad eleg. 4. lib.4. vers.25.

Occultis manibus. clam & furtim. & per hypallagem ipse occultus, vide adnotata ad vers. 40. huius elegiæ.

HÆC *ille.*] queritur scilicet.

ET *si quæ miseri nouistis amantes.*] si quæ alia scitis dici solita. *miseri amantes*, vide eleg.1. supra. vers.1.

ET *matutinis obstrepit alitibus.*] aues mane canentes interpellat. Palmerius legit *Hei matutinis*, &c. nugæ. *Obstrepere*, est strepitu quodam interpellare dicentem. Cicero pro Marcello.

E *Eiusmodi res obstrepi videntur clamore militum & tubarum sono.* & 3. de orat. *Sibi ipsi in dicendo obstrepere.* sic *obloqui* & *occanere* Paulo, Sallustio, Tacito & Ouid. eleg.1. lib.3. de Ponto.

Non auis obloquitur, siluis nisi siqua remotis
Æquoreas rauco gutture potet aquas.

MATVTINIS *alitibus.*] manè canentibus. *Alites propriè quæ alis & volatu faciunt auspicium, vt oscines quæ faciunt auspicium ore canentes*, inquit Festus in *Alites*, & in *Oscines.* Ergo hic *alites* dixit, pro Oscinibus. de Gallis exponit Beroaldus, de quibus Mart. *Cristataque sonant vndique lucis aues.* Hesiod. ὄρθρον δὲ ἕωρ. hirundinem ὀρθρογόην vocat. id est mane gementem. *Matutinæ alites*, vt sup hac eleg. *Nocturno Zephyro.* & *matutino noto.* eleg.5. lib.4. & Virg.8. Æneid.

Et matutini volucrum sub culmine cantus.

Ibidem. *Nec minus Æneas se matutinus agebat.* *Bona locutione*, inquit Seruius, *res temporis ad personam transfert*, vt Horat.

Nec vespertinus circumgemit vrsus ouile.

Ipse eleg. 5. lib. 4.

Et sua nocturno fallere terga lupo.

Matutinus etiam qui & Cerus manus, Ianus Deus. Horat. sat. 6. lib. 2.

Matutine pater, seu Iane libentius audis.

Matutinus ab aurora, siue Leucothea. Priscian.

SIC *ego.*] An legendum *bis*?

NVNC-DOMINÆ.] ὑφεν. vt eleg. 29. lib. 2.

Io versa caput primos mugiuerat annos:
Nunc-Dea, quæ Nili flumina Vacca bibit.

vbi vide adnot. Catull. Ianuam sic loquentem facit. *Non ita Cæcilio placeam, cui tradita nunc sum.*

VITIIS.] heræ meæ sæuitia, luxuria, & libidine. vitium, stuprum. vnde *vitium offerre virgini* & vitiare.

ET *semperamantis*, vt eleg. vlt. huius libri *Semperamicitia.* vbi vide adnotata.

FLETIBVS.] querelis & lacrymis. Nam vt ait Seruius ad illud 6. Æneid.

Infantumque animæ flentes. Ploratus tantum lacrymarum est: planctus tantum vocum: fletus & vocum & lacrymarum.

ÆTERNA *differor inuidia.*] perpetua traducor infamia, & odio sum omnibus. *Differor*, traducor, infamor, laceratur mea fama & distrahitur. dictum ad eleg. 4. supra.

Et te circum omnes alias irata puellas
Differet.

Inuidia autem hic pro odio & offensione, qua quis laborat.

AD ELEGIAM XVII.

Ad Cynthiam de Maris tempestate.

ET *merito.*] Iure id quidem mihi accidit. ἐπιφωνηματικῶς. Ouid. eleg. 11. lib. 3. Amor.

Et merito: quid enim formæ præconia feci?

& 9. Metam.

Et merito: quid enim temeraria vulneris huius
Indicium feci?

Horat. sat. 6. lib. 1.

Vel merito, quoniam in propria non palle quiessem.

QVONIAM *potui fugisse puellam.*] tam durus fui vt puellam relinquerem contra el. 30. lib. 2.

Quò fugis, ah demens? nulla est fuga, &c. τὸ *potui* sumitur, vt eleg. 8. sup. vers. 5. vide illic adnot. *fugisse* acerbè dictũ vt 4. Æn. *Mene fugis?* & videri adlusum potest ad seruos fugitiuos. nam & seruit puellæ, & eam dominã appellat. vide Q. Catulli epig. *Aufugit me animus.*

NVNC *ego desertas alloquor alcyonas.*] ad solas aues marinas, verba facio, quæ nec audire, nec respondere possunt. *Deserta Alcyones*, solitariæ, quia rarò videntur, inquit Plinius cap. 32. lib. 10. alio sensu. Stat. 9. Thebaid. *Desertam Alcyonem* vocat, pullis scilicet amissis. Cur autem Alcyonas potissimum alloquitur? an quia querulæ aues querulo amatori respondebunt, vt eleg. 8. lib. 3. *Alcyonum positis requiescant ora querelis.* & el. 5. eiusd. lib.

Ah miser, Alcyonum scopulis affligar acutis?

A An quia præstant mare tranquillum, eas orat, vt incubent vt sint Alcedonia. septem enim diebus, quibus incubant, tranquillum est mare. Ouid. 11. Met. in Fab. Ceycis & Alcyones. Plin. cap. 32. lib. 10. & cap. 26. l. 18. Varro 4. de ling. Lat. *Halcyon Græcis, Latinis Halcedo.* vnde Plaut. Casina: *Halcedonia sunt circa forum.* & in Pœnul. *Nisi mihi illum tam tranquillum facis quam mare est, halcedo pullos cum educat suos.* Meminit Aristophanes in Auibus. vide plura in prouerbio *halcedonia*. Chorus apud Euripidem in Iphigen. In Tauris & Alcyones alloquitur.

NEC *mihi Cassiope solitam visura carinam.*] nec
B in mei gratiam lumine suo directura nauem solitam Cassiope. An *mihi*, pro mea, vt sæpe Terentius? Horat. ep. 3. lib. 1. *Quid mihi celsus agit* Stat. 10. Thebaid. *Gemit Inachia mihi saucius Aeriõ Cuspide.* id est meus frater. Apuleius lib. 10. *Vis verum scire. hoc tibi dolium nimis vetustum est.* ipse el. 23. lib. 2. *Vir mihi rare venit.* id est meus. & el. 9. infra. *Sed ne forte tuo careat mihi funus amore.* sic *nobis*, pro noster Virg. ecl. 7. v. vlt.

Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

& Tibull. el. 1. l. 1. *Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corolla Spicea.* id est tua sit, tibi dicetur. & lib. 4. *Tota tibi est hodie.* id est tua. Ipse
C eleg. 20. lib. 2.

Me tibi ad extremas mansurum vita tenebras.

id est tuum. & ita *mea Cassiope*, erit mea Cynthia, meum sidus allegoricῶs, vt el. 14. lib. 2.

Nunc ad te, mea lux, veniet mea litora, nauis
Seruata, an medijs sidat onusta vadis.

& el. 3. lib. eiusd. *Oculi geminæ sidera nostra faces.* vide apud Ouid. ep. Læandri initio de Amica, quæ instar sideris cursum amantis dirigit. An est hypallage, mea carina non est visura solitam Cassiopen? Cassiope, siue Cassiopea mater Andromedæ, & vxor Cephei Regis Æthiopum. Cic. 5. Tuscul. *Stellatus cum coniuge Cepheus, genero*
D *& filia.* Higin. lib. 2. & 3. Cassiopen relatam in sidera ait, sed propter impietatem, quod se Nereidibus prætulisset, ita sedere ait in siliquastro (genus est sellæ Varroni) vt vertente se mundo resupinato capite ferri videatur. Constat à stellis tredecim, vt ibidem describitur.

OMNIAQVE *ingrato littore vota cadunt.*] Scaliger putat legendum *Ominat. Non ominat visura*, pro se visuram non, auguratur. nugæ. vide eleg. 3. supra. vers. 25. *Ingrato littore vota cadunt*, in surdo & nihil sentiẽte littore irrita dispereunt, contra Ouid. 1. Fast. *Nec linguis caducas Concipit vlla preces.* sic dixit eleg. 5. vers. 14. sup.
E *Cum tibi singultu fortia verba cadent.* vide illis adnotata. eleg. vlt. lib. 4. Idem est:

Nempe tuas lacrymas litora surda bibent.

Aliter paulo. *Exciderint surdo tot mea vota Ioui.* Longè aliter Tibull. eleg. 2. lib. 2.

Vota cadunt; vtinam strepitantibus aduolet alis
Flauaque coniugio vincula portet amor.

QVINETIAM *absenti.*] vt eleg. 6. lib. 2.

Quinetiam falsos fingis tibi sæpe propinquos.

Virg. 8. Æn. *Mortua quinetiam iungebat corpora viuis.* & 4. Æn. *Quinetiam hyberno moliris tempore classem.*

PROSVNT *tibi Cynthia venti.*] fauent tibi venti, cum mihi sint aduersi hosti tuo.

Aspice.] non ad Cynthiam tantum, sed ad quemuis dicitur. vide adnotata ad eleg. 15. sup. *Aspice me quanto rapiat fortuna periclo.* Seneca cap. 7. de consol. ad Matt. *Aspice multorum animalium, quam concitata sint desideria.* Albin. ad Liuiam: *Aspice quam meritis culpa sit vna minor.* & *aspice*, pro audi, vt sæpe *videre.*

Qvam *sanas increpet aura minas.*] quàm atrociter & quanto cum crepitu & stridore minetur ventus. *Aura* pro vento etiam vehementiore κατ' μείωσιν. Ouid. 5. Fast.

Ipsa genu nixus flammas excussit ab aura.

id est, flatu suo. Virg.

Aspice ventosi ceciderunt murmuris auræ.

Increpat minas, vt Ouid. eleg. 7. lib. 1. Amor.

Nec nimium rigidas intonuisse minas.

Tibull. eleg. 3. lib. 2.

Negligas hibernas piscis adesse minas.

sic & Virgil. 10. Æneid. *Increpitare* & *minari* coniunxit:

Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?

Crepare & increpare cum 4. casu. Ouid. ep. 3.

Threiciam digitis increpuisse lyram.

Horat. *Crepare pauperiem*, & *crepare vineta.* apud eundem tamen aliud est oda pen. epod.

Sabella pectus increpare carmina. Faire creuer.

Ennius Thyeste apud Noniũ in *Crepare*, ferire.

Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat.

Virg. 9. Æneid.

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro

Increpuit. Plaut. Amphit. *Totus tremo ita me increpuit Iuppiter.* id est, crepitu fulminis perterruit. Liuius: *Similitudinem nominis increpare.* id est, cum verborum crepitu obiectare. Ipse eleg. 9. lib. 3.

Increpat absumptum nec sua mater Ityn.

& eleg. vlt. lib. 4. sine casu:

Ille sua nata dignam vixisse sororem Increpat.

Nvllane *placata veniet fortuna procella.*] eleg. 16. supra:

Nullane finis erit nostro concessa dolori?

Nunquamne accidet, inquit, vt hæc placata & tranquilla sit tempestas? nam vtrique & tempestati & tranquillitati præest fortuna, quæ in mari dominatur, vt adnotatum ad el. 15. sup.

Aspice me quanto rapiat fortuna periclo.

Seneca cap. vlt. de consol. ad Mart. *Quantis fortuna procellis disturbet omnia.* *Procellæ* 2. casu; vt *fortunæ procellæ*, sit procella fortuita. si 3. casu, *placata* erit positum pro placanda, vt *voluentibus annis.* Est autem *procella* vehementior ventus cum pluuia; ita dicta, quod omnia suo impetu percellat & euertat. & *fortuna* apud Cic. pro lege Manilia, pro felicitate, vnde fortunati. Venit autem, abit & redit fortuna Virgilio & Horat.

Hæccine *parua meum funus arena teget.*] Hæccine exigua & minuta arena me mortuum operiet? *Arena*, non humo teguntur electa naufragorum cadauera. eleg. 14. lib. 3.

Me tegat ignota cumulus vallatus arenæ.

& eleg. 5. lib. 3.

Poetum sponte tua vilis arena tegat.

Horat. oda 28. lib. 1.

Pulueris exigui munera vocat, & *Arena particulam ossibus dare.* *Parua arena*, quia nihil minutius arena. vnde *arenam numerare* venit in sermonem vulgi. Apuleius sic dixit 1. Asini: *Superest qui misella huius corpus parua contumulet humo.* *Funus*, inquit Donat. in Andr. *Pompa exsequiarum, dictum à funalibus*: & Seruius in 1. Æneid. Festus à furuo deducit, in *furuum.* Hîc sumitur pro cadauere, vt eleg. 14. lib. 2.

A

Quæ tegat extincta funeris vmbra locum.

Virg. 9. Æneid.

Quo sequar? aut quæ nunc artus, auulsaque membra,
Et funus lacerum tellus habet? eleg. vlt. lib. 4.

Funera, pro manibus & vmbris:

B

Cum semel infernas intrarunt funera leges.

Seruij fragmento: *Funus apparatus mortuorum.*

Tv *tamen in melius sæuas conuerte querelas.*] imprecationes & diras muta in vota pro salute mea. vt eleg. 1. supra:

Dominæ mentem conuertite nostræ.

Scilicet in melius. & el. 15. sup. vers. 23. Virg. 1. Æneid. *Consilia in melius referet.* Tibull. eleg. 4. lib. 3. *Hæc Deus in melius crudelia somnia vertat.* Seneca hippolyto: *Conuerte tristes omnium in melius minas.* vet. gl. *In melius*, ἐπὶ τὸ κρεῖττον. Ouid. eleg. 5. lib. 3. Trist. sic dixit:

Neue hominum refeiam flexas ad mitius iras.

C

Conuertere etiam in deteriorem partem Cic. pro Quintio: *Vides ea ingenia cõuerti ad perniciem.* *Querela*, pro minis & malis verbis, vt eleg. 6. supra: —— *illa minatur*

Quæ solet irato tristis amica viro.

His ego non horam possum durare querelis.

Catullus:

Huc huc aduentate, meas audite querelas. (Eumenides.)

Sat *tibi sit pœna nox & iniqua vada.*] esto hoc supplicio contenta, quod in tenebris, quæ sunt comites tempestatis, & in periculo naufragij,

D

propter vada nauibus infesta, versor. *Nox* pro tempestate, vt eleg. 11. lib. 3.

Venturam melius præsagit nauita noctem.

Virg. 1. Æneid.

Eripiunt subito nubes, cœlúmque diémque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.

& 5. Æn. *Noctem hiememque ferens.* vide Iunium prouerb. 85. cent. 1. *Vada* autem in mari sunt arenæ cumuli, quibus illisæ naues sæpe pereunt. Horat. oda 3. lib. 1.

Si tamen impiæ non tangenda rates transiliunt vada.

Virg. 1. Æneid. *In vada cæca tulit.* Ibidem:

In breuia & syrtes vrget, miserabile visu

E

Illiditque vadis, atque aggere cingit arena.

Idem 5. Æneid.

—— *in scopulo luctantem deserit alto*
Sergestem, breuibusque vadis.

Sed apertius lib. 10. vbi iniqua quoque & inæqualia esse ea loca demonstrat.

—— *Speculatus litora Tarchon:*
Quà vada non sperat, nec fracta remurmurat vnda.

mox: *Namq. inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo*
Anceps, sustentata diu, fluctusque fatigat,
Soluitur, atque viros medijs exponit in vndis.

Incerta vada Syrtium. Seneca cap. 25. de Consol. ad Mart. Vadum tamen aliquando tutum locum significat. vnde Terentianũ prouerbium:

In vado res eſt, pro in tuto. *Sat pœna*, vt Virg. 9. Æneid. *Pœnarum exhauſtum ſatis eſt.*

A *N poteris.*] explicatum eleg. 8. ſup. verſ. 5.

S I C C I S *ocellis.*] ἀδάκρυς, Horatio, *Illacrymabilis*: vnde immane ingenium colligitur. vide prouerbiom: *Boni viri lacrymabiles.* Horat. oda 3. lib. 1. *Quis ſiccis oculis monſtra natantia vidit?* Lucan. *Quis ſicco lumine campos Viderit Aemathios.* Seneca cap. 7. de Conſol. ad Polyb. *Non tantum ſiccos oculos tuos eſſe, ſed etiam lætos oportet.* Fab. cap. 3. lib. 6. *Siccis agenti* (oratori) *oculis lacrymas dabit.* (Iudex.) Tibull. el. 1. lib. 1.

Illo non iuuenis poterit de funere quiſquam:
Lumina non virgo ſicca referre domum.

Ooid. in ep. Canaces:

Spectares ſiccis vulnera noſtra genis.

& eleg. 1. lib. 1. Triſt.

Carmina nec ſiccis perlegat iſta genis.

ipſe eleg. vlt. lib. 4.

Cum venient ſiccis oſcula falle genis.

Seneca cap. vlt. de Tranquill. *Plerique enim lacrymas fundunt, vt oſtendant: & toties ſiccos oculos habent, quoties ſpectator defuit.*

R E P O N E R E *mea fata.*] componere oſſa, & condere corpus humo. ipſe eleg. 24. lib. 2.

Tu mea compones, & dices oſſa, Properti,
Hæc tua ſunt. Virg. 6. Æneid.

C *Eadem ſequitur Tellure repoſtos.*

& lib. 11. *Pheretro Pallante repoſto.* *Mea fata*, vt paullo ante, *meum funus.* id eſt, me mortuum. eleg. 19. infra:

Nec moror externo debita fata rogo.

eleg. vlt. lib. 4.

Vnctaris tot mea fata meis.

ſic eleg. 14. lib. 2.

Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.

id eſt, ego mortuus.

O S S A Q V E *nulla tuo noſtra tenere ſinu.*] aut *nulla* re vera, cum corpus naufragi non comparebit, & abſenti facies cenotaphium, aut *nulla*, pro non, vt Cic. 11. ad Att. *Sextus nullus venit:* & Plautus ac Terentius vbique. Qui autem legebant oſſa cremati, ea in vrnam condita geſtabant ad tumulum. eleg. 8. lib. 2.

Fœdauitque comas & tanti corpus Achillis:
Maximaque in parua ſuſtulit oſſa manu.

Apud Cornelium Tacitum initio lib. 3. Annal. Agrippina mariti Germani feralem vrnam tenet egrediens naui. Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Abſtineas mors atra precor, non hîc mihi mater,
Quæ legat in mæſtos oſſa peruſta ſinus.

Mart. epigr. 31. lib. 9.

Retulit oſſa ſinu cari Nigrina mariti.

Seneca cap. 2. de Conſol. ad Elbid. *Modo in eundem ſinum, ex quo tres nepotes emiſeras, oſſa trium nepotum recepiſti.* Quinetiam oſſa ipſa & cineres amplecti & oſculari conſueuerant. Ouid. 3. Faſt. Anna parentanti ſorori.

Terque vale dixit, cineres ter ad ora relatos
Preſſit, & eſt illis viſa ſubeſſe ſoror.

A H *pereat.*] aptum imprecationi. dictum eleg. 6. ſup. verſ. 12. & τὸ *pereat* cruciatum poſt mortem ſignificat. vt eleg. 34. lib. 2.

Ah pereat quicunque meracas repperit vuas.

ſic eleg. 3. lib. 4.

A *Occidit immerita qui carpſit ab arbore vallum.*

Cic. ep. 3. lib. 15. ad Attic. *Quem dij mortuum perdant.* vide Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor. Eodem argumento, de exſecratione eius, qui primus nauigauit. Horat. oda 3. lib. 1. & Papinium 3. Syluar.

Q V I C V N Q V E *parauit.*] comparauit, inſtituit, inuenit, adornauit, emit. *Parare nauim* Plautus dixit, pro conducere mercede, & *inſtruere* in Milite ſc. 1. act. 2. *Ego quantum vnus poſſum mihi nauem paro.* aliter Virg.

Naues quæ forte parata.

& Cic. *Nauem habet paratam.*

B R A T E S *& vela.*] Tibull. eleg. 7. lib. 1.

Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Plin. cap. 56. lib. 7. *Ratibus olim nauigabatur inuentis in mari rubro inter inſulas à Rege Erythra: vela autem Icarus reperit.*

P R I M V S.] Plautus Boëotia apud Gellium cap. 3. lib. 3. *Vt illum dij perdant, primus qui horas reperit.* Næuius (an Nouius?) apud Priſcianum: *Vt illum Dij terant, qui primus olitor cepam protulit.*

E T *inuito gurgite fecit iter.*] vt el. 6. lib. 4.

Inuito labitur illa mari. ſic ſupra eleg. 16.
Surget & inuitus ſpiritus in lacrymis. & el. 15.
Fletum inuitis ducere luminibus. & el. 2. l. 4.
Cum pyrus inuito ſtipite mala tulit.

Gurges pro mari, [illegible]. eleg. 5. lib. 3.

Poſitaque in gurgite vita.

& eleg. 27. lib. eiuſdem:

Extollens gurgite palmas.

Fecit iter, nauigauit, vt *naues ambulare* dixit Cato. Ouid. in epiſt. Leandri:

Vnus & hic audax, à quo tibi littera noſtra
Redditur, à portu nauita fecit iter.

vnde *liquidum iter* de nauigatione eleg. 19. lib. 3.

N O N N E *fuit melius dominæ peruincere mores.*] nonne ſatius fuit ferum ingenium longa patientia mollire, & contundere ſæuitiam cuncta perferendo. eleg. 26. lib. 2.

D *Nonne fuit ſatius duro ſeruire Tyranno?*

Virg. eclog. 2.

Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras
Atque ſuperba pati faſtidia?

Peruincere cum 4. caſu. Liuios lib. 42. *Peruicerat Rhodios, vt Romanam ſocietatem retinerent.* id eſt, ægrè ab iis impetrarat. Sine caſu Cicero 2. ad Attic. *Reſtitit ac peruicit Cato.* Plaut. Curcul. *Facito vt pretio peruincas tuo.* Inde *peruicaces* dicti. *Mores* in deteriorem partem, vt el. 15. ſup.

Quarum nulla tuos poterit conuertere mores.

E & eleg. 5. lib. 2.

Nec mihi tam duris inſultet moribus.

Q V A M V I S *dura tamen rara puella fuit.*] quamuis ſæua & difficilis, tamen egregia forma, & eximiis animi dotibus fuit. eleg. 7. ſup.

Atque aliquid duram quærimus in dominam.

& eleg. 1. lib. 2.

Huic miſero fatum dura puella fuit.

& eleg. 16. ſupra:

Scilicet & ferro durior & Chalybe.

Rara, vt el. 8. ſup. *Cynthia rara mea eſt.*

Q V A M *ſic ignotis circumdata littora ſyluis Cernere.*] adire & ſpectare littora cincta vndique ſyluis. *Cernere*, vt eleg. 6. ſup.

Et veteres Asia cernere diuitias.

Litora fyluis circundata, videtur periphrasis esse insularum, quæ plerumque syluosæ sunt. vnde Virg. *Nemorosa Zacynthos.* Plaut. Mænech. *Quasi mare omnes circuimus insulas. Ignotis*, peregrinis, & locis nescijs, vt loquitur Plautus Rudente. el. 20. infra:

Qua miser ignotis error perpessus in oris
Herculis. Virg. in Sileno.
Rara per ignotos errent animalia montes.

ET *optatos quærere Tyndaridas.*] votis nautarum expetitos Tyndaridas requirere & inuocare. eleg. 14. supra:

Optatam mecum trahit illa quietem.

& eleg. 13. supra.

Et cupere optatis animam deponere labris.

Quærere, requirere, vt eleg. 4. sup.

Nec tibi me posthac committet Cynthia, nec te
Quæret. *Tyndarida*, gemini Iouis & Ledæ & Nemesis filij, qui Tyndarei esse putantur. Ausonius de iis. Plinius cap. 37. lib. 2. Horat. oda 3. lib. 1.

Sic fratres Helenæ lucida sidera.

& oda 12. *Puerosque Ledæ,*
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem, quorum simul alba nautis
Stella refulsit.

& oda 8. l. 4. *Clarum Tyndaridæ sidus.* vide Plin. cap. 37. lib. 2. de stellis Castoribus.

ILLIC *si qua meum sepelissent fata dolorem.*] si quo casu in terra mortuus essem. *Illic*, Romæ, apud amicam, in terra, ἐκεῖνος, vt eleg. 19. infra: *Illic Phylacides*, nempe apud inferos. *Sepelire*, inquit Seruius, *est corpus condere*: & Cic. 2. de leg. *Sepultus quoque modo conditus.* Donat. *Sepultus quod iam sit fine pulsu.* Ita loquitur quasi dolor vna cum ipso corpore extinguatur quod tamen Virgilius negat in 6. Æneid. & ipse eleg. 19. infra: *Meus dolor*, pro ego dolens & miser, vt eleg. 2. supra:

Nostra gratissima vita. & eleg. 18.
Quamuis multa tibi dolor hic meus aspera debet.

& eleg. 25. lib. 2.

Vnica nata meo pulcerrima cura dolori.

VLTIMVS *& posito staret amore lapis.*] id est, sepulcrum exstructum esset. *Lapis* de sepulcro, vt Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Quod si fatales iam nunc expleuimus annos,
Fac lapis inscriptis stet super ossa notis.

Ipse eleg. 14. lib. 2.

Ad lapides cana veni memores.

& eleg. vlt. lib. 4.

In lapide hoc vni nupta fuisse legar.

Staret ad religionem sepulcri refertur, quod moueri non debet. *Vltimus lapis*, mortuo sacer, quia mors *vltima linea rerum est.* sic infra:

Illa meum extremo clamasset puluere nomen.

& eleg. 19. infra:

Nec moror extremo debita fata rogo.

Sic *supræma munera*, de exsequiis. An *vltimus lapis* dicitur, quia ad extremam viam contendebatur, vt eleg. 7. lib. 4.

Murmur ad extremæ nuper humata viæ.

& eleg. 16. lib. 3.

Me tegat arborea deuia terra coma.

A vbi plura sub finem elegiæ. *Posito amore*, vide eleg. 9. sup. vers. 8.

ILLA *meo caros donasset funere crines.*] fuluam illam & dilectam comam abscidisset, vt in exequiis & funere mihi dicaret. *Cari crines*, quia formæ decus. vnde *ornato capillo*, eleg. 1. sup. & eleg. 3. lib. 2. *Fulua coma est.* Est autem hypallage, pro donasset funus meum crinibus. vel *funere* pro funeri dixit, vt eleg. 8. lib 4.

Cum temere anguino creditur ore manus.

& eleg. 18. supra: *—— vt non altera nostro*
Limine formosos intulit vlla pedes.

B Mos autem secandæ comæ in alieno funere ab Heroicis temporibus. apud Homerū enim lib. 23. Iliad. Græci tondent comas suas, & iis Patrocli corpus tegunt. Ipse etiam Achilles comam, quam Sperchio fluuio nutriebat, abscindit, & in Patrocli manibus ponit. Virg. 10. Æneid. *——Arsurasque comas obnubit amictu.* Apud Euripidem in Oreste, Helenam Electrā rogat, vt crines suos ad Clytemnestræ tumulum ferat. Ipse eleg. 5. lib. 4.

Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
Munera. Ouid. in epist. Canaces:
Non mihi te licuit lacrymis perfundere iustis:
In tua nec tonsas ferre sepulcra comas.

C & 3. Fast. de Anna Dido sorori parentante:

Mixta bibunt molles lacrymis vnguenta fauillæ:
Vertice libatas accipiuntque comas.

& ad Liuiam:

Non animam apposito fugientem excepit hiatu
Nec traxit caesas per sua membra comas.

Statius 6. Thebaid. in funere Archemori:

——Tergoque & pectore fusam
Cæsariem ferro minuit. (Archemori pater.)

Ibid. *——Tibi Lerna comae Larissaq. supplex*
Poneret. Apud Pausan. in Achaicis Hercules comam inferias dicitur misisse Sostrato

D puero. Petron. *Lacerauit vehementius pectus, ruptosque crines super pectus iacentis imposuit.*

MOLLITER.] eleg. 3. sup.

Molliter impresso conor adire toro.

Ouid. in epist. Didus:

Et senis Anchisæ molliter ossa cubent.

& eleg. 3. lib. 3. Trist.

Nasonis molliter ossa cubent.

& eleg. 8. lib. 1. Amor.

Et mea defunctæ molliter ossa cubent.

ET *tenera poneret ossa rosa.*] collocaret in vrna rosis plena. *Tenera rosa*, & propter vsum delicatorum hominum; & quia rosæ amœnæ, *flo-*

E *res breues*, vt loquitur Horatius. Delicati autem homines in rosa iacebant viui, vt el. 3. l. 3.

Me iuuet hesternis positum languere corollis:
Et caput in verna semper habere rosa.

Horat. oda 5. lib. 1.

Quis multa gracilis puer in rosa.

Cic. 5. de finib. *Potantem in rosa Torium.* Idem 5. Tuscul. *Anta me in viola & rosa putas dicere.* mortuis autem vulgo precabantur, vt molliter ossa cubarent & quiescerent. cum fertis autem mortui efferebantur Plinios. vide el. 16. lib. 3. *Sertisque sepulcrum Ornabit.*

ILLA *meum extremo clamasset puluere nomen.*] vt eleg. 13. lib. 2.

Nec fueris nomen laſſa vocare meum.
Clamare 4. caſu, vt eleg. 9. lib. 4.
Territa vicinas Teia clamat aquas.
vnde & *clamata* ... eleg. 19. lib. 2.
Nec tibi clamata ſomnus amarus erit.
Ouid. in ep. Hermionæ:
Surdior ille freto clamantem nomen Oreſtis.
& eleg. 3. lib. 3. Triſt.
Clamabis miſeri nomen inane viri. Ibidem:
Nec mandata dabo: nec cum clamore ſupremo Labentes oculos condet amica manus.
Ter autem inclamabatur mortuus. Virgil. 6. Æneid. ——*& magna manes ter voce vocaui.*
Auſon. in Parent.
Ille etiam mæſti cum deſuit vrna ſepulcri, Nomine ter dicto ſæpe ſepultus erit.
Albinouanus ad Liuiam:
Te clamore vocant, iterumque iterumque ſupremo.
meminit & Homer. Odyſſ. 9.
... ...
Seruius ad illud 3. Æneid.
Et magna ſupremum voce ciemus.
Formulam veterem refert: *Vale, nos te cunctis ordine quo natura permiſerit, ſequemur. Extremo puluere*, an in ora littoris, vt apud Virg. 6. Æneid.
Tunc egomet tumulum Rhæteo in littore inanem Conſtitui. Nam puluis, pro arena & littore. Horatius:
——*poſuiſque collum Puluere Teucro?*
An potius *extremo puluere*, pro pulueri, id eſt, cineri & manibus, vt hic, *donaſſet funere crines.* Illa, inquit, aduocaſſet cineri nomen. nam puluis, pro cinere & reliquiis. Horat.
Puluis & vmbra ſumus. ipſe eleg. 19. infra:
Vt meus oblito puluis amore vacet.
& eleg. 14. lib. 2.
Qui nunc iacet arida puluis. Exiſtimabant autem manes ter vocatos inſidere cineri. vt eleg. 5. lib. 4. *Nec fœdant cineres manes.*
VT *mihi non vllo pondere terra foret.*] vt eſſet humus cineri meo non onerosa. An id ſignificat nomen ideo clamari, vt terra leuis ſit mortuo? Sed vet. lib. *Tu.* vnde videtur legendum, *Tum*, vt eleg. 19. infra:
Tum mihi non vllo mors ſit amara loco.
videtur *Pondere* dictum, pro ponderi, vt nulli eſſet oneri: ſicut ſuperiore verſu, *puluere*, pro pulueri. *Eſſe ponderi*, vt el. 12. ſup. *Inuidiæ fuimus.* Fuit autem precatio ſolemnis in exequiis, vt terra mortuo eſſet leuis, eleg. 2. lib. 4.
At tibi Mamuri formæ celator ahenæ Tellus artifices ne terat oſca manus.
Tibull. eleg. 4. lib. 2.
Terraque ſecura ſit ſuper oſſa leuis.
Ouid. in Epicedio Tibulli:
Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.
Iuuenal. ſat. 4.
Dij maiorū vmbris tenuem & ſine pōdere terrā, &c.
In veteribus monimentis: *S. T. T. L.* id eſt, ſit tibi terra leuis. Seneca Troiade: *Et patria Tellus Hectorem leuiter premat.* Sic Græcis in vſu fuit illa precatio. ... ... Auctore Suida. Luſit lepidè ex eo Martialis ep. 30. lib. 9.
Sit tibi terra leuis, mollique tegaris arena, Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

A Contra Ouid. eleg. 4. lib. 5. Triſt.
Oſſa bipenniferi ſic ſint male preſſa Lycurgi.
AT *vos.*] ferunt ..., vt notatum eleg. 1. ſupra.
ÆQVOREÆ *formoſa Doride nata.*] el. 5. lib. 3.
O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ.
Ouid. 2. Metam.
Doridaque & natas; quarum pars nare videntur.
Doris, Heſiodo in Theogonia & Apollodoro lib. 1. Oceani & Tethyos filia, nupſit Nereo vnde genuit Nereidas. Similis precatio apud Statium 3. Sylu. in Propemptico Metij Celeris.
B CANDIDA *ſoluite vela.*] explicate, & *velorum alas pandite* Virgilio. Idem lib. 4. Æneid.
Soluite vela citi. contra Horat.
Contrahes turgida vela.
Vela autem candida proſperi curſus & ſecundæ fortunæ indicium. Catull. Ariadna:
Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes.
Petronius Arbiter:
Nequitia claſſes candida vela ferant.
Ouid. initio 2. de Art. am.
Candida cum rapta coniuge vela dabat.
ſic *felicia lintea* dixit el. 19. lib. 3.
FELICI *choro.*] chorus nympharum ludentium felix nauigantibus. Virg. 10. Æneid.
C ——*chorus ecce ſuarum Occurrit comitum Nympha.*
Euripides in Electra choros Nereidum meminit. & ipſe eleg. 20. infra:
Dryades Mirate ſolitos deſtituere choros.
Horat. *Nympharumque leues cum ſatyris chori.*
Si, *noto* legimus, pro Zephyro poſitum erit. Nam, *Coro*, modulus ſyllabæ reſpuit.
SI *quando veſtras.*] vt eleg. 13. lib. 2.
Tu quoque ſi quando venies ad fata.
LABENS *amor.*] vel deuolans à cœlo in mare. vt Virg. 11. Æneid.
Labere Nympha polo. & 6.
D *Liquidumque per aëra lapſa.*
vel *labens*: nauigans, aut natitans. eleg. 26. l. 2.
Atque tua labens nauita fleret aqua.
& el. 6. l. 4. —— *iunito labitur illa mari.*
& eleg. 20. infra:
Et iam præteritis labentem Athamantidos vndis.
Ouid. 5. Met. de Arethuſa natante:
——*quas dum ferioque trahoque Mille modis labens.*
ATTIGIT *vndas.*] dum de iis natat: vt Cic. 1. leg. *Lyri nullum frigidius flumen attigi.* vel *attigit vndas*, vos ipſas igni ſuo contigit, vt el. 27. lib. 2.
Hic Deus & terras & maria alta domat.
E & eleg. 9. ſup. *Vero nec tangeris igni.*
MANSVETIS *ſocio parcite litoribus.*] dictum de verbo *manſuetus* ad eleg. 9. ſup. verſ. 12. tribuit autem ſenſum rei mutæ, vt eleg. 16. ſupra: *Supplicibus lacrymis.* eleg. 15. lib. 2. *Ferrum crudele.* & littora ſurda eleg. vlt. lib. 4. & *pia ſaxa.* eleg. 1. lib. 4. Virg. *Perfidus enſis. Manſueta* autem *littora*, placata & tranquilla, mare quoque placidum ſignificant. Virg. 1. Georg.
——*oriente tempeſtate:*
Incipiunt reſonantia latè Littora miſceri.
Au eſt hypallage, pro manſuetæ ipſæ & faciles.
SOCIO.] mihi veſtro ſocio, & in amore conſorti. vt el. 5. ſup. *Socio cogemur amore.*

AD ELEGIAM XVIII.

Ad Cynthiam.

HÆc certè deserta loca.] Cicero ep. 9. lib. 15. ad Att. *Narro tibi, hæc loca venusta sunt: abdita certè, & si quid scribere velis ab arbitris libera.* & pro Cæcina: *Si quantum in agro locisque desertis audacia potest,* &c. *Deserta*, sola, vt infra: vers. vlt. huius elegiæ. & eleg. 3. sup. *Desertis litoribus*, versu 2.

Et *taciturna querenti.*] muta sunt nec respondentia queri volenti, surda, *Taciturna*, quæ non obstrepunt. Horat. oda 29. lib. 3.

caretque Ripa vagis taciturna ventis.

Idem oda 8. lib. 2.

& toto taciturna noctis Signa cum cælo.

& oda 3. lib. 1. *Taciturnus amnis*. *Querenti*, vt eleg. 5. sup.

Et quacunque voles fugient tibi verba querenti.

Et *Zephyri aura.*] Zephyrus ipse, cuius flatus lenissimus est. vt Lucret. *Genitabilis aura fauoni.*

Possidet.] tenet, eius loci dominus est, vel saltem possessor, incolit nemus. Horat. oda 10. lib. 3. *Obijcere incolis Plorares Aquilonibus.*

Vacuum *nemus.*] liberum ab hominum turba, & vbi nobis vacuis & otiosis licet esse. Horat. oda 25. lib. 3.

vt mihi deuio Ripas & vacuum nemus Mirari libet.

Idem: *Et vacuum Tibur placet.* Virg. 3. Georgic. *Saltibus in vacuis pascãt:* vbi Serui⁹; *Vacuis, magnis.*

Hic *licet occultos proferre impune dolores*] liberum est arcanos & conditos in pectore dolores depromere sine metu pœnæ. *Licet*, quia amantes queri de amicarum sæuitia non audent. vide ad eleg. 1. sup.

Sit modo libertas quæ velit ira loqui.

Si *modo.*] Horat. sat. 3. lib. 1.

Si modo plura mihi bona sunt.

Sola.] deserta, idem huius eleg. vers. vlt.

Qveant *saxa tenere fidem.*] seruare taciturnitatem, continere silentium. eleg. 7. lib. 4.

Me seruasse fidem. Virg. 2. Æneid.

Seruataque serues Troia fidem.

Translatum à vasis quæ perfluunt. Ter. Eunuch. sc. 2. act. 1.

Quæ vera audiuitatto, & contineo optimè.

Sin falsum quid aut vanum, continuo palam est.

Plenus rimarum sum, hac & illac perfluo. mox: *Falsum est effluet. Tenere fidem*, vt *habere fidem*, eleg. 24. lib. 2. *Fides*, taciturnitas, vt eleg. 10. sup.

Est quiddam in nobis maius amice, fide.

Apud Ouid. 2. Metam. Saxum index infamiæ, quod fidem non tenuit. vide Iun. prouerb. 81. cent. 7. *Etiam saxa loquentur.*

Vnde *tuos primum repetam mea Cynthia Fastus.*] vnde memorare incipiam sæuitiam & superbiam tuam. Χιλεία in copia malorum, vt Virg. 9. Æneid. *Quid primum deserta querar.*

Qvod *mihi das flendi, Cynthia, principium.*] quã mihi conquirendi primã caufam præbes?

Qvi *modo felices inter numerabar amantes.*] qui nuper censebar in numero fortunatorũ amantium, & eram venustus. vnde eleg. 8. sup.

Nunc, inquit, mihi sũma licet cõttingere sidera plãtis.

A eleg. 7. lib. 2.

Quem modo felicem inuidia admirante ferebant;

Nunc decimo admittor vix ego quoque die.

Coogor *habere notam.*] dedecus & infamiam sustinere, quod seruiam impudicæ dominæ, eleg. 24. lib. 2.

Nec sic per totam infamis traducerer vrbem.

Habere notam, vel translatum à censoria nota, vel à noris quæ inurebantur seruis fugitiuis; an notam repulsæ intelligit? Ouid. 5. Fast.

Exigerent nostræ qualia damna notæ.

Quod scilicet neglecta flora à senatu.

Qvid *tantum merui.*] deliqui. Virg. 6. Æn.

B *Cur tantum de te licuit?* & 7. Æneid.

Quod scelus aut Lapithis tantũ, aut Calydone merẽte?

Qvæ *te mihi carmina mutant.*] ἐπῳδαί, cantus magici. Quæ incantationes te ab amore meo auertunt & aliò transferre amorem cogunt? vt el. 3. sup. *Nec me quis inuitam cogeret esse suam.* Virg. eclog. 8. *Coniugis vt magicis sanos auertere sacris Experiar sensus.* Tibull.

Quid queritur hei misero carmen nocuisse? quid herbas?

vet. lib. *Crimina*. id est, criminationes vt sæpe Ciceroni. sed *Carmina* retineo, quibus aliquis apud Cynthiam eum criminatus est, vt el. 21. l. 2.

C *Ah quantum de me Panthi tibi pagina finxit.*

An *noua tristitiæ causa puella tuæ.*] an ideo tristis es quia aliam amare puellã cœpi. Sic Cynthia, eleg. 23. lib. 3.

An tibi nescio quæ visa est formosior?

Noua puella, vt *nouus incidit error*, eleg 13. sup. & eleg. 9. lib. 4. *Furta nouare mea.* & Ouid.

Successore nouo tollitur omnis amor.

Sic *mihi te referas.*] τὸ *sic* est adiurantis, qua de re dictum eleg. 7. sup. *Atque ita sim felix.* el. 14. lib. 2. *Sic ego non vllos*, &c. Tibull. el. 4. lib. 1.

Sic vmbrosa tibi, &c. Horat.

Sic te diua potens Cypri, &c. *Ferre se*, est ire

D Virg. 2. Æneid.

Qua se Priami dum regna manebant,

Sæpius Andromache ferre incomitata solebat.

vnde *referre se*, redire. Virg. 10. Æneid.

Cum sese è pastu referunt. Catull.

Restitnis cupido, atque insperanti ipsa refers te.

Cic. ep. 11. lib. 7. fam. *Si te cito retuleris* (id est redieris ad nos) *sermo nullus erit.*

Levis.] vel nimium credula, vel inconstans. eleg. 1. lib. 2.

Si memini solet illa leues culpare puellas.

eleg. 24. lib. eiusd.

Tam te formosam non pudet esse leuem.

E contra *grauitas* pro constantia el. 20. lib. eiusd.

Tu modo ne debita de grauitate mea.

Vt *non altera.*] noua puella. vide eleg. 3. vers. 36. infra:

Nostro *Limine formosos intulit vlla pedes.*] domum nostram ingressa est. *Limine* pro limini. id est, in limen. vide eleg. 17. sup.

Donasset funere crines. Formosos pedes κατ' αὔξησιν. Catull. ad Manlium:

Quo mea se molli candida diua pede.

Intulit, & trito fulgentem in limine plantam

Innixa arguta constitit in solea. Idem in epithalamio: *Transfer omine cum bono*

Limen aureolos pedes.

Seneca in Agamemnone:

Exultat & ponit pedes
Pater decoros Dardanus.

Lucill. apud Fest.

Cernuus extemplo plantas conuestit honestas.

Sic Homero: θέτις ἀργυρόπεζα, & καλλίσφυρος ἥβη & Hefiodo: καλλίσφυρος εἶναι.

QVAMVIS *multa tibi dolor hic meus aspera debet.*] ego mifer & grauia perpeffus debeo,&c. vt eleg. fuperiore:

Illic si qua meum sepelissent fata dolorem.

vide illic adnotata. *Debet tibi*, eadem tranflatione, qua eleg.13. fup.

Multarum miseras exiget vna vices.

Nam qui accepit malum, & redditurus eft alteri, debere dicitur, donec perfoluerit. Plaut. Curcul. fc. 3. act. 4. *Ego, nisi malum, nihil debeo.* Salluftius in oratione Lepidi fic dixit: *soluere iniuriam*, pro vlcifci. Virg. 2. Æneid.

Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita. *Multa aspera*, vt eleg.15. fupra:
Sæpe ego multa tuæ leuitatis dura timebam.

NON *ita sæua tamen veneris ira mea.*] non adeo vehementer excandefcam, & iratus in te tam acriter fæuiam.

VT *tibi sim merito semper-furor.*] vt iure mihi irafcaris. *Furor*, furoris caufa. vt el.14.fup.

Illa etiam duris mentibus esse (poteft) *dolor.*

Charif. lib.5. *Dolor mihi, vel honor fuit hac res.*

ET *tua flendo Lumina deiectis turpia sint lacrymis.*] & oculi tui effufis lacrymis fœdentur. *Sic τὸ αὐ-τὸ flendo lacrymis*, vt el.11. fup. *vnda, lympha.* vide illic adnotata. Turpiores fiunt oculi fletu, quia & rubent & intumefcunt. Catull.

Fletu turgiduli rubent ocelli. Tibull.
Desistas lacrymare puer, non frangitur illa:
Et tua iam fletu lumina fessa tument.

Idem eleg. vlt. lib.2.

Nec lacrymis oculos digna est fœdare loquaces.

Plaut. Amphit. fc.3. act 1. *Ne corrumpe oculos.*

AN *quia.*] ita loquitur Terent. Hecyr. act.4. fc.4. *Censen te posse reperire vllam mulierem Quæ careat culpa? An quia non delinquunt viri?*

PARVA *damus mutato signa calore.*] damus figna, vt Virg.1. Georg.

Sol quoque & exoriens & cum se condet in vndas
Signa dabit. Item:
Obscœnique canes, importunæque volucres
Signa dabant. fic dixit eleg. 5. fupra:
Quod si parua tuæ dederis vestigia culpæ.

Sententia eft. An quia non vultu fatis oftendimus nos amare, quoniam amorem aliò tranftulimus? fic dixit eleg. 12.

Aut si despectus potuit mutare colores.

Sed & Palmerius & lib. vet. legit, *calore*, vt eleg. 15. fup.

Mutatoque graues sæpe colore preces. Intelligit autem pallorem, de quo eleg. 1. verf. 22.

ET *non vlla meo clamat in ore fides?*] nonne veritas, inquit, & res ipfa fatis loquitur, & vociferatur me amare cum in vultu pallor & macies confpicitur? *Fides*, pro veritas, vt el. 1. l. 4.

Inque meis libris nil prius esse fide.

& eleg. 6. lib. 4.

Sum Deus, & nostri sanguinis illa fides.

A id eft, probatio & confirmatio. Inde vox Rhetorum, *Fidem facere.* Clamare etiam muta dicuntur. Catull.

Nequicquam tacitum cubile clamat.

Cic. 1. in Catil. *Cum tacent, clamant.* idem ep. 2. lib.3. fam. *Si res verba desideraret, ac non pro seipsa loqueretur.* & ep. 11. lib. 15. fam. *Et si res ipsa loquebatur.* An *illa*, pro, *vlla.* id eft, quæ notiffima eft fides.

VOS *eritis testes.*] vetus formula. Virg. 12. Æneid. *Esto nunc sol testis.* Ouid. 3. Faft.

——*Testes estote Philippi.* Ipfe eleg. 10.
lib. 2. *Sidera sunt testes.* & eleg. 15. lib. 3.
B *Testis erit Dirce.* & eleg. 1. lib 4.
Dij mihi sunt testes. & eleg. 32. lib. 2.
Testis eris puras Phœbe videre manus.

Feftus: *Contestari est cum vterque reus dicit: Testes estote.*

SI *quos habeat arbor amores.*] amicarum nomina incifa in cortice fuo. dicetur inf. verf. 3.

FAGVS.] arbor eft glandifera & amoribus dicata. Ouid. in ep. Oenones:

Incisæ seruant à te mea nomina fagi.

Ideo Tityrus Virgilianus, vt amator & otiofus *Recubat sub tegmine fagi.* & ecl.2. Corydon.

——*inter densas vmbrosa cacumina, fagos*
C *Assiduè veniebat.*

ET *Arcadio pinus amata Deo.*] fic Ouid. de lauro. eleg. 1. lib. 3. Trift.

An quia Leucadio semper amata Deo?

Arcadius Deus, Pan. Ouid. 2. Faft.

Pana Deum pecoris veteres coluisse feruntur
Arcades, Arcadijs plurimus ille iugis.

Virg. ecl 10. *Pan Deus Arcadiæ venit.* vide Paufan. in Arcadicis Pinus grata Pani arbor, & inde nectit coronam Ouid. 1. Faft.

Pars tibi qui pinu tempora nexa geris. Idem:
Pan videt hanc, pinuque caput præcinctus acuta.

D & in ep. Oenones:

Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta
Faunus. & 3. Faft.
Pinigerum Fauni Mænalis ora (colit) *caput.*

Lucret. lib. 4.

——*cum Pan*
Pinea semiferi capitis velamina quassans.

vnde apud Stat. lib. 2. Sylu. in Arbore Atedij, Pan fic loquitur:

——*& nostræ stupeant tua germina pinus.*

videretur innuere puerum, vel puellã dilectam Pani in hanc arborem mutatam fuiffe, quamuis Ouid. 10. Metam. à Cybele Atyn in pi-
E num mutatum fcribit.

AH *quoties.*] eleg. 3. lib. 2.

Ah quoties illo vitulum gestante per agros
Dicitur occurrens erubuisse soror.
Ah quoties ausæ, caneret dum valle sub alta,
Rumpere mugitu carmina docta boues.

vide eleg. 5. fup. verf. 13.

TENERAS *resonant mea verba sub vmbras.*] fi *resonant* neutrum eft, *mea verba* recto cafu dicet, vt eleg. 20. lib. 3.

Non hic Andromedæ resonant pro matre Catenæ.

Sin actiuum, erit *resonant fagus & pinus mea verba.* id eft, referunt propter ἠχὼ, vt Virg.

Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

Sub vm-

Sub vmbras teneras, frondes molles, vt Virg. 6. Æneid.

Et teneras turbauit ianua frondes.

Alias legitur, *tremulas*, id est vibrantes. nam intremiscunt folia ventis agitata, sed maximè populea. vt Virg. 5. Æneid.

Splendent tremulo sub lumine pontus.

SCRIBITVR *& vestris Cynthia corticibus.*] pro inciditur, vt eleg. 7. lib. 4.

Hoc carmen media dignum ne scribe columna.

Pastorum mos est scribere in cortice. Theocrit. Id. 18. Γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται. Virgil. eclog. 5.

Immo hæc in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina descripsi. & eclog. 10.
——tenerisque meos incidere amores
Arboribus. Ouid. in ep. Oenones:
Incisæ seruant à te mea nomina fagi.

Profert è Callimacho Scaliger, & ante eum Pimpuntius in eclog. 10. Virgil. ex Aristoph. Interprete Acharn.

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖσι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Ibid. idem Interpres ad hæc verba Aristophanis: ἐν τῷ τοίχῳ ἔγραφον Ἀθηναῖοι καλοί. ἴδιον, inquit, ἐραστῶν τὸ τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις, ἢ δένδροις, ἢ φύλλοις. vetus Poëta:

Quando ponebam nouellas arbores mali & pyri
Cortici summæ notaui nomen ardoris mei,
Nulla fit exinde finis, vel quies cupidinis,
Crescit arbor, gliscit ardor, ramus implet literas.

AN *tua quod peperit nobis iniuria curas.*] Scaliger legit:

An tua quæ peperit nobis iniuria curas?

Probabilius tamen Palmerius:

Ah tua quot peperit nobis iniuria curas.

vt eleg. 5. sup.

Ah tibi curarum millia quanta dabit. Tua iniuria, Fastus iniqui: eleg. 14. lib. 2. Ennio, *Iniqua superbia.* infra hîc: *Superbæ iussa.* Iniuria, pro superbia & sæuitia; quia superbi libenter faciunt iniuriam. sic *iniusti*, pro superbis Tibullo:

Hæc notat iniustos supplicibusque fauet.

Peperit curas, qui auctor fuit curarum, & vnde curæ natæ sunt. sic Tibull.

Sæpe mero somnum peperi tibi. & ambiguè Cæcilius in Dauo apud Festum in *probrum. Ea tum compressa parit huic puerum, sibi probrum.*

QVÆ *solum tacitis cognita sunt foribus.*] quæ sola nouit ianua licet muta, nec mutua respondens. vet. lib. *Sic*, pro *sunt.* vnde legi videtur oportere, *fit*, vt referatur ad τὸ *Iniuriam*: nam testis huius iniuriæ ianua.

OMNIA *consueui timidus perferre superbæ Iussa.*] consueui perpeti fastidiosæ puellæ imperia. Timidus, vt eleg. 3. sup.

Non tamen ausus eram dominæ turbare quietem
Expertæ metuens iurgia sæuitiæ.

& eleg. 3. lib. 3.

Semper in iratam pallidus esse velim.

& eleg. 10. sup. *Humilis & subiectus amori.*

Perferre, vt Virg. 3. Æneid.

Stirpis Achilleæ fastus, Iuuenemque superbum
Seruitio enixè tulimus.

Sallust. in oratione Marcij. *Quamuis, Quirites,*

A *in vobis sit, quæ iussa pro aliis toleratis, ea agere, aut non agere. Iussa superba*, ergo & formosæ, quia, vt ait Ouid. 1. Fast.

Fastus inest pulcris, sequiturque superbia formam.

NEQVE *arguto facta dolore queri.*] *Argutus dolor*, an acutus, vt *argutumque caput*? An potius, stridulus vocalis, canorus, tinnulus, vt eleg. 6.

Argutat noctibus ignes. & eleg. 6. sup.
Arguta blanditia. & infra hic, *Argutæ aues.*

An *argutus*, querulus, quemadmodum apud Cic. lib. 12. ad Att. *Scis quam sit* φιλαίτιον συμφορά. Quam querula res sit calamitas. *Facta queri*, vt eleg. vlt. lib. 3.

B *Et quæ fecisti facta queraris anus.*

Facta, malefacta, iniurias, culpam, vt eleg. 32. libr. 2.

Facti crimina lumen habet. sed *ficta* vet. lib. melius. *Queri ficta*, simulate verbis se ea pati, quæ non sentiantur. vt eleg. 11.

Simulatis ignibus hostis.

& Ouid eleg. 7. lib. 1. Trist.

Pauca tamen ficto verba dolore loqui.

Ficta queri, vt contra Catull. *Vera gemunt.*

PRO *quo diuini fontes.*] pro quibus meritis & malis perlatis. Catull. in Ariadna:

Pro quo dilaceranda feris dabor.

C Ipse eleg. 28. lib. 2.

Pro quibus optatis, &c.

Ouid. eleg. 7. lib. 2. Amor.

Pro quibus officiis pretium mihi dulce repende.

Idem eleg. 4. lib. 4. Trist.

Pro quo nec lumen ademptum.

Pompeius apud Sallust. in ep. ad Senatum. *Pro queis, ô grati patres, egestatem ac famem redditis.* Palmerius legit: *Pro quo, ô Dij, vinum fontes.* Aqua mihi pro vino, inquit. Scaliger legit: *Pro quo Dij vini fontes.* Neuter rectè opinor. Nam & fontes & rupem ipsam alloquitur, vt eleg. 17. supra: Alcyonas, & infra hic aues. &
D Turnus 10. Æneid. Ventos: Narcyssus apud Ouidium, syluas: & Medeæ nutrix apud Euripidem cœlum ac terram. *Diuini* autem *fontes* dicuntur, vt eleg. 27. lib. 2. *——at illi*

Aurea diuinas vrna refudit aquas.

Horat. *Nunc ad aquæ lene caput sacræ.*

Virg. ecl. 5. *Et fontes sacros.* & 4. Georg.

Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis.

Cornel. Tacit. in extremo libro primo: *Patrijs* amnibus lucos & aras dicari solere scribit, fontium sacra, *fontinalia* Festo. Theocrit. Id. 8.

Ἄγκεα καὶ ποταμοὶ θεῖον γένος.

E ET *frigida rupes.*] rupem alloquitur, vt el. 4. lib. 4. *Romani montes.* & interpungendum:

Pro quo, diuini fontes & frigida rupes,
Et datur occulto tramite dura quies:

Et quodcunque, &c. sic el. 1. sup. *Rupibus ingemuit Milanion.* hic sup. *Sola saxa fidem tenere vult.* & infra: nomine Cynthiæ non vacare. *Frigida rupes*, vt eleg. 20. infra:

Ne tibi sit durum (adire) *montes, & frigida saxa.*

Virg. 8. Æn. *Gelida monstrat sub rupe lupercal.*

ET *datur inculto tramite dura quies.*] contra Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Mollis & inculta sit mihi somnus humo.

Inculto tramite, aspero, horrido, senticoso. *Trames*

à transuerso dictus. Varro 6. de ling. Lat. Isidor. cap. vlt. lib. 15. *Tramites transuersa in agris itinera, dicta quod transmittant.* Imo à trameando, vnde & trama. *Dura quies*, vt eleg. 15. lib. 3.

Et caput in dura ponere iussit humo.

& eleg. 19. lib. 2. *Somnus amarus.* Contra: *mollis quies*, eleg. 3. sup. vers. 7.

Et *quodcunque meæ possunt narrare querelæ.*] Tibull. l. 4. *Et quodcunq. meæ poterunt audere camœnæ. Meæ querelæ*, ego qui queror. vt eleg. 2. *Nostra gratissima vita. Possunt*, dixit, quia queri vix fas amantibus. eleg. 5. sup.

Et quæcunque voles fugient tibi verba querenti.

Cogor *ad argutas dicere solus aues.*] eleg. 20. lib. 2. *De te quodcunque ad surdas mihi dicitur aures.* & eleg. vlt. lib. 4.

—— nostra ad simulacra loqueris.

Liuius lib. 3. *Quæ mandata habeant à senatu ad quercum ea dicere iubet.*

Sed *qualiscunque es.*] licet sis perfida & sæua. eleg. 8. sup.

Sed quocunque modo de me periura mereris.

eleg. 1. lib. 3.

Qualemcunque Parin vix sua nosset humus.

eleg. 19. lib. eiusd.

Qualiscunque mihi tuque puella vale.

& eleg. 21. lib. 3.

Qualescunque mihi semper mansere fideles.

Resonent *tibi Cynthia syluæ.*] referant Cynthiæ nomen. *Tibi*, in tuam gratiam & laudem: vel *mihi resonent syluæ*, τὸ *Cynthia*, vt *Cynthia* vocandi casu & accusandi. Virg. ecl. 1.

—— ipse te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant. & in Sileno: *—— vt littus Hyla Hyla omne sonaret.*

& 4. Georg.

Ah miseram Eurydicen anima fugiente vocabat.
Eurydicen toto referebant flumine ripæ. Horat.
Quem Deûm cuius recinat iocosa nomen imago.

Nec *deserta tuo nomine saxa vacent.*] nunquam Cynthiæ nomine careant. Cicero pro Archia: *Saxa & solitudines voci respondent.* Virg. in Daphnide: *—— ipsæ iam carmina rupes*
Ipsa sonant arbusta.

AD ELEGIAM XIX.

Ad Cynthiam.

Non *ego nunc vereor.*] eleg. 2. sup.

Non ego nunc vereor ne sim tibi vilior istis.

& eleg. 6. sup.

Non ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum.

Tristes *manes.*] στυγερός. Virg. 6. Æneid.

Et tristes sine sole domos, loca turbida adires.

& 3. Æneid. *—— stant manibus aræ*
Cæruleis mœstæ vittis. Iterum 6. Æneid.
—— non me impia namque
Tartara habent, tristesq́ue vmbræ.

Adludit ad nomen Acherontis. *Manes*, inquit Charis. lib. 1. οἱ δαίμονες. Mortuorum hominũ animæ, manes, quia boni ac sancti genij illi habiti: manum enim bonum. & eo adlusit Virg. 12. Æneid. *Vos ô mihi manes Este boni.* Contra immanes, minimè boni. Nonius in *Manum.*

A Apuleius de Dæmonio Socratis, animas melioris meriti ita vocari scribit post mortem. Seruius κατ' ἀντίφρασιν dictos putat. Festus in *Manalem lapidem: Manes, animæ inferorum.* Idem in *Mannos*, siue potius *Manos*; *Dij inferi Manes dicti à suppliciter eos venerantibus propter metum mortis*, &c. Poëtis & Liuio pro cinere atque ossibus, vel inferis. Martianus Capella de iis plura. vide & Lilium Gyraldum. ipse eleg. 8. lib. 2. *Manes, vmbras rogos & ossa* coniungit. Virg. *Cinerem & manes.* vide ad eleg. 1. lib. 3. vers. 1.

Nec *moror externo debita fata rogo.*] per me mora non fit morti & funeri. Non refugio B mortem, nec detrecto cremari. *Moratur fata*, qui recusat mori, & pedem struit. Horat. oda 27. lib. 3. *Impudens Orcum moror.* Idem:

Fata manent culpas. Ipse:
Longius aut propius mors sua quemque manet.

M. Anton. 13. Philipp. *Sin aliud me fatum manet.* Virg. 12. Æneid.

Neque enim Turno mora libera mortis.

Si fata vocant venio, inquit, nec rogo me expectent. contra Horat. oda 17. lib. 2.

Volucrisque fati tardauit alas.

Fata, ambiguè etiam de ipso cadauere, vt el. 17. supra: *An poteris siccis mea fata reponere ocellis?* C Funera autẽ & cadauera debentur rogo, quia, vt ait Horat. in Arte:

Debemur morti nos nostraque.

Extremus rogus, qui supremo die accenditur. vt eleg. 17. supra: *Vltimus lapis.* & extremo puluere & eleg. 12. supra: *Extreme funeris atra dies.* & eleg. 1. lib. 3.

Mortis ab extrema condicione vacat.

& eleg. 29. lib. 2.

Vix venit extremo qui legat ossa die.

& eleg. 20. lib. eiusd.

Me tibi ad extremas mansurum vita tenebras.

Ouid. 2. de arte amandi de anino:

D *Solus ad extremos permanet ille rogos.*

Eadem mente eleg. vlt. lib. 1. Amor.

Ergo etiam cum me supremus adusserit ignis.

Rogus, inquit Seruius in fragmentis, *extructio lignorum: & ignis subiectio, pyra.*

Sed *ne forte tuo careat mihi funus amore.*] ne ego mortuus te amica caream. Ne me mortuum amare desinas. *Meum funus*, ego funeratus, extinctus. vt eleg. 17. vers. 8. supr. Stat. 12. Thebaid. *Et qui castissimus ardor funus amat.* id est, etiam mortuum. *Tuo amore*, te amica, vt eleg. 16. supr. vers. 19.

E *Cur nunquam reserata meos admittis amores.*

vide illic adnotata.

Hic *timor est ipsis durior exequiis.*] ipsa morte mihi acerbior. *Durus timor*, vt Virg. 4. Æn.

Duras immittere curas. & 5. Æneid.
—— Duri magno sub amore dolores
Polluto.

Exequiæ metonimικῶς pro morte, id quod sequitur, pro eo quod præcedit, vt apud Horat. *Funeratus*, pro occisus. Isidorus lib. 11. *Exequiæ cadauer dum portatur; imo ipsa pompa & comitatus sequentium cadauer.* Virg. 5. Æneid. adludit ad etymon:

Annua vota tamen sollemnesque ordine pompas
Exequerer. vnde *exequiari.* Varro apud

Nonium. Donat. in illud Andriæ: *Funus procedit, nos sequimur: hinc exequiæ dictæ*, inquit, *quia ordine naturæ mortuos sequemur.* Hinc formula funeris indictiui: *Exequias quibus commodum est ire iam tempus est, ollus ex ædibus effertur.*

NON *adeo leuiter noster puer hæsit ocellis.*] id est, fixus mansit in oculis, quia ex aspectu amor nascitur, vt dictum eleg. 1. supra vers. 1. Aut *noster puer*, Cupido communis amantium Deus. vt eleg. 1. supr. *Nostra Venus.* & Tibull. eleg. 3. lib. 1. *Quid tua nunc Isis tibi Delia?* Aut, *nostris ocellis puer hæsit. Puer* sine adiectione verbi, vt eleg. 9. supr. vers. 21. & eleg. 6. supr. vers. 23. & eleg. 7. supr. vers. 15. *Hæsit ocellis*, vt Virg. 1. Æneid.

Hæc oculis, hæc pectore toto Hæret.

& Æneid. 4. *Hærent infixi pectore vultus.*

Cic. 13. Philipp. *In oculis vestris hærebunt.* Idem in oratore. *In bonis hærebis & habitabis suis.* Sic apud Horat. oda 13. lib. 4. (Amor)

Pulcris excubat in genis.

VT *meus oblito puluis amore vacet.*] vt ego versus in puluerem & cinefactus amore caream. sic infra hac eleg.

Abstrahat à nostro puluere iniquus amor. & el. 17. sup. *Illa meum extremo clamasset puluere nomen.*

Ouid. eleg. 3. lib. 3. Tristium:

Sentiet officium mœsta fauilla pium.

& in oblito [illegible]. vt eleg. 4. lib. 4.

Interque oblitas excidit vrna manus.

ILLIC.] adiuuatur verbis seqq. cæcis locis. sic sup. eleg. 17.

Illic si qua meum sepelissent fata dolorem;

de terra. Catullus:

Qui nunc it per iter tenebricosum

Illuc, vnde negant redire quemquam. Tibull. el. 3. lib. 1. *Illic est cuicunque rapax mors venit amanti.* id est, in elysio.

PHILACIDES *heros.*] vt Æaci nepos, Æacides: & Alcæi nepos, Alcides. sic Phylaci nepos Protesilaus, Phylacides. Phylacus vrbem Thessaliæ Phylacam possedit, vt scribit Apollodorus lib. 1. & Strabo lib. 9. Protesilaus Iphicli filius dicitur Apollodor. libr. 3. Homerus Iliad. 2. Phylaces maritum fuisse ait, non Laodamiæ, & à Dardano viro primum Græcorum interfectum scribit, & coniugem mœstam in vita remansisse. vnde Ouid. in Met.

—— *Hectorea primus fataliter hasta*

Protesilae cadis. Ausonius:

Protesilae tibi nomen sic fata dederunt,

Hostia quod Troiæ prima futurus eras.

Catull. in eleg. ad Manlium ab eo versu:

Quam ieiuna pium desideret ara cruorem

Docta est amisso Laomedia viro. Ouid. el. 6. lib. 2. Amor. tangit hanc fabulam:

Tristia Phylacidæ Thersites funera vidit.

& 2. de Rem. Amor.

Si potes & ceras remoue: quid imagine muta

Carperis? hoc periit Laomedia modo.

& Stat. 2. Syluarum in Genethliaco Lucani:

—— *Soles hoc patere limen* (Ditis)

Ad nuptas redeuntibus maritis.

Auson. in Cupidine cruci suffixo:

Præreptas queritur per inania gaudia noctes

A *Laodamia duas, viui functique mariti.*

Ouid 3. de arte amandi:

Respice Phylaciden, & quæ comes isse marito

Fertur, & ante annos occubuisse suos.

& el. 18. l. 2. Amor. *Et comes extincto Laodamia viro.* Idem in epistola Laodamiæ mutat modulum syllabæ, *Conueniunt matres Phylaceides.* aliàs, *Phylacides.* sed à Phylaca vrbe deducit patronymicum. vide & Seruium in illud: *His Laodamia It comes.* & Higinum fabula 103. 104. & 251. *Heros* autem dicitur, quia genus à Deucalione ducebat, vt scribit Apollodor. lib. 1.

B NON *potuit esse immemor Iucundæ coniugis.*] obliuisci non potuit Phylaces, vt Homerus, vel vt alij Laodamiæ. sic eleg. 6. sup.

Tum tibi si qua mei veniet non immemor hora.

& el. 20. l. 2. *Possum ego naturæ non meminisse tuæ.*

CÆCIS *locis.*] apud inferos vbi tenebræ. vnde Virg. 6. Æneid.

Vt tristes sine sole domos loca turbida adires.

Catull. *Malæ tenebræ orci.* & *Iter tenebricosum.* Ennius: *Vbi rigida stat crassa caligo inferûm. Cæcum*, obscurum, vt eleg. 4. lib. 2.

Vnde tamen venient tot mala cæca via.

Virg. 6. Æn. *Clausi tenebris, & carcere cæco.*

C Item: *In vada cæca tulit.* 1. Æneid. Item:

Parietibus textum cæcis iter. 5. Æneid. Horat.

Vrgenturque cæca nocte.

SED *cupidus falsis attingere gaudia palmis.*] contrectare dilectam vxorem & delicias suas. *Cupidus attingere*, vt Virg. 12. Æneid.

Auidus confundere fœdus. & el. 1. *Libertas loqui. Gaudia*, vt apud Petron. *Itaque vt experrectus pertrectaui gaudio despoliatum torum.* id est, puero Gyrone. & Ouid. in epist. Sapphus:

Cum mihi nescio quis, fugiunt tua gaudia, dixit.

id est, amator Phaon. *Falsis palmis*, vt eleg. 17. l. 3.

Induit abiegnæ cornua falsa bouis. Falsis, non veris

D & solidis; sed simulatis & vmbraticis. vnde *vmbraticus homo.* Plauto, Virg. 6. Æneid.

Et ni docta comes tenues sine corpore vitas

Admoneat volitare caua sub imagine formæ,

Irruat, & frustra ferro diuerberet vmbras.

THESSALIS *antiquam venerat vmbra domum.*] Anacolouthon cupidus vmbra, vt el. 14. sup.

Non tamen ista meo valeant contendere amori,

Nescit amor magnis cedere diuitijs:

Nam siue optatam mecum trahit illa quietem.

Phylacides, vmbra Thessalis. vt infra hic:

Formosæ chorus Heroinæ. vbi adnotauimus. *Thessalus vmbra*, vmbra Protesilai, qui Thessalus

E fuerat. sic ara Thessalis Ouid. in ep. Laodamiæ.

Nulla caret fumo Thessalis ara meo. & Ibid.

Æmonis Laodamia. Charis. l. 1. *Thessalus, Dardanus.* Impetrarat autẽ à Plutone Laodamia, vt sibi cum marito tres horas colloqui liceret, quo spatio decurso reduxit eum Mercurius. Higin. fab. 103. & 104. qui Laodamiã ait se in pyrã ardentem coniecisse, in quã Pater Acastus effigiẽ Protesilai coniecerat. Alij transfixam hasta: alij desiderio & dolore tabuisse scribunt. *Venerat domum antiquam*, vel caram, inquit Seruius, vel re verà priscam: in illud 2. Georg.

Antiquasque domos auium. vt 4. Æneid.

Namque suam patria antiqua cinis ater habebat.

Ibidem: *Templum Coniugis antiqui.* Id est, viri quondam. & 3. Æneid.

Hospitium antiquum Troiæ.

de hac domo Catull.

Coniugis vt quondam flagrans aduenit amore
Protesilaeam Laodamia domum
Inceptam frustra, &c.

Illic *quicquid ero.*] Ouid. in Ibin:

Quidquid ero stygijs erumpere nitar ab oris.

Stat. 8. Thebaid.

Quidquid es (apud inferos) *æternus Phæbo dolor.*

dictum eleg. 11. sup. vers. 26.

Semper *tua dicar imago.*] vt alibi:

Huius ero viuus, mortuus huius ero.

Tibull. eleg. 2. lib. 3.

Ergo ego cum tenuem fuero mutatus in vmbram.

Ouid. in Ibin:

Persequar & vultus ossea forma tuos.

Vmbras tamen circa sepulcra, & terras vagari putant, imagines vero & εἴδωλα errare apud inferos; quia Virg. dixit 4. Æneid.

Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas.
Audiam, & hæc manes veniet mihi fama sub imos.

& post: *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*

Idem tamen 2. Æneid. hæc confundit:

——Ipsius vmbra Creüsæ
Visa mihi ante oculos; & nota maior imago.

Apud Lucretium ex Ennio: *—Acherusia templa*
Quò neque perueniant animæ, neque corpora nostra,
Sed quædam simulacra modis pallentia miris.

Apud Homerum 11. Odyss. Vlysses Idolum Herculis apud inferos tantum videt, & ipsum ait in cœlo Herculem.

Traicit *& fati litora magnus amor.*] transmittit etiam ripas stygiæ paludis. *Traycere* verbum nauticum. *Fatum* autem pro ipso Orco, vt eleg. 28. lib. 2.

Vna ratis fati nostros portabit amores.

Littora autem pro ripa. vt eleg. 2. sup.

Eueni patrijs filia litoribus.

Virg. 6. Æneid. & *ripas* & *littora* dixit de fluuiis inferorum: *Nec ripas datur horrendas.* & mox:

Centum errant annos volitantque hæc litora circum.

Magnus amor, qualis est meus. vel perpetuum est Amoris epitheton ob eius numinis vim & maiestatem, vt eleg. 3. lib. 4.

Omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior.

Plato in conuiuio Μέγας θεὸς ὁ ἔρως, καὶ θαυμαστὸς ἐν ἀνθρώποις τε καὶ θεοῖς. Virg.

Quid Iuuenis magnum cui versat in ossibus ignem
Durus Amor. Item: *Insideat quantus miseræ Deus.*

Catull. in Coma Berenices:

Quis te mutauit tantus Deus?

Quod ad sententiam vero huius loci attinet. sic Virg. 6. Æn. *Curæ non ipsa in morte relinquunt.* Theocrit. Id. 1. Κ' εἰν ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος. vbi καὶ, vt hic: *Et fati*, &c.

Illic.] in elysio & silua myrtea. sic & el. 7. lib. 4. Locat Heroinas in campis elysiis, vbi chori & cantus.

Formosæ *vernant chorus Heroinæ.*] el 4. sup.

Et quascunque tulit formosi temporis ætas.

& eleg. 13. sup. vers. 31.

Illa sit Inachiis & blandior Heroinis.

Heroinæ chorus, appositio, vt eleg. 9. sup.

A *Nedum tu possis spiritus esse leuis.*

& hic *Phylacides Thessalus vmbra.* *Chorus* autem multitudo choreas ducentium & canentium. Atqui in campis Elysiis:

——choreæ cantusque vigent, passimque vagantes
Dulce sonant tenui gutture carmen aues.

Heroinæ vernant, florent, quasi in vere ætatis, & in campis vbi ver perpetuum. Ipse eleg. 5. lib. 4. *Dum vernat sanguis.* Martial.

Dum tibi vernarent dubia lanugine malæ.

Petron. *Vernantesque comas tristis abegit hyems.* Plin. *Nitidus anguis vernat.* (positis nouus exuuiis) Heroinas autem siue matronas Heroidas,

B vt loquitur eleg. 28. lib. 2. cape Ilionam, Cassandram, Andromacham, Briseidem, Tecmessam, &c.

Qvas *dedit Argiuis Dardana præda viris.*] quæ in præda Troianæ diuisione Græcis victoribus sorte contigerunt. *Præda*, loquit Nonius, *corpora ipsa rerum: Manubia, pecunia ex præda vendita redacta.* Gell. lib. 13. cap. 24. Varro 5. de ling. Lat. *Præda*, inquit, *est ab hostibus capta, quod manu parta*, vt *parida præda.* Idem tamen lib. 7. *à prædando præda, à merendo merces.* vbi fortasse legendum; *à prædando.* *Argiuis*, pro quibuscunque

C Græcis, vt adnot. ad eleg. 15. sup.

Argiuæ fama pudicitiæ. de formosis Troianis mulieribus eleg. 27. lib. 2.

Et quot Troia tulit vetus, & quot Achaia formas

Qvarvm *nulla tua fuerit mihi Cynthia forma Gratior.*] iucundior & blandior mihi te ipsa formosa esse poterit: *Tua forma*, te formosa, vt eleg. 4. sup. *Forma Nycteidos*, pro formosa Nycteide. & eleg. 3. sup. *Cornua Inachidos*, pro, Inachide cornuta. Virg. 2. Æneid.

Non mihi Tyndaridos facies inuisa Lacænæ.

Et *tellus hoc ita iusta sinat.*] An benigna & propitia? vt *iusta seruitus* in Andria Terentij. &

D contra eleg. 15. sup. *Iniusto salo.* Virg. 12. Æn.

——Tuque optima ferrum Terra tene. An quia omnibus æquè patet? Horat. oda 18. lib. 2.

Aequa Tellus Pauperi recluditur Regumq. pueris?

An propter maternam pietatem, quæ & gignit nos, & genitos alit ac sustinet, & mortuos gremio recipit ac tegit. vnde *pia* dicitur eleg. 7. lib. 3.

Et mater non iusta pia dare debita terræ.

vide Plin. cap. 63. lib. 2. An *iusta Tellus*, quia reddit credita cum fœnore? Virg. 2. Georg.

Fundit humo facilem iustissima Tellus.

Tzetzes in Hesiod. ἀπὸ τῆς δικαίας τῆς γεωργίας, καὶ

E ἡ δικαιοσύνη, καὶ ὁ αὐτῆς Δίκη, θέμις καλεῖται. Hinc *Legifera Ceres*, Phornuto, quod æquitatis & concordiæ inuentrix: diuisis agris & institutis terminis. vnde Philemon:

Δικαιοτάτη κτῆμ' ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός.

Cur autem hic veneratur terram? An quia continet Deos Manes & eos aditurus illi sacrificat Æneas lib. 6. Æneid. Sueton. in Tiberio cap. penult. *Pars terram matrem, Deosque manes orarent, ne mortuo vllam sedem, nisi inter impios darent.* Ouid. in Ibin:

Respuet inuisum iusta cadauer humus.

Qvamvis *te longæ remorentur fata senectæ.*] Licet te Parcæ detineant in vita, quam longam

tibi neuerunt. *Fata senecta*, vt eleg. 13. lib. 2.

Si tam longaua minuisset fata senecta.

id est, senectam longam fatis datam. & eleg. 28. lib. eiusdem:

Illa sepultura fata beata tua.

id est, mors tibi beata fatis concessa. *Remorantur*, vt eleg. 6. sup.

Sed me complexa remorantur verba puellæ.

vnde Cic. 6. de Rep. *Quid moror in terris?* Horat. *Nec in terris morabor amplius.* & iocus Neronis de Clodio; *Postquam inter homines morari desiit.*

Cara *tamen lacrymis ossa futura meis.*] id est, tui cineres, tu mortua. vt sup. *Meus puluis*, eleg. 13. libr. 2.

Nam mea qui poterunt ossa minuta loqui?

& eleg. vlt. lib. 4.

Defleta & gemitu Cæsaris ossa mea.

Sensus est. Tu mortua etiam mihi misero, quem curæ nec in ipsa morte relinquunt, cara eris, teque mortuam complectar, & *mistis ossibus ossa teram*, vt ait eleg. 7. lib. 4. Porest etiam esse hypallage. caræ lacrymæ tuæ futuræ sunt meis ossibus: ego etiam mortuus lacrymis tuis delectabor; & iucundum erit, quod me deflebis mortuum. vt

Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico.

Fas est præteritos semper amare viros.

Meis lacrymis, mihi lacrymanti. vt eleg. 3. vers. vlt. & el. 6. verſ. 24. sup.

Quæ *tu viua mea possis sentire fauilla.*] An viua Cynthia, & superstes? An viua numero multitudinis accusandi casu: vtinam, inquit, illa fentire possis viua. id est, lacrymas & amorem meum adhuc in fauilla spirantem. Sed cum vet. lib. habeat: *Quod si in te me possim.* legendum puro: *Quod fine te viua possim sentire fauilla.* id est, vtinam id sentire possim, nempe amorem tuum & lacrymas, viua adhuc mea fauilla & spirante meo cinere. *Mea fauilla*, mei manes, & cineres, vt supra: *Meus puluis.* Sic el. 1. lib. 2. *Muta sacæ verba fauilla.* & eleg. vlt. lib. 4.

Hæc cura & cineri spirat inusta meo.

Mea fauilla, me rogis consumpto & cinefacto. quid propriè fauilla dictum ad eleg. 9. supra verſ. 18.

Tum *mihi non vllo mors sit amara loco.*] siue terra, siue mari, siue in patria, siue peregri moriar, mors acerba non sit. *Mors amara*, vt *noctes amara*, eleg. 1. sup. & *somnus amarus*, eleg. 19. lib. 2. & *virtus amara*, eleg. 10. lib. 3. & amarus odor, eleg. 33. lib. 2.

Quam *vereor.*] vt eleg. 26. lib. 2.

Quam timui, ne forte tuum mare nomen haberet.

& Virg. 6. Æneid.

Quam metui ne quid Libya tibi regna nocerent.

Ne *contempto busto.*] abiecta cura mei sepulcri. neglecta religione sepulcri & luctu debito. eleg. 1. lib. 3.

Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro.

vide illic adnotat. An *bustum* pro manibus, vt eleg. 7. lib. 4.

Fracto busta piare cado. id est, manes placare. & eleg. 7. sup.

Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulcro.

& eleg. 14. lib. 2.

A

Interea caue sis nos adspernata sepultos.

Seruius in fragmentis. *Crematio cadaueris, bustum: locus vstrina dicitur: operis constructio sepulcrum. Bustum*, inquit Festus, *Propriè locus in quo mortuus est combustus, & sepultus quasi bene vstus.*

Abstrahat *te à nostro puluere.*] Auellat à nostro cinere & ossibus. *Puluere*, vt el. 17. sup.

Extremo puluere. & Ouid. 5. Fast.

Littus ad Inachium puluis inanis eam.

Virg. 11. Æneid. *Tum littore toto*

Ardentes spectant socios, semiustaque seruant

Busta, nec auelli possunt; nox humida donec

Inuertit cœlum stellis ardentibus aptum.

B

Ouid. in Epicedio Tibulli:

Cumque tuis sua iunxerunt Nemesisque priorque

Oscula, nec solos destituere rogos.

Lucret. lib. 3.

At nos horrifico cinefactum te prope busto

Insatiabiliter defleuimus, æternumque.

Iniqvvs *amor.*] vel aduersus mihi & infensus: vel amor alterius non æquus & par meo amori; vel iniustus, quia te non finet iusta persoluere mortuo.

Lacrymas *siccare.*] *Compescere ocellos* dixit eleg. 16. sup. *Fletum supprimere.* eleg. 1. lib. 4.

Lacrymas supprimere. eleg. 8. lib. 3.

C

Siccare lacrymas. vt Fab. cap. 1. lib. 11. *Nec iocis lacrymas, vbi opus erit miseratione, siccabimus.* Ouid. 3. Fast.

Occupat amplexu, lacrymasque per oscula siccat.

Apuleius lib. 5. Asini: *Lugubres voces desinite, & diutinis lacrymis madentes genas siccate.* Seneca cap. 4. de Consol. ad Martiam. *Exsiccare oculos.* & cap. 7. de Consol. ad Polyb. *Tibi tua* (lacrymæ) *assiccanda sunt.* & cap. 12. Ibid. Ouid. 13. Met. *Lacrymantia tersit Lumina.* vide adnotata ad illud eleg. 6. lib. 3.

Humidaque impressa siccabat lumina lana.

D

Notum illud Apollonij dictum: *Rhetoris lacryma nihil citius arescit, præsertim in alienis malis.*

Cadentes.] vt in epistola Vlyssis.

Vidi, nec lacrymas oculi tenuere cadentes.

Ouid. eleg. 3. lib. 3 Trist.

Nostra tuas vidi lacrymas super ora cadentes.

eleg. 5. lib. eiusd.

Et lacrymas cernens in singula verba cadentes.

& eleg. 3. lib. 3.

Nec dominæ lacrymis in nostra cadentibus ora.

Flectitvr *assiduis certa puella minis.*] assiduitas omnia superat. ideo eleg. 8. sup.

E

Assiduas non tulit illa preces.

& eleg. 9. supra:

Assiduas ô fuge blanditias.

Certa, constans. vide eleg. 13. sup. verſ. 6.

Dvm *licet.*] eleg. 15. lib. 2. eadem formula.

Tu modo, dum licet, hunc fructum ne desere vitæ.

Ibidem:

Dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore.

Horat. oda 12. lib. 4.

Nigrorumque memor, dum licet, ignium.

& oda 3. lib. 2.

Dum res, & ætas, & sororum

Fila trium patiuntur atra.

Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Interea dum fata sinunt iungamus amores.

Apod Valet. Max. cap. 2. lib. 6. Quæ liberè dicta aut facta: Lentulus Marcellinus consul: *Acclamate, acclamate*, inquir, *Quirites, dum licet.*

INTER *nos latemur amantes.*] *Vtamur, atque amemus*, inquit Catullus. *Inter nos*, inuicem. Plaut. Captiu. sc. 3. act. 2. *Videas corde amare inter se.* Ibidem: *Inter nos fuisse ingenio haud dissociabili.* Tereot. Adelph. *Inter se amare*, quod Donatus *inuicem* exponit.

NON *satis est vllo tempore longus amor.*] sine fine amandum est. eleg. 15. lib. 2.

Errat qui finem vesani quærit amoris,
Verus amor nullum quærit habere modum.

AD ELEGIAM XX.

Ad Gallum.

HÆC *pro continuo te Galle monemus amore.*] vt nostra vetus necessitudo & nunquam intermissa postulat. Cicero sæpe ita loquitur, præsertim in epistolis. Ipse el. vlt. huius libri:

Pro nostra semper-amicitia.

Amicum eum vocat eleg. 10. & 13. supra.

IO *tibi ne vacuo defluat ex animo.*] vtrumque translatum à vasis, & *defluat*, & *vacuo*. cum enim liquor quem continebant, effluxit, vacua fiunt. memoria autem res continentur, vnde & *Thesaurus rerum* dicitur Ciceroni. sic Tibull. eleg. 1. lib. 3.

Illa mihi referat si nostri mutua cura est,
An minor: An toto pectore deciderim.

Cic. 2. de finib. *Bona præterita non effluere sapienti.* Catull. ad Ortalum:

Ne mea dicta vagis nequicquam credita ventis
Effluxisse meo forte putes animo.

Virg. eclog. 1.

Quam nostro illius labatur pectore vultus.

Eadē Metaphora apud Terent Eun. sc. 2. act. 1.

Quæ vera audiui taceo, & contineo optimè.
Sin falsum aut fictum aut vanū est, continuo palā est,
Plenus rimarum sum, hac & illac perfluo.

& mox: *Hoc falsum est effluet.* Lucret. lib. 3.

Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
Commoda perfluxere, atque ingrata interiere.

Animo, pro memoria. Virg.

Omnia fert ætas, animum quoque.

Vacuas mentes alio sensu dixit idem Virgilius, nimirum otiosas.

Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.

SÆPE *imprudenti fortuna occurrit amanti.*] aduersa venit & nocet nihil tale cogitanti & incauto. Quæ sequitur fortuna secunda est, quæ occurrit aduersa est & infesta. Virg. 4. Æneid.

Si modo, quod memoras, fatum fortuna sequatur.

Cicero in Bruto: *Transuersa in te incurrit fortuna reip.* sic Horat. oda 5. epod.

Nocturnus occurram furor.

Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Nec finit occurrat quisquam qui corpora ferro
Vulneret. & Virg.

Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.

CRVDELIS *Minyis.*] crudelis cum 3. casu, vt eleg. 26. lib. 2.

A *Sed non Neptunus tanto crudelis amori.*

Minyæ, inquit Festus, *dicti Argonautæ, quod plerique eorum ex filiis Minyæ fuerunt orti.* Ouid. initio lib. 7. Metam.

Iamque fretum Minyæ Pagasæa puppe secabant.

Apud Pausan. in Corinthiacis Minyæ dicti omnes populi Orchomenii & Locricis finitimi. Apud Straboo. lib. 9. Minyæ Iolcon patriam Iasonis, coloniam deduxere. De posteris Minyarum Herodot. in Melpomene. Apud Apollodor. lib. 3. Minyas rex, auus Atalantæ fuit. Crudelis vero Minyis fuisse dicitur Ascanius, quia ex eo siue lacu siue flumine fuisse vi-
B dentur Nymphæ, quæ Hylam rapuerunt: quo raptu Hercules ipse ademptus Argonautis:

DIXERIT *Ascanius.*] Turneb. cap. 15. l. 11. Vulgatam lectionem, *Dux erit*, tueri conatur; quasi dux & auctor eius calamitatis fuisse videatur Ascanius. sed profecto fallitur. Rectè enim vet. lib. *Dixerit.* Testis, inquit, esse poterit, & quasi voce sua confirmare illam sententiam veram esse: *Sæpe imprudenti fortuna occurrit Amanti.* ὤνι δι Ἀμάινε. sic omnino ipse eleg. 7. lib. 4.

Dicet damnatas ignea testa manus.

& eleg. 33. lib. 2.

C *Quamuis Ida Parin pastorem dicat amasse.*

& eleg. 8. lib. 4.

Appia dic quæso quantum te teste triumphum
Egerit. & eleg. 11. lib. 2.
Iam negat Euphrates equitem post terga tueri.

Virg. ——*Testes sunt flumina Nymphis.*
Item: ——*montesque feri, siluæque loquuntur.*
Catullus:

Vt nostros luctus, nostraq; incendia mentis
Carbasus obscura dicat ferrugine Ibera. Item:
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima Ait Phaselus.

Horat. *Testis Metaurum flumen.* sic *Mæander vidit*, apud Ouid. in epist. Deianiræ. Ridiculus
D autem Muretus, qui *Ausonius* legendum putat, pro *Ascanius.* nam iuxta flumen Ascanium raptum Hylam fuisse scribit Higinus fab. 14. Strabo lib. 12. Ascanium lacum in Bithynia esse ait non procul ab eo loco, vbi raptus Hylas fuisse dicitur. Plinius quoque cap. vlt. lib. 5. Ascanium Bithyniæ lacum commemorat. & cap. 10. lib. 3. Ascanij lacus summas aquas dulces esse ait, cum reliquæ amaræ sint. Seruius in 3. Georg. Virgilium ait posuisse *Ascanium* pro quouis flumine cum ait:

Illas ducit amor trans Gargara, transq. sonantem
Ascanium.

E EST *tibi non infra speciem*] non inferior forma. Seruit comparationi dignitatis. Horat. sat. 1. lib. 2.

Infra Lucilli censum, ingeniumque. Cic. 3. de finib. *Infra se humana omnia ducere.* Terent. Eun. *Tace tu quem esse infra omnes infimos puto. Species*, pro forma. Ouid. 5. Fast.

Et monet ætatis specie, dum floreat, vti.

NON *nomine dispar.*] Hylam histrionem fortasse intelligit, de quo Macrob. cap. 7. lib. 2. Saturn.

THIODAMANTÆO *proximus ardor Hylæ.*] Amor proximè accedēs ad Hylam, id est, puer

Hyla non inferior. *Ardor*, pro amore el. 7. sup. A
vers. 24. de Hyla & eius raptu Apollodor. lib. 1. Theocrit. in Hyla. Higin. Fab. 14. & Fab. 271. Apollon. lib. 1. Argon. Virg. ecl. 6. & Petron. Arbiter. Thiodamas, Hylæ pater. Apollodor. lib. 1. ὕλας ὁ Θειοδάμαντος παῖς, Ἡρακλέους δὲ ἐρώμενος. Higin. Fab. 14. Thiodamantis & Menodices Nymphæ filium facit. Interpres Theocriti. τὸν ὕλαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλέους φησίν. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ ῥόδιος Θειοδάμαντος ἢ Κύηκος. Εὐφορίων δὲ, Εὐφήμου τοῦ Ποσειδῶνος ἐρώμενον.

NVNC *tu.*] vet. lib. *Hunc*, quod non improbo, vt sit sententia: *Hunc tu Nympharum* B
semper-cupida defende rapina.

SIVE *leges vmbrosæ flumina sylua.*] legere verbum nauticum est. *Legere flumen*, oram, littus, freta; est cursim præteruehi remis & velis, vt oculis percurrere literas & picturã, legere est. vel vt dicitur carpere iter & viam. Ipse eleg. 22. libr. 3.

Peliacaque trabis totum iter ipse legas.

Virg. 2. Georg.

——*ades & primi lege litoris oram.*

& 2. Æneid.

——*pars cætera pontum Ponè legit.* C

eclog. 8. ——*siue oram Illyrici legis æquoris.*

& 3. Æneid.

——*& crebris legimus freta concita terris.*

Ibid. *Littoraque Epeiri legimus.* Per *flumina syluæ vmbrosæ*, Clitumnum designari admonet Scaliger, de quo eleg. 20. lib. 2.

Qua formosa suo Clitumnus flumina luco
Integit. sed & alia flumina per syluas labuntur, vt 6. Æneid.

Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.

SIVE *Aniena tuos tinxerit vnda pedes.*] *Amerina* legit Scaliger ex vet. lib. & lacum Vadimonis intelligit. sed Anienæ vndæ ipse meminit eleg. 14. lib. 3. D

Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.

Virg. 4. Georg.

Vnde pater Tiberinus, & vnde Aniena fluenta.

Ipse eleg. 7. lib. 4. Deum Anienum commemorat. *Accessit ripæ laus, Aniene, tua.* Ibid.

Ramosis Anio qua pomifer incubat aruis.

eleg. 20. lib. 3.

Hic Anio Tiburte fluis; Clitumnus ab vmbro
Tramite, & æternum martius humor opus.

vbi Anienem, & Clitumnum coniungit, vt hoc loco. Horat.

Et præceps Anio & Tiburni lucus. Tinxeris pedes, E
leniter alluerit, vt cum pede tentatur flumen. Catull. ad Ortalum.

Namque mei nuper letæo gurgite fratris
Pallidulum manans alluit vnda pedem.

Ouid. 4. Met. ——*& in alludentibus vndis*
Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit

Ipse eleg. 10. lib. 3.

Lydia Gygæo tincta puella lacu. & eleg. 3. lib. 3.

Tingunt Gorgoneo punica rostra lacu.

de columbis.

SIVE *gigantea spatiabere littoris ora.*] Id est, inambulabis voluptatis aut valetudinis causa. *Ora gigantea*, maritima regione iuxta cumas. ibi enim Phlegræus campus; & illic Gigantes habitasse dicuntur, & cum Dijs pugnasse, a quibus victi Herculis auxilio. Strabo lib. 5. Plin. cap. 5. lib. 3. Diodor. Sicul. & Apollodor. lib. 1. *Ora*, inquit Seruius, *extrema pars cuiusque rei.* Virg. 2. Georg. *Et primi lege litoris oram.* *Spatiari*, est lentè ingredi. eleg. 2. lib. 2.

Aut cum Dulichias Pallas spatiatur ad aras.

& eleg. 32. lib. eiusd.

Hoc vtinam spatiere loco quodcunque vacabis.

Est & spatiari, errare: vide Cato apud Fest. *Spatiatorem*, pro erratore dixit.

SIVE *vbicunq. vagi fluminis hospitio.*] siue te vagũ aliquod flumen, quasi hospitem accipiet, vel aquis suis innatantem vel nauicula vehentem. *Vagum flumen, exercitum cursu*, Virg. *Semper errans.* Horat. *Quò bruta tellus, & vaga flumina.* oda 34. lib. 2. Idem. *Vagus & sinistra labitur ripa*, de Tiberi: oda 2. lib. 1. In Catal.

Atque amnes tenuisse vagos. Ipse eleg. 15. lib. 3.

Sæpe vago Asopi sonitu permota fluentis.

& eleg. 19. lib. 2.

Nec vaga muscosis flumina fusa iugis. & eleg. 11. lib. 3. *Vaga flumina Nili.* *Hospitium fluminis*, vt eleg. 19. lib. 3.

Et placidum syrtes portum, & bona litora nautis
Præbeat hospitio sæua Malea suo. Ibid.

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehor æquoris hospes.

hîc infra vocatur, *domus humida.* Virg. 4. Georg. Thalamus.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit. & 8. Æneid.

Hîc mihi magna domus celsis caput vrbibus exit.

NYMPHARVM *semper-cupidas defende rapinas.*] quia vt Ouid. 2. de arte amandi:

Naiadumque tener crimine raptus Hylas.

vide Mart. epigr. 68. lib. 6. eiusdem argumenti. *Defende*, arce, prohibe. Virg. ecl. 7.

Solstitium pecori defendite. Horat. od. 17. lib. 12.

Defendit æstatem capillis. Ennius Achille apud Nonium: *Serua ciues, defende hostes.* & *semper-cupidas rapinas Nympharum*, dictum est per hypallagen, pro semper-cupidarum Nympharum. cupidus vero pro amante. vt eleg. 2. sup. *Cupido Phœbo.* & eleg. 21. lib. 2.

Altera me cupidis teneat, foueatque lacertis.

NON *minor Ausonijs est amor in Driadis.*] falsa hęc lectio & aduersus consuetudinem loquendi. Alij libri.

Non minor Ausonias vrit amor Dryadas. Alij.

Non minor Ausonias est amor & Dryadas.

vbi τὸ *est*, valet, edit, cruciat & absumit. Alij libri: *Non minor Ausonijs est amor Hadriacis.* vnde Lipsius cap. 4. lib. 1. Antiq. ἐν δρυάσιν. Scaliger, ab δρυάσιν. sic infra hîc: *Thynniasin & hamadryasin.* Catull. in Ariadna:

Minyasin linquens Doris celebranda choreis.

Sic è Plinio scribit Charisius lib. 1. Varronem ita loqui solitum, vt non *schematis*, sed *schemasin* diceret. Varro Parmenone: apud Nonium in *procerè. In argumentis Cæcilius poscit palmam: in ethesin Terentius: in sermonibus Plautus.*

NE *tibi sit durum adire.*] Si *durum* legas, mens est, *Ne tibi sit graue adire*, &c. si *duros*: ne liceat adire, ne velis adire, ne adeas duros, id est, asperos saxis & contragosos montes, vbi degunt

Oreades. *ne tibi sit*, *μὴ γένοιτο, μὴ ἔστω, μὴ ἐνδέχεται.* A
eleg. 3. lib. 3.

Nil tibi sit rauco prætoria classica cornu
Flere. Tibull. eleg. 6. lib. 1.
Tunc mihi non oculis sit timuisse meis.

& eleg. 3. lib. 4.

Nec tibi sit duros acuisse in pectora dentes.

Virg. ecl. 10.

Tu procul à patria, nec sit mihi credere, tantum.

& in voto pro Æneide.

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus.

Mart. epigr. 65. lib. 6.

Conueniat nobis vt fas epigrammata longa
Sit transire tibi, scribere, Tucca, mihi. B

quamquam *τὸ fas* cum *sit* iungi potest. vide Lipf. cap. 4. lib. 1. Antiq. Scaliger legendum putat *Ne tibi sit duro adyisse.* id est, ne ita contumax sis vt adeas

MONTES *& frigida saxa.*] sic *frigida rupes*, eleg. 18. sup. Libet Mureti *turbida*, Vatican. *tumbida*. vnde *tabida* legit Lipsius cap. 4. lib. 1. Antiq. *ἓν διὰ δυοῖν* *montes & saxa*, montes saxosos.

NEQVE-EXPERTOS.] vna dictio est, vt *nec-rectè: nec-manifestum furtum: res nec-mancipi. nec-expertis lacus*, ignoti, vt eleg. 17. sup.

Ignotis circumdata litora syluis. expertos, *πεπειρα-μένους* vt eleg. 3. sup. *expertæ sanitiæ.* C

SEMPER *adire.*] visere, & *τὸ semper* vacat.

LACVS.] Seruius in 8. Æneid.

Quo te cumque lacus miseratum incommoda nostra Forte tenet. Lacus, inquit, *est quoddam latentis adhuc aquæ receptaculum, dictus quasi lacuna, vnde erumpens aqua efficit fontem, qui cum fluere cœpit, alueum facit.* Isidor. cap. 6. lib. 15. *Dictus lacus, quod ibi decurrit frugum liquor.* ridiculè. sed loquitur de vase ad vindemiam. Varro 4. de ling. Lat. *Lacus*, inquit, *Lacuna magna vbi aqua contineri potest.* Vlpian. l. vnica. D. vt in flum. publ. nauig. liceat. Lacum à stagno ita secernit; quod lacus perpetuam habeat aquam: stagnum temporalem ibidem stagnantem. Est & lacus vas maius in quo calcantur vuæ. Item lacus, lacunar apud Lucillium: *resonant ædesque, lacusque*, inquit Seruius in 1. Æneid. Lacubus quoque distingui granaria scribit Columella. cap. 6. lib. 1. D

QVÆ *miser.*] exercitus, laboriosus, atque etiam amans. Sic Plaut. Menech. in fine. *Quem ego multis miserisque laboribus vsque adhuc quæsiui.* Theocrit. in Hyla.

Σχέτλιοι οἱ φιλέοντες, ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν
Οὔρεα καὶ δρυμούς. Miseri amantes? errabundus quantum laborauit (per) montes & saltus.

IGNOTIS *in oris.*] vt eleg. 17. sup. vers. 17.

PERPESSVS *error Herculis.*] Hercules errans pertulit. vt eleg. 13. sup. *Amor Herculis*, pro Hercule amante. vbi vide adnotata. & Lipf. cap. 19. lib. 1. Var. Ouid. lib. 13. Met.

Quod tibi si populi donauerit error Achiui.

id est, populus errans & praua ductus opinione. de errorib. Herculis Virg. 6. Æneid.

Nec vero Alcides tantum telluris obiuit.

& eleg. 10. lib. 4. Ita Hercules ipse:

Fontis egens erro.

A INDOMITO *fleuerat Ascanio.*] apud Ascanium lacum crudelem de eo ipso conquestus erat. dixit enim sup.

Crudelis Minyis dixerit Ascanius. *Indomitus*, ferus, sæuus. Catull.

Deinde esto quamuis sæuus & indomitus. Tibull.
Prodigia indomitis merge sub æquoribus.

Flere cum 3. casu, vt eleg. 12. sup. vers. 15.

NAMQVE *ferunt olim.*] aptum fabulæ narrandæ verbum, & inde inchoare solent.

PAGASÆ *naualibus Argo Egressam.*] Pagasæ, vrbis Pherarum emporium in Thessalia: ita

B dictæ quod ibi compacta fuerit nauis Argo, vt scribit Higinus lib. 1. in Fabula, Argo. hoc est *ἀπὸ τοῦ πηγνῦσαι*, quod est compactum esse: vel propter vicinas *πηγάς*, id est fontes. hinc *Argo Pagasæa* dicitur Ouidio. & *Pagasæa carina*, pro Argo, eidem. Vide Strabonem lib. 9. Naualia, inquit Seruius ad 4. Æn. *Loca vbi stãt naues.* & in 11. Æneid. *Naualia, loca vbi naues sunt.* Aristophani *τὰ νεώρια: Arcenal:* vbi fiunt, vel stant naues. *ναύσταθμος* Suidæ. Virg. *Statio malefida carinis.* De Argo vide Catullum in Ariadna, ibique adnotata.

LONGE *Phasidos esse viam.*] Sat celebratus Phasis Colchidis fluuius ab Apollonio, Catul-

C lo, Valerio Flacco, Ouidio. *Longe-viam*, inquit Scaliger, *τὴν μακρὰν ὁδόν*, vt eleg. 1. lib. 4.

Hîc vbi sidenas longè erat ire via.

Mart. ep. 104. lib. 5.

Rus hoc vocari debet? an domus longè?

ὁ μακρὰν οἶκος. Alludit autem ad prouerbium. *εἰς φᾶσιν ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος.* Ad Phasin vsque nauibus est extremus & vltimus cursus. Strabo lib. 11. Theocrit. Id. 13. *καὶ ἄξεινον εἰσω φᾶσιν.* Pindar. Isthmijs hymno 2. *ἐπίκεα τὸν μὲν φᾶσιν.* transibat vsque ad Phasin vide prouerbium apud Erasmum: *Ad Phasin vsque nauigauit.*

ET *iam præteritis labentem Athamantidos vndis.*] prætereuectam hellespontum. *τὸ labentem* per se stat, neque iungitur cum *vndis præteritis*: id est,

D cum iam præteritæ vnde Athamantidos, labens Argo Mysiam adpulit. *Labi*, natare. eleg. 6. lib. 4. *Inuito labitur illa mari.* dictum ad eleg. 17. sup. *Si quando vestras labens Amor attigit vndas.* *Athamantis*, Helle, Athamantis & Nepheles filia. Apollodor. lib. 1. quæ in fretum decidit, cum traijceret, cui nomen dedit eleg. 22. lib. 3.

Si te forte iuuant Helles Athamantidos vrbes.

de Athamante Ouid. 4. Metam. & in epist. Leandri.

Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent.

E & vers. seqq. vbi tota fabula.

MYSORVM *scopulis.*] Mysia Asiæ regio, finitima Phrygiæ & Bithyniæ. Strabo lib. 12. Apollonius lib. 1. ad Argouthuneum montem & ostia Cij fluminis tum eos appulisse scribit. vnde hic *scopulos* dixit, quia inter scopulos portus. Virg. 1. Æneid.

——*geminique minantur In cœlum scopuli.*

Scopulos etiam pro monte Parnasso dixit Ennius apud Ciceronem in Bruto:

Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat.

Alioqui ſcopulis applicare nauem periculoſiſſimum eſt. Cicero pro C. Rabirio. *Nunquam ad eos ſcopulos rationes tuas appuliſſes, ad quos Sex. Titij afflictam nauim, & in quibus naufragium fortunarum videres.*

APPLICVISSE *ratem.*] Ouid. eleg. 9. lib. 3. Triſt.

Impia deſertum fugiens Medæa parentem
Dicitur his remos applicuiſſe vadis.

Virg. 1. Æneid.

Quæ vis immanibus applicat oris?

Donat. in illud Andriæ Act. 5. ſc. 4. *Forte applicat ad Chryſidis patrem ſe: propriè,* inquit, *de naufrago & egenti.*

HIC *manus heroum.*] collecta multitudo, & ad pugnam inſtructa. eleg. 6. lib. 4.

Huc mundi coiere manus. eleg. 29. lib. 2.
Nec me ſeruorum duceret vlla manus.

Virg. 6. Æneid.

—— iuuenum manus emicat ardens.

& 7. Æneid. *Marſa manus, Pelignæ cohors,* pro vniuerſo exercitu. Plaut. Amphitr.

Denique, vt volumus, noſtra ſuperat manus. Cæſar 3. de bello ciuili. *manu facta irrumpere.* Cicero pro Cæcina: *Qui manum fecerit, copias parauerit, multitudinem hominum coegerit, armarit, inſtruxerit.* vbi ter idem dixit. vtuntur ſæpe Iuriſconſulti io ea notione hoc verbo, & Cicero ad Atticum.

PLACIDIS *vt conſtitit oris.*] conquieuit, *conſedit,* vt loquitur eleg. 8. ſup. verſ. 25. *Placidis oris,* tranquillo portu, pacatis regionibus, *tacito littore,* vt eſt eleg. 11. ſup. verſ. 14.

MOLLIA *compoſita litora fronde tegit.*] vel *mollia litora,* gramine tenero veſtita; vel mollia futura ſubſtratis frondibus: vel eſt hypallage, pro molli fronde, vt Virg. 4. Æneid.

—— molliquefluentem Fronde premit crinem.

Imitatus eſt Apollon. lib. 1. vt notat Scaliger. τοὶ δὲ λεχείην.

Φυλλάδα χειμάδιον φύλλων ἄσπετον ἀμήσαντες
Στόρεσαν. ſic & Theocrit. in Hyla.

—— πολλὰ δὲ μίαν στόρεσαντο χαμεύναν.
Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο μέγας στιβάδεσσιν ὄνειαρ.

hîc ergo tori periphraſis ab herbis & frondibu intortis, vt apud Virg. ecl. 1.

Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte
Fronde ſuper viridi. vide & Homer. Odyſſ. 6. in fine.

AT *comes inuicti iuuenis.*] Hylas Herculis miniſter. Apollon. libr. Ἐσθλὸς ὀπάων Τροφῆας, ἰῶν τε φορεὺς, φυλακός τε βιοῖο. ſic comes Æneæ Achates ſpicula eius & arcum geſtat. *Inuictus iuuenis,* ἀγήνωρ ἀδάμαστος. Horat.

Non hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

cognominatur & χαλκεοκάρδιος. Varro quoque apud Gyraldum inuictum Herculem dictum ait, quod omne animalium genus vicerit, Aquilam Promethei & Stymphalidas aues, cetum, angues & Hydram, Taurum, Leonem, Aprum, Centauros, Gygantas, Cacum, Antæum, &c. vide inſcriptionem apud Aldum de Orth. 38. *Herculi inuicto.* Iuuenis dicitur, vt apud Virg. 1. Æneid. Æneas & Achates vo-

A cantur, & Catull. in Ariadna. *Cum lecti iuuenes.* id eſt, fortes. & Ouid. 5. Faſt.

Excipit hoſpitio iuuenem Phylireius heros.

id eſt, Chiron Herculem. Ipſe eleg. 1. lib. 2.

Myſus & Aemonia iuuenis qua cuſpide vulnus
Senſerat. & eleg. 21. lib. eiuſd.
Sic à Dulichio iuuene eſt eluſa Calypſo.

PROCESSERAT *vltra quærere.*] vt eleg. *Ibat videre.* verſ. 12. *quærere aquam,* vt eleg. 9. ſup. verſ. 16.

AQVAM *raram.*] An quia ſiticuloſa & arida Myſia ac Bithynia? an *raram,* ob eius bonitatem, vt *Cynthia rara* eleg. 8. ſup. & *rara puella*

B eleg. 17. ſup. Apollon. ſactam vocat lib. 1.

Τόφρα δ' ὕλας χαλκῷ σὺν κάλπιδι νόσφιν ὁμίλου
Δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον.

FONTIS *ſepoſiti.*] in ſeceſſu abditi. vnde Apollon. loco præallegato νόσφιν ὁμίλου. Cic. 2. de Orat. *Illuc enim raptam, vbi non ſecluſa aquula teneatur. ſed vnde vniuerſum flumen erumpat.* vbi *aquula,* rara aqua, *secluſa,* ſepoſiti fontis. Ipſe eleg. 18. lib 4. *—— hæc lympha puellis.*

Auia ſecreti limitis vna fluit. ſic Tibull. el. 5. lib. 2. *—— nunc indue veſtem Sepoſitam.*

HVNC *duo.*] Gemelli. Plaut. ſc. 2. Act. 1. *duo gnati Iouis.* de Zeto & Amphione. Ouid.

C in epiſt. Hermionæ.

Et duo cum viuant, orba duobus eram.

id eſt, ambo parentes. Virg. ecl. 2.

Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli. vbi *duo* numero multitudinis genere maſculino poſteriore correpta. ſic ipſe eleg. 13. lib. 2. *Et duo ſunt verſus.* Virg. 11. Æneid.

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros.

SECTATI.] verbum ſtupri, vt & *ſequi.* Donat. io Phorm. *Sectari proprie eſt vt taurus buculam, aries ouem.* Plaut. Caſina ſc. 8. Act. 2. *Hodie, hercle, opinor is conturbabit pedes, Solet hic barbatos ſane ſectari viros.* Idem in Milite. ſc. 2.

D Act. 4. *Scitus admiſſarius, qui conſectare quà mares, quà feminas.* Ibid. ſc. 1. Act. 2. *Ait ſeſe vltro omnes mulieres ſectarier.* hinc *adſectata femina* Feſto in vtramque partem.

AQVILONIA *proles.*] Boreæ liberi. mox vocat *genus Orithyiæ.* Sic Virg. 7. Æneid.

Meſſapus Neptunia proles. & 4. Æneid.
Cyllenia proles. à porro & oleſcendo opinor: vnde & proletarij. ſic *ſuboles.*

HVNC *ſuper & Zetes, hunc ſuper & Calais.*] huic vterque ſupernotando imminebat. Ouid. 6. Met. ſub finem:

Barbara dum rutilis aberat ſubnixa capillis,

E *Implumes Calaiſque puer Zeteſque fuerunt.*

Apollodor. lib. 1. Οἱ Βορέου παῖδες, Ζήτης & Κάλαϊς ὄντες πτερωτοί. Meminit Pauſan. in Laconicis & Eliacis. Apollon. lib. 1. Ζήτης αὖ Κάλαΐς τε Βορήϊοι υἷες ἵκοντο, Οὕς ποτ' Ἐρεχθηῒς Βορέῃ τέκεν Ὠρείθυια.

OSCVLA *ſuſpenſis inſtabant carpere palmis.*] conabantur oſculari, idque properè vrgebant. Catull. de coma Berenices.

Et qui principio ſub terra quærere venas
Inſtitit. Virg. 10. Æneid.
Interea rutuli portis circum omnibus inſtant
Sternere cæde viros. Carpere oſcula, vt Virgilius, *libare oſcula.* An eripere & furtim ſumere? vt

eleg. vlt. lib. 2. *Alexin.*

Agricola Domini carpere delicias.

Catull. ad Manlium.

Oscula mordenti semper decerpere nostro. de columbis. *Suspensis palmis*, libratis, seque in aëre sustinentibus. Virg. 4. Georg. *—— & ante*

Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.

Ibid. *In foribus laxos suspendit aranea casses.*

Ad brachia verò illis erant pennæ. Ouid. 6. Met. hac de re

Mox pariter pennæ ritu cœpere ferarum
Cingere vtrumque latus.

OSCVLA *& alterna ferre supina fuga.*] modo hoc, modo illo fugiente rapto osculo. Fert osculum, qui alteri offert & dat, vel qui eripit & aufert, vt: *Omnia fert ætas.* Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Tunc alijs demens oscula ferre mea?

& eleg. 6. lib. 2.

Oscula nec desunt qui tibi iure ferant. Supina oscula, supernè inuersa, quia cœlum adspiciens Hylas supino erat vultu, & ipsi fratres è cœlo venientes supino erant ore. Liuius lib. 30. *E rostratis vana pleraque, vtpote supino iactu tela, in superiorem locum mittebant.* Lucret. lib. 4.

Quæ demersa liquore obeunte refracta videntur
Omnia conuerti, sursumque supina reuerti. Ibid.

Praua cubantia, prona, supina atque absona tecta. Os & vultum supinum reddit intuenti liquida & immota aqua.

ILLE *sub extrema pendens secluditur ala.*] extremæ alæ innitens in aëre secluditur. penicillo melius, quam verbis id exprimatur. finge deuolantem ad Hylæ osculum, dum caput demittit sub ala pendet, quæ altior in aëre sustinet eum. *Secludere*, inquit Seruius ad illud 1. Æneid. *Secludite curas: idem quod excludere, sed s additur propter suauitatem vel ad hiatum vitandum.* Inde *seclusa sacra*, Festo mysteria arcana. Plautus Rudente. *Quid mihi melius est, quam vt corpore vitam secludam?* id est secernam, separem. quod ait *ala* constat volucres fuisse ex Ouid. 6. Met. vt notatum supra. Apollon. lib. 1.

Τῶ μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισι ποδῶν ἑκάτερθεν ἐρεμνὰς
Σεῖον ἀειρομένω πτέρυγας, μέγα θάμβος ἰδέσθαι.

ET *volucres ramo submouet insidias.*] Arcet ac abigit insidias à volucribus & alatis iuuenibus factas. *Insidias* sæpe vocant conatum corrumpendi puellam, vel puerum. Catull. epig. 15.

Vt nostrum insidijs caput lacessas. vbi vide notas.

IAM *Pandioniæ cessit genus Orithyæ.*] desinant sectari Hylam proles Orithyæ neptis Pandionis. Pādion Ericthonij filius, pater Erecthei, cuius filia Orithya; vnde *Erecthheis* dicitur Apollonio. lib. 1. de eius raptu dicetur suo loco. *Genus*, de liberis. Virg. 6. Æneid.

Hic genus antiquum terræ, Titania proles.

AH *dolor ibat Hylas, ibat Hamadryasin.*] Dryadas vocat supra. *Est amor in Dryasin.* & infra.

Cuius vt accensæ Dryades candore puellæ. Apollonio fuerunt Oreades. Hamadryades dictæ ἀπὸ τῶ ἅμα ἢ τῆς δρυὸς. Seruius in ecl. 10. Virg. & Plutarch. in lib. Cur orac. defecerint. dixi latius ad Epithalamium Manlij. *Hylas ibat dolor Hamadryasin.* id est doloris & amoris causa

A futurus. vt eleg. 14. sup.

Illa etiam duris mentibus esse dolor.

& eleg vlt. huius libri.

Sit mihi præcipuè pulnis Hetrusca dolor.

vel *Ibat Hamadryasin*: pro, ad Hamadryadas. vt eleg. 15. sup.

Vt formosa nouo quæ parat ire viro.

HIC *erat, Arganti Pege sub vertice montis.*] Muretus putat legendum.

Hic erat Arganthonei sub vertice montis. quia Ἀργανθώνειον ὄρος vocat Apollonius lib. 1. sed idem ex Orphei Argonauticis Arganthum illum

B montem dictum ostendit. & Strabo lib. 12. ad Arganthonium montem raptum fuisse Hylam scribit. Adrianus autem Turnebus cap. 15. lib. 11. primus docuit Pegæ, hic legendum ex Apollonij lib. 1.

Αἶψα δ' ὅγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσι
Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναιέται. *sub vertice montis*,

in radicibus ipsis. vt eleg. 2. lib. 3. *Sub Aetna.*

GRATA *domus Nymphis humida Thyniasin.*] vbi Nymphæ Bithynicæ libenter habitabant. sic Ouid. 4. Fast. de Sicilia: *Grata domus Cereri.* fontes autem & flumina sunt domus humidæ Naiadum. Virg. 4. Georg.

Iamque domus mirans genitricis, & humida regna.

C & 1. Æneid.

Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum,
Intus aquæ dulces, viuoque sedilia saxo,
Nympharum domus. Homer. Odyss. 12. & 13. in descriptione portus ἐν δὲ δ' ἄντρον Νυμφάων καλὸν ἠεροειδές, ἱρὸν Νυμφάων. *Seruius* dixit declinatione Græca vt Ἀρκάσι & Ἀμαδρυάσι. supra. *Thyniades Nymphæ*, pro Bithynicæ: nam ea regio Thynia dicta à Thyno Agathones Nymphæ filio, vt Arrianus scribit. quamuis Plinius Thyniam à Bithynia separet. vt & Catull.

Vix mi ipse credens Thyniam atque Bithynos
Liquisse campos.

QVAM *supra.*] anastrophe. vt eleg. 6. lib. 2.

Qua supra nunquam pes inimicus eat.

D NVLLÆ *pendebant debita cura.*] Quod Beroaldus putat ita dictum, *Nulli debita cura*, vt à Virgilio.

Arua Non rastris hominum non vlli obnoxia curæ, id est cultui; errat. Nam morem intelligit, de quo Virgilius ecl. 1.

Cui pendere tua pateretis in arbore poma.

& Tibull. eleg. 5. lib. 1.

Huc veniet Messala meus, cui dulcia poma
Delia selectis detrahet arboribus. *debita* autem promissa & dicata, vt eleg. 16. supra.

Debitaque occultis vota tuli manibus.

& eleg. 19. lib. 2.

E *Munera Dianæ debita redde choro.*

& apud Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Tibi debitus augur.* ita vet. lib. Horat. oda 27. lib. 3.

Debita Nymphis opifex corona. Nulla cura, id est amori vt puellæ ipsi, vel iuueni amanti. vt eleg. vlt. lib. 2.

Tunc meam potuisti tangere curam?

& *nulla* ἀργαλέως, vt Tibullo. lib. 4.

Vlla non ista puella Seruire. & Terent. Andria. *Nulli consilij.*

ROSIDA *desertis poma sub arboribus.*] id est,

velut rore educata, tenera, fragrantia, recentia. Theocrit. initio epigrammatum: τὰ ῥοδόεντα δροσόεντα. Virg. ecl.6.

Et dura quercus sudabunt roscida mella.

& ecl.8. *roscida mala.* Ipse eleg.30. lib.2.

Roscida muscosis antra subire iugis. Ouid.5.Fast.

Roscida cum primum folijs excussa pruina est.

E T *circum irriguo prato.*] τὸ *Circum* vel per se stat, vel iungitur cum *irriguo*, vt sit ἄρδω sic eleg.15. lib. 2. *circum-oppugnata.* Scaliger ait in vet. lib. legi: *circum-riguo.* id est, περίρρυτω. ego ἀμφιρρύτω λειμῶνι, vt Horatio: *Oceanus circum-vagus. Irrigua prata.* Virg.6 Æneid.vocat *Prata recentia riuis.* Irrigum autem non tantum quod irrigatur, sed etiam quod irrigat. Virg. 4. Georg. *Irriguumque bibant violaria fontem.* Tibull. eleg.1. lib.2.

Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

S V R G E B A N T.] crescebant: aptum verbum herbis, plantis & arboribus proceris, vt dictum ad eleg.2. sup.

Surgat & in solis formosius arbutus antris.

L I L I A *Candida purpureis mixta papaueribus.*] Theocrit. in Hyla, neque lilia, neq. papauera commemorat; sed adianton, Apium,& Agrostin. color autem candidus purpureo mixtus gratissimus oculis. vt eleg.13. lib.3.

Mixta (violis) *referre Lilia.* hac de re vide plura ad epithalamium Manlij. vers.234.

Alba Parthenice velut, Luteumue papauer.

Lilia candida, vt eleg.4. lib.4.

Saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis.

Theocrit. Id.11.

—— ἔφερον δέ τοι, ἢ κρίνα λευκά

Ἢ μάκων' ἁπαλὰν ἐρυθρὰ πλαταγῶνι' ἔχοισαν.

Plinius cap.8. lib.19. Papauer fuisse apud Romanos docet ex Tarquinij Superbi facto qui summa papauera in horto decussit virga.

Q V Æ *modo decerpens tenero pueriliter vngui.*] id est, mollicello pollice,digito,manu.legens lilia & papauera. sic Ouid.4.Fast.

Illa papauereas subsecat vngue comas. Tenero vngui, vt apud Catullum in carmine nuptiali.

Idem cum tenero carptus defloruit vngui. vnde prouerbium Græcorum ἀπὸ τῶν ἀπαλῶν ὀνύχων: id est à teneris vnguibus. Horat. oda 6. lib.3.

Incestos amores de tenero meditatur vngui. teneri vngues teneræ ætatis indicium: nam cum ætate durescunt. *pueriliter*, vt pueri, puerǽque solent. Virg. ecl.3.

Qui legitis flores & humi nascentia fraga,

Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Horatius de Europa puella. *Nuper in pratis studiosa florum*, &c.

P R O P O S I T O *florem praetulit officio.*] antepofuit suscepto muneri hauriendæ aquæ flores. enallage numerorum *florem*, pro,flores,vt eleg.3. lib.4. *Flore sacella tego. praetulit*, vt el.11. lib.3. *Fido praetulit arma toro. propositum,susceptum.* vt eleg.30. lib. 2.

Nos modo propositum, vita, teramus iter.

officium ab efficiendo. quod quis efficere debet: Cicero. Missus autem erat Hylas, vt ait Apollonius lib. 1. vt hauriret ὕδωρ ποτιδόρπιον, id est aquam cœnaticam; & alia curaret, quæ ad cœnam parari oportet.

E T *modo formosis incumbens nescius vndis.*] pronus in vndas intuens ignarus periculi & casus futuri. *Formosis vndis*, an quia Hylæ ipsius formam referent in fonte expressam? An amœnis & liquidis & arridentibus? sic el. 19. lib.3.

Qua formosa suo Clitumnus flumina luco Integit. & Virg.8. Æneid. de Tiberi:

—— *quocunque solo pulcherrimus exis.*

Euripides in Hecuba.

Εἶτε τ καλλίστων ὑδάτων πατέρα φασὶ

Ἀπιδανὸν πεδία λιπαίνειν. Petron. Arbiter. *Quid aquis dici formosius potest? in publico tamen manant.* Apuleius lib.9.

Nec saltem spatio Cupido formosa pecunia lenitabatur. id est aureorum nitentium. *Nescius*, vt *fati nescia* Dido apud Virgilium. Item.

Nescia mens hominum fati.

E R R O R E M *blandis tardat imaginibus.*] errorem suum longiorem reddit blanda & arridentia sibi simulacra in fonte spectando.Ouid. 3. Met. in Fabula Narcissi dixit: *Tenet error amantem*, vt hic *tardat errorem & imaginem*, ac *simulacra* vocat, vt hic *imagines*:

Dumque bibit visa correptus imagine formæ.

Credule quid frustra simulacra fugacia captas?

Ista repercussæ quam cernis imaginis vmbra est.

& mox. —— *tantus tenet error amantem.*

An errorem dixit,vnde errones,qui siue caussa vagantur, & tempore in rebus nugatorijs consumpto seruis domum redeunt?

T A N D E M.] demum post longam motam quia præcessit, *tardat.*

P A R A T.] aggreditur,incipit,vt eleg.15.sup.

Vt formosa nouo quae parat ire viro.

H A V R I R E *flumina plena.*] *flumina* dixit, pro, aquis fontanis, vt eleg. 10. lib. 4. cum dixisset: *Fontis egens erro.* id est aquæ; subiecit:

Et caua suppositio flumine palma sat est. Ipse el. 3. lib.4. *Quid tibi cum tali demens est flumine?* de fonte. *Flumina haurire*, vt Virgil. 4. Georg.

—— *& flumina libant Summa leuet.*

sic Hebrum & Tanain bibere poëtæ dicunt. *Plena flumina*, aquam multam & copiosam; ἀφθονον ὕδωρ. Apollonio. Virg.3. Georg.

Saltibus in vacuis pascunt, & plena secundum Flumina: & 8. Æneid.

—— *ego sum pleno quem flumine cernis Caeruleus Tigris.* Si vrnam nominasset videri posset hypallage, sed neque nominauit, & verbum haurire repugnat.

D E M I S S I S *palmis.*] παλάμῃ,palma manus, & manus ipsa.

I N N I X V S *dextro humero.*] gestum hunc trahentis & haurientis expressit Apollon. I.11.

Αὐτὰρ ὅγ' ὡς τὰ πρῶτα ῥόῳ ἔνι κάλπιν ἔρεισε,

Λέχρις ἐπιχριμφθείς, περὶ δ' ἄσπετον ἔβραχεν ὕδωρ

Χαλκὸν ἐς ἠχήεντα φορεύμενον. Innixo humero, id est, adducto brachio conatus extrahere plenam vrnam. Aliter Virg. & Ouid. *Obniti & niti humeris* dixerunt trudendo, scilicet, non attrahendo. Virg. 4. Æneid.

—— *pars grandia trudunt*

Obnixæ frumenta humeris. Ouid. 1. Fast. in Fab. Caci.

Nititur hic humeris, cœlum quoque siderat illis;
Et vastum motu collabefactat onus.

C V I V S *vt accensa.*] alij libri: *Cuius & accensa. Cuius inaccensa*, &c. Lips. c. 4. lib. 1. Antiq. *Vt*, postquam. *Accensa*, vt Virg.

Incensum animum inflammauit amore.

C A N O O R E.] pulcritudine, quia forma candida imprimis laudatur; vnde Catull.

Non sine candida puella. & Tibull. *Candidus puer.*

D R Y A D E S *puellæ.*] pro Naiadibus, vt sup. *puellæ*, κόραι, Nymphæ. Virg. 1. Georg.

Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ.

Ipse eleg. 5. lib. 3.

O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ.

& eleg. 26. lib. 2. *Esses Ionij facta puella maris.* Apollonius Nymphas, quæ vertices montium & antra incolunt conuenisse ad spectandum Hylam narrat.

M I R A T Æ *solitos destituere choros.*] ἐν τῷ πρὸ ἐκεῖνον in sententia. nam prius est mirari, id est cum admiratione spectare: posterius accendi. *Destituere choros*, deserere. Ouid. *Nec solos destituere rogos.* destituere est relinquere rem cæptam. vnde Suetonius destitutum Neronem dixit, id est relictum ab amicis. amant autem choros Nymphæ. Apollon. lib. 1.

——αἱ δέ τε ἄρα

Νυμφάων ἱσταῖν χοροί. aitque solitas illas Nymphas Dianam nocturnis celebrare cantilenis. Theocrit. in Hyla.

Τάων δ' ἐν μέσσῳ Νύμφαι χοροὶ ἀρτίζοντο,
Νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις.

Virg. 1. Georg.

At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Impleuunt montes. Horat.
Nympharumque leues cum Satyris chori. Idem.
Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet
Ducere nuda choros. Item.
Iam Cytherea choros ducit Venus imminente luna,
Iunctæque Nympharum Gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede.

P R O L A P S V M *leuiter facili traxêre liquore.*] ad se leuiter traxere cum prolapsus esset, facili ad eum lapsum aqua, quia lubricum reddit locum. *Prolapsum traxere*, vt eleg. 3.

Lapsum impulit fatilis liquor, vt eleg. 11. sup.

Alterna facilis cedere lympha manu.

Apud Apollonium Nympha Ephydatia læua manu Hylæ ceruicē amplectitur, vt exosculetur: dextra eius cubitum trahit, & præcipitem agit in fontem. Valer. Flaccus Dryopen vocat Nympham, à qua raptus Hylas.

Hunc Dryope fertur traxisse cientem
Auxilia, & magni referentem nomen amici.

Theocritus tres simul Nymphas manibus haurientis aquam ait inhæsisse. Stat. 3. Syluar. in Coma Earini: ——*te cærula Nais*

Mallet, & apprensa traxisset fortius vrna.

si texêre retinemus, erit *Merfere*, vt nihil extra aquam esset. eleg. 5. lib. 3.

Cum moribunda niger clauderet ora liquor.

T V M *sonitum rapto corpore fecit Hylas.*] Ipse Hylas à Nymphis raptus dedit sonitum. Iuuenal. sat. 1.

Aut multum quæsitus Hylas, vrnamque secutus.

A *Fecit sonitum*, vt Virg. 4. Georg.

Concurritur æthere in alto Fit sonitus. Rapto corpore, ipse raptus vt Euripides. Αὐτὸς ἐκεῖνος ἐκ τῶν δεσπότου δόμοις Αγαμέμνονος. Et Virg.

Excepto Laurentis corpore Turni.

C V I *procul Alcides iterat responsa.*] contra Theocrit. in Hyla de Hercule:

Τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν, ὅσον βαθὺς ἤρυγε λαιμός, Ibid.
Τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν, ἀραιὰ δ' ἵκετο φωνὰ
Ἐξ ὕδατος. Apollon. lib. 1. solum Polyphemum ait exaudisse vocem Hylæ, & postea

B nunciasse Herculi. Valer. Flaccus.

Rursus Hylan & rursus Hylan per longa reclamat
Auia, responsant syluæ, & vaga certat imago.

Virg. ecl. 6.

His adiungit Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent, vt littus Hyla, Hyla omne sonaret.

Alcides, inquit Apollodorus lib. 2. primo nomeo ei fuit, sed à Pythia Hercules postea vocatus. *Iterare*, est iterum vel sæpius quid facere, aut dicere. Horat. ep. 18. lib. 1.

Sic iterat voces, sic verba cadentia tollit.

Hinc *iterata lana* apud eundem, iterum tincta.

C & *iterare æquor*, rursus nauigare. In re rustica, *arare, iterare, tertiare.*

S E D *illi.*] Illi autem. *sed*, pro autem, vt αὐτὰρ Callimacho. Ipse eleg. 27. lib. 2.

Iam Deus amplexu votum persoluit, at illi
Aurea diuinas vrna refudit aquas.

& eleg. 7. lib. 4.

Spirantesque animos & vocem misit: at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus.

vide *ast*, apud Festum.

N O M E N *aura refert.*] aura, pro Echo aëris filia. Echo ipsa ad pictorem apud Ausonium:

D *Aëris & linguæ sum filia.* Euripides tamen in Hecuba: Αχὼ πέτρας ὀρείας παῖς. *Referre nomen*, reddere. Virg. ecl. 6.

Ille canit, pulsæ referunt ad sidera valles.

Idem 4. Georg.

Eurydicen toto referebant flumine ripæ.

A B *extremis fontibus.*] supra dixit, *raram aquam sepositi fontis*, & *fontibus*, cum dicit: alludit ad nomen *Pegæ.*

H I S *ô Galle tuos monitus seruabis amores.*] Si hæc placet lectio, ὦ *His* septimus casus erit, & per se stabit, vt eleg. 2. sup.

His tu semper eris nostra gratissima vita.

sin alia: *His monitis*, est præceptis & exemplis

E vt eleg. 1. sup. vers. penult. *Seruabis amores*, defendes à rapinis Nympharum delicias tuas, siue tuum ardorem vt ait supra. sic Cicero epist. 22. lib. 4. fam. *Tu me diliges & valebis.*

F O R M O S V M *Nymphis credere visus Hylam.*] lib. Scaligeri pro, *visus*, tutus id est ἀκαμάτους, φυλάξιμους. Sed est prouerbium simile illi Terentiano in Eunucho: *Scelesta ouem lupo commisisti*: nam vt lupi, sic & Nymphæ rapaces. sic Virgil. ——*floribus Austrum*

Perditus, & liquidis immisi fontibus apros. Credere, committere, vt 6. Æn. *Ausus se credere cælo.* Ipse eleg. vlt. lib. 2.

Cur quisquam faciem Dominæ iam credat amico?

& el. 8. l. 4. *Cum temere anguino creditur ore manus.*

A D

AD ELEGIAM XXI.

Gallus loquitur.

TV *qui.*] sic exorditur eleg.14. sup. & alias complures.

CONSORTEM *properas euadere casum.*] mihi tecum communem effugere conaris cladem. *euadere casum*, Virg.4. Æneid.

Iamque pedem referens casus euaserat omnes.

& lib.10. ——— *casus euadere ferri*

Cui licuit paruo. Cōsors, à sorte. Festus: *Sors patrimonium dicitur, vnde consors.* Melius Varro 5. de ling. Lat. *Consortes, ad quos eadem sors pertinet.* Ego, coosortes, ad quos aliquid sorte diuidendum; vnde consortes, heredes, Græci *συγκληρονόμους*, Latini, *particulones* vocant. Tibull. *Mœnia consorti non habitanda Remo.* apud Horatium male legitur:

Consortem socium fallat, & hospitem. Legendom: Consortem, socium, fallat & hospitem.

MILES *ab Hetruscis saucius aggeribus.*] Beroaldus munitiones & opera intelligit, quibus ab Augusto circumuallata Perusia. qua de re Appiao. An muris ipsis Perusinis? vt eleg. 14. lib.2. *Gallicus Iliacis miles in aggeribus.*

& eleg.11. lib.3.

Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem
Vt solidum coctō tolleret aggere opus.

Virg. 10. Æneid.

Quin intra portas atque ipsis prælia miscent
Aggeribus murorum. Varro 4. de ling. Lat. *Quod exaggerabant aggeres dicti, & quod aggerem contineret, murus.* Aggeres etiam, pro montium verticibus, vt 6. Æneid. *Aggeribus socer Alpinis. Hetruscis*, Tuscis, Tyrrhenis. *Hetruria*, inquit Seruius in illud 11. Æneid. *Hetruscique duces: dicta quod eius fines erant vsque ad ripam Tiberis, quasi ἑτερίαν, & per syncopam ἑτρίαν: nam ἕτερος est alter, & ὅρος finis vocatur. Saucius*, grauiter vulneratus. vt eleg.1. sup. vers. 14. & eleg.16. vers. 5.

QVID *torques turgentia lumina.*] oculos tumentes voluis & flectis huc & illuc. *turgent oculi* fletu. vt Tibull. eleg.8. lib.1.

Desistas lacrymare puer, non flectitur illa:
Et sua iam fletu lumina fessa tument.

Sueton. in Tiberio. cap.7. *Contentis & tumentibus oculis eam prosecutus est.* quia dolebat sibi ereptam Agrippinam. quem Suetonij locom ne doctissimus quidem Turnebus rectè exposuit cap.17. lib.14. *Torquere lumina*, est aciem oculorum flectere. Virg.1. Æneid.

Huc geminas nunc flecte acies. 4. Æneid.
Huc illuc voluens oculos. Ibidem.
Oculosque ad mœnia torsit. & 12. Æneid.
Ardentes oculorum orbes ad mœnia torsit.

Cicero in Lucullo. *Itaque Timagoras negat sibi, cum oculum torsisset, duas è lucerna flammulas esse visas.*

NOSTRO *gemitu.*] pro nostri. vt Virg. 4. Æneid. *Nec te noster amor.* & eleg.8. sup.

Nec te mea cura moratur, id est, mei. Ibid.
Quam tua sub nostro mutetur pectore cura. & el. 3. lib.4. *E desiderio sit color iste meo.* & el.20. l.3.

A *Et desiderio Tulle mouere meo.* senteotia est. Quid me ingemiscis mortuum? Cur ita ingemiscis & illacrymas morti nostræ, vt oculi inde tibi tumescant?

PARS *ego sum vestræ proxima militiæ.*] vnus eram nuper è militum & ducum numero. *pars militiæ*, vt eleg.6. sup. *Pars eris imperij. Proxima*, pro proximè, nomen pro aduerbio, vt el.3. sup.

Nunc furtiua cauis poma dabam manibus.

& eleg. proximè sequenti.

Proxima supposito contingens Vmbria campo.

id est, proximè.

SIC *te seruato vt possint gaudere parentes.*] Ita B parentes tui insperata salutis tuæ lætitia perfundantur. τὸ *sic* est veluti remunerantis & rependentis beneficium quod petitur, rem gratam alteri optando. Catull.

Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat. Tibull.
Sic vmbrosa tibi contingant ossa Priape.

Ipse eleg.14. lib.3.

Sic ego non vllos iam norim in amore tumultus.

& eleg.6. lib. eiusd.

Sic tibi sint Dominæ Lygdame dempta iuga.

pro, *seruato vt*, sunt qui legant *seruatom.* sed τὸ *vt* abest à ver. lib. & nonnullis excusis. & *gaudere* sæpe iongitur cum sexto casu, vt eleg. 14. C sup. *Nam quis diuitiis aduerso gaudet amore.*

& eleg.12. sup. *Gaudet amor lacrymis.*

& eleg. 1. lib. 4.

Vesta coronatis pauper gaudebat asellis.

HÆC *soror acta tuis sentiat è lacrymis.*] Ouid. eleg.1. lib.1. Trist.

Neue liturarum pudeat, qui viderit illas
De lacrymis factas sentiat esse meis.

sententia est. rem ita gestam intelligat, quasi manu tangat, aut cernat oculis: lacrymæ enim fidem faciunt. vt eleg.15. sup.

Quis te cogebat multos pallere colores?
Et fletum inuitis ducere luminibus?

D Item eleg. 12. sup.

Felix qui potuit præsenti flere puella. Virg.
——— *captique dolis, lacrymisque coactis.*

Quod autem Scaliger pro *Acta*, *Acca* legit, scio *Acca* nomen Romanum esse, sed Galli soror Cornelia, noo Acca diceretur. Præterea *Acta*, mandata morientis: eleg.13. lib.2.

Accipe quæ serues funeris acta mei.

GALLVM.] plures Galli eodem tempore fuerunt, Hic Cornelius Gallus, Propertij nostri propioquus, vt apparet ex elegia quæ proximè sequitur, cuius meminit sup. eleg. 5. 10. 13. & 20. hic eum perijsse bello Perusino signi- E ficat, elegia proxima, & vlt. lib.2.

Et modo formosa quam multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

Ouid. in epicedio Tibulli.

Tu quoque si falsum est temerati crimen amici
Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.

Virgilius hūc dilexit, & eius in laudem scripsit vltimam eclogam, vbi vide Seruium, & auctorem vitæ Virgilij. Seruius scribit occisum esse, cum venisset in suspicioοem coniurationis. Fuit & alter Gallus Cornelius, Ægypti præfectus, amicus Augusti, qui cum ab eo desciuisset, damnatus à Senatu, & ad necem com-

pulsus est. Sueton. in Augusto. cap.66. & Eusebius in Chronicis. Tertium Gallum Luperci fratrem ipse commemorat eleg.1. lib.4.

Gallus at in castris dum credita signa tuetur
Concidit ante Aquilæ signa cruenta sua.

Plin. cap.53. lib.7. Cornelium quendam Gallum in Venere scribit obijsse.

P E R *medios ereptum Cæsaris enses.*] Seruatum ex medijs armis Augusti. significat autem τὸ *ereptum*, non tam sua virtute, quam aliena ope. Virg.6. Æneid.

Illum ego per flammas & mille sequentia tela
B *Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi.*

Ibid. *Nate Ithacis erepte periclis.* simile est 2. Æneid.

Descendo ac ducente Deo flammam inter, & hostes
Expedior. & Æneid.7.
Medias acies, mediosque per ignes Inuenere viam.

E F F V G E R E *ignotas non potuisse manus.*] commiseratio ab euentu insperato. & *ignotæ manus*, latronum ignotorum, qui in montibus Etruscis vagabantur. *Effugere manus*, vt Cic. de Rep. *Si impias propinquorum manus effugeris.* sic *euadere manus.* Virg. 9. Æneid.

C *—— nostrasue euadere demens*
Sperasti te posse manus? paulo aliter Idem 6. Æneid.
Ter frustra comprensa manus effugit imago.

E T *quicunque super dispersa inuenerit ossa.*] hæc vulgata lectio habet hanc sententiam: quicunque è commilitonibus superstes. τὸ *super* enim hoc significat. Virg.3. Æneid.

O mihi sola mei super Astyanactis imago.

Valer. Flaccus. *Nec spes vlla super.* Stat. 11. Thebaid. *Quid enim misero super vnicus Aemon?* Alia lectio: *Vt quæcunque super*, refertur ad sororem Galli. Soror, inquit, sciat me hic iacere,
D vt quæcunque super montibus ossa dispersa inuenerit, mea intelligat esse, ac legat, sepeliatque.

M O N T I B V S *Etruscis.*] Apennini iuga videtur significare: nam ijs munita Hetruria. vide Sallustium in Catilina sub finem, vbi ostendit eam regionem montosam esse, & per montes asperos iter quæsitum à Catilina in Galliam, sed prohibitum.

AD ELEGIAM XXII.

Ad Tullum de patria sua.

E A T V L L O exorsus hunc librum in eodem desinit, vt ei dicatus videatur liber, quem vnicum scribere constituerat, ac ideo *monobiblos* in vet. lib. inscribitur. sic Horatius claudit librum 1. epist. quem singularem primum ediderat, vbi quis qualis sit, & quo natus patre, quaque ætate docet.

Q V A L I S *& vnde genus.*] quo sim patre, quaque patria. videtur *qualis* positum, pro quis, vt contra *qua* pro qualis in eo versu

Vltima talis erit qua mea prima fides. Plaut. Aulul. sc.4. Act.1. *Ego te & tu me qualis sis scio.* id est qui sis. sic Horat. *quale non perfectius.* pro quali. id est, quo. An *qualis genus*, pro quali ge-
A nere, vt Virg. 8. Æn. *Quis genus, vnde domo.* Idem in Moreto: *Afra genus. vnde genus*, per anastrophen genus vnde. Virg.1. Æneid.

Genus vnde Latinum. & 8. Æneid.
—— Laurentes Nymphæ genus amnibus vnde est.

& genus ostendit commemorando propinquum Gallum.

Q V I *sint mihi, Tulle, Penates.*] quæ domus, familia, lares patrij. de penatibus & laribus nihil hic dicam nisi quod cum penates alij publici sint, alij priuati, inde metaphoricôs, modo penates pro patria sumuntur, vt 8. Æneid.

Hic tibi certa domus, certi ne absiste, penates.

modo, pro domo cuiusque. Idem ibidem:

Ingredere & nostris succede penatibus hospes.

Q V Æ R I S] scire cupis. delectatur hoc initio vt eleg.1. & 31. lib.2. & 12. lib.3.

P R O *nostra semperamicitia.*] vt perpetua nostra postulat amicitia. sic eleg. 20. sup.

Hoc pro continuo te, Galle monemus amore.

Semperamicitia iuncto verbo, vt eleg. 1. sup. *Semperamore.* & eleg.16. *Semperamantis.* & 13. *Semperamicus.* & 18. *Semperfuror.* & 20. sup. *Semper-cupidus.* Terent. Andria. Act. 1. sc. 2. *Heri semper-lenitas mirabar quorsum euaderet.* Lucret. lib. 1. *Semper-florentis Homeri.* Apuleius florida 3. *Semper-amorum.* Ouid. 4. Fast.

Sospes eas semperque parens: mihi filia rapta est.

Virg. ecl.1. *Namque erit ille mihi semper-Deus.* sic Græcis ἀειλαλὴς, ἀειπαμπής, ἀείμνηστος, ἀείῤῥους, ἀείφυλλος. & Dion ἀειπαρθένους ἱερείας, vocat Vestales perpetuo-virgines. Callimach. Hymno in Iouem. ἀειμάζων, ἀεινάοντα. Et ibidem. Κρῆτες ἀεὶ-ψεῦσται. & Hymno in Apollon.

S I *Perusina tibi patriæ sunt nota sepulcra.*] Si nosti Perusiam, & meministi Perusinum bellum quo patria mea extincta est. De Perusino bello aduersus L. Antonium Triumuiri fratrem, & Perusia fame coacta ad deditionem & incensa. Appian. lib.5. bell. ciuil. Sueton. in Augusto. cap.14. & 15. Ipse el.1. lib.2.

Euersosque focos antiquæ gentis Hetruscæ.

Dio lib. 48. Vt autem hîc *sepulcra patriæ busta* vocat, sic eleg.1. lib.2.

Nam quoties Mutinam aut ciuilia busta Philippos.

Catull.

Troia nefas. commune sepulcrum Europæ Asiæque.

& eleg. 1. lib. 4.

Et maris & terræ longa sepulcra canam. id est & clades. Si legimus *sepulta*, vt Scaliger ex
E coniectura & vt est in vet. lib. Memmij, ordo erit: Si nota tibi funera Perusina patriæ sepultæ duris temporibus Italiæ. *Sepulta patria*, vt Virg. 2. Æn. *Vrbem vino, somnoque sepultam.* Catull.

Tecum vna tota est nostra sepulta domus. Virg.
Reliquias Troiæ cineres, atque ossa perempta.

Si *sepulcra funera* retinemus, *funera* erit, pro funerea & funesta vt apud Virg. 9. Æneid.

—— nec te tua funera mater
Produxi. sic *femina, turba.* eleg.31. lib.2.

I T A L I Æ *duris funera temporibus.*] id est pestiferæ clades: nam regiones etiam & vrbes & resp. mori dicuntur, vnde & earum funera. Virg.1. Æn. *—— quibus tot funera passis.*

Lucret. *Funera Troia.* Horat. *Sub lacrymosa Troia funera.* Ipse eleg. 6. lib. 2.

His Troiana vides funera principijs.

Cic. pro domo sua. *Funere elatam remp.* & de Prouincijs Consul. *Casum illum meum, funus reip. fuisse.* Cic. 2. ad Att. *Nouo quodam morbo ciuitas moritur.* & Euripid. in Troiad. πυρᾷ πόλιν θανοῦσαν. sic Seruius Sulpicius *Cadauera opidorum* dixit in quadam ad Ciceronem epistola. *Duris,* asperis, difficillimis, vt *aetatis tempora dura.* eleg. 7 supra. Ouid. eleg. 4. lib. 3. Trist.

O mihi care quidem semper, sed tempore duro
Cognite, res postquam procubuere meae.

CVM *Romana suos egit discordia ciues.*] Seditio siue ciuilis Enyo incitauit & impulit in mutuam perniciem. *Agere,* vexare, vt eleg. 13. sup. *Te tuus ardor aget.* vide illic adnotata. Horatius de huiusmodi discordijs oda 7. epod.

Sic est, acerba fata Romanos agunt.

Virg. ecl. 1. —— *en quo discordia ciues.*

SIT.] esse possit. *An sis* pro esse debeas? an pro *que,* vae?

MIHI *praecipuè.*] cum alijs multis, tum mihi maximè.

PVLVIS *Hetrusca dolor.*] Auersio sermonis ad ipsam Hetruriam terram, de qua conqueritur. & miseratio ab allocutione rei mutae, vt eleg. 18. sup. *Diuini fontes & frigida rupes.* puluis genere femiuino, vt eleg. 14. lib. 2. *Qui nunc iacet, arida puluis.* Ennius apud Nonium in *puluis.*

Iamque fere puluis ad caelum vasta videtur.

Idem ibid. *Puluis fulua volat.* puluis, terra praesertim aridior. Horat. *Posuitque collum Puluere Teucro.* Virg. *Domitantque in puluere currus.* sic Graecis κονίαμα. *dolor,* doloris causa. vt dictum eleg. 14. sup. vers. 18.

TV *proiecta mei perpessa es membra propinqui.*] Siuisti iacere dispersos & insepultos artus Galli. *Tu perpessa es.* quid faceret? dicat aliquis. tegat mortuum sponte sua. vt eleg. 5. lib. 3.

Reddite corpus humo: positaque in gurgite vita,
Paetum sponte tua, vilis arena, tegas.

& *perpessa,* dictum vt illud eleg. 19. sup. *Et Tellus hoc ita iusta sinat.* An *perpessa es,* vt eleg. 8. sup. *Nec me defixum vacua patiaris arena.* pro, sis, in caussa. *Proiecta membra,* tanquam vilia & inuisa. Virg. *Proiecta vilior alga.* Cicero 1. de diuin. *Simonides ignotum quendam proiectum mortuum cum vidisset, inhumauit.* Ibid. *Is* (Alcibiades) *cum esset proiectus inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio.* Idem 1. Tusc. *Diogenes proijci se iussit inhumatum.* Propinqui autem sunt, qui propius quodam gradu cognationis se contingunt.

TV *nullo miseri contegis ossa solo.*] ne exigua quidem humo, vel pulueris particula operis,

A vel, vt ait Cicero, operimento terrae obducis. *Miseri,* mortui acerba morte: mortuos enim modo felices, modo miseros vocant. Felices, quia huius vitae malis liberati sint. vnde Horat. *Omnes composui felices.* Virg.

Tuque ô sanctissima coniux Felix morte tua. Miseros, quia vulgus putat miserum & acerbum esse & carere hac luce, & carere sensu. Vide Ciceronem 1. Tusc. Ipse eleg. 5. lib. 3.

Qui dum te sequitur primo miser excidit aeuo. Ibid.
Occidit & misero steterat vigesimus annus.

Contegis ossa solo, periphrasis inhumationis: nam
B humatus propriè humo tectus, vt dixi ad eleg. 6. sup. est autem διὰ τὸ κοῖλον, in *puluis solo.* vt eleg. 18. sup. *Et tua flendo Lumina deiectis turpia sint lacrymis.*

PROXIMA *supposito contingens Vmbria campo.*] Si *contingens,* pro, contigua, vt pertingens dicitur, nomen erit, & *proxima,* pro proximè, vt adnotatum ad eleg. superiorem vers. 4. Si *contingens* iungitur cum *proxima,* vt sit 4. casus numeri multitudinis, neutro genere, participium erit; eodem tamen sensu. Vmbria, inquit, proxima Perusiae ruinis, quae iacet in campo subiecto Ameriae, vbi Meuania me genuit eleg. 1. lib. 4.

C *Qua nebulosa cauo rorat Meuania campo.*

Cauus campus, hîc *suppositus.* Ibidem.

Scandentes si quis cernat de vallibus arces,
Ingenio muros aestimet ille meo.

VMBRIA *me genuit.*] Idem testatur el. 1. l. 4.

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris
Vmbria Romani patria Callimachi.

Plin. cap. 14. lib. 3. Vmbriam locat in sexta regione Italiae: & Vmbrorum gentem Italiae antiquissimam existimatam ait; Vmbrosque dictos quasi ὀμβρίους, quia inundatione terrarum imbribus superfuissent. Strabo lib. 3. Vmbros sitos esse scribit in medio Sabinorum & Thuscorum. Patria autem parens est antiquior, vnde etiam gignere nos dicitur. Cic. 2. de leg.
D *Dulcis ea* (patria) *quae genuit, non minus, quam illa quae excepit.* Virg. *Mantua me genuit.*

TERRIS *fertilis vberibus.*] pingui, foecundoque solo. Vmbria regio fertilis, vnde *homines Vmbri,* pingues. Catull.

Aut porcus Vmber: aut obesus Hetruscus.

Plaut. in Milite, vbi suam hanc patriam irridet. *Postea sum Ephesi natus, non sum natus in Vmbria.* id est, non sum senex mucosus ac sordidus. *Vberes terrae,* pingues, foecundae. Seruius in 1. Aeneid. *Vber,* inquit, *propriè est foecunditas.* Virg. 7. Aen. *Diuitis vber agri.* pro foecunditas.
E hinc dicta vbera mulierum à foecunditate & copia lactis. & vbertim, affatim, copiosè.

Fertilis vberibus terris, vt Virg.

Quique frequens herbis, & fertilis vbere campus.

FINIS LIB. I.



PRÆLECTIONES SOLENNES PASSERATII, IN PROPERTII LIBRVM II.

AD ELEGIAM I.



QVÆRITIS.] ſcire vultis. Sic Ouidius exorſus eſt 5. Faſt. ipſe eleg. vlt. lib. 1. Catull.

Quaris quot mihi baſiationes
Tuæ, Lesbia, ſint ſatis ſuperq;.

VNDE *mihi toties ſcribantur amores.*] à me canantur verſus amatorij. *Toties*, vt eleg. 3. infra.

Vix vnum potes infelix requieſcere menſem;
Et turpis de te iam liber alter erit.

Scribantur, vt eleg. 10. infra.

Bella canam, quando ſcripta puella mea eſt.

Donat. in prolog. Andriæ. *Scribit propriè, qui verba adhibet tantum: facit, qui etiam argumentum componit. Ita ſcribit Terentius; facit Menander.* Ideo hîc ſubijcit, *facit ingenium*, quia argumentum præbet.

VNDE *meus veniat mollis in ora liber?*] legatur & canatur ab omnibus. Ipſe eleg. 1. lib. 3.

Maius ab exequijs nomen in ora venit.

& el. 8. lib. eiuſd. *Et venies tu quoque in ora virûm.* Horat. ep. 3. lib. 1.

Quid Tityus Romana breui venturus in ora?

Idem eſt Virg. & Ennio. *Virûm volitare per ora.* Catull. *Anne & peruenias in ora vulgi.* Vet. lib. Scaligeri: *In ore.* & ipſe exponit, *veniat in ore*, id eſt, ſit. ſed illud, *ora*, malo. *Mollis liber*, tener, laſciuus, infractis numeris. Ouid. eleg. 1. lib. 2. Triſt. *Nec tamen eſt facinus verſus euoluere molles.* Ibid. *Sic ego delicias & mollia carmina feci.* Cic. 1. de diuin. *O poema tenerum, moratum, atque molle.* Ipſe eleg. 7. lib. 1. *Mollem componere verſum.* & el. 34. infra Epicus poëta *durus* dicitur verſ. 44.

NON *hac Calliope, non hac mihi cantat Apollo.*] καλλιεπῶς. vt Ouid. eleg. 1. lib. 5. Triſt.

Non hac ingenio, non hac componimus arte.
Materia eſt proprijs ingenioſa malis.

κομψῶς, venuſto. vnde Calliope dicta, vt ait Phurnutus, à ſuauitate vocis & ſermonis. eleg. 3. lib. 3. fingit Calliopen ſe hortari ad amores ſcribendos, vbi ſic elegiam claudit:

Talis Calliope, lymphiſque à fonte petitis
Ora Philetea noſtra rigauit aqua.

& el. 2. lib. eiuſd. *Et defeſſa choris Calliopea meis.* de Apolline eleg. 1. lib. 4.

Tum mihi pauca ſuo de carmine dictat Apollo.

A Tibull. lib. 4.

Ipſe mihi non ſi præſcribat carmina Phœbus.

vbi *præſcribat*, vt hîc *cantat*, id eſt, cantando præcipit, & præit canenti.

INGENIVM *nobis ipſa puella facit.*] Amica Cynthia ingenioſum me reddit; mihi varia ſuggerit argumenta ſcribendi. Mart. epigr. 4. lib. 11.

Tu facis ingenium, tu, ſi quid poſſe videmur.

& epigr. 72. lib. 8.

Ingenium Galli pulcra Lycoris erat.

B Ouid. in epiſt. Aconij.

Non ego natura, nec ſum tam callidus vſu.
Sollertem tu me ſola puella facis.
Te mihi compoſitis (ſi quid tamen egimus arte)
Aſtrinxit verbis ingenioſus amor.

& eleg. 17. lib. 2. Amor.

Ingenio cauſſas tu dabis vna meo.

& eleg. 11. lib. 3. Amor.

Ingenium mouit ſola Corinna meum.

Ipſe eleg. 30. infra.

Nam ſine te noſtrum non valet ingenium.

C & eleg. 10. infra. de ſuis carminibus:

Sed modo Permeſſi flumine lauit Amor.

Agatho in Sympoſio Platonis, in fine. ποιητὴς ὁ θεὸς σοφὸς, ὥστε καὶ ἄλλον ποιῆσαι. πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν οὗ ἂν ἔρως ἅψηται. Id eſt, hic Deus ita poëta ſapiens eſt, vt & alium (poëtam) efficere poſſit. quilibet enim, licet ante rudis, & muſarum expers, poëta fit, vbi primum eum Amor afflauerit.

SIVE *togis illam fulgentem incedere Cois.*] Sic Tibull. eleg. 1. lib. 4.

Seu ſoluit crines, fuſis decet eſſe capillis:
Seu compſit, comptis eſt veneranda comis.

Ouid. 2. de arte amandi.

D *Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus,*
Siue erit in Cois, Coa decere puta.

Fulgentem incedere, cum fulgore purpuræ per vias ingredi. Ouid. eleg. 2. lib. 4. Triſt.

Hic qui Sidonio fulget ſublimis in oſtro. vide πορφυρὶς in vet. gloſſ. Inceſſus autem grauitatis eſt & oſtentationis. vt eleg. 13. lib. 3.

Matrona incedit cenſus induta Nepotum. adnotatum ad el. 2. lib. 1. verſ. 1. *Incedere togis*, vt Plautus: *Tunicis conſutis aduenio*, & toga meretricum: Mart. epig. 39. lib. 2. & Tibull. eleg. 10. lib. 4.

Sit tibi cura toga potior, pressumque quasillo
Scortum, quam Serui filia Sulpicia.

& Porphyrio deprehensas in adulterio matronas scribit induere togam. at contra Ouid. 4. Fast. *Rite Deam colitis matresque nurusque*
Et vos quis vitta longaque vestis abest.

& *Coa vestes.* famosarum mulierum, vt notat Scaliger. Ipse eleg. 2. lib. 4.

Indue me Cois, fiam non dura puella.

& eleg. 5. lib. eiusd.

Qui versus, Coa dederit nec munera vestis.

& ibidem. *Coa textura Mineruæ.* Iuuenal. sat. 8.

—— Spartana chlamys, conchylia Coa.

vide adnotata ad vers. 2. eleg. 2. lib. 1.

Hoc *totum è Coa veste volumen erit.*] Totum librum implebo laudibus Coæ vestis. & est ἐπίφωνις ἢ ἐπαναγὴ numerorum in *veste* quia præcessit, *togis.*

Sev *vidi ad frontem sparsos errare capillos.*] passos circa frontem crines vagari. Ipse eleg. 23. infra.

Siue vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.

& eleg. 3. infra.

Nec de more comæ per leuia colla fluentes.

Apuleius lib. 5. Asini: *Antependulos crines* vocat. vbi dormientem pingit Cupidinem. Festus: *Antiæ muliebres capilli demissi in frontem.*

Gavdet *laudatis ire superba comis.*] gestit conspici & superbit ob comas meo carmine celebratas. Alludit ad pauonis naturam, qui laudatus superbit, & gemmantes alas explicat. vnde Ouid. in Fabula Polyphemi: *laudato pauone superbior.* & de medicamine faciei:

Laudatas homini volucris Iunonia pennas
Explicat, & forma multa superbit auis.

eodem & alludit Ouid. in epist. Cydippes.

Hæc nobis forma te laudatore superba
Contingit mentes. Virg. 3. Georg. de equis generosis:

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.

Sive *lyra carmen digitis percussit eburnis.*] laus Cynthiæ, vt eleg. 2. lib. 1.

Cum tibi præcipuè Phœbus sua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram.

& eleg. 3. infra:

Et quantum Aeolio cum tentat carmina plectro.
Par Aganippeæ ludere docta lyræ.

Lyra autem vel digitis, vel pectine pulsatur. digitis vt eleg. vlt. infra.

Tale facis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.

plectro vt eleg. 3. infra, *Tentat carmina plectro.* Virg. 6. Æneid.

Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.

vbi, *eadem pulsat*, valet eadem canit, vt hîc, *percussit carmen*, id est percussis fidibus cecinit. sic Ouid. eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Dum ferit Aonia carmina culta lyra. Iuuenal. sat. 7. *Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui*
Communi feriat carmen triuiale moneta.

Calpurnius: *Seu cantare iuuat; seu ter pede læta ferire*
Carmina. & ad lyram carmina componuntur Fab. cap. 17. lib. 1. *Lyra carmen,*

A carmen lyricum, vt eleg. 3. lib. 1.

Orphea carmine fessa lyra. & eleg. 6. lib. 4.
Aut testudineæ carmen inerme lyræ.

Miramvr *faciles vt premat arte manus.*] An contrahat inflectendo, vt sint quasi vncæ manus carpendis fidibus? sic apud Plinium, *premere pollicem*, in fauendo, & Virgil. *premere habenas*, contrahere lora. An *premat faciles.* id est, leuiter tangat, & incumbat digitis? vt eleg. 10. lib. 3. *Et nitidas presso pollice finge comas.*

Palmerius in vet. Cod. ait legi *Tremat*, quia tremula manus fidicinæ. *Tremat* cum 4. casu

B vt Virg. 3. Georg.

Stare loco nescit, micat auribus & tremit artus.

Faciles manus, habiles. Ouidius el. 4. lib. 2. Am.

Hæc querulas habili percurrit pollice chordas.

vulgo *soupples.* Apuleius lib. 8. Asini: *Ipsam bestiam facili manu transadijt, qua faciebat quæ vellet.* Virg. 8. Æn. *Miratur, facilesq; oculos fert omnia circũ.* id est, *mobiles*, inquit Seruius.

Sev *cum poscentes somnus declinat ocellos.*] permutatio significationis. nam annuere, innuere, & conniuere pro poscere, & poscere pro conniuere & innuere. Apuleij lib. 10. Asin. *Cilijs alterna conniuens bibere flagitarem.* & in florida 3. Caluus apud Priscianum lib. 9.

C *Cum grauis ingenti conniuere pupula somno.*

Ipse el. 10. l. 3. *Surge & poscentes iusta precare Deos.* Scaliger ex vet. lib. *somnum* legit, vt sit *poscentes somnum. somnus declinat ocellos.* inflectit ad quietem, claudit paulatim. dictum vt el. 10. lib. 1.

Quamuis labentes premeret mihi somnus ocellos.

& eleg. 7. lib. 4.

At mihi non oculos quisquam inclinauit euntes.

Virg. 4. Æn. *Nec dulci declinat lumina somno.* Stat. 8. Thebaid.

Sponsæ munus miserabile tradunt Declinare genas.

id est, claudere oculos morientis.

Invento *causas mille poëta nouas.*] plurima se mihi offerunt argumenta scribendi. *Inuenio poëta.* Poëtarum enim etiam, magis quam Rhetorum, est inuenire. vnde Plautus Asinaria

D *Tu poeta es ad eam rem vnicus.* id est *supine* fingendis dolis.

Sev *nuda mecum luctatur.*] certat in Veneris palestra, *vbi damnis desudascitur*, inquit Plautus Bacchid. sc. 1. Act. 1. sic in eleg. 15. infra:

Nam modo nudatis mecum est luctata papillis.

Apuleius l. 9. dixit *Venereis colluctationibus opertati.*

Erepto *amictu.*] veste, tunica. Ouid.

Diripui tunicã nec multum rara nocebat. Amictus, inquit Varro 4. de ling. Lat. *à circumijciendo.* vnde ipse eleg. 29. lib. 2.

Atque ita me iniecto duxerunt rursus amictu.

E Tvnc *vero longas condimur Iliadas.*] tum maxime scribimus & cõponimus opus longum, & 24. voluminum. Prouerbium est apud Pollucem μακρότερα τῆς Ἰλιάδος λαλῶν. prolixiora Iliade loquens. Citat Erasmus in prouerbio: *Prolixius Iliade*, sed huius loci non meminit.

Sev *quicquid fecit, siue est quodcunque locuta.*] si quid fecit, vel dixit. *Quidquid*, est quid, aliquid. Cicero pro Cæcina: *Spectãdum omnibus non quidquid verbis actum sit.* & *quodcunque*, pro quidquid, el. 18. l. 1. *Et quodcunq; meæ possunt narrare querelæ.*

Cic.3. de leg. *Et quodcunque senatus iusserit agunto.* Similis est autem locus Tibulli lib.4. elegia de Sulpicia.

MAXIMA *de nihilo nascitur historia.*] ex re aut verbo minimo. nam de nihilo nihil nasci aiunt Physici. eleg.3. infra.

Non sum de nihilo blandus amator ego.

& eleg.17. infra.

Nec sic de nihilo fulminis ira cadit. *Nasci historiam* ait, vt eleg.vlt. infra:

Nescio quid maius nascitur Iliade. historia quæuis narratio etiam fabulosa. Ouid. in Ibin:

Vtque ille, historijs inuoluam carmina cæcis.

id est, Fabulis. Apuleius lib.7. Asini aurei: *Sic apud historiam de rege Thracio legeram, qui miseros suos hospites ferinis equis suis lacerandos deuorandosque porrigebat.* vide adnotata ad vers. 24. eleg. 15. lib.1.

QVOD *mihi si tantum, Mecenas fata dedissent.*] tmesis. quod si tantum ingenij mihi tribuisset Apollo & Parcæ. sic eleg.15. infra.

Quod mihi si secum tales componere noctes
Illa velit. & eleg.26. infra.

Quod mihi si ponenda tuo sit torpore vita.

vide adnotata de fato ad eleg.7. lib.1. vers 4.

VT *possem heroas ducere in arma manus.*] copias Heroum ad bellum deducere versibus meis. *manus*, pro copijs, vt dictum ad eleg. 20. lib. 1. vers.21. Herous,a,um, vt el.3.l.3. *Carmen Heroum.* Ducere in arma Heroas dicuntur poëtæ μιμητικῶς. Vnde Ouid. eleg.1. lib. 2. Trist.

Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.

Ibid. *Is quoque Phasiacas Argon qui duxit in vndas.* & eleg.18. lib.2. Amor.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem:
Primaque iuratis induis arma viris.

Ipse eleg.vlt. infra:

Qui nunc Æneæ Troiani suscitat arma.

Stat. initio Achilleidos.

—— nec in Hectore tracto
Sistere, sed tota iuuenem deducere Troia.

sic dicitur Antimachus Thebaidos scriptor quartum & vigesimum volumen impleuisse, antequam duces Thebas perduxisset. & Diomed. lib.3. *Togatas tabernarias in scenam duxtauerunt præcipuè duo Afranius & Titinnius.*

NON *ego Titanas canerem.*] Non scriberem Titanum cum Dijs bellum. Hesiodus in Theogonia & Apollod. lib.1. Cœli & Terræ primos liberos fuisse scribit, Briareum, Gyan & Cœum ἑκατόγχειρας, quos pater in tartarum deiecit: deinde procreasse Oceanum, Cœum, Hyperionem, & Iapetum cognomento Titanas, ac nouissimè Saturnum. Hos Tellus mater in Cœlum patrem incitauit, cui regno pulso Saturnum suffecerunt. Is tamen eos compeditos in Tartarum detrusit. Diodor. lib. 6. Lactant. lib.1. Instit. Diuin. Virg.6. Æneid. Erasm. in prouerbijs: *Titanicus aspectus; Titanibus & Crono antiquiores? & Titanas imploras.*

NON *ossan Olympo impositum, vt Cœli Pelion esset iter.*] Homer Iliad. λ.

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἄμβατος εἴη.

A Apollod. lib. 1. *Καὶ τὴν μὲν Ὄσσαν ἐπὶ τῷ Ὀλύμπῳ ἔθεσαν· ἐπὶ δὲ τὴν Ὄσσαν θέντες τὸ Πήλιον διὰ τῶν ὀρῶν τούτων ἠπείλουν εἰς οὐρανὸν ἀναβήσεσθαι.* Ouid.5. Fast. *Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,*
Et magnum bello sollicitare Iouem.

& eleg.1. lib.3. Am.

Cum male se Tellus vlta est, ingestaque Olympo
Ardua deuexum Pelion Ossa tulit. & 1.Fast.
Sit petitur Cœlum non vt ferat Ossan Olympus,
Summaque Peliacus sidera tangat apex.

NON *veteres Thebas.*] Non canerem bellum Thebanum. *veteres*, aut re vera antiquas, & à
B Cadmo olim conditas in Bœotia, vt dictum eleg.7. lib.1. sic Lucretius bello Thebano nullum antiquius literis mandatum ait. aut *veteres*, nobiles, dixi ad eleg.6. lib. 1. vers.14. An de Ægyptijs Thebis? Ouid.

Atque vetus Thebæ centum iacet obruta portis.

sed Bœotias intelligit, quia coniungit, *Pergama.*

NEC *Pergama nomen Homeri.*] nec bellum Troianum canerem, vnde Homero fama ingenij quæsita est. *Pergama nomen Homeri*, appositio, vt el.9. lib.1. *Nedum tu possis spiritus esse leuis.* *Pergama*, inquit Seruius ad illud 1. Æneid.
C *Troiæ sub mœnibus altis*, significat, quæ altissima fuerunt; vnde, vt ait Æschylus, alta omnia ædificia Pergama dicuntur. Idem Seruius alibi Pergama arcem ipsam interpretatur, & in lib.2. *Pergama arces Troianæ vnde κατ' ἐξοχὴν omnes arces Pergama.* & nomen pro fama & nominis celebritate, vt eleg.4. lib.1. vers.8. adnotatum.

XERXIS *& imperio bina coisse vada.*] Regis Persarum nutu iuncta ponte duo litora Hellesponti. Legendus Herodotus in Polymnia & Vrania. Plutarchus & Æmylius Probus in Themistocle, & Iustinus lib. 2. Lucret. lib.3.

Ille quoque ipse viam qui quondam per mare magnum
D *Strauit, iterque dedit legionibus ire per altum,*
Ac pedibus salsas docuit superare lacunas,
Ossa dedit terræ. Lucan. lib.2.
Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem
Constrinxisse vias, multum cum pontibus ausus
Europamque Asiæ Sestonque admouit Abydo.

In Asia enim Abydos, in Europa Sestos. Inter vtrumque oppidum spatium septem stadiorum, quod ponte coniunxit. *Bina*, pro duo etiam disparia. Virg. ecl.5.

Pocula bina nouo spumantia lacte. Plautus in Milite: *Cui bini custodes semper totis horis accubant.* *Bina* autem *vada*, duo sunt litora, Asiaticum
E & Europæum, μετωνυμικῶς, vt contra Virg. *Litus ara*, pro aquis litori vicinis. sic ipse el.3. lib.1. *Consedit Apidano*, pro ripa Apidani. Coisse vt hîc infra; *In muri membra coisse ferunt.* & Stat.1. Achilleid. *Feruent coëuntia Phryxi Litora.*

REGNAQVE *prima Remi.*] Originem vrbis Romæ videtur Remum pro fratre posuisse, vt alibi: *Potaque Pollucis lympha salubris equo.* pro Castoris. & eleg.6. lib. 4.

Reddat Signa Remi, mox dabit ipse sua. & el. 1. lib.4. *Quo gradibus domus ista Remi se sustulit.*

Statius in genethliaco Lucani:

Dices culminibus Remi vagantes
Infandos Domini nocentis ignes.

Sed vterque regnauit initio, vnde el.9. lib.3.

Eductosque pares siluestri ex vbere reges.

Virg. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.*

A V T *animos Carthaginis alta.*] ingentes spiritus Carthaginensium, id est bella Punica, vt Silius Italicus, non canerem. *Alta Carthago*, vt Virgil.

Tu nunc Carthaginis alta Fundamenta locas.

Horatius:

Carthago probrosis altior Italia ruinis. Idem:

Non vt superbas inuida Carthaginis
Romanus arces vreret. Ennius:
His pernas succidit iniqua superbia Pœni.

C I M B R O R V M Q V E *minas.*] vide Plutarch. in Mario Iuuenal. sat. 8. Strabonem lib. 7. Ita vocantur Latrones Germanorum lingua inquit Plutarchus, & Græcis, Cimmerij.

E T *benefacta Mari.*] res à C. Mario præclarè gestas, & *egregia in remp. merita* Marius ipse vocat apud Sallustium. Horat. *Neque*

Si chartæ sileant, quam bene feceris
Mercedem tuleris. Ouid. in ep. Deianiræ vocat *merita* : *Implesti meritis Solis vtramque domum.*

Cicero pro C. Rabirio : *C. Marius Pater Patriæ.* & pro Sextio : *Ad salutem imperij Romani natus.* dictus & *tertius Romæ conditor.*

B E L L A Q V E *resque tui memorarem Cæsaris.*] sic & Horat. *Tuque pedestribus*

Dices historijs prælia Cæsaris,
Mecænas, melius.

E T *tu.*] seruit apostrophe, vt adnotatur ad eleg. 1. lib. 3. vers. 31.

C Æ S A R E *sub magno cura secunda fores.*] proxima mihi cura esset res tuas canendi. τὸ *sub* notat alienum imperium. Virg. 7. Æneid.

Aureaque vt perhibent illo sub rege fuerunt
Sæcula. & 3. Æneid.
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.

Ouid. *Sub Ioue mundus erat. Magnus* epitheton summæ laudis. Horat.

Tibi cura magni Cæsaris fatis data.

ipse eleg. 7. infra : *At magnus Cæsar.* Catull. de Cæsare Patre : *Cæsaris visens monimenta magni. Immensus Cæsar*, Albinouanus ad Liuiam. *Cura secunda*, vt eleg. 7. lib. 3.

Cæsaris & famæ vestigia iuncta tenebis.

N A M *quoties Mutinam aut ciuilia busta Philippos.*] bellum Mutinense, de quo Ouid. 4. Fast.

Sit licet & fuerit, tamen hæc Mutinensia Cæsar
Grandine militia contudit arma sua.

Et Cicero in Philippicis : & Sueton. in Augusto cap. 10. Ad Philippos vrbem Thessaliæ bis pugnatum semel à Cæsare & Pompeio. Iterum à Cæsare Iuniore & Antonio contra Brutum & Cassium. Plutarch. in Antonio & Bruto. Virg. 1. Georg.

Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi.

vide Dionem lib. 47. & Sueton. in Augusto cap. 13. *Busta ciuilia*, vt el. vlt. lib. 1.

Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulcra.

Seruius in fragmentis: *Crematio cadaueris bustum; locus vstrina dicitur; operis constructio sepulcrum.* Festus : *Bustum proprie dicitur locus in quo quis combustus est, & sepultus. & bustum quasi bene vstum.*

A V T *canerem Siculæ classica bella fugæ.*] classis proprie nauis, vnde *classica bella*, naualia. sic *classicum certamen* Velleio. Siculum autem bellum aduersus Sex. Pompeium, de quo Sueton. in Augusto cap. 16. & Dio lib. 49. de hac fuga Sex. Pompeij, oda 9. Epodon:

Vt nuper actus cum freto Neptunius
Dux fugit vstis nauibus. Antea tamen rem Augustus male gesserat, vnde vulgati in eum versus apud Sueton. cap. 71.

Postquam bis classe victus naues perdidit:
Aliquando vt vincat, ludit assiduè aleam.

E V E R S O S Q V E *focos antiquæ gentis Hetruscæ.*] excisam & æquatam solo Perusiam. *Foci*, Penates, ædes & vrbs. Virg. 11.

——*versosque Penates Idomenei.*

Quia in focis Penates coluntur, eleg. 2. lib. 4.

Volsinios deseruisse focos. de bello Perusino, ad illud eleg. vlt. lib. 1.

Si Perusina tibi patria sunt nota sepulcra.

vide adnotata : *Antiqua gens* Hetrusca, quia orta Sardibus ex Lydia : Festus in, *Sardi venales.*

E T *Ptolomææ litora capta Phari.*] bellum Alexandrinum, de quo Sueton. in Aug. cap. 17. Dio lib. 51. Plut. in Antonio. *Phari Ptolemææ*, Ptolemæi reges Ægyptij dicti, quorum primus fuit Ptolemæus Lagi filius, & vltimus Cleopatræ frater, vnde epitheton Ptolemæus. *Phari* autem descriptio est apud Cæsarem 3. de de bello ciuili. ea insula à Cæsare ponte coniuncta est Alexandriæ. vide auctorem de bello Alexandrino. Lucanus :

——*Pharos insula quondam*
In medio stetit illa mari.

A V T *canerem Aegyptum.*] victam scilicet & redactam in formam prouinciæ.

E T *Nilum cum tractus in vrbem Debilis ibat.*] coactus venire vna cum captiuis in triumphũ, fractus fluebat. vt oppidorum & regionum, sic & fluminum simulacra portabantur in triumphum, fingebanturque vt fracti & victi lentius fluere. Ouid. 1. de arte amandi:

Hic (in triumpho) *erit Euphrates præcinctus arundine frontem*
Cui coma dependet cærula, Tigris erit.

Virg. 8. Æneid.

Euphrates ibit iam mollior vndis. Ibid.
Contra autem magno mœrentem corpore Nilum.

Horat. oda 4. lib. 2.

Medumque flumen gentibus additum
Victis minores voluere vortices.

Petron. Arbiter de Pompeio:

——*Quem fracto gurgite Pontus,*
Et veneratus erat summissa Bosphorus vnda.

Ipse vlt. eleg. 1. ——*Acheloi*
Fluxerit, vt magno fractus amore liquor.

& eleg. 3. lib. 3. ——*Rhenus*
Saucia mœrenti corpora vectet aqua.

In fragmentis arcus marmorei Romæ Druso exstructi Petrarcha ait se legisse hos versus:

——*ad diuortia*
Rheni Perueni, hostiles depopulatus agros.
Dum tibi Roma decus, æternaque sudo trophæa
Ister pacatis lenior ibit aquis.

S E P T E M *aquis.*] septem ostia Nili intelligit de quibus eleg. 11. lib. 3. vers. 8.

Et qua feptenas temperat vnda vias.
vnde Græcis ἑπτάπορος Ouid. 15. Met.
Perque papyriferi feptemflua flumina Nili
Victrices egiffe rates. Catull.
Siue qua feptemgeminus colorat
Aequora Nilus. Virg. 6. Æneid.
Et feptemgemini turbant trepida oftia Nili.
Plin. cap. 10. lib. 5. vndecim Nili oftia facit, quorum feptem celeberrima, eaque enumerat. vide & Strabon. lib. 17. & Ouid. eleg. 13. lib. 2. & el. 5. lib. 3. Amor. fic *Septemplex Ifter.* Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trift.

CAPTIVIS.] res mutæ etiam captiuæ dicuntur. Virg. 2. Æneid.
Crateresque auro folidi, captiuaque veftis.
& lib. 3. *Captiui pendent currus.* Ouid. 3. Faft.
Cinnamatu primus, captiuaque tura dedifti.

AVT *Regum auratis circundata colla catenis.*] eorum fcilicet qui Antonio, Bruto, Sex. Pompeio & aliis hoftibus Augufti fauerant. Sic Horat. *Ductaque per vias Regum colla minantium.* Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trift.
Vinclaque captiua reges ceruice ferentes.
& lib. 1. de arte amandi:
Ibunt ante duces onerati colla catenis.
ipfe eleg. 10. lib. 3.
India quin Augufte tuo dat colla triumpho.
vnde *Collare* Lucillio & Plauto. Auratis catenis vincti reges ad difcrimen ceterorum, qui vincti catenis ferreis. Sic Crœfum Cyrus apud Herodotum in aureis compedibus habuit. Aufon. in ludo feptem fapientum. *Vinctumq. pedicis aureis fecum trahit.* Apud Appian. in Mithridatica: Mithridates ipfe filium, à quo ftructæ fibi infidiæ vinxit catenis aureis. & ita apud Valer. Max. cap. 2. l. 6. *Duorum Regum Siphacis & Perfæ ante triumphales currus catenata ceruicet.*

ACTIA *roftra.*] roftra nauium captarum in pugna ad Actium Epiri promontorium, de qua ipfe eleg. 6. lib. 4. Virg. 8. Æneid. Strabo lib. 7. & 10. Plutarch. in Antonio. Naualis victoriæ infignia roftra nauium hoftilium: vel templis fixa, vnde Roftra Romæ; vel domibus triumphalibus, Cicero 5. Philipp. & Virg. 7. Æneid. Horat. hac de re:
Hoftiliumque nauium portu latent
Puppes finiftrorfum fitæ. Idem de nauibus in triumpho ep. 1. lib 2.

CVRRERE.] roftra dicuntur currere, quia curribus impofita celeriter veherentur.

SACRA-VIA.] vna dictio Charif. lib. 1. *Sacra via Romæ qua facra feruntur in arcem quotquot menfibus,* inquit Varro 4. de ling. Lat. vnde dicti facrauienfes. Ouid. eleg. 1. lib. 3. Trift.
Hæc eft à facris quæ via nomen habet.
Feftus ait quibufdam ita dictam videri, quia in ea fœdus fit ictum inter Romulum & Tatium. Per eam vehebantur triumphales in Capitolium, vt docet Porphyrio ad hunc locum Horat. oda 2. lib. 4.
Quandoque trahet feroces
Per facrum cliuum merita decorus
Fronde Sycambros. & oda 7. Epod.
Intactus aut Britannus vt defcenderet
Sacra catenatus via. Tres autem ternis die-

A bus Augufti triumphi. Primus de Dalmatis & Pannoniis: alter de Actiaca pugna: poftremus de fubacta Ægypto. Dio lib. 51. Sueton. in Aug. cap. 22. Virg. 8. Æneid.
Et Cæfar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia.

MEA *mufa*] ego vates. Cicero: *Mufæ Varronis filent.* fic eleg. 10. infra:
Necdum etiam Afcræos norunt mea carmina fontes.
& eleg. 5. infra:
Nec mea præclufas fregerit ira fores.

TE *illis femper contexeret armis.*] aptè coniungeret te illis bellis. Cicero pro Cælio: *Longius*
B *mihi hoc carmen liceret contexere.* & ep. 12. lib. 5. ad fam. Ordiri & contexere de hiftoria Lucceij cui res fuas admifceri cupit.

ET *fumpta & pofita pace.*] vtroque tempore pacis & belli. Quia fumi bellum dicitur, etiam fumi pacem & poni dixit. Sic P. Syrus: *Amor animi arbitrio fumitur, non ponitur.* Ouid. el. 1. lib. 5. Trift. —— *quis te mala fumere cogit?*
Aut quis deceptum ponere fumpta vetat?
Liuius: *Vtrumlibet fumite* (bellum vel pacem) & Cicero 3. offic. *Sumere otium.* & in Vatinium: *Sumere inimicitias.*

C FIDELE *caput.*] ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον, vt el. 17. l. 3.
Atque hoc follicitum vince fopore caput.
& eleg. vlt. lib. 4.
Nec te dulce caput, mater Scribonia læfi.
Horat. oda 24. lib. 1.
Quis defiderio fit pudor, aut modus
Tam cari capitis. Plautus & Terentius: *Lepidum caput,* & *Periurum caput.* Fidem tamen & taciturnitatem in Mœcenate defiderauit Auguftus, quod is de comperta Murenæ coniuratione arcanum vxori Terentiæ prodidiffet. Sueton. in Auguft. cap. 66.

THESEVS *infernis.*] fcilicet locis, pro apud
D inferos. Sic eleg. 28. infra:
Sunt apud infernos tot millia formofarum,
Pulcra fit in fuperis fcilicet vna locis.
Infernis, vel quia ad inferos amici caufa Thefeus defcendere non recufauit, vel quia ad inferos redit vbi *Sedet æternumque fedebit.* Virg. 6. Æn.

SVPERIS *teftatur Achilles.*] apud fuperos teftem eiufmodi fidei Patroclum Achilles laudat, Te Patrocle teftor fideles apud fuperos effe. Ecce enim præter nos Auguftus & Mœcenas. Atqui Homerus lib. 11. Odyff. apud inferos Achillem ponit, vbi fe malle ait apud fuperos bubulco feruire, quam apud inferos re-
E gnare. Sed Phædrus in fympofio Platonis, Deos ait Achillem εἰς μακάρων νήσους transtuliffe, quod iuuenis mori maluerit vltus amicum, quam diu in florenti fortuna viuere. An teftatur, alloquitur? Lucan. lib. 3.
—— *prohibenfque rapinæ*
Victorem clara teftatur voce tribunus.

HIC *Ixioniden, ille Menœtiaden.*] contra Grammaticos canonas, vt el. 14. lib. 3.
Qualis & Eurotæ Pollux & Caftor arenis,
Hic victor pugnis, ille futurus equis.
Ouid. 1. Metam.
Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo
Vidit & hic prædam pedibus petit, ille falutem.

Ixionides, Piritbous. Ouid.

Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus.

Apollod. lib. 1. & Higin. fab. 157. sed idem in fab. 155. Piritbourn Iouis filiũ facit ex Dia Oenei filia. *Menœtiades*, Patroclus Menœtij filius, qui frater Pelei fuit. Apollodor. lib. 3. Πάτροκλος Μενοιτίου. Ouid. ep. 1.

Sine Menœtiaden falsis cecidisse sub armis. & ep. 3.

Ipse Menœtiades, tunc, cum, tradebar, in aurem,

Quid fles?

SED *neque Phlegræos Iouis, Enceladique tumultus.*] ad illud eleg. 20. lib. 1.

Siue Gigantea spatiabere littoris ora.

diximus Phlegræum campum fuisse iuxta Cumas, vbi fabulantur victos Gigantes à Dijs. est & alter in Thessalia, vt scribit Solinus, de quo Apollodor. lib. 1. & ipse eleg. 11. lib. 3.

Issent Phlegræo melius tibi funera campo.

Euripid. in Hercule furente φλεγραῖον πεδίον nominat. De Encelado. Virg. 3. & 4. Æneid. & Horat. oda 4. lib. 3. Victum scribit Apollodorus à Minerua, cum ei fugienti Siciliam insulam obiecisset. Euripides enim in Ioue vocat γοργωπὸν πάλλουσαν ἴτυν. id est, Terribilem vibrantem clypeum. & Ouid. eleg. 11. lib. 3. Amor.

Fecimus Enceladum iaculantem mille lacertis.

INTONET *Callimachus.*] magna, forti, horrendaque voce ac strepitu canat. Virg. 6. Æn.

Exsurgitq. facem attollens, atque intonat ore.

Seneca cap. 11. de Consol. ad Polyb. *Quo spiritu ingentibus intonueris rebus.* ipse eleg. 1. lib. 4.

Et vetat insano verba tonare foro.

& eleg. 17. lib. 3.

Qualis Pindarico spiritus ore tonat.

Cicero pro Murena: *Hesterna contione intonuit vox perniciosa Tribuni plebis.* Ouid. eleg. 7. lib. 1. Amor.

Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ?

Nec nimium rigidas intonuisse minas.

Aristophanes apud Plin. lib. 1. epist. Ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Fulgurauit, tonuit, permiscuit Græciam. Stat. 2. Sylu. in Genethliaco Lucani: *Et Pharsalica bella detonabis.* Simili translatione Cicero dixit: *Imitari verborum fulmina.*

ANGVSTO *pectore.*] quibus angustius pectus est, his vox & spiritus exilior. Ipse el. 7. lib. 4. *Hei mihi quam nostro paruus in ore sonus!*

Sed tamen exiguo quodcunque è pectore riui

Fluxerit, hoc patria seruiet omne mea.

hinc Ouid. eleg. 1. lib. 1. Trist.

Aspicies quantum dederis mihi pectoris ipse:

Quod fauore animi teque tuosque canam.

De Callimacho ipse eleg. vlt. huius libri:

Et non inflati somnia Callimachi.

& Ouid. 1. de Rem. Am.

Callimachi numeris non est dicendus Achilles.

Se autem cum Callimacho hic comparat. vnde eleg. 1. lib. 4.

Vmbria Romani patria Callimachi.

NEC *mea præcordia.*] pectus, ingenium, meus animus, vt eleg. 4. infra:

Alter sæpe vno mutat præcordia verbo.

Ἐπιχόνδρια, inquit Charis. l. 1. dicta Plinio quod cordi prætenduntur. Græci φρένας vocant.

A CONVENIVNT *condere nomen.*] pro, conueniunt condendo nomini, &c. *Conueniunt* dixit, vt eleg. 9. lib. 3.

Non sunt apta mea grandia vela rati.

& eleg. 3. lib. eiusdem:

Non est ingenij cimba grauanda tui.

Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.

CÆSARIS *in Phrygios condere nomen auos.*] pro reponere & recondere & referre in numerum Heroum, Assaraci, Æneæ, Iuli, vnde gens Iulia. Festus: *Condere, dare in interiorem locum ad custodiam faciliorem; & scribere.* Vtrumque huic loco conuenit: quia scriptor mandat posteritati, & tradit seruandam gloriam. Horat. *Notis condita fastis. Condere in auos* dictum, vt Cic. 1. de nat. Deor. *Homines morte deletos reponere in Deos.* & Ouid. 4. Fast.

B *In Phrygios Roma refertur auos.* sic Plautus in Amphit. *Postquam in cunas conditus est.* Liuius: *Condi in carcerem*, & *condi in vincula.* Virg. *Conditus in nubem. Nomen Cæsaris*, an famam, vt supra: *Pergama nomen Homeri*, & eleg. 7. lib. 3.

Cæsaris & famæ vestigia iuncta tenebis.

Virg. 3. Georg.

Cæsaris & nomen fama tot ferre per vrbes,

Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

C *Auos*, vt eleg. 6. lib. 4.

Auguste Hectoreis cognite maior auis.

& Ouid. 4. Fast.

Venimus ad felix aliquando nomen Iuli,

Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.

& ibidem:

Assaracique nurus dicta est, vt scilicet olim

Magnus Iulæos Cæsar haberet auos.

& 5. Fast. *Et tot Iulea nobilitatis auos.*

DVRO *versu.*] durus versus opponitur molli, & tenero & tenui, vt eleg. 7. lib. 1. dictum. ipse eleg. vlt. huius libri de Epico Poëta:

D *Incipe iam angusto versus includere torno,*

Inque tuos ignes, dure Poëta, veni.

sic & *duracorona* epicotum eleg. 1. lib. 3.

NAVITA *de ventis*, &c.] de re quisque sua loquitur, παροιμιακῶς. *Ventis*, tempestatibus, vt eleg. 11. lib. 3.

Venturam melius præsagit nauita noctem.

DE *tauris narrat arator.*] Donatus fallitur qui narrare nos ait aliena, & non necessaria. Narrare de, vt Cic. ep. 8. lib. 16. ad Attic. *Male narras de Nepotis filio.* & ep. 15. lib. 3. ad Attic. *Narrasse tibi eum ait de mea solicitudine.* Ouid. eleg. 13.

E lib. 1. Amor.

Tithono vellem de te narrare liceret.

ipse eleg. 2. lib. 4.

De se narranti tu modo crede Deo.

ENVMERAT *miles vulnera.*] recenset quot vulnera aduersa acceperit. vide militem gloriosum Plauti. Augustus militi vulnera aduersa ostentanti; *Ne fugiens respexeris.* Tibull. eleg. vlt. libr. 1.

Vt mihi potanti possit sua dicere facta

Miles, & in mensa pingere castra mero.

PASTOR *oues.*] deest, enumerat. Virg. ecl. 3. *Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos.* & ecl. 6. *Cogere donec oues stabulis, numeruq. referre Iussit.* Ouid. *Pauperis est numerare pecus.*

CONTRA.] non ex aduerſo, ſed etiam, pariter, viciſſim. Plaut. Pſeud. ſc. 1. act. 2. *Illa illum contra* (amat.) Sæpe apud Terentium Donat. exponit, *contra, viciſſim.*

NOS *verſamus prœlia.*] verſare prœlia, miſcere; & prœliari ſe huc & illuc vertendo. aut verſare, exercere, vt eleg. 14. lib. 1.

Et miſerum toto iuuenem verſare cubili.

De prœliis & militia Veneris diximus ad eleg. 3. lib. 1. verſ. 16.

ANGVSTO *lecto.*] dictum ad eleg. 8. lib. 1. verſ. 33.

QVA *pote quiſque in ea conterat arte diem.*] prouerbium apud Cic. ep. 10. lib 5. ad Attic. & 1. Tuſcul. *Quam quiſque norit artem in hac ſe exerceat*, ex Ariſtophanis Veſpis: ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. Horat. ep. ad Villicum:

Quam ſcit vterque libens cenſebo exerceat artem.

Pote, pro poteſt. Catull.

Hoc facies ſiue id non pote, ſiue pote.

Lucret. lib. 3. *Nec deuitari letum pote quin obeamus.* Ennius 15. Annali.

——*ſed nec pote quiſquam*
Vndique nitendo corpus diſcerpere ferro.

Cicero in Bruto: *Theophraſtus cum percunctaretur ex anicula quanti aliquid venderet, & reſpondiſſet, atque addidiſſet: Hoſpes non pote minoris: tuliſſe eum moleſtè.* *Conterat*, vt eleg. 7. lib. 1.

His mihi conteritur vitæ modus.

LAVS *in amore mori.*] digna homine nequã ſententia, vt eleg. 6. lib. 1.

Multi longinquo periere in amore libenter
In quorum numero me quoque terra tegat.

vbi vide adnotata. Fortius & honeſtius loquitur in eleg. 20. lib.

Seu moriar fato, non turpi fractus amore;
Atque erit illa mihi mortis honeſta dies.

Plinius cap. 53. lib. 7. Corn. Gallum, & T. Ætherium in Venere obüſſe, & Pindarũ in gremio pueri amati ſcribit Valer. Max.

LAVS *ſi datur altera in vno Poſſe frui.*] triplex lectio, quarum hæc eſt deterrima. *In vno.* altera: *Laus ſi datur altera viuo; &* τὸ *viuo* reſpondet τῷ *mori*; Laus mori in amore; ſed & laus in amore viuere, ac frui. Tertia; *Laus altera ſi datur vno*, quod ad *amore* referri poteſt, quod ſequitur. vel *vno* pro vni ἀρχαϊκῶς. Sic Gell. cap. 7. lib. 3. *Vno negotio alligari*, pro vni. ipſe el. 20. lib. 1.

Quam ſupra nullæ pendebant debita curæ.

& poſtrema hæc lectio vera. Si licet ſoli frui amore ſuo, ſolus meo fruar.

FRVAR *ô ſolus amore meo.*] ô non vocantis eſt aduerbium, ſed optantis. Virg. 2. Georg.

——*O qui me gelidis in vallibus Æmi Siſtat.*

& 6. Æneid. *Eſte duces, ô ſiqua via eſt.* Seruius in illud 6. Æneid.

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat: *Si & ô per ſe pro vtinam & coniunctim; ô ſi.* *Solus*, ſine riuali, vt eleg. 7. infra:

Tu mihi ſola places, placeam tibi Cynthia ſolus.

SI *memini.*] addubitatio pro confirmatione. & εἰρωνικῶς, pro credo, ſcio. Martial.

Si memini, fuerant tibi quatuor Ælia dentes.

Idem: *Rataque, ſi memini, fornice rima patet.* Petron. Arbiter. *Quarum altera, ſi bene memini,*

A *hoc habebat*, &c. Ouid. 5. Faſt.

Albula, ſi memini, tunc mihi nomen erat.

SOLET *illa leues culpare puellas.*] *illa*, Cynthia, vt eleg. 12. lib. 1.

Tam multa illa meo diuiſa eſt millia lecto.

vbi vide adnotata. ſolet inconſtantes vituperare, cum tamen ei vitio affinis ſit, vt eleg. 24. infra: *Tam te formoſam non pudet eſſe leuem.* Sic auari culpant auaritiam. *Culpare*, improbare, damnare, vt culpæ affines. Plaut. Aſin. *Licet laudem fortunam, tamen vt ne ſalutem culpem.* & in Pſeudol. *Culpare condimenta.* id eſt, culpam in ea conferre, vt criminari. Virg. *Culpatuſue Paris.*
B Horat. in Arte:

Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes,
Culpabit duros.

ET *totam ex Helena non probat Iliada.*] ob Helenam culpat totam Iliada. Cæſar 3. de bello ciuili: *Ex metu ſigna dimittere.* Terent. Andr. act. 2. ſc. 1. *Inſanire ex iniuria.* & Eunuch. ſc. 1. act. 2. *Ex amore immutari.* Plaut. Amphit. *Lacrymantem ex abitu concinnas vxorem tuam.* Ibid. *Hic ex amore admodum quam ſæuus eſt.* *Non probat*, probam non iudicat, & pudicam Helenam, ideo nec poëma probrum; Ouid eleg. 1. lib. 2. Triſt.

Ilias ipſa quid eſt niſi turpis adultera? vide eleg.
C 3. infra de Helena belli Troiani cauſa.

SEV *mihi ſint tangenda nouercæ pocula Phædræ.*] tangere poculum pro guſtare & haurire. Ouid. 3. Faſt.

Vt Satyri, leuiſque ſenex tetigere ſaporem
Mellis. Horat. oda 19. lib. 3.

Tres prohibet ſupra
Rixarum metuens tangere
Gratia Cyathos.

Et *Tangenda* cum periculo, vt lib. 1.

——*vero nec tangeris igni.*

Nota fabula ex Euripidis & Senecæ Hippolyto, & Ouidiana Phædræ ad Hippolytum epi-
D ſtola, & Plutarchi Theſeo. *Nouerca*, inquit Feſtus, *Quam quis ſublatis liberis, nouam vxorem ducit arcendæ familiæ gratia.*

POCVLA.] vel philtra ſignificat, vel aconita.

PRIVIGNO *non nocitura ſuo.*] mentem Hippolyti non immutatura. quia illum aliud fatum manebat. *Suo*, pro eius, Plaut. Aſin. *Si moriatur mater ſua.* & Amphit. *Actutum ſufferet ſuus ſeruus pœnas.* *Priuignus*, inquit Feſtus, *dictus, qui ante quam mater ſecundo nuberet eſt primogenitus, à pri pro pra.* ego à prius genendo.

E SEV *mihi Circæo pereundum eſt gramine.*] herbis & veneficiis quibus Circe famoſa potenſque fuit, vt alias dictum.

COLCHIS *Colchiacis vrat aëna focis.*] Medea aënea vaſa calefaciat coquendis herbis, & venenis, vt apud Ouid. 7. Met.

Interea calido poſitum medicamen aëno
Feruet, & exultat, ſpumiſque tumentibus albet.

Sic dixit Horat. oda 4. lib. 1. *Vrit officinas.* & fornax coqui dicitur Feſto in *Salinum.* & *Vrite tedas*, eleg. 19. lib. 3. infra de æris vſu in magia, vide Beroaldum. *Colchus*, patria Medeæ, vnde & ipſa Colchis dicitur eleg 21. & 34. infra, & eleg 9. lib. 3. *Colchis*, pro quacunque venefica.

Stat. 9. Thebaid.

——secretis quæ Colchidas ipsa sub antris
Nocte docet. Colchiacis, pro Colchicis vt dicitur Ouid. 2. de arte amandi:

Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas.

sic Sabinos in epistola Vlyssis:

Non quod Colchiacas artes tentaueris herbis.

alij legunt: *Iolciacis*, ab Iolcos ciuitate Thessaliæ. Ouid. 7. Met.

Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

Horatius:

Herbasque quas Iolcos atque Iberia mittit.

VNA *meos quoniam prædata est femina sensus.*] quandoquidem Cynthia & prima & sola rapuit mihi mentem. Ouid. eleg. 3. lib. 2. Am.

Iusta precor, quæ me nuper prædata puella est.

Horat. oda 3. lib. 4. *Quæ me surpuerat mihi.* *Sensus*, pro mente, vt eleg. 13. lib. 1.

Sensus deperditus omnes. Tibull. lib. 4.

Hic animum sensusque meos abducta relinquo.

EX *hac ducentur funera nostra domo.*] ego mortuus è Cynthię domo efferar. Seruius in illud 4. Georg. *Et tristia funera ducunt. Ducere & duci proprium funeris cum exequialis pompa sequitur: vnde Persius, Nereo iam tertia ducitur vxor.* Cicero pro Quinctio: *Viuo & vidente funus ducitur.* addidit *ex hac domo*, vt eleg. 15. infra:

Vestibulum iaceam mortuus ante tuum.

& eleg. 5. lib. 2.

Ante fores dominæ condar oportet iners.

OMNES *humanos sanat medicina dolores.*] arte medendi curantur omnes morbi, quicunque in hominem cadunt. sic *humanos dolores* dixit eleg. 16. lib. 1. *Dolores*, pro morbis, vt Horat. oda 1. lib. 3. *Quod si dolentem, &c.*

SOLVS *amor morbi non amat artificem.*] medicum odit & medicinam aspernatur. sic eleg. 2. l. 1.

Crede mihi non vlla tuæ medicina figuræ est.
Nudus amor formæ non amat artificem.

Amor est amabilis insania, vt adnotatum est ad eleg. 4. lib. 1.

Quibus, Basse, perire iuuat.

Crateris dictum apud Laërtium:

Ἔρωτα παύει λιμός, εἰ δὲ μή, χρόνος.
Ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος.

Amorem sedat fames; sin minus, tempus. Si vero iis non potes vti, laqueus. & cum ait *artificem* medicos tangit, quasi eorum arte augeantur, foueanturque morbi.

TARDA *Philocteta sanauit crura Machaon.*] cum Philoctetas acceptas ab Hercule sagittas tractaret delapsa vna eum pedem vulnerauit quo tumulum Herculis indicarat. Itaque relictus in Lemno insula incredibiles dolores pertulit. Ouid. 13. Metam. idem libr. 5. Tristium eleg. 2.

Pœne decem totis aluit Pœantius annis
Pestiferum tumido vulnus ab angue datum.

Fabulam narrat Seruius ad illud 3. Æneid.

Parua Philocteta subnixa Petilia muro.

Sophocles in Trachiniis, & Homer. Iliad. 2. Higinus fab. 102. à colubro appetitum ait eius pedem in Lemno quod innuit Ouidius in versibus ante citatis, & Pausan. in Arcadicis. & Cicero 2. Tusc. ex Attij Philocteta.

A PHOENICIS *Chiron lumina Phyllirides.*] Chiron Saturni & Phyllyræ filius sanauit cæcitatem oculorum Phœnicis. *Phœnix* Amyntoris filius, de quo Homerus Iliad. 9. & Achillis magister. Apollod lib. 3. scribit à patre Amyntore oculorum luce priuatum, quod eum incesti nouercæ insimulasset. Pelea vero ad Chironem deduxisse, sanatumque esse, ac regem Dolopum constitutum. Ouid. in Ibio:

Id quod Amyntorides, videas.

de Chirone. Seruius in illud 4. Æneid.

Phillyrides Chiron. & in 3. Georg. Ouid. 6. Metam. *Vt Saturnus equo geminum Chirona creauit.*

B Idem & Apollon. lib. 2. Argon. Callimach. hymno in Iouem vers. 36. & in Delon vers. 118. & Schol.

ET *Deus Epidaurius.*] periphrasis Æsculapij. vt *Deus Tænarius*, eleg. 13. lib. 1. Epidauri autem, quod oppidum est Achaiæ, colebatur Æsculapius, quod ibi natus. & educatus & quod dracones innoxios ea tellus alat. Pausan. in Corinthiacis. Strabo lib. 8. Plin. cap. 5. lib. 4.

RESTITVIT.] quasi in integrum à mortis postliminio. Horat. oda 7. lib. 4.

Non te facundia, non te restituet pietas.

C ANDROGEONA *extinctum.*] Androgeos Minois filius vel à Marathonio Tauro, vel ab Athletis Atheniensibus Regis Ægei insidiis per inuidiam interfectus, vt scribit Apollodorus lib. 3. sed Higinus fab. 41. Eum scribit cecidisse in pugna Cretensium aduersus Athenienses. non memini autem legere me ab Æsculapio excitatum ab inferis. Ouidius certè & Virgilius Æsculapij opera reuixisse Hippolytum tradunt. Ouid. 6. Fast.

Gramina continuo loculis depromit eburnis
Profuerant Glauci Manibus illa prius.

Ergo vel Androgeos pro Glauco, frater pro D fratre, vel idem Androgeus, qui & Glaucus: nam vterq. Minois filius. scribit enim Higin. fab. 49. ab Æsculapio Glaucum Minois filium, siue Hippolytum ad vitam reuocatum, mira confusione nominis. Idem fab. 136. Eundem Glaucum puerum Minoi patri restitutum ait Draconis opera à Polyndo Augure.

PATRIIS *focis.*] Diis Penatibus. id est, patriæ & Patri Minoi. sic Horat.

Quis te redonauit Quiritem
Diis Patriis, Italoque cœlo.

CRESSIS *herbis.*] à Cres fit Cressus Virg. *Cressa genus Pholoë.* ipse eleg. 7. lib. 4.

E *——Altera Cressa*
Portat mentita lignea monstra bouis.

& *Cressis herbis*, quia in Ida monte Cretæ herbæ salutares, vt dictamnus, & quia Cretensis erat Androgeos.

MYSVS *& Aemonia Iuuenis, &c.*] periphrasis Thelephi. vt eleg. 20. lib. 1.

Comes inuicti Iuuenis.

Thelephus autem Rex Mysorum ab Achille in pugna vulneratus Chironis hasta, oraculi monitu ab eadem remedium quæsiuit. Higin. fab. 100. & 101. Apollodor. lib. 2. & 3. dictus à θηλή. id est, mamma, & ἔλαφος, cerua, quod ceruæ mamma educatus ille Herculis & Au-

ges filius. Ouid. 1. de arte am.

Vulnus Achillæo quæ quondam fecerat hosti
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Claudian.

Sanus Achillæis remeauit Thelephus herbis.

Ouid. eleg. 2. lib. 5. Trist.

Thelephus æterna consumptus tabe perisset
Si non, quæ nocuit, dextra tulisset opem.

& eleg. 1. lib. 1. Trist.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit
Solus Achillæo tollere more potest.

& eleg. 1. lib. 2. Trist.

Scilicet vt quondam Teuthrantia regna tenenti
Sic mihi res eadem vulnus, opemque tulit.

& 13. Met. ——*Telephon hasta*
Pugnantem domui, victum orantemque refeci.

& in Ibin:

Nec leuius doleas quam qui bibit vbera ceruæ,
Armatusque tulit vulnus inerme potens.

& eleg. 9. lib. 2. Am.

Quid non Aemonius, quem cuspide perculit heros:
Cum petijt, medica postmodo iuuit ope?

Stat. 1. Syluar. soter. pro Rutilio Gallico:

——*cuius non arte refectus*
Thelephus Aemonia.

ÆMONIA *cuspide.*] hasta thessala, & Achillea. quæ *Pelias hasta* dicitur. Apollodor. lib. 3. de Nuptiis Pelei agens ait dono datam illam hastam Peleo à Chirone: ϗ δίδωσι Πηλεῖ Χείρων δόρυ μείλινον. *Aemonius*, Thessalus vt dictum ad eleg. 13. lib. 1. *Cuspis*, pro hasta, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. Virg. 10. Æneid.

——*laeuique patens in pectore vulnus*
Cuspidis Ausoniæ. Horat. oda 6. lib 4.
Tremenda cuspide pugnax.

Seruius in illud 10. Æneid.

Vibranti cuspis medium transuerberat ictu:

Cuspis, inquit, *abusiue pro hasta mucrone.* Isidor. cap. 7. lib. 18. *Cuspis hastile amentatum; sed proprie posterior pars hastæ.* Ouid. 6. Fast.

Sic ego, sic posita Tritonia cuspide dixit.

HOC *si quis vitium poterit mihi demere.*] amorem qui animum vitiat ex animo auellere. vt supra *morbum* dixit, sic & hic *vitium*. & eleg. 23. infr. *Vnicuique dedit vitium natura creato:*

Mi fortuna aliquid semper amare dedit.

& eleg. 15. infra:

Ah dolor hic vitijs nescit abesse suis.

& eleg. 15. lib. 3.

Tu vitium ex animo dilue Bacche meo.

Demere, ab de & emere. id est, sumere & auferre, vel quia qui emit rem aufert soluto pretio. Dicitur de re molesta. Varro: *Demitis acres pectore curas.* Horat.

Quæ lædunt oculos festinas demere.

TANTALEÆ *poterit tradere poma manu.*] Tantalo poma porrigere, ita vt ille accipiat. Tantali nota fabula. Ouid. eleg. 2. lib. 2. Am.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Idem in Ibin:

Hic erit & ramos frustra qui quærat & vndas.

& eleg. 6. lib. 3. Am.

Sic aret medijs taciti vulgator in vndis,
Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet.

A Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Tantalus est illic, & circum stagna, sed acrem
Iam iam poturi deserit vnda sitim.

ipse eleg. 17. infra:

Vel tu Tantalea moueare ad flumina sorte.

De eo Homer. lib. 11. Odyss. Pindarus Olympiis, Euripides in Oreste. Lucret. lib. 3. Cic. 1. Tuscul. saxum ei impendere scribunt. Horatius de auaro interpretatur, vt & Petron. Arbiter:

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè
B *Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.*

DOLIA *virgineis idem ille repleuerit vrnis.*] Danaïdum implebit dolium licet pertusum. huius fabulæ meminit eleg. 31. infra:

Inter quas Danai femina turba senis.

& eleg. vlt. lib. 4.

—— *Si fallo pœna sororum*
Infelix humeros vrgeat vrna meos.

Ouid. in Ibin:

Quæque gerunt humeris perituras Belides vndas
Exulis Aegypti turba cruenta nurus.

Narratur ab Horat. oda 11. lib. 3. explicatur à
C Lucretio lib. 3. vide Higin. fab. 170. Bion apud Laërtium: ἔλεγε δὲ ὡς ἐν ᾅδου μᾶλλον ἂν κολάζοιντο οἱ ὁλοκλήρους ἢ μὴ τετρημένους ἀγγείους ὑδροφοροῦντες. Tibull. el. 3. lib. 1.

Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit,
In caua Lethæas dolia portat aquas.

NE *teneræ assidua colla grauentur aqua.*] ne teneræ ceruices vrgeantur & premantur aqua perpetuo aggerunda. Ouidius in Ibin imitatus Propertium:

Quæque parare suis letum Patruelibus ausæ
Belides, assidua colla premuntur aqua.

Huc allusit Plaut. Pseud. *In pertusum ingerimus*
D *dicta dolium; operam ludimus.*

IDEM *Caucasea soluet de rupe Promethei Brachia.*] Herculis ille vires & robur habebit quem aquila sagittis transfixa, redeuntem Colcho soluisse Prometheũ scribunt Interpres Apollonij lib. 2. & Valer. Flaccus lib. 4. & Pausan. in Eliacis. vulgatissima fabula, de qua dictum ad eleg 12. lib. 1. De ea Apollodot. lib. 1. Horat. oda 3. lib. 1. Hesiod. in Theogon. & ἐν ἔργ. Æschylus & Attius in Prometheo. Plato in Protagora. Seruius Prometheum ait suos astrologiam docuisse, quam ex Caucaso monte didi-
E cisset assiduè sidera contemplando: vnde cœlestem ignem furatus fingitur. Cic. 5. Tusc. Cœlestium diuinã cognitionem nomine Promethei ait ad errorem fabulæ traductam. Phurnutus Promethei nomine diuinam prouidentiam intelligit, meminit & Pausan. in Corinthiacis.

ET *à medio pectore pellat auem.*] amouebit aquilam. Auis pro aquila, vt el. 30. infra:

Vt ad Troiæ tecta volarit auis. & eleg. 25.
Caucaseas etiamsi pateremur aues.

Et apud Ciceronem in Arato. de hac Aquila Apollodor. lib. 1. Καθ᾽ ἡμέραν δὲ ἐφιπτάμενος αἰετὸς αὐτῷ τοὺς λοβοὺς ἐνέμετο τοῦ ἥπατος αὐξανομένου διὰ νυκτός. Hesiodi Interpres fluuium ait fuisse

fuisse αὐτοῦ nomine. fingit vero Propertius adhuc vinctum Promethea, vt & Horat. oda penult. epod. A

Optat (quietem) *Prometheus obligatus Aliti.*

Q V A N D O C V N Q V E *igitur vitam mea fata reposcent.*] formula testandi videtur, vt eleg. 13. inf:

Quandocunque igitur nostros mors claudet ocellos.

Seneca cap. 20. de vita beata: *Quandocunque autem natura spiritum repetet.* Mea fata, quæ mihi nascenti Parcæ neuerunt. Cicero 13. Philipp. *Fatum meum est, sine republica nec vinci posse, nec vincere.* & *mea* etiamsi aduersa, vt Virg. 6. Æneid.

Sed me fata mea & scelus exitiale Lacænæ

His mersere malis. sic Terent. *Meus carnifex*, & *Deo irato meo.* potest esse hypallage, pro meam vitam. *reposcent* dixit translatione à creditoribus: nam *Vita mancipio nulli datur, omnibus vsu.* vnde *animam reddere* el. 6. lib. 1. Cic. 1. Tusc. *Natura vita vsuram omnibus dedit, tanquam pecunia, nulla præstituta die.* Petron. *Si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis.* B

E T *breue in exiguo marmore nomen erit.*] nihil de me supererit præter nomen paucis literis insculptum. Laberius apud Macrob. cap. 7. l. 1. sat. *Sepulcris similis nil nisi nomen retineo.* Auson. in Parentalibus:

Gaudent compositi cineres sua nomina dici, C

Frontibus & scriptis hoc monumenta iubent.

Ouid. in epicedio Tibulli:

Si tamen è nobis aliquid nisi nomen & vmbra

Restat. ipse eleg. 16. lib. 3.

Non sunat in media nomen habere via.

id est sepeliri. Tibullus eleg. 3. lib. 1. & fata & marmor & nomen complectitur:

Quod si fatales iam nunc expleuimus annos

Fac lapis inscriptus stet super ossa notis:

Hic iacet immitis consumptus morte Tibullus,

Messalam terra dum sequiturque mari.

In exiguo marmore, in paruo tumulo. sic *exiguum bustum* dixit eleg. 13. infra. vt *hic marmor*, sic *marmorea domus*, pro sepulcro Tibullo eleg. 2. lib. 3. D

M Æ C E N A S *nostræ spes inuidiosa iuuentæ.*] Beroaldus, *vera est*, inquit, *lectio, Pars, non spes.* Ergo pars iuuentæ dicitur, vt eleg. 6. lib. 1.

Ibis & accepti pars eris Imperij.

vide illic adnotata. sed Ouidius imitatus Propertium hanc lectionem stabilit 5. Metam.

Multorumque fuit spes inuidiosa Procorum.

Inuidiosus, inquit Gell. cap. 12. lib. 9. *Et qui inuidetur.* Hic spes inuidiosa est clara, nobilis, & eximia, quia non nisi florenti fortunæ inuidetur. eleg. 33. infra: E

Qua sequitur certè est inuidiosa minus.

id est, minus obnoxia inuidiæ. At eleg. 19. inf.

——— *illa per aquè*

Præ se formosis inuidiosa Dea est.

id est, inuida. Laborasse inuidia Mœcenatem constat ex eius Epicedio. & *nostra iuuenta*, vt eleg. 3. infra:

Hac ego non mirer si flagret nostra iuuentus.

& Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Inque tuo caderet nostra senecta sinu.

E T *vita & morti gloria iusta meæ.*] vel decus ingens mihi & viuo & mortuo. vt sit *iusta*, magna, ingens. sic Horat. sat. 7. lib. 1.

Iusta Chiragra Contudit articulos.

Liuius lib. 6. *Iusta cæde conficere hostem.* vel quo patrono iure glorabor & viuus & mortuus. *Mea vita*, ego viuus, vt dictum eleg. 2. lib. 1. ad illud:

Hic tu semper eris nostra gratissima vita:

& *mors mea*, ego mortuus, vt eleg. 13. infra:

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

S I *te forte meo ducet via proxima busto.*] si forte viam eam sequeris, quæ vicina erit tumulo meo. ἡ ἄνω κῶς ducet via. Virg. ecl. 9.

Quo te Mæri pedes? an quo via ducit in vrbem.

Iuxta viam autem sepulcra, vnde viatores alloquuntur sæpe epitaphia. Varro in *Monumentum*. & Iuuenalis sat. 5. vide eleg. 16. lib. 3, in fine.

E S S E D A *Britanna.*] de his vehiculis, & de essedariis Cæsar 4. de bello Gallico. Cic. ep. 7. & 10. lib. 7. ad fam. & ep. 1. lib. 6. ad Attic. Virg. 3. Georg.

Belgica vel molli melius feret esseda collo. vbi Seruius: *Gallicana vehicula: nam Belga ciuitas Galliæ, vbi eius vehiculi repertus vsus.* nugæ. Belgiea enim pro Britannis dixit, vt Propert. el. 19. l. 1. cum dixisset, *Nunc etiã infectos demens imitare Britannos:* subiicit: *Turpis Romano Belgicus ore color.* & *Britãna*, pro Britãnica, vt *Parthæ trophæa*, *Romula tellus.*

C Œ L A T I S *iugis.*] cœlaturis ornari solita vehieula monet Plin. cap. 11. lib. 33. Pingebantur etiam: vnde eleg. 3. lib. 4.

Hiberniqne Geta, pictoque Britannia curru.

Iuga & in curru, vbi aurigæ sedebant, & in naui vbi remiges & vectores. Virg. 6. Æneid.

Ipse rotis saliens iuga deseris. idem lib. 12.

Dum trahitur, pendetque iugis.

Ouid. 2. Metam.

——— *Solitaque iugum grauitate carebat.*

id est, leuiorem Phaëthontem equi sentiebant, quam Solem patrem.

T A L I A Q V E *illacrymans muta iace verba fauillæ.*] sic effare einerem & Manes amici non responsuros. & *Illacrymans fauilla*, &c, *iace fauilla.* Cic. *Sacratis morti illacrymare soleo.* *Iace verba.* vt eleg. vlt. lib. 4.

Vt responsura singula verba iace.

& eleg. 8. infra:

In nostrum iacies verba superba caput.

& eleg. 10. lib. 4.

Et iacit ante fores verba minora Deo.

Ouid. 1. Fast.

Et iacit in medio talia verba choro. & 6. Fast.

Cantat, & ad nautas talia verba iacit. Ibidem:

Ad stellas aliquis talia verba iacit.

Muta fauillæ, sic Tibull. el. 7. lib. 1.

Et mea cum muto fata querar cinere.

& Catull. *Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.* ipse eleg. 13. infra:

Mutos reuocabis Cynthia manes.

H V I C *misero fatum dura puella fuit.*] id est, fati mortisque causa. vt el. 14. lib. 1.

Illa solet ducis mentibus esse dolor.

sic eleg. 13. lib. 3.

Sola Parin patria fatum componere.

id est, causam interitus. *Huic misero*, & amanti, vt initio lib. 1.

pulsus est. Sueton. in Augusto. cap.66. & Eusebius in Chronicis. Tertium Gallum Luperci fratrem ipse commemorat eleg.1. lib.4.

Gallus at in castris dum credita signa tuetur
Concidit ante Aquilæ signa cruenta suæ.

Plin. cap.53. lib.7. Cornelium quendam Gallum in Venere scribit obijsse.

PER *medios ereptum Cæsaris enses.*] Seruatum ex medijs armis Augusti. significat autem τὸ *ereptum*, non tam sua virtute, quam aliena ope. Virg.6. Æneid.

Illum ego per flammas & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi.

Ibid. *Nate Iliacis erepte periclis.* simile est 2. Æneid.

Descendo ac ducente Deo flammam inter, & hostes
Expedior. & Æneid.7.
Medias acies, mediosque per ignes Inuenere viam.

EFFVGERA *ignotas non potuisse manus.*] commiseratio ab euentu insperato. & *ignotæ manus*, latronum ignotorum, qui in montibus Etruscis vagabantur. *Effugere manus*, vt Cic. de Rep. *Si impias propinquorum manus effugeris.* sic *euadere manus.* Virg. 9. Æneid.

—— nostrasne euadere demens
Sperasti te posse manus? paulo aliter Idem 6. Æneid.
Ter frustra comprensa manus effugit imago.

ET *quicunque super dispersa inuenerit ossa.*] hæc vulgata lectio habet hanc sententiam: quicunque è commilitonibus superstes. τὸ *super* enim hoc significat. Virg. 3. Æneid.

O mihi sola mei super Astyanactis imago.

Valer. Flaccus. *Nec spes vlla super.* Stat. 11. Thebaid. *Quid enim misero super vnicus Aemon?* Alia lectio: *Vt quæcunque super*, refertur ad sororem Galli. Soror, inquit, sciat me hic iacere, vt quæcunque super montibus ossa dispersa inuenerit, mea intelligat esse, ac legat, sepeliatque.

MONTIBVS *Etruscis.*] Apennini iuga videtur significare: nam ijs munita Hetruria. vide Sallustium in Catilina sub finem, vbi ostendit eam regionem montosam esse, & per montes asperos iter quæsitum à Catilina in Galliam, sed prohibitum.

AD ELEGIAM XXII.

Ad Tullum de patria sua.

A TVLLO exorsus hunc librum in eodem desinit, vt ei dicatus videatur liber, quem vnicum scribere constituerat, ac ideo *monobiblos* in vet. lib. inscribitur. sic Horatius claudit librum 1. epist. quem singularem primum ediderat, vbi quis qualis sit, & quo natus patre, quaque ætate docet.

QVALIS *& vnde genus.*] quo sim patre, quaque patria. videtur *qualis* positum, pro quis, vt contra *qua* pro qualis in eo versu

Vltima talis erit qua mea prima fides. Plaut. Aulul. sc.4. Act.1. *Ego te & tu me qualis sis scio.* id est qui sis. sic Horat. *quale non perfectius.* pro quali. id est, quo. An *qualis genus*, pro quali genere, vt Virg. 8. Æn. *Quis genus, vnde domo.* Idem in Moreto: *Afra genus. vnde genus*, per anastrophen genus vnde. Virg.1. Æneid.

Genus vnde Latinum. & 8. Æneid.
—— Laurentes Nymphæ genus amnibus vnde est.

& genus ostendit commemorando propinquum Gallum.

QVI *sint mihi, Tulle, Penates.*] quæ domus, familia, lares patrij. de penatibus & laribus nihil hic dicam nisi quod cum penates alij publici sint, alij priuati, inde metaphoricῶs, modo penates pro patria sumuntur, vt 8. Æneid.

Hic tibi certa domus, certi ne absiste, penates.

modo, pro domo cuiusque. Idem ibidem:

Ingredere & nostris succede penatibus hospes.

QVÆRIS] scire cupis. delectatur hoc initio vt eleg.1. & 31. lib.2. & 12. lib.3.

PRO *nostra semperamicitia.*] vt perpetua nostra postulat amicitia. sic eleg. 20. sup.

Hoc pro continuo te, Galle monemus amore.

Semperamicitia iuncto verbo, vt eleg. 1. sup. *Semperamore.* & eleg.16. *Semperamantis.* & 13. *Semperamicus.* & 18. *Semperfuror.* & 20. sup. *Semper-cupidus.* Terent. Andria. Act. 1. sc. 2. *Heri semper-lenitas mirabar quorsum euaderet.* Lucret. lib. 1. *Semper-florentis Homeri.* Apuleius florida 3. *Semper-amorum.* Ouid. 4. Fast.

Sospes eas semperque parens: mihi filia rapta est.

Virg. ecl. 1. *Namque erit ille mihi semper-Deus.* sic Græcis ἀειλαλὸς, ἀειλαμπὴς, ἀείμνηστος, ἀείῤῥοος, ἀείφρουρος. & Dion ἀειπαρθένους ἱερείας, vocat Vestales perpetuo-virgines. Callimach. Hymno in Iouem. ἀειμέγας, ἀειπάρακλε. Et ibidem. Κρήνης ἀεὶ-ψάουσα. & Hymno in Apollon.

SI *Perusina tibi patriæ sunt nota sepulcra.*] Si nosti Perusiam, & meministi Perusinum bellum quo patria mea extincta est. De Perusino bello aduersus L. Antonium Triumuiri fratrem, & Perusia fame coacta ad deditionem & incensa. Appian. lib.5. bell. ciuil. Sueton. in Augusto. cap.14. & 15. Ipse el.1. lib.2.

Euersosque focos antiquæ gentis Hetruscæ.

Dio lib. 48. Vt autem hîc *sepulcra patriæ busta* vocat, sic eleg. 1. lib.2.

Nam quoties Mutinam aut ciuilia busta Philippos.

Catull.

Troia nefas commune sepulcrum Europæ Asiaque.

& eleg. 1. lib. 4.

Et maris & terra longa sepulcra canam. id est & clades. Si legimus *sepulta*, vt Scaliger ex coniectura & vt est in vet. lib. Memmij, ordo erit: Si nota tibi funera Perusina patriæ sepultæ duris temporibus Italiæ. *Sepulta patria*, vt Virg. 2. Æn. *Vrbem vino, somnoque sepultam.* Catull.

Tecum vna tota est nostra sepulta domus. Virg.
Reliquias Troia cineres, atque ossa perempta.

Si *sepulcræ funera* retinemus, *funera* erit, pro funerea & funesta vt apud Virg. 9. Æneid.

—— nec te tua funera mater
Produxi. sic *femina, turba.* eleg.31. lib.2.

ITALIÆ *duris funera temporibus.*] id est pestiferæ clades: nam regiones etiam & vrbes & resp. mori dicuntur, vnde & earum funera. Virg. 1. Æn. *—— quibus tot funera passis.*

Lucret. *Funera Troiæ*. Horat. *Sub lacrymosa Troiæ funera*. Ipse eleg. 6. lib. 2. A

Hic Troiana vides funera principijs.

Cic. pro domo sua. *Funere elatam remp.* & de Prouincijs Consul. *Casum illum meum, funus reip. fuisse.* Cic. 2. ad Att. *Noua quodam morbo ciuitas moritur.* & Euripid. in Troiad. πτῶμα πόλεως ξηρὸν. sic Seruius Sulpicius *Cadauera opidorum* dixit in quadam ad Ciceronem epistola. *Duris*, asperis, difficillimis, vt *ætatis tempora dura*. eleg. 7 supra. Ouid. eleg. 4. lib. 3. Trist.

O mihi care quidem semper, sed tempore duro
Cognite, res postquam procubuere meæ. B

CVM *Romana suos egit discordia ciues.*] Seditio siue ciuilis Enyo incitauit & impulit in mutuam perniciem. *Agere*, vexare, vt eleg. 13. sup.

Te tuus ardor aget. vide illic adnotata. Horatius de huiusmodi discordijs oda 7. epod.

Sic est, acerba fata Romanos agunt.

Virg. ecl. 1. ——— *en quo discordia ciues.*

SIT.] esse possit. *An sis* pro esse debeas? an pro *quæ*, væ?

MIHI *præcipuè*.] cum alijs multis, tum mihi maximè.

PVLVIS *Hetrusca dolor*.] Anecsio sermonis ad ipsam Hetruriam terram, de qua conqueritur. & miseratio ab allocutione rei mutæ, vt eleg. 18. sup. *Diuini fontes & frigida rupes.* puluis genere feminino, vt eleg. 14. lib. 2. *Qui nunc iacet, arida puluis.* Ennius apud Nonium in *puluis*. C

Iamque fere puluis ad cœlum vasta videtur.

Idem ibid. *Puluis fulua volat.* *puluis*, terra præsertim aridior. Horat. *Posuitque collum Puluere Teucro.* Virg. *Domitantque in puluere currus.* sic Græcis κονίαισιν. *dolor*, doloris causa. vt dictum eleg. 14. sup. vers. 18.

TV *proiecta mei perpessa es membra propinqui*.] Siuisti iacere dispersos & insepultos arctus Galli. *Tu perpessa es.* quid faceret? dicat aliquis. tegat mortuum sponte sua. vt eleg. 5. lib. 3.

Reddite corpus humo: posit aque in gurgite vita,
Paetum sponte tua, vilis arena, tegas. D

& *perpessa*, dictum vt illud eleg. 19. sup. *Et Tellus hoc ita iusta sinat.* An *perpessa es*, vt eleg. 8. sup. *Nec me defixum vacua patiaris arena.* pro, sis, in caussa. *Proiecta membra*, tanquam vilia & inuisa. Virg. *Proiecta vilior alga.* Cicero 1. de diuin. *Simonides ignotum quendam proiectum mortuum cum vidisset, inhumauit.* Ibid. *Is* (Alcibiades) *cum esset proiectus inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio.* Idem 1. Tusc. *Diogenes proijci se iussit inhumatum.* Propinqui autem sunt, qui propius quodam gradu cognationis se contingunt. E

TV *nullo miseri contegis ossa solo.*] ne exigua quidem humo, vel pulueris particula operis, vel, vt ait Cicero, operimento terræ obducis. *Miseri*, mortui acerba morte: mortuos enim modo felices, modo miseros vocant. Felices, quia huius vitæ malis liberati sint. vnde Horat. *Omnes composui felices.* Virg.

Tuque ô sanctissima coniux Felix morte tua. Miseros, quia vulgus putat miserum & acerbum esse & carere hac luce, & carere sensu. Vide Ciceronem 1. Tusc. Ipse eleg. 5. lib. 3.

Qui dum te sequitur primo miser excidit æuo. Ibid. *Occidit & misero steterat vigesimus annus.*

Contegis ossa solo, periphrasis inhumationis: nam humatus propriè humo tectus, vt dixi ad eleg. 6. sup. est autem ἐις τὸ πέδον, in *puluis solo*. vt eleg. 18. sup. *Et tua flendo Lumina deiectis turpia sint lacrymis.*

PROXIMA *supposito contingens Vmbria campo*.] Si *contingens*, pro, contigua, vt pettingens dicitur, nomen erit, & *proxima*, pro proximè, vt adnotatum ad eleg. superiorem vers. 4. Si *contingens* iungitur cum *proxima*, vt fit 4. casus numeri multitudinis, neutro genere, participium erit; eodem tamen sensu. Vmbria, inquit, proxima Perusiæ ruinis, quæ iacet in campo subiecto Ameriæ, vbi Meuania me genuit eleg. 1. lib. 4.

Qua nebulosa cauo rorat Meuania campo.

Cauus campus, hîc *suppositus*. Ibidem.

Scandentes si quis cernat de vallibus arces,
Ingenio muros æstimet ille meo.

VMBRIA *me genuit*.] Idem testatur el. 1. l. 4.

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris:
Vmbria Romani patria Callimachi.

Plin. cap. 14. lib. 3. Vmbriam locat in sexta regione Italiæ: & Vmbrorum gentem Italiæ antiquissimam existimatam ait; Vmbrosque dictos quasi ὀμβρίους, quia inundatione terrarum imbribus superfuissent. Strabo lib. 5. Vmbros sitos esse scribit in medio Sabinorum & Thuscorum. Patria autem parens est antiquior, vnde etiam gignere nos dicitur. Cic. 2. de leg. *Dulcis ea* (patria) *quæ genuit, non minus, quam illa quæ excepit.* Virg. *Mantua me genuit.*

TERRIS *fertilis vberibus*.] pingui, fœcundoque solo. Vmbria regio fertilis, vnde *homines Vmbri*, pingues. Catull.

Aut porcus Vmber: aut obesus Hetruscus.

Plaut. in Milite, vbi suam hanc patriam irridet. *Postea sum Ephesi natus, non sum natus in Vmbria.* id est, non sum senex mucosus ac sordidus. *Vberes terra*, pingues, fœcundæ. Seruius in 1. Æneid. *Vber*, inquit, *propriè est fœcunditas.* Virg. 7. Æn. *Diuitis vber agri.* pro fœcunditas. hinc dicta vbera mulierum à fœcunditate & copia lactis. & vbertim, affatim, copiosè.

Fertilis vberibus terris, vt Virg.

Quique frequens herbis, & fertilis vbere campus.

FINIS LIB. I.



PRÆLECTIONES SOLENNES PASSERATII, IN PROPERTII LIBRVM II.

AD ELEGIAM I.



VÆRITIS.] ſcire vultis. Sic Ouidius exorſus eſt 5. Faſt. ipſe eleg. vlt. lib. 1. Catull.

Quæris quot mihi baſiationes
Tuæ, Lesbia, ſint ſatis ſuperq;.

VNDE *mihi toties ſcribantur amores.*] à me canantur verſus amatorij. *Toties*, vt eleg. 3. infra.

Vix vnum potes infelix requieſcere menſem;
Et turpis de te iam liber alter erit.

Scribantur, vt eleg. 10. infra.

Bella canam, quando ſcripta puella mea eſt.

Donat. in prolog. Andriæ. *Scribit propriè, qui verba adhibet tantum: facit, qui etiam argumentum componit. Ita ſcribit Terentius; facit Menander.* Ideo hîc ſubijcit, *facit ingenium*, quia argumentum præbet.

VNDE *meus veniat mollis in ora liber?*] legatur & canatur ab omnibus. Ipſe eleg. 1. lib. 3.

Maius ab exequijs nomen in ora venit.

& el. 8. lib. eiuſd. *Et venies tu quoque in ora virûm.* Horat. ep. 3. lib. 1.

Quid Tityus Romana breui venturus in ora?

Idem eſt Virg. & Ennio. *Virûm volitare per ora.* Catull. *Anne & perueniat in ora vulgi.* Vet. lib. Scaligeri: *In ore.* & ipſe exponit, *veniat in ore.* id eſt, ſit. ſed illud, *ora*, malo. *Mollis liber*, tener, laſciuus, infractis numeris. Ouid. eleg. 1. lib. 2. Triſt. *Nec tamen eſt facinus verſus euoluere molles.* Ibid. *Sit ego delicias & mollia carmina feci.* Cic. 1. de diuin. *O poema tenerum, moratum, atque molle.* Ipſe eleg. 7. lib. 1. *Mollem componere verſum.* & el. 34. infra Epicus poëta *durus* dicitur verſ. 44.

NON *hæc Calliope, non hæc mihi cantat Apollo.*] παλιλλογία. vt Ouid. eleg. 1. lib. 5. Triſt.

Non hæc ingenio, non hæc componimus arte.
Materia eſt proprijs ingenioſa malis.

καλλίῳ, venuſto. vnde Calliope dicta, vt ait Phurnutus, à ſuauitate vocis & ſermonis. eleg. 3. lib. 3. fingit Calliopen ſe hortari ad amores ſcribendos, vbi ſic elegiam claudit:

Talis Calliope, lymphiſque à fonte petitis
Ora Philetea noſtra rigauit aqua.

& el. 2. lib. eiuſd. *Et defeſſa choris Calliopea meis.* de Apolline eleg. 1. lib. 4.

Tum mihi pauca ſuo de carmine dictat Apollo.

A Tibull. lib. 4.

Ipſe mihi non ſi præſcribat carmina Phœbus.

vbi *præſcribat*, vt hîc *cantat*, id eſt, cantando præcipit, & præit canenti.

INGENIVM *nobis ipſa puella facit.*] Amica Cynthia ingenioſum me reddit, mihi varia ſuggerit argumenta ſcribendi. Mart. epigr. 4. lib. 12.

Tu facis ingenium, tu, ſi quid poſſe videmur.

& epigr. 72. lib. 8.

Ingenium Galli pulcra Lycoris erat.

B Ouid. in epiſt. Acontij.

Non ego natura, nec ſum tam callidus vſu.
Sollertem tu me ſola puella facis.
Te mihi compoſitis (ſi quid tamen egimus arte)
Aſtrinxit verbis ingenioſus amor.

& eleg. 17. lib. 2. Amor.

Ingenio cauſſas tu dabis vna meo.

& eleg. 11. lib. 3. Amor.

Ingenium mouit ſola Corinna meum.

Ipſe eleg. 30. infra.

Nam ſine te noſtrum non valet ingenium.

C & eleg. 10. infra. de ſuis carminibus:

Sed modo Permeſſi flumine lauit Amor.

Agatho in Sympoſio Platonis, in fine. ποιητὴς ὁ θεὸς σοφὸς, ὥστε καὶ ἄλλον ποιῆσαι. πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, οὗ ἂν ἔρως ἅψηται. Id eſt, hic Deus ita poëta ſapiens eſt, vt & alium (poëtam) efficere poſſit. quilibet enim, licet ante rudis, & muſarum expers, poëta fit, vbi primum eum Amor afflauerit.

SIVE *togis illam fulgentem incedere Cois.*] Sic Tibull. eleg. 1. lib. 4.

Seu ſoluit crines, fuſis decet eſſe capillis:
Seu compſit, comptis eſt veneranda comis.

Ouid. 2. de arte amandi.

D *Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus,*
Siue erit in Cois, Coa decere puta.

Fulgentem incedere, cum fulgore purpuræ per vias ingredi. Ouid. eleg. 2. lib. 4. Triſt.

Hic qui Sidonio fulget ſublimis in oſtro. vide παλουργίς in vet. gloſſ. Inceſſus autem grauitatis eſt & oſtentationis. vt eleg. 13. lib. 3.

Matrona incedit cenſus induta Nepotum. adnotatum ad el. 2. lib. 1. verſ. 1. *Incedere togis*, vt Plautus: *Tunicis conſutis aduenio*, & toga meretricum: Mart. epig. 39. lib. 2. & Tibull. eleg. 10. lib. 4.

Sit tibi cura togæ potior, pressumque quasillo
Scortum, quam Serui filia Sulpicia.

& Porphyrio deprebensas in adulterio matronas scribit induere togam. at cootra Ouid. 4. Fast. *Rite Deam colitis matresque nurusque*
Et vos quîs vittæ longaque vestis abest.

& *Coæ vestes.* famosarum mulierum, vt notat Scaliger. Ipse eleg. 2. lib. 4.

Indue me Cois, fiam non dura puella.

& eleg. 5. lib. eiusd.

Qui versus, Coæ dederis nec munera vestis.

& ibidem. *Coæ textura Mineruæ.* Iuuenal. sat. 8.

—— Spartana chlamys, conchylia Coa.

vide adnotata ad vers. 2. eleg. 2. lib. 1.

Hoc *totum è Coa veste volumen erit.*] Totum librum implebo laudibus Coæ vestis. & est ἐπίφωνις & ἐπαναγὴ numerorum in *veste* quia præcessit, *togæ*.

Sev *vidi ad frontem sparsos errare capillos.*] passos circa frontem crines vagari. Ipse eleg. 23. infra.

Siue vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.

& eleg. 3. infra.

Nec de more comæ per leuia colla fluentes.

Apuleius lib. 5. Asini: *Antependulos crines* vocat. vbi dormientem pingit Cupidinem. Festus: *Antiæ muliebres capilli demissi in frontem.*

Gavdet *laudatis ire superba comis.*] gestit conspici & superbit ob comas meo carmine celebratas. Alludit ad pauonis naturam, qui laudatus superbit, & gemmantes alas explicat. vnde Ouid. in Fabula Polyphemi: *laudato pauone superbior.* & de medicamioe faciei:

Laudatas homini volucris Iunonia pennas
Explicat, & forma multa superbit auis.

eodem & alludit Ouid. in epist. Cydippes.

Hæc nobis formæ te laudatore superbæ
Contingit merces. Virg. 3. Georg. de equis generosis:

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.

Sive *lyræ carmen digitis percussit eburnis.*] laus Cyothiæ, vt eleg. 2. lib. 1.

Cum tibi præcipuè Phœbus sua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram.

& eleg. 3. infra:

Et quantum Aeolio cum tentat carmina plectro.
Par Aganippeæ ludere docta lyræ.

Lyra autem vel digitis, vel pectine pulsatur. digitis vt eleg. vlt. infra.

Tale facis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.

plectro vt eleg. 3. infra, *Tentat carmina plectro.* Virg. 6. Æneid.

Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.

vbi, *eadem pulsat*, valet eadem canit, vt hîc, *percussit carmen*, id est percussis fidibus cecinit. sic Ouid. eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Dum feris Aonia carmina culta lyra. Iuuenal. sat. 7. *Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui*
Communi feriat carmen triuiale moneta.

Calpurnius: *Seu cantare iuuat; seu ter pede læta ferire*
Carmina. & ad lyram carmina componuntur Fab. cap. 17. lib. 1. *Lyræ carmen,*

A carmen lyricum, vt eleg. 3. lib. 1.

Orpheæ carmine fessa lyra. & eleg. 6. lib. 4.

Aut testudineæ carmen inerme lyræ.

Miramvr *faciles vt premat arte manus.*] An contrahat inflectendo, vt sint quasi vncæ manus carpendis fidibus? sic apud Plinium, *premere pollicem*, in fauendo, & Virgil. *premere habenas*, contrahere lora. An *premat faciles.* id est, leuiter tangat, & iocumbat digitis? vt eleg. 10. lib. 3. *Et vuidas presso pollice finge comas.*

Palmerius in vet. Cod. ait legi *Tremat*, quia tremula manus fidicinæ. *Tremat* cum 4. casu
B vt Virg. 3. Georg.

Stare loco nescit, micat auribus & tremit artus.

Faciles manus, habiles. Ouidius el. 4. lib. 2. Am.

Hæc querulas habili percurrit pollice cordas.

vulgo *souppIes.* Apuleius lib. 8. Asini: *Ipsam bestiam facili manu transadijt, qua faciebat quæ vellet.* Virg. 8. Æn. *Miratur, facilesq; oculos fert omnia circũ.* id est, *mobiles*, inquit Seruius.

Sev *cum poscentes somnus declinat ocellos.*] permutatio significationis. nam annuere, innuere, & conniuere pro poscere, & poscere pro conniuere & innuere. Apuleij lib. 10. Asin. *Cilijs alterna conniuens bibere flagitarem.* & in florida 3. Caluus apud Priscianum lib. 9.

C *Cum grauis iugenti conniuere pupula somno.*

Ipse el. 10. l. 3. *Surge & poscentes iusta precare Deos.* Scaliger ex vet. lib. *somnum* legit, vt sit *poscentes somnum. somnus declinat ocellos.* inflectit ad quietem, claudit paulatim. dictum vt el. 10. lib. 1.

Quamuis labentes premeret mihi somnus ocellos.

& eleg. 7. lib. 4.

At mihi non oculos quisquam inclinauit eunteo.

Virg. 4. Æn. *Nec dulci declinat lumina somno.* Stat. 8. Thebaid.

Sponsæ munus miserabile tradunt Declinare genas.

id est, claudere oculos morientis.

Invenio *causas mille poeta nouas.*] plurima se mihi offerunt argumenta scribendi. *Inuenio poeta.* Poëtarum enim etiam, magis quam Rhetorum, est inuenire. vnde Plautus Asinaria
D *Tu poeta es ad eam rem vnicus.* id est εὑρετὴς fingendis dolis.

Sev *nuda mecum luctatur.*] certat in Veneris palestra, *vbi damnis desudascitur*, inquit Plautus Bacchid. sc. 1. Act. 1. sic in eleg. 15. infra:

Nam modo nudatis mecum est luctata papillis.

Apuleius l. 9. dixit *Venereis colluctationibus operari.*

Erepto *amictu.*] veste, tunica. Ouid.

Diripui tunicã nec multum rara nocebat. Amictus, inquit Varro 4. de li[illegible]. Lat. *à circumijciendo.* vnde ipse eleg. 29. lib. 2.

Atque ita me insecto duxerunt rursus amictu.

E Tvnc *vero longas condimus Iliadas.*] tum maxime scribimus & cõponimus opus longum, & 24. voluminum. Prouerbium est apud Pollucem μακρότερα τῆς Ἰλιάδος λαλῶν. prolixiora Iliade loquens. Citat Erasmus in prouerbio: *Prolixius Iliade*, sed huius loci non meminit.

Sev *quicquid fecit, siue est quodcunque locuta.*] si quid fecit, vel dixit. *Quidquid*, est quid, aliquid. Cicero pro Cæcina: *Spectãdum omnibus non quidquid verbis actum sit.* & *quodcunque*, pro quidquid, el. 18. l. 1. *Et quodcunq; meæ possunt narrare querelæ.*

Cic.3. de leg. *Et quodcunque senatus iusserit agunto.* Similis est autem locus Tibulli lib.4. elegia de Sulpicia.

MAXIMA *de nihilo nascitur historia.*] ex re aut verbo minimo. nam de nihilo nihil nasci aiunt Physici. eleg.3. infra.

Non sum de nihilo blandus amator ego.

& eleg. 17. infra.

Nec sic de nihilo fulminis ira cadit. Nasci historiam ait, vt eleg.vlt. infra:

Nescio quid maius nascitur Iliade. historia quævis narratio etiam fabulosa. Ouid. in Ibin:

Vtque ille, historiæ inuoluam carmina cæcis.

id est, Fabulis. Apuleius lib.7. Asini aurei: *Sic apud historiam de rege Thracio legeram, qui miseros suos hospites feris equis suis lacerandos deuorandosque porrigebat.* vide adnotata ad vers. 14. eleg. 15. lib.1.

QVOD *mihi si tantum, Mecænas fata dedissent.*] tmesis. quod si tantum ingenij mihi tribuisset Apollo & Parcæ. sic eleg.15. infra.

Quod mihi si secum tales componere noctes
Illa velit. & eleg.16. infra.

Quod mihi si ponenda tuo sit corpore vita.

vide adnotata de fato ad eleg. 7. lib.1. vers.4.

VT *possem heroas ducere in arma manus.*] copias Heroum ad bellum deducere versibus meis. *manus*, pro copijs, vt dictum ad eleg. 20. lib. 1. vers.21. Herous,a,um, vt el.3.l.3. *Carmen Heroum.* Ducere in arma Heroas dicuntur poëtæ *μεταφορικῶς*. Vnde Ouid. eleg.1. lib. 2. Trist.

Et tamen ille tuæ felix Aeneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.

Ibid. *Is quoque Phasiacas Argon qui duxit in vndas.* & eleg.18. lib.2. Amor.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem:
Primaque iuratis induis arma viris.

Ipse eleg.vlt. infra:

Qui nunc Aenea Troiani suscitat arma.

Stat. initio Achilleidos.

—— nec in Hectore tracto
Sistere, sed tota iuuenem deducere Troia.

sic dicitur Antimachus Thebaidos scriptor quartum & vigesimum volumen impleuisse, antequam duces Thebas perduxisset. & Diomed. lib.3. *Togatas tabernarias in scenam ductauerunt præcipuè duo Afranius & Titinnius.*

NON *ego Titanas canerem.*] Non scriberem Titanum cum Dijs bellum. Hesiodus in Theogonia & Apollod. lib.1. Cœli & Terræ primos liberos fuisse scribit, Briareum, Gyan & Cœum *ἑκατόγχειρας*, quos pater in tartarum deiecit: deinde procreasse Oceanum, Cœum, Hyperionem, & Iapetum cognomento Titanas, ac nouissimè Saturnum. Hos Tellus mater in Cœlum patrem incitauit, cui regno pulso Saturnum suffecerunt. Is tamen eos compeditos in Tartarum detrusit. Diodor. lib. 6. Lactant. lib.1. Instit. Diuin. Virg.6. Æneid. Erasm. in prouerbijs: *Titanicus aspectus, Titanibus & Crono antiquiores?* & *Titanas imploras.*

NON *ossam Olympo impositum, vt Cæli Pelion esset iter.*] Homer Iliad. λ.

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

A Apollod. lib. 1. Καὶ τὴν μὲν Ὄσσαν ἐπὶ τὸν Ὄλυμπον ἔθεσαν· ἐπὶ δὲ τὴν Ὄσσαν θέντες τὸ Πήλιον διὰ τῶν ὀρῶν τούτων ἠπείλουν εἰς οὐρανὸν ἀναβήσεσθαι. Ouid.5. Fast. *Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,*
Et magnum bello sollicitare Iouem.

& eleg.1. lib.3. Am.

Cum mole se Tellus vlta est, ingestaque Olympo
Ardua deuexum Pelion Ossa tulit. & 1. Fast.
Sic petitur Cælum non vt ferat Ossan Olympus,
Summaque Peliacus sidera tangat apex.

NON *veteres Thebas.*] Non cancrem bellum Thebanum. *veteres*, aut re vera antiquas, &

B à Cadmo olim conditas in Bœotia, vt dictum eleg.7. lib.1. sic Lucretius bello Thebano nullum antiquius literis mandatum ait. aut *veteres*, nobiles. dixi ad eleg.6. lib. 1. vers.14. An de Ægyptijs Thebis? Ouid.

Atque vetus Thebæ centum iacet obruta portis.

sed Bœotias intelligit, quia coniungit, *Pergama*.

NEC *Pergama nomen Homeri.*] nec bellum Troianum canerem, vnde Homero fama ingenij quæsita est. *Pergama nomen Homeri*, appositio, vt el. 9. lib. 1. *Nedum tu possis spiritus esse leuis.* *Pergama*, inquit Seruius ad illud 1. Æneid.

C *Troia sub mœnibus altis*, significat, quæ altissima fuerunt; vnde, vt ait Æschylus, alta omnia ædificia Pergama dicuntur. Idem Seruius alibi Pergama arcem ipsam interpretatur, & in lib.2. *Pergama arces Troianæ vnde κατ' ἐξοχὴν omnes arces Pergama.* & nomen pro fama & nominis celebritate, vt eleg.4. lib.1. vers.8. adnotatum.

XERXIS *& imperio bina coisse vada.*] Regis Persarum nutu iuncta ponte duo litora Hellesponti. Legendus Herodotus in Polymnia & Vrania. Plutarchus & Æmylius Probus in Themistocle, & Iustinus lib. 2. Lucret. lib.2.

D *Ille quoque ipse viam qui quondam per mare magnum*
Strauit, iterque dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus salsas docuit superare lacunas,
Ossa dedit terra. Lucan. lib.2.
Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem
Construxisse vias, multum cum pontibus ausus
Europamque Asiæ Sestonque admouit Abydo.

In Asia enim Abydos, in Europa Sestos. Inter vtrumque oppidum spatium septem stadiorum, quod ponte coniunxit. *Bina*, pro duo etiam dispaia. Virg. ecl.5.

Pocula bina nouo spumantia lacte. Plautus in Milite: *Cui bini custodes semper totis horis accubant.* *Bina* autem *vada*, duo sunt litora, Asiaticum

E & Europæum, *μετωνυμικῶς*, vt contra Virg. *Litus ara*, pro aquis litori vicinis. sic ipse el.3. lib.1. *Concidit Apidano*, pro ripa Apidani. Coisse vt hîc infra; *In mea membra coisse ferunt.* & Stat.1. Achilleid. *Feruent coëuntia Phryxi Litora.*

REGNAQVE *prima Remi.*] Originem vrbis Romæ videtur Remum pro fratre posuisse, vt alibi: *Potaque Pollucis lympha salubris equo.* pro Castoris. & eleg.6. lib. 4.

Reddat Signa Remi, mox dabit ipse sua. & el. 1. lib.4. *Quo gradibus domus ista Remi se sustulit.*

Statius in genethliaco Lucani:

Dices culminibus Remi vagantes
Infandos Domini nocentis ignes.

Sed vterque regnauit initio, vnde el.9. lib.3.

Eductosque pares siluestri ex vbere reges.
Virg. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.*

AVT *animos Carthaginis alta.*] ingentes spiritus Carthaginensium, id est bella Punica, vt Silius Italicus, non canerem. *Alta Carthago*, vt Virgil.

Tu nunc Carthaginis alta Fundamenta locas.

Horatius:

Carthago probrosis altior Italia ruinis. Idem:
Non vt superbas inuida Carthaginis
Romanus arces vreret. Ennius:
His pernas succidit iniqua superbia Pœni.

CIMBRORVMQVE *minas.*] vide Plutarch. in Mario Iuuenal. sat. 8. Strabonem lib. 7. Ita vocantur Latrones Germanorum lingua inquit Plutarchus, & Græcis, Cimmerij.

ET *benefacta Mari.*] res à C. Mario præclarè gestas, & *egregia in remp. merita* Marius ipse vocat apud Sallustium. Horat. *Neque*

Si chartæ sileant, quam bene feceris
Mercedem tuleris. Ouid. in ep. Deianiræ vocat *merita*: *Implesti meritis Solis vtramque domum.*

Cicero pro C. Rabirio: *C. Marius Pater Patriæ.* & pro Sextio: *Ad salutem imperij Romani natus.* dictus & *tertius Romæ conditor.*

BELLAQVE *resque tui memorarem Cæsaris.*] sic & Horat. *Tuque pedestribus*

Dices historijs prœlia Cæsaris,
Mecœnas, melius.

ET *tu.*] seruit apostrophe, vt adnotatur ad eleg. 1. lib. 3. vers. 31.

CÆSARE *sub magno cura secunda fores.*] proxima mihi cura esset res tuas canendi. ἡ *sub* notat alienum imperium. Virg. 7. Æneid.

Aureaque vt perhibent illo sub rege fuerunt
Sæcula. & 3. Æneid.
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.

Ouid. *Sub Ioue mundus erat.* *Magnus* epitheton summæ laudis. Horat.

Tibi cura magni Cæsaris fatis data.

ipse eleg. 7. infra: *At magnus Cæsar.* Catull. de Cæsare Patre: *Cæsaris visens monimenta magni. Immensus Cæsar*, Albinouanus ad Liuiam. *Cura secunda*, vt eleg. 7. lib. 3.

Cæsaris & famæ vestigia iuncta tenebis.

NAM *quoties Mutinam aut ciuilia busta Philippos.*] bellum Mutinense, de quo Ouid. 4. Fast.

Sit licet & fuerit, tamen hac Mutinensia Cæsar
Grandine militia contudit arma sua.

Et Cicero in Philippicis: & Sueton. in Augusto cap. 10. Ad Philippos vrbem Thessaliæ bis pugnatum semel à Cæsare & Pompeio. Iterum à Cæsare Iuniore & Antonio contra Brutum & Cassium. Plutarch. in Antonio & Bruto. Virg. 1. Georg.

Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi.

vide Dionem lib. 47. & Sueton. in Augusto cap. 13. *Busta ciuilia*, vt el. vlt. lib. 1.

Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulcra.

Seruius in fragmentis: *Crematio cadaueris bustum; locus vstrina dicitur; operis constructio sepulcrum.* Festus: *Bustum proprie dicitur locus in quo quis combustus est, & sepultus. & bustum quasi bene vstum.*

AVT *canerem Sicula classica bella fuga.*] classis A proprie nauis, vnde *classica bella*, naualia. sic *classicum certamen* Velleio. Siculum autem bellum aduersus Sex. Pompeium, de quo Sueton. in Augusto cap. 16. & Dio lib. 49. de hac fuga Sex. Pompeij, oda 9. Epodon:

Vt nuper actus cum freto Neptunius
Dux fugit vstis nauibus. Antea tamen rem Augustus male gesserat, vnde vulgati in eum versus apud Sueton. cap. 71.

Postquam bis classe victus naues perdidit:
Aliquando vt vincat, ludit assiduè aleam.

EVERSOSQVE *focos antiquæ gentis Hetruscæ.*] excisam & æquatam solo Perusiam. *Foci*, Pe-
B nates, ædes & vrbs. Virg. 11.

—— versosque Penates Idomenei.

Quia in focis Penates coluntur, eleg. 2. lib. 4.

Volsinios deseruisse focos. de bello Perusino, ad illud eleg. vlt. lib. 1.

Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulcra.

vide adnotata: *Antiqua gens* Hetrusca, quia orta Sardibus ex Lydia: Festus in, *Sardi venales.*

ET *Ptolomææ litora capta Phari.*] bellum Alexandrinum, de quo Sueton. in Aug. cap. 17. Dio lib. 51. Plut. in Antonio. *Phari Ptolemææ.* Ptolemæi reges Ægyptij dicti, quorum pri-
C mus fuit Ptolemæus Lagi filius, & vltimus Cleopatræ frater, vnde epitheton Ptolemææus. *Phari* autem descriptio est apud Cæsarem 3. de de bello ciuili. ea insula à Cæsare ponte coniuncta est Alexandriæ. vide auctorem de bello Alexandrino. Lucanus:

—— Pharos insula quondam
In medio stetit illa mari.

AVT *canerem Aegyptum.*] victam scilicet & redactam in formam prouinciæ.

ET *Nilum cum tractus in vrbem Debilis ibat.*] coactus venire vna cum captiuis in triumphũ, fractus fluebat. vt oppidorum & regionum,
D sic & fluminum simulacra portabantur in triumphum, fingebanturque vt fracti & victi lentius fluere. Ouid. 1. de arte amandi:

Hic (in triumpho) *erit Euphrates præcinctus arundine frontem*
Cui coma dependet cærula, Tigris erit.

Virg. 8. Æneid.

Euphrates ibit iam mollior vndis. Ibid.
Contra autem magno mœrentem corpore Nilum.

Horat. oda 4. lib. 2.

Medumque flumen gentibus additum
Victis minores voluere vortices.

Petron. Arbiter de Pompeio:

E *—— Quem fracto gurgite Pontus,*
Et veneratus erat summissa Bosphorus vnda.

Ipse vlt. eleg. 1. *—— Acheloi*
Fluxerit, vt magno fractus amore liquor.
& eleg. 3. lib. 3. *—— Rhenus*
Saucia mœrenti corpora vectet aqua.

In fragmentis arcus marmorei Romæ Druso exstructi Petrarcha ait se legisse hos versus:

—— ad diuortia
Rheni Peruent, hostiles depopulatus agros.
Dum tibi Roma decus, æternaque sudo trophæa
Ister pacatis lenior ibit aquis.

SEPTEM *aquis.*] septem ostia Nili intelligit de quibus eleg. 21. lib. 3. vers. 8.

Et quæ septenas temperat vnda vias.
vnde Græcis ἑπτάπορος Ouid. 15. Met.
Perque papyriferi septemflua flumina Nili
Victrices egisse rates. Catull.
Siue quæ septemgeminus colorat
Aequora Nilus. Virg. 6. Æneid.
Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.

Plin. cap. 10. lib. 5. vndecim Nili ostia facit, quorum septem celeberrima, eaque enumerat. vide & Strabon. lib. 17. & Ouid. eleg. 13. lib. 2. & el. 5. lib. 3. Amor. sic *Septemplex Ister.* Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

CAPTIVIS.] res mutæ etiam captiuæ dicuntur. Virg. 2. Æneid.
Crateresque auro solidi, captiuaque vestis.
& lib. 3. *Captiua pendent currus.* Ouid. 3. Fast.
Cinnama tu primus, captiuaque tura dedisti.

AVT *Regum auratis circundata colla catenis.*] eorum scilicet qui Antonio, Bruto, Sex. Pompeio & aliis hostibus Augusti fauerant. Sic Horat. *Ductaque per vias Regum colla minantium.* Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trist.
Vinclaque captiua reges ceruice ferentes.
& lib. 1. de arte amandi:
Ibunt ante duces onerati colla catenis.
ipse eleg. 10. lib. 3.
India quin Auguste tuo dat colla triumpho.
vnde *Collare* Lucillio & Plauto. Auratis catenis vincti reges ad discrimen ceterorum, qui vincti catenis ferreis. Sic Crœsum Cyrus apud Herodotum in aureis compedibus habuit. Auson. in ludo septem sapientum. *Vinclumq. pedicis aureis secum trahit.* Apud Appian. in Mithridatica: Mithridates ipse filium, à quo structæ sibi insidiæ vinxit catenis aureis. & ita apud Valer. Max. cap. 2. l. 6. *Duorum Regum Siphacis & Persæ ante triumphales currus catenatæ ceruices.*

ACTIA *rostra.*] rostra nauium captarum in pugna ad Actium Epiri promontorium, de qua ipse eleg. 6. lib. 4. Virg. 8. Æneid. Strabo lib. 7. & 10. Plutarch. in Antonio. Naualis victoriæ insignia rostra nauium hostilium: vel templis fixa, vnde Rostra Romæ; vel domibus triumphalibus, Cicero 5. Philipp. & Virg. 7. Æneid. Horat. hac de re:
Hostiliumque nauium portu latent
Puppes sinistrorsum sitæ. Idem de nauibus in triumpho ep. 1. lib 2.

CVRRERE.] rostra dicuntur currere, quia curribus imposita celeriter veherentur.

SACRA-VIA.] vna dictio Charis. lib. 1. *Sacra via Romæ quæ sacra feruntur in arcem quotquot mensibus,* inquit Varro 4. de ling. Lat. vnde dicti sacrauienses. Ouid. eleg. 1. lib. 3. Trist.
Hæc est à sacris quæ via nomen habet.
Festus ait quibusdam ita dictam videri, quia in ea fœdus sit ictum inter Romulum & Tatium. Per eam vehebantur triumphales in Capitolium, vt docet Porphyrio ad hunc locum Horat. oda 2. lib. 4.
Quandoque trahet feroces
Per sacrum cliuum merita decorus
Fronde Sycambros. & oda 7. Epod.
Intactus aut Britannus vt descenderet
Sacra catenatus via. Tres autem ternis die-

A bus Augusti triumphi. Primus de Dalmatis & Pannoniis: alter de Actiaca pugna: postremus de subacta Ægypto. Dio lib. 51. Sueton. in Aug. cap. 22. Virg. 8. Æneid.
Et Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia.

MEA *musa*] ego vates. Cicero: *Musa Varronis silent.* sic eleg. 10. infra:
Necdum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes.
& eleg. 5. infra:
Nec mea præclusas fregerit ira fores.

TE *illis semper contexeret armis.*] aptè coniun-
B geret te illis bellis. Cicero pro Cælio: *Longius mihi hoc carmen liceret contexere.* & ep. 12. lib. 5. ad fam. Ordiri & contexere de historia Lucceij cui res suas admisceri cupit.

ET *sumpta & posita pace.*] vtroque tempore pacis & belli. Quia sumi bellum dicitur, etiam sumi pacem & poni dixit. Sic P. Syrus: *Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.* Ouid. el. 1. lib. 5. Trist. —— *quis te mala sumere cogit?*
Aut quis deceptum ponere sumpta vetat?
Liuius: *Vtrumlibet sumite* (bellum vel pacem) & Cicero 3. offic. *Sumere otium.* & in Vatinium: *Sumere inimicitias.*

C FIDALE *caput.*] ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον, vt el. 17. l. 3.
Atque hoc sollicitum vince sopore caput.
& eleg. vlt. lib. 4.
Nec te dulce caput, mater Scribonia læsi.
Horat. oda 24. lib. 1.
Quis desiderio sit pudor, aut modus
Tam cari capitis. Plautus & Terentius: *Lepidum caput,* & *Periurum caput.* Fidem tamen & taciturnitatem in Mœcenate desiderauit Augustus, quod is de comperta Murenæ coniuratione arcanum vxori Terentiæ prodidisset. Sueton. in August. cap. 66.

THASAVS *infernis.*] scilicet locis, pro apud
D inferos. Sic eleg. 28. infra:
Sunt apud infernos tot millia formosarum,
Pulcra sit in superis scilicet vna locis.
Infernis, vel quia ad inferos amici causa Theseus descendere non recusauit, vel quia ad inferos rediit vbi *Sedet æternumque sedebit.* Virg. 6. Æn.

SVPERIS *testatur Achilles.*] apud superos testem eiusmodi fidei Patroclum Achilles laudat, Te Patrocle testor fideles apud superos esse. Ecce enim præter nos Augustus & Mœcenas. Atqui Homerus lib. 11. Odyss. apud inferos Achillem ponit, vbi se malle ait apud superos bubulco seruire, quam apud inferos re-
E gnare. Sed Phædrus in symposio Platonis, Deos ait Achillem εἰς μακάρων νήσους transtulisse, quod iuuenis mori maluerit vltus amicum, quam diu in florenti fortuna viuere. An testatur, alloquitur? Lucan. lib. 3.
—— *prohibensque rapina*
Victorem clara testatur voce tribunus.

HIC *Ixioniden, ille Menœtiaden.*] contra Grammaticos canonas, vt el. 14. lib. 3.
Qualis & Eurotæ Pollux & Castor arenis,
Hic victor pugnis, ille futurus equis.
Ouid. 1. Metam.
Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo
Vidit & hic prædam pedibus petit, ille salutem.

Ixionides, Pirithous. Ouid.

Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus.

Apollod. lib. 1. & Higin. fab. 257. sed idem in fab. 155. Pirithoum Iouis filiũ facit ex Dia Oenei filia. *Menœtiades*, Patroclus Menœnj filius, qui frater Pelei fuit. Apollodor. lib. 3. Πάτροκλος Μενοιτίου. Ouid. ep. 1.

Siue Menœtiaden falsis cecidisse sub armis. & ep. 3.

Ipse Menœtiades, tunc, cum, tradebar, in aurem,
Quid fles?

Sed *neque Phlegræos Iouis, Enceladique tumultus.*] ad illud eleg. 20. lib. 1.

Siue Gigantea spatiabere littoris ora.

diximus Phlegræum campum fuisse iuxta Cumas, vbi fabulantur victos Gigantes à Dijs. est & alter in Thessalia, vt scribit Solinus, de quo Apollodor. lib. 1. & ipse eleg. 11. lib. 3.

Issent Phlegræo melius tibi funera campo.

Euripid. in Hercule furente φλεγραῖον πεδίον nominat. De Encelado. Virg. 3. & 4. Æneid. & Horat. oda 4. lib. 3. Victum scribit Apollodorus à Minerua, cum ei fugienti Siciliam insulam obiecisset. Euripides enim io Ioue vocat γοργωπὸν πάλλοντ᾽ ἴτυν. id est, Terribilem vibrantem clypeum. & Ouid. eleg. 11. lib. 3. Amor.

Fecimus Enceladum iaculantem mille lacertis.

Intonet *Callimachus.*] magna, forti, horrendaque voce ac strepitu canat. Virg. 6. Æn.

Exsurgitq. facem attollens, atque intonat ore.

Seneca cap. 11. de Consol. ad Polyb. *Quo spiritu ingentibus intonueris rebus.* ipse eleg. 1. lib. 4.

Et vetat insano verba tonare foro.

& eleg. 17. lib. 3.

Qualis Pindarico spiritus ore tonat.

Cicero pro Murena: *Hesterna concione intonuit vox perniciosa Tribuni-plebis.* Ouid. eleg. 7. lib. 1. Amor.

Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ?
Nec nimium rigidas intonuisse minas.

Aristophanes apud Plin. lib. 1. epist. Ἤστραπτ᾽, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Fulgurauit, tonuit, permiscuit Græciam. Stat. 2. Sylu. in Genethliaco Lucani: *Et Pharsalica bella detonaris.* Simili translatione Cicero dixit: *Imitari verborum fulmina.*

Angvsto *pectore.*] quibus angustius pectus est, his vox & spiritus exilior. Ipse el. 7. lib. 4. *Heu mihi quam nostro paruus in ore sonus!*

Sed tamen exiguo quodcunque è pectore riui
Fluxerit, hoc patriæ seruiet omne meæ.

hinc Ouid. eleg. 1. lib. 1. Trist.

Aspicies quantum dederis mihi pectoris ipse:
Quod fauore animi teque tuosque canam.

De Callimacho ipse eleg. vlt. huius libri:

Et non inflati somnia Callimachi.

& Ouid. 1. de Rem. Am.

Callimachi numeris non est dicendus Achilles.

Se autem cum Callimacho hic comparat. vnde eleg. 1. lib. 4.

Vmbria Romani patria Callimachi.

Nec *mea præcordia.*] pectus, ingenium, meus animus, vt eleg. 4. infra:

Alter sæpe vno mutat præcordia verbo.

Πρoκάρδια, inquit Charis. l. 1. dicta Plinio quod cordi prætenduntur. Græci φρένας vocant.

A Convenivnt *condere nomen.*] pro, conueniunt condendo nomini, &c. *Conueniunt* dixit, vt eleg. 9. lib. 3.

Non sunt apta meæ grandia vela rati.

& eleg. 3. lib. eiusdem:

Non est ingenij cimba grauanda tui.

Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.

Cæsaris *in Phrygios condere nomen auos.*] pro reponere & recondere & referre in numerum Heroum, Assaraci, Æneæ, Iuli, vnde gens Iulia. Festus: *Condere, dare in interiorem locum ad custodiam faciliorem; & scribere.* Vtrumque huic loco conueoit: quia scriptor mandat po-

B steritati, & tradit seruandam gloriam. Horat. *Notis condita fastis. Condere in auos* dictum, vt Cic. 1. de nat. Deor. *Homines morte deletos reponere in Deos.* & Ouid. 4. Fast.

In Phrygios Roma refertur auos. sic Plautus in Amphit. *Postquam in cunas conditus est.* Liuius: *Condi in carcerem, & condi in vincula.* Virg. *Conditus in nubem. Nomen Cæsaris*, an famam, vt supra: *Pergama nomen Homeri*, & eleg. 7. lib. 3.

Cæsaris & fama vestigia iuncta tenebis.

Virg. 3. Georg.

Cæsaris & nomen fama tot ferre per vrbes,
Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

C *Auos*, vt eleg. 6. lib. 4.

Auguste Hectoreis cognite maior auis.

& Ouid. 4. Fast.

Venimus ad felix aliquando nomen Iuli,
Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.

& ibidem:

Assaracique nurus dicta est, vt scilicet olim
Magnus Iuleos Cæsar haberet auos.

& 5. Fast. *Et tot Iulea nobilitatis auos.*

Dvro *versu.*] durus versus opponitur molli, & tenero & tenui, vt eleg. 7. lib. 1. dictum. ipse eleg. vlt. huius libri de Epico Poëta:

D *Incipe iam angusto versus includere torno,*
Inque tuos ignes, dure Poeta, veni.

sic & *dura corona* epicorum eleg. 1. lib. 3.

Navita *de ventis*, &c.] de re quisque sua loquitur, παροιμιακῶς. *Ventis*, tempestatibus, vt eleg. 11. lib. 3.

Venturam melius præsagit nauita noctem.

De *tauris narrat arator.*] Donatus fallitur qui narrare nos ait aliena, & non necessaria. Narrare de, vt Cic. ep. 8. lib. 16. ad Attic. *Male narras de Nepotis filio.* & ep. 15. lib. 3. ad Attic. *Narrasse tibi cum ait de mea solicitudine.* Ouid. eleg. 13.

E lib. 1. Amor.

Tithono vellem de te narrare liceret.

ipse eleg. 2. lib. 4.

De se narranti tu modo crede Deo.

Envmerat *miles vulnera.*] recenset quot vulnera aduersa acceperit. vide militem gloriosum Plauti. Augustus militi vulnera aduersa ostentanti; *Ne fugiens respexeris.* Tibull. eleg. vlt. libr. 1.

Vt mihi potanti possit sua dicere facta
Miles, & in mensa pingere castra mero.

Pastor *oues.*] deest, enumerat. Virg. ecl. 3.

Bisque die numerant ambo pecus, alter & hœdos.

& ecl. 6. *Cogere donec oues stabulis, numerũq. referre Iussit.* Ouid. *Pauperis est numerare pecus.*

CONTRA.] non ex aduerſo, ſed etiam, pariter, viciſſim. Plaut. Pſeud. ſc. 1. act. 2. *Illa illum contra* (amat.) Sæpe apud Terentium Donat. exponit, *contra, viciſſim.*

NOS *verſamus prælia.*] verſare prœlia, miſcere; & prœliari ſe huc & illuc vertendo. aut verſare, exercere, vt eleg. 14. lib. 1.

Et miſerum toto iuuenem verſare cubili.

De prœliis & militia Veneris diximus ad eleg. 3. lib. 1. verſ. 16.

ANGVSTO *lecto.*] dictum ad eleg. 8, lib. 1. verſ. 33.

QVA *pote quiſque in ea conterat arte diem.*] prouerbium apud Cic. ep. 10. lib 5. ad Attic. & 1. Tuſcul. *Quam quiſque nouit artem in hac ſe exerceat,* ex Ariſtophanis Veſpis: ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. Horat. ep. ad Villicum:

Quam ſcit vterque libens cenſebo exerceat artem.

Pote, pro poteſt. Catull.

Hoc facies ſiue id non pote, ſiue pote.

Lucret. lib. 3. *Nec deuitari letum pote quin obeamus.* Ennius 15. Annali.

——ſed nec pote quiſquam

Vndique nitendo corpus diſcerpere ferro.

Cicero in Bruto: *Theophraſtus cum percunctaretur ex anicula quanti aliquid venderet, & reſpondiſſet, atque addidiſſet: Hoſpes non pote minoris: tuliſſe eum moleſtè.* *Conterat*, vt eleg. 7. lib. 1.

Hic mihi conteritur vitæ modus.

LAVS *in amore mori.*] digna homine nequã ſententia, vt eleg. 6. lib. 1.

Multi longinquo periere in amore libenter

In quorum numero me quoque terra tegat.

vbi vide adnotata. Fortius & honeſtius loquitur in eleg. 20. lib.

Seu moriar fato, non turpi fractus amore;

Atque erit illa mihi mortis honeſta dies.

Plinius cap. 53. lib. 7. Corn. Gallum, & T. Ætherium in Venere obiiſſe, & Pindarũ in gremio pueri amati ſcribit Valer. Max.

LAVS *ſi datur altera in vno Poſſe frui.*] triplex lectio, quarum hæc eſt deterrima. *In vno.* altera: *Laus ſi datur altera vino; & τὸ vino* reſpondet τῷ *mori*; Laus mori in amore; ſed & laus in amore viuere, ac frui. Tertia; *Laus altera ſi datur vno*, quod ad *amore* referri poteſt, quod ſequitur. vel *vno* pro vni ἀρχαϊκῶς. Sic Gell. cap. 7. lib. 3. *Vno negotio alligari*, pro vni. ipſe el. 20. lib. 1.

Quam ſupra nullæ pendebant debita curæ.

& poſtrema hæc lectio vera. Si licet ſoli frui amore ſuo, ſolus meo fruar.

FRVAR *ô ſolus amore meo.*] ô non vocantis eſt aduerbium, ſed optantis. Virg. 2. Georg.

——O qui me gelidis in validis Æmi Siſtat.

& 6. Æneid. *Eſte duces, ô ſiqua via eſt.* Seruius in illud 6. Æneid.

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus

Oſtendat: *Si & ô per ſe pro vtinam & coniunctim; ô ſi.* *Solus*, ſine riuali, vt eleg. 7. infra:

Tu mihi ſola places, placeam tibi Cynthia ſolus.

SI *memini.*] addubitatio pro confirmatione, & ἰδιωτισμὸς, pro credo, ſcio. Martial.

Si memini, fuerant tibi quatuor Ælia dentes.

Idem: *Raraque, ſi memini, fornice rima patet.* Petron. Arbiter. *Quarum altera, ſi bene memini,*

A *hoc habebat*, &c. Ouid. 5. Faſt.

Albula, ſi memini, tunc mihi nomen erat.

SOLET *illa leues culpare puellas.*] illa, Cynthia, vt eleg. 12. lib. 1.

Tam multa illa meo diuiſa eſt millia lecto.

vbi vide adnotata. ſolet inconſtantes vituperare, cum tamen ei vitio affinis ſit, vt eleg. 24. infra: *Tam te formoſam non pudet eſſe leuem.* Sic auari culpant auaritiam. *Culpare*, improbare, damnare, vt culpæ affines. Plaut. Aſin. *Licet laudem fortunam, tamen vt ne ſalutem culpem.* & in Pſeudol. *Culpare condimenta.* id eſt, culpam in ea conferre, vt criminari. Virg. *Culpatuſue Paris.*

B Horat. in Arte:

Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes,

Culpabit duros.

ET *totam ex Helena non probat Iliada.*] ob Helenam culpat totam Iliada. Cæſar 3. de bello ciuili: *Ex metu ſigna dimittere.* Terent. Andr. act. 2. ſc. 1. *Inſanire ex iniuria.* & Eunuch. ſc. 1. act. 2. *Ex amore immutari.* Plaut. Amphit. *Lacrymantem ex abitu concinnas vxorem tuam.* Ibid. *Hic ex amore admodum quam ſaeuus eſt.* *Non probat*, probam non iudicat, & pudicam Helenam, ideo nec poëma probrum; Ouid eleg. 1. lib. 2. Triſt.

Ilias ipſa quid eſt niſi turpis adultera? vide eleg.

C 3. infra de Helena belli Troiani cauſa.

SEV *mihi ſint tangenda nouercæ pocula Phædræ.*] tangere poculum pro guſtare & haurire. Ouid. 3. Faſt.

Vt Satyri, leuiſque ſenex tetigere ſaporem

Mellis. Horat. oda 19. lib. 3.

Tres prohibet ſupra

Rixarum metuens tangere

Gratia Cyathos.

Et *Tangendæ* cum periculo, vt lib. 1.

——vero nec tangeris igni.

Nota fabula ex Euripidis & Senecæ Hippolyto, & Ouidiana Phædræ ad Hippolytum

D epiſtola, & Plutarchi Theſeo. *Nouerca*, inquit Feſtus, *Quam quis ſublatis liberis, nouam vxorem ducit arcendæ familiæ gratia.*

POCVLA.] vel philtra ſignificat, vel aconita.

PRIVIGNO *non nocitura ſuo.*] mentem Hippolyti non immutatura. quia illum aliud fatum manebat. *Suo*, pro eius, Plaut. Aſin. *Si moriatur mater ſua.* & Amphit. *Actutum ſufferet ſuus ſeruus pœnas.* *Priuignus*, inquit Feſtus, *dictus, qui ante quam mater ſecundo nuberet eſt primogenitus, à pri pro præ.* ego à prius genendo.

E SEV *mihi Circæo pereundum eſt gramine.*] herbis & veneficiis quibus Circe famoſa potenſque fuit, vt alias dictum.

COLCHIS *Colchiacis vrat aëna focis*] Medea aënea vaſa calefaciat coquendis herbis, & venenis, vt apud Ouid. 7. Met.

Interea calido poſitum medicamen aëno

Feruet, & exultat, ſpumiſque tumentibus albet.

Sic dixit Horat. oda 4. lib. 1. *Vrit officinas.* & fornax coqui dicitur Feſto in *Salsuum.* & *Vrite tedas*, eleg. 19. lib. 3. infra de æris vſu in magia, vide Beroaldum. *Colchus*, patria Medeæ, vnde & ipſa Colchis dicitur eleg 21. & 34. infra, & eleg. 9. lib. 3. *Colchis*, pro quacunque venefica.

Stat. 9. Thebaid.

——secretis qua Colchidas ipsa sub antris

Nocte docet. Colchiacis, pro Colchicis vt dicitur Ouid. 2. de arte amandi:

Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas.

sic Sabinus in epistola Vlyssis:

Non quod Colchiacas artes tentaueris herbis.

alij legunt: *Iolciacis*, ab Iolcos ciuitate Thessaliæ. Ouid. 7. Met.

Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

Horatius:

Herbasque quas Iolcos atque Iberia mittit.

VNA *meos quoniam prædata est femina sensus.*] quandoquidem Cynthia & prima & sola rapuit mihi mentem. Ouid. eleg. 3. lib. 2. Am.

Iusta precor, qua me nuper prædata puella est.

Horat. oda 3. lib. 4. *Quæ me surpuerat mihi.* *Sensus*, pro mente, vt eleg. 13. lib. 1.

Sensus deperditus omnes. Tibull. lib. 4.

Hic animum sensusque meos abducta relinquo.

EX *hac ducentur funera nostra domo.*] ego mortuus è Cynthię domo efferar. Seruius in illud 4. Georg. *Et tristia funera ducunt. Ducere & duci proprium funeris cum exequialis pompa sequitur: vnde Persius, Nereo iam tertia ducitur vxor.* Ciceto pro Quinctio: *Viuo & vidente funus ducitur.* addidit ex *hac domo*, vt eleg. 15. infra:

Vestibulum iaceam mortuus ante tuum.

& eleg. 5. lib. 1.

Ante fores dominæ condar oportet iners.

OMNES *humanos sanat medicina dolores.*] arte medendi curantur omnes morbi, quicunque in hominem cadunt. sic *humanos dolores* dixit eleg. 16. lib. 1. *Dolores*, pro morbis, vt Horat. oda 1. lib. 3. *Quod si dolentem, &c.*

SOLVS *amor morbi non amat artificem.*] medicum odit & medicinam aspernatur. sic eleg. 2. L 2. *Crede mihi non vlla tua medicina figura est.*

Nudus amor forma non amat artificem.

Amor est amabilis insania, vt adnotatum est ad eleg. 4. lib. 1.

Quibus, Basse, perire iuuat.

Cratetis dictum apud Laërtium:

Ἔρωτα παύει λιμός, εἰ δὲ μή, χρόνος.
Ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος.

Amorem sedat fames; sin minus, tempus. Si vero iis non potes vti, laqueus. & cum ait *artificem* medicos tangit, quasi eorum arte augeantur, souéanturque morbi.

TARDA *Philoctetæ sanauit crura Machaon.*] cum Philoctetas acceptas ab Hercule sagittas tractaret delapsa vna eum pedem vulnerauit quo tumulum Herculis indicarat. Itaque relictus in Lemno insula incredibiles dolores pertulit. Ouid. 13. Metam. idem libr. 5. Tristium eleg. 2.

Pæne decem totis aluit Pæantius annis

Pestiferum tumido vulnus ab angue datum.

Fabulam narrat Seruius ad illud 3. Æneid.

Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.

Sophocles in Trachiniis, & Homer. Iliad. 2. Higinus fab. 102. à colubro appetitum ait eius pedem in Lemno quod innuit Ouidius in versibus ante citatis, & Pausan. in Arcadicis. & Cicero 2. Tusc. ex Attij Philocteta.

A PHOENICIS *Chiron lumina Phyllirides.*] Chiron Saturni et Phyllyræ filius sanauit cæcitatem oculorum Phœnicis. *Phœnix* Amyntoris filius, de quo Homerus Iliad. 9. & Achillis magister. Apollod lib. 3. scribit à patre Amyntore oculorum luce priuatum, quod eum incesti nouerca insimulasset. Pelea vero ad Chironem deduxisse, sanatumque esse, ac regem Dolopum constitutum. Ouid. in Ibin:

Id quod Amyntorides, videas.

de Chitone. Seruius in illud 4. Æneid.

Phillyrides Chiron. & in 3. Georg. Ouid. 6. Metam. *Vt Saturnus equo geminum Chirona creauit.*

B Idem & Apollon. lib. 2. Argon. Callimach. hymno in Iouem vers. 36. & in Delon vers. 118. & Schol.

ET *Deus Epidaurius.*] periphrasis Æsculapij. vt *Deus Tanarius*, eleg. 13. lib. 1. Epidauri autem, quod oppidum est Achaiæ, colebatur Æsculapius, quod ibi natus. & educatus & quod dracones innoxios ea tellus alat. Pausan. in Corinthiacis. Strabo lib. 8. Plin. cap. 5. lib. 4.

RESTITVIT.] quasi in integrum à mortis postliminio. Horat. oda 7. lib. 4.

Non te facundia, non te restituet pietas.

C ANDROGEONA *extinctum.*] Androgeos Minois filius vel à Marathonio Tauro, vel ab Athletis Atheniensibus Regis Ægei insidiis per inuidiam interfectus, vt scribit Apollodorus lib. 3. sed Higinus fab. 41. Eum scribit cecidisse in pugna Cretensium aduersus Athenienses. non memini autem legere me ab Æsculapio excitatum ab inferis. Ouidius certè & Virgilius Æsculapij opera reuixisse Hippolytum tradunt. Ouid. 6. Fast.

Gramina continuo loculis depromit eburnis

Profuerant Glauci Manibus illa prius.

D Ergo vel Androgeos pro Glauco, pro fratre, vel idem Androgeus, qui & Glaucus: nam vterq. Minois filius. scribit enim Higinus fab. 49. ab Æsculapio Glaucum Minois filium, siue Hippolytum ad vitam reuocatum, mita, confusione nominis. Idem fab. 136. Eundem Glaucum puerum Minoi patri restitutum ait Draconis opera à Polyndo Augure.

PATRIIS *focis.*] Diis Penatibus. id est, patriæ & Patri Minoi. sic Horat.

Quis te redonauit Quiritem

Dis Patriis, Italoque cœlo.

CRESSIS *herbis.*] à Cres fit Cressus Virg. *Cressa genus Pholoë.* ipse eleg. 7. lib. 4.

E *——Altera Cressa*

Portat mentita lignea monstra bouis.

& *Cressis herbis*, quia in Ida monte Cretæ herbæ salutares, vt dictamnus, & quia Cretensis erat Androgeos.

MYSVS *& Æmonia Iuuenis, &c.*] periphrasis Thelephi. vt eleg. 20. lib. 1.

Comes inuicti Iuuenis.

Thelephus autem Rex Mysorum ab Achille in pugna vulneratus Chironis hasta, oraculi monitu ab eadem remedium quæsiuit. Higin. fab. 100. & 101. Apollodor. lib. 2. & 3. dictus à θηλή. id est, mamma, & ἔλαφος, ceruа, quod ceruæ mamma educatus ille Herculis & Au-

fuisse *αἰνὶς* nomine. fingit vero Propertius adhuc vinctum Promethea, vt & Horat. oda penult. epod.

Optat (quietem) *Prometheus obligatus Aliti.*

QVANDOCVNQVE *igitur vitam mea fata reposcent.*] formula testandi videtur, vt eleg. 13. inf.

Quandocunque igitur nostros mors claudet ocellos.

Seneca cap. 20. de vita beata: *Quandocunque autem natura spiritum repetet.* Mea fata, quæ mihi nascenti Parcæ neuerunt. Cicero 13. Philipp. *Fatum meum est, sine republica nec vinci posse, nec vincere.* & *mea* etiamsi aduersa, vt Virg. 6. Æneid.

Sed me fata mea & scelus exitiale Lacænæ
His mersere malis.

sic Terent. *Meus carnifex*, & *Deo irato meo.* potest esse hypallage, pro meam vitam. *reposcent* dixit translatione à creditoribus: nam *Vita mancipio nulli datur, omnibus vsu.* vnde *animam reddere* el. 6. lib 1. Cic. 1. Tusc. *Natura vitæ vsuram omnibus dedit, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die.* Petron. *Si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis.*

ET *breue in exiguo marmore nomen erit.*] nihil de me supererit præter nomen paucis literis insculptum. Laberius apud Macrob. cap. 7. l. 2. sat. *Sepulcris similis nil nisi nomen retineo.* Auson. in Parentalibus:

Gaudent compositi cineres sua nomina dici,
Frontibus & scriptis hoc monimenta iubent.

Ouid. in epicedio Tibulli:

Si tamen è nobis aliquid nisi nomen & vmbra
Restat.

ipse eleg. 16. lib. 3.

Non iuuat in media nomen habere via.

id est sepeliri. Tibullus eleg. 3. lib. 1. & fata & marmor & nomen complectitur:

Quod si fatales iam nunc expleuimus annos
Fac lapis inscriptis stet super ossa notis:
Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus,
Messalam terra dum sequiturque mari.

In exiguo marmore, in paruo tumulo. sic *exiguum bustum* dixit eleg. 13. infra. vt *hic marmor*, sic *marmorea domus*, pro sepulcro Tibullo eleg. 2. lib. 3.

MOECENAS *nostræ spes inuidiosa iuuentæ.*] Beroaldus, *vera est*, inquit, *lectio*, *Pars*, *non spes.* Ergo pars iuuentæ dicitur, vt eleg. 6. lib. 1.

Ibis & accepti pars eris Imperij.

vide illic adnotata. sed Ouidius imitatus Propertium hanc lectionem stabilit 5. Metam.

Multorumque fuit spes inuidiosa Procorum.

Inuidiosus, inquit Gell. cap. 12. lib. 9. *Et qui inuidetur.* Hic spes inuidiosa est clara, nobilis, & eximia, quia non nisi florenti fortunæ inuidetur. eleg. 33. infra:

Quæ sequitur certè est inuidiosa minus.

id est, minus obnoxia inuidiæ. At eleg. 29. inf.

——— *illa peræquè*
Præ se formosis inuidiosa Dea est.

id est, inuida. Laborasse inuidia Mœcenatem constat ex eius Epicedio. & *nostra iuuenta*, vt eleg. 3. infra:

Hac ego non mirer si flagret nostra iuuentus.

& Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Inque tuo caderet nostra senecta sinu.

ET *vitæ & morti gloria iusta meæ.*] vel decus ingens mihi & viuo & mortuo. vt sit *iusta*, magna, ingens. sic Horat. sat. 7. lib. 1.

A *Iusta Chiragra Contudit articulos.*

Liuius lib. 6. *Iusta cæde conficere hostem.* vel quo patrono iure gloriabor & viuus & mortuus. *Mea vita*, ego viuus, vt dictum eleg. 2. lib. 1. ad illud:

Hic tu semper eris nostræ gratissima vitæ:

& *mors mea*, ego mortuus, vt eleg. 13. infra:

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

SI *te forte meo ducet via proxima busto.*] si forte viam eam sequeris, quæ vicina erit tumulo meo. *ἰδίω ὁδῷ ducet via.* Virg. ecl. 9.

Quo te Mœri pedes? an quo via ducit in vrbem.

Iuxta viam autem sepulcra, vnde viatores alloquuntur sæpe epitaphia. Varro in *Monumentum.* & Iuuenalis sat. 5. vide eleg. 16. lib. 3. in fine.

B

ESSEDA *Britanna.*] de his vehiculis, & de essedariis Cæsar 4. de bello Gallico. Cic. ep. 7. & 10. lib. 7. ad fam. & ep. 1. lib. 6. ad Attic. Virg. 3. Georg.

Belgica vel molli melius feret esseda collo. vbi Seruius: *Gallicana vehicula: nam Belgæ ciuitas Galliæ, vbi eius vehiculi repertus vsus.* nugæ. Belgica enim pro Britannis dixit, vt Propert. el. 19. l. 2. cum dixisset; *Nunc etiā infectos demens imitare Britannos:* subiicit: *Turpis Romano Belgicus ore color.* & *Britāna*, pro Britānica, vt *Parthà trophæa, Romula tellus.*

C

COELATIS *iugis.*] cœlaturis ornari solita vehicula monet Plin. cap. 11. lib. 33. Pingebantur etiam: vnde eleg. 3. lib. 4.

Hibernique Getæ, pictoque Britannia curru.

Iuga & in curru, vbi aurigæ sedebant, & in naui vbi remiges & vectores. Virg. 6. Æneid.

Ipse rotis saliens iuga deseris. idem lib. 12.
Dum trahitur, pendetque iugis.

Ouid. 2. Metam.

———*Solitaque iugum grauitate carebat.*

id est, leuiorem Phaëthontem equi sentiebant, quam Solem patrem.

D

TALIAQVE *illacrymans mutæ iace verba fauillæ.*] sic effare cinerem & Manes amici non responsuros. & *Illacrymans fauillæ*, &, *iace fauillæ.* Cic. *Socratis morti illacrymare soleo.* *Iace verba.* vt eleg. vlt. lib. 4.

Vt responsuræ singula verba iace.

& eleg. 8. infra:

In nostrum iacies verba superba caput.

& eleg. 10. lib. 4.

Et iacit ante fores verba minora Deo.

Ouid. 2. Fast.

Et iacit in medio talia verba choro. & 6. Fast.

E

Cantat, & ad nautas talia verba iacit. Ibidem:
Ad stellas aliquis talia verba iacit.

Mutæ fauillæ, sic Tibull. el. 7. lib. 2.

Et mea cum muto fata querar cinere.

& Catull. *Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.* ipse eleg. 13. infra:

Mutos reuocabis Cynthia manes.

HVIC *misero fatum dura puella fuit.*] id est, fati mortisque causa. vt el. 14. lib. 1.

Illa solet ducis mentibus esse dolor.

sic eleg. 13. lib. 3.

Sola Parin patriæ fatum componere.

id est, causam interitus. *Huic misero*, & amanti, vt initio lib. 1.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.
Et nunc mortuo. nam miseri mortui: Cic. 1. Tusc. Tibull. eleg. 2. lib. 3.

Lygdamus hic situs est: dolor huic & cura Neæra,
Coniugis erepta causa perire fuit.

Incidebatur vero sepulcro causa mortis. Ouid. in ep. Didûs:

Præbuit Aeneas & causam mortis & ensem.

& ad Liuiam:

Causaque dicemur nos tibi Druse necis.

AD ELEGIAM II.

Cynthiæ puellæ laudes.

LIBER *eram.*] solutus amore mihi videbar. eleg. 21. infra: *Aspice cantat liber.* Cic. ep. 8. lib. 14. ad Attic. *A ducenda vxore sic abhorret, vt quicquam libero lectulo neget esse iucundius.* liber, ferox, vide adnotata ad illud eleg. 10. lib. 1.

Qui nunquam vacuo pectore liber erit.

Sic ferè exorsus est Tibullus eleg. 5. lib. 1.

Asper eram & bene discidium me ferre loquebar,
At mihi nunc longè gloria fortis abest.

ET *vacuo meditabar viuere lecto.*] solo, cœlibe, deserto. vide notata ad eleg. 15. lib. 1. vers. 28. & *viuere*, inquit, quia sine libertate vita nulla.

AT *me composita pace fefellit amor.*] facta pace rursus me dolo aggressus est. Virg. 7. Æneid.

Disiice compositam pacem, sere crimina belli.

& 10. Æneid.

Et placidum leti componite fœdus.

Cicero: *Per compositionem seruare ciues.* aliud est; *Posita pace*, eleg. 1. supra. Terent. Eunuch. sc. 1. act. 1. *In amore hæc omnia insunt vitia: iniuriæ, Suspiciones, inimicitiæ, induciæ, Bellum, pax rursum.* & *fefellit Amor*, vt Virg.

Vna dolo Diuûm si femina victa duorum.

sic Euripides:

Κύπρις δολιόφρων, δολοφρονίας & παῦργε.

CVR *hæc in terris facies humana moratur.*] cur hæc muliebris forma digna cœlo, manet in solo? sic Petron. Arbiter:

Quid factum est quod tu proiectis Iuppiter armis
Inter cœlicolas fabula muta taces? &c.

Morari in terris, pro esse inter homines & viuere. Cic. 6. de Rep. *Quid moror in terris? quin ad vos venire propero.* Horat. oda 20. lib. 2.

Nec in terris morabor amplius.

inde Iocus Neronis apud Sueton. in Nerone. cap. 33. *Desiisse Claudium inter homines morari.*

IVPPITER *ignosco pristina furta tua.*] alij libri, *ignoro*, quod Ianus Guilielmus cap. 6. Amphit. exponit, nescire me simulo, & nihili facio, & eam vim verbi multis exemplis confirmat. sed retinendum est, *ignosco.* id est, non agnosco, nec credo, & repudio. Ausonius:

Ignoscenda istæc an cognoscenda rearis.

Catull. epig. 36. *Ignosco tibi Sapphica ô puella Musa doctior.* & sane est propria eius verbi notio ex notione verbi; illa tralatitia, pro veniam dare: fingunt enim se nescire admissa, qui volunt ijs dare veniam. Confirmat id Catullus ad Manlium:

Sæpe etiam Iuno maxima Cœlicolûm.

A *Coniugis in culpa flagrauit quotidiana,*
Noscens omniuoli plurima furta Iouis.

Vbi noscit furta, quæ deprehendit adulteria, & ob ea succenset. Gell. lib. 1. cap. 3. *Hoc profecto nemo ignorit.* pro nesciuit. Plaut. Amphit. act. 1. sc. 1. *Orant ignoscamus peccatum suum.* De furtis Iouis eleg. 10. lib. 3. *Iuppiter infamat seque suamque domum.* Plautus in Amphit. Cic. 4. Tuscul. *Sed Poëtas ludere sinamus, quorum fabulis in hoc flagitio ipsum versari videmus Iouem.* Ouid. in epist. Paridis:

Iuppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis.
Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouem.

B FVLVA *coma est.*] Græcis ξανθόθριξ, ξανθοκόμης, ξανθοχαίτης. Cato in originib. apud Charis. in *Cineraritus. Mulieres nostræ capillum cinere vngitabant, vt rutilus esset crinis.* Virg.

Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis.

Ouid. eleg. 14. lib. 1. Amor. de crinibus:

Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis,
Sed quamuis neuter, mixtus vterque color.

LONGÆQVE *manus.*] pars formæ, longæ manus longique digiti. ipse eleg 5. lib. 3.

Attulimus longas in freta vasta manus.

Catull. *Nec longis digitis, nec ore sicco.*

C Item: *Plangebant alij proceris tympana palmis.*
Ouid. in fab. Narcissi: *Et Baccho dignos digitos.* Apuleius Florid. 2. initio: *Manus tenera, procerulæ.* Ipse eleg. 12. infra: *Et caput, & digitos*, &c.

ET *maxima.*] longissima. vt Catull. de Quintia & Lesbia:

Quintia formosa est multis, mihi candida, longa,
Recta est, hæc ego sic singula confiteor.
Tota illud, formosa nego: nam nulla venustas,
Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Auget autem vim boni magnitudo. Aristoteles in Rhetoricis: *Φιλίων δὲ ἀρετή, σώματος μὲν, κάλλος & μέγεθος.* vnde Sappho: *Οὐ σμικρά μοι τῷ*
D *ἰμμέναι φαίνεται, κ' ἀχαρις.*

TOTO *corpore.*] vt eleg. 5. lib. 1.

Aut cum sim toto corpore nullus ego.

ET *incedit vel Ioue digna soror.*] laudatur incessus Iunonius Virg. 1. Æneid.

Ast ego quæ Diuûm incedo regina, Iouisque
Et soror & coniux. vbi Seruius:
Incedere est nobilium personarum.

Ouid. 3. de art. am.

Est & in incessu pars non temnenda decoris.

Apud Athenæum Ἥρας βαδίζει vnde & Horat. *Velut qui Iunonis sacra ferret.* Fingitur autem Iuno Soror & coniux Iouis propter aëris &
E ætheris cognationem.

AVT *cum Dulichias Pallas spatiatur ad aras.*] incedit motu quodam graui & matronali. vnde Horat. *Vt festis matrona moueri iussa diebus*; ad aras enim mouebantur faculas tenentes matronæ festis diebus. Seruius. vnde Virg. 4. Æneid.

Aut ante ora Deûm pingues spatiatur ad aras.

ipse eleg. 13. infra:

Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa.

Ouid. 2. Metam.

——— nam cum per littora lentis
Passibus, vt soleo, summa spatiarer arena.

Pro Dulichias quidam legunt, Munichias, id est, Athenienses, quod à Munichia tumulo, à quo murus 40.

ſtadiorum Athenarum vrbem cum Pyræo, duobuſque alijs portubus connectebat. Ouid.

Munychioſque volans agros, gratamque Mineruæ
Deſpiciebat humum. Sed credibile eſt Dulichij cultam Mineruam Vlyſſi cariſſimam. Virg. ecl. 6. *Dulichias vexaſſe rates: Inſula*, inquit Seruius, *vbi mons Ithacus, Vlyßis patria.* Straboni lib. 3. *Dulichium eſt vna Echinadum.* Ipſe eleg. 14. infra: *Dulichiam* vocat. dicitur & *Doliche* Straboni lib. 10. vide & Callimach. hymno in Dianam, verſ. 3. ex quo patet Dolichen fuiſſe cariſſimam inſularum Dianæ.

GORGONIS *anguiſera pectus operta comis.*] crinibus anguineis Meduſæ tecta & munita. *Gorgonis anguiferæ*, Ægidis, vt eleg. 10. lib. 4.

Fortia dum poſita Gorgone membra lauat.

& eleg. 25. infra:

Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere vultu.

Gorgones tres, Euryale, Stheno, Meduſa, quæ ſola mortalis, & cuius caput reciſum à Perſeo datum Mineruæ, vt ſcribit Apollodor. lib. 2. Erant autem Meduſæ *Crinita draconibus ora.* vt ait Ouid. 7. Met. in fin. vbi Minerua Gorgoneum crinem, quo placuerat Neptuno,

Turpes mutauit in hydros. &,
Pectore in aduerſo quos fecit ſuſtinet angues.

idem eleg. 7. lib. 4. Triſt.

——Credam prius ora Meduſæ
Gorgonis anguineis cincta fuiſſe comis.

Seruius in 6. Æneid. Higin. lib. 2. in fabula Perſei, & Heniochi. Scaliger errat legens *Pectine operta comas.* id eſt, pexa colubris. eſt autem ſynecdoche Poëtica; vt el. 3. lib. 1.

Nixa caput manibus.

QVALIS & *Iſcomache.*] *Callimachus*, inquit Beroaldus, *Iſcomachen vocat vxorem Pirithoi*, quam ita dictam putat, παρὰ τὸ ἴσχειν τὴν μάχην. id eſt, cohibenda pugna. ego ἀπὸ τοῦ ἴσχειν, à ramis arborum, quibus tunc dimicatum eſt in tumultu illo. Hæc Ouidio *Hippodame*, ſiue *Hippodamia* dicitur 12. Met. & Higino fabula 33. Plutarchus in Theſeo *Deidamiam* vocat. Ouid. in ep. Helenæ:

An fera Centauris indicere bella coëgit
Atracis Aemonios Hippodamia viros.

& eleg. 4. lib. 1. Am.

Deſine mirari poſito quod candida vino
Atracis ambiguos traxit in arma viros.

LAPITHÆ *genus Heroinæ.*] cui mater fuit Heroina è Lapitharum gente. Acaſti filiam facit Higin. fab. 33. Atracij filiam Plutarchus in Theſeo. Lapithæ autem populi Theſſaliæ, quorum ſedes Pindus & Othrys, inquit Plin. cap. 8. lib. 4. *Genus Heroinæ*, id eſt, filia. vt Horatio: *Iapeti genus.*

CENTAVRIS *medio grata rapina mero.*] quam libenter & cupidè rapuerunt Centauri inter pocula. *Iſcomache rapina*, vt el. vlt. lib. 4.

Nec mea de ſterili facta rapina domo.

& eleg. 20. lib. 1.

Nympharum cupidas ſemper defende rapinas.

Hylam ſcilicet. Ouid. in ep. Hermionæ:

Tantalides matres apta rapina ſumus. ſic eborus *Heroinæ: Eueni filia, diſcordia Phœbo.* Donat. in Adelphos: *Raptio proprie ad perſonam refertur: Ra-*
A *pina ad rem; raptus ad ſtuprum.* De Lapitharum & Centaurorum pugna Homer. 21. Odyſſ. Cic. in Piſon. Ouid. 12. Metam. Horat. oda 13. lib. 1. Palæphatus fabulam refert ad hiſtoriam, quod Centauri equos primi domuerint. κεντέω & κεντρόω. ſtimulo & pungo.

MERCVRIOQVE *Sais fertur Bœbeidos vndis.*] quæ de vrbe Sai, & Saitide Minerua comminiſcitur Beroaldus ἀπροσδιόνυσα ſunt. nam cum Pallade iam Cynthiam comparauit; quare ad aliam comparationem tranſit. v. l. *Satis, ſacris, ſanctis*, vnde legendum: *Mercurioque ſacris f. B. v.* Sacram enim eſſe Bœbeida paludem in-
B telligimus ex Aſpide Heſiodi, & Strabone l. 9.

Νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.
Virgo inuicta (Pallas) *pedem lauit Bœbeidos vndis.*

Strabo loco prænotato Bœbeida lacum in Theſſalia ponit iuxta Pheras oppidum: Homer. Iliad. 2.

Οἳ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο παραὶ Βοιβηίδα λίμνην
Βοίβην. Lucan. lib. 7.
Ire per Oſſeam rapidus Bœbeida ſanguis.

VIRGINEVM *Brimo compoſuiſſe latus.*] ita emendauit Turneb. cap. 16. lib. 11. Aduerſ. Βριμώ, inquit Interpres Apollonij, ἡ Περσεφόνη, φασὶ δὲ Ἑρμῆν ἐρασθέντα ἐπὶ κυνηγεσίαν ἐξιοῦσαν θελῆσαι
C βιαίως μιχθῆναι, ἡ δὲ ἐμβριμησαμένη αὐτῷ, ὁ δὲ φοβηθεὶς ἀπέστη. Ait idem Interpres ſic dictam Proſerpinam, quod ab ea immitti terrores nocturnos credebant. Statius lib. 2. Syluar. in arborem Atedij: *Omnia queſtus, Immitem Brimo, ſtagna inuida:* ſic enim correxit Scaliger. *Compoſuiſſe latus*, concubuiſſe. Lucillius apud Nonium in *Componere*, coniungere:

Tum compone latus lateri, & cum pectore pectus.

Tibull. eleg. 5. lib. 1.

Per Venerem quaſi compoſitumque caput.

quod ipſe eleg. 14. infra:

D *Mecum habuit poſitum lenta puella caput.*

Statius 1. Syluar. in epithalamio Stellæ:

Martia fluminea poſuit latus Ilia ripa.

id eſt, cubuit. ergo, *compoſuit latus*, concubuit. Sic Plautus Bacchid. & Mercat. *Limare caput cum aliquo.* Ouid. in epiſt Herûs:

Has certè pluresque canunt, Neptune, Poëta
Molle latus lateri conſeruiſſe tuo.

& eleg. 13. lib. 1. Amor.

Si quando lateri nunc bene iuncta meo eſt.

CEDITE *iam diuæ.*] nolite de forma contendere cum Cynthia, Iuno, Minerua, Venus. ſic eleg. vlt. huius libri:

E *Cedite Romani ſcriptores, cedite Graij.* Iam, vt el. 15. lib. 1. *Deſine iam reuocare tuis periuria verbis.*

& Virg. 12. Æneid.

Parcite iam Rutili:

ſimilis eſt locus apud Petronium Arbitrum.

QVAS *Paſtor viderat olim.*] ſic eleg. 32. infra:

Quamuis Ida Parin paſtorem dicat amaſſe.

Cic. ep. 16. libr. 1. ad Attic. *Paſtor Idæus.* Horat. oda 15. lib. 1:

Paſtor cum traheret per freta nauibus
Idæis Helenam perfidus hoſpitam.

Virg. 7. Æneid.

An non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor.

Ouid. in ep. Oenones de Paride:

adesse narrant quatuor, δαίμονα, τύχην, ἔρωτα, αἰδῶ, καί. sic & Horat.

Quem tu Melpomene semel
Nascentem placida lumine videris.

& Stat. 5. Sylu.

Protinus exorta dextrum risere sorores Aonides.

PRIMIS *diebus.*] sic ait, quia, vt scribit Terentianus, per totam hebdomada Iunoni mensa ponitur: vltima die fata scribenda aduocantur.

ARIDVS *Amor.*] *feruidus*, inquit Beroaldus. Horatius certè id Amori tribuit epitheton. *Feruidus tecum puer*, oda 30. lib. 1. An ita dicitur quod aridos, exsuccos & exangues amantes reddat. vt Virg. 3. Georg.

—— atque artus depascitur arida febris.

An aridus ob sonum, quem edidit sternuendo, qualem edunt arida, dum franguntur. Virg. 1. Georg. *—— atque aridus altis Montibus audiri fragor.* id est *nimius*, inquit Seruius. An ad calorem, vnde sternutamentum excitatur, alludit? quid aridus propriè, docet Festus in *Aridum.* in vet. lib. legitur: *Candidus*, & Macrobius de differentia Græci & Latini sermonis ex Propertio legit.

Candidus Augustæ sternuit omen Amor. forte: *Candidus Augustum*, &c. sic apud Catullum Amor: *Fulgebat crocina candidus in tunica.*

STERNVIT *omen.*] sternuendo dedit omen. de auspicio eiusmodi per sternutationem ipsius Amoris Catull.

Hoc vt dixit Amor sinistram, vt ante,
Dextram sternuit adprobationem.
Nunc ab auspicio bono profecti,
Mutuis animis amant, amantur.

ita vet. lib. Theocrit. Thalisijs Idil. 7. *Σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον.* Simichidæ amores sternutauerunt, id est sternuendo signum præbuerunt. vbi Interpres *κατὰ τῶν πταρμῶν, οἱ μὲν ἐν δεξιοῖς αἴσιοι, οἱ δὲ βλαβεροί.* Meminit idem in Helenæ epithalamio. Eustathius autem in 7. Iliad. dextram sternutationem felicem ait fuisse habitam. & 14. Odyss. Penelope è sternutatione Telemachi gaudio persunditur. vbi multa idem Eustathius. Aristot. 1. de animal. nat. Sternutamentum rem sacram, & vim augurij habentem spiritum ait. Idem in problem. quæst. 20. Quærit cur in sternutatione salutemus, & Plin. cap. 2. & 6. lib. 28. qui sternutamento reuocari mensam, ferculumue, ait, si non postea gustetur: aliquid, inter diras habetur.

ARGVTVM.] sonorum, clarum, acutum, vt eleg. 6. lib. 1.

Arguta referens carmina blanditia.

HÆC *tibi contulerunt cœlestia munera Diui.*] certatim in te congesserunt, vt in Pandoram Hesiodi. sic Horat. *Dij tibi diuitias dederunt.* Virg. *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* Lucret. lib. 3.

Transtulerunt proprio quantum res nomine egebat.

Cœlestia munera, δῶρα θεῶν. Homer. Cicero *Deorum concessu ac munere.* Horat.

O crudelis adhuc & Veneris muneribus potens.

Aliter Virg. *Protinus aerij mellis cœlestia dona Exequar.* *Munera* autem & *dona* confundit, licet Iurisconsulti separent.

NE *matrem forte dedisse putes.*] matrem habebat adhuc Cynthia eleg. 15. infra:

Ostendes matri brachia læsa tuæ.

& eleg. 6. infra:

Me lædet, si multa tibi dabit oscula mater.

NON *non humani sunt partus talia dona.*] non mortalis tantas & tam egregias corporis & ingenij dotes peperit. *Humani*, muliebris, quia est & Dearum partus, & virorum. Attius:

Ocnei partu edita. Homer. Iliad. 3.

Αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.

sic Tibull. eleg. 4. lib. 3.

—— Humanum nec videt illud opus.

geminatio autem vocis, Non non, acuit orationem vt apud Terent. Phorm. 2. Act. 2. sc. 1. *Non non hoc sic futurum est: non potest.* & Adelph. Act. 2. sc. 3. *Non æquum dicis, non.* Varr. cap. 2. lib. 3. de re rust. *Non tibi decoquet, non, Ornithon.*

ISTA *decem menses non peperere bona.*] Virg. eclog. 4.

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

leg. Gell. cap. 16. lib. 3. Vbi plurima de tempore humani partus. Menander: *γυνὴ κυεῖ δέκα μηνός.* Alcmena apud Moschum Idil. 4. *δέκα μῆνας ἔχουσα.* Varro apud Nonium in *Spissum.* *Vix duo homines, vix decem mensibus edolatum vnum reddent puerum.* Ouid. 1. Fast. de anno decem mensium.

Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit (Numa) *temporis esse satis.*

& 3. Fast.

Seu quia bis quinta femina mense parit.

Legendus etiam Ausonius de ratione puerperij humani. decem autem illi menses lunares sunt, & respondent nouem nostris mensibus vertentibus. *Bona*, dotes, vt eleg. 18. lib. 3.

Tot bona tam paruo clausit in orbe dies.

Albin. ad Liuiam.

Tot bona per artus quæ dedit vna duas.

GLORIA *Romanis vna es tu nata puellis.*] dictum vt eleg. 1. sup.

Et mortis & vitæ gloria iusta meæ. sic & Virg.
O decus Italiæ virgo.

ROMANA *accumbes prima puella Iani.*] ambiguè de accubitu mensæ & tori. nam accubitu mensæ Dij deæque fiunt. Virg.

Tu das epulis accumbere Diuûm. Horat.
Sic Iouis interest Optatis epulis impiger Hercules.

Idem. *Quos inter Augustus recumbens*
Purpureo bibit ore nectar.

De accubitu lecti nihil necesse dicere, quæ Venus nouit. *Accumbes Iani.* vt supra eleg. 2.

Ioue digna soror. Sed vet. lib.
Romana accumbes prima puella loco.

vt sit hypallage, Romana puella primo loco accumbes, quod probat Scaliger pluribus. & primum locum cape non ordine accumbendi, sed dignitate qui locus medius erat, Virg. & Seruius.

NON *semper nobiscum humana cubilia vises.*] non adibis hominum lectos & conscendes semper, vt meum lectum adire soles. Scaliger legit: *Nec tantum mecum Romana cubilia vises.*

NEC *solitus ponto viuere toruus aper.*] dilogia, vbi *ponto* iterandum & tertio & sexto casu. *Solitus* cum 3. casu, vt eleg. 7. lib. 4.

Et solitum digito beryllon obederat ignis. & *nec* dissoluendum, & non, vt eleg. 15. infra:

Nec tibi longa venit, nec reditura dies.

Aprum iungit cum pisce, vt absurda. nam *iuga montis aper, fluuios amat piscis.* ait Virg. sic Horat.

Delphinum syluis adpingit, fluctibus aprum.

Toruus aper, ferus, trux; ab aspectu toruo. vt eleg. 16. lib. 3.

Scandenda est torui publica cymba senis.

Virg. *Torua leana lupum sequitur.*

Ouid. 2. de arte amandi

Sæpe fera toruos cuspide fixit apros.

Stat. 11. Theb. *Si torua patiantur aues.* id est, vultures Titij. Tibull. eleg. 6. lib. 3.

—— nec toruus Liber in illos

Qui se, quique sua vina iocosa colunt.

in laudem: Horat. —— *& virilem*

Toruus humi posuisse vultum.

AVT *ego si possem studijs vigilare seueris.*] an possem dare operam seriis studiis, & grauioribus disciplinis, de quibus eleg. 19. l. 3.

Illic aut studiis animum emendare Platonis

Incipiam. *Vigilare* cum tertio casu, vt *non omnibus dormio*; vel pro inuigilare, vt el. 4. l. 4.

Decreuit pœnis inuigilare tuis.

DIFFERTVR, *nunquam tollitur omnis amor.*] mora quædam & frigusculum interuenit, nunquam omnino euellitur ex animo. vnde alibi: *Traycit & fati litora magnus amor.* vbi plura.

NEC *me tam facies, quamuis sit candida.*] Oris ipse color, & forma. vet. gloss. Candidus (male callidus) λευκόχρωμος. cui frons candida.

Virg. eclog. 2.

—— quamuis tu candidus esses.

CEPIT.] *prædata est meos sensus*, eleg. 1. supra. vide notata ad versf. 1. eleg. 1. lib. 1.

LILIA *non domina sint magis alba mea.*] id est, esse possint, vt eleg. 13. lib. 1.

Illa sit Inachys & blandior Heroinis.

& *magis* cum sexto casu, vt eleg. 1. lib. 1.

Et facite illa meo palleat ore magis.

De Liliis albis vide ad eleg. 20. lib. 1. verf. 37. lib. 1. notata.

ET *Mæotica nix.*] Mæotis palus Scythiæ, in quam influit Tanais. vnde Mæoticus, Scythicus. sic dicitur Virgilio & Horatio: *Sithonia nix.* & Ouidio:

Brachia Sithonia candidiora niue.

Homer. λευκότεροι χιόνος.

MINIO *si certet Ibero.*] si cum minio componatur & coniungatur, vt contendat de præstantia coloris: quodammodo enim committuntur colores proximi. nam certare æmulationis est, vt eleg. 6. lib. 4.

Cera Philetæis certet Romana corymbis.

Horat. oda 6. lib. 2.

Viridique certat bacca Venafro.

& oda 2. epod.

Certantem & vuam purpuræ.

De minio, pigmenti rubri genere, quod vulgo *Rouge d'Hespaigne*, quia in Hispania nascatur. Plin. cap. 7. lib. 33. Iustin. epitoma 44. non longè ab initio: *Minij nulla feracior terra* (quam Hispania.) Hinc *miniandum Iouem locare*: Plinio & Cic. *Miniatula cera.*

VTQVE *rosæ puro lacte natant folia.*] *folia rosæ* vt Auson. in *Rosa*:

Iam meditans foliis se numerare suis.

Natant folia lacte, in lacte fluitant. sic el. 15. infra

Ac veluti folia arentes liquere corollas,

Quæ passim calathis strata natare vides.

Imitatio autem est Anacreontis, vt indicauit Lips. cap. 20. lib. 1. Antiq. Lect. χείλεα ῥόδα ἐν γάλακτι μίξας. Color autem candidus purpureo mixtus gratissimam & pulcherrimam faciem effingit. vide adnotata ad illud Catulli:

Alba Parthenice velut Luteumque papauer.

DE *more comæ per leuia colla fluentes.*] vt assolet crines vagi & per marmoream ceruicem errantes, vt eleg. 1. supra:

Seu vidi ad frontem sparsos errare capillos.

Virg. 1. Æneid.

Namq. humeris de more habilem suspenderat arcum

Venatrix, dederatque comam diffundere ventis.

& 3. Æneid.

Et circum Iliades crinem de more soluta.

ipse eleg. 22. infra:

Sine vagi crines puris in frontibus errant.

& eleg. 3. lib. 1.

Lapsos formare capillos. & el. 6. lib. 4.

Non ille attulerat crines in colla solutos.

Tibull. eleg. 4. lib. 3.

Intonsi crines longa ceruice fluebant.

Horat. oda 10. lib. 4.

Et quæ nunc humeris inuolitant

Deciderint comæ, Ouid. 2. Fast.

Iniecta collo sic iacuere comæ.

Alias, *neglecta.* & 2. Met.

Vtque vagi crines per colla iacebant.

Apuleius lib. 2. Asin. *Vberes enim crines leniter emissos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos in summum verticem nodus adstrinxerat. Leuia colla*, vt eleg. 15. lib. 3.

Leuis odorato ceruix manabit oliuo. Virg.

Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulsum.

OCVLI *geminæ, sidera nostra, faces.*] duplex appositio: *Oculi, faces.* vt Tibull. el. 2. lib. 4.

Illius ex oculis cum vult exurere Diuos

Accendit geminas lampadas acer amor.

Stat. 1. Achill.

Tranquillæque faces oculis & plurima vultu

Mater inest.

Oculi sidera nostra, quia dixit el. 17. lib. 1.

Nec mihi Cassiope solito visura carinam.

Quod nauis Propertij Cynthiæ sidere regatur.

Ouid. in epist. Acontij:

Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cedunt

Sidera, qui flammæ causa fuere meæ. el. 3. l. 3.

Am. *Argutos habuit, radiant vt sidus ocelli*, & el. 16. lib. 2. Am.

Per me perque oculos, sidera nostra, tuos.

Scilicet iurabas. Seneca Hippolyto: *Heu me quo tuus fugit decor, oculique nostrum sidus.* Sidera oculi sunt mundi, vt contra *stellatus Argus.* Ouidio, ob centum oculos.

NEC *si qua Arabio lucet bombyce puella.*] *Arabiis*

Alterius dicor amore mori. Tibull.
Tunc moror curis. Ipse eleg.10. lib.1.
Cum te complexa morientem Galle puella
Vidimus. vbi vide adnotata.
VENERIT *alter amor.*] vt el. 7. lib. 1.
Saepe venit magno fœnore tardus Amor.
Alter amor, altera amica. vt eleg.18. lib.3.
Atride magno cum fletu alter amor.
AC *veluti.*] vsitatus sermo in similitudine, & cõparatione, vt el.15. infr. *Ac veluti folia*, &c. & Virg.1. Æneid. *Ac veluti magno in populo*, &c. & alias sæpe.
PRIMO *taurus detrectat aratra.*] Ouid.eleg.2. lib.1. Amor.
Verbera plura ferunt, quam quos iuuat vsus aratri,
Detrectant pressi dum iuga prima boues.
Ipse eleg. vlt. huius libri.
Sed non ante grauis taurus succumbit aratro,
Cornua quam validis haeserit in laqueis.
Nec tu tam duros per te patieris amores
Trux tamen à nobis ante domandus eris.
Apta similitudo: nam & tauri, validi amatores, & adulteri, & testiculi ipsi; & iugum ferunt amantes. vnde *par coniugium.* Detrectare aratra, quod eleg.23. infra.
Grandæuique negant ducere aratra boues.
Virg. 3. Georg.
Aut iuga detrectans, interdumque aspera cornu.
Tibull. *Detrecto non ego vincla pedum.* Columella cap. 2. l.2. vocat *retractantem iuuencum.* Festus: *Detrectare, est male tractare.* lego: *nolle tractare.*
POST *venit assueto mollis ad arua iugo.*] An *venit mollis*, id est fit: *Il deuient soupple.* vt Horat. oda 19. lib.1. *Mactata veniet mollior hostia.* nam mollis ad rem dicitur, vt Cic. *Mollissimus animus ad suscipiendam & deponendam inimicitiam. Mollis*, facilis, vt eleg.7. lib.1. vers.4. & el.5. lib.4.
Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem.
Virg.3. Georg.
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
id est, domito. Varro apud Nonium in *Vapor:*
Sternitur iuuencus quem labos mollem fecit. contra, *dura ceruicis taurus. Actum*, inquit Festus, *dicimus agrum necdum fatum.* Varro 4. de ling. Lat. *Actum & arationes ab arando. Aruus ager* Plauto in Truculento obscœnè. *Assueto iugo*, vt eleg.1. lib.1. *Assueto amore.* Virg. hac de re 3. Georg. —— *vbi libera colla Seruitio assuerint.*
SIC *primo iuuenes trepidant in amore feroces.*] An dictum, *trepidant feroces*, vt ab Horatio, *Palluit audax.* sed trepidatio hic est turbationis & tumultus. Horat. oda 27. lib.3.
Sed vides quanto trepidet tumultu Pronus Orion.
Feroces, superbi & minaces, sæui & indomiti, Catullo. vide notata ad eleg.5. lib.1. vers.12.
DEHINC *domiti, post hæc æqua & iniqua ferunt.*] subacti quidlibet patiuntur. *Domiti*, vt Catull. ad Manlium:
Sed tuus altus Amor, barathro fuit altior illo,
Qui tuum domitum ferre iugum docuit. Dehinc posthac, ἔτι τὰ λοιπὰ. vt dictum eleg.9. lib.1.vers.4.
Aequa & iniqua ferunt, vt Virg.12. Æneid.
Digna indigna pati. Lucillius: *Durum molle vorat.* Plaut. *Dulcia & amara eloqui.* Catull.

A *Omnia fanda, nefanda malo permixta furore.* vide Iun. pro. 20. cent.9.
TVRPIA *perpessus vates est vincla Melampus.*] Turpi de causa vinctus & in carcerem coniectus. *Turpia vincla*, quia furti causa vinciri turpe, cum sit turpe iudicium furti. Cic. pro Sex. & Q. Roscio. & Iulian. l.1. de his qui not. infam. Stat.1. Achill.
Et turpi quaerentem litora furto.
Nelei & Chloridis filiam Pero cum Bias frater Melampodis deperiret: nec pater eam vlli locare vellet, nisi qui boues Iphicli surreptos
B sibi traderet. Melampus amori fratris obsecutus, quamuis arte sua præsensisset se deprehensum iri; furari tamen conatus est. Ibi captus vinctusque & post annum emissus ab Iphiclo, & data Bianti vxor Pero. Homer. lib. 11. Odyss. Apollon. lib.1. Pausan. Messenicis, Apollodor. lib.1. Theocrit. in Comaste. & eius Scholiastes, qui ita dictum Melampodem ait, quod expositus à matre in edito loco, reliquo corpore tecto, pedes sole exusti colorem nigrum traxissent.
COGNITVS *Iphicli surripuisse boues.*] deprae-
C hensus dum surripere & furari vellet. vt el. 4. lib. 1. *Mutatum domina cogis abire mea.* pro, cogere vis. & eleg.13. lib.3.
Ille furor patriae fuit vtilis. id est, esse voluit, Homerus autem & Apollonius Iphicli fuisse boues illas scribunt. Apollodorus Phylaci, qui pater Iphicli.
QVEM *non lucra, magis Pero formosa coegit.*] Quem non cupiditas pecuniæ & quæstus, sed Pero Nelei filia, cuius formam Bias frater deperibat, impulit ad id furtum. *lucrum* à luendo, cum quis plus exsoluit, quam quanti esset emptum. Varro 5. de ling. Lat. sic enim lego.
D non esset ceptum.
MOX *Amythaonia nupta futura domo.*] Quæ post annum Bianti Amythaonis filio nubere debebat. Apollodor. lib.1. Ἀμυθάων Εἰδομένην γαμεῖ τὴν Φέρητος, ἐξ ἧς γίνονται παῖδες αὐτῷ Βίας καὶ Μελάμπους. vide notata ad illud Tibulli lib. 4. *Queis Amythaonius nequeat certare Melampus.*

AD ELEGIAM IIII.

Ad amantem.

E MVLTA *prius domina.*] ἐπιτιμίως; subaudiendum, quam eius lecti copia tibi fiat, & ea frui possis. An *prius-domina*, vt Tibull. eleg. 3. lib.2. *Nouerca-prius*, & Petron. Arbiter: *prius-more*, & Catullus: *Olim-furores.*
DELICTA.] eleg.16. lib. 1. *Vitia dominae* vocat. *culpam* eleg. 5. lib.1. & *errata* eleg. 9. eiusd. lib. Plaut. Amphitr. *Quid ego tibi deliqui si cui nupta sum, tecum fui.* Festus: *Delinquere est praetermittere, quod non oportet praeteriri.*
QVERARIS *oportet.*] & necesse est, & decet & conuenit.
SAEPE *roges aliquid.*] petas à domina suauium, vel quid amplius. *Aliquid* obscœnè eleg. 19. infr.
Tu quoties aliquid conabere vita.

& elegia 22.

Quod si forte aliquid vultu mihi dura negarat.

sic Ouid. eleg.2. lib.3. Am.

Risit & argutis quiddam promisit ocellis. Plaut. Bacchid. Act.4. sc.8. *Neque osculatur, neque illud quod dici solet.* Tibull. eleg.2. lib.1. *Si quid & imprudens aspexerit.* Ipse eleg. 10. lib.1.

Neu si quid petijt, ingrata fronte negaris.

& eleg. 18. infra.

Si quid vidisti, semper vidisse negato:
Aut si quid doluit forte, dolere nega.

sic *quidlibet, quiddam, & cætera,* accipi solent.

SÆPE *repulsus eas.*] nihil impetres, abeas cũ repulsa. Virg. 11. Æn. *Pone animos & pulsus abi.* Effinxit hunc locum Ouid. el.9. lib.2. Amor.

Sæpe fruar domina, sæpe repulsus eam.

ET *sæpe immeritos corrumpas dentibus vngues*] id est, qui plectuntur innocentes, vt el.4. lib.4.

Sæpe illi immerita causata est omina luna.

eleg. 3. libr. 4.

Occidat immerita qui carpsit ab arbore vallum.

eleg. 5. lib. 4.

Cornicum immeritas eruit vngue genas.

Horat. sat.3. lib. 2.

Culpantur frustra calami immeritusque laborat
Iratis natus paries Dijs atque Poetis.

& oda 17. lib.1. *Et scindat hærentem coronam Crinibus, immeritamque vestem.* Rodere vngues, gestus iratorum, vt eleg. vlt. lib.3.

Vngue meam morso sæpe querere fidem.

Horat. sat. vlt. lib.1. *Et in versu faciundo*
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.

Satyricus:

Nec pluteum cadit, nec demorsos sapit vngues.

Idem · *studum Harestratus vnguem*
Arrodens ait hæc.

ET *crepitum dubio suscitet ira pede.*] Ingentem sonum edat, *crepitus* de ingenti sono, vt eleg. 8. libr. 3.

Et manibus faustos ter crepuere sonos.

Virg. 12. Æneid. *nec fulmine tanti*
Dissultant crepitus. Cic. in Bruto: *Nulla pedum supplosio.* Idem in 1. de Orat. *Pedem in illo iudicio nemo supplosit.* quod Græci vocant ἀποπτερνίζειν, inquit Scaliger, ταῖς πτέρναις κτυπεῖν, calcaneis strepitum mouere. Virg. 3. Georg. de rabie equarum. *& pede terram Crebra ferit.* Seneca cap.1. lib.1. de ira. *Complosæ sæpius manus, & pulsata humus pedibus.* inter signa irascentium. *Dubio pede.* Ouid.6. Fast.

Dubij stantque labantque pedes.

(ebriorum.) Horat. oda 11. epod.

Ferebar incerto pede. modo hoc, modo illo.

NEC QVICQVAM *perfusa meis vnguenta capillis.*] hypallage, pro perfusi capilli vnguentis, vt eleg. 2. lib. 1. *crines perfundere myrrha*, vbi plura. frustra, inquit, vnguentis delibuto capite incessi, vt alteri amicæ placerem, & omnibus me vẽditarem. nam vni addictus tenebar.

IBAT *& expenso planta morata gradu.*] sic *Suspensum gradum ponere*, Seneca cap.25. de vita beata. *Expenso*, graui ac lento; quia qui res expendunt lentius & consideratius id faciunt. An *expenso*, pro numerato, vt dicimus, *expensum ferre. aller à pas contez.* An *expanso*? Sed vet. lib.

A *extenso*, quia qui extendunt gradum lentè eunt, vt cum gradibus metimur spatium soli. Ouid. 3. de arte amandi:

Hæc mouet arte latus; tunicisque fluentibus auras
Excipit, extensos fertque superba pedes.

Ibat planta, vt eleg. 12. infra.

Vt soleant molliter ire pedes.

NON *hîc herba valet.*] vim nullam habet in amore, quia, vt Apollo apud Ouid. ait. 1. Met.

Nullis Amor est medicabilis herbis. & Tibull.
Nec valuit curas sanare salubribus herbis.

An *herba*, τὸ φάρμακον ἢ φίλτρον; eleg. 12. lib. 1.

B an quæ *Lecta Prometheis diuidit herba iugis.*

& eleg. 7. lib.4.

Si te non totum Chloridos herba tenet

Tibull. *Num misero carmen & arma nocent?*
Quid queror, hei, misero carmen nocuisse? quid herbas?
Forma nihil magicis vtitur auxilijs.

Virg. *Fallax herba veneni.*

NON *hic nocturna Cytæis.*] quæ noctu sua sacra facit. vt eleg.16. lib.1. *nocturnis rixis.* noctu sacra magica sagæ faciunt ad lunam, vnde Horat. oda 5. epod.

Nox & Diana quæ silentium regis,
Arcana cum fiunt sacra,
Nunc, nunc adeste. *Cytæis*, Medea, vel quælibet

C alia Pontica venefica. dictum ad el.1. lib.1.

NON *Perimedea gramina cocta manu*] sic vet. lib. & ita legerat Beroaldus. Perimedes nobilis veneficæ mentio apud Theocrit. in Pharmac. & eius Scholiasten. *Agamede* vocatur Homer. Iliad.11. *manu*, opera & arte. Alij libri: *Perimedeæ manus. gramina.* id est, quæ Perimede legit & coquenda tradidit aënis, vt eleg. 1. sup.

Colchis Colchiacis vrat aëna focis. vide Ouid. 7. Met. in Fab. Medeæ.

Quippe vbi nec causas, nec apertos cernimus ictus.

vbi nec origo morbi, nec manifesta sunt vulnera, quia saucius est animus, non corpus. sic eleg.12. infra:

Ante ferit quoniam, tuti, quam cernimus hostem.

D VNDE *tamen veniant tot mala.*] Qua ex parte sagittæ aduolent. *tamen*, pro tandem, vel denique Terent in seipsum cruciante Act.4. sc. 2. *Retraham Hercle opinor ad me illud fugitiuum argentum tamen.* Virg. ecl.9.

Hic hædos depone tamen veniemus in vrbem.

Cic. 1. Verr. *Ipse nihil potest. At venis paratus, est tamen hoc aliquid.* & alibi sæpe. Ipse eleg. seq.

Inueniam tamen è multis fallacibus vnam, *mala*, vulnera.

CÆCA *via est.*] obscurissima. sic *occultum iter*

E *soporis* dixit eleg.11. lib.3. Ouid. eleg.16. lib.2. Amor.

Sæpe petens Hero iuuenis transnauerat vndas:
Tunc quoque transnasset: sed via cæca fuit.

& eleg. 11. lib. eiusd.

Hactenus est tutum, cætera cæca via est.

Ipse eleg. 12. lib.3. *Cæcum versat amator iter.*

Virg. 4. Æneid. *cæco carpitur igni.*

Ouid. *vritur intus*
Vritur, & cæcum pectora vulnus habent.

Via, vt el.25. infra.

Hæc atque illa mali vulneris vna via est.

NON *eget hic Medicis non lectis mollib. ager.*] quia morbi artificem Amor non amat. eleg. 1. sup. *ager*, saucius Amoris sagitta. vt, *Medea animo ægra, amore saeuo saucia.*

HVIC *nullum cœli tempus & aura nocet.*] huic nulla intemperies aëris morbi causa est. Ouid. 2. de arte amandi de autumni tempore.

Aëre non certo corpora languor habet. Ibid.
Et vitium cœli senserit ægra sui.

Ipse eleg. 28. infra.

Venit enim tempus, quo torridus æstuat aër,
Incipit & sicco feruere terra cane.
Sed neque tam ardoris culpa est neque crimina cœli.

ergo *cœli tempus* ad sidera; *aura* ad aëris constitutionem. *Aura*, pro ventis noxijs, vt & eleg. 17. libr. 1.

Aspice quam sæuas increpat aura minas.

Plaut. Trucul. sc. *date soleas. Nam mihi de vento miserè condoluit caput.* An *hora cœli*, id est tempestas anni, vt autumnus præcipuè. Horat.

Frustra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus austrum.

AMBVLAT.] viuit, valetque. Iudicium bonæ valetudinis ambulare, vt cubare morbi, vnde Plaut. *Auferere, non abibis.*

ET *subito mirantur funus amici.*] id est mortuum. vide eleg. 1. sup. vers. 56. & iungi potest *subito funus*, vt eleg. 16. infra:

Et subito-felix nunc mea regna tenet. alludit ad amorem qui dicitur pestis.

SIC *est incautum quidquid habetur Amor.*] Adeo caueri non potest, id quod amorem perhibent. Amor duobus modis incautus. nam incautus, imprudens, temerarius, sine consilio; & incautus, qui caueri non potest, vt inuictus dicitur, qui vinci non potest. Virg. 4. Georg.

Cum subita incautum dementia cepit amantem.

Quod ait: *Quidquid habetur*, significat incertam Amoris naturam. Ennius Thyeste apud Ciceron. 2. de nat. Deor. *Cui, quod in me est, execrabor, id quod lucet, quidquid est.* id est Iouem.

NAM *cui non ego sum fallaci præmia vati.*] potest esse anastrophe, vt eleg. 14. lib. 1.

Nam quis diuitijs aduerso gaudet amore?

Esse præmia, pro spolia ex se dare. Sic Ouid.

Præda suis canibus non minus ille fuit.

Ipse eleg. 16. infra:

Maxima præda tibi, maxima cura mihi.

Ouid. eleg. 17. lib. 2. Amor.

Atque vtinam domina mitis quoque præda fuissem.
Formosæ quoniam præda futurus eram.

Præmia, pro præda, vt eleg. 13. lib. 3.

Siue petas calamo præmia, siue cane.

& eleg. 30. infra.

Et ferre ad patrios præmia dira lares.

Ouid. 5. Fast. *Ausus Erecthea præmia ferre domo.*
Tibull. *Aut rapta præmia veste petat.*
hinc *præmiatores* Nonio, prædatores.

Fallaci vati, Aruspici, Auguri, coniectori, quos fallaces esse, & inanem rationem diuinationis docuimus ad illud eleg. 1. lib. 1.

At vos deducta quibus est fallacia lunæ.

QVÆ *mea non decies somnia versat anus?*] An *decies* pro sæpius, incertus numerus pro certo?

A Horat. *Hæc decies repetita placebunt.* Plaut. Amphitr. *Dini decies.* an ob præstantiam denarij numeri. nam ad decem vsque tantum progredimur numerando; & decem decies, centum; decies centena, mille. decies mille, myrias. Horat.

Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

Versat somnia, an animo sæpius voluit, per coniecturam explicatura. Virg.

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc
In partesque rapit varias, perque omnia versat.

vnde *versuti* dicti Ciceroni. An quia sortibus
B in vrna versatis vtebantur auiculæ? Horat. sat. 9. lib. 1.

Quod puero cecinit diuina mota anus vrna.

Idem. *Omnium Versatur vrna serius ocyus*
Sors exitura. & sortes somniorum vertere se dicuntur veteri Poëtæ apud Cic. 1. de diuin.

Tum coniectorem postulat pacem petens;
Vt se edoceret obsecrans Apollinem
Quò sese vertant tanta sortes somnium.

vet. gl. *Somniortator*, ὀνειρομάντις. *An somniorsitator?* Tibull.

C *Hæc Deus in melius crudelia somnia vertat.*

Defert vero eleg. 29. infra ad coniectorem somniasse se.

Ibat & incasta narratum somnia veste.

Iuuenal. sat. 6.

Qualiacunque voles Iudæi somnia vendunt.

vide Plaut. in Curcul. sc. 2. Act. 2. & Cic. 2. de diuin. *Anus*, saga & venefica. Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Carmine cum magico præcinuisset anus*, & eleg. 8. eiusd. lib.

Deuouit tacito tempore noctis anus. Horat.
Quid proderit ducasse Pelignas anus?

anus, quod sit sine sensu; ἄνους Fest.

D HOSTIS *si quis erit nobis, amet ipse puellas.*] Horat. oda 27. lib. 3. *Hostium vxores.* ipse el. 11. lib. 1.

An te nescia quis simulatis ignibus hostis?

& eleg. 6. lib. 3.

Hostibus eueniat lenta puella meis. vide prouerb. *Si quid mali in Pyrrham.* *Amet ipse puellas*, cum damno suo scilicet vt el. 26. inf.

Vna sit & cuiuis femina multa mala.

& eleg. 18. lib. 3.

Semper amet fructu semper amoris egens.

GAVDEAT *in puero siquis amicus erit.*] puerum amet & potiatur amato. Gaudere in ali-
E quo, vt eleg. 9. lib. 4. *Cynthia in exuuiis gaudet.* sic Cic. ep. 1. lib. 1. ad Att. *Puto te in hoc risisse, aut ingemuisse, vt frontem ferias.* eleg. 13. lib. 1.

Perditus in quadam tardis pallescere curis
Incipis. in sæpe vacat apud Propertium.

TRANQVILLO *tuta descendis flumine cymba.*] per quietum flumen deorsum laberis tuta nauicula, & extra periculum naufragij. Apostrophe ad quemlibet, vt eleg. 12.

Nonne putas miras hunc habuisse manus?

& eleg. 17. infra.

Nec modo si sapias quod minus esse velis.

Virg. 4. Æn. *Migrantes cernas.* & allegoria à re nautica, vt el. 3. lib. 3.

Non est ingenij cymba grauanda tui.

& eleg. 14. infra.

Nunc ad te mea lux veniet mea litora nauis
Seruata: an medijs sidet onusta vadis.

In pueri amore, vt in tranquillo secundoque flumine versamur: in mulieris, vt in vasto mari. eadem allegoria eleg. 9. lib. 3.

Non ego velifera tumidum mare findo carina.
Tuta sub exiguo flumine nostra mora est.

& eleg. 3. lib. 3.

Alter remis aquas, alter tibi radat arenas.
Tutus eris, medio maxima turba mari est.

Descendere, secundo flumine labi. Virg. 2. Georg. *Aut conurato descendens Dacus ab Istro.* Horat. denatare dixit:

Nec quisquam citius aquis Thusco denatat alueo.

QVID *tibi tam parui littoris vnda nocet?*] Quid periculi tibi in tam exiguo fluuio natare iuxta ripam? *littoris vnda*, aqua vicina litori. id est ripæ. littus enim pro ripa, vt adnotat. ad eleg. 2. lib. 1. *Eueni patrijs filia littoribus.*

ALTER *sæpe vno mutat præcordia verbo.*] puer flectit mentem, animum & sententiam à sæuitia ad lenitatem. *mutat* hic in melius, vt eleg. 15. lib. 1.

Quarum nulla tuos potuit conuertere mores.

Præcordia, iram Beroaldus exponit, non pessimè. nam elegia proxima dicturus est.

Quam facile irati verbo mutantur amantes.

& de pueri natura Horatius. *& iram*
Colligit & ponit temere, & mutatur in horas.

de præcordijs dictum eleg. 1. sup. vers. 41. Quod de puero Propertius, etiam de puella Tibullus:

Sed flecti poteris, mens est mutabilis illi.

Vno verbo, minimo negotio; vt elegia proxima:

Quam facile irati verbo mutantur amantes.

Cic ep. 4. lib. 15. fam. *vno verbo omnia consequi.* & Terent. *Labascit victus vno verbo.*

ALTERA *vix ipso sanguine mollis erit.*] puella vix morte ipsa mitescet. Sanguis, pro cæde, & nece, vt eleg. 9. infra.

Sanguis erit vobis maxima palma meus.

& el. 5. lib. 4. *Consuluitque Striges nostro de sanguine.* Cic. pro Q. Ligario. *Scio vos non petere sanguinem.* Virg. *Date sanguine pœnas.* Ouid. in ep. Hypermnestræ:

Et queruntur factum sanguinis esse parum.

& eleg. 10. lib. 1. Trist.

Hic vereor nostro ne speret sanguine prædam.

Ipso ἱματικῶς, vt eleg. 19. lib. 1.

Hic timor est ipsis durior exequijs.

Virg. *Cur? non ipsa in morte relinquunt.*

Mollis, facilis vt eleg. sup.

Post venit assueto mollis ad arua iugo. Horat.

Nec rigido mollior esculo. alludit fortasse ad duritiem adamantis, qui sanguine tamen frangitur, sed hircino.

AD ELEGIAM V.

Ad Cynthiam.

HOC *verum est.*] Initium ab increpatione, vt eleg. 11. lib. 3.

Postnunc plorantem potuisti linquere Gallum?

eleg. 30. infr. *Quo fugis ah demens?* eleg. 8. lib. 1.

A *Tune igitur demens?* similis increpatio in Andria Terent. Act. 5. sc. 1. *Hoccine est humanum factum, aut inceptum? hoccine officium patris?* Cic. pro Quintio, *verum*, vsurpat eodem sensu, eademque indignatione. *Contranone verum fuit postulare, vt ex edicto possidere bona liceret?* Idem pro Murena. *Negat esse verum Cato beniuolentiam allici cibo.* Idem ep. 17. lib. 2. fam. *Rationes mei quæstoris ad te mitti verum non fuit.* & lib. 2. de legib. & alibi sæpe. Horat.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

Ipse el. 13. infra.

Nonnihil ad verum conscia Roma sapit.

B Mart. epig. 25. lib. 11. *Hoc Labulle verum est?* Sic & τὸ ἀληθὲς Græcis æquum.

TOTA *te ferri Cynthia Roma.*] differri & infamis traduci per totam vrbem, vt loquitur eleg. 24. infra. *Ferri*, pro, differri. id est, infamari, vt eleg. 16. lib. 1. *Aeterna differor inuidia.* Virg. 1. Georg. *—— ita turbine nigro*

Ferret hyems culmumque leuem, stipulasque volantes.

id est, differret, diriperet. Ipse el. 31. infra.

Nuper enim de te nostras me læsit ad aures
Rumor, & in tota non bonus vrbe fuit.

ET *non ignota viuere nequitia.*] apertè in stupris versari & volutari. Ouid. el. 13. lib. 1. Am.

C *An putas ignotam nequitiam esse suam?*

tolerabilior clandestinus amor. Tibull.

Celari vult sua furta Venus. sed Cynthia soluit pudorem. Sic eleg. 16. lib. 1.

Non tamen illa suæ reuocatur parcere famæ,
Turpior & secli viuere luxuria. Sic Virg.
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.

quid nequitia dixi ad illud eleg. 6. lib. 1.

Extremæ reddere nequitiæ.

HOC *merui sperare?*] mea fides & patientia dignane fuit hoc præmio? An mihi metuenda fuit tua perfidia pro fide & constantia mea? eleg. 6. lib. 3.

D *Hæc te teste mihi promissa est Lygdame merces?*

Petron. *Hoc de te merui?* vt &c. Sperandi verbum ambiguum. Catull.

—— Non hoc miseram sperare iubebas:
Sed connubia læta, sed optatos Hymenæos.

Virg. ecl. 8. *Quid non speramus amantes?*

Idem 11. Æneid.

Hæc adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore. Merui quoque ambiguè, vt el. 18. l. 1.
Quid tantum merui? quæ te mihi crimina mutant?

DABIS *mihi perfida pœnas.*] persolues supplicium. eleg. 6. lib. 4. *Dat femina pœnas.* Virg. *Dabis improbe pœnas.*

E *At fixus nostris tu dabis supplicium. Pendere pœnas*, Fest. Virg. 9. Æn. *Pœnas persoluens amborum.*

ET *nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit.*] id est, nobis etiam, non tantum tibi. Virg. ecl. 3.

Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.

Idem 8. Æneid.

Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium aduentumque Dei. Idem 2. Æn.
—— & nos aliquod nomenque decusque
Gessimus. Scaliger sic exponit prouerbium allegoricum: & nobis erit suda tempestas. nam Boreas sudificus: vt eleg. 6. lib. 3.

Venit post multas vna serena dies.

Beroal-

Beroaldus adfert illud Ouidij 1. Fast.

Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt.

Titius exponit: & nos ventis quoque discerpendum trademus iusiurandum. Palmerius ait minitari discessum, vt versu ab hoc 9. infra. & vento se vela daturum. Turneb. cap. 11. lib. 17. aduers. vt aquilo, inquit, mare turbat, & vertit; sic nostra mens illo tanquam procelloso vento inflata mutabitur & vertetur, aliamque inueniam quam amem: vnde subijcit: *Non ita Carpathię*, &c. Ego sic explico. fides tua, vt aquilo ventus, res leuissima & inconstantissima: sic & nostra fides futura est. ita enim dixit eleg. 6. lib. 1.

Osculaque opposito dicat mihi debita vento.

vbi ventus, pro fide inani & futili. vel id ait. Nos ventos nihil aliud quam ventos putabimus, & verba tua, verba mera esse. eleg. 28. infra.

Quidquid iurarunt ventus & vnda rapit.

& est μεταβολὴ τῶν προσώπων in, *nobis*, quia præcessit, *mihi*, vt eleg. 1. vers. 3. & 4. sup.

INVENIAM *tamen è multis fallacibus vnam.*] Sic loquuntur, qui minantur alio se amorem translaturos. Virg. 2. ecl.

Inuenies alium si te hic fastidit Alexis.

C in lib. 7. Anthologias: μὴ κλαῖε πίκιον, χ' εὑρήσομεν ἄλλον. Theocrit. Idil. 11.

—— αἴ τὸν φεύγοντα διώκεις,

Εὑρήσεις Γαλάτειαν, ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν.

tamen, pro tandem, vel denique, vt dictum ad eleg. 4. sup. vers. 10. *E multis fallacibus vnam.* sic Horat. od. 11. lib. 3. *Vna de multis, face nuptiali Digna.* Ouid.

Qui modo de multis vnus & alter erant.

aliud est Ciceroni. *Vnus è multis*, ἓν τῶν πολλῶν. & Ouid. 2. de rem. Amor. *fallacibus*, vt eleg. 10. infra:

Sed vobis facile est verba & componere fraudes,

Hoc vnum didicit femina semper opus.

Tibull.

Ah crudele genus, nec fidum femina nomen.

Virg. *Varium & mutabile semper femina.*

Ouid. 1. de arte am.

Fallite fallentes, ex magna parte profanum

Sunt genus, in laqueos quos posuere cadant.

QVÆ *fieri nostro carmine nota velit.*] quæ innotescere & celebrari cupiat nostris versibus. eleg. 25. infra.

Ista meis fiet notissima forma libellis.

Ouid. eleg. 10. lib. 1. Am.

—— *Quam volui nota fit arte mea.*

Catull. in deteriorem partem:

Sed tu qualibet esse notus optas.

Ipse eleg. vlt. huius libri.

Hęc quoque lasciui cantarunt scripta Catulli

Lesbia queis ipsa notior est Helena.

NEC *mihi tam duris insultet moribus.*] mihi vt victo illudat: nam victores præsertim ferociores victos & iacentes pedibus calcant, iisque insiliunt. vt eleg. 7. infra.

Insultetque rogis, calcet & ossa mea.

Mores, pro ingenio, vt eleg. 17. lib. 1.

Nonne fuit melius dominę peruincere mores?

ET *te vellicet.*] Carpat & grauiter insimulet,

A detrahat de fama. Sic & rodere & mordere dicuntur inuidi. An vt Martialis dixit:

Barbam vellere mortuo leoni. hinc scribere *vellicatim*, pro carptim. Sesenna apud Nonium. An ductum à vellenda lana, vnde vellus dictum Varroni. & nostris, *drapper & bourrer*. Cic. pro Corn. Balbo. *More hominum inuident: in conuiuijs rodunt: in circulis vellicant.*

HEV *serò flebis amata diu.*] id est, post tempus & frustra, vt eleg. 1. lib. 1.

At vos, qui serò lapsum reuocatis amici.

Flebis, te pœnitebit, vt Catull.

B *At tu dolebis; cum rogaberis nulli.*

Horat oda 25. lib. 1.

Inuicem mœchos anus arrogantes.

Flebis. Dilogia: *Flebis amata diu, & flebis diu, & amata diu.* eleg. 7. infra:

Qua quondam edicta flemus vterque diu.

Amata iampridem cara. eleg. 8. infra.

Catull. epigr. 8.

Amata nobis quantum amabitur nulla. quod epigramma huic sententiæ totum conuenit.

NVNC *est ira recens*] que mora fit *lenior*, & relentescit. Ouid. 1. de arte am.

Sed propera ne vela cadant, iręque residant

Vt fragilis glacies, interit ira mora.

C sic *curę resentes* eleg. 12. libr. 1.

Iræ recenti, opponitur inueterata, quæ odium dicitur, inquit Cic. 4. Tusc. *& tamen ira omnium tardissimè senescit.* vide in hanc sententiam Ouidium 1. de rem. Am.

Optimus ille fuit vindex lędentia pectus

Vincula qui rupit, dedoluitque semel.

NVNC *est discedere tempus.*] dictum, vt ab Horat.

Tempus abire tibi est. discedere, est *abire domina*, vt loquitur eleg. 4. lib 1. vers. 2.

SI *dolor abfuerit, crede, redibit Amor.*] Si dolere & irasci desines, rursus amare incipies. Antitheta: *dolor, amor; abfuerit, redibit. dolor,*

D pro ira; genus pro forma. vt eleg. 8. infra:

Tantus in erepto sęuit amore dolor.

& eleg. 18. lib. 1.

Quamuis multa tibi dolor hic meus aspera debet.

Virg.

Necdum etiam caussę irarum, sæuique doloris

Exciderant animo. & Ouid. in Ibin.

Dum peragunt partes ira dolorque suas.

Crede, aduerbij loco, pro certè. dixi ad illud eleg. 2. lib. 1.

Crede mihi non vlla tuę medicina figurę est.

Redibit amor. dictum vt Virg.

—— *rursusque resurgens*

E *Sæuit Amor.* sic venire dicitur & fugere.

NON *ita Carpathiæ variant Aquilonib. vndæ.*] maris Carpathij aquæ diuersim feruntur à ventis sæuissimis. Carpathos insula è regione Ægypti inter Rhodum & Cretam, quam 2. Iliad. Κράπαθον Homerus vocat κατὰ μετάθεσιν. Plin. cap. 12. libr. 4. Strabo in fin. libr. 10. Virg. Horat. & ipse eleg. 9. libr. 3. *Variant.* [illegible] vt eleg. 2. libr. 4.

Prima mihi variat liuentibus vua racemis.

Liuius libr. 9. *Si variarent.* id est, variæ

essent sententiæ. sic *tendit, vertat, voluet.* A

Aquilonibus. Festus: *Aquilo à vehementissimo volatu instar aquilæ appellatur.* Aquilone flante mare redditur atrius & obscurius. Gellius ex Aristotelis problematis.

N EC *dubio nubes vertitur atra noto.*] incerto flatu Austri huc illuc impellitur. sic eleg. 9. infra.

Non sic incerto mutantur flamine Syrtes:
Nec folia hyberno tam tremefacta noto.
Quam cito feminea non constat fœdus in ira.

vnde *vertitur*, hic rectè legitur. quamuis forte non male & *verritur.* vt *nubila verri* dicuntur Lucretio & Virgilio non quidem à noto, B sed Aquilone. *Nubes atra*, cæca, nigra, obscura. Horat. oda 16. lib. 2.

Simul atra nubes condidit lunam. vbi ad nubis etymon alludit. *Nubes-noto*, vnde *nubilus auster.*

Q V A M *facile irati verbo mutantur amantes.*] Statim placantur & ex iratis tranquilli vel solo verbo redduntur. verbo, vt eleg. sup. prox. vers. pen. *Alter sæpe vno mutat præcordia verbo.*

D V M *licet iniusto subtrahe colla iugo.*] Dum facultas & occasio tibi datur iniquo & ni- C mium graui seruitio te libera. sui ipsius allocutio. *Dum licet*, vt Ouid. 4. Fast.

Dum licet, & spirant flamina nauis eat.

Idem eleg. 6. lib 2. Am.

Hoc tibi, dum licuit, Psittace, turtur erat.

id est, dum vixisti. vide adnotata ad eleg. 19. lib. 1. vers. pen. Iugum de seruitio. de translatione illa dictum eleg. 3. sup. vers. 47. Ouid. 1. de rem. Am. *Et tua læsuro subtrahe colla iugo.* & eleg. 2. lib. 5. Trist.

Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo.

Horat. sat. 7. lib. 2. *Eripe turpi Colla iugo.*

Ipse eleg. 11. lib. 3.

Quod nequeam fracto rumpere vincla iugo. D

Iugum iniustum, vt contra *Iusta seruitus* Terent. vide adnotata ad illud eleg. 7. lib. 1.

Iniustas sæpe tulisse minas.

N EC *tu non aliquid, sed prima nocte, dolebis.*] nonnihil ægritudinis senties, verum id fortasse nocte prima tantum. Ouid. 2. de rem. Am.

Nec si quid forte dolebis Sentiat. ipse eleg. 18. infra. *Aut si quid doluit forte, dolere nega.* eleg. vlt. lib. 4.

Aut si quid doliturus eris.

Afran. apud Ciceronem 4. Tusculana: *Dummodo doleat aliquid, doleat quidlibet.* *prima nocte*, nocte illa qua primum ab amica discesseris. & E nocte, quia tristior nox & amarior die. Aliter Horat. *Prima nocte domum claude.*

O M N E *in amore malum, si patiare, leue est.*] nihil tam graue, quod leue non reddat patientia. *Si patiare*, dum modo perferas & obdures. Virg. 5. Æneid.

Quidquid erit superanda omnis fortuna ferendo est.

Horat. oda 24. libr. 1. *Durum, sed leuius fit patientia.* Ouid. 8 Met. *Paupertatemque ferendo Effecere leuem.* Plaut. Capt. sc. 1. Act. 2. *Decet id pati æquo animo: si id facietis, leuior labos erit.*

A T *tu.*] Seruir ἀποστροφῇ. vt eleg. 6. libr. 1. vers. 31. dictum est.

P ER *domina Iunonis dulcia iura.*] An *iura* matronis tributa, quibus matrona Iuno præest, & cui *vincla iugalia curæ*? An quia Cynthia iam peperit, vt eleg. 15. infra.

Viderit hanc si quam iam peperisse pudet? An *iura* pro religione & numine? vt eleg. 3. lib. 3.

Sub terris sint iura Deûm. Sane omnia mulieres Iunoni accepta ferebant, eratque Iuno mulierum, vt Genius virorum, vnde iusiurandum Tibull. eleg. vlt. lib. 3.

Quod si perque suos fallax iurarit ocellos,
Iunonemque suam, perque suam Venerem.

& eleg. pen. lib. 4.

Hæc per sancta tuę Iunonis numina iuro,
Quę sola ante alios est tibi magna Deos.

vide & eleg. eiusd. lib. cui initium est *Natalis Iuno. Domina* autem, vel regina; sic enim & *Venus regina* & *Domina* à Propertio vocatur. vel *hera*, quia Dij heri. Ipse eleg. 2. lib. 3.

Et domina Veneris volucres, mea cura, columbę.

Ouid. eleg. 12. lib. 3. Am.

Inuisa est dominę sola capella Deæ.

id est, Iunoni.

P A R C E.] paulo aliter Tibull. elegia 7. libr. 2. *Parce per immatura tuæ precor ossa sororis.* *parce*, caue, desine. vt eleg. 15. lib. 1. vers. 26. dictum.

T V I S *animis.*] iracundia & sæuitia, vt eleg. 5. lib. 1.

Illa feros animis alligat vna viros. Animi & animus, pro iracundia. Horat. oda 14. lib. 3. carm.

Lenit albescens animos capillus. & ep. 2. libr. 1.

Ira furor breuis est, animum rege.

τὸν θυμόν. vet. gloss. *furor*, θυμός. Ouid. ep. Briseid. *Vince animos, iramque tuam qui cetera vincis.* Attius Myrmidonibus apud Nonium in *Confidentia*: *Iram infrenes, obstes animis, reprimas confidentiam.*

N O C E R E *tibi.*] tibi obesse, & malum tibi arcessere iumento tuo, quia ego coactus & lacessitus te vlciscar.

N O N *solum taurus ferit vncis cornibus hostem.*] Anacreon: φύσις κέρατα ταύροις &c. *ferit*, vt Virg. ecl. 3. *Cornu ferit ille, caueto. Vncis cornibus*, incuruis & simul acutis, vt eleg. 11. lib. 4.

Torquis ab incisa decidit vnca gula.

vnca, quia conserta velut hamis, vt Virg. loquitur. eleg. 20. lib. 3.

Cornua nec valuit curuare in pellice Iuno.

Virg. 3. Georg. de bouis forma præstantissima.

——— *camuris hirtę sub cornibus aures.*

id est, *incuruis*, inquit Seruius.

V E R V M *etiam instanti læsa repugnat ouis.*] Ouem posuit pro bestia placidissima: vnde *Fabius Maximus Ouicula* dictus, Auctore Plutarcho. Ouid. *Quid meruistis oues, placidum pecus?* Consulēdum prouerbium: *Sua est & formicis ira.* *Repugnat*, resistit, & se vlciscitur quantum potest, propriè, vt 8. ad Attic. in ep. Pompeij, *vt non pugnet, sed repugnet suis locis.* Sic alibi: *Restitisset, repugnasset.*

N E C *tibi periuro. scindam de corpore vestes.*] Stat. 1. Achill. *Flauę veniunt in pectora vestes,*

Scinde puer, scinde. Ouid.3. de art.am.
Nec scindet tunicasue suas, tunicasue puella.
Ipse eleg.15. infra.
Scissa veste meas experiere manus.
Horat. oda 17. lib.1.
Et scindat hærentem coronam
Crinibus, immeritamque vestem.
Tibull.eleg.vlt. lib. 1.
Sit satis è membris tenuem præscindere vestem.
ita vetus lib. vbi *è membris*, vt hic, *de corpore.*
Terent. Adelph. *Discidit vestem, resarcietur.*
Periuro de corpore, magis poëticum est, quam periuræ. lingua enim pars corporis iurat, & peierat. Sic eleg.3. lib.1. *Ebria vestigia*, pro ebrio homine. & eleg.18. lib.1. *Formosi pedes.* & Horat. oda 15. lib.1. *Adulteros crines.*

Nec *mea præclusas fregerit ira fores.*] Ouid.1. de art. am.
Effice nocturna frangatur Ianua rixa.
eleg.9. libr.1. Am.
Hic portas frangit, at ille fores.
& 3. de arte am.
Nec franget postes, nec sæuis ignibus vret.
Tibull. eleg. vlt. lib.1.
Sed Veneris tunc bella calent, scissisque capillis
Femina, perfractas conqueriturque fores.
Idem eleg.1. lib.1.
Nunc leuis est tractanda Venus, dum frangere postes
Non pudet. eleg. vlt. lib.3.
Nec tamen irata ianua fracta manu.
Nota res ex eleg.16. lib.1. vbi ianua saucia conqueritor. tangit Horat. oda 26. lib.3.
Oppositis foribus minaces. Mea ira fregerit, ego iratus, vt eleg.1. sup. *Mea Musa.* eleg.18. libr.1.
Non ita sæua tamen venerit ira mea.
sic *meus dolor, mea lacryma, mea fauilla. præclusas*, ante clausas quam potuerim ingredi. sic Cic. 7. Verrina: *Omnes aditus misericordiæ tibi esse præclusos.* Ouid.2. Met.
Sed noces esse Deum, præclusique ianua leti.
aliter Cæsar 2. de bell.Gall. *Cohortes eiecit, portasque præclusit.* id est, omnino clausit.

Nec *tibi connexos iratus carpere crines Nec duris ausim lædere pollicibus.*] licet iratus, eoque fortior, non tamen ausim &c. sic Horat. oda 27. lib.3. *Pallust audax.* quamuis audax. Ouid. 1. de arte am.
Pessima sit (licet) *nulli non sua forma placet.*
vide eleg.3. lib.1. vers. *Et quamuis*, &c. *Carpere*, scindere, laniare, discerpere. Ouid.3. de arte amandi.
Nec raptus (leg. *carptus*) *flendi caussa capillus erit.* vnde *carpere mulum*, in conuiuio scindere, Mart. epigr.13. lib.3. vnde *carpus* apud Petron. *Escuyer tranchant.* & in 11. tab. auctore Seruio io 12. Æneid: *Mulier faciem ne carpito.* eadem sententia Ouid. eleg.7. lib.1. Amor.
Ergo ego digestos potui laniare capillos?
Ipse eleg.5. lib. 4.
Si tibi forte comas vexauerit vtilis ira.
de hoc genere sæuitiæ Tibull. eleg. vlt. libr. 1. Apuleius libr. 9. Asin. Aur. *Connexos crines*, comptos, vel in spiram cõuolutos. An vt Virg.
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro?

A An collectos in nodum? Ouid.
Sparsos per colla capillos Colligit in nodum. An nexus vittarum, intelligit? Virg.
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

Rvsticvs.] durus, inhumanus, incultis & asperis moribus. nam vt ait Tibullus.
Lapis est ferrumque, suam quicunque puellam
Verberat. Virg: ecl.2. *Rusticus es Corydon.*
& ipse eleg.1. lib.4.
Pellitos habuit, rustica corda, patres.
vnde *Rus merum* Plauto: & Catullo *Infacetior rure.*

Hæc *aliquis tam turpia prælia quærat.*] tam in-
B honestæ rixæ cupidus sit. *quærat*, vt eleg.5. lib.3. *Hostem quærimus.* & Cic. ep.2. libr.12. fam. *turpia prælia*, quia turpe certare cum femina Virg.2. & 4. Æneid. & Tibull. vnde & *mors inhonesta.* el.8. infra. & *turpis rixa.* el.8. lib.4.

Cvivs *non edera circumiere caput.*] Qui poëta non sit, sed à Musis abiens, omnique humanitate. Hedera poëtæ corouabantur. Virg. ecl.7. *Pastores edera crescentem ornate poëtam*
Arcades. Horat. od.1. lib.1. carm.
Me doctarum edera præmia frontium. Item.
Prima feres ederæ victricis præmia.
Iuuenal. sat. 7.
C *Vt dignus venias ederis, & imagine macra.*
Ouid. eleg.6. lib.1. Trist.
Deme meis ederas, bacchica serta comis.
Ista decent latos felicia signa poëtas.
Pers. *Quorum imagines Lambunt edera sequaces.* ederam verò sacram esse Baccho constat, quia vt ille Iuuenis semper, ita semper hæc viret. Fest. Seru. in ecl.7. Poëtas edera coronari ait, quia Baccho sacri, & insani: vel quia carmina semper virent, poëtisque, & alijs æternitatem pariunt. Plin. cap.39. lib.16. Poëtas eo genere edeTæ coronari ait, cuius semen crocatum sit. in *ŵ Circumiere*, nulla sit synalœpha, quia iun-
D ctum verbum est, sic Ouid. eleg.2. lib.1. de ponto. *Mare lupi clausas circumeuntis oues.*
& 8. Metam.
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
Circumiere modum. & 3. de arte.
Metaque feruenti circumeunda rota. vide Prisc. libr. 2.

Scribam *igitur quod non vnquam tua deleat ætas.*] quod tu viua numquam delere possis, & quod permaneat etiam mortua. *Scribam*, vt eleg. 28. infra.
Scribam ego, per magnum est salua puella Iouem.
Igitur, pro potius, vt eleg.19. infra.
E *Hæc igitur mihi sit lepores audacia molles*
Excipere. Quod, vt eleg.9. lib.1.
Et caue quod quauis nosse puella velit.
Tua ætas, tu ipsa, vt docuimus ad illud eleg. 6. lib.1. *Nam tua non ætas vnquam cessauit amori.*

Cynthia *forma potens.*] eleg.20. lib.3.
Est tibi forma potens, sunt casta Palladis artes.
eleg.10. lib.eiusd.
Et pete, qua polles, vt sit tibi forma perennis.
Ouid.3. de arte am.
Est illis (formosis) *sua dos, forma sine arte potens.*
Potens forma, quæ potest ad amorem inducere. sic Plautus Pœnulo Act.5. sc.4. *Prapotentes*

A dixit, pro formosissimis. & *fortes*, pro formosis, vt probat Nonius. & contra *pulcher*, pro forti: *Satus Hercule pulchro pulcher Auentinus*. Anacreon: Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον καὶ πῦρ, καλή τις οὖσα. &c. Ipse eleg. 29. infra.

Heu quantum per se candida forma valet.

Apuleius lib. 10. *Nouerca forma magis, quam moribus in domo mariti præpollens.* Plaut. Mostell. sc. Iamptidem. *Virtute forma id euenit.* Socrates, vt ait Laërti⁹ in vita Aristotelis τὸ κάλλος ὀλιγοχρόνιον τυραννίδα vocabat. & Carneades ἀδορυφόρητον βασιλείαν. Ouid. eleg. 17. lib. 2. Am.

Non tibi si facies nimium dat in omnia regnum.

τὸ *Cynthia* Scaliger vult esse epitheton, vt *Rhenum flumen, Stertinium acumen.*

Cynthia *verba leuis.*] Scaliger olim ex coniectura: *Cynthia formipotens, Cynthia verbileuis.* post magis probauit: *Cynthia forma potens, Cynthia verba lues.* id est, tua verba & periuria lues, eorumque pœnas persolues. sed probo, *verba leuis*, vt sit synecdoche, vt πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. sæpe hæc duo coniungit, vt elegia 5. libr. 4.

Verbaque duxisset pondus habere mea.

& eleg. 21. infra.

Quid iuuat in nullo pondere verba loqui?

id est promittere futiliter. An *Cynthia leuis*, est verba, id est, inane quid? *verba*, pro re & fide inani, vt eleg. 8. lib. 1.

Quin ego, vita, tuo limine verba querar?

Albinouanus ad Liuiam.

Multi in te amissi, nec tu tot verba bonorum.

id est nomen inane tot virtutum. Sed vet. lib. habent *forma*, eleganti iteratione, & sic se legisse testatur Palmerius, & iocum quæsiuisse Propertium ait ab inexpectato, quod magnum aliquid minatus, tam pusillum iecerit probrum. Sanè *forma leuis* vt eleg. 16. infra.

Formosis leuitas semper amica fuit.

& alib.

Tam te formosam non pudet esse leuem?

&: *Hic tibi pallori Cynthia versus erit.*

rectè conueniunt.

Creoe *mihi quamuis contemnas murmura famæ.*] nihili facias sermones tacitos hominum de tua nequitia. Sic Catull. epig. 5.

Rumoresque senum seueriorum
Omnes vnius æstimemus assis.

Murmura famæ, vt Catull. *An verè fama susurrat*
Grandia te medij tenta vorare viri.

Ouid. 12. Met. in descriptione famæ.

Nec tamen est clamor, sed paruæ murmura vocis

& in ep. Deïan.

Aucupor infelix incerta murmura famæ.

& in ep. Helenæ.

Nec reor hoc falsò: sensi mala murmura vulgi:
Et quasdam voces retulit Aethra mihi.

Hic *tibi pallori Cynthia versus erit.*] te culpæ consciam & flagitij pallere coget. *Pallori*, tremori, inquit Scaliger. propter metum violati iurisiurandi, vt affectum pro affectu posuerit, pallorem pro rubore ac pudore non probo. imo alludit ad pallorem noxiorum. Horat.

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

AD ELEGIAM VI.

Ad eandem.

Non *ita.*] sic exorsus eleg. 14. infra.

Complebant *ædes.*] ἀθροιζομένων αὐτῶν τῶν ποθούντων, quidam putant, pro complebantur; vt *variant* elegia proxima superiore, & *ducere*, pro duci eleg. 1. lib. 1. At Scaliger in Catal. subaudiendum putat, homines amatores, vt apud Theocrit.

B *Ὅσσοι ἐρῶντι πατρὸς μῦθον ἢ ματρὸς ἀκούειν.*

subauditur enim παῖδες.

Ephyrææ *Laides.*] Corinthiæ. Corinthus antea dicta Ephyra inquit Plin. cap. 4. lib. 4. & Seru. in illud 2. Georg.

Illusasque auro vestes, Ephyreaque æra. *Corinthus*, inquit, *Ephyrus dicta.* Homer. 2. Odyss. Ἐφύρην meminit. sic dicta Corinth⁹ ab Ephyre Oceani filia, inquit Pausanias in Corinthiacis initio. Ouid. in epist. Medeæ.

Hic Ephyren bimarem: Scythia tenus ille niuosa
Omne tenet. & 1. de arte amandi.

C *Cui non defleta est Ephyreæ flamma Creusæ.*

Lais autem Sicula natione fuit, sed Corinthi habitauit, vt ait Plutarch. In Nicia. vide Pausan. Corinthiacis. Athenæum cap. 10. 10. & 16. lib. 13. Ælian. lib. 12. & 14. Gellium & alios in prouerbio: *Non est cuiuslibet Corinthum appellere.* de ea Demosthenes: οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν.

Ao *cuius iacuit Græcia tota fores.*] excubare solita in limine & vestibulo. huc pertinet Platonis epigr. de Laïde.

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐραστῶν
Ἑσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων.

D In epigr. Henrici Stephani. *Ad* fores esse dixit Plaut. Amphitr. *Quis ad fores?* Virg.

Fidusque ad limina custos. Ouid. 3. de arte amandi.

Ante fores iaceant crudelis ianua dicant.

de hoc amantium more dictum eleg. 16. lib. 1. vers. 22.

Tvrba.] multitudo amatorum cum rixa.

Menandreæ *Thaidos.*] quæ in Menandri comœdijs sæpe inducitur, nobilissima meretrix. Sic eleg. 5. lib. 4.

Sed potius mundi Thais pretiosa Menandri
Cum ferit astutos comica mœcha Getas.

E Lemma est apud Martial. *Menandri Thais:* cui subscriptum:

Hæc primum Iuuenum lasciuos lusit amores.
Hac Glycire verè Thais amica fuit.

Leg. Athenæus cap. 13. lib. 13. Q. Curtius lib. 5. & Plutarch. in Alexandro. Ouid. 3. de arte amandi: *Vt sis liberior Thaide, finge metus.*

& eleg. vlt. lib. 1. Am.

Dum fallax seruus, durus pater, improba lena
Vixerit, & meretrix blanda, Menandros erit.

In *qua populus lusit Erichthonius.*] delicias fecit, *ad quam amores suos exercuit*, vt loquitur Catullus. *Ludere*, ἀφροδισιάζειν: Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Ludunt formosæ: casta est quam nemo rogauit.

eleg.3. lib.2. Am.
Est etiam facies, sunt apti lusibus anni.
& 1. de arte amandi.
Illic inuenies quod ames, quod ludere possis.
Ipse eleg.9. infra.
Quinetiam multo duxisti pocula lusu.
& elegia 18.
Ludis & externo tincta nitore caput.
& elegia 32.
Sin autem longo nox vna aut altera lusu.
Consumpta est.
vet. gloss. *Conclusio*, *συνδυασμός*. id est coitus Venereus. *Erichthonius*, Atheniensis, ab Erichthonio Vulcani filio, de quo Ouid. 2. Met. & Virg. 3. Georg. *Erechtheus*, Homero. Manilius.
Qualis Erichthonios pestis populata colonos.

N E C *quæ deletas potuit componere Thebas Phryne.*] Quæ ita potens, & diues fuit, vt denuo conderet excisas, & euersas ab Alexādro Thebas. Athenæus lib.13. cap.22. Plin. cap.8. lib. 34. Phrynes simulacrum commemorat factum ab eius Amatore Praxitele. Pausan. in Atticis commemorat, vt Praxitelem deceperit submisso, qui nunciaret eius officinam conflagrare: cum enim ille exclamasset actum de laboribus & operibus suis si Satyro & Cupidini flamma non pepercisset: tum Phryne bono animo esse iussit & Cupidinem delegit. Fabius cap. 15. libr.3. ait ream capitis defensam ab Hyperide, & absolutam non tam eloquentia patroni, quam nudati corporis forma præstantissima. Laërt. in Diogene scribit eam Veneri auream statuam posuisse Delphis, cui subscripserit Diogenes, *ex Græcorum intemperantia.* & Plut. in lib.2. de fortuna Alexandri Cratetem, ait conspecta illa statua, dixisse, *Ecce tropæum Phrynes de Græcorum libidine.* vide Iunium prouerb.34. cent.9. in fine prouerbij.

T A M *multis facta beata viris.*] diues facta ob tam multos amatores. sic eleg.15. infra.
Lectule diuitijs facte beata meis.
Beata, diues eleg.26. infra.
Nam mea, cum recitat, dicit se odisse beatos.
Horat. *Esto beata, funus*, &c. Catull.
Vt me vnum facerem beatiorum. *Viris*, amatoribus. vt hic infra.
Et miser in tunica suspicor esse virum. In Catal.
Quæ quot nocte viros peregit vna.

Q V I N E T I A M *falsos finges tibi sæpe propinquos.*] præterea simulas cognatos esse etiam alienissimos. *δὶς τὸ αὐτὸ*, vt eleg. 24. infra. *Simulatum fingis amorem.* *Falsos propinquos*, vt, *frater est, cognatus est.* eo sensu Tibullus eleg. 1. lib.3. *Hic tibi vir quondam, nunc frater.*

O S C V L A *nec desunt qui tibi iure ferant.*] Plin. cap.13. lib.14. *Cato* (scribit) *ideo propinquos feminis osculum dare, vt scirent an temetum olerent.* Idem Gellius cap. 23. lib. 10. Plutarch. in Romulo morem illum muliebrem salutandi propinquos ait manasse à mulieribus Troianis, quæ Roma duce, cum incendissent naues, osculo iratos maritos placarunt. Sueton. in Claudio cap.26. *Illecebris Agrippinæ Germanici fratris sui filiæ, per ius osculi, pellectus in amorem.* Idem in

A Tiberio cap.34. *Quotidiana oscula prohibuit edicto.* vide Plutarch. problem. quæst. 6. & in libello, de claris mulierum factis.

M E *iuuenum facies pictæ, me nomina lædunt.*] expressi in tabula vultus me offendunt, & suspicione ac metu cruciant. vide eleg.8. lib.3. vers. 16. *Nomina*, an quia subscripta tabulis nomina eorum, quorum pictæ facies? an quia nomina quædam excogitantur, sub quibus latent amatores? vet. libr. *Numina.* id est, Deorum imagines & signa, quia sub specie Iouis, Mercurij, Phœbi potest latere
B amator.

M E *tener in cunis & sine voce puer.*] hæc tria aliena à suspicione, quia *tener*, vitulus pro tauro: quia *in cunis*, vbi constrictus iacet, nec se commouere potest: quia *sine voce*, & blanditias ac delicias dicere non possit. *tener*, ergo minus vtilis ei militiæ. tener ad ætatem refertur. vt Ouid. ep. Deïaniræ:
Cum tener in cunis iam Ioue dignus erat.
Aliter Tibull.
Nec tibi Tener puer patebit vllus.
In cunis, vt eleg.13. infra.
Atque vtinam primis animam me ponere cunis.
Seruius cunas & cunabula deducit *ἀπὸ τῦ κύειν*,
C quod est prægnantem esse & eniti. sed nihil est necesse originem verbi è Græcia petere, nam cunire, est quod pueri solent, nec honeste dici potest. Eo allusit Plautus Cistellariam: *Faciam puerile officium, conquiniscam ad cistellam.* Idem in Pseud. obscœnè dixit; *Tune etiam cubitare. solitus in cunis puer?* *Sine voce*, periphrasis infantis: vt apud Horat. oda 6. lib.4.
Nescio fari pueros. quæ Homerus *νήπια τέκνα* vocat. & *sine voce*, quæ quidem intelligi possit. nam vagitus auditur quidem, sed non intelligitur.

M E *lædet, si multa tibi dabit oscula mater.*] Si semel aut iterum te osculabitur nihil com-
D mouebor, quia id & pietas iubet, & iure cognationis licet. sed si sæpius id faciat, suspicabor aliquid mali. Petron. *Omnia me oscula vulnerabant, omnes blanditiæ.* *Mater*, dixi eleg.3. sup. vers. 26.

M E *soror, & cum qua dormit, amica simul.*] ex hoc loco intelligimus sororem habuisse Cynthiam. de sorore enim Propertij nihil legimus. de sorore & propinquis mentitis & occasionibus his fallendi vide Plautum Asin. sc. 1. Act. 4. Iun. prouerb.34. cent.4. *Dormire cum aliquo*, interdum ludere, vt eleg.18. infra.
Cum sene non pudit talem dormire puellam.
E Terent. Eunucho. sc.3. Act.2. *Cibum vna capias, adsis, iungas, ludas, propter dormias.* supra *componere latus.* Ouid.
Et bene dic dominæ bene cum quo dormiet illa.
Cum qua simul, vt Virg. *Mecum vna.* Horat. *Tecum simul.* Muretus sic explicat. *Soror tua lædet me, & amica cum qua simul ipsa dormit.* ambiguè & obscurè. explico. & amica sororis, cum qua simul ipsa soror dormit. Huc pertinent versus Plauti Asin. Act. 4. sc. 1. *Alienum hominem intromittat neminem: Quod illa aut amicum, aut patronum nominet,*

Aut quod illa amicę amatorem prędicet. Pro, *amica*, vet. lib. *Amita.* Festus: *Amita, patris mei soror: quasi auita, quia similiter tertia à me sit atque auia. vel quia à patre meo amata sit; quia plus sorores à fratribus, quam fratres diligi solent.*

O M N I A *me lædent (timidus sum, ignosce timori.*] Ouid. in ep. Herus.

Omnia sed vereor, (quis enim securus amauit?)

eleg. 11. lib. 1.

Ignosces igitur si quid tibi triste libelli
Attulerint nostri, culpa timoris erit.

Ouid. ep. 1.

Quid timeam ignoro: timeo tamen omnia demens.

B Ipse eleg. 34. infra.

Ipse meas solus, quod nil est, æmuler vmbras,
Stultus, quod stulto sæpe timore tremo.

E T *miser in tunica suspicor esse virum.*] opinor licet falso amatorem esse intra tunicam & interiorem vestem. *Miser*, timore perditus, quia nihil miserius, quam semper timere, vt de se Cæsar confessus est: quæ pœna Tantali. Lucret. lib. 3. *Suspicor*, opinor licet falso, vnde suspectus, inquit Festus. Suspicere, suspicare, suspicari olim idem fuit. translatum ab ijs, qui sursum adspiciunt metuentes impendentem C ruinam. *In tunica.* Risi nuperum & nouitium interpretem. *In tunica*, veste muliebri, quasi non & virorum tunicæ fuerint. Sed *in tunica*, est intra tunicam & interiorem vestem. Iocus ex absurdo. Sic Catull.

—— *quadam, inquit, nitidum sinum reducens,*
Et hic in roseis latet papillis. intra papillas, inquit, latet Camerius, quẽ quæris. Sic & apud Plaut. Aulul. sc. 3. Act. 4. *Euclio scrutatur aulam auri intra serui tunicas.* similis iocus in Amphitr. *Mirum nisi lauit in hac hirnea.* & epidico sc. 1. Act. 2. *Vbi is ergo est? nisi si in vidulo aut mellina attulisti.* Turpil. Philopatro apud Nonium in *Strophium. Me miseram quid agam? inter vias epistola excidit mihi. infelix, inter tuniculam & strophiũ collocaueram.* Idẽ D Plautus in Rudente: *parentes in vidulo conclusos irridet*, id est, signum parentum noscendorum.

H I S *olim (vt fama est) vitijs ad prælia ventum.*] luxuria, libidine, perfidia deducta res ad arma & cædem. Virg 3. Georg.

Si quando ad prælia ventum est. Cic. 6. Philipp. *Propter æs alienum venire ad arma.* sic ipse eleg. 9. lib. 4. *ad fœdera veni.*

H I S *Troiana vides funera principijs.*] aut intelligis hinc originem habuisse. aut vides, pro E audis, vt eleg. 16. infra.

Vidisti toto sonitus percurrere cælo.

Funera Troiana, cladem & excidium Troiæ. Sic Cicero 2. ad Att. *Nouo quodam morbo ciuitas moritur.* Plautus *facere funus prandio.* vide adnotata ad eleg. vlt. lib. 1. vers. 3.

Aspera Centauros eadem dementia iussit
Frangere in aduersum pocula Pirithoum.

Aspera & *dementia* & *pocula*, vt eleg. 2. sup.

Nec solitus ponto viuere toruus aper.

Aspera dementia, sæua ebrietas geminata libidine. sic elegia 8. libr. 3. *Furiosa mero.* & Cicer. in Catone. *Cum ex Sophocle quæreretur ætate iam iam confecto, vtereturne rebus Venereis? Dij meliora, inquit, libenter enim hinc, vt à Domi*no *agresti ac furioso profugi.* *Aspera pocula*, *signis exstantibus*, Virgilio, Ouidio & Iuuenali. & *Nummus asper* eadem ferę ratione, quod tractatu asper. *Frangere in*, vt Plaut. Captiui. sc. 1. Act. 1. *Frangi aulas in caput.* sic Terent. *In me cudetur faba.* de ea re Ouid. 12. Met.

Et prima pocula pugna
Missa volant, fragilesque cadi, curuique lebetes,
Res epulis quondam, nunc bello & cædibus apta.

Horat. oda 27. libr. 1.

Natis in vsum lætitiæ scyphis Pugnare. Stat. 2. Thebaid. de more Thracum ebriorum.

—— *tunc saxa manu, tunc pocula pulchrum*
Spargere.

In aduersum Pirithoum, contra Pirithoum è regione accumbentem. Ouid. 12. Met.

Forte fuit iuxta signis exstantibus asper,
Antiquus crater, quem vastum vastior ipse
Sustulit Aegeides, aduersaq; misit in ora. (Euryti)

Stat. 1. Achill. de Centauris:

Et consanguineos fractis crateres in hostes.

C V R *exempla petam Graium?*] quamobrem externis exemplis vtor, cum abundem domesticis.

T V *criminis auctor.*] dicitur & *auctor* tantum, *αἴτιος*. Vetus Comicus. *Ne vitia transcenderent auctoris pœna.* Auctoris eorum scilicet vitiorum. Ouid.

Da veniam culpæ, decepit idoneus auctor.

Criminis, culpæ, stupri & raptus. vt infra vers. 15.

Cum paries nullo crimine pictus erat.

eleg. 30. infra.

Hoc si crimen erit, crimen amoris erit.

Ouid. eleg. 5. lib. 2. Am.

Ipse miser vidi cum me dormire putares,
Sobrius apposito crimina vestra mero.

eleg. 1. lib. 2. Trist.

Pallade conspecta, natum de crimine virgo
Sustulerit quare quærit Erichthonium.

N V T R I T V S *duro Romule lacte lupæ.*] nominatiuus pro vocatiuo, vt sæpe. *duro lacte*, quasi sæuitiam cum lacte sæuæ lupæ hauserit. de lupa nutrice Romuli præter Liuium libr. 1. Plut. in Romulo. Virg. 1. & 8. Æneid. & Ouid. 2. & 3. Fast. ipse elegia 9. libr. 5.

Eductosque pares syluestri ex vbere reges.

eleg. 1. lib. 4.

Optima nutricum nostris lupa Martia rebus,
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo. Ibid.

Sanguinis altricem non pudet esse lupam.

eleg. 4. lib. eiusd.

Te toga picta docet, non quem sine matris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.

T V *rapere intactas docuisti impune Sabinas.*] eleg. 4. lib. 4.

Sin minus at raptæ ne sint impune Sabinæ
Me rape, & alterna lege repende vices.

Virg. 8. Æneid.

Nec procul hinc Romam & raptas impune Sabinas
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis,
Addiderat. Ouid. 2. Fast.

Tu (Romule) rapis, hic (Augustus) castas duci
se iubet esse maritas.

vlde Ouid. 1. de art. am. Plin. cap. 29. lib. 15. Liuium, Plutarchum, alios. *Impune*, quia quod exemplo fit, iure fieri putant, vide eleg. 32. infr. A

Hæc eadem ante illam impune & Lesbia fecit.

Intactas, virgines, integras, ἀζυγας κοῦρας Euripidi:

PER *te nunc Romæ quidlibet audet amor.*] tua opera nullum non facinus suscipit impunitate proposita. *Per te*, est culpam in alium conferentis: & quod dixit, *tu criminis auctor* sic apud Cic. *Per eum factum est.* & Ouid. el. 10. l. 2. Am.

Per te ego decipior, per te deprehensus inermis.

τὸ *quidlibet*, stuprum notat, vt versu ab hoc 4.

Si cuius nupta quidlibet esse licet.

nam à verbo *libet* dicta *libido*. hinc Catull.

Quem tu qualibet, vt-libet moueto.

Quidlibet audere, vt Horat. in arte Poëtica:

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Amori vero tribuit audaciam. Ouid.

Audacem faciebat Amor. Idem:

Nec mora, venit Amor: non vmbras nocte volantes,
Non timeo strictas in mea fata manus.

FELIX *Admeti coniunx & lectus Vlyßis.*] τὸ *felix* ad animi bona pertinet, id est proba, casta, omni laude digna, & quæ beatum reddidit maritum. vt *Sis bonus ô felixque tuis.* vt contra *infelix* & *miser*, pro scelesto. De Admeti Pheræorum regis coniuge Alceſtide, quæ se pro marito sponte morti obtulit Euripides in Alcestide. Valer. Max. cap. 6. l. 4. Plato in Symposio. Apollodorus lib. 1. Iuuenal. sat. 6. *Lectus Vlyßis*, coniugium, matrimonium. id est, ipsa Penelope. vt eleg. vlt. infra:

Lecto te solum, lecto te deprecor vno.

id est, amica. eleg. 8. lib. 4.

Cum fieret nostro toties iniuria lecto.

id est, coniugio. Ouid. in epist. Hermiones:

—— nec turpe marito est
Aspera pro caro bella tulisse toro.

id est, coniuge.

ET *quæcunque viri femina limen amat.*] sic *seruare limen* de pudica dixit Virg. 6. Æneid.

Casta licet patrui seruet Proserpina limen.

Liuius initio lib 34. *Matronæ nulla neque verecundia, neque imperio virorum, contineri limine poterant.* Virg. 2. Æneid. *In limine coniux Hærebat.* Limen sacrum, & tangere nouæ nuptæ ominosum. *Amat limen*, seruat, ab eo non recedit, vt seruamus quæ amamus, & vt ait Catull. *Amantes*

Non longè à caro corpore abesse solent.

sic Horat. oda 25. lib. 1.

Amatque Ianua limen. quod Catullus nobis interpretatur: *Qui tu istuc Ianua nosti*

Cui nunquam Domini limine abesse licet.

& Virg. 5. Æneid. *Littus ama.* vnde Mart. ep. 44. lib. 2.

Nec deerant Zephyri, si te dare vela iuuaret:
Sed tu littus amas; hoc quoque fratris habes.

Stat. lib. 9. Theb. de Hippomedonte tuente corpus Tydeos: *——motusque per omnes*

Corpus amat, corpus seruans circumque supraque
Vertitur. Huc pertinet epitaphium Claudiæ, quod exstat Romæ, *Domum seruauit, lanam fecit, dixi, abi.* profert Brisson.

TEMPLA *pudicitiæ quid opus statuisse puellis.*]

A Pudicitiæ Deæ mentio apud Plin. cap. 7. lib. 2. Liuius autem lib. 10. duo Pudicitiæ templa Romæ fuisse scribit vnum Pudicitiæ Patriciæ in foro boario: P. Victor in Reg. 8. Alterum Pudicitiæ Plebeiæ in vico longo. Festus in *Plebeia*, & in *Pudicitiæ*. Iuuenal. sat. 6.

Maura Pudicitiæ veterem cum preterit aram.

SI *cuius nupta quidlibet esse licet*] si cuiusuis nupta etiam matrona impune impudica. Inter Nuptas etiam Cynthiā recenset, quia dicturus vers. vlt. huius elegiæ:

Semper amica mihi semper & vxor erit.

B *Quidlibet*, tacitam libidinem & flagitium significat vt dictum supra. *Libet* & *licet* coniungit, vt *Si libet licet.* Cicero pro Quintio: *Si poterit quodlibet, & si libebit quod non licet.* Licere proprie dicitur, quod legibus & more maiorum institutisque conceditur. Cic. Philipp 13.

QVÆ *manus obscœnas depinxit prima tabellas.*] *manus*, pro artifice, vt arte ipsa eleg. 12. infra:

Nonne putas miras hunc habuisse manus.

Petron. *Zeuxidos manus vidi.* ipse eleg. 19. lib. 3.

Sine ebore exacta, seu magis are manus.

& eleg 2. lib. 4.

Tellus artifices ne terat Osca manus.

C *Obscœnæ tabellæ*, sputcæ & libidinem excitantes. Festus in *Oscum*. De obscœnis tabulis vide Plaut. Asin. sc. 1. act. 4. Ouid. el. 1. lib. 2. Trist. Terent. Eunuch. sc. 5. act. 3. Sueton. in Tiberio cap. 44. & Plutarch. in Crasso. De inuentoribus picturæ Plin. cap. 56. lib. 7. & de obscœnis picturis & Dearum imaginibus amicas & scorta referentibus. Idem cap. 10. lib. 35. Ouid. in arte am.

Inuenit plures nulla tabella nodos.

ipse eleg. 8. lib. 3.

Seu miseram in tabula picta puella mouet.

ET *posuit turpia visa.*] argumenta picturæ, D quæ honestè spectari non possunt. *Visa* Ciceroni in Lucullo dicuntur, quæcunque vel oculis intuemur vel animo cernimus, siue in somnis, siue vigilantes.

CASTA *domo.*] pudoris & sanctimoniæ plena, carente omni macula. Virg. 2. Georg.

Casta pudicitiam seruat domus.

ILLA *puellarum ingenuos corrupit ocellos.*] infecit oculos liberales & ad honestatem natos, obscœno illo spectaculo. sic *ingenuus color* eleg. 4. lib. 1.

Aut pudor ingenuus, aut reticendus amor.

E eleg. 24. huius libri. Ouid. eleg. 14. lib. 1. Am.

Oraque dextra ——
Protegit ingenuas picta rubore genas.

eleg. 10. lib. 3. Am.

Ingenuum dura ponere corpus humo.

& 2. de art. am.

Ingenua speculum sustinuisse manu.

Corrumpi sæpe ad stuprum & libidinem refertur, vt adnotatum ad eleg. 8. lib. 1.

Nam me non vlla poterunt corrumpere teda.

Aliud est in Amphit. Plauti act. 1. sc. 3. *Ne corrumpe oculos.* fletu scilicet, quod Tibull. *Oculos fœdare.*

NEQVITIÆQVE *suæ noluit esse rudes.*] sic Ouid. el. 1. lib. 2. Trist. de suis libris nequitiæ:

Romanas erudiuntque nurus.
ipse eleg. 10. lib. 3.

Cum sit luxuriæ Roma magistra tuæ.

Rudes nequitia, vt eleg. 21. lib. 3.

Rudis hospes æquoris.

A H *gemat, in terris ista qui protulit arte.*] *Ah* non est dolentis, sed imprecantis, pro, ei male sit etiam mortuo, id quod sequitur pro eo quod præcedit, gemitus pro cruciatu. sic eleg. penult lib. 1.

Quid nostro gemitu turgentia lumina torques?

id est, dolore. & eleg. 15. infra:

Et gemere in tauro saue Perille tuo.

Sic eleg. 6. lib. 1.

Ah pereat, si quis, &c. vbi vide adnot.

In terris, an sub terris, apud inferos? vt eleg. 18. infra: *Illi sub terris fiant mola multa puellæ.* Sed coniungendum *protulit in terris*. Protulit, vt Tibull. eleg. 10. lib. 1.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?

Horat. oda 8. lib. 4.

Quas (artes) *aut Parrhasius protulit aut Scopas.*

Nonius apud Priscian. *Vt illum dij terant, qui primus olitor cepam protulit? Arte*; τῇ ζωγραφίᾳ.

I V R G I A *sub tacita condita lætitia*] Rixarum causas latentes sub ea voluptate & specie tabellatum, quæ mutæ sunt. nam dum oculi pictis tabellis delectantur, concipiunt ea vitia, quibus ad iurgia & etiam ad prœlia ventum est. Non dissimile illud eleg. 4. lib. 1.

——*& qua Gaudia sub tacita ducere veste libet.*

Tacita lætitia picturæ, quia *pictura tacitum poema*; & contra *Poesis loquens pictura*.

N O N *istis olim variabant tecta figuris.*] non ędes suas olim distinguebant istis tabulis & signis. *Variare* agendi significatione, vt eleg. 15. libr. 1. vers. 7.

C V M *paries nullo crimine pictus erat.*] cum in pariete nulla pictura cerneretur, quæ ad crimen & stuprum argumento ipso incitaret. Plin. cap. 2. lib. 22. herbis olim parietes pingi solitos commemorat. Idem cap. 14. lib. 35. Excisum lateritiis parietibus opus tectorium Lacedæmone ait, propter excellentiam picturæ, & Romam translatum. Idem cap. 10. lib. 35. *Nulla in Apellis tectoriis pictura erat: nondum libebat parietes totos pingere. Crimine*, expositum ad illud sup. *Tu criminis auctor.*

S E D *non immerito.*] τὸ *sed*, pro, igitur, & exclamantis, vt eleg. 16. infra:

Sed quascunque tibi vestes, &c. & eleg. 22.

Sed tibi si exiles, &c.

Sallust. in Catilina: *Sed ea opportuna Catilinæ.* id est, itaque. sic dixit eleg. 19. lib. 3.

Non tamen immerito Minos sedet Arbiter Orci.

pro igitur. vt & eleg. 17. lib. 1.

Tu tamen in melius, &c.

V E L A V I T *aranea fanum.*] Telis suis obtexit. velauit, inquit Beroaldus, ne videantur picturę turpes, vt Deorum adulteria: Araneæ telas suas facere dicuntur in locis incultis & desertis ac inanibus. ipse eleg 6. lib. 3.

Putris & in vacuo texetur aranea lecto.

vbi vide adnotata. *Fanum*, inquit Festus, *à fando quod Pontifex, dum dedicat certa verba fatur: vel à*

A *fauno.* Ascon. in 3. Verr. *Fanum religiosissimum templum, vnde fata petuntur.* Varro 5. de ling. Lat. *Fana quod Pontifices in sacrando fati sint fines* (templorum.) Probus: *Fanum à Fauno, qui primus ædes sacras exstruxit, lucosque dedicauit.*

E T *mala desertos occupat herba Deos.*] *Mala herba*, scelesta, impia. Plin. cap. 19. lib. 24. sic Virg. eclog. 3.

Atque mala vites incidere falce nouellas.

Tibullus:

Et modo nata mala vellere poma manu.

Herba mala etiam Tibullo est noxia: vt

Sola tenere malas Medea dicitur herbas.

B *Occupat Deos*, simulacra Deorum implicat, & inuoluit, & tegit. vt apud Ouid. ep. 1.

Alta ruinosas occulit herba domos.

Deos, pro signis & statuis Deorum, vt Cic. in diuinatione: *Deum ille nullũ Siculis reliquit.* Hinc vox Fabij Maximi apud Liuium lib. 27. qui scribæ roganti, quid fieri de signis vellet, *Deos iratos*, inquit, *Tarentinis relinquamus.* Horatius oda 4. lib. 4.

Et impio Vastata Pœnorum tumultu
Fana Deos habuere rectos.

ipse eleg. 1. lib. 4.

Fictilibus creuere Deis hæc aurea templa.

C & Tibull. *Deus ligneus.* De templis Romæ tunc desertis. Horat. oda 6. lib. 3. ipse eleg. 13. lib. 3.

At nunc desertis cessant sacraria lucis.

Q V O S *igitur tibi custodes, quæ limina ponam.*] *igitur* excandescentis, vt eleg. 8. lib. 1.

Tune igitur demens. *Ponere custodes*, quod Cic. in diuin. *Custodem*, inquit, *me Tullio apponite.* Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Num posita est nostræ custodia sæua puellæ.

Ponere, pro apponere. vt el. 3. sup. *Posito Iaccho.* de custodia puellarum dictum ad el. 11. l. 1.

Vt solet amoto labi custode puella
Perfida. *Liminis* fit mentio, quia

D *casta limen amat*, vt paulo ante dixi: & custodes ipsi, aut in limine erant, aut limen obseruabant: Virg. 6. Æneid.

—— *cernis custodia qualis*
Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet?

& 8. Æn. *Fidusque ad limina custos.* vide Plautum in milite glorioso. Huic simile illud eleg. 1. lib. 4.

Nec mille excubiæ: nec te signata iuuabunt
Limina: persuasa fallere rima sat est.

Q V Æ *nunquam supra pes inimicus eat.*] quæ nunquam Riualis meus calcet, id est, nunquam de me ingrediatur. nota synecdoche,

E vt eleg. 25. infra:

Inuictus ipse redit pedibus.

N A M *nihil inuita tristis custodia prodest.*] frustra custoditur quæ pudica esse non vult. Ouid. eleg. 4. lib. 3. Am.

Dure vir imposito teneræ custode puellæ,
Nil agis, ingenio quaque tuenda suo est.

Ibid. *Nec custodiri, ni velit, vlla potest.* Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Ne fauo sis casta metu; sed mente fideli
Mutuus absenti te mihi seruet amor.

vide plura adnotata ad eleg. 11. lib. 1. vers. 15.

Tristis custodia, vel sæua, vt Tibull. el. 2. l. 1.

Nam posita est nostræ custodia sæua puellæ.
vel quia tristes reddit puellas. Horat. oda 16. lib. 3. *Et vigilum canum tristes excubiæ. Custodia*, pro ipsis custodibus, & pro iis qui custodiuntur Iurisconsultis.

QVAM *peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.*] cui pudor adest, cum ad dedecus vocatur, satis defensa & munita aduersus insidias & corruptelas. Pudor etsi virtus non est, quia ad perturbationem proptius accedit, quam ad habitum, tamen à dedecore reuocat, inquit Aristoteles cap. vlt. lib. 4. Ethic. Cic. in Partit. *Custos virtutum omnium dedecus fugiens verecundia. Peccare*, quod *labi* dixit eleg. 11. lib. 1. sic Ouid. eleg. 5. lib. 2. Amor.

Vota mors mea sunt, cum te peccasse recordor.

& eleg. 7. eiusd. lib.

Dij melius, quàm me, si sit peccare libido,
Sordida contemptæ sortis amica iuuet.

& eleg. 13. lib. 3. Am.

Non ego ne pecces, cum sis formosa, recuso.

Petron. *Iuppiter in cœlo suo non inuenit quod eligeret, peccaturus in terris nemini tamen iniuriam fecit.* ipse eleg. 16. infra:

Non quia peccaris testor te.

& eleg. 19.

Fanaque peccatus plurima causa tuis.

& eleg. 30.

Etiam si pecces Deus exorabilis ille est.

& 32. *Quam facere vt nostræ nolint peccare puellæ.* Horat. oda 7. lib. 3.

Et peccare docentes Fallax historias monet.

Tibull. *Nec tibi conanti fas sit peccare. Tuta*, vt dixit eleg. 19. infra:

Omnia ab externo sint modo tuta viro.

Porro hic claudendam elegiam putat Scaliget. vide Lips. cap. 25. lib. 3. Antiq. lect. & duos sequentes versus reijcit in finem elegiæ sequẽtis.

VXOR *me nunquam, nunquam me ducet amica.*] An pro abducet à te? An pro capiet, quia capti ducuntur, & etiam addicti creditoribus? An translatum ab iis qui sequuntur quod captant, vt *duci voluptate, pecunia*, &c. Pro, delectari eleg. 25. infra: *Ducit vterque color.* id est, capit & delectat.

SEMPER *amica mihi semper & vxor eris.*] sic eleg. 8. lib. 1.

Nam me non vllæ poterunt corrumpere tedæ.

Et antithesis insignis & palilogia. *Vxor, vxor: amica, amica: nunquam, nunquam: semper, semper. Semper-amica*, vt eleg. 16. infra:

Formosis leuitas semper-amica fuit.

& eleg. 13. lib. eiusd.

Nec noua quærendo semperamicus eris.

Sic *semperopus* el. 9. infra: *Semperuxor*, vt Plaut. Aulul. sc. 2. act. 1. de vxore. *Quod tibi sempiternum salutare sit procreandis liberis.* & Virg. 1. Æn.

Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

AD ELEGIAM VII.

Ad Cynthiam.

GAVISA *est certè sublatam Cynthia legem.*] sic ferè exorditur eleg. 18. lib. 1.

A *Hæc certè deserta loca & taciturna querenti.*

Gauisa est, quod Terent. *Id vero seriò triumphat. Sublatam*, antiquatam, abrogatam. abrogatur enim lex cum prorsus tollitur. l. 102. de verb. sign. *Legem*, An Iuliam, Si quis stuprum adulteriumue faceret sciens dolo malo? Tacit. l. 2. Annal. An legem Iuliam de maritandis ordinibus, qua certæ pœnæ in cœlibes? Gell. lib. 2. cap. 15. Horat. in carm. seculari. Tertullian. in libro de Monogamia. Vlpian. tit. 14. Instit. Atqui vtraque permansit. An caput aliquod legis sublatum? Sed iuuat Sueton. in August. cap. 34. Qui Augustum ait cum hanc legem B superiorem ferret, non potuisse perferre præ tumultu recusantium, nisi adempta, demum lenitaue parte pœnarum. Idem ibidem dicitur & de pudicitia legem tulisse.

QVA *quondam edicta flemus vterque diu.*] pro fleuimus, enallage temporum. vt eleg. 9. infr.

Candida vesana verberat ora manu.

Flemus, pro metuimus. Ouid. epist. 1.

Flebam successu posse carere dolos.

vel vt eleg. 13. lib. 1.

Et flere iniectis Galle diu manibus.

Edicta, vt M. Tull. Verr. 5. *Legemque his rebus,* C *quam ipsis videretur, edicerent.* id est, statuerent. Sic 6. Philipp. & 2. de leg. *Edicere legem.* eiusdem generis sunt: *Edicere comitia, senatum, mulctam.* Edicere est eius qui sit cum imperio, vel priuato, vt patrisfamilias, vel publico, vt Prætoris, consulis, ędilis. Donat. in Hecyr. *Edicimus, quod iubemus fieri: Interdicimus quod vetamus fieri. Edicimus vni generi hominum: interdicimus diuersis.* Hinc prætorum edicta & interdicta. Dionys. Helicar. lib 5. Edicta interpretatur περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων διαταγαί.

NI *nos diuideret.*] dictum, *flemus ni nos*, &c. vt eleg. 12. lib. 3. ——*Fama tabesset inani*

D *Hæc tua ne virtus fiat amara tibi.*

Donat. in Eunuch. sc. 3. act. 2. *Quid ni, cur non*, quia veteres ni, pro, ne, & ne pro non vsi, vt Plaut. milit. *Ni mala, ni stulta sis.* Seru. in illud 3. Æneid.

Ni teneant cursus certum est dare lintea retro.

Ni, pro, ne, vt antiqui dicebant, qua particula plenus est Plautus. vide Turneb. cap. 11. lib. 17. & formulas Brissonij. *Diuideret*, dictum ad eleg. 10. lib. 1. vers. 15. *Diducere*, diuellere, dissidium inter eos inducere, dictum ad el. 13. l. 1. vers. 19.

IVPPITER *ipse.*] τὸ *ipse* κατ' ἐξοχήν. Virg. 1. Georg. ——*Pater ipse colendi*

E *Haut facilem esse viam voluit.*

& 2. Æneid. ——*hic Iuppiter ipse*
Auxilium solitum eripuit. Catull.
Nulli se dicit mulier mea nubere velle
Quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.

sic apud Virg. 6. Æneid.

Vis vt nulla virûm, non ipsi excindere ferro
Cælicolæ valeant. Plaut. Amphit. Act. 4.

sc. 4. *Neque me Iuppiter, neque Dij omnes prohibebunt si volent*, αἴκεν θέλωσι Apollonio, *Dijs inuitis* Catullo. Sic Plaut. in Curcul. *Prohibet, neque prohibere quis.* Ouid.

Sed vetuere patres, quod non potuere vitare.

Ita de Ioue Horat. oda 29. lib. 3.

Non tamen irritum
Quodcunque retro est, efficiet: neque
Diffinget, infectumque reddet
Quod fugiens semel hora vexit.

At *magnus Cæsar, sed magnus Cæsar in armis.*] ὑπεράγει ἐ αὐξήσεως. *Magnus Cæsar*, vt Ouid. eleg. 8. lib. 2. de Ponto:

Parce vir immenso maior virtutibus orbe.

vide adnotata ad vers. 26. eleg. 1. supra: *Sed magnus Cæsar in armis*, virtus Cæsaris in bello & militia spectatur. sic, *Magnus in dicendo*. Cic. pro Murena. & 3. de leg. *Magni in rep. viri.* id est, periti reip. administrandæ.

Devictæ *gentes nil in amore valent.*] sententia est. Si quis se confidit amori posse imperare, quod orbem deuicerit, fallitur. Amor enim triumphis & victoriis nescit cedere quoniam omnia vincit. *Gens*, est populi magnitudo. Festus in *Ingens*. *Valent*, vt eleg. 1. lib. 1.

Tantum in amore preces & benefacta valent.

Nam *citius paterer caput hoc discedere collo.*] imitatus est Propertium Ouid. eleg. 8. libr. 2. de Ponto:

Nam caput è nostra citius ceruice recedat.
Et patiar fossis lumen abire genis:
Quam caream vobis. & in ep. Paridis:
Ante recessisset caput hoc ceruice cruenta
Quam tu de thalamis abstraherere meis.

simile est Plaut. Mercat. sc. 2. act. 2.

Decide mihi collum si falsum ad te loquor.

& Ouid. eleg. 6. lib. 1. Am.

Ante vel à membris diuidat ipse meis.

Citius, vt eleg. 15. infra.

Et citius nigros sol agitabit equos.

à hoc ambiguè, & *caput hoc* 4. casu, & *hoc collo*, sexto casu. vt eleg 9. infra.

Cum capite hoc Stygiæ iam peterentur aquæ.

Virg. *Per caput hoc iuro.* Dilogia, vt el. 3. sup.

Acrius vt moriar, venerit alter Amor.

Quam *possem nuptæ perdere in ore faces.*] amittere ardorem illum quo tu me incendisti. sic eleg. 15. infra:

Quam possim nostros aliò transferre calores.

vide vers. vlt. elegiæ superioris. *Faces*, vt el. 13. lib. 1. *Nam tibi non tepidas subdidit illa faces.* Triplex autem lectio, *in ore, more, amore.* *in ore nuptæ*, an in vultu, facie, formaque vxoris? an *more nuptæ*, ritu nuptiarum? neutrum mihi placet. melius enim *amore*. Amore, inquit, vxoris amorē tuum non mutabo. prius moriar, Sed legendum, *prodere faces*, vt Virg. 4. Æneid.

Non iam coniugium antiquum quod prodidit, oro.

An *ne ego transirem tua limina clausa maritus?*] tuas præterirem fores mihi obseratas, cum maritus factus essem. Ouid. 2. de rem. am.

Dij faciant possis Domina transire relicta
Limina. Tibull. eleg. 5. lib. 1.
Et simulat transire domum, mox deinde recurrit.

sic ipse eleg. 5. lib. 3.

Et quoties Pœti transibit nauta sepulcrum.

Respiciens *vdis perdita luminibus.*] retorquens oculos postquam transierim, quod indicium desiderij & doloris ob rem cupitam amissam. Ouid 1. de Rem. Am.

Tempora nec munera nec crebro respice Romam.

A Sic Cic. in Catil. 2. *Retorquet oculos sæpe ad hanc vrbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget.* Pro, *Perdita*, ver. lib. Mureti, Palmerij & Scaligeri. *Prodita*. Sed, *perdita*, nō displicet. sic enim Plaut. in Mercat. act. 5. sc. 1. *Vsusfructus, victus, cultus iam mihi harunce ædium interceptus est, interfectus est, alienatus est, occidi. vdis luminibus*, vt Ouid. 2. Fast. *Hi redeunt vdis in sua tecta genis.*

Seneca Octauia:

Sed quid patrios sæpe Penates
Respicis vdis confusa genis Ouid. in ep. Med.
Tristis abis; oculis abeuntem prosequor vdis.

eleg. 8. lib. t. Am.

B *Et faciant vdas ille vel ille genas.*

& eleg. 6. lib. eiusd.

Vda sit vt lacrymis Ianua facta meis,

vide notata ad illud Catulli in Ariadna:

Frigidulos vdo singultus ore cientem.

sic *humida lumina*, eleg 6. lib. 3.

An *mea tum quales caneret tibi tibia cantus.*] quā flebiles modos funderet. *Canere cantus*, vt *viuere vitam, currere cursum, furere furorem.* Et cantum tibiarum vocant καταυλήματα. Fab. cap. 19. lib. 1. Sed lib. vet. Scaligeri, *tibia somnos*, ὑμναιικῶς, inquit, mea tibia nuptialis tibi somnos induceret.

C Tibia *funesta tristior illa fuit.*] potest exponi non de tibia nuptiali, sed de tibia amatorum, qua sub noctem transeuntes ante amicarum domos suas miserias deflebant. Horat. oda 7. lib. 3.

Prima nocte domum claude, nec in vias,
Sub cantum querulæ despice tibiæ.

Tibia autem quiddam querulum sonabat. Lucret. lib. 4. *Dulcesque querelas* ——
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum.

vbi querela ad tibiam. Tibia funeribus plebeiorum adhibebatur, vt scribit Lactantius, D Grammaticus. Ouid. el. 1. lib. 5. Trist.

Tibia funeribus conuenit ista meis. & 6. Fast.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus.

Citat ex ep. Medeæ Scaliger ad hunc locum:

At subito nostras vt hymen cantatus ad aures
Venit, & accenso lampades igne micant:
Tibiaque effudit socialia carmina vobis,
At mihi funesta tristior illa tuba. sed male. nam est Ouidij manus: *Funesta flebilior tuba.*

Stat. 6. Thebaid.

Cum signum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere manes
E *Lege Phrygum mœsta. Pelopem monstrasse ferebant*
Exequiale sacrum, carmenque minoribus vmbris
Vtile. Tuba vero in funeribus potentiorum, testis idem Lactantius. ipse el. 13. infr.
Nec tuba sit fati vana querela mei.

& eleg. 3. lib. 4.

Et struxit querulas rauca per ossa tubas.

& eleg. vlt. lib. eiusd.

Sic mœstæ cecinere tubæ, cum subdita nostrum
Detraheret lecto fax inimica caput.

vide Plutarch. & P. Victor. cap. 14. lib. 9.

Vnde *mihi patriis natos præbere triumphis.*] in aliis libris alia hic est elegia, sed melius cohærent ista superioribus. *Vnde mihi?* qui negat se

aliquid habere, sic loqui solet. *Vnde mihi?* à quo ego accepi? quis dedit. Plaut. Aulul. *Redde aurum. vnde mihi?* supple, habeam. Idē Pseudolo sc. 6. act. 4. *Bona fide istuc dicis? vnde ea sit mihi? Præbere natos*, quod Catullus in epithalamio: *Nulla quit sine te domus* (ô Hymenæe) *liberos dare*, &c. Debemus enim reip. natos. sic *præbere populo pisces fætidos*, dixit Plautus Captiuis, & Amphit. *Præbere vxorem vsuraram.* Hinc Parochi præbent salem & ligna, quia debent. Cic. in Pison. *Cæterum Imperatori suo nouam præbuerunt.* An est hypallage, pro præbere triumphos natis, & gloriam bello partam liberis relinquere ac tradere? Cic. 1. offic. *Optima hæreditas à parentibus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerumque gestarum*: sic el. vlt. inf.

Aspice me cui parua domi fortuna relicta est,
Nullus & antiquo marte triumphus aui.

Nvllvs *de nostro sanguine miles erit.*] vt el. 6. libr. 1.

Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.

Sanguine, genere & semine. infra hac elegia:

Hic eris & patrio sanguine pluris Amor.

Virg. 6. Æneid.

Proiice tela manu sanguis meus.

Horat. oda 2. lib. 4. carm.

Seu Deos Regesque canit, Deorum Sanguinem.

Qvod *si vera mea comitarem castra puella.*] *vera castra* dixit, tanquam Amoris iusta legitimaque militia sit; eleg. 6. lib. 1. satis dictum. Sed probo coniecturam Scaligeri qui legit:

Quod si Romanæ comitarent castra puellæ.

Nam verus vnus liber habet, *comitarēt.* sic enim ipse eleg. 3. lib. 4.

Romanis vtinam patuissent castra puellis.

Comitare castra, in comitatu & impedimentis exercitus esse: vel militare. Tibull. eleg. 7. l. 2.

Castra Macer sequitur, tenero quid fiet Amori?
Sit comes, & collo fortiter arma gerat.

De militia vetita feminis vide orationem Valerij trib. pleb. apud Liuium lib. 34. & Seruium in verbo *Castra*, & Isidor. *Comitare*, pro comitari, vt Ouid.

Pirithoum Theseus stygias comitauit ad vndas.

Non *mihi sat magnus Castoris iret equus.*] tale illud est Ciceronis Philipp. 1. *Vt mihi nulli neque remi, neque venti satisfacerent.* vt Horatij:

Vt piger annus pupillis.

Equus magnus, aut eques ipse, vel potius est hypallage, equus magni Castoris. Horat.

Fraterque magni Castoris.

Iuno autem Xanthum & Cyllarum equos à Neptuno acceptos Polluci & Castori dono dedit, vt scribit Probus in illud 3. Georg. Virg.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus. ipse eleg. 24. lib. 3.

Potaque Pollucis lympha salubris equo.

Valer. Flaccus:

Passus Amyclæa pingui fetere Cyllaron herba.

Stat. lib. 1. Syl. in equum Domitiani:

Hunc & Adrastæus visum extimuisset Arion
Et pauet adspiciens Ledæus ab æde propinqua
Cyllarus. Seneca Hippolyto:
Frenis Castorea mobilior manu.
Spartanum poteris flectere Cyllarum.

Hinc *etenim.*] ex hac Amoris militia. sic eleg. 7. lib. 1.

Hinc cupio nomen carminis ire mei.

Tantvm *meruit mea gloria nomen.*] hypallage meum nomen meruit tantam gloriam. sic eleg. 8. lib. 1.

Ista meam norit gloria canitiem.

pro mea canities norit istam gloriam. *Meum nomen*, ego. eleg. 17. lib. 1.

Illa meum extremo clamasset puluere nomen.

id est, me. eleg. 1. sup. *Cæsaris nomen.* el. 7. l. 4.

Per nomen quoniam est ansa rogare meum.

vel διὰ τὸ αὐτὸ, *Gloria, nomen.* de gloria Propertij eleg. 1. lib. 4.

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris.

& eleg. 7. lib. 1.

Tunc me non humilem mirabere sæpe Poëtam,
Tunc ego Romanis præferar ingenijs.

Gloria *ad hybernos lata. Borysthenidas.*] vecta famæ pennis ad Scythas Borysthenis accolas, qui fluuius secundum Istrum omnium maximus & suauissimus est. Herodot. in Melpomene, est & lacus eiusdem regionis. Plin. cap. 12. lib. 4. *Hybernos*, gelidos. vt el. 3. lib. 4.

Hybernique Getæ.

Tv *mihi sola places, placeam tibi Cynthia solus.*] iteratio & commutatio simul. *Tu, tibi: sola, solus: placeam, places. Places*, videris formosa & grata es. sic eleg. 2. lib. 1.

Vni si qua placet culta puella sat est.

Ouid. 1. de art. am.

Elige cui dicas tu mihi sola places.

eleg. 2. lib. 2. Am.

Et castam, multis quæ placet, esse putet.

Tibull. lib. 4.

Tu mihi sola places, nec iam te præter in vrbe
Formosa est oculis vlla puella meis.

Sola, vt Albin. ad Liuiam:

Tu concessus amor, tu solus & vltimus illi.

Hic *eris & patrio sanguine pluris amor.*] mihi sic eris carior, quam parentes, liberi & propinqui omnes. eleg. 11. lib. 1.

An mihi sit maior caræ custodia matris?
Aut sine te vitæ cura sit vlla meæ?
Tu mihi sola domus, tu Cynthia sola parentes.

Patrius sanguis, vt Cic. pro Sexto Roscio: *Magnam vim possidet paternus maternusque sanguis.* sic & eleg. 15. lib. 1.

Sanguinis & cari vincula rupit amor.

AD ELEGIAM VIII.

Ad Amicum.

Eripitvr.] per vim abducitur. Tibull. eleg. 2. lib. 3.

Qui primum charam Iuueni, charumque puellæ
Eripuit Iuuenem, ferreus ille fuit.
Durus & ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
Viuere & erepta coniuge qui potuit.

infra hac eleg.

Tantus in erepto sæuit amore dolor.

eleg. 13. libr. 1.

——quod abrepto solus amore vacem.

Nobis.] dilogia. *Eripitur nobis, nobis cara.*

IAMPRIDEM *cara puella.*] quam dudum plus oculis meis amaui. *Amata diu*, eleg.5.sup. & inueteratus amor maior est.

ET *tu me lacrymas fundere, Amice, vetas?*] intempestiuum officium. sic Albin. ad Liuiam:

Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?
Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?

Mart. ep. 38. lib. 5.

Et esse tristem me meus vetat Pætus?

Ouid. el. 1. lib. 5. Trist.

Acceptoque graui vulnere flere vetas?

& 1. de Rem. Am.

Quis matrem nisi mentis inops in funere nati
Flere vetet?

NVLLÆ *sunt inimicitiæ nisi amoris acerbæ.*] non hoc dicit, quod tamen verum est, ex amore nasci atrocissimas inimicitias, vt in prouerbio, *Fratrum ira acerbissima.* sed nullas graues inimicitias, nisi amoris & ereptæ puellæ causa susceptas. *Acerbæ*, graues, translatum à frugibus & sapore.

IPSVM *me iugula, lenior hostis ero.*] Appete meum ipsius iugulum, minus te persequar. *Ipsum me.* Anastrophe, vt apud Horat. oda 23. lib. 1. *Ipsum me melior cum peteret Venus.* *Iugula*, Cic. 13. Philipp. exagitat illa verba Antonij: *Vt resurgat Pompeianorum causa toties iugulata.* *Si iugulata esset*, inquit, *nunquam resurgeret, quod tibi tuisq. contingat.* simillimum Tibulli eleg. 9. lib. 1.

Vre meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga seca.

POSSVM *ego in alterius positam spectare lacerto?*] vt eleg. 22. infra:

Altera me cupidis teneat foueatque lacertis.

Possum ego? sim ne tam ferreus, vt id patiar? sic eleg. 20. infra:

Possum ego naturæ non meminisse tuæ?

Alterius, dictum eleg. 3. lib. 1. vers. 36. *Positam*, iacentem, reclinatam. exposui eleg. 3. lib. 1.

Subiecto leniter positam tentare lacerto.

Spectare κατὰ πάθος. nam vt ait Cic. ep. 1. l. 6. fam. *Oculi augent dolorem, cum ea quæ ceteri audiunt, intueri coguntur.* vnde Terent. *Vt tuo viro oculi doleant.*

NEC *mea dicetur quæ modo dicta mea est?*] Ouid. eleg. 11. lib. 3. Amor. ——*effinxit hunc locum*:

Quæ modo dicta mea est, quam cœpi solus amare.

Mea, vt eleg. 8. lib. 1.

Siue dies, seu nox venerit, illa mea est.

Modo dicta, vt Albin. ad Liuiam:

Mater modo dicta Neronum.

OMNIA *vertuntur.*] Seneca cap. 6. de Consolat. ad Elbid. *Omnia voluuntur.* vide prouerbium: *Omnium rerum vicissitudo est.* Euripid. in Ioue: Τὰ θνητὰ τοιαῦτα, οὐδὲν ἐν ταὐτῷ ἀεί. Ita res sunt mortalium, vt in eodem nihil statu perduret. & Parœmia Græcanica:

Τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

vide Horat. oda 34. lib. 1. in fine. Alio modo & sensu dixit Ouid. 15. Metam.

Omnia mutantur, nihil interit.

CERTE *vertuntur amores.*] ipse eleg. 4. lib. 1.

Nullus amor cuiquam faciles ita præbuit alas,
Vt non alterna presserit ille manu.

Certè, nisi omnia vertuntur, saltem id verum

A est, amores mutari. *Certè*, pro saltem sæpe Ciceroni. Ouid. 3. Metam.

Si sum regina Iouisque
Et soror & coniux, certe soror. & 3. Fast.
Mille Deæ est operum: certè Dea carminis illa est.

Vertuntur amores, vt eleg. 24. infra:

Ille tuus pennas tam cito vertit amor?

VINCERIS *aut vincis.*] Ouid. eleg. 9. lib. 1. Amor.

Mars dubius, nec certa Venus, victique resurgunt,
Quosque neges vnquam posse iacere cadunt.

Ideo sæpe Homerus vocat, ἑτεραλκέα νίκην. alterius modo his, modo illis fauentem victoriam.

B & νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας. Alterna reuisit victoria viros. vide Cic. pro Milone, & prouerb. *Mars communis.*

HÆC *in amore rota est.*] hic orbis fortunæ. prouerbium Græcorum κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων. Cic. in Pison. *Orbem fortunæ pertimescere.* Plaut. Captiuis sc. 3. act. 2. *Ad te atque illum pro rota vti me licet. Vel ego huc vel illuc vortar, quo imperabitis.* Fortuna in amore dominatur, vnde el. 6. lib. 1.

Me sine quem semper voluit fortuna iacere.

Rota autem fortunæ tribuitur. Tibull. eleg. 5. libr. 1.

At tu qui potior nunc es mea fata caueto,
C *Versatur celeri sors leuis orbe rota.*

Aliter Plaut. Cistell. act. 2. sc. 1. *Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota.*

MAGNI *sæpe duces, magni cecidere tyranni.*] periere in acie. *Tyranni*, vel reges, vel prædones regnorum. Seruius, *Tyrannus olim rex: nunc incubator imperij.* dicti Tyranni à Tyrrhenorum præcipua crudelitate. Festus in *Tyrrhenos*, & Stephanus περὶ πόλεων, in verbo Τυῤῥηνία.

ET *Thebæ steterunt.*] si de Bœotiis Thebis loquitur, deletas fuisse dixit eleg. 6. sup.

Nec quæ deletas potuit componere Thebas.

D Si de Ægyptiis, & hæ quoque euersæ, vnde illud: *Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.* Pausan. in Arcad. *Steterunt*, floruerunt, nec florent & stant amplius. eleg. 1. lib. 4.

Et stetit alta potens. Virg.
Troiaque nunc stares.

Steterunt, legendum vt systole sit de qua dictum eleg. 3. *Hæc tibi contulerunt*, quia sequitur fuit.

ALTAQVE *Troia fuit.*] dilogia, & *Troia fuit alta*, & *alta Troia fuit.* *Alta* vel superba, vt eleg. 1. supra: *Aut animos Carthaginis alta.* vel magno vt Seru. in 1. Georg. ——*& alta*

Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.

E *Alta*, inquit, *magna, vt atque altæ mœnia Romæ.* sic Homer. Iliad. 1. Ἴλιος αἰπύ. Ibid. αἰπεινὸν πτολίεθρον, & Ἴλιον αἰπεινήν, vnde Pergama. *Fuit*; vt vixit: nam vt Plautus ait Pseud. *Qui fuit non est.* Virg.

Fuimus Troes, fuit Ilium. Idem:
Et campos vbi Troia fuit. Albin. ad Liuiam:
Iamne fui Drusi mater, & ipse fuit.

Ouid. 5. Fast.

Gens fuit & campis & equis & tuta sagittis.

quasi iam nulli Parthi. Tibull eleg. 5. lib. 3.

Siue erimus, seu nos fata fuisse volent.

Euripid. in Troiadib. Ποῖ ποτ' ἔμολον; βέβακεν ὄλβος, βέβακε Τροία. Idem in Alcestide: Οὐκ ἔτ' ἔστιν Ἀδμήτου γυνή. & in Hippolyto: Ἀπώλετ', οὐκ ἔτ' ἔστι.

MVNERA

MVNERA *quanta dedi, vel qualia carmina feci.*] sic eleg. 3. lib.1.

Omniaque ingrato largibar munera somno.

At contra eleg. 20. infra:

Nec mihi muneribus nox vlla est empta beatis.

An *quanta*, pro quot, vt:

At tibi curarum millia quanta dabit.

Munera & *carmina* coniungit, vt eleg. 16. lib. 1.

At tibi sæpe nouo deduxi carmina versu.

& paullo post:

Debitaque occultis vota tuli manibus. Ouid.

Carminibus docta, precio capiuntur auaræ.

Virg. eclog. 2.

Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis.

Ibid. *Nihil mea carmina curas?* ipse eleg 8. lib. 1.

Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obsequio.

Vel, pro *&*, soluta pro coniunctis. *qualia*, quam elaborata. *Feci carmina*, vnde Poëtarum nomen. sic eleg. vlt. infra: *Tale facis carmen.* Virg.

Pollio & ipse facit noua carmina. Horat.

Aut insanit homo aut versus facit.

ILLA *tamen nunquam ferrea dixit, amo.*] *ferrea*, durissima, sæuissima. Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Ferreus est eheu quisquis in vrbe manet.

& eleg. vlt. lib. 1.

Quam ferus & verè ferreus ille fuit.

& eleg. 2. lib. 3.

Qui primum caram Iuueni, carumue puellæ
Eripuit Iuuenem, ferreus ille fuit.

Durus & ille fuit. Catull.

Si pote est, ruborem ferreo canis exprimamus ore.

Cic. 7. Verr. *Quis tam durus, tam ferreus, tam inhumanus?* & in Lælio: *Quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset?* vnde Homero σιδήρειον ἦτορ. *Amo.* Ouid. in epist. Helenæ:

Orbe quoque in mensa legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit, amo.

Iucundissimum auditu responsum, *Amo*, quærenti, Ecquid nos amas? Apuleius lib. 10. vocat blandissimos affatus: *Amo, & cupio, &, Te solum diligo, &, sine te iam viuere nequeo.* Cicero sæpe, *te amo*, &, *multum te amo.* Plaut. Mercat. sc. 2. act. 2. De. *Hodie ire in ludũ occœpi litterarium. Lysimache, ternas scio iam.* L. *quid ternas?* De. *Amo.*

ERGO.] indignantis, & stomachantis, vt eleg. 5. lib. 3.

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es?

& eleg. 19.

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes?

& eleg. 22.

Ergo tam doctæ nobis periere tabellæ? Virg.

Ergo inter sese paribus concurrere telis?

TAM *multos annos.*] per hyperbolen, vide dicta ad eleg. 1. lib. 1.

Et mihi iam toto furor hic non deficit anno.

NIMIVM *temerarius.*] temeritas omnis est inimica prudentiæ, vnde temerarius, pro stulto: Ouid. 1. Metam.

——*nescis temeraria, nescis*
Quem fugias, ideoque fugis.

Tibull. eleg. 6. lib. 3.

Quid precor ah demens? venti temeraria vota
Aeria & nubes diripienda ferant.

IMPROBA.] vel sæua, vel scelesta, vel

A impudica, vide adnotata ad eleg. 1. lib. 1.

Improbe Amor.

QVI *tulerim, teque tuamque domum.*] hoc est quod ait Terentius: *Perpeti meretricum contumelias ferre aliquem: endurer de luy.* Terent. in seips. pun. *Nam quem ferret, si patrem non ferret suum?* eleg. 24. infra:

Ferre ego formosam nullum onus esse puto.

Virg. 3. Æneid. *Seruitio enixæ tulimus.*

Teque tuamque domum. id est, te ac tuos. sic eleg. 10. libr. 3.

Iuppiter infamat seque suamque domum.

Tibull. eleg. 9. lib. 1.

B *Deuoueat pro quo teque tuamque domum.*

sic Ouid. in Ibin:

Hoc ego deuoueo teque tuosque modo.

Catull. *Funestet seque suosque.* Afranius apud Nonium: *Experiurabant, execrabant se ac suos.*

ET *quando ire tibi liber sum visus?*] τὸ & vim habet atque acrimoniam increpando, vt supra vers. 2. huius elegiæ:

Et tum me lacrymas fundere, amice vetas.

Sed melius alij libri: *Ecquando.* Ecquando non me seruum putasti, & seruorum more tractasti? sic Cicero 4. Verr. *Ecquando te factorum tuorum rationem redditurum putasti?* Idem 7. Verr.

C *Ecquando isto fructu quisquam caruit?* Cælius Ciceroni ep. 15. lib. 8. fam. initio. *Ecquando tu hominem ineptiorem* (Pompeio) *vidisti?* quidam libri habent, *Ecquandone. Ire liber* dicitur, vt eleg. 23. infra: *Contra reiecto quæ libera vadit amictu.*

& eleg. 1. sup. *Ire superba comis.* Cælius Ciceroni ep. 9. lib. 8. fam. *Pudeat vnquam illum ausum incedere tanquam suum competitorem.* & Cic. pro Sextio: *Quam teter incedebat? quam truculentus?* Seneca in morte Claudij: *Pop. Rom. ambulabat tanquam liber.* Ita dicitur: *ire liberos iussit.* Genus vero prouerbij: *Liberum non putare*, de

D summo contemptu. Cic. ep. 15. lib. 1. Ad Att. *Quanquam ille pastor Idæus Menelaum solum contempserit: hic noster Paris tam Agamemnonem quam Menelaum liberum non putauit.* Idem ep. 28. lib. 7. fam. *Me tibi liberum non visum demiror.* (quia eum literis pupugerat.) Idem Bruto in epi. 2. sex posteriorum. *Cœperat esse tanta insolentia, vt neminem liberum duceret.* Ouid. 1. Metamorph.

En ego liber.

AN *vsque In nostrum iacies verba superba caput?*] semperne nobis illudes, vt seruis, cum simus liberi? *Iacies verba*, vt eleg. 1. supra:

Muta iace verba fauilla.

E *Verba superba*, vt eleg. 5. lib. 1. *Fortia verba.* & eleg. 10. *superba loqui. In nostrum caput*, in nos liberos. serui enim in iure caput non habent, ideo nec capite minui possunt. L. liberos. D. de cap. min. vnde Plauto: *Pro capite argentum dare.* &, *capitulum*, de semilibero.

SIC *igitur.*] adeo miserè. vide eleg. 6. supra vers. 37.

PRIMA *moriere ætate Properti? Sed morere.*] seipsum alloquitur nominatim, vt Catullus: *Quid est Catulle quod moraris emori?* Seruius Sulpicius Cic. ep. 5. lib. 6 fam. *Visne tu te serui, cohibere, & meminisse te hominem esse natum?* sic Virg. 4. Æneid.

Moriemur inultæ? *Sed moriamur ait.*

Prima ætate, de Iuuenta, vt eleg. 10. infra:

Aetas prima canat Veneres, extrema tumultus.

& eleg. 28. *Primos mugiuerat annos.* & Iuuenem fuiffe Propertium tunc, docuimus ad eleg. 1. fup. *Noftra inuidiofa iuuenta.*

INTERITV *gaudeat illa tuo.*] morte tua lætetur. fic C. Matius Ciceroni ep. 28. lib. 11. fam. *Qui Cæfaris morte lætantur.* ipfe el. 12. lib. 3.

Neue tua Medæ lætentur cæde fagitta.

Virg. eclog. 8.

Præceps aerei fpecula de montis in vndas
Deferar; extremum hoc munus morientis habeto.

Theocrit. Id. 3. Κύνα μ' ἀποθάνω. τὺν μὰν τοὶ ἁδὺ τέτυκται. Et cum me occidero tua hæc voluptas erit. Ibidem: ——ἐ δὲ λύκοι αὐτ' μ' ἔδοιν
Μέλι τοι γλυκὺ τῶν κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.

Lupique me comedent, vt hoc mel tibi dulce in gutture fit.

EXAGITET *noftros manes, fectetur & vmbras, Infultetque rogis, calcet & offa mea.*] quater idem dicit, *Exagitet, fectetur, infultet, calcet: manes, vmbras, rogos, offa. Exagitet noftros manes*, me vexet mortuum. *Manes*, pro cinere & offibus, vt 4. Æneid.

Id cinerem aut manes credis curare fepultos.

& manes, cadauera Statio 9. Thebaid. *Sectetur*, infectetur, infefto animo perfequatur. Virg. ea notione:

Quin etiam patria excuffos infefta per vndas
Aufa fequi. ipfe eleg. 7. lib. 4.
Non tamen infector, quamuis mereare Properti.

Vmbras, enallage numerorum, pro vmbram. vt eleg. vlt. infra:

Ipfe meas folus, quod nil eft, æmulor vmbras.

Infultet, de hoc verbo dictum ad eleg. 5. fupra verf. 7. *Rogis*, ipfis manibus & reliquiis eleg. 7. libr. 3.

Nec pote rogator inter humare rogos.

eleg. vlt. lib. 4.

Obferat vmbrofos lurida porta rogos.

Calcet & offa mea. Sapit prouerbium, νεκρὸν μαστίζειν. & θανόντ' ἐπεμβαίνειν. fic Petron.

Ne morientes vellet occidere.

Iunius prouerb. 18. cent. 9. Statius 3. Sylu. in Hercule Surrentino:

Et merfum tumulis Euryftea calcas.

Ouid. el. 11. lib. 3. Trift.

Non fum qui fueram: quid inanem proteris vmbram.

QVID.] Donat. in Phorm. act. 1. fc. 2. *Quid? fenem quoad exfpectatis veftrum? Quid*, inquit, *notat tranfitum ad mentionem alterius rei.* Cicero pro Archia: *Quid? nofter hic Magnus nonne Theophanem ciuitate donauit.* & fæpe alibi.

NON *Antigonæ tumulo Bœotius Hæmon Corruit ipfe fuo faucius effe latus.*] Hæmon Creontis filius cum iuffu patris interfectam Antigonam audiiffet, quod fratrem Polynicem fepeliiffet, eodem in loco fibi manus attulit; cuius intellecta morte ipfius mater, vxor Creontis fe ipfam interfecit, vt fcribit in Antigone Sophocles. Apollodorus lib. 3. viuam fepultam ait. Higin. fab. 72. fcribit, Hæmonem, & fe, & Antigonem occidiffe, cum exorare patrem, pro Antigonæ falute non potuiffet. Idem fab. 243. Antigonen ipfam fibi manus ait attuliffe.

A vide Statium in Thebaide lib. 12. tangit fabula in Ouid. in Ibin:

Nec tibi, fi quid amas, felicius Hæmone cedat.

& eleg. 1. lib. 2. Trift.

Quid Danaën, Danaëfque nurum, matremq. Lyæi,
Hæmonaque & noctes quæ coiere duas.

Corruit tumulo, in tumulum fimul cum ipfa ruit. corruere dicitur cæfa victima. Ipfe el. 19. infra:

Hædus vbi agreftes corruet ante focos.

eleg. 11. lib. 4.

Tibi victima corruet Aries.

Ibid. *Dixeras & fpolium corruit ille Ioui.* fic *Cadere* & *concidere* & *procumbere hoftia* dicitur:

B *Ipfe fuo faucius enfe latus.* fic Tibull. el. 6. l. 2.

Statque latus præfixa veru, ftat faucia pectus.

Latus autem petere folent gladiatores & milites. vnde *Latus tegere alicui*, & *latrones.* Plautus Ciftell. act. 3. fc. 1. *Vtrum hac me feriam, an ab læua latus. Suo enfe*, dixit ad commiferationem, quia: *Bis interimitur qui fuis armis perit.* vide prouerb. *Suo gladio, & fuo telo iugulari.*

ET *fua cum miferæ permifcuit offa puellæ.*] fubintelligendum offibus, vt eleg. 34. fup.

Et fua cum antiquæ committit fcripta Corinnæ.

Permifcuit offa, vt eleg. 7. lib. 4.

C *Mecum eris, & mixtis offibus offa teram.*

Albin. ad Liuiam:

Mifcebor cinerique cinis, atque offibus offa.

Ouid. 3. de arte amandi:

Accipe me Capaneu; cineres mifcebimus, inquit,
Iphias. & in ep. Medeæ:
Noftraque adhærerent offibus offa tuis.

In vet. infcript. apud Cyprianum à Popina, interpretem Salluftij. *Hanc mea Adriana. Vbi offa mea tuis mifcuero, vterque fimul bene valebimus.* vide Sueton. in Domitiano cap. 17. in fin. & Briffon. in formulis. vet. gloff. *Permifcuit*, συνέμιξεν, συνέχεεν.

D QVA *fine Thebanam noluit ire domum.*] fine qua noluit Thebas in Creontis patris regiam redire. An noluit genus regum Thebanorum vltra procedere: quia ipfius interitu gens tota extincta eft?

SED *non efficies.*] non impetrabis vt tibi parcam. vt fit negantis & præcisè repudiantis preces. fed melius, *effuges.* Virg. ecl. 3.

Nunquam hodie effuges, veniam quocunq. vocabis.

ipfe eleg. pen. lib. 1.

Effugere ignotas non potuiffe manus.

MECVM *morieris.*] Ouid. el. 13. lib. 3. Am.

Tunc ego fed tecum mortuus effe velim.

E Plaut. Ciftell. fc. 1. act. 2. *Dij me, nifi ego te, tuamque filiam, meque hodie obtruncauero.* Amans loquitur. Apollon. lib. 4.

——ἴσαν δ' ὄγε
Νῦν καταφλέξαι, διά τ' ἔμπεδα πάντα κεάσσαι,
Ἐν δὲ πεσεῖν αὐτὴ μαλερῷ πυρί.

vnde Virg. 4. Æneid.

Impleffemque foros flammis, natumque patremque
Cum genere extinxem, memet fuper ipfa dediffem.

OPORTET.] hic neceffitatis eft, non officij, vt eleg. 5. lib. 3.

Ante fores dominæ condar oportet iners.

HOC *eodem ferro ftillet vterque cruor.*] manet cruor vtriufq. noftrû eodem ex gladio. Dicitur

vtroque modo, & *Stillat cruor*, & *stillat gladius*. Cic. 2. Philipp. *Qui stillantem præ se pugionem tulit.* Quare hic esse potest hypallage, pro, hoc idem ferrum stillet vtriusque cruore. *Stiria*, inquit Seruius in 3. Georg. *gutta, vnde stilla & stillare, guttatim cadere.* vterque, pro vtriusque, vt eleg. 20. infra:

Si fallo, cinis heu sit mihi vterque grauis.

QVAMVIS *ista mihi mors est inhonesta futura, Mors inhonesta quidem.*] duplex in hoc facinore turpitudo: vna, seipsum occidere. Festus: *Carnificis loco habebatur, qui se vulnerasset, vt moreretur.* altera, quod fœdum est mulieri manus adferre. Euripid. in Hecuba: ἀποκτείνειν φθόνος γυναῖκας. Virg. 2. Æneid.

—— etsi nullum memorabile nomen
Feminea in pœna est; nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor.

ad quem locum Pimpontius ex Aristotelis problematis eius rei causam adfert, quod iniquum sit & stolidum, eniti aduersus imbecilla, & turpe validiorem vires suas experiri aduersus ea, quæ facere iniuriam non possunt. vnde & ipse eleg. 5. sup.

Rusticus hæc aliquis tam turpia prælia quæras.

TV *moriere tamen.*] minæ certissimi exitij. Virg. 9. Æneid.

Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues.

persimilia sunt hæc Ouidij in ep. Acontij:

Sit dubium possisne capi, captabere certè:
Exitus in Dijs est, tu capiere tamen.

& 1. de arte am.

Capta vides serò Pergama, capta tamen.

ILLE *etiam abrepta desertus coniuge Achilles.*] per vim abducta amica. Ouid. eleg. 9. l. 1. Am.

Ardet in abducta Briseide mæstus Achilles.

Homer. Iliad. α. hac de re:

ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας.

Abrepta coniuge, vt eleg. 13. lib. 1. vers. 2. *Abrepto amore vacem.* coniux, pro amica. Virg. ecl. 8.

Coniugis indigno Nisæ deceptus amore.

& 7. Æneid.

—— quem capta cupidine coniux Aurea.

Ouid. in epist. Hermionæ:

Nec quondam placuit, nec nunc placuisset Achillì
Abducta viduum coniuge flere virum.

Sic *mariti* 4. Æneid. & *sponsi* Horat. pro procis. *Desertus*, vt eleg. 3. lib. 1.

Interdum grauiter mecum deserta querebar.

CESSARE *in tectis pertulit arma sua.*] ad extremum vsque passus est feriata esse, vt Plautus in milite: *Quod iam pridem feriatam* (machęram) gestitem. *In tectis*, in tentoriis; sic apud Virgilium formicæ *in tecto farra reponunt.* & *tecta ferarum* syluæ. Sed, *in Teucros*, vet. lib. rectè. *Cessare*, est otij inermis. Horat. *Ad arma cessantes.* Virg.

—— nec vllum
Telorum interea cessat genus.

Idem:

Imus in aduersos, quid cessas.

Ipse eleg. 11. lib. 3.

At nunc desertis cessant sacraria lucis.

VIDERAT *ille fuga tractos in littore Achiuos.*] Aphæresis pro distractos, dissipatos & palantes. sic eleg. 7. lib. 3.

A *Naufraga cum vasto Græcia tracta solo est.*

An quia trahuntur occisi & prostrati, vt spolientur à victoribus, & vt corpora vendant ad sepulturam. sed vet. lib. *Fractos*, id est, fusos & fugatos. si legitur, vt vet. lib. *Fugam* vel *fugas*, erit asyndeton. An legendum: *Fuga stratos*: quia fugam strages sequitur. vide Homer. libr. 11. & 16. Iliad. de hac fuga Græcorum. Virg. 1. Æneid.

Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus.

In littore, Rhetæo & Sigæo vbi pugnabatur, vnde Virg.

Dardanium toties sudarit sanguine littus.

B FERVERE *& Hectorea Dorica castra face.*] incendi naues Græcorum igni ab Hectore iniecto, qua de re Homerus lib. 15. Iliad. Virg. 2. Æneid. de Hectore:

Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes.

Ouid. 13. Metam.

At non Hectoreis dubitauit cedere flammis.

Item:

Ecce ferunt Troes ferrumque ignesque Iouemque
In Danaas classes. ——

feruere à feruo, vt eleg. 28. infra:

Incipit & sicco feruere terra cane.

Virg. 4. Æneid.

Iam feruere littora flammis.

& 8.

C *Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus.*

Lucillius apud Priscianum & Nonium videtur repræhendere illud feruco, es.

Feruit aqua & feruet; feruit nunc, feruet ad annum.

Castra, pro classe. Seruius in 4. Æneid.

—— faces in castra tulissem.

& 5.

Dat clarum è puppi signum, nisi castra mouemus.

& 5. *—— sic acer equo turbata petiuit Castra.* id est, naualia. Attius Antenoridis apud Nonium in *mactare*: *Aut naues vrens castra mactabo in mare.* *Dorica*, species pro genere, vt el. 6. l. 4.

Egessitque auidis Dorica castra rogis.

D Virg. 2. Æneid.

—— inuat ire & Dorica castra, &c.

Ouid. in ep. Paridis:

Aut cedent Marti Dorica castra meo.

vetus Poëta apud Charisium:

Vidi tegentem clypeo classem Doricam.

VIDERAT *informem multa Patroclon arena Porrectum.*] quia magnum littoris & campi spatium occupasse significat corpus Patrocli, magnum fuisse colligitur. sic Virg.

Porrectusque nouem Titius per iugera terra.

sic Horat. oda 6. lib. 4. de Achille:

Procidit latè, posuitque collum Puluere Teucro.

E *Porrectum*, extensum & mortuum, *vide mort.* Horat. oda 10. epod.

Opima quod si præda curuo littore
Porrecta mergos iuuerit.

Catull.

Postquam est porrecto facta marita sene.

vide Apologum Æsopi; Cancri & serpentis. Mart.

Tu languore quidem subito fictoque laboras;
Sed mea porrexit sportula Paule pedes.

sic Virg. *Et fulua moribundum extendit arena.*

ET *sparsas cæde iacere comas.*] concretos sanguine crines. *Cæde*, pro sanguine, vt φόνῳ Græcis. sic eleg. 30. infra:

Spargereque alterna communes cæde penates.

Eadem notio Ouid. 2. de arte am.

Illis te manibus tangi Brisei sinebas
Imbutæ Phrygia qua nece semper erant.

Homer 17. Iliad. de Euphorbo occiso à Menelao. *Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι.* Iacere, dixit vt Virg.

——hinc ceruixque comæque trahuntur
Per terram.

OMNIA *formosam propter Briseida passus.*] æqua & iniqua, digna & indigna ob coniugem ereptam pertulit. sic *Omnia perpetiar* eleg. 26. infra: Plaut. milit. sc. 7. act. 4. *Mitto iam, vt occidit Achilles, quid ue passus est? Formosam Briseida.* *καλλιπάρῃον.* Homer. vocat Iliad. α. idem 19. Iliad.

Βρισηὶς δ' ἄρ' ἔπειθ' ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.

Horat. oda 4. lib. 2.

Serua Briseis niueo colore.

TANTVS *in erepto sæuit amore dolor.*] epiphonema. sic eleg. 13. lib. 1.

Quod abrepto solus amore tacem.

Dolor sæuit, sæua & acerba ira est. *Dolor*, pro ira. vt dixi eleg. 5. supra vers. 10. *μῆνιν ἐκεχόλωτο* vocat Homerus. & sæuire, pro irasci & grauius commoueri Plaut. Terent. Virg.

AT *postquam sera captiua est reddita pœna.*] de reddita Briseïde vide Homer. Iliad. 19. Scaliger *Pœnam seram* hîc interpretatur, leges in quas tandem fœdus initum est, & quibus partes victæ obligantur. sed *Pœna sera*, hîc est pœnitentia cum graui damno, vt eleg. 6. lib. 3.

Pœna erit ante meos sera, sed ampla pedes.

De pœna, id est, donis in pœnam oblatis Achilli Ouid. ep. 3.

FORTEM *illum Hæmonijs Hectora traxit equis.*] Æmonia, Thessalia, & Æmonij equi, Thessali, qui præstantissimi habebantor, vt vel prouerbium ostendit: *Ἵπποι Θεσσαλικοί, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες.* vide ipse eleg. 10. infra:

Et campum Æmonio iam dare tempus equo.

& Ouid. eleg. 11. lib. 3. Trist.

Hector erat tunc cum bello certabat: & idem
Tractus ab Æmonio non erat Hector equo.

& eleg. 1. lib. 2. am.

Raptus & Æmonijs flebilis Hector equis.

De equis Achillis Xantho & Balio. Homer. Iliad. 16. 19. & 23. Apollod. lib. 3. qui datos muneri Peleo à Neptuno scribit in ipsius nuptiis, isq. postea dedit filio. Hos equos pedibus albos Zephyro peperit Harpyia Podarge, vt ait Homerus, immortales, & prædicunt Achilli mortem. Hector autem ad currum Achillis religatus, vt tractus sit, narrat idem Homer. Iliad. vlt. sub initium: *Τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο θανόντος.* At Virg. 1. Æneid.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

& Euripid. in Andromacha:

Καὶ τὸν ἐμὸν μελέας πόσιν Ἕκτορα, τὸν περὶ τείχη
Εἵλκυσε διφρεύων παῖς ἁλίας Θέτιδος.

& Ouid. 12. Metam.

Hectoris vmbra subit circum sua Pergama rapti.

Ennius Hecuba apud Cic. 1. Tuscul.

Vidi videre quod me passa ægerrimè
Hectorem curru quadriiugo raptarier.

INFERIOR *multo cum sim vel Marte vel armis.*] aut *διὰ τὸ αὐτό*. aut ea sententia est. Neque Marte & virtute bellica, neque armorum genere, quæ ille à Vulcano habuit, vllo modo sum cum Achille conferendus. Virg. 11. Æneid.

Ibo animis contra: vel magnum præstet Achillem:
Factaque Vulcani manibus paria induat arma.

Sed ver. lib. *Matre.* id est, eum mihi sit mortalis mater & Deam matrem habuerit Achilles. Virg. 6. Æn. *Achilles Natus & ipse Dea.* Horat.

Inuicte mortalis Dea puer nate Thetide.

Homer. Iliad. α.

Εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ.

MIRVM *si de me iure triumphat amor.*] Ironicôs, vt *mirum ni*, & *mirum quin*. *Iure-triumphat*, potest esse hyphen vt *Iure-vocata tribus*. Sallust. in Orat. Lepidi. *Iure-dominis tamen restituo.* & in Orat. Cottæ: *Vita & mors Iure-naturæ sunt.* & in Orat. Philippi: *Cum legatis iure-parentibus.* Ipse eleg. 8. lib. 3. *Nunc sis iure-superba licet.* Ad iustum autem triumphum alludit, & merito partum, de quo Horat. *Egerit iusto domitos triumpho.* vide Valer. Max. de Iure triumphandi. De triumpho Amoris vide Ouid. lib. 1. Am. eleg. 2. & bene *Amor triumphat;*

Qui Deus & terras & maria alta domat.

AD ELEGIAM IX.

Ad Amicam de Riuali.

ISTE *quod est, ego sæpe fui.*] eundem locum apud Cynthiam tenui. sic eleg. 25. infra:

Essem, quod nunc tu. Mart.

——Quod sum tu non potes esse:
Tu quod es è populo quilibet esse potest.

Ouid. *Tu mihi, quod matri pater est.* &, *Iste*, contemptim & cum indignatione de Riuali, vt eleg. 8. lib. 1.

Et tibi iam tanti, quicunque est iste, videtur.

Hac eleg. *Dij faciant isto capta fruare viro.*

& eleg. 24. infra:

Iam tibi de timidis iste proteruus erat.

Catull. *Suffenus iste, Vare quem probè nosti.*

SED *fors &.*] moneor quidem virorum doctorum consensu, qui vbicunque legitur *Fors &*, ex Prisciano reponũt *Fors sit*, vt dicitur *Fors sit an*, & ita hic reponit Scaliger. sed nec reijciendum arbitror *Forset*; e pro i, quia hæ vocales inter se crebro commutantur. & præter librorum consensum mouet me etiam, quod apud Virgilium conuerso legitur ordine *& fors.* 5. Æneid.

Et fors æquatis cepissent præmia velis. & lib. 6.
Et fors omne datum traherent per talia tempus.

Præterea legitur apud Catullum:

Fors etiam nostros inuidit questibus aures.

IN *hora.*] minimo spatio, vt eleg. 6. lib. 1.

His ego non horam possum durare querelis.

HOC *ipso eiecto carior alter erit.*] vt el. 21. infra:

Huic quoque qui restat iampridem quæritur alter.

vide adnotata ad eleg. 3. libr. 1. vers. 36.

PENELOPE *poterat bis denos salua per annos Viuere.*] sic & Ouid. 3. de art. am.

Est pia Penelope lustris errante duobus:
Et totidem lustris bella gerente viro.

Decem annos ad Troiam Vlysses consumpsit, & totidem in reditu Ouid eleg. 2. lib. 1. Am.

Quique tot errando, quot bello perdidit annos.
Bis denos, vt eleg. 20. infra:
Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba.
& eleg. 4. lib. 3.
Iurabo & bis sex integer esse dies.
Virg. *Bis quinos silet ille dies.* Idem:
Aspice bis senos lætantes agmine Cygnos.
Viuere salua, integra & intacta permanere: *Salua*, cuius pudicitia nulla ex parte imminuta. sic Plaut. Amphit. *Signum saluum est.* id est, incorruptum, intactum. & in milite. *Salua* (cōsilia) *sumes indidem.* id est, imminutam fidem. Liuius lib. 1. *Quærentique viro, Satin saluæ? minime, inquit. Quid enim salui est mulieri amissa pudicitia?* Quî tamen salua Penelope, quæ ex concubitu omnium procorum Pana genuit? Cic. 2. de nat. Deor. vide Catalecta Virgilij. Seneca ep. 89. Verba dedit sæculo suo Penelope.
M V L T I S *femina digna procis.*] Ouid. eleg. 1. lib. 1. Trist.
Aut quid Odyssea est, nisi femina propter amorem,
Dum vir abest multis vna petita procis.
sic eleg. 6. supra:
Phryne tam multis facta beata viris.
& eleg. 20. infra:
Cum te tam multi peterent, tu me vna petisti.
De procis Penelopes. Ouid. in ep. Penelopes.
Dulichij, Samijque, & quos tulit alta Zacynthos,
Turba ruunt in me luxuriosa proci. Ibid.
Quid tibi Pisandrum, Polybumq. Medontaq. duri
Eurymachique auidas, Antinoique manus,
Atque alios referam. Omnes enumerat Homerus lib. 22. Odyss. vt ab Vlysse, & à suis occiduntur. Festus in *Procum*: *Proci dicuntur, qui poscunt aliquam in matrimonium; Græcè μνηστῆρες. est enim procare, poscere, vnde meretrices procaces.* vide & Nonium in, *procacitas.*
C O N I V G I V M *falsa poterat differre Minerua.*] nubendi tempus producere mentiendo se Mineruæ studio incumbentem nondum telam absoluere potuisse. *Falsa Minerua*, vt falsos propinquos dixit eleg. 6. supr. Minerua Lanificij & texturæ inuentrix, pro lanificio & textura. Virg. 6. Æneid.
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua.
Ouid. 4. Metam.
Intempestiua turbantes festa Minerua.
ipse eleg. 5. lib. 4.
Eurypylique placet Coæ textura Mineruæ.
Tibull. eleg. 1. lib. 2.
Atque aliqua assiduè textrix operata Mineruam
Cantat. De Minerua Ouid. 3. Fast.
Pallade placata lanam mollire puellæ
Discant, & plenas exonerare colos.
Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit, & rarum pectine densat opus.
Quia eadem inuentrix oleæ, hinc & pro oleo. Ouid. eleg. 5. lib. 4. Trist.
——*moribunda reuixit*
Vt vigil infusa Pallade flamma solet.
Narrat autem Homer. Odyss. 2. vt Penelope à procis impetrarit, ne se cuiquam eorum nubere cogerent, donec telam, quam exorsa erat d La ërtæ funus cohonestandum pertexuisset. dem narrat Odyss. 19.

A N O C T V R N O *soluens texta diurna dolo.*] retexens omnem eam telam, quam interdiu texuerat. Homer. Odyss. 2.
Ἔνθα δὲ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστόν,
Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν ἐπεὶ δαΐδας παραθεῖτο.
vide Prouerb. *Penelopes telam retexere*, quo vtitur Plato in Phædone, & M. Tullius in Lucullo. *Nocturnus dolis*, fraude, quam noctu exercebat. vt eleg. 7. lib. 4.
Et mea nocturnis trita fenestra dolis.
Ouid. in Epicedio Tibulli ex hoc loco:
Durat opus vatum Troiani fama laboris.
Tardaque nocturno tela retexta dolo.
B Δόλον sane Homer. vocauit Odyss. 2.
Ηδὲ δόλον τὸν δ' ἄλλον ἐνὶ φρεσὶ μερμήριξεν.
V I S V R A *& quamuis nunquam speraret Vlyssem.*] quamuis spem omnem deposuisset mariti videndi, cum 20. annos iam abfuisset. eleg. 15. lib. 1. de Calypso & Vlysse:
Et quamuis nunquam posthac visura.
Græcorum autem more vocatiuus vel nominatiuus pro accusatiuo vt Petron.
Atque in præterita se totus imagine versat.
ipse eleg. 32. infra: ——*famæ iactura pudicæ*
Tanta tibi misera, quanta mereris erit.
C vide adnotata ad eleg. 8. lib. 1. vers. 19.
I L L V M *exspectando facta remansit anus.*] ipsa Penelope apud Ouidium in extrema epistola ad Vlyssem:
Certe ego quæ fueram te decedente puella;
Protinus vt redeas facta videbor anus.
ipse eleg. vlt. lib. 3.
Et quæ fecisti facta queraris anus.
Remansit, pro permansit, vt eleg. 10. lib. 1.
Is poterit felix vna remanere puella.
N E C *non exanimem amplectens Briseis Achillem.*] rectè Seruius ad illud Virg. 1. Æneid.
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
D *Idem est*, inquit, *exanimus & exanimis, vt vnanimis & vnanimus; inermis & inermus.* Lugentium est, mortuos amplecti. Virg. in Daphnide:
Cum complexa sui corpus miserabile nati.
& 4. Æneid.
Semianimemque simul germanam amplexa fouebat.
& libr. 11.
At non Euandrum potis est vis vlla tenere,
Sed venit in medios pheretro Pallante reposto:
Procubuit super, atque hæret lacrymansq. gemensq.
Ouid. 4. Metam.
Et laniata comas (Thisbe) *amplexaq. corpus amātis;*
E *Vulnera suppleuit lacrymis, fletumque cruori*
Miscuit; & gelidis in vultibus oscula figens
Pyrame, clamauit, quis te mihi casus ademit?
Albin. ad Liuiam:
——*artus amplector inanes.*
De Achillis nece Virg. in 6. Æneid.
Dardana qui Paridis direxti tela, manusque
Corpus in Aeacidæ. & ibi Seru. Ouid. 13. Met.
At postquam cecidit Paridis Phœbique sagittis
Nunc certè dixi non est metuendus Achilles.
vide & Horat. oda 6. l. 4. Apud Homer. Iliad. 22. Hector moriens vaticinatur fore, vt à Paride & Apolline Achilles occidatur Scæis in portis. Hecuba in sui nominis fabula apud Euripidem: ——ἐγὼ πικρὰ Πάρις

Ος πῦ δα ϑήποδες ἄλεσεν πῦξοις βαλών.

Apud Homer. 19. Iliad. Briseis circumfunditur Patrocli cadaueri. & deflet, lugetque mortuum.

CANDIDA *vesana verberat ora manu.*] de ipsa Briseide lugenre Patroclum Homerus:

—— Χερσὶ δ' ἄμυσσε

Στήθεα τ' ἠδ' ἁπαλὴν δέρην, ἰδὲ καλὰ πρόσωπα.

De more plangendi & radendi genas dicetur ad eleg. 13. infra. *Verberat*, pro verberauit, vt *Flemus*, pro fleuimus eleg. 7. sup. vers. 2. *Candida ora*, vide adnotata ad illud elegiæ proxime superioris: *Omnia formosam propter Briseida passus.* *Vesana manu*, sic Ouid. lib. 1. Am.

Flet mea vesana læsa puella manu.

Vesana, furenti, sæua, infesta. vide adnotata ad eleg. 8. lib. 1. vers. 5. & eleg. 6. vers. 16.

ET *dominum lauit mærens captiua cruentum.*] Cadauerum vulnera moris fuit ab[luere]. Virg. 4. Æneid. *—date vulnera lymphis, Abluam.* & mox: *Atros siccabat veste cruores.* lib. 9. *—— nec te tua funera mater*

Produxi, pressiue oculos, aut vulnera laui,

Veste tegens. Ouid. 4. Met.

Vulnera suppleuit lacrymis. Ennius:

Salsis cruorem guttis lacrymarum lauit.

Euripid. in Phœniss.

Σὺν δ' ἀλλὰ νεκροῦ λουτρὰ περιβαλεῖν μ' ἔα.

Idem in Troad.

Ἔλουσα νεκρὸν κ' ἀπενίψα τραύματα.

Ennius Cresphonre apud Macrob.

Neque terram inijcere, neque cruenta conuestire corpora

Licuit, neq. misera lauere lacrymæ salsum sanguinē.

Ouid. 3. de arte am.

Et lacrymis vulnera sæua lauat.

Sed & sine vulneribus mortui lauabantur, & vngebantur. Virg. 6. Æneid.

Pars calidos latices, & aena vndantia flammis

Expediunt, corpusque lauant frigentis, & vngunt.

Ennius:

Tarquinij corpus bona femina lauit & vnxit.

Homer. Iliad. 6. de Cadauere Patrocli:

Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ.

& Iliad. ω. Cadauer Hectoris antequam redderetur patri Priamo lautum, vnctumque fuisse scribit. *Captiua dominum*, τὸ πρὸς τι. sic Virg.

Nec victoris heri tetigit captiua cubile.

Horat. oda 4. lib. 2. *Captiuæ Dominum Tecmessæ.* *Captiua*, vt Horat. oda 4. lib. 2. *Serua Briseis.* Homer. δουρικτήτη. & δουριάλωτος. id est, capta bello & sub hasta vendita ac inde empta. Huc pertinet illud Ouidij in ep. Briseid.

Si mihi pauca queri de te dominoque viroque

Fas est, de domino pauca viroque querar.

ADPOSITVM *fluuijs in Simoënta vadis.*] admotum & adiacentem ripis & aquis fluuialibus, quamuis Scaliger versum hunc & nothum veruto confodiat. *Fluuiis* à fluuius, a, um. vt pluuius, a, um. sic *scatebra fluuia* apud Nonium in *Augustitatem.* & alibi, *Pro fluuia fide.* & apud Cic. 2. de Diuin. *Post è fluuia fortuna resistet.* *Vada*, pro ripis & aquis ripis vicinis, vt pro littoribus eleg. 1. supr. *Bina coisse vada.* *In Simoenta*, ἀρχαϊκῶς, pro in Simoënte, vt Cic. in *possessionem esse*, & *in mentem fuit* Plaut. *Esse in*

A *honorem.* Terent. Ergo *in Simoënta*, siue, in Simoënte, pro in Simoëntis ripis, vt eleg. 3. lib. 1. *In Apidano.* An ὡς παρειοῖσι, vt ἐν ἀρμάσιν eleg. 20. lib. 1. Virg. *—— Phrygij Simoëntis ad vndam.*

FOEDAVITQVE *comas.*] scidit crines, laniauit, & puluere respersit, vt in luctu solet. vide adnotata ad illud Catulli in Ariadna:

Canitiem terra atque infuso puluere turpans.

Huc pertinet Iocus Bionis apud Cic. 3. Tuscul. in Agamnonem, *Qui semidens dolore identidem intonsam comam; quasi caluitio mæror leuaretur.* vet. lib. *Siccauitque comis.* Sic Psyche apud Apuleium lib. 6. *Humum crinibus suis verrit, cine-*
B *rem venerabunda.*

ET *tanti corpus Achillis, Maximaque in parua sustulit ossa manu.*] geminum germanum huic loco illud Ouidij:

Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi

Nominis Aeacides: caput insuperabile bello,

Arserat: armarat Deus idem, idemque cremarat.

Iam cinis est: & de tam magno restat Achille

Nescio quid, paruam quod non bene cōpleat vrnam.

vide Senecam in Hercule Oetæo. *Maxima ossa*, ex magnitudine ossium, corporis magnitudo deprehenditur. vt apud Virg. 1. Georg.

Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulcris.

C Scribit Herodot. lib. 1. Inuentum sub terra corpus Orestis cubitorum septem, quę faciunt pedes duodecim & quadrantem. *Sustulit ossa*, scilicet cum legeret reliquias extincto rogo. sic eleg. vlt. lib. 4.

En sum quod digitis quinque leuatur onus.

Maxima, parua. antithesis. vt Tibull.

Parua magnum decus vrbis Vlyssem.

In manu, τὸ in vacat, vt eleg. 13. infra:

Et sit in exiguo laurus superaddita busto.

& eleg. 22.

Quid iuuat in nullo pondere verba loqui.

D & eleg. 3. supra:

Is dominam exemplo ponat in ante meam.

& eleg. 4. *Gaudeat in puero.*

CVM *tibi nec Peleus, aderat, nec cærula mater.*] quo tempore, ô Achille, nec tibi aderat Peleus pater, nec Thetis mater, nec coniux Deïdamia, quorum, vt propinquorum, erat istuc officium. sed vet. lib. *Quando ibi*, id est quandoquidem illic. vt eleg. 18. infra vers. 15. Sed cur non aderat ibi mater, nam vt Dea adesse poterat; & adest apud Homerum Achilli Thetis ad Troiam? Quia Dij adesse non possunt morientibus. Euripid. Virg. contra Stat. in Genethlia-
E co Lucani: *Sic fixum Paridis, manu trementis*

Peliden Thetis horruit cadentem.

Plaut. Truculento: *Thetis etiam lamentando lessum fecit filio.* *Cærula mater*, Thetis. sic eleg. 26. infra:

Cærula Cymothoë. Horat. oda 13. epod.

Nec mater domum cærula te reuehet.

Tibull. eleg. 5. lib. 1.

Talis ad Aemonium Nereis Pelea quondam

Vecta est frenato cærula pisce Thetis. sic el. 5. lib. 3. *In me cæruleo fuscina sumpta Deo.* & Virg. 4. Georg. *Cæruleus Proteus.* Ouid. 1. Metamorph. *Cæruleus frater.* Horat. oda 28. lib. 3.

Et virides Nereidum comas.

SCYRIA *nec viduo Deidamia viro.*] apud Lyco-

medẽ Scyri insulæ regẽ veste muliebri delituit Achilles, eiusque filiam compressit, ex qua sustulit Pyrrhum. Statius in Achilleide fabulam narrat, Item Ouid. 13. Met. & 1. de arte am. ab eo versu:

Fabula nota quidem, sed non indigna referri
Scyrias Aemonio victa puella viro.

Meminit & Apollodorus lib.3. & Higin. Fab. 97. *Scyros* insula maris Ægæi inter Lesbon & Eubœam. vnde Scyrius & Scyrias. Ouid. in ep. Hermiones.

Ignara tetigi Scyria membra manu. id est, Pyrrhi. Stat.1. Achill. —— *nec turba piarum Scyriadûm cessat.* id est, filiarum Lycomedis. est autem hypallage. *viduo viro*, pro vidua, sed alij lib. *viduo toro*, vt Ouid. in ep. Ariadnæ.

Membraque sunt viduo præcipitata toro.

& in ep. Paridis:

Sola iaces viduo tam longa nocte cubili.
In viduo iaceo solus & ipse toro.

& in ep. Penelop.

Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit. & in ep. Oenones.
Nunc iacet in viduo credulus ille toro. Lucan.
In somnis viduo tum primum frigida lecto.

quæ vidua & vnde dicta vide Iauolenum Iurisconsultum *l. malum. 242. de verb. sign.*

TVNC *igitur veris gaudebat Græcia natis.*] liberis legitimis se fortunatam iactabat. *veris*, non suppositis, nec nothis ac spurijs. Virg.8. Æneid.

Salue vera Iouis proles, decus addite diuis.

contra *falsus parens & genitor.* vnde Catull.

Falsiparens Amphitryoniades. Ouid.
—— *& es tumidus genitoris imagine falsi.*

Plaut. Amphitr. *Ne me appella falsa falso nomine.*

TVNC *etiam felix inter & arma pudor.*] δὶς τὸ αὐτὸ, etiam &c. vt eleg.3. sup.

Dehinc domiti posthac æqua & iniqua ferunt.

Felix pudor, qui felices reddit, vt eleg.1. lib.4.

Felicesque Iouis stellas, vel laude & admiratione dignus, vt eleg.6. sup. *Felix Admeti coniux.* vel tutus, quia *felices tutos præstat fortuna Deusque.* vel multus, fecundus, vt *infelix*, sterilis. vt eleg. 6. lib.3. *Felix concordia.*

AT *tu non vna potuisti nocte vacare.*] dormire vacua, & sola esse. eleg.25. infra.

Et vetus in templo bellica parma vacat.

id est nihil agit, non exercetur. eleg.13. lib.1.

—— *quod abrepto solus amore vacem.*

IMPIA.] versu ab hoc 8. infra: *Perfida.* An sæua, vt *impius miles?* An impudica, vt contra *pia Penelope.* sic eleg.17. infra.

Nunc iacere è duro corpus iuuat, impia, saxo.

NON *vnum sola manere diem.*] *sola*, vt eleg. 21. infra.

Tu nimium credula, sola iaces. & el.4. lib.3.
Gaudet me vacuo solam tabescere lecto.

Vnum diem, vt eleg.7. lib. 4.

Vnum impetrassem te reuocante diem.

QVINETIAM.] quod maius est. auget enim hæc particula & addit ad scelera. vt eleg.6. sup.

Quinetiam falsos fingis tibi sæpe propinquos.

& eleg.15. infra.

A *Quinetiam si me vlterius prouexerit ira.*

MVLTO *duxisti pocula luxu.*] hausisti, bibisti. Horat. oda 17. lib.1.

Hic innocentis pocula Lesbij Duces sub vmbra.

oda 3. lib.3. *Ducere nectaris succos.* oda 12. lib. 4. *Ducere liberum.* Plaut. Amphitr. *Vini eduxi meri birneam.* Apuleius lib.10. *Vini poculum continuo perduxit haustu.* vide ad eleg.1. sup. *Pocula phedrę. Luxu*, nimio & profuso sumptu. sed melius, *lusu*, vt in alijs; id est, nequitia, vide adnotata ad eleg.6. supra.

In qua populus lusit Erichthonius.

B FORSITAN *& de me verba fuêre mala.*] fortasse an fieri potest etiam, vt mihi absenti maledixeritis meque irriseritis. *mala verba*, maledicta, contumeliæ, imprecationes, conuicia, irrisiones. eleg.5. lib.4.

Mixtaque cum saxis adijce verba mala.

Tibull. eleg. vlt. lib.1.

An lasciuus amor rixa mala verba ministrat.

Catull.

Pauca nunciate meæ puellæ non bona dicta.

Horat.

Male nominatis parcite verbis. contra *bona verba*,

C bene ominantis. Ouid. in ep. Medeæ effinxit hunc locum.

Forsitan & stulta cum te iactare marita
Quæris, & iniustis auribus apta loqui:
In faciem moresque meos mala crimina fingis.

HIC *etiam petitur qui te prius ante reliquit.*] etiam vltro eum appetis & sequeris qui te fugit, à quo ante deserta es, & prodita. sic Ausonius: *Insequeris, fugio, fugis insequor.* *petere*, pro appetere, vt eleg.20. infra.

Cum te tam multi peterent tu me vna petisti.

& eleg.10. lib.1. —— *quæcunque petenda*
Quæque cauenda forent. extremæ autem nequitiæ damnat Cynthiam, vt Sallust. in Catil.

D *Libidine sic accensa* (Sempronia) *vt viros sæpius peteret, quam peteretur.*

DII *faciant, isto capta fruare viro.*] Specie bene precantis deuouet ὑπούλως. Sic Seneca de Mecœnatis voto ep. 101. *Quid hunc optes nisi Deos faciles?* Ouid. ep.2.

Dij faciant laudis summa sit ista meæ.

& in ep. Parid.

Dij facerent pretium magni certaminis esses.

Ipse eleg.16. lib.3.

Dij faciant meane terra locet ossa frequenti.

Capta fruare isto viro, isto præclaro amatore potiaris eius amore capta, & simul decepta. nam

E ludit in ambiguo verbo, *capta.* vt Virg.

Non capti potuere capi. Lucret.
Deceptaque non capiatur. *fruare*, vt eleg.1. sup.
Lans si datur altera vino
Posse frui, fruar ô solus amore meo. *frui*, inquit

Donat. *vesci*, *à frumine summa parte gulæ.*

Isto, contemptim. viro, amatore. vt dixi el.6. vers.6. sup.

Hæc mihi vota tuam propter suscepta salutem.

dijsne me idcirco obligani, te vt ex morbo eriperent, & nunc alter fruitur amore votisque meis. ex præcepto Ouid.2. de arte am. de ægra puella. *Multa voue, sed cuncta palam.* sic Tibull. eleg.5. lib.1.

Ipse ego cum tristi morbo defessa iaceres,
Te dicor votis eripuisse meis.
Omnia persolui, fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix vtitur ille meis.

vide eleg.28. infra de votis Propertij ob Cynthiæ ægrotantis salurem. *suscipiuntur* autem *vota*, vt oneraquædam, ideo & *poni* dicuntur. eleg.19. infta: ——*sacra Diana*
Suscipere & Veneri ponere vota iuuat.
Plaut. Amphitr. *Imperator vtrimque hinc & illinc Ioui vota suscipere.* Albin ad Liuiam.
Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato
Sustulerat timidas sidera ad alta manus.
Iamque precaturus, quid ego iam credulus, inquit,
Suscipiam in nullos irrita vota Deos.
Dixit & iratus vota insuscepta reliquit. sic Cic. in Vatin. *Cum inaudita ac nefaria sacra susceperis.* & lib.1 de leg. *Suscipere cultum Deorum, & religionem puram.* & pro domo sua: *Suscipere religiones.*

C v m *capite hoc stygiæ iam peterentur aquæ.*] *Si capite hoc* refertur ad Propertium, valet mei capiris discrimine, vt eleg.28.
Viuam, si viuet; si cadet illa, cadam.
vide illic. Si ad Cynthiam, cõiungendum cum *poterentur.* quod est in alijs libris. id est, cum iam orcus te haberet, vt dicitur *potiri leto.* Gell. cap.1. lib.13. *Potiri mortem.* Cicero.
Eutynous potitus fatorum munere leto.
olim 3. coniugationis. Virg. ——*& auro Vi potitur.* *Cum poterentur capite hoc*, cum Orcus in potestate iam caput tuum haberet. sic Virg.
——*stygioque caput damnauerat Orco.*

E t *lectum flentes circumstaremus amici.*] De more iuxta lectum adessemus cum lacrymis, qui re verè diligimus. Tibull. eleg.2. lib.1.
Hunc puer, hunc iuuenis turba circumstetit arcta.
Virg. 2. Æneid.
Nec qua circumstant te deinde pericula cernis.
de hoc officio amantium Ouid. 2. de arte am. & in ep. Acontij. *Amici*, vt eleg.13. infra.
Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico.

H i c *vbi tum (pro Dij) perfida, quisue fuit?*] Sic exprobratur periculi fuga, vt desertum officium. Ouid.13. Met.
Ecce ferunt Troes ferrumque ignesque Iouemque
In Danaas classes, vbi tunc facundus Vlysses.
Pro Dij, indignantis. *Quisue fuit?* quasi diceret, nullus fuit.

Q v i d *si longinquos retinerer miles ad Indos?*] Sermo est vrgentis, & ad grauiora pergentis, vt eleg.9. libr.1.
Quid si non esset facilis tibi copia?
eleg.18. infra.
Quid si iam canis ætas mea candeat annis?
Terent. in seipsum cruciante. *Quid si hoc pater resciuerit? quid si nunc cælum ruat? Ad Indos.* id est apud. vt eleg.18. infra.
Illum ad vicinos cum amplexa quiesceret Indos:
vt eleg.1. sup. *Tanti ad pergama belli. Longinquos* vocat, vt Catull.
Siue ad extremos penetrarit Indos. & Horat.
Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Indorum autem facit mentionem ob expeditionem, quam tum in Indiam parabat Augustus, de qua dicetur ad eleg.3. libr.3. *Retinerer,*

A cogerer ad signa manere. *Retineri*, vt & *mitti* siue *dimitti* verba militiæ, vnde *retinere sub vexillo.*

A v t *mea si staret nauis in Oceano.*] hæreret impedita breuibus, vadisque, ac arenæ cumulis in medio & magno mari; qua de re Virg. 1. Æneid. Ipse eleg.13. infra.
——*medijs sidat onusta vadis.*
Ouid.3. Met. ——*stetit æquore puppis*
Haut aliter quam si siccum nauale teneret.

S e d *vobis facile est verba & componere fraudes,*
Hoc vnum didicit femina semper-opus.]
Sed per exclamationem, vt eleg.6. supra.
B *Sed non immerito*, &c. de mulierum malitia & dolis. Plaut. Milit. sc. 2. Act.2. Ipse eleg. 4. supra.
Inueniam tamen è multis fallacibus vnam.
Tibull. eleg.4. lib.3. Lucill. apud Nonium in Mitis. Petron.
Crede ratem ventis, animum ne crede puellis,
Res est feminea tutior vnda fide.
Menander. Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας. vno verbo *mulier.* id est, pessima, fallacissima, periurissima. Parœmiam refert Diogenianus. Γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ᾽ ἂν ἀποθάνῃ. *Componere fraudes*, fingere, siue consuere dolos. Alio modo
C eleg. vlt. infra.
Desine, & Aeschyleo componere verba cothurno.
Hoc vnum opus dicat, prouerb. pro nihil aliud nouit efficere. Horat. oda 7. lib.1.
Sunt quibus vnum opus est, &c. Plaut. Pseudol. sc.2. Act.1. *Bibe, es, fuge, hoc est eorum opus.* aliter dixit eleg.2. lib.4.
Vnum opus est, operi non datur vnus honos.
Semper-opus, vt Ouid. eleg.9. lib.1. Am.
Custodum transire manus, vigilumque cateruas,
Militis & miseri est semper amantis opus.
vide quæ adnotaui eleg.6. vers.vlt. sup.

N o n *sic incerto mutantur flamine Syrtes.*] Sal-
D lust. in Iugurtha. *Duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares natura: quorum proxima terra prealta sunt; cetera vti fors tulit, alta: alia in tempestate vadosa; nam vbi mare magnum esse, & sæuire ventis cœpit, limum arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt. Ita facies locorum, cum ventis simul mutatur.* Syrtes à tractu nominatæ. Plin. cap.4. lib.5. & Solin. *Incerto flamine*, vt *dubio noto* dixit eleg.5. sup. Seneca Hippolyto.
Et amica ratibus ante promittet vada.
Incerta Syrtis.

N e c *folia hyberno tam tremefacta noto.*] id est, impulsa & agitata cum tremulo motu. vt Virg.
E *Et tremefacta solo tellus.* hinc *tremulas vmbras* dixit eleg.18. lib.1. & Gallis Prouerbium, *Trembler comme la fueille. Notus hybernus*, aut vehementior ventus, quia flatus hyberni vehementiores sunt: aut propriè *notus hybernus.* id est pluuius, vnde Ouid. *pluuioque madescit ab Austro.* Plaut. in Mercat. *Imbricibus auster.* veteri Poëtæ, *Imbricitor.* & apud Græcos nomen habet ἀπὸ τῆς νοτίδος. id est humore, vt Latine ab hauriendis & effundendis aquis. Sic Tibull. eleg. 1. lib. 1.
Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit Auster.

Q v a m *citò feminea non constat fœdus in ira.*]

Iratæ verbo mutantur feminæ. in ira muliebri nulla fides constans. *Non constat fedus*, fides promissa non manet certa. transtulit à iure publico ad priuatas pactiones, vt eleg. 29. lib. 3.

Incorrupta mei conseruа federa lecti.

fedus, quia hostia forda, vel quia fides interponeretur in paciscendo federe. Fest. Seruius in 1. Æneid. vel à fecialibus per quos fiunt federa: vel à porca fœdè, id est lapidibus cœsa. verius est à fide dictum, cum & fidus inde ab Ennio vociratum sit, vt Varro scribit 4. de ling. Lat. *Constat*, autem propriè dixit, vt eleg. 9. libr. 4.

Sed neque suppletis constabat flamma lucernis.

& Antonius in ep. ad Hircium & Cæsarem: *Mihi quidem constat. constare*, in eodem statu manere, vnde virtuti constantiæ nomen.

SIVE *ea causa grauis, siue ea causa leuis.*] siue iure, siue iniuria & temerè irascatur. Catull. contra:

Nam sine amore graui femina nulla dolet.

NVNC.] temporis extremi, vt sæpe Plauto.

QVONIAM *ista tibi placuit sententia.*] quandoquidem ira tibi visum est. quoniam animo ista voluntas sedit. Sic Sueton. Galba cap. 20. *Hoc agerent, ac ferirent, quoniam ita videretur.* τὸ *placuit* in deteriorem partem. Antonius Hircio. *Quid hoc placet ne veterams istis?* Ipse el. 4. lib. 3.

Si placet, insultet Lygdame morte mea. Virg.

Si nihil è tanta superis placet vrbe relinqui.

CEDAM.] pro, discedam, abibo, id est, *moriar*; quia *abitio*, mors, Festo. Sic Cicero in Bruto: *Cedere è vita.* & *decedere*, pro mori. sed Propertius εὐφημισμὸν sequutus est.

TELA *precor, pueri, figite acuta magis.*] Alloquitur Cupidines, quos esse plures etiam significat, eleg. 29. infra.

Obuia nescio quot pueri mihi turba minuta
Venerat. vbi ea de re dicetur.

sic puerum sine alterius verbi adiectione dixit, eleg. 9. libr. 1. *Figite tela magis acuta*, acutioribus me sagittis petite, & confodite. figitur autem homo, vel fera, & telum ipsum; el. 13. inf.

Spicula quot nostro pectore fixit amor.

& eleg. 19. *Stricto figere auem calamo.* Legitur hîc etiam *promite*, quod nihilo deterius est. sic Ouid. 3. de arte amandi:

Spicula de pharetra promit acuta sua.

Horat. oda 20. lib. 3. *Interim dum tu celeres sagittas Promis.*

FIGITE *certantes.*] pro certatim, nomen, siue participium aduerbij loco, vt el. 3. lib. 1.

Nunc furtiua cauis poma dabam manibus.

ATQVE *hanc mihi soluite vitam.*] τὸ *hanc* τὰπεινὸς id est vilem, inuisam vt notat Donat. ad illud Hecyr. *Hanccine animam parsi perdere?* eadem sententia Virg.

Accipite hanc animam, meque his exsoluite curis.

Soluitur vita morte, quia θάνατος ἐστὶ διάλυσις ψυχῆς ἐκ σώματος. hinc Ouid. in Ibin:

Sine manu facta morte solutus ero.

Virg. 4. Æneid.

Teque isto corpore soluo. Plaut. *Quem quidem si viuo vita soluam sua.* Ipse eleg. 6. lib. 4.

Aut qualis flexos soluit Pythona per orbes. pro,

A interfecit. Seneca ep. 67. *Solui inter cœnandum.* pro, mori. Ouid. eleg. 10. lib. 2. Am.

——*medium soluar & inter opus.*

Quod autem Euripides λύσει μ' ὁ δαίμων, Horat. ep. 16. lib. 1. interpretatur.

Ipse Deus, simul atque volam, me soluet, opinor.
Hoc sentit, moriar.

Sed legitur etiam: *soluite curam.* vt Tibull.

Amores Cantibus aut herbis soluere posse meos.

Catull. *O quid solutis est beatius curis.*

sic Virg. *Soluite corde metum.*

vnde Græcis ὕπνος λυσιμελής, & λυσιμέριμνος

B Βάκχος.

SANGVIS *erit vobis maxima palma meus.*] Ironicῶs vt Virg.

Egregiam vero laudem & spolia ampla refertis.

& Tibull. ——*an gloria magna*
Insidias homini composuisse Deum?

Palma, pro victoria, cuius insigne est, vide Gell. cap. 6. lib. 3. Ciceroni, Terentio & Plauto etiam sumitur in deteriorem partem. ergo hîc ambiguè.

SIDERA *sunt testes.*] testor ipsa sidera conscia mearum miseriarum, & quæ me sæpe viderunt iacentem ac pernoctantem in limine.

C *sidera mundi oculi, & furtiuas hominum vident amores.* Iuuenal. sat. 8.

Nocte quidem, sed luna videt, sed sidera testes
Intendunt oculos. Virg. 4. Æneid.
Testatur moritura Deos, & conscia fati
Sidera. sic & ipse eleg. 18. lib. 1. testatur res mutas vers. 19. vbi vide adnorata.

ET *matutina pruina.*] quæ mane cadit. vide eleg. 16. lib. 1.

Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

ET *furtim misero ianua aperta mihi.*] clanculum & tacito cardine amanti reserata. Tibull.

D eleg. 2. lib. 1.

Ianua iam pateas vni mihi victa querelis,
Nec furtim verso cardine aperta sones.

Testatur ianuam, vt & M. Tull. 1. de Orat. *Testis est huiusce Q. Mutij ianua.* Cum *aperta* dicit, Iani Patulcij mentionem mihi mouet, vt eleg. 16. lib. 1.

Quid mihi tam duris clausa taces foribus.

Iani Clusij.

TE *nihil in vita nobis acceptius vnquam.*] sic eleg. 2. libr. 1.

His tu semper eris nostræ gratissima vitæ.

In vita, vt Cic. *Vidi, & hunc dolorem acerbissimum

E hausi in vita.*

NVNC *quoque eris, quamuis sis inimica mihi.*] sic Petron. Arbiter. *O facinus, inquam, indignum, quod amo te, quamuis relictus.* Ellipsis, *eris* scilicet acceptissima. vt eleg. 6. sup.

Semper amica mihi, semper & vxor eris.

Inimica mihi, vt Virg. 1. Æneid.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Ipse autem inimicæ inimicus esse non potest. sic eleg. 8. lib. 1.

Sed quocunque modo de me periura mereris,
Sit Galatea tuæ non aliena viæ.

& elegia 18.

Sed qualiscunque es resonant tibi Cynthia syluæ.

NEC *domina vlla meo ponet vestigia lecto.*] simi-

le illud eleg. 18. libr. 1.

Sic mihi te referas leuis, vt non altera nostro
Limine formosos intulit vlla pedes.

Meo lecto pones vestigia, meum cubile viset, adibit, & ascendet, vt eleg. 3. sup.

Nec semper nobiscum humana cubilia vises.

Ponere vestigia siue pedem, ius & possessionem significat: Cic. 3. Philipp. *Hodie in possessionem libertatis pedem ponimus.* id est, vsurpare incipimus. & Philipp. 2. *Quid erat in terris vbi in tuo pedem poneres præter vnum Misenum. lecto*, vt eleg. 29. infra.

Apparent non vlla toro vestigia presso.

SOLVS *ero, quoniam non licet esse tuum.*] Cælebs viuam, quandoquidem non licet esse tuum vel amantem, vel mancipium.

ATQVE *vtinam.*] vide notata ad eleg. 9. lib. 1. vers. 8.

S*i forte pios eduximus annos.*] Genus obsecrationis & voti sub condicione, vt modestiores videantur preces. Catull.

Me miserum adspicite, & si vitam puriter egi,
Eripite hanc pestem perniciemque mihi.

Virg. 5. Æn. *Si quid pietas antiqua labores*
Respicit humanos, da flammam euadere classi.

Cicero pro Murena sub finem. *Si nullius aures voluntatemque violauit.* & pro Sex. Roscio. *Si os suum annulumque tibi tradidit. eduximus*, exegimus. nam ducere ætatem, & agere, idem est.

ILLE *vir in medio fiat amore lapis.*] Amator ille in Venere & amplexu, siue inter opus medium lapidescat, siue in saxum vertatur, vt Battus Aglauros, Niobe, Anaxarete, Daphnis Idæus, Lycas, Polydectes. vide eleg. 16. infra. vers. 46. Plaut.

Aut lapis obriguit, aut angue demorsa cessauit turgida.

Pacuuius Peribœa apud Nonium: *Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.* id est, lapidem facit.

Non ob regna magis diris cecidere sub armis
Thebani, media non sine matre, duces.

potest esse enallage numerorum, *regna*, pro regnum. id est, sceptri ius alternum repetitum. *Cecidere sub armis*, quasi ruina oppressi succubuere. Sic Ouid. ep. 1.

Siue Menætiaden falsis cecidisse sub armis.

& in ep. Laod.

Si cadere Argolico fas est sub milite Troiam.

ipse eleg. 8. supra.

Magni sæpe duces, magni cecidere tyranni.

Duces Thebani, Eteocles & Polynices fratres, & *duces*, reges. Petron. Arbiter eo allusit: *Ne Thebanum par humilis taberna spectaret. Magis*, si per se stat. id est, cupidius. sed coniungendum, *magis-diris*, sæuioribus, tristioribus. *dira arma*, quia Diris filios insectatur Oedipus, vnde secutum internecinum bellum, quo fratres singulari certamine multis vulneribus ceciderunt, & mox mater sibi manum attulit. vide Sophoclem in Oedipode, Euripedem in Phœnissis, & Statium in Thebaide libr. 11. Seruius: *Mens dira; propriè modo; Nam dira est Deorum ira. Dirum, Deorum ira immissum.* Nonius. Festus: *Dirus Dei ira natus. Media non sine matre*, vna cum Iocasta. & est dilogia: nam alio modo *media mater*, quæ se mediam interponebat, ale pu-

A gnarent filij, vt apud Virg.

Dum paci medium se offert. alio modo, *media puella*, inter vtrosque causa certaminis & necis, vt apud Virg.

Quos inter medius venit furor. nam *medius* vtrumque significat. Horat. oda 19. lib. 2.

Pacis eras mediusque belli. id est, cuius interuentu modo pax fieret, modo bellum. Virg. 1. Æneid. *Medio interfata dolore est.* id est, interueniente. Ibidem. *Mediusue occurrere possit.* id est interpellare. quia molesti sunt, qui se inuitis interponunt.

B QVAM *mihi si media liceat pugnare puella.*] id est oporteat, & necesse sit, quamuis Cicero separet 13. Philipp. sic eleg. 11. infra.

Scribant de te alij vel sis ignota licebit.

& el. 17. *Nunc licet in triuijs sicca requiescere luna.*

MORTEM *ego non fugiam, morte subire tua.*] mori non recusabo, nec metuam, dum mecum moriaris. Sunt qui putent alloqui riualem. Sed intelligo de Cynthia, licet vtrumque secum interire velit, vt cum Etheocle & Polynice interijt Iocasta.

AD ELEGIAM X.

Ad Musam.

C IAM *tempus.*] Scaliger initium elegiæ facit à quatuor versibus superioribus, *Non ob regna*, &c. & ex vet. lib. pro *iam*, legit *sed.* vbi inaniter se iactat, & errat. *Iam tempus*, vt eleg. 5. sup. *Nunc est discedere tempus.* & Virg.

Et iam tempus equûm spumantia soluere colla.

LVSTRARE *alijs Helicona choreis.*] vt Nympharum, ita & Musarum choreæ. aliæ autem choreæ sunt Musarum & poëtarum amores ludentium, leuiores scilicet: aliæ pugnas canentium, nempe grauiores. sic infra hic *Alia cithara*. de choris Musarum.

D eleg. 30. infra.

Hic vbi me prima statuent in parte choreæ.

eleg. t. lib. 3.

Et defessa choris Calliopea meis. eleg. 3.

Me iuuet in prima coluisse Helicona iuuenta
Musarumque choris implicuisse manus.

Lustrare, obire, circuire, vt solent venatores, eum cinguut saltus indagine, & ferarum lustra. eleg. 22. infra.

Nulla meis frustra lustrantur compita plantis.

Virg. ecl. 10.

Interea mixtis lustrabo Mænala Nymphis.

E Inde *lustrare agros & exercitum*, de Helicone dictum ad illud Catull. *Collis ô Heliconij.*

ET *campum Æmonio iam dare tempus equo.*] Allegoria, vt eleg. 1. lib. 4.

Has meus ad metas sudet oportet equus.

& eleg. 1. lib. 3. ——— *& à me*
Nata coronatis Musa triumphat equis.

& eleg. 7.

Mollis tu cœpta fautor cape lora iuuentæ
Dexteraque immissis da mihi signa rotis.

Sapit prouerb. ἵππον εἰς πεδίον. *date campum*, aperire, vt Virg. 1. Æn. *Qua data porta ruunt.* An immittere in campum, vt *dare habenas.*

Virg. 1. Æneid. & Varr. apud Nonium in *Anima*? sic dicimus *Donner carriere à vn cheual.* & sic Virg. 5. Æn.

Non sic præcipites biiugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus.

Alludi putat Beroaldus ad bellum Philippense in Æmonia, id est Thessalia gestum. *Aemonio equo*, dixi ad eleg. 8. sup. vers. 38.

IAM *libet & fortes memorare ad prælia turmas.*] gestio referre equites bello strenuos. *fortes ad prælia*, vt Cic. pro Fonteio; *fortis vir ad pericula.* Ouid. 2. Fast.

Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir iniustus, fortis ad arma tamen.

de *turma* dixi aliâs.

ET *Romana mei dicere castra ducis.*] id est. Imperatoris & Principis. Ouid. 1. de arte am.

Eoas Latio dux meus addat opes.

Ipse eleg. 16. infra:

Cerne ducem, modo qui &c. Horat.
Et soror clari ducis. Idem.
Lucem redde tua dux bone patriæ.

Mei dixit, quia partes Augusti se secutum significat eleg. 7. lib. 3.

Hoc mihi Mecœnas laudis concedis, & à te est
Quod ferar in partes ipse fuisse tuas.

& *Romana castra*, ad discrimen castrorum Antonij Ægyptiorum.

QVOD *si deficiant vires, audacia certè*
Laus erit: in magnis & voluisse sat est.]

vide adnotata ad illud Tibulli lib. 4.

Est nobis voluisse satis: τὸ & eadem vi, qua eleg. 7. sup.

Hic erit & patrio sanguine pluris amor.

& el. 7. lib. 3. ——— *& audaci tu timor esse potes.*

ÆTAS *prima.*] Iuuenta, vide eleg. 8. sup. vers. 17.

CANAT *Veneres.*] amores.

EXTREMA *tumultus.*] bella grauiora. vt el. 5. sup. vers. 39. vide Cic. 13. Philipp.

BELLA *canam, quando scripta puella mea est.*] quoniam Cynthia satis à me celebrata est, vt eleg. 1. supra.

Scribantur amores. & Horat. sat. 1. lib. 2.
Attamen & iustum poteras & scribere fortem
Scipiadem.

NVNC *volo subducto grauior procedere vultu.*] de notione verbi *procedere*, dictum eleg. 2. lib. 1. *Subducto vultu*, substracta, siue contracta fronte, cum *caperat frons seueritudine*, vt Plautus loquitur. vide prouerb. *Frontem exporrigere.* An *subducto*, sursum educto & erecto? Nonius: *Subducere, sursum ducere, leuare.* Turpilius: *Cum antehac videbam stare tristes, turbido vultu, subductis cum supercilijs senes.* Varro. *Ego vnus antiquorum hominum subductis superciliis.* Petron. *Superbus ille sustulit vultum.* Horat. oda 9. lib. 4. *Reiecit alto dona nocentium vultu.* Seneca ep. 48. quæ vulgo 49. *O pueriles ineptias! in hoc supercilia subduximus? in hoc barbam demisimus? hoc est quod tristes docemus & pallidi?*

NVNC *aliam citharam me mea Musa docet.*] carmen maius Calliope mouet & subijcit. vt Horat. oda 19. lib. 2.

Bacchum in remotis carmina rupibus

A *Vidi docentem.* *Aliã citharam*, barbiton significat quod citharæ genus grauius aliquanto sonantis. nam quasi βαρύμιτον dicitur, quo vsus prius Alcæus, vt notat Turneb. cap. 13. libr. 9. Horat. *Et te sonantem plenius aureo Alcæe plectro.* sic *alijs eboreis* vers. 1. huius elegiæ.

SVRGE.] Altius te attolle, vt Horat. oda 2. libr. 4.

Multa Dyrcæum leuat aura Cygnum
Tendit Antoni quoties in altos
Nubium tractus. Ouid. eleg. 1. lib. 1. Amor.
Cum bene surrexit versu noua pagina primo

B *Attenuat neruos protinus ille* (Amor) *meos.*

Ibidem.

Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat.

Iuuenal. sat. 7.

Nullo quippe modo millesima pagina surgit
Omnibus, & crescit multa damnosa papyro.

ANIMA.] spiritum vocat eleg. 15. lib. 3.

Qualis Pindarico spiritus ore tonat.

Varro apud Nonium in *anima.* *Phrygios per ossa cantus liquida canis anima.*

EX *humili iam carmine.*] sic eleg. 7. lib. 1.

Tu me non humilem mirabere sæpe poëtam.

C SVMITE *vires Pierides.*] Conualescite. Cicero pro Archia inquit, *Poëtam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari.* Ouid. eleg. 9. libr. 4. Trist. *Pierides vires, & sua tela dabunt.*

MAGNI *nunc erit oris opus.*] *opus* τὸ ἔργον. materia, inquit, offertur, non ore paruo, sed ingenti canenda. Sic Virg. 3. Georg.

Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.

Ouid. lib. 1. de arte am.

Et magno nobis ore sonandus eris.

Horat. sat. 4. lib. 1.

Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
Magna sonaturum. *Os magnum*, magna canendi facultas. sic Horat. oda 2. lib. 4.

D *Immensusque ruit profundo Pindarus ore.*

Ouid. 2. Fast.

Hæc mihi præcipuo est ore canenda dies.

Plin. cap. 12. libr. 2. *Stesichori & Pindari vatum sublimia ora.* contra ipse eleg. 3. lib. 3.

Paruaque tam magnis admoram fontib. ora.

& eleg. 1. lib. 4.

Hei mihi quod nostro paruus in ore sonus.

Ouid. 1. de rem. Amor.

Cydippe non est oris Homere tui.

& eleg. 1. libr. 2. Am.

Ausus eram memini, cœlestia dicere bella,
Centimanumque Gygen, & satis oris erat.

IAM *negat Euphrates equitem post terga tueri.*]
E id est, respicere à tergo, ac simul sagittas in tenerè sequentes torquere. De simulata Parthorum fuga præter Plutarch. in Crasso, & Antonio, ipse eleg. 7. lib. 3.

Parthorum astutæ tela remissa fugæ.

& eleg. 3. libr. 4.

Subdolus & versis increpat arcus equis.

Virg. 3. Georg.

Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.

Horat. *Et versis animosum equis Parthum dicere.*

Ouid. 1. de arte am.

Tergaque Parthorum Romanaque pectora dicam,
Telaque ab auerso quæ iacit hostis equo.

& 3. *Et celer auersis vtere Parthus equis.*
Euphrates negat. vt Catull.

Et hoc negat minacis Adriaci.

Negare litus, qua de re dictum ad eleg. 20. lib. 1.

Crudelis Minyis dixerit Ascanius. De Euphrate fluuio Armeniæ Plin. cap. 24. libr. 5. & Strab. libr. 11. *Post terga*, vsu magis quam ratione dicimus. Virg. 1. Æneid.

——— *& centum vinctus aenis*
Post tergum nodis. & 2. Æneid.
Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum.

sic *post caput.* Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Nescius vltorem post caput esse Deum.

Parthorvm.] genitiuus pro epitheto, vt eleg. 6. lib. 1. *Adria mare*, pro Adriaticum, & eleg. 7. lib. 3.

——— *Medorum pugnaces ire per hostes.*

id est, per Medos.

Et *Crassos se tenuisse dolet.*] detinuisse, cepisse, & occidisse nec etiam ossa remisisse in patriam & signa reddidisse. Alij libri, *se tenuisse.* id est, quod se Crassi tenuerint. An *tenuisse.* id est, reddere noluisse? An legendum *sustinuisse*? Crassos M. & P. vide Plutarch. in Crasso. Appian. & Dion. Ipse eleg. 3. lib. 3.

Crassos cladesque piate. Ibidem.
Crassi signa referte domum. & eleg. 6. libr. 4.
Gaude Crasse nigras si quid sapis inter arenas;
Ire per Euphratem ad tua busta licet. Ouid.
Parthe dabis pœnas Crassi gaudete sepulti.

India *quin, Auguste, tuo dat colla triumpho.*] Præterea tibi victori ceruices præbet India vinciendas. *Quin*, pro quinetiam, vt eleg. 18. infra. *Quin ego deminuo curam.*
India, vt eleg. 3. lib. 3.

Arma Deus Cæsar dites meditatur ad Indos.

Auguste. Dio lib. 53. Augustum ait cognominatum, quod quasi hominis natura amplior esset, ideoque à Græcis σεβαστὸν quasi venerandum dici. Ouid.

Sancta vocant Augusta patres: Augusta vocamus
Templa sacerdotum rite dicata manu.

Pausan. in Lacon. idem habet, quod Dio. Festus: *Augustus, locus sanctus ab auium gestu, vel gustatu.* vide Sueton. in Aug. cap. 7. de eo Ouid. *Sancte pater patriæ. Dat colla*, vt Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Paulatim sub iuga toga colla dabit. sic *ceruices dare* Cic. pro Sex. Roscio, & 5. Philipp.

Et *domus intacta te tremit Arabia.*] *domus Arabiæ*, sedes & regio ipsa. dixi ad el. 6. lib. 1.

Vlteriusque domos vadere Memnonias.

In Arabiam Ælium Gallum ab Augusto missum scribit Strabo lib. 16. Virg. 7. Æneid.

Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum
Eoisue Arabisue parant. *Intacta*, vt Horat. oda 14. lib. 3.

Intactis opulentior thesauris Arabum.

sic *intactum Alexim* eleg. vlt. infra. & el. 12.

Intactos isto satius tentare veneno.

contra Plin. cap. 14. libr. 12. *Res in Arabia gessimus, & Romana arma in eam penetrauere. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petijt.*

Et *si qua.*] quæcunque. eleg. 3. sup.

Nec si qua Arabio lucet bombyce puella.

A elegia 2. libr. 1.

Vni si qua placet culta puella sat est. & eleg. 9.
Acrius illa subit, Pontice, si qua tua est.

Extremis *tellus se subtrahit oris.*] in recessu quodam latet. sic Stat. 1. Thebaid.

Gargara desidunt surgenti & Troia recedit.

Seneca cap. 18. de cons. ad Mart. *Littora in portum recedentia.* & ipse eleg. 10. lib. 4.

Qua se summota vindicat ara casa.

vide adnotata ad illud Catulli:

Quacunque opulenta recessit.

Regia. & eleg. 6. lib. 1. vers. 31.

Sentiet *illa tuas postmodo capta manus.*] vim tuam & virtutem experietur. τὸ *sentiet*, minantis. Terent. Adelph. Act. 1. sc. 2. *Ille tuus sentiet posterius.* vbi *posterius*, vt hic *postmodo.* Virg. 7. Æneid.

——— *Rex ipse Latinus*
Ni dare coniugium & dicto parere fatetur
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.

Ouid. eleg. 1. lib. 1. Trist.

Nunc te prole tua iuuenem Germania sentit.

Postmodo, non ita multo post, mox. elegia 5. libr. 4.

Postmodo mercata pace premendus erit. Liuius libr. 4. *Fore vt postmodo gaudeant.* quod etiam *postmodum* eidem Liuio libr. 1. Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Postmodo de stipula grandis aceruus erit.

Hæc *ego castra sequar.*] sic Tibull. eleg. 7. libr. 2. *Castra Macer sequitur.* Lucan.

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.

Vates *tua castra canendo Magnus ero.*] Non tam ingenij mei modulo, quam vi ipsius argumenti & afflatu quasi tui numinis. Sic Virg. ecl. 4.

O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta,
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus. Magnus, vt eleg. 7. lib. 1.
Ardoris nostri magne poeta vale.

Servent *hunc mihi fata diem.*] hypallage: fata me huic diei seruent. id est ad hunc vsque diem viuere patiantur. Ipse optimus est sui interpres eleg. 4. lib. 3.

Ante meos obitus sit precor illa dies,
Qua videam spolijs oneratas Cæsaris axes:

vel sic expone. fata ne mihi facultatem præripiant hunc diem videndi. hunc mihi diem suo tempore tribuant, & illucescere patiantur, alludit enim ad ea, quæ seruantur amicis: Virg. ecl. 3. *Quos tibi seruo.* Tibull.

Tunc mihi seruabit plenis in lintribus vuas.

Vt *caput in magnis, vbi non est tangere signis.*
Ponitur hic imos ante corona pedes.]

Scaliger reponit *his*, male. bene *hic.* id est, tunc, vt sæpe Cicero & Terentius alijque vsurpant: & refertur ad *vbi*, id est cum. *Non est*, οὐκ ἔστι, non licet. Ouid. eleg. 2. libr. 1. Trist. *Fallere quos non est.* & 2. de arte am.

Et quantum & quoties numero comprehendere non est.

& 3. Met. in Fabula Narcissi:

Liceat, quod tangere non est.
Aspicere. Idem eleg. 4. lib. 3. Trist.
Sit tamen hæc absunt, vt quæ contingere non est

Corpore

Corpore sint oculis cuncta videnda meis.
Homer. ἰνδ' ὅπως εἰσὶ κακὰ βήματα. Virg. 4. Georg.
Scis Protea, sic ipse, neque est te fallere cuiquam.
Horat. sat. 5. lib. 1.
Mansuri oppidulo quod versu dicere non est.
In magnis signis, non in sigillis, sed ingentibus simulacris & statuis. Festus in Litura. *Signa, vt rerum, ita res ipsæ sculptæ, aut lapides aut ferrum & si qua sunt eiusmodi, quæ sculpantur. etiam pocula & simulacra ad effigies hominum conformata. Ponitur corona.* est dedicantis. vt Ouid. ep. 1.
Ponitur ad patrios barbara præda Deos.
& ep. Medeæ.
Ponitur ad patrios aurea lana Deos.
Ipse eleg. 14. infra.
Has pono ante tuas, tibi diua, Propertius ædes
Exuuias. vide plura eleg. 3. libr. 1. vers. 22.
Corona autem aut *florea*, vt in Catal.
Mihi corona picta vere ponitur. Aut *spicea*. Tibul.
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Aut ex pomis. eleg. 2. lib. 4.
Insitor hic soluit pomosa vota corona.
De coronis Deorum etiam Horat. od. 23. lib. 3.
Paruos coronantem marino Rore Deos. Plaut. Aulul. *Larem corona nostrum decorari volo.*

Ante *pedes imos:*] Ad pedes & genua Deorum vota ponebant. Ouid. eleg. 13. lib. 2. Am.
Ipse feram ante tuos munera vota pedes.
vnde Iuuenal. sat. 10.
Ergo superuacua, aut si perniciosa petuntur,
Propter quæ fas est genua incerare Deorum.
Insignare id dicitur. Interpres Iuuenal. ibidem. Arnob. lib. 6. Ita enim non videris spirantia hæc signa, quorum plantas & genua contingitis, & contrectatis orantes. Apuleius Apolog. 1. *Votum in alicuius statuæ femore assignasti.* & lib. 11. *Exosculatis vestigijs Deæ, quæ gradibus templi hærebat argento formata.* Tangebant & pedes signorum iuraturi. Iuuenal. sat. 14.
——*Cereris tangens aramque pedemque.*
vnde eleg. 9. lib. 4.
Cum vix tangendos præbuit illa pedes.
Imos pedes, vt Virg. 1. Æneid.
——*pedes vestis defluxit ad imos.*

Sic *nos, nunc inopes laudis conscendere carmen.*] ex Opis varia significatione variè *inops* accipitur. modo enim Opis, id est telluris egens & insepultus, *Inops*, vt Virg. 6. Æneid.
Hæc omnis, quam cernis Inops, inhumataq; turba est.
modo Opis, id est agri & diuitiarum egens; vnde *inops*, egenus; modo exiguarum aut nullarum opum id est virium, vt hîc, *inopes conscendere*, vt eleg. 11. lib. 1. *Facilis cedere lympha.* *Conscendere carmen laudis*, ad altum & laudabile carmen peruenire, quo heroës celebrantur. *laudis carmen*, cui opponitur *humile* sup. hac eleg. Horat. *laudabile carmen.* & laudis carmen Epicorum; nam laus militiæ, vt el. 6. lib. 1.
Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.
& *laus*, virtus, ἀνδρεία. Sed vet. libr. Memmij, *Culmen*, pro carmen, sic Virg. 2. Æneid.
Ascendo ad summi fastigia culminis.
Palmerius ex coniectura: *laudis conscendere*

A *in arcem.* non probo.

Pauperibus *sacris.*] Dijs ligneis, vel fictilibus. Tibull.
Tunc melius coluere fidem cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.
Ipse eleg. 2. libr. 4.
Ante Numam grata pauper in vrbe Deus.
& *sacra*, pro Dijs, vt eleg. 1. lib. 1. *sacra piare.* eleg. 1. libr. 4. *Ducebant macræ vilia sacra boues.*

Vilia *thura damus.*] Thus quidem magni est pretij, vt docet Plin. cap. 14. lib. 12. sed adulteratur resina itaque vilius fit. ac sic puto eleg.
B 7. lib. 4. *nulla mercede hyacinthos*, dici, adulterinos; non enim veros & carissimos cremabant. sic dixit alibi: *Quæque nitent sacra vilia dona via.* id est, quæ paruo emuntur. Virg. *vilia poma* & *vilem Phaselum* pro copioso dixit. Callimach. ἐις ἀντρα ita dixit λιτὰ χρίσματα, id est vilis & paratu facilia vnguenta. De thuris pretio Tertull. Apolog. Apud Brisson. *Grana thuris vnius assis.*

Nondum *etiam Ascræos norunt mea carmina fontes.*] Ouid. 1. de art. Am.
Non mihi sunt visæ Clio Cliusue sorores
Seruanti pecudes vallibus Ascra tuis.
Idem 6. Fast.
C *Ecce Deas vidi, non quas præceptor arandi*
Viderat, Ascræas cum sequeretur oues.
Mea carmina norunt, ego Poëta adij, vt eleg. 6. lib. 1. *Noscere mare Adria.*
Fontes Ascræos. Hippocrenē & Aganippen significat, nam Ascra ignobile & infelix oppidulū, Hesiodi, vt ipse testatur, patria, de quo multa Strabo lib. 9. ipse eleg. vlt. huius libri. Pausan. in Bœoticis, qui situm ait ad ripas Heliconis. huc refer illud Iuuenal. 7. *Aptusque bibendis fontibus Aonidum.*

Sed *modo Permessi flumine lauit Amor.*] Adnotaui ad eleg. 1. sup. vers. 4. Amorem ipsum esse poëtam & poëtas facere. *lauit* non car-
D mina, sed me cantorem & poëtam. Sic eleg. lib. 3. *Talia Calliope, lymphisque à fonte petitis*
Ora Philetea nostra rigauit aqua.
Flumine, aqua. vt dixi ad eleg. 20. libr. 1. vers. 43. *Permessi flumine*, dictum vt *Adriæ mare.* Permessus ex Helicone fluit, de quo Strabo lib. 9. & Nicander καὶ ὕδατι περμήσσοιο. Minores autem poëtæ è Permesso hauriunt, maiores ex ipso fonte Heliconis Aganippe. Aganippen fontem esse Permessi fluminis scripsit Callimachus, inquit interpres Iuuenal. sat. 7. Martialis *Permessida* vocat. *Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permessidos vnda?*

E

AD ELEGIAM XI.

Ad Cynthiam.

Scribant *de te alij.*] non ego quidem. hæc Scaliger non putat à superioribus esse diuellenda, sed diuelli possunt. nam superiore elegia Cynthiam non alloquebatur. Nunc ei vale dicit, vt Catullus.
Vale puella iam Catullus obdurat. Item.
Cum suis viuat valeatque mœchis.

V e l *fis ignota licebit.*] Interpungi poteft,
—— vel fis ignota, licebit:

Ludet, qui &c. *fis ignota*, nemo fciat te vixiffe, te fama obfcura recondat. contra eleg. 5. fupra. *Qua fieri noftro carmine nota velit.* *Licebit*, oportebit, neceffe erit. eleg. 9. fupra. verf. penult.

L v d e t, *qui fterili femina ponit humo.*] Scaliger ex vet. lib. *laudet.* vt fit idem prope cum eo: *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Maui.* verum ego lectionem vulgatam tueor, *Ludet.* id eft, fcribet nugas de te, vt eleg. 5. fup.

Par Aganippea ludere docta lyra. Imo *ludet* refertur ad *femina. ludet femina*, qui femina ponit humo fterili. id eft, perdet. Nam *lufor ne perdiderit non ceffat perdere*, vt ait Ouidius. hinc *ludere operam*, perdere. Sic vulgo dicimus: *Il ne iouera plus.* Sic eleg. 33. infra.

Non audis, & verba finis mea ludere.

id eft perire & volitare rapidis ludibria ventis. fic Horat. fat. 3. lib. 2.

Poftquam te talos Aule nucefque
Ferre finu laxo, donare & perdere vidi.

Sterili femina ponit humo, qui fementem in arena & littore facit. Allegoria prouerbialis, vt Ouid.

Quid facis Oenone? quid arena femina mandas?
Non profecturis littora bobus aras.

& Ariftoph. Interpres κατὰ θαλάττης σπείρεις. Ennius Andromeda apud Nonium in *Seges.* *Quod beneficium haud fterili in fegete rex te obfeffe intelligis.* Iuuenal. fat. 7. *Tenuique in puluere fulcos Ducimus, & littus fterili verfamus aratro. Ponit femina*, vt Virg. 2. Georg.

Pars autem pofito furgunt de femine.

O m n i a, *crede mihi, fecum vno munera lecto*
Auferet extremi funeris atra dies.]

Munera vocat formam & fermonis gratiam, quæ natura contulit & morte extinguuntur. nam ceteras dotes ei non dat. *Vno lecto*, eodem lecto funebri, de quo dicitur ad eleg. 13. infra. verf. 21. *Atra dies Auferet*, vt Petron.

Sic erimus cuncti poftquam nos auferet Orcus.

Ipfe eleg. 20. infra.

Ambos vna fides auferet, vna dies. & *Atra dies*, vt eleg. 24.

At me non ætas mutabit tota Sibyllæ;
Non labor Alcidæ, non niger ille dies.

Virg. 6. Æneid.

—— & ab vbere raptos
Abftulit atra dies. & Horat. oda 12. l. 4.
Nigrorumque memor dum licet ignium.

Virg. 4. Æneid. *Sequar atris ignibus abfens.* Tibull. eleg. 5. libr. 3.

At mihi Perfephone nigram denunciat horam.

Muretus ergo quod attulit ad illum locum Virgilij de funere acerbo, verum non eft, non enim fi ante lucem acerba funera efferrentur, ideo illa atra dies tantum. *Extremi funeris.* Extrema, vltima, fumma, vocat ea omnia, quæ ad mortem pertinent, quia *mors vltima linea rerum eft.* vide notata ad eleg. 19. lib. 1. verf. 2.

E t *tua tranfibit contemnens offa viator.*] prætericns iuxta tuum tumulum, non infiftet, nec bona verba dicet. addidit *contemnens*, vt eleg. 19. lib. 1. *contempto bufto.* verf. 21. vel poteft effe hypallage, tranfiens contemnet. *Viator*, ὁδίτης, ἢ ὁδοιπόρος. & viatoris meminit, quia monimenta fecundum viam fieri folebant. Varro 5. de ling. Lat. Alij funt viatores magiftratuum; qui arceffunt, vt lictores, qui præhendunt: Gellius.

N e c *dicet, cinis hic docta puella fuit.*] ergo falfa quæ fcribit eleg. 2. lib. 1. verf. 27. & feq. & eleg. 3. fupra. verf. 20. quibus in locis Cynthiam doctam ait. *Cinis hic*, vt eleg. 13. infra.

Deinde vbi fuppofitus cinerem me fecerit ardor.

Ouid. eleg. 6. lib. 2. Amor.

Iamque cinis viuis fratribus Hector erat.

Fuit, vt eleg. 8. fup. *Altaque Troia fuit.*

AD ELEGIAM XII.

De Amore.

Q v i c v m q v e *ille fuit puerum qui pinxit Amorem Nonne putas miras hunc habuiffe manus?*] Ex Eubul. Comico apud Athenæum lib. 13. fumpta hæc docet Scaliger. Phurnutus quoque puerum fingi Amorem ait ab imbecillum animum amantium, & fraudibus obnoxium. Seruius in 1. Æneid. *Quia turpitudinis eft ftulta cupiditas & quia imperfectus in amantibus fermo, puer Amor pingitur.* vide Fab. cap. 4. lib. 2. Ouid. 1. de rem. Am.

Et puer es, nec te quicquam nifi ludere oportet.

Miras hunc habuiffe manus, admirabili præditum fuiffe arte & induftria. Contra Eubulus de eo pictore. ὡς οὐδὲν οἶδεν τὰς χελιδόνας χάριν. *manus*, pro arte: vide eleg. 6. lib. 27. fup.

I s *primum vidit fine fenfu viuere amantes.*] Intellexit fine confilio & ratione effe. id eft, amentes. *Vidit*, ad aciem ingenij refertur, vt eleg. 3. lib. 3.

Corpora difponens mentem non vidit in arte.

Senfu, confilio, vt eleg. 1. lib. 1.

Nullo viuere confilio. vet. gloff. *Animus, fenfus, mens*, διάνοια. Item, *fine fenfu*, ἄνους. fic Feftus: *Anus dicta, quod iam fit fine fenfu, qui Græcè dicitur* νοῦς. vide adnotata ad eleg. 1. fup. verf. 53.

E t *leuibus curis magna perire bona.*] notæ funt amantium ineptiæ, quibus curæ quidem animo videntur graues, vt Virg. 4. Æneid.

At Regina graui iamdudum faucia cura.

fed re vera de nihilo nafcuntur. Magna bona pereunt amantibus, ratio ipfa, fama, valetudo, fortunæ, libertas. Lucret. lib. 4.

Adde quod alterius fub nutu degitur ætas.
Labitur interea res, & vadimonia fiunt:
Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.

I d e m *non fruftra ventofas addidit alas.*] aftinxit alas celeres, quæ modo huc, modo illuc vento feruntur. Virg. 12. Æn. de diris.

—— paribufque reuinxit.
Serpentum fpiris, ventofafque addidit alas.

Ouid. el. 9. lib. 2. Am.

Tu leuis es, multoque tuis ventofior alis.

hinc ἀνεμώλιος Homero, qui Latinis ventosi, & manes. Virg. 11. Æneid. A

Agnoscas ventosa ferat cui gloria laudem.

id est κενόδοξα. *Altus*, inquit Seruius in 1. Æneid. *fingitur Cupido; quia nihil amantibus leuius, nihil mutabilius.* Phurnutus, quia vt auis aduolet animum. de alis Amoris ipse eleg. 9. lib. 1. vers. 23. Ouid. 2. de arte amandi.

Et leuis est, & habet geminas quib. euolet alas,

& alibi sæpe.

FECIT *& humano corde volare Deum.*] induxit volantem, vt indicaret leuitatem animorum. ἀνεμωλιώδης *Deum*, id est amorem, vt dictum eleg. 1. lib. 1. vers. 30. Tibull. eleg. 6. lib. 2.

Impiger interea volitantis frater amoris.

vide notata ad eleg. 30. infra. vers. 31.

SCILICET *alterna quoniam iactamur in vnda.*] nempe quia agitamur in mari amoris, modo commodo, modo tranquillo; modo aduerso, modo secundo vento. *alterna vnda*, reciproca. vt el. 10. l. 3. *Alternas scissa charybdis aquas.* dicitur *Iactari vnda. & in vnda.* Virg. *Terris iactatus & alto.* Ouid. *Iactari quos cernis in Ionio immenso.*

ex hac translatione Catullus:

Qualiter incensam iactastis mente puellam

Fluctibus. & Plaut. initio Cistellariæ de Amore: *Maritimis moribus mecum experitur.*

NOSTRAQVE *non vllis permanet aura locis.*] secundæ res in amore nobis incertæ & fluxæ sunt. Ouid. eleg. 9. lib. 2. Am. vtitur eadem translatione.

Sic me sæpe refert incerta Cupidinis aura.

Ipse eleg. 25. infra.

Mendaces ludunt flatus in amore secundi. & 27.

Si modo clamantis reuocauerit aura puella.

propriè eleg. 20. lib. 3.

Nam liquidum nautis aura secundat iter.

ET *merito hamatis manus est armata sagittis.*] non frustra manus instructa est sagittis, vt eleg. prox. seq.

——— *armantur fusa sagittis.*

Virg. 7. Æneid.

Agrestesque manus armat sparus. & 9.

Nunc armate manus. contra 12.

Dextramque aspexit inermem. hamatis, in hami speciem recuruo ferro, quod exsertam imitetur serpentis linguam. Ouid. eleg. 10. lib. 3. Trist.

Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis.

& eleg. 9. lib. 2. Am.

Quid iuuat in nudis hamata reponere tela

Ossibus? Plin. cap. 36. lib. 16. *Calamis Orientis populi bella conficiunt, quibus spicula addunt irreuocabili hamo noxia.* veteres Galli vocabant, *sagettes barbelees.* Alexander Aphrodisæus in problematis sagittas amoris refert ad radios oculorum, vnde Amor in animum penetrat. Seruius, quia velox & incerta vis Amoris. Phurnutus, quia amore capti, perinde ac si telo icti afficiuntur.

ET *Pharetra ex humero Gnosia vtroque iacet.*] φαρέτρα, παρὰ τὸ φέρειν τὰ τραύματα, id est, τὰ βέλη. ab ea Ouid. *Pharetratum Cupidinem* dixit. *Ex humero.* κατωμαδίη. Ipse eleg. 6. lib. 4.

——— *tibi militat arcus,*

Et fauet ex humeris hoc onus omne meis.

Virg. 1. Æneid.

Namque humeris de more habilem suspenderat arcum.

Idem lib. 4.

Cui pharetra ex humero. Iacet ex humero, pendet deorsum, vt eleg. 8. sup.

Sparsas et de iacere comas. V. L. *sonat.* vt Virg. 9. Æneid.

——— *pharetramque humero sensere sonantem.*

Homer. Iliad. α.

Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο

Αὐτοῦ κινηθέντος.

Sed & *iacet* confirmat Apollon. lib. 2.

Αἰὲ δ' ἀργύρεον τόξον βιὸν, ἀμφὶ δὲ νῶτα B

Ἰοδόκη πήχυιο κατωμαδίη.

Gnosia, Cretensis quia Cretenses nobiles sagittarij. Horat. *& calami spicula Gnosij.* sed eo respexit quod Cretenses sagittarij ex insidijs adoriuntur, vt & Amor ipse. Virg. 4. Æn.

——— *qualis coniecta Cerua sagitta*

Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit

Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum

Nescius. id vero confirmat quod sequitur, *Ante ferit.* &c.

ANTE *ferit quoniam, tuti, quam cernimus hostem.*] sic eleg. 9. lib. 1.

C *Qui non ante patet donec manus attigit ossa.*

vide eleg. 4. sup. vers. 9. & 10. *Tuti*, futuri sic cerneremus, vt eleg. 8. lib. 1.

Non tamen illa meos fugit auara sinus.

NEC *quisquam ex illo vulnere sanus abit.*] Nemo sanus euadit semel Amoris sagitta saucius, hæret lateri letalis arundo. sic eleg. 1. sup.

Amor morbi non amat artificem.

contra tamen eleg. penult. lib. 3.

Nunc demum vasto fessi resipiscimus æstu:

Vulneraque ad sanum nunc coiere mea.

Abit, euadit, vt *cedendo victor abibis.* Virg. 5. Æneid.

D *Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.*

IN *me tela manent, manet & puerilis imago.*] pectori infixa hærent, & simillimus pueri videor sine ratione & consilio. *tela manent*, quippe hamata, ideoque irreuocabilia, vt loquitur Plin.

SED *certè pennas perdidit ille suas.*] ἄπτερος factus ἄπτερος. sic eleg. 1. lib. 1. *In me tardus Amor.* Eubulus apud Athenæum libr. 13. οὐκ ἐστιν ἐν κοῦφος, ὅν φαλίς.

Ἀπαλλάξομαι τῷ φέρειν τὴν νόσον.

Βαρὺς δὲ κομιδῇ. πῶς ἂν ὢν ἔχοι πτερά.

EVOLAT *è nostro quoniam de pectore nusquam.*] E pro *è* Muretus legit, *heu.* Lipsius, *hei.* vel, *εἰ.* Palmerius *hè*, pro hei. sed est *ἢ* ὦ αὐλὸ, vt dictum ad illud eleg. 9. lib. 1.

Et tibi nunc quæuis imperat empta modo.

sic in breuiario rer. gest. Aug. p. 76. *Ex qua de pecunia.* id genus Apuleio, *& neque quasi vt.* An legendum, *en*, vt *Aspice* eleg. 2. libr. 3. vers. 9.

ASSIDVVSQVE *meo sanguine bella gerit.*] id est pernicie & exitio, vt eleg. 4. sup.

Altera vix ipso sanguine mollis erit. & eleg. 9.

Sanguis erit vobis maxima palma meus.

An meo *sanguine*, pro sanguini pugnat? An in sanguine vt hirudo? Theocrit. Pharmaceutria.

Αἰ αἶ ἔρως ἀνιηρὲ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα
ἐμφὺς, ὡς λιμνᾶλις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας.

Hei hei, Amor molefte, cur atrum ex corpore fanguinem totum inhærens, vt paluftris hirudo, ebibifti? Plaut. Curcul. *Quæ mihi mifero amanti ebibit fanguinem.* *Affiduus*, hic non ab affe dando, fed affidendo. vt Horat.

Adfidens implumibus pullis auis. Tibull.
Adfiduas atro vifcere pafcit aues.

Q v i o *tibi iucundum.*] *Quid iuuat?* eleg. 2. lib. 1. Iucundum à iuuando Cic. 2. de fin.

S i c e i s *habitare medullis.*] in aridis & exuftis igne tuo medullis perpetuo hærere, tanquam illic fedem ac domicilium collocaris. *habitare* metaphoricῶs alibi effe perpetuo. Plaut. *Maiorem partem in ore habitas meo.* Virg. 6. Æneid. de vultute Titij: *habitatque fub alto Pectore.* Cic. 12. Philipp. *Habitant oculi mei in eorum vultu.* pro Murena. *habitaui in oculis.* pro Milone: *habitabit in terris gloria nominis tui.*

S i *pudor eft.*] fi quid te pudet nifi pudoris egeas. eft obiurgantis, vt dixi ad eleg. 9. lib. 1. verf. penult. Alij libri. *Si puer es*, vel *I puer hinc.* τὸ *fi puer es*, apparet confictum à Beroaldo ex eius interpretatione.

A l i o *trajice tela tua.*] in alios iaculare tuas fagittas. fic eleg. 15. infra. *Aliò transferre calores.* *trajicere*, transferre. Horat. fat. 3. l. 2. *Vt folet in cor*
Traiecto lateris miferi capitifque dolore. Cic. 2. Verr. *Inuidiam ex alto in altum trajicere.* Suetonius in Tiber. cap. 9. *Traiecit deditities in Galliam.* id eft curauit tranfportandos. Alij libri *trajice bella loco.* Lipfius cap. 10. libr. 1. Antiq. *traice duella tua.* Sed bene eft *trajice tela.* Vet. gloff. *Traice*, μετάθες. A traijciendo dicta Varroni tragula.

I n t a c t o s *ifto fatius tentare veneno.*] integros, fanos & amoris expertes præftat aggredi, & conari perdere. fic eleg. vlt. infra.

Felix intactum Corydon qui tentat Alexim.

Ouid. eleg. 9. lib. 2. Amor. in hanc tem:

Cur tua fax vrit, figit tuus arcus amicos?
Gloria pugnaces vincere maior erat.

Tentare veneno. Sueton. in Neron. cap. 39. *Cum veneno ter tentaffet, fentiretque antidotis præmunitum.* Idem in Aug. *tentari inflammatione præcordiorum.* Ouid. eleg. 2. lib. 1. Am.

Et puto fentirem fi quo tentarer amore.

Amor, venenum; quia in venas eat. Donat. in illud Act. 4. fc. 3. Eunuch. *Illi in oculos inuolem venefico. An amatori*, inquit? *Nam amor occultum eft venenum.* Virg. 1. Æneid.

Occultum infpires ignem fallafque Veneno.

N o n *ego, fed tenuis vapulat vmbra mea.*] Plaut. Perfa. Act. 2. fc. 4. *Abigis facile; Nam vmbra mea iam intus vapulat.* & Milit. fc. 1. Act. 3. *Nihil amat, vmbra es amantium magis quam amator.* Ouid. 3. Faft. *Quæ cecidit ferro Cæfaris vmbra fuit.*
& eleg. 11. lib. 3. Trift.

Non fum, qui fueram, quid inanem proteris vmbram?

& eleg. 6. lib. Am.

Nec fatis exactum corpus an vmbra forem.

Seneca in Hercule furente. *Herculem fpectas quidem Mater, fed vmbram, & vile nefcio quid mei.* Apud Athenæum libr. 6. Parafitus panes

A atros illatos in conuiuium non ἄρτους, fed ἄρτων σκιὰς appellauit: & Menander apud Plutarch. σκιᾶς μακαρίας beatum dixit eum, qui vel σκιὰν ᾧ ἦν habeat. & σκιᾶς ὄναρ, Pindar. Simile Cic. ep. 3. lib. 1. ad Q. fratrem. *Non enim vidiffes fratrem tuum, nec veftigium quidem aut fimulacrum, fed effigiem quandam fpirantis mortui.* de tenuitate & macie Propertij eft eleg. 5. lib. 1.

Aut cur fim toto corpore nullus ego.

Q v a m *fi perdideris, quis erit qui talia cantet?*] vmbram meã fi vel interemeris, vel amiferis, quis ludat amores & Veneres? Sic Virg. ecl. 9.

B *Quis caneret Nymphas? quis humum florentib. herbis Spargeret?*

H æ c *mea Mufa leuis gloria magna tua eft.*] Antitheta *leuis, magna*, vt fup.

Et leuibus curis magna perire bona.

hic autem licet, vel quamuis fubauditur. *mufa leuis*, quamuis leuis. id eft. gracilis, vt eleg. prox. feq. verf. 3. fic eleg. 5. fup.

Nec tibi connexos iratus carpere crines.

Q v æ *caput & digitos, & lumina nigra puellæ,*
Et canit, vt foleant molliter ire pedes.]

de coma flaua, & candida facie, longifque &
C eburneis manibus eleg. 2. fup.

Fulua coma eft, longaque manus. & eleg. 1. verf. 9. *Digiti eburni. Lumina nigra.* Horat. in arte Poët.

Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.

oda 32. lib. 1. *Et Lycum nigris oculis, nigroque Crine decorum.* Catull.

Nec bello pede, nec nigris ocellis.

Anacreon de Batyllo. μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω. Idem in Pictorem. γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίραν, γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας. Sunt qui ἑλίκωπας Ἀχαιοὺς apud Homer. explicent μελανοφθάλμους. Arnob. lib. 2. Aduerf. gent. *Laminas pertunderent aurium: frontes imminuerent lim-*
D *bis: fuligine oculos obumbrarent: nec in formis erubefcerent mafculorum vibrare cæfariem.* *Vt foleant molliter ire pedes*, vt mollis fit eius inceffus. Seneca cap. 31. lib. 7. Nat. quæft. *Tenero & molli inceffu fufpendimus gradum, non ambulamus, fed repimus.* Ouid. 3. de art. Am.

Sed fit, & in multis, modus hic quoque: rufticus alter
Motus in inceffu, mollior alter erit.

vide Bruti verba apud Fab. lib. 6. cap. 4. & Senecam cap. 15. de Tranq. & el. 4. fup.

Ibat & expenfo planta morata gradu.

E

AD ELEGIAM XIII.

Ad Cynthiam.

N o n *tot Achamenijs armantur Sufa fagittis,*
Spicula quot noftro pectore fixit Amor.]

Sic emendarat Beroaldus, cum antea legeretur *armantur Etrufca fagittis Spicula*, & poftea ita fe reperiffe fcriptum in libro Pici Mirandulæ affirmat. Sufa autem fuiffe regiam Perfarum notum eft ex Plutarchi Craffo & Alexandro. Strab. lib. 15. & Plin. cap. 23. lib. 6. dicitur & μεμνόνεια Herodo, vnde Sufiana regio. fed in quibufdam libris legitur, *Armatur Itura.* Itura,

æ, vel Itura. orum. (& ita hîc legerat Pontanus) vrbs vel regio finitima Arabiæ, cuius incolæ Ituræi in Sytia Cœle. Ituræorum meminit Plin. cap.23. libr. 5. & Strab. lib. 16. Cic. 5. Philipp. *Ituræi barbari cum sagittis.* Seru. in illud 2. Georg.

—— Ituræos taxi curuantur in arcus,

exponit, *Parthicos.* vet. libr. *Etrusca*, sub qua voce latere mendi portentum Scaliger putat. *Armantur*, instruuntur ad bellum. vt eleg. sup. prox. *manus est armata sagittis. Achæmenijs*, Persicis. Achæmenes rex Persarum fuit, vnde cæteri reges Achæmenidæ, Herodot. in Clio. Plato in Alcibiade priore. Περσῶν βασιλῆς, Ἀχαιμενίδας ἴκγονοι. Horat. oda 12. lib. 2.

Non tu quæ tenuit diues Achæmenes.

vnde Achæmenius, persicus. Ouid. 1. de arte am. *Vrbs in Achæmenijs vallibus ista fuit.* Lucan. lib. 2.

Achæmenijs decurrunt Medica Susis. Agmina.

Horat. oda 1. lib. 3. *Achæmenium costum.* & oda 13. epod. *Achæmenia perfundi nardo iuuat. Spicula*, pro sagittis. Virg. 11. Æneid.

Spicula conuerso fugientia dirigit arcu. Ouid.

In quib. occultè spicula tingit Amor.

Veget. cap. 15. libr. 2. *Spiculum nunc dicunt, quod olim pilum. dictum puto quod spici formam referat.* vnde Virg. *Ferroque faces inspicat acuto.*

HIC *me tam graciles vetuit contemnere Musas,*
Iussit & Ascræum sic habitare nemus.]

pro *tam* legitur, & *tum*, & pro, *sic*, *hic.* vt apud Tibullum eleg. 5. lib. 1.

Et tamum venerata virum, hunc sedula curet.

Contemnere Musas, vt eleg. 7. lib. 1.

Tu caue nostra tuo contemnas carmina fastu.

Graciles, tenues, leues, sic *mollem versum* dixit eleg. 7. lib. 1. vers. 19. Martial.

Si quid forte petam timido, gracilique libello.

Virg.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena.

Charis. lib. 1. *Gracile sexto casu, si de homine: gracili, si de re alia. gracila*, pro gracilis dixit. Lucillius apud Nonium. Dic & *gracilens* & *gracilentus. Vetuit*, interdicti: *Iussit* edicti. *Ascræum habitare nemus*, incolere, frequentem in eo esse, vt eleg. sup. prox. *Siccus habitare medullis.*

NON *vt Pieriæ quercus mea verba sequantur,*
Aut possim Ismaria ducere valle feras.]

Non vt quercus auritæ sequantur me canentem, aut vt possim vi carminis allicere feras, vt quondam Orpheus. *Pieriæ*, Thraciæ, Macedonicæ. Pieria, Olympus, Pimpla loca Thraciæ quondam fuêre, quæ nunc Macedones incolunt. Strabo lib. 10. & Pierus mons Thraciæ vel Thessaliæ: vnde *Pierides Musæ.* Plin. cap. 8. lib. 4. & Festus. Interpres Iuuenal. in sat. 7.

Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca.

Pieria, inquit, locus sub radicibus Olympi montis: cui Pierius (poëta) nomen dedit, qui primus Musis sacrificasse dicitur: Respicit autem ad Orphei Fabulam de qua Horat. oda 12. lib. 1. & Ouid. 10. Met. *Ducere feras*, vt Horat. oda 11. lib. 3.

Tu potes tigres comitesque syluas Ducere. Ouid.

Carmine dum tali syluas animosque ferarum

A *Threicius vates, & saxa sequentia traxit.*

Sic & Virg. eclog. 6. de Ascræo sene:

—— quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.

Ismaria valle. Ismarus mons Thraciæ, vbi Orpheus canere solitus erat. Virg. ecl. 6.

Nec tantum Rodope miratur & Ismarus Orphea.

hinc *Ismario mero* eleg. 33. infra. & Ouid. in epiced. Tibulli.

Quid pater Ismario, quid mater profuit Orpheo?

SED *magis vt nostro stupefiat Cynthia versu.*] in stuporem præ admiratione vertatur. Virg.
B ecloga 8.

—— quorum stupefactæ carmine Lynces.

Horat. oda 13. lib. 2. *Quid mirum vbi illis Carminibus stupens.* An *stepefiat*, vt sit, st, prot.

TVNC *ego sim Inachio notior arte Lino.*] nobilior & clarior arte canendi & musica ipso Lino tunc esse possum. *tunc ego*, vt eleg. 1. lib. 1. vers. 23. *tunc ego crediderim. Sim*, vt eleg. 3. sup. *Lilia non domina sint magis alba mea. Notior*, vt eleg. 16. libr. 1. *Nota pudicitia. Arte*, Musica. eleg. 1. sup.

Miramur faciles vt premat arte manus.

vet. lib. vt ait Palmerius, *ante-Lino*, vt *antecupidinibus.* eleg. 1. lib. 1. id est, antiquo Lino.
C *Inachio.* Argiuo à rege Inacho, vt supra: *Erichthonius populus*, & *Achæmenijs sagittis*, vide adnotata ad eleg. 13. libr. 1. vers. 31. Linum cum Orpheo coniungit, vt Virg. ecl. 6. & Ouid. 10. Met. Higinus Fab. 161. Apollinis & Vraniæ filium facit. Apollod. libr. 1. Calliopes & Oeagri, habitum tamen filium Apollinis. & libr. 2. Orphei fratrem, & ab Hercule discipulo plectro ipso interfectum.

NON *ego sum formæ tantum mirator honestæ.*] Idem eleg. 3. sup.

Nec me tam facies, quamuis sit candida, cepit.

Mirator, vt Horat. sat. 2. libr. 1.

Mirator cunni Cupennius albi.

D Mart. lib. 10. *Mirator veterum senex amorum.* Ἰσομαστίς. *honestæ*, decoræ, pulchræ. Virg. 3. Georg. *—— honesti Spadices glaucique.*
& 4. Georg.

Taygete simul os terris ostendit honestum.

& 9. Æneid.

Dardanius caput ecce puer detectus honestum.

& libr. 12.

Terque quaterque manu pectus percussit honestum.

Terent. Andria. *Honesta & liberali forma.* Eunuch. sc. 2. Act. 3. *Ita me Dij ament, honestus est. pulcher*, inquit Donatus, vt Virg.

—— & lætos oculis afflarat honores

E Lucill.

—— exemplo plantas connectit honestas.

NEC *si qua illustres femina iactat auos.*] quid sit *illustres auos* explicat ipse eleg. 20. libr. 3.

Splendidaque à docto fama refulget auo.

id est, Hostio qui scripsit de bello Istrico: Festus in *Tesqua*, & Macrobius. *Illustres*, inquit Seruius in illud 6. Æneid. *Illustres animas, notitiæ nomen est, non meriti. vnde nobiles & illustres meretrices dicuntur.* Varro 6. de ling. Lat. *Illustre à luce. Iactat auos*, vt Virg. 9. Æneid.

Murranum hic atauos, & auorum antiqua sonantem
Nomina. dicitur & *iactare aliquid*, & *iactare se de re aliqua.* Mart.

Assiduus iactes nec Babylona labor.

Virg. ecl. 6.

Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.

eleg. 7. libr. 3.

Exstructu calamis se mihi iactat equis. Horat.

Iactes & genus, & nomen inutile.

M e *iuuat in gremio docta legisse puellæ.*] mollium & delicatorum reclinari in gremijs amicarum. el. 4. lib. 3.

Inque sinu cara nixus spectare puellæ.

& elegia 8.

Ille Helena in gremio maxima bella gerit.

Cic. 13. Philipp. *Cum in gremijs minarum mentem mentumque deponeres.* Lucret. lib. 3.

In gremium qui sæpe tuum se reijcit.

Valer. Max. cap. 12. libr. 9. Pindarum ait in gremio dilecti pueri extinctum. Ouid. in ep. Oeoones.

Hærebat gremio turpis amica tuo. *Legisse*, pro legere, vt eleg. 1. libr. 1. *Potuit domuisse puellam.* & ipsa Cynthia recitabat vt adnoto ad eleg. 26. vers. 25. infra. *Docta puellæ.* sic eleg. 7. lib. 1.

Me laudent docta solum placuisse puellæ.

contra eleg. 11. sop. vers. vlt.

A v r i b v s *& puris scripta probasse mea.*] sic Horat. sat. 1. lib. 1. *Aurem purgatam*, de intelligenti homine. Plaut. Milit. *Perpurgatis ambo tibi damus operam auribus.* Pers. sat. 5.

Cultor enim es iuuenum, purgatas inseris aures
Fruge Cleanthea. Idem.

Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. *Aures elegantes & teretes*, & *aurium iudicium subtilissimum* Ciceroni. contra Martialis de Crasso iudicio:

Aurem qui modo non habet Batauam.

& Calpurnius:

Rustica credebam nemorales carmina nobis
Concessisse Deos, & obesis auribus apta. huc pertinet fabella Melampodis apud Apollodorum lib. 1. cuius aures cum liognis suis extersissent angues, voces & sermones auium intelligebat. *Probare aliquid alicui, luy faire trouuer bon.* recitasse illi, & illam rectè facta iodicasse. Cic. 6. Verrin. *Officium suum iudici, & causam suam omnibus probare* pro Cæcinna. id est persuadere rectam esse.

P o p v l i *confusa valeto Fabula.*] coofusus sermo, & rumor ex multis multorum vocibus. Ouid. 12. Met. de fama.

Mistaque cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum, confusaque verba volutant.

Virg. 12. Æneid. *Confusa sonus vrbis.*
Valeto est dimitrentis cum cootumelia eleg. 1. libr. 3.

Ah valeat Phœbum quicunque moratur in armis.

Terent. *Valeant, qui inter nos dissidium volunt.*
Catull. *Cum suis viuat, valeatque Mœchis.*

N a m *domina iudice tutus ero.*] nihili faciam opinionem vulgi, modo iudicio dominæ probentur scripta mea. Doctæ dominæ sententia me defendet ab opinio oe & repræhensione vulgi. Sic Antimacbus cùm omnes eum legentem præter Platonem reliquissent. *legam,*

A inquit, *nihilominus. nam Plato vnus mihi instar omnium.* vbi addit: *Poëma reconditum paucorum approbatione contentum esse.* *Iudice*, fem. gen. vt Virg. *Arcadia Iudice*, & Petron.

Iudice fortuna cadat alea. femina tamen iudex esse non porest iure ciuili Paul. l. cum Prætor. D. de Iudic. similis locus Ouid. eleg. 1. lib. 4. Trist.

Ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque legoque
Tutaque iudicio littera nostra tuo.

Q v o d *si forte bonas ad pacem verterit aures.*] Si aures faciles aduerterir paci: Si me audiet,
B & mibi si pacata aderit. eleg. 14. lib. 1. vbi & *placata* legitur *Bonas aures*, vt eleg. 1. lib. 1.

Vos remanete quib. facili Deus annuet aure.

P o s s v m *inimicitias tunc ego ferre Iouis.*] etiam infestum & iratum Iouem contempsero, vt ille tenax propositi apud Horat. oda 3. libr. 3. sic eleg. vlt. iofra:

Riualem possum non ego ferre Iouem.

vide eleg. 7. sup. vers. 4.

Q v a n d o c v m q v e *igitur nostros mors claudet ocellos.*] sic eleg. 1. sup.

Quandocumque igitur vitam mea fata reposcent.

C *Mors claudet ocellos*, vt Ouid. 3. Met.

Lumina mors clausit domini mirantia formam.

Virg. 12. Æneid.

Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus in æternam clauduntur lumina noctem.

Seruius io illud 4. Æn. *Et lumina morte resignat: pupillas*, inquit, *quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere.* Plio. cap. 37. lib. 11. Oculos io homine tardissimè formari, & primos emori. Ibidem docet ritu Quiritium morientibos operiri, at eosdem in rogo patefieri; vt neque homioe supremum aspectari fas sit; & cœlo non ostendi nefas. Ouid. in ep. Ariadnes

D *Nec mea qui digitis lumina condat, erit:*

Star. 2. Thebaid.

—— alterna clauserunt lumina dextra.

de fratrib. commorientib. vide plura ad Ariadnam Catulli.

A c c i p e *quæ serues funeris acta mei.*] sic eleg. 9. libr. 4. *Accipe quæ nostra formula legis erit.* *Serues acta*, vt Gell. cap. 28. lib. 2. *Seruare ferias.* Plaut. *Seruas imperium probe.* id est, pares. sic Cic. *Seruare institutum, pacta, fidem, leges.* Quæ autem in iure iudicioque gesta, vel more ac instituto mandantur literis, ea Iurisconsultis dicuntur acta, & Theophilus ὑπομνήματα vocat, quæ hic
E accipit Propertius. id est, mandata literis consignata. Cic. 2. Philipp. *In publicis actis nihil est lege grauius: in priuatis, firmissimum est testamentum.* Ipse eleg. pen. lib. 1.

Hæc soror acta tuis sentiat è lacrymis.

id est, suprema mandata.

N e c *mea tunc longa spatietur imagine pompa.*] Incedat leotè, & grauiter longa serie imaginum funus meum comitantium. de verbo *spatiari* dictum ad eleg. 2. sup. vers. 7. *Pompa* quidquid fertur aut mittitur cum ostentatione. vt eleg. 11. lib. 3.

Illis pompa fuit decussa cydonia ramo.

Festus io *Citeria.. effigies in pompa* (sacrorum) *vehi solita. Pompa Circi.* Varro 4. de ling. Lat. *Pompa*

triumphi. Ouid. 1. Metam. cuius descriptio est eleg. 2. lib. 3. amor. Hic *Pompa exequialis*, vt à Seruio vocatur, lib. 11. Æneid.

Atque hac pompa domum, me, non Palanta referret.

Longa imagine, vt Virg. de Pompa triũphi dixit,

——— succedunt victa longo ordine gentes.

De imaginib. multa dicta sunt ad eleg. 5. lib. 1.

Nescit amor priscis cedere imaginibus.

Sat igitur erit pauca dicere de imaginib. pompæ funebris. Plin. cap. 2. lib. 35. *Imagines comitari solita gentilitia funera* (initio tantũ expressi è cera vultus.) Cornel. Tacit. lib. 2. Annal. *Tunc Cotta Messalinus ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur censuit.* Ibid. *Funus* (Germanici) *sine imaginibus & pompa per laudes celebre fuit.* Idem in fine lib. 3. *Viginti clarissimarum familiarum imagines antelata* (in funere Iuniæ.) *Sed præfulgebant Cassius & Brutus eo ipso quod effigies eorum non visebantur.* Ibid. *Circumfusas lecto Claudiorum Liuiorumque imagines.*

N e c *tuba sit fati vana querela mei.*] nec sit querela inutilis meæ mortis. querulum quiddam & triste canebat tuba. vide eleg. 7. sup.

Tibia funesta tristior illa tuba.

Quia tuba in funere. hinc ritus citandi reum capitis tuba, ante ipsius domũ. vt ait Plutarch. in Graccbis. & Petron. in desperatione salutis: *Quod si idem fecisset genus manusq. tentauerit tuas, Licebit ad tibicines mittas.* Huc pertinet narratio de pica, quæ est apud Plutarch. in lib. de solertia animal. & P. Victorium cap. 14. lib. 9. Var. lect. Seneca cap. 1. de tranq. vitæ appellat *Funus tacitum*. sine tuba opinor, & tibia. *Fati querela*, vt Albin. ad Liuiam:

Vltima sit fati hac summa querela mei.

N e c *mihi tum fulcro sternatur lectus eburno.*] *Sternatur*, ornetur. Catullus:

Purpureaue tuum consternens veste cubile.

vnde *strata*, pro, lectis. de lecto ferali Virg. 6. Æneid. *Tum membra toro defleta reponunt.* ipse eleg. 11. supra:

Omnia, crede mihi, tecum vno munera lecto.

eleg. 13. lib. 3.

Namque vbi mortifero iacta est fax vltima lecto.

eleg. 7. libr. 4.

Infisses lectum lentius ire meum.

Ibid. *——— cum subdita nostrum*

Detraheret lecto fax inimica caput.

vide Stat. 6. Thebaid. in funere Archemori. *Fulcro.* Isidor. cap. 26. lib. 2. *Fulcra ornamenta lectorum, quia ijs fulcimur & sustinemur, vel quod toros fulciant, aut caput.* Ipse el. 7. lib. 4.

Meo visa est incumbere fulcro.

Fulmenta etiam dicebant Varro apud Nonium: *Fulmenta lectum scandunt.* Seruius in 6. Æneid. *Antea fulcra totis, quibus fulcimur. Chasterz.* est & fulcrum, τραπεζοφόρον. *Treteau. Eburno, toto ex ebore.* Petron. *Indo quod dente politum.* Catull. Plaut. Stycho act. 2. sc. 3. *Eburati lecti.* Sueton. in Cæsare cap. 84. de funere Cæsaris. *Intra lectus eburneus, auro ac purpura stratus.*

N e c *sit in Attalico mors mea nixa toro.*] *Attalicus torus*, Attalicis vestibus instratus. sic el. 5. lib. 4. *Sectaque ab Attalicis patria signa toris. Attalica vestes*, eleg. 16. lib. 3. & eleg. 32. huius libri: *Attalica aulaa.* Plin. cap. 48. lib. 8. *Aurum intexere vestibus inuenit Attalus Rex.* Meminit & cap. 15. lib. 36. & cap. 1. lib. 37. Torus Varroni ab herbis intortis: sed Scaliger in coniectaneis: *Torus est quiuis funis è loris retortus. Cato, funem exordiri oportet longum pedes 72. Toros tres: habeat lora in pedes singulos 9. lata digitos 2. quia autem toris lecti & funibus tenderentur ab eo toros vocarunt.* vt Herodotus τόνος. Hæc ille. *Nixa in toro.* ἐν, in, vacat vt eleg. 3. lib. 3.

Inque sinu cara nixus spectare puella.

Mors mea, ego mortuus, meum cadauer. Cicero pro Milone: *Non fuisse credo fas clarissimorum virorum formas* (imagines) *illi teterrimo parricida aliquid decoris adferre: neque vllo in loco potius mortem eius lacerari quam in quo vita esset damnata.* Virg. 5. Æneid.

Hanc tibi Eryx meliorem animã pro morte Daretis

Persoluo. Attius ἐπὶ ἱκανοῦ μάχῃ apud Nonium in Affligi: *Nec perdolescis fligi socios; morte campos contegi.* id est, cadauerib. Lucan. lib. 7.

Dij tibi non mortem, qua cunctis pœna paratur,

Sed sensum post fata tua dent Crastine morti.

Ipse eleg. 4. lib. 3.

Si placet insultet, Lygdame morte mea.

pro morti meæ. id est, mihi mortuo. & eleg. 1. sup. *Et vita & morti gloria iusta mea.* sic mea fata, ego mortuus eleg. 17. lib. 1.

D a s i t *odoriferis ordo mihi lancibus.*] absint odorum fercula, quæ ordine ferantur in pompa, & in lancibus, vt cum cadauere cremarentur. Virg. 6. Æneid.

——— congesta cremantur

Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.

ipse eleg. 7. lib. 4.

Cur nardo flamma non oluere mea.

& eleg. 16. lib. 3.

Afferet huc vnguenta mihi.

Festus in *Muriata*, duodecim tabulis cautum ait ne mortuo muriata potio inderetur. Plin. cap. 1. lib. 13. *Postea honos is* (perfundendi vnguentis) *& ad mortuos pertinere cœpit.* vide Iuuenal. sat. 4. Stat. 6. Thebaid. *Lancibus*, etiam in vasis sacris lances: Ausonins:

Turibula & patera, qua sertia vasa Deũm lanx.

Virg. 12. Æneid.

——— cumulantque oneratis lancib. aras.

Idem 2. Georg.

Lancib. & pandis fumantia reddimus exta.

Sed & lances in profano vsu. Horat. *Rotundas curuat aper lances.* Plaut. in Curcul. *In carnario fortasse dicis: imo in lancibus.* sunt & lances in libra, sed nihil ad hunc locum.

A b s i n t *Plebei parua funeris exequia.*] funus meum vulgi more curetur. *Adsint*, verbum officij, *adesse reo, ægroto, mortuo.* Seru. ad 2. Æneid. *Funus ardens cadauer, quod dum portatur, exequias dicimus; crematum, reliquias; conditum iam, sepulcrum.* Donat. in illud Andr. *Funus interim procedit, nos sequimur: Sequimur*, inquit, *quasi post ipsam morituri, vnde exequia. Exsequi* sane est, sequi Virg. 5. Æneid.

Annua vota tamen sollennesque ex ordine pompas

Exsequerer. Est etiam *funerare*: vetus Poëta in Ciceronis Tusc. *At qui dolores morte finisset*

granes eum omnes amicos laude & letitia exsequi. *Exsequia* proprie, *le conuoy.* hinc *exsequiari* dixit Varro apod Nonium, pro ab exsequiis conuiuari & epulari. *Obsequiæ* quod legitur puto ab imperito adiectum ex voce vulgata *Obseques.* Rectè *exequiæ funeris*, quia amici & propinqui funus sequuntur. sic Albin. ad Liuiam:

Funeris exequiis adsumus omnis eques.

Ibid. *Et sensi exequias funeris ipse mei.* Ouid. el. 5. lib. 3. Trist.

Praeclaraque docent funeris exequiæ.

Sic & Iurisconsulti loquuotur apud Brisson. in formul. *Plebeium funus*, quia tenuiorum funus minima curabatur impensa, idque per vespillones. Sueton. in Domitiano cap. 17. *Cadauer eius populari sandapila per vespillones exportatum.* Festus in *Vespæ* & *Vespillones*, vespertino autem tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt, quo respexit Horat. sat. 8. lib. 1.

Huc prius angustis eiecta cadauera cellis
Conseruus vili portanda locabat in arca.

sic in Ibin Ouid.

Et dare plebeio corpus inane rogo.

SAT *sit magna, mei, si tres sint, pompa, libelli.*] pro ferculis & lancibus abunde erunt mei libelli, si tres sint. *Pompa*, fercula, de quibus Statius 6. Thebaid. Tres libelli; de amoribus enim Cynthiæ tres scribere instituerat, quod effecit; nam quartus aliò pertinet. tangit el. 3. sup. *Et turpis de te iam liber alter erit.* & el. 11. l. 1.

Ignoscas igitur si quid tibi triste libelli
Attulerint nostri.

QVOS *ego Persephonæ maxima dona feram.*] Plutarch. Sympos. quæst. 6. Cœnam Proserpinæ commemorat, quam qui faciunt nihil inde gustant. Περσέφασσα, & Περσεφόνη ἢ Φερσεφόνεια λέγεται διὰ τὸ πάντα φέρειν τὸν φόνον. Tibull.

At mihi Persephone nigram denunciat horam.

Ouid. in ep. Cydippes:

Persephone nostras pulsat acerba fores.

Ipse eleg. 28. infra:

Hac tua Persephone maneat clementia, nec tu
Persephones coniux sæuior esse velis.

TV *vero nudum pectus lacerata sequeris.*] ipse eleg. 24. infra:

Demissis plangas pectora nuda comis.

Ouid. *Pectoraque infesta tundat aperta manu.* vide Seruium in illud 12. Æneid.

Filia prima manu flauos Lauinia crines
Et roseas laniata genas.

Sequeris dictum, vt Terentij Andria: *Funus interim procedit, sequimur.*

NEC *fueris nomen lassa vocare meum.*] indefessa voce clames Propertium. *Lassa vocare*, vt eleg. 15. infra:

Lassa foret crines soluere Roma suos. & eleg. 33.
An nondum est talos mittere lassa manus.

Vocare nomen vt, eleg. 17. lib. 1. vers. 23.

——*Clamasses nomen.* vbi vide adnotata, & infra hac elegia: ——*Reuocabis manes.*

OSCVLAQVE *in gelidis pones suprema labellis.*] mos osculandi mortuos. Bion in ep. Adon.

Ἀμφὶ ἢ τὶν ὦ
Θνάσκει & τὸ φίλαμα, τὸ μή ποτε Κύπρις ἀφῇσει,

A Κάτθεσι μὲν τὸ φίλαμα, & οὐ ζώοντος ἀρέσκει.
Ἀλλ' οὐκ οἶδεν Ἄδωνις ὅ μιν θνάσκοντ' ἐφίλασεν.

Ouid. 4. Fast.

Osculaque applicuit posito suprema feretro.

& eleg. 3. lib. 1. Trist.

Et quasi discedens oscula summa dedi.

& in ep. Canaces:

Non super incubui, non oscula frigida carpsi.

Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Flebis & arsuro positum me Delia lecto,
Tristibus & lacrymis oscula mixta dabis.

Ponere oscula, quod Albinouanus ad Liuiam in eadem re:

B *At miseranda parens suprema nec oscula fixit*
Frigida nec fouit membra tepente sinu.

vbi & *suprema* vocat, vt hic.

CVM *dabitur Syrio munere plenus onyx.*] perfundetur vnguentis rogus. Onyx, vas vnguentarium ex Onyche gemma, eleg. 8. lib. 3.

Et crocino nares myrrheus vngat onyx.

Horat. oda 12. lib. 4.

Nardi paruus Onyx eliciet cadum.

Catull. de coma Berenices:

Quam iucunda mihi munera libet onyx.

Leg. Dioscorid. lib. 2. & lib. 5. Ἀλαβαστρίτης λίθος ὁ καλούμενος ὄνυξ. Plin. cap. 8. lib. 36. Hic ampul-
C lam marmoream interpretantur, cum & sit gemmæ nomen onyx, & operculum cochilij. sic *gemma*, pro gemmeo poculo & potorio, vt adnoto ad eleg. 5. lib. 3.

Nec bibit è gemma diuite nostra sitis.

Syrio munere plenus, vnguentis ex Syria aduectis. vide adnotata ad eleg. 2. lib. 1. vers. 3.

DEINDE *vbi suppositus cinerem me fecerit ardor.*] Subiectus ignis, & fax subiecta pyræ postquam me in cinerem verterit siue corpus meum cinefecerit, vt Lucretius diceret. Ouid. eleg. 5. lib. 3. Trist.

Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis.

D Cinerem fecerit, vt eleg. 11. sup.

Cinis hic docta puella fuit.

Caluus apud Charis. lib. 1. *Cum iam fulua cinis fuerit.* ipse infra hac elegia:

Qui nunc iacet arida puluis.

Suppositus ardor, vt eleg. vlt. lib. 4.

—— *cum subdita lecto*
Detraheret nostrum fax inimica caput.

eleg. 8. lib. 3.

Tu minitare oculos subiecta exurere flamma.

& eleg. 13. lib. 3.

Namque vbi mortifero iacta est fax. pro subiecta.

E Virg. 6. Æneid.

—— *& subiectam more parentum*
Auersi tenuere facem.

Ouid. 4. Fast. eadem locutione dixit:

Mutantesque domum, tectis agrestibus ignem,
Et cessatura supposuisse casa.

ACCIPIAT *manes paruula testa meos.*] *Paruula*, quia ossa mea minuta, inquit. infra vers. vlt. sic Ouid. eleg. 3. lib. 5. Trist.

Ossa tamen facito parua referantur in vrna.

Idem: *Vix manet è toto parua quod vrna capit.*

Testa, vrna fictilis: el. 4. l. 4. ——*at illi*
Vrgebat medium fictilis vrna caput.

Horat. *Testam*, pro amphora vel cado dixit,

oda 20. lib.1. & 23. lib.3. Ipse ampboram cineribus lenæ tribuit eleg. 5. lib. 4.

Sit tumulus lenæ curto vetus amphora collo.

Virg. 6. Æneid.

Ossaque lecta cado texit Corinaus aëno.

hîc testa contentus Propertius, quia vult

Plebeij paruas funeris exequias.

Accipiat, inclusos teneat. *Manes meos*, vide notata ad el.8. sup. vers.19. & el.5. lib.4. vers.3.

ET *sit in exiguo laurus superaddita busto.*] Laurus Phœbo Poëtisque dicata meo immineat tumulo, & locom opacet. sic eleg.14. lib.3.

Me tegat arborea deuia terra coma.

Superaddita, vt Virg. ecl.5.

Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.

QVÆ *tegat extincti funeris vmbra locum.*] funus non est apparatos mortuorum hoc loco, sed ipse reliquiæ & cineres. vt eleg.17. lib.1.

Haccine parua meum funus arena teget?

Virg. *Et funus lacerum tellus habet.* Et, *extincti*, quia reliquias vino & bibula lauabant fauilla. Virg. 6. Æneid.

ET *duo sint versus.*] sæpe epitaphium duobus versiculis constat, vt eleg.7. lib.4.

Hic Tiburtina iacet aurea Cynthia terra:
Accessit ripæ laus Aniene tuæ. Tibull.
Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus
Messalam terra dum sequiturque mari.

Virg. eclog. 5.

Daphnis ego in syluis hinc vsque ad sidera notus,
Formosi pecoris custos formosior ipse.

QVI *nunc iacet arida puluis.*] *Iacet*, vt el.7. l.1.

Ardoris nostri magne Poeta iaces.

Puluis, pro cinere & reliquiis, vt dictum ad el. 19. lib.1. vers. 6. & eleg. vlt. vers.6. vet. inscript. apud Aldum de ortbographia:

Si lutus, si puluis te tardat forte, viator, *Arida.* vet. lib. *Horrida.* Lips. cap.20. l.1. antiq. Charis. lib.1. *Puluis masculini generis est, quamuis Propertius dixerit: cui nunciet horrida puluis.*

VNIVS *hic quondam seruus amoris erat.*] vni taotum addictus puellæ vixit. Amot inimicus libertati, vnde seruitium dicitur eleg.5. lib.1.

Tum graue seruitium nostræ cogere puellæ
Discere. & eleg. 23. lib.3.
Quinque tibi potui seruire fideliter annos.

vnde & *dominas* amicas vocant. *Amor*, pro, amica, vt eleg.13. lib.1.

——quod abrepto solus amore vacem.

vni autem se seruisse sæpe profitetur, vt

Tu mihi sola places, placeam tibi Cynthia solus.

Item: *Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.*

NEC *minus hæc nostri notescet fama sepulcri.*] notescere verbom probum fateor; Catull.

Notescatque magis mortuus atque magis: Sed quod sequitur, *Quam fuerant*, me in hanc opinionem deducit, legendum esse, *Nota esset*; siue, *not' esset.* *Nostri sepulcri*, an de se mortuo, vt eleg. 7. lib. 1.

Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulcro.

QVAM *fuerant Phthij busta cruenta viri.*] notum vt ad sepulturam Achillis immolata Polyxena ex Euripidis Hecuba. Ouid. 13. Metam. & Senecæ Troade. dixi ad illud Catulli in Ariadna:

Alta Polyxenia madefient cæde sepulcra.

Ergo *cruenta*, respersa cæde Polyxenæ. *Phthij viri*,

A Achillis: cui Phtia patria. Homer. Iliad. 1. & sæpe alibi. Horat. oda 6. lib.4.

Et Troiæ prope victor alta Phthius Achilles.

TV *quoque, si quando venies ad fata, memento*
Hoc iter, ad lapides cana veni memores.] Scaliger ex coniectura:

—— memento
Hoc itere ad lapides cana venire meos.

Si quando venies ad fata, vt omnibus eo veniendum. est affirmaotis, vt eleg.17. lib.1.

Si quando vestras labens amor attigit vndas.

Venies ad fata, vocaberis ad exitum vitæ. Cic. ep. 4. lib. 6. fam. *Acherontem obibis*, vetus Poëta

B apud Festum. vnde *obire*, & *obire mortem.* *Ad lapides.* ad meum sepulcrum, vide notatá ad eleg. 17. lib. 1. vers. 20. vnde *lapidare* Petronio, pro tumulare. *Memores*, neque enim lapides. id est, manes mei tui obliuiscentur, vt eleg.19. lib.1.

Non adeo leniter nostris puer hæsit ocellis
Vt meus oblito puluis amore vacet.

INTEREA *caue, sis nos aspernata sepultos.*] distinguendum, quia apud Comicos, *caue sis*, vna vox est, sed alio sensu. *Sis aspernata*, pro asperneris. sic eleg. 20. infra:

Nec tu supplicibus me sis venerata tabellis.

C pro veoereris, & eleg. 32.

Quod si tu Graias, seu sis imitata Latinas.

Est aurem sententia eadem, quæ in el. 19. lib. 1.

Quam vereor ne te contempto, Cynthia, busto
Abstrahat à nostro puluere iniquus amor.

NONNIHIL *ad verum conscia terra sapit.*] intelligit, quæ sint iusta funerum iusta Tellus. *Nonnihil sapit*, id est, aliquid sentit, vt el.10. lib.1.

Nonnihil egit Amor. *Terra* autem vel ipsa communis omnium parens, vel ipsi cineres, vt *Reddenda terra terræ.* *Sapit*, sensu prædita. vt eleg. 6. lib. 4.

Gaude Crasse nigras si quid sapis inter arenas.

D *Sapit terra*, sensus est inferis. vel sapit Tellus ipsa Dea. *Sapit ad verum*, intelligit quod iustum est, quia Tellus ipsa iusta, & æqui arbitra, vt docuimus ad illud eleg. 19. lib.1.

Et Tellus hoc ita iusta sinat.

verum pro æquum, vt eleg. 5. supra:

Hoc verum est tota te ferri Cynthia Roma?

Sapere ad verum, vt Plaut. Pers. act. 1. sc. 3. *Sapit multum ad Genium.* Terent. Adelph. act.5. lib.3. *Ad omnia alia ætate sapimus rectius.* sic ipse el. 22. lib. 3. *Vulneraque ad sanum nunc coiere mea.* Virg. 2. Georg. *Ad plenum calcentur.* Horat. oda 17. l.1.

Hinc tibi copia *Manabit ad plenum.*

E Liuius lib.35. *Ad liquidum veritas explorata.* ipse eleg. 5. lib. 3.

—— in plenum menstrua luna redit.

Conscia terra, vt Ouid. in ep. Læandri:

Cætera nox, & nos, & turris conscia nouit.

ATQVE *vtinam primis animam me ponere cunis*
Iussisset quæuis de tribus vna soror.] *primis cunis* dixit, vt eleg. 3. sup. *Primis diebus.* contra, *extremo rogo*, & *vltimus lapis*, de morte. *Ponere animam*, *reddere* eleg. 6. lib. 1. & *deponere* eleg. 13. Virg. 4. Georg.

Animasque in vulnere ponunt.

& eleg. 26. infra:

Quod mihi si ponenda tuo sit corpore vita.

& eleg. 5. lib. 3.

Reddite corpus humo, positaque in gurgite vita.

Ouid. 1. Fast.

Quid tuti superest animam cum ponat in aruis
Lanigerumque pecus, ruricolæque boues?

Iussisset, quia iubere est fati. vnde Horat. *Sic placitum Parcis.* & *fata vetant & sinunt.* *Quæuis de tribus vna soror.* Quælibet è Parcis, siue Cloto, siue Lachesis, siue Atropos. Ouid. in Ibin:

Quæque ratum triplici pollice nectis opus.

id est, Parca quælibet. Ibidem:

De tribus est cum sic vna locuta soror.

Albinouanus ad Liuiam:

Quondam ego tentaui Clotoque, duasque sorores.

& mox:

De tribus vna mihi, partem accipe, quæ datur, inquit,
Muneris.

NAM *quo tam dubia seruetur spiritus hora.*] què ad vsum referuetur & retineatur vita. *Spiritus hora tam dubia*, vita cuius exitus hora tam incerta est, vt eleg. 27. infra:

At vos incertam mortales funeris horam
Quæritis.

NESTORIS *est visus post tria secla cinis.*] post annos trecentos tandem Nestor interiit, & crematus est. vnde *trisecli senex* dictus à Næuio apud Gell. cap. 7. lib. 19. plura adnotaui ad Panegyricum Tibulli.

SI *tam longæua minuisset fata senectæ*
Gallicus Iliacis miles in aggeribus.] vulgatæ lectionis aperta sententia. *Si Gallicus miles.* id est, hostis Troianus contraxisset vitam illam & fata Nestoris eum occidendo; non ille vidisset Antilochi rogum. Beroaldus tamen fatetur se legisse *meminisset*, pro quo substituit, *minuisset*. Scaliger obscurè veterem lectionem sic exponit. *Quis tam longæuæ meminisset f. s. G. I. m. i. a.* Quis temerarius tam potuisset viuere. vel *Queis*, pro quibus inquit. Quibus narrare potuisset vitam suam longam, si temerarius miles fuisset? nulli scilicet. Lips. cap. 20. lib. 1. antiq. *Quis tam. Longæua*, pro longæ, *nam frustra* adderetur senectæ, quæ longum est æuum. sic Stat. 2. Syluar. in arborem Atedij: *Primæuam visu platanum*; pro, quam primam vidit. & Auson. *Tu primæuis doctor in annis.* id est, primis. *Minuisset.* vet. lib. *Meminisset, curasset.* an *mutasset*, vt mutare vitam morte? *Fata senecta longæua*, senectam tam longam fatis datam. dixi el. 19. lib. 1. vers. 17. *Gallicus miles*, vel Asiaticus: quia in Asiam Galli transierunt, & illic sedes collocarunt; vel Phrygius, à Gallo Phrygiæ fluuio: hæc Beroaldus. Scaliger Gallicus miles, temerarius & stolidè fortis. non probo. An Gallicus, Barbarus quilibet, & mercede conductus? *In aggeribus Iliacis*, in muris & operibus ac munitionibus vrbis Troiæ. quid aggeres dictum eleg. pen. lib. 1.

NON *ille Antilochi vidisset corpus humati.*] apud Homer. Nestor 3. Odyss. Telemacho filij sui Antilochi mortem narrat. & lib. 4. à Memnone dicitur interfectus. quare Ouid. ep. 1. ex falsa opinione dixit:

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.

& lib. 24. Odyss. vmbra Antilochi apud infe-

A ros esse dicitur. Horat. oda 9. lib. 2.

At non ter æuo functus amabilem
Plorauit omnes Antilochum senex Annos.

Pindar. Pythiis, cuius verba refert Lambinus ad eum locum Horatij, scribit Antilochum cum patrem seruare cupit, vimque Memnonis atque impetum sustinet, ab eo cæsum esse. *Corpus Antilochi*, pro cadauere & relliquiis, vt eleg 9. sup. *Et tanti corpus Achillis.* humati κατακαυθέντος, pro extincti, vt Horat.

Prope funeratus arboris ictu.

Alioqui humati: id est, humo tecti, corpus videri non potest. Alij libri *humari*, etiam

B κατακαυθῆναι, quia crematus, non humatus Antilochus. sed vrna ipsa humo tegitur. An *amati*, vt Horat. loco prænotato: *Amabilem Antilochum?*

DICERET *aut.*] enallage temporum, pro, *dixisset.*

O *mors cur mihi sera venis?*] querela solita eorum, qui sunt in malis, se nimium vixisse; vt Iuuenal. de Nestore:

——— *ore parumper*
Attendas, quantum de legibus ipse queratur
Fatorum, & nimio de stamine, cum videt acris
Antilochi barbam ardentem.

C Nota & fabella de sene mortem inuocante, cum lignorum fasce premeretur, morsque aduenisset, & quæreret cur se aduocasset, vt hoc, inquit, onus tolleres & humeris meis imponeres. Albin. ad Liuiam:

Accusatque annos vt diuturna suos.

Cur mihi sera venis? cur tam diu moraris? *Sera*, pro serò. dixi alibi. *Mors venit*, vt Cicero 5. Tuscul. *Morti aduentanti paululum obuiam procedere.* Tibull.

Quis furor est atram bellis arcessere mortem?
Imminet, & tacito clam venit illa pede.

In Catal. *Mors aurem vellens, viuite, ait, venio.*

D TV *tamen amisso nonnunquam flebis amico.*] dura licet & ferrea sis, interdum tamen mortuo amatore tuo lugebis. *Amisso*, adempto, erepto tibi morte. ipse eleg. 18. infra:

Quam grauis amisso Memnone luctus erat.

Cic. ep. 9. lib. 11. fam. *Pansa amisso, quantum detrimenti resp. acceperit, non te preterit. Flebis*, vt el. 24. infra vers. 35. 36. 37. Tibull. el. 1. lib. 1.

Flebis & arsuro positum me Delia lecto.

FAS *est præteritos semper amare viros.*] sanctitas Deorum Manium id postulat. Iusque piumque est. Seruius in illud 1. Georg.

——— *fas & iura sinunt.*

E *Fas ad religionem*, inquit, *iura ad homines referuntur.* Auson. ——— *prima Deûm fas*

Quæ Themis est Graijs. & hoc est, quod dixit:

Nonnihil ad verum conscia terra sapit.

Præteritos viros, οἰχομένους, & ἀποιχομένους, & ita vulgo, *Trespassez*, id est, *outrepassés.* &, *il est oultre.* Sic Homerus οἰχόμενος, qui abiit. id est, mortuus. Festus: *Abitionem, pro morte dixerunt.* Tertull. *Si de aliquo iampridem defuncto tanquam viuo, quis requiras; illud occurrit: Abijt iam & reuerti debet.* vel *præteritos viros*, antiquos.

TESTIS *qui niueum quondam percussit Adonin*
Venantem Idalio vertice durus aper.] testimonium à mutis, vt eleg. 9. sup. *Sidera sunt testes.*

Percussit, dente fulmineo vulnus ei inflixit in femore. nam grauissimi est & letalis vulneris verbum. *Percussit*, vnde *percussores* dicti, & simul ad id quod fulmen in dentibus apri dicantur habere. nam percuti etiam de fulmine dicitur. Plaut. Amphit. *Numnam hunc percussit Iupiter?* Adonidis fabula est apud Ouid. 10. Metam. Apollod. lib. 3. Ἄδωνις δ᾽ ἔτι παῖς ὤν, Ἀρτέμιδος χόλῳ πληγεὶς ἐν θήραις ὑπὸ συὸς ἀπέθανε. & Bion. epitaphium Adonidis. Dicitur vero & *Adon*, & *Adonis*, & Arabica gens *Adoneum* vocat, vt ait Ausonius. Macrobius solem interpretatur. Niueum Adonin. Theocrit. Id. 13.

B

—— τὸ δὲ οἱ μέλαν εἴβεται αἷμα
Χιονέας κατὰ σαρκός. Ibid. ὑπομαζοὶ χιόνεοι.

Venantem Idalio vertice, sectantem feras in iugo & cacumine Idalij. & apri iuga montium colunt. Virg. Ouid. 10. Met. Non videtur significare venatum Adonin fuisse in Cypro. *Durus aper*, vel perpetuo epitheto, vt eleg. 3. supr. *Torvus aper*. vel sæuus hoc ipso pueri formosissimi vulnere.

ILLIS *formosum fleuisse paludibus illuc*
Diceris effusa tu Venus ipse coma.] sic Theocrit. Id. 1.

Χ᾽ ὡραῖος χ᾽ Ἄδωνις ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει.

C

Quod Virg. vertit eclog. 10.

Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.

Ouid. 10. Metam. de eodem:

Laudares faciem liuor quoque, qualia namque
Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
Talis erat. Ibid.
Iam Iuuenis, iam vir, iam se formosior ipso.

Bion: ὤλετο καλὸς Ἄδωνις. *Fleuisse*, vt Ouid. 1. de art. am.

Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis.

vet. lib. *Lauisse*. sic eleg. 9. supra:

Non dominum lauit mærens captiua cruentum.

D

Lauari autem ab Amoribus, & vngi à Venere Adonin Moschus facit. vide Lips. cap. 20. lib. 1. antiq. *Paludibus*, paludum opinor facta mentio propter aprorum lustra in locis paludosis. *Illuc diceris isse*, vt Ouid. 10. Met.

Agnouit longè gemitum morientis, & albas
Flexit aues illuc. *Effusa coma*, passo & soluto capillo, vt in luctu solet. Sic & Theocrit. in epitaph. Adon. —— ἁ δ᾽ Ἀφροδίτα
Λυσαμένα πλοκαμῖδας ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται.

& Petron. *Funus passis prosequi crinibus.* de hoc ritu dictum alias.

E

SEU *frustra mutos reuocabis Cynthia Manes.*] Catull. *Et mutam nequicquam alloquerer cinerem.* sic *muta sepulcra*. idem: *Reuocabis manes*, voce tua reducere ad vitam conaberis. *Reuocari* dicuntur mortui, cum reuiuiscunt. Virg.

Pæoniis reuocatum herbis, & amore Dianæ.

contrà vero eleg. 27. infra;

Iam licet & stygia sedeat sub arundine remex:
Cernat & infernæ tristia vela ratis.
Si modo clamantis reuocauerit aura puellæ,
Concessum nulla lege redibit iter.

NAM *mea quid poterunt ossa minuta loqui.*] si propriè *ossa*, ideo *minuta*, quia exiles Propertius *Tenuatus in artus*, vt ait eleg. 22. infra. Sed *ossa*, pro vmbra, vt eleg. 8. supra vers. 20. & eleg. vlt. lib. 4. *Defleta & gemitu Cæsaris ossa mea.* Ibid. *Et mea fortuna iudicet ossa pila.* Itaque *ossa minuta*, exilis & tenuis vmbra. nam & de se viuo dixit eleg. supra:

Non ego, sed tenuis vapulat vmbra mea.

Huc pertinet quod Cicero scribit 1. Tusc. *Has imagines* (mortuorum) *loqui volunt, quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterum, pulmonum vi & figura potest.* vide eleg. 12. lib. 3. *Silentum domos.*

AD ELEGIAM XIIII.

Lætatur potitus Amica.

NON *ita Dardanio gauisus Atrida triumpho.*] Non ita exultauit capta, & expugnata Troia. *Dardanio*, Troiano; quia *Troia Dardanus auctor*. *Triumpho*, victoria, quam plerumque sequitur. & *gauisus triumpho*, *vt triumphare gaudio*. *Atrida*. Duo Atridæ, maior, Agamemnon: minor, Menelaus. Vter? an Agamemnon, qui rex regum ei bello præfuit? an Menelaus cuius caussa susceptum bellum? In *Atrida*, *a*, corripitur. vt Horat. sat. 3. lib. 2.

Ne quis humasse velit Aiacem Atrida vetas cur?

sic Iuuenal. sat. 9.

Occurris fronte obducta, seu Marsya victus.

& Iarbas & Iarba. Ouid. 3. Fast.

Et potitur capta Maurus Iarba domo.

Charis. lib. 1.

CVM *caderent magna Laomedontis opes.*] Ouid. in ep. Hermiones:

Cum Danaus Phrygias vreret ignis opes.

Horat. *Barbariæ postquam ceciderent turma.* vnde Virg. *Occasum Troiæ tristesque ruinas.* *Opes*, & diuitiæ & vires neruique regni. Virg.

Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai. De Laomedonte nota omnia, qui duplici periurio insignis in Neptunum & Apollinem primum; deinde in Herculem. hinc Virg.

Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.

Item: —— *nescis heu perdita, necdum*
Laomedonteæ sentis periuria gentis.

Horat. —— *ex quo destituit Deos*
Mercede pacta Laomedon. ——

Laomedon quasi conditor vrbis Troiæ, quia mœnibus eam cinxit.

NEC *sic errore exacto lætatus Vlysses,*
Cum tetigit caræ littora Dulichiæ.] videndus Homer. lib. 13. Odyss. *Errore exacto*, imposito errori fine post decennium. vide eleg. 12. lib. 3. vbi colligit errores Vlyssis sparsos per Odysseam Homericam, & Tibull. In Panegyrico lib. 4. *Exacto*, finito, vt eleg. 3. lib. 1. *Exactis sideribus*, transacta nocte. *Tetigit littora.* Exposui ad illud Catulli:

Gnosia Cecropiæ tetigissent littora puppes.

Cara Dulichia, quia patria sua cuique carissima, & maximè Vlyssi. vnde ex Homero scribit M. Tull. 1. de Orat. *Cuius rei* (patriæ) *tanta vis est, & natura, vt Ithacam illam in asperrimis scopulis tanquam nidulum affixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret.* vide Homet. 5. Odyss.

A NEC *sic Electra saluum cum adspexit Orestem.*] Electra Agamemnonis & Clytemnestræ filia cum patuulum fratrem Orestem metu Ægysti clam in Phocydem ablegasset, & vt aliquando necem paternam vlcisceretur; tandem desperans de fratre, sororem Chrysothemida ad vltionem secum impellere frustra hortatur. Vigesimo demum anno Argos redit Orestes cum Pylade & Pædagogo. Pædagogus falsos de Orestis morte rumores disseminat, quem in Pythicis certaminibus occubuisse mentitur. Vrna quoque profertur in qua eius conditi cineres fingebantur. flet Electra, & flenti Clytemnestra insultat. se frater demum Orestes sorori Electræ aperit, communique consilio Clytemnestram, deinde Ægystum interficiunt. hæc Sophocles in Electra. vide & Euripidis, si modo eius est, Electram, & Higin. fab. 119. Est Electra vna Nereidum, & vna Pleïadum. dicta fuit antea Laodice. Ælian. lib. 4. In τὸ *Electra* est à *ἠλέκτωρ*, pro *η*. vt & Ouid. 4. Fast.

Siue quod Electra Troiæ spectare ruinas
Non tulit. sic Ibid.
Sæpe Rhea questa est.

& 2. de rem. amor.

Perdat opes Phædra: parces Neptune nepoti.

& Stat. 4. Thebaid.

——dubijs Malea vitata carinis.

Saluum adspexit, superstitem agnouit præter opinionem.

CVIVS *falsa tenens fleuerat ossa soror.*] dictum vrnam tradidisse Pædagogum Electræ, in qua fingebantur conditi cineres Orestis; quibus lacrymas & planctus dedit Electra. Ergo τὸ *ossa* iterandum. & *tenens ossa & fleuerat ossa*, vt eleg. vlt. libr. 4.

Defleta & gemitu Cæsaris ossa mea.

vt pertinet historia quam Gellius cap. 5. lib. 7. de Polo nobili histrione commemorat. de morte Orestis Ouid. in Ibin:

Vtque Agamemnonio vulnus dedit anguis Oresti.

NEC *sic incolumem Minois Thesea vidit.*] nec tanto cum gaudio Ariadna vidit Theseum sospitem. vide adnotata ad eleg. 3. lib. 1. vers. 2. & Catulli Ariadnam:

DÆDALEVM *lino cum duce rexit iter.*] viam flexuosam Labyrinthi structi à Dædalo. de quo Catull. in Ariadna. *Rexit iter.* rectá viam reddidit licet flexuosa esset. Regere passus dixit Ouid. in ep. Ariadnæ:

Qua regerent passus pro duce fila dedi.

& in epi. Phædræ.

Perfidus Aegeïdes ducentia fila secutus
Curua mea fugit tecta sororis ope.

Ipse eleg. 4. lib. 4.

Cùm patuit lecto stamine torta via.

vide plura ad illud Catulli:

Errabunda regens tenui vestigia filo.

QVANTA *ego præterita collegi gaudia nocte.*] Quantos percepi fructus amoris proxima superiore siue hesterna nocte. *Collegi gaudia*, ductum à collectione frugum. sic Auson. *Collige virgo rosas.* Horat. ep. 11. lib. 1. propriè:

Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,
Si rectè frueris, &c. *Gaudia*, vt Catull.
Quæ tuo veniunt hero quanta gaudia.

vbi vide adnotata.

IMMORTALIS *ero si altera talis erit.*] impia, ni stultissima esset amatorium exultatio, vt eleg. 8. lib. 1.

Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis.

& eleg. prox. infra:

Si dabit hæc multas, fiam immortalis in illis.
Nocte vna cuiuis vel Deus esse potest.

In epigr. Græcis:

Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε, τρισόλβιος ὅς σε ἀκούει·
Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ γαμῶν.

B Terent. Hecyr. sc. 4. act. 5. *Deus sum si hoc ita est.* & sc. 5. act. 5. Eunuch. *Nam mihi immortalitas parta.* Plaut. Curcul. sc. 3. act. 1. *Sum Deus* (inquit Phædromus.) Cui Palin. *Imo homo haud magni pretij.* Cic. pro Sextio: *Plausus homini leui immortalitas, sibilus mors.*

AT *dum demissis supplex ceruicibus ibam.*] obstipo & deiecto capite, qui gestus & tristium & mœrentium, vt eleg. 1. lib. 1.

Tum mihi constantis deiecit lumina fastus.

vbi vide adnotata. *Supplex*, obnoxius. el. 9. lib. 1.

Ecce iaces, supplexque venis ad iura puellæ.

DICEBAR *sicco vilior esse lacu.*] vulgo ferebar C contemptior eo lacu, qui aridus nulli est vsui: nam lacus si perennem habet aquā, piscibus & nauigationi vtilis est: si aret quid eo contemptius, cum neque iumenta ex eo bibāt, neque vestes in eo lauentur? quid lacus vide eleg. 23. vers. 2. infra:

NEC *mihi iam fastus opponere quærit iniquos.*] non amplius mihi aduersatur eius iniqua & crudelis superbia. sic Ennius apud Festum, in *Supperuatet.*

His pernas succidit iniqua superbia Pœni.

Opponere, obiicere amori meo. sic eleg. 5. lib. 1.

D *Quod si forte tuis non est contraria votis.*

NEC *mihi ploranti lenta sedere potest.*] non potest non commoueri meo fletu, meisque precibus. *Lenta sedet*, irata quæ est, nec adire vult amantem, licet supplicem. vide adnotata ad eleg. 6. lib. 1. vers. 12.

ATQVE *utinam non tam sero mihi nota fuisset Condicio.*] Pactio hæc amoris fruendi. hîc enim condicio est stupri. vt apud Terent. Andr. sc. 1. act. 1. *Sed postquam accessit amans, pretium pollicens Accepit condicionem.* Sæpe etiam de matrimonio dicitur. Liuius lib. 3. *Conditionem filiæ quærendam esse.* id est, alium sponsum. Sueton. E in August. cap. 63. *Circumspicere condiciones.* & in Galba cap. 5. *Remansit in cælibatu, neque sollicitari vlla condicione amplius potuit.*

CINERI-NVNC *medicina datur.*] *Cineri-nunc*, vno verbo, vt, *nunc-dominæ*; eleg. 16. lib. 1. & *Cinis*, pro cinefacto & mortuo, vt el. 115. supra vers. vlt. ostendi. videtur aotem genus esse prouerbij, quod à Diogene manarit apud Laërtium: *Νεκρὸν ἰατρεύειν, καὶ γέροντα νουθετεῖν, ταὐτὸν εἶναι.* Fab. in Declam. Cadaueris pasti. *Quid quod medicina mortuorum sera est? quid quod nemo aquas infundit in cineres?* id est, ædes cinefactas. sic eleg. 1. lib. 1.

Reuocare lapsum. &, *post bellum auxilium.*

Cineri

A
Cineri datur medicina, id est, *serò*, vt ait versu præcedente cum scilicet vix frui possit. Contra, *Inutijs mederi*, vide Senecam cap.1. de Consol. ad Mart. in fine. Scaliger legit: *Emeritis nunc medicina datur.* id est, militibus & gladiatoribus quibus nibil iam est opus medico, quia sunt extra periculum.

ANTE *pedes cæcis lucebat semita nobis.*] perspicua erat via quæ me duceret ad id quod optabam. *Ante pedes*, in promptu & in conspectu. Ipse eleg.4. lib.3.

Pœna erit ante meos sera, sed ampla pedes.

B
Terent. Adelph. act.3. sc.3. *Istuc est sapere non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa quæ futura sunt prospicere.* sic Pindar. Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον αἰεὶ χρῆμα πᾶν. sic dicunt &, ἐν ποσί. *Lucet semita*, opponitur quod ait eleg.4. sup.

Cæca via est. & eleg.14. lib.3.

Cæcum versat amator iter.

Eadem allegoria.

SCILICET *insano nemo in amore videt.*] cæcus omnis amans. & ipse cæcus Amor fingitur: vide Fab. lib.6. *Scilicet*, sanè, profectò, vel nempe. vt elegia 12. supra vers.7. *Insano*, vel ingenti, vel furioso, & qui iubet, *Nullo viuere consilio.* *furorque* dicitur eleg.1. lib.1. sic
C
insana Venus eleg.17. lib.3.

HOC *sensi prodesse magis, contemnite amantes.*] contra eleg.10. lib.1. vers.27. & 28.

At quo sis humilis magis, & subiectus amori
Hoc magis effecto sæpe fruare bono.

Hoc sensi. expertus sum etiam cum damno & malo, vt infra eleg.17.

Tum flebit cum mi senserit esse fidem.

Et sensibus explorata certiora sunt. *Contemnite amantes*, fingite vos eas spernere, quæ ipsę vos spernunt, vt par pari referatis. tunc enim vltro vos ipsæ petent. vt eleg.9. sup.

D
Hic etiam potitur, qui te prius ipse reliquit.

Ouid.1. de art. am.

Quod refugit, multæ cupiunt, odere quod instat.

Auson.

Hanc volo quæ non volt: illam quæ volt ego nolo.

Alij libri: *Contendite*; diuersa sententia; enitendum esse & perdurandum, quia obsequio tandem cuncta cedunt. nam dixit eleg.10. lib.1.

Irritata venit, quoniam contemnitur illa.

SIC *hodie veniet, si qua negauit heri.*] facilem se tibi præbebit & fruendam. *Sic*, hoc pacto, contemnendo, vel contendendo. *Veniet*, vt eleg.22. infra:

E
Aut si es dura nega, sin es non dura venito.

& eleg.18.

Mi formosa satis, si modo sæpe venis.

& eleg.25.

Excludit quoniam sors mea sæpe veni.

Virgilius:

Sæpius at si nos Lycidas formose reuisas.

Ductari, mitti, & *venire* dicuntur puellæ. *Negauit*, vel absolutè. Martial.

Si qua puella negat, nulla puella negat.

Ipse eleg.32. infra:

Non potuit somno casta negare Ioui.

vel subauditur venire, vt eleg.22. infra:

Speranti subito si qua venire negat.

PVLSABANT *alij frustra, dominamque vocabant.*] quem amica non vult admitti is frustra pulsat, id est, quatit vel fores, vt eleg.5. lib.4.

Ianitor ad dantes vigilet, si pulset inanis
Surdus in obductam dormiat vsque seram.

vel fenestras, vt Horat. oda 25. lib.1. Est interdum pulsare iracundiæ, vt eleg.16. lib.1.

Pulsata indignis sæpe queror manibus.

MECVM *habuit positum lenta puella caput.*] honesta periphrasis, vt eleg.2. supra:

Virgineum Brimo composuisse latus.

Et Plautus Persa sc.8. act.4. *Inclinabo me cum liberta*, quod *limare caput cum muliere* ait in Bacchid. & Nouius apud Nonium in verbo, *limare*. Petron. *Quidam in ipso limine coniuncti marcebant capitibus.* Ouid. ep.3.

Perque tuum, nostrumque caput, quod iunximus vna.

Ponere caput est cupientis dormire. Virgil. 5. Æneid.

Pone caput, fessosque oculos furare labori.

Plaut. Curcul. *Caput deponit, condormiscit.* *Lenta*, vel opere nocturno fessa & languida vt eleg. prox. *Siccine lente iaces.* vel lenta in riuales meos.

HÆC *mihi deuictis potior victoria Parthis.*] pluris hanc victoriam facio, quam si inuictos Parthos vicerim. alludit fortasse ad Ventidij victoriam, qui sub id tempus de Parthis primus omnium triumphauit. sic Ouid. eleg.12. lib.2. Amor:

Ite triumphales circum mea tempora lauri:
Vicimus in nostro est ecce Corinna sinu, &c.
Hæc est præcipuo victoria digna triumpho:
In qua, quæcumque est, sanguine præda caret.

HÆC *spolia.*] hæc opima præda detracta hostibus, & prælata in ferculis ingentis pretij. mox vocat *exuuias*. Ipse eleg.4. lib.3.

Cum videam spolijs oneratos Cæsaris axes.

HÆC *reges.*] de regibus vinctis in triumpho, dictum est ad eleg.1. sup.

Aut regum auratis circundata colla catenis.

HÆC *mihi currus erunt.*] de curru ad eleg. 16. libr.1.

Cuius inaurati celebrarunt limina currus.

Eburnei primum, deinde inaurati, post aurei fuerunt.

MAGNA *ego dona tua figam, Cytherea, columna.*] Ponam & consecrabo magna donaria. Dona Diis aut suspendebantur aut figebantur. Virg. 9. Æneid.

Signa tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi
Suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi.

& 12. Æn. ——*vbi figere dona solebant*
Laurenti Diuo, & votas suspendere vestes. & 3 Æn.
Aere cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo.

& 1. Æn. ——*armaque fixit Troia.*

Horat. —— *Veianius armis*
Herculis ad postem fixis latet abditus agro.

vt igitur postibus ita & columnis templórum figebantur. De columnis Virg.

Templum augustum, ingens, centum sublime colũnis.

Ipse eleg.22. lib.3.

I, puer, atque aliqua citus hæc propone columna.

Hanc tamen columnam ante templum positam significat cum ait:

Has pono ante tuas, &c.

TALEQVE *sub nostro nomine carmen erit.*] dono & voto nomen dicantis subscribebatur. vt eleg. 3. lib. 4.

Armaque cum tulero porta votiua Capena
Subscribam saluo grata puella viro.

Et latius dicendi locus versu sequenti. Alij libri, *Munere*, id est donario, nec male, quia & ei subscribebatur.

HAS *pono ante tuas, tibi Diua, Propertius, ædes, Exuuias.*] suscipientes vota, & ponentes & dicantes ita concipiebant verba. Ouid. in ep. Sapphus:

Inde chelyn Phœbo communia munera ponam
Et sub ea versus vnus & alter erunt.
Grata lyram posuit tibi Phœbe Poëtria Sappho,
Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.

Virg. 3. Æneid.

Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
Æneas hæc de Danais victoribus arma.

& eclog. 3.

Setosi caput hoc apri, tibi Delia, paruus
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.

Tibull. el. 9. lib. 1. *——Venerique merenti*
Fixa notet casus aurea parma meos.
Hanc tibi fallaci resolutus amore Tibullus
Dedicat, & grata sis Dea mente rogat.

Idem: *Hæc tibi perspectus templa Priape dico.* Cum ait, *has exuuias*, perstat in translatione triumphi, & τὸ *has* δεικτικῶς in sacris, vt Virg. ecl. 3.

Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis
Exspectare sat est.

Quas autem exuuias intelligit? An vestes suas, vt Virg. eclog. 8. *Has olim exuuias, &c.* An spolia hostibus & riualibus detracta, id est, fructum amoris sui; sed eum non potest. supra vocauit: *Magna dona.*

TOTA *nocte receptus amans.*] admissus & domum, & in lectum amicæ per totam noctem. sic eleg. 21. lib. 3.

Hospitium tota nocte parauit amor.

Receptus, vt eleg. 22. infra:

Cum recepi quem non nouerit ille putat.

& eleg. 33.

Nulla tamen lecto recipis se sola libenter.

Plaut. Amphit. sc. 1. act. 3. *Si me illam amantem studeam ad sese recipere.*

NVNC *ad te, mea lux, veniet, mea littora, nauis Seruata.*] Cynthiam sua littora vocat. id est, portum ac perfugium laborum omnium, in qua sola acquiescit, vt eleg. 17. lib. 1.

Nec mihi Cassiope solito visura carinam.

id est, meum sidus. sic & vetus Poëta apud Ciceronem 1. Tusc. *Sepulcrum* vocat *portum corporis.* & Cic. 2. offic. *Senatum, nationum, regum ac populorum portum.* ἀπὸ κοινοῦ *mea*: & *mea nauis seruata*, ego ipse ereptus ex maris periculis. Virg. 1. Georg.

Votaque seruati soluent in littore nautæ.

Frequens allegoria à naui ad fortunam nostram. Tibull. el. 5. l. 1. *——Vtere quæso*
Dum licet, in liquida nat tibi linter aqua.

Plaut. Casin. act. 3. sc. 2. *Ibo intro, vt subducam*

A *nauim rursus in puluinarium.* id est, in tutum. idē Mostell. act. 3. sc. 2.

Nunc ventus nauem nostram deseruit. Ouid.
Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet,
Gaudeat, & vento nauiget ille suo.

Mea lux. Ouid. 3. de art. am.

Scilicet Aiaci mulier mœstissima dixit,
Lux mea, quæque solent verba iuuare viros.

Mart. *Si verum dicis, si verum, lux mea, narras.* ipse eleg. 28. infra:

Tu quoniam es, mea lux, magno demissa periclo.

Virg. *——ô luce magis dilecta sorori.*

AN *medijs sidat onusta vadis.*] oneris grauitate
B depressa subsidat, deorsum feratur, & hæreat in breuibus. & cumulis arenæ, de quibus dictum ad eleg. 17. libr. 1. vers. 10. Stat. libr. 11. Thebaid.

Sicut erant (crates implicitæ) *imo pariter sedere profundo.* vide eleg. 9. sup. vers. 30.

ET *si forte aliqua nobis mutabere culpa.*] vet. lib. *Quod si forte.* vt eleg. 13. sup. vers. 13. *Aliqua culpa*, ambiguè siue mea culpa, siue tua, & alterutrius nostrum delicto ac stupro. *Nobis mutabere*, à nobis alienaberis. sic eleg. 18. lib. 1.

Quæ te mihi carmina mutant?

An *nobis*, pro nostra, vt alias sæpe?

C VESTIBVLVM *iaceam mortuus ante tuum.*] sic eleg. 5. lib. 3. vers. vlt.

Ante fores dominæ condar.

& eleg. prox.

Huius ero viuus, mortuus huius ero.

& eleg. 1. supra:

Ex hac ducentur funera nostra domo.

quid vestibulum vide Gell. cap. 5. lib. 16.

AD ELEGIAM XV.

Narrat voluptates suas.

D O *Me felicem, nox ô mihi candida.*] Ouid. in ep. Parid.

Te mihi, meque tibi communia gaudia iungant.
Candidior medio nox erit illa die.

Mart. epigr. 45. lib. 8.

Continget nox quando meis tam candida mensis?

Nox candida, felix & niueo signanda lapillo, alioqui color noctis fuscus est. Petron. *Memphitides puellæ tinctæ colore noctis.*

ET *ô tu Lectule.*] sic lectulum adloquitur Apuleius, lib. 1. Miles. *Iam iam grabatule, inquam, animo meo carissime.* & Catull. in epithalamio:

E *O cubile, quot omnia, &c.* Ouid. el. 10. l. 1. Trist.
Nec consuete meum lectule corpus habes.

& in ep. Ariadnæ:

Perfide pars nostri lectule maior vbi est?

DELITIIS *facte beate meis.*] sic *felix lectulus*, Mart. epig. 38. lib. 10. *Facte beate*, vt eleg. 6. sup.

Multis facta beata viris. *Delitijs meis*, delicatissimis gaudiis & amplexibus. Ouid. eleg. 13. lib. 3. Amor.

Est qui nequitiam locus exigat, omnibus illum
Delitijs imple, sit procul inde pudor.

& eleg. vlt.

Quos ego composui Peligni ruris alumnus,
Nec me delitiæ dedecuere meæ.

Delitiæ & verborum sunt blandissimorum, & rerum suauissimarum, vnde Catull.

Si quis delicias diceret, aut faceret.

QVAM *multa apposita naramus verba lucerna?*] Ouid. 3. de arte amandi:

Sera veni, positaque decens incede lucerna.

Mart. epigr. 38. lib. 10.

O quæ prœlia! quas vtrimque pugnas
Felix lectulus & lucerna vidit!

De hac *Lucerna dulcis lectuli conscia*, vt ait Martialis, vide & Apul. 5. Metam. Ad lucernam etiam spectabantur meretriculæ. vnde Horat. sat. 7. libr. 2.

——*sub clara nuda lucerna.*

Narramus verba, blanditias dicimus, anticœnia Veneris, de quibus Ouid. 2. de art. am. sub extremum. Catull. in Camerium:

Verbosa gaudet Venus loquela.

vide de his blandiriis adnotata ad eleg. 20. lib. 3. vers. 19.

QVANTAQVE *sublato lumine rixa fuit.*] remota, non extincta, lucerna. nam mox se nudam ait videre velle. Horat. oda 6. lib. 3.

——*nec eligit*
Cui donet intermissa raptim
Gaudia luminibus remotis. Tibull.
Parcite luminibus seu vir, seu femina fias
Obuia, celari vult sua furta Venus.

Rixa fuit, velitatio inter nos. *Rixa nocturna* dicitur Catullo. ipse eleg. 5. lib. 1. *Arma* dixit eadem mente. quid *rixa* vide ad eleg. 16. lib. 1. vers. 5.

NAM *modo nudatis mecum est luctata capillis*] dictum eleg. 1. supra:

Seu nuda erepto mecum luctatur amictu.

Nudatis, retectis. sic eleg. 14. lib. 3.

Inter quos Helena nudis rapere arma papillis
Fertur. & eleg. 3. lib. 4.
Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla.

Seruius in 11. Æneid. *Mamilla est omnis eminentia vberis: Papilla breue illud vnde lac trahitur.* Festus: *Papillæ capitula mammarum, dicta quod papularum sint similes.*

INTERDVM *tunica duxit operta moram.*] remorata est meam cupiditatem & moram iniecit operi. *Duxit moram*, vt Virgil. 6. Æneid.

——*nos flendo ducimus horas.*

Tunica operta, recta tantum interiore veste. Ouid eleg. 5. lib. 1. Am.

Ecce Corinna venit tunica velata recincta,
Candida diuidua colla tegente coma. & mox:
Deripui tunicam, nec multum rara nocebat,
Pugnabat tunica se tamen illa tegi.

Hunc locum fortasse significat eleg. 29. infra:

Obstupui: non illa mihi formosior vnquam
Visa, nec ostrina cum fuit in tunica.

Tunicam ponere dixit el. 2. sup. vers. antepen.

ILLA *meos somno lassos patefecit ocellos*
Ore suo.] genus osculi improbioris significat, de quo Apuleius lib. 3. fab. Miles. *Cum isto fine sermonis oculis Fotidis mea vdos ac tremulos, & prona libidine marcidos, iam iamque semiadapertulos, admissis & sorbillantibus sauiis, sitienter hauriebam.* vide Albin. ad Liuiam vers. 34. *Somno lassos*, graues dixit eleg. 29. infra. vet. lib. *Lapsos*,

A quod & defendi potest, ex el. 10. lib. 1.

Quamuis labentes premeret mihi somnus ocellos.

ET *dixit siccine lente iaces.*] Tria hæc pondus habent, singula ad increpationem. *Sicciue*: Catull. *Siccine me patrijs abductam perfide*, &c. *Lente*, segnis & iners ad Veneris militiam, vt dixi eleg. 6. lib. 1. vers. 12. Et, *Iaces*, quasi mortuus. Ouid. eleg. 6. lib. 3. Amor.

Hanc tamen in nullos tenui male languidus vsus:
Et iacui pigro crimen onusque toro.
Truncus iners iacui, species, & inutile signum.

QVAM *vario amplexu mutamus brachia.*] *mutare brachia*, est modo hac, modo illac brachia

B circumdare: vt tenax edera hac & hac arborem implicat errans. eleg. 7. lib. 4.

Alterna veniens in tua colla manu.

Mutare brachia, vt el. 19. infra:

Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua.

id est, sæpius te nominem. *Mutare*, quasi motare à mouendo.

OSCVLA *sunt labris nostra morata tuis.*] labella nostra tuis labellis hæserunt. Oscula hæc, *Concharum oscula* dicuntur. Gallienus Cæsar:

——*non murmura vestra columbæ:*
Brachia non edera, non vincant oscula conchæ.

C De osculis & vario amplexu pereleganter Petron. *Iam pluribus osculis collisa labra crepitabant: iam implicitæ manus omne genus amoris inuenerant: iam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant.* & ipse el. 13. lib. 1.

Et cupere optatis animam deponere labris.

vbi vide adnotata. *Oscula* hic, pro labris, vt & eleg. vlt. lib. 4. vers. 80.

NON *iuuat.*] insuaue mihi est. vt eleg. 14. libr. 3.

Non iuuat in media nomen habere via.

IN *cæco Venerem corrumpere motu.*] deteriora facere gaudia Veneris, vt eleg. 33. infra:

D *Corrupitque bonas nectare primus aquas.*

Alij libri: *Committere.* sic *iungere Venerem* Tibullus dixit: *Cæco motu*, qui fit in tenebris. vt Plaut. Asin. *Ne quid sui membri commonecat in tenebris.* De hoc cæco motu est eleg. 4. lib. 1.

——*Et qua*
Gaudia sub tacita ducere veste libet.

nam hic tunicam retinuerat Cynthia, vt ostendunt, quæ sequuntur:

Quod si pertendens animo vestita cubaris, &c.

Motu, vt Ouid.

At mihi contingat Veneris languescere motu.

Idem: *Crebraque mobilitas, aptaque verba ioco.*

E SI *nescis.*] vt tu scias. Crede mihi. Ouid. in ep. Parid. *Ille ego, si nescis, verus amator eram.* & in ep. Helenæ:

——*& nobis omnia de te*
Quærere, si nescis maxima cura fuit.

& in ep. Leandri:

In me si nescis, Borea, non æquora sæuis.

Virg. eclog. 3. *Si nescis meus ille caper fuit.* Plaut. Curcul. sc. 7. act. 5. *Vt tu scire possis meam sententiam*, dixit eadem sententia. Donat. in Andr. act. 4. sc. 5. *Nescis plerumque dicimus ei, quem non redarguere volumus imperitia, aut ignorantia; sed quem facere volumus, vt velit libenter.*

OCVLI *sunt in amore duces.*] primi in amo-

rem inducunt & illiciunt. Hesychio *ὀμμάτια*, id est, *oculeus totus* dicitur, quia ex aspectu nascitur Amor. vide notata ad eleg. 1. lib. 1. vers. 1. *Duces oculi*, vt Cic. Tuscul. 1. *Mors claris viris dux est in cælum.*

IPSE *Paris nuda fertur perijsse Lacæna.*] ipse Paris Dearum iudex fertur perditè Helenam amare cœpisse, cum nudam vidit. Ouid. 1. de arte amandi: non de Helena, sed de tribus Deabus:

Luce Deas, cæloque Paris spectauit aperto,
Cum dixit Veneri, Vincis vtramque Venus.

Lacæna, Helena Spartana. Virg. 2. Æneid.

Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacæna.

Nuda, Aristoph. Lysistrata:

Ὁ γ' ὦν Μενέλαος τᾶς Ἑλένας τὰ μᾶλά πᾳ
Γυμνᾶς παρ' ἐνιδὼν ἐξέβαλ', οἰῶ, τὸ ξίφος.

CVM *Menelao surgeres è thalamo.*] sic el. 22.

Andromachæ lecto cum surgeret Hector.

Quid *thalamus* dixi alias.

NVDVS *& Endymion Phœbi cœpisse sororem*
Dicitur, & nuda concubuisse Dea.] Pausan. in Eliacorum initio, fabellam tangit Endymionis Aëthlij filij, quem luna adamarit, ex qua quinquaginta filias susceperit. Licymnius Chius apud Athen. lib. 13. cap. 6. Somnum ipsum ait captum Endymionis amore eum sopiuisse oculis apertis, quò perpetua eos videndi voluptate frueretur. Theocr. Id. 3. sub fin.

Ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων
Ἐνδυμίων.

Apollodor. lib. 1. à Ioue ait Endymionem impetrasse optione omnium rerum data, vt perpetuo somno, & iuuenta frueretur, adamatumque à Luna. Strab. libr. 14. ad Latmium montem ostendi ait sepulcrum Endymionis. vide prouerbium: *Endymionis somnum dormis.* & Apollon. 4. Argon. Plin. cap. 9. lib. 2. à Luna ferunt adamatum Endymionem, quod varios eius cursus primus obseruarit & depræhenderit. Interpres Germanici fabulam explicat, quòd annis triginta cursum expleuerit Lunæ, vel quia totis nocturni origo ad Lunam refertur, grati pastori Endymioni. Meminit Higin. fab. 271. & Plato in Phædone. Cic. 1. Tuscul. Endymion à Luna in Latmo, qui est mons Cariæ, consopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur. meminit idem 5. de fin. & Catull. in Coma Berenices:

Vt Triuiam furtim sub Latmia saxa relegans
Dulcis Amor gyro deuocet aërio.

Ouid. 3. de art. am.

Latmius Endymion non est tibi Luna rubori.

Phœbi cepisse sororem, pellexisse in amorem sui Lunam, vt eleg. 1. lib. 1. *Me cepit ocellis.*

ET *nuda concubuisse Dea.*] nescio quid turpitudinis in iis verbis. Cic. ep. 22. lib. 9. fam. ex Turpilij Demiurgo: *Ita me destituit nudum.* *Totus*, inquit, *hic sermo verbis tectus, re impudentior.* quem locum explico à Martiale:

Nudam te statuet tuus Lupercus.

Nam Luperci nudi; & nuda statuitur, quæ spoliata fortunis statuitur ad quæstum meretricium. *Concubuisse, composuisse latus* dixit eleg. 2. supra:

A QVOD *si pertendens animo.*] pertinaciæ periphrasis. Varro 4. de ling. Lat. *Pertinacia est cum in eo pertenditur, in quo pertendi non debet. Perseuerantia, si in eo perstes, in quo permanere oporteat.* Terent. in *Haut.* *Video istuc mihi non licere, vt cœperam pertendere.*

VESTITA *cubaris.*] pro cubueris. sic eleg. seq. *Non quia septenas noctes seiuncta cubaris.* *Vestita*, tunicata. ipse eleg. 21. lib. 3. eadem mente:

——*extremo dormit amicta toro.*

& Tibull.

Tecum interposita languida veste cubet.

SCISSA *veste.*] negauit id se facturum el.
B 5. sup. vers. 21.

MEAS *experiere manus.*] senties mihi esse violentas manus. sic ipse el. 10. sup.

Sentiet illa tuas postmodo capta manus.

Aliter Cato: *Omnes articulos poteris experiri.* id est, mouebis sanatus brassica.

QVIN ETIAM *si me vlterius prouexerit ira.*] id est, longius progredi fecerit impotentem animum. Prouehere & prouehi maritimum verbum. de quo dictum eleg. 8. lib. 1.

Cum tibi prouectas auferet vnda rates.

OSTENDAS *matri brachia læsa tuæ.*] ex con-
C suetudine puerorum & puellarum, qui accepta iniuria ad matres questum eunt. Sic apud Anacreontem Cupido ad matrem conqueritur ab apicula vulnus acceptum. Ouid. 1. Met.

Et tulit ad Clymenen Epaphi conuicia matrem.

De matre Cynthiæ dictum eleg. 3. sup.

Hæc tibi ne matrem forte dedisse putes.

NECDVM *inclinatæ prohibent te ludere mammæ.*] propendentes, vt solent à partu. Lacte enim intumescunt; quo exhausto laxiores esse incipiunt. Laberius Catulario apud Gellium cap. 9. lib. 7.

Ego mirabar quomodo mammæ mihi descendiderant.

D *Prohibent ludere*, vt anum iam factam. Horat. oda 13. lib. 4.

Fis anus, & tamen
Vis formosa videri:
Ludisque, & bibis impudens.

& oda 15. lib. 3. carm.

Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines.

Ludere, vel *παίζειν*, *follastrer*: vel *ἀφροδιάζειν*. de quo dictum eleg. 6. sup. vers. 4.

VIDERIT *hæc.*] est alieno arbitrio rem permittentis per dissimulationem. Lucan. *Conditor artis Viderit ista Tages.* Terent. Adelph. *De istoc*
E *ipse viderit.* id est, curæ illi sit. Ouid. 2. de arte amandi:

Viderit Atrides, Helenen ego crimine soluam. & 1.
Viderit, Aemoniæ si quis mala pabula terræ,
Et magicas artes posse iuuare putat.

Cicero sæpe: *Sed ista fortuna viderit.*

SI *quam iam peperisse pudet.*] si partus & rugæ comites pudorem incutiunt. vnde Ouid. 3. de art. am.

Cui rugis vterum Lucina notauit. & de nuce:
Nunc vterus vitio est, quæ vult formosa videri;
Raraque in hoc æuo est, quæ velit esse parens.

Seneca cap. 16. de Consol. ad Elb. *Non te fœcunditatis tuæ, quasi exprobraret ætatem, puduit*, &c.

DVM *nos fata finiunt.*] dum nobis per fata licet. sic Ouid. el. 4. lib. 5. Trist.

Dum me mea fata sinebant.

Virg. 4. Æneid.

Dulces exuuiæ dum fata Deusque sinebant.

vide eleg. 19. lib. 1. vers. penult.

OCVLOS *satiemus amore.*] ad saturitatem vsque pascamus oculos, & expleamus iucundissimo spectaculo. Seneca cap. 18. de Consol. ad Mart. *Satiare oculos spectaculo.* Euripid. in Andromacha: Ὄμματ' ἐξεπίμπλασα. oculos impleuimus & satiauimus. Homer. Odyss. λ. ἐνιπλησθῆναι ὀφθαλμοῖσιν. *expleri oculis.* Cornel. Tacit. *Velata parte oris, ne satiaret adspectum.* sic Ouid. eleg. 2. lib. 3. am.

—— Spectemus vterque

Quod iuuet, atque oculos pascat vterque suos.

& Tacit. *Pascere oculos spectata inimici morte.* Martial.

Inspexit molles pueros oculisque comedit.

Varro Eumenid. apud Nonium in *ebrios*, contra: *Et alteri scholastici fartis auribus scholastica dape, atque ebrijs festiua ἀπεραντολογία consurgimus, ieiunis oculis.* De patre filium aspiciente & oculos hoc iucundissimo pascente spectaculo Catull. in Ariadna:

—— Cui languida nondum

Lumina sunt nati cara saturata figura.

vbi vide adnotata. Aliter dixit Seneca ep. 59. *Cælator oculos diu intentos remittit ac relaxat; &, vt dici solet, pascit.*

NOX *tibi longa venit, nec reditura dies.*] sic *longa nox.* Horat. oda 9. lib. 4. *Longus somnus*, oda 11. lib. 3. & *vna nox*, oda 28. lib. 1. & *longus*, æternus. Horat. oda 14. lib. 2.

Damnatusq. longi Sisyphus Aeolides laboris.

Catullus:

Soles occidere, & redire possunt;

Nobis cum semel occidit breuis lux,

Nox est perpetua vna dormienda.

Non reditura dies, quia, vt ait Virg. 10. Æneid.

—— breue & irreparabile tempus

Omnibus est vita. Lucret.

—— breuis est hic fructus homullis:

Iam fuerit, neque post vnquam reuocare licebit.

ATQVE *vtinam hærentes sic nos vincire catena Velles.*] videtur ad Martis & Veneris catenas adludere. Ouid. in epist. Phedræ:

Iuppiter esse pium statuit quodcunque iuuaret;

Et fas omne facit fratre marita soror.

Illa coit firma generis iunctura catena:

Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.

Lucret. lib. 4.

Nonne vides etiam quos mutua sæpe voluptas

Vinxit, vt in vinclis communibus excrucientur?

Cum interea validis Veneris compagibus hærent.

Tibull. eleg. 5. lib. 4.

Nec sis nunc iniusta Venus, vel seruiat æquè

Vinctus vterque tibi, vel mea vincla leua.

Sed potius valida teneamur vterque catena,

Nulla queat posthac quam soluisse dies.

VT *nunquam solueret vlla dies.*] ipsi tempori vim agendi aliquid tribuit, aut negat. sic el. 24. infra:

At me non ætas mutabit tota Sibyllæ:

A *Non labor Alcidæ, non niger ille dies.*

eleg. 13. lib. 1.

Vna dies omnes potuit præcurrere amantes.

eleg. 9. lib. 3.

Tollet nulla dies hanc tibi, Roma, notam.

EXEMPLO *iunctæ tibi sint in amore columbæ.*] imitare columbas; nos enim quid sit agendum in amore docent. ab amore columbarum sæpe petuntur exempla. Catull.

Vt albulus columbulus Dioneus. Item:

Nec tantum niueo gauisa est vlla columbo,

Compar: seu quicquam dicitur improbius

Oscula mordenti semper decerpere rostro.

B Mœcenas apud Senecam ep. 115. *Feminæ cirrocrispatæ labiis columbantur.* Mart. epig. 66. lib. 2.

Amplexa collum, basioque tam longo

Blandita, quam sunt nuptiæ columbarum.

& alibi:

Basia me capiunt molles imitata columbas.

Ouid. 2. de arte amandi:

Quæ modo pugnarunt, iungunt sua rostra columbæ,

Quarum blanditias, verbaque murmur habet.

De osculis & pudicitia columbarum Plin. cap. 34. lib. 10. Ouid. eleg. 6. lib. 2. am.

Oscula dat cupido blanda columba mari.

C Est & [illegible] Græcis, ἔθος φιλήματος.

MASCVLVS *& totum femina coniugium.*] Varro 8. de ling. Lat. *Itaque quædam aliter olim, & nunc: tum omnes mares & feminæ dicebantur columbæ: quod non erant in eo vsu domestico, quo nunc. contra, propter domesticos vsus, quod internouimus, appellatur mas, columbus: & femina, columba. totum coniugium*, vbi adulterij nulla suspicio, vt el. 1. lib. 1. *Sitis & in tuto semper amore pares.* Plin. cap. 34. lib. 10. *Pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria: coniugij fidem non violant.* vbi & *coniugium columbarum* vocat. sic Ouid. 1. Fast.

Ergo sæpe suo coniux abducta marito

D *Vritur in calidis alba columba focis.*

ERRAT *qui finem vesani quærit amoris.*] qui amorem magnum diducere vult, fallitur, cum *amantes diducere Non queat inuitos Iuppiter ipse duos.*

VERVS *amor nullum nouit habere modum.*] eleg. 17. lib. 3.

Nescitis captæ mentis habere modum.

& hoc est quod dixit el. 19. lib. 1.

Traijcit & fati littora magnus amor. Ibid.

Non satis est vllo tempore longus amor.

TERRA *prius falso partu deludet arantes.*] spem agricolarum fallet & frustrabitur. *Arantes* pro

E Agricolis, vt Ouid. el. 9. lib. 3. amor.

Irrita decepti vota colentis erunt, pro coloni. & Virg. 6. Æneid. *—— vitaque volantum*, pro volucrum. *Falso partu*, aliud est Catullo:

Falsum mendaci ventre puerperium. De supposito partu, aut nullo. hic *falso partu*, est editis pro semente diuersis & dissimilibus rebus, vt si pro frugibus satis arbores ferat, & pro satis arboribus fruges:

Pro molli viola, pro purpureo narcisso

Carduus, & spinis surgat paliurus acutis.

Partus terræ, fœtus, quia terra parens & omnia parit; licet *Infelix lolium & steriles dominentur auenæ,*

Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis.

Similis locus eft eleg. 19. lib. 3.

Flamma per incenfas, &c.

E T *citius nigros Sol agitabit equos.*] flecter, moderabitur, reget. agere currus & equos, ac etiam agitare dicimus, vnde *agitatores* dicti, aurigæ peritiffimi in circo & prœlio. Virg.

—— *& equorum agitator Achillis.*
Armiger Automedon. Plaut. Afin. *Calcari quadrupedem agitabo aduerfum cliuum.* Virg. 3. Georg.

Centum quadriiugos agitabo ad litora currus.

& 1. Georg. *Agitator afelli. equos nigros.* Ridiculus Titius, qui legit, *pigros*. & merito ridetur à Scaligero. Ipfe eleg. 3. lib. 3.

Solis & atratis luxerit orbis equis.

Solis equi ignei funt, & lucidiffimi, Ouid. el. 1. lib. 2. Amor.

Carmina fanguineæ deducunt cornua lunæ,
Et reuocant niueos Solis euntis equos.

vnde Tibullus in prodigiis numerat pallentes Solis equos:

Ipfum etiam Solem defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos.

F L V M I N A Q V E *ad caput incipient reuocare liquores.*] fic Ouid eleg. 7. lib. 1. Trift.

In caput alta fuum labentur ab æquore retro
Flumina, conuerfis folque recurret equis.

ipfe eleg. 17. lib. 5.

Fluminaque ad fontis funt reditura caput.

Caput aquæ illud eft vnde aqua nafcitur, fi ex fonte nafcatur, ipfe fons: fi ex flumine, vel lacu, prima incilia, & principia foffarum. Vlp. *L. 1. §. caput aquæ. D. de aqua cot. & æft.* vide prouerbium ἄνω ποταμῶν. Euripid. in Medea: Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί. vide Laërtium in Diogene. Horar. oda 29. lib. 1.

—— *Quis neget arduis*
Pronos relabi poffe riuos
Montibus & Tiberim reuerti.

Ouid. in epift. Oenones:

Cum Paris Oenone poterit fpirare relicta
Ad fontem Xanthi verfa recurret aqua.
Xanthe retro propera. Reuocare, vt Virg. 9. Æn.

——*Reuocatque pedem Tiberinus ab alto.*

Liquores, vt eleg. 14. lib. 1. *Pactoli liquores.*

A R I D V S *& ficco gurgite pifcis erit.*] vt eleg. 32. infra:

Tu prius & fluctus poteris ficcare marinos.

Virg. eclog. 1.

Et freta deftituent nudos in litore pifces.

vide notata ad eleg. 3. fup. verf. 5.

Q V A M *poßim noftros aliò transferre calores.*] mutare dominam & aliam amare. fic Horat. oda 15. epod.

Eheu translatos aliò mœrebis amores.

vide adnotata ad eleg. 12. lib. 1. verf. 17.

H V I V S *ero viuus, mortuus huius ero.*] Idem dixit eleg. fup. prox.

Veftibulum iaceam mortuus ante tuum.

Q V O D *mihi fi fecum tales concedere noctes*
Illa velit, vita longus & annus erit.] fic Balbus Ciceroni ep. 24. lib. 8. ad Attic. *Quod fi erit factum, me fatis vixiffe arbitrabor.* Concedere & *dare noctes*, benignè largiri. *Tales*, tam beatas, tam gaudiis cumulatas. vt fupr.

Immortalis ero fi altera talis erit.

A *Vita longus & annus erit*, diu me vixiffe arbitrabor, fi duodecim menfes vixero in tantis voluptatibus. Simile illud quod è Cæcilij Hymnide profert M. Tullius 2. de finib. *Mihi fex menfes fatis funt vitæ, feptimum Orco fpondeo.* & illud vulgatum: *Qui duxerit vxorem vno menfe felicem effe, fed ille menfis mulier eft breuißimus.*

S I *dabit hac multas fiam immortalis in illis,*
Nocte vna quiuis vel Deus effe poteft.] vide eleg. fup. prox. verf. 10. τὸ *In* autem vacat, vt alias fæpe.

Q V A L E M *fi cuncti vellent decurrere vitam.*] ad mortem vfque rerum omnium metam deducere. Tranflatum à Circo, ideoque fæpe apud
B Ciceronem: *vitæ curriculum* legimus 1. Tufcul. *Nunc video calcem* (mortem) *ad quam cum fit decurfum, nihil præterea fit extimefcendum.* Idem in Catone: *Nec verò velim, nifi decurfo fpatio, à calce ad carceres reuocari.* In Orat. pro Quintio: *Prope iam acta ætate, decurfaque.* Lucret. lib. 3.

Ipfe Epicurus obit decurfo lumine vitæ.

E T *preßi multo membra iacere mero.*] fic eleg. 16. lib. 3.

His preffus (aquis) *ftygias vultū demifit in vndas.*

id eft, oppreffus, extinctus. *Oneratus vino*, in-
C quit Plautus, vno verbo οἰνοβαρὴς Græcis. Homer. Iliad. α. Οἰνοβαρὲς κυνὸς ὄμματ' ἔχων. Plaut. Pfeud. fc. 2. act. 5. de ebrio: *Vnde onuftam celocem agere te dicam?* Cic. Philipp. 3. dixit: *Obruere fe vino. Multo*, copiofo vt eleg. 3. lib. 1.

Ebria cum multo traherem veftigia Baccho.

N O N *ferrum crudele effet.*] ferri vfus effet innoxius; effet ferrum quidem, fed non crudele. Tibull. eleg. 10. lib. 1.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enfes?
Quam ferus, & verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tunc prœlia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via eft.
D *At nihil ille mifer meruit: nos ad mala noftra*
Vertimus, in fanas quod dedit ille feras.

Virg. 1. Georg.

Et curuæ rigidum falces conflantur in enfem.

ita ferrum fit crudele.

N E Q V E *bellica nauis.*] effet nauis, fed non ad bellum inftructa, & roftrata ac turribus munita; non apta ad ναυμαχίαν fed ad peregrinationem & mercaturam tantum. Vegetius rem militarem diuidit in *equites, pedites, claßes.* de his Tibull. eleg. 3. lib. 2.

Præda vago iußit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubiis roftra dedit ratibus.

E N E C *noftra Actiacum verteret oßa mare.*] offa & corpora eorum qui Actiaca pugna occubuerunt huc & illuc volueret. fic Virgil. 1. Æneid.

——*vbi tot Simois correpta fub vndis*
Scuta virûm galeafque, & fortia corpora voluit.

Idem 6.

Nunc me fluctus habet, verfantque in litore venti.

Scaliger ex coniectura. *Verteret*, non probo. *Actiacum mare*, pars Ionij. vide el. 6. lib. 4. & eleg. vlt. infra verf. 61.

N E C *toties propriis circumoppugnata triumphis*
Laßa foret crines foluere Roma fuos.] Horat. oda 16. epod. eodem fenfu:

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas:
Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Ipse eleg. 11. libr. 3.

Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.

Suis bonis, vt hîc: *proprijs triumphis.* Virg. 6. Æneid.

Neu patriæ validas in viscera vertite vires.

& Lucanus:

—— populumque potentem
In sua victrici conuersum viscera dextra.

Toties, quia, vt Cic. 8. Philipp. quintum hoc bellum ciuile geritur. adde quatuor alia ex Suetonij August. cap 9. & Appian.

Lassa foret &c. lugendo ciues suos tanquam liberos amissos. sic de Roma & Lucan. lib. 1.

Turrigero canos effundens vertice crines
Cæsarie lacera.

HÆC *certè merito poterunt laudare minores.*] laus non petitur à maiorib. quia & esse desierunt, & senes fcueri sunt. vnde eleg. 30. infra.

Ista senes licet accusent conuiuia duri.

Minores, inquit Seru. in 8. Æneid. *non dicimus, nisi eum gradum deficit nomen.* Virgilius tamen dixit: *Lætique minores Seruauere diem.* de Euandro hospite Herculis. Sed Hercules abierat ad Deos, itaque posteri erant eius. Sic I. C. *l. 4. de in ius vocando. §. parentem. Supra tritauum qui speciale nomen non habent, maiores dicuntur.*

LÆSERVNT *nullos pocula nostra Deos.*] nulla in conuiuio numina violauimus periurijs & impijs verbis. Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Parce, pater, timidum non me periuria terrent:
Non dicta in sanctos impia verba Deos.

& eleg. 2.

Num Veneris magnæ violaui numina verbo?
Et mea nunc pœnas impia lingua luit?
Num feror incestus sedes adijsse Deorum?
Sertaque de sanctis deripuisse focis?

Lædere, violare, vnde *læsæ maiestatis crimen.* Virg. 1. Æneid. *quo numine læso.* Ipse eleg. 16. lib. 1.

Te non vlla mea læsit petulantia lingua.

Pocula, vina & conuiuia, quia lingua fit procacior mero, vt eleg. 9. sup. vers. 21. & 22.

Tu modo, dum licet, hunc fructum ne desere vitæ.

Dum licet, vt eleg. 5. vers. 14. sup.

Dum licet, iniusto, substrahe colla iugo.

Alij libri. *Dum lucet fructum ne d. v.* quæ lectio nec reijcienda. *lucet*, id est. lux hæc tibi cernitur. nam lucet nobis, dum viuimus integris sensibus: post mortem tenebræ. *Ne desere*, auidè carpe, vt eleg. prox. seq.

—— oblatas ne desere messes.

Fructum vitæ appellat, animo obsequi, esse, bibere, ludere. Lucret. libr. 3. docet formulam fuisse vsitatam cum indulgerent genio.

Hoc etiam faciunt vbi discubuere, tenentque
Pocula sæpe homines, & inumbrant ora coronis:
Ex animo vt dicant: Breuis est hic fructus homullis:
Iam fuerit, neque post vnquam reuocare licebit.

Sic Catull. *Fructus proijcies amoris omnis.* vide Interpr. Persij sat. 6. sub fin.

OMNIA *si dederis oscula: pauca dabis.*] Oxymorum *Omnia, pauca*: è desiderio amantis. *Omnia dederis*, vt Ouid. in ep. Paridis.

Omnia si dederis, nunquam dabis Hectora fratrem.

A sic dicitur, &, *Omnia facere. Dabis oscula*, vt Catull. epigr. 5.

Da mihi basia mille, deinde centum &c. vide & epigr. 7. *Quæris quot mihi basiationes*

At veluti folia arentes liquere corollas,
Quæ passim calathis strata natare vides.

Alij libri *Ac veluti*, vt eleg. 3. sup. vers. 4.

Folia arentes liquere corollas, è corollis defluxêre, cum arescere cœperunt. bene autem cum folijs homines comparat, vt Homer. Ιλ. 6.

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.

& Iliad. φ. *Οἱ φύλλοισιν ἐοικότες.* vide Auson.

B in Rosa. Plin. cap. 1. lib. 21. *Flores odoresque in diem gignit: (natura) magna, vt palam est, admonitione hominum, quæ spectatissimè floreant, celerrimè marcescere*: Relinqui autem à folijs corollas ait cum sponte folia decidunt, vt ex arborib. matura poma, & anima à corpore in senectute. De corollis conuiuiorum dictum eleg. 3. lib. 1. & eleg. 33. vers. 37. & vlt. eleg. huius libri. vers. 59.

QVÆ *passim calathis strata natare vides.*] abundanter & vbique iacentia, inquit Seruius ad illud eclog. 7.

C *Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.*

& 2. Æneid.

Plurima perque vias sternuntur inertia passim
Corpora.

Calathis, poculis. vasa enim potoria hîc sunt calathi, non viminea, nec eos audio, qui *Cyathis* reposuerunt, cum calathos ineptos ei rei putarent. Virg. ecl. 5.

Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.

& 3. Georg.

Quod surgente die mulsere, horisque diurnis,
Sub noctem exportant calathis.

Martial. libr. 14. lemmate 107. *Calathi*:

Nos Satyrus, nos Bacchus amat.

Natare, fluitare, vt eleg. 3. sup. vers. 12.

D SIC *nobis, qui nunc magnum speramus amantes.*] Spem ingentem animo concipimus, & fidimus nos diu victuros, & fruituros his gaudijs nostris. Turneb. cap. 11. lib. 17. aduers. exponit, qui magnam spem nobis proponimus: idemque ait non deesse qui legant, *Magnum spiramus*, vt sit *μέγα σπεύδων.* sic Virg.

—— Rapta spirans immane securi.

Scaliger ita legit & exponit, *μεγαλοσπεύδων.* Nec non & Lipsius cap. 10. lib. 1. antiq. *Magnum spiramus*, vt *μέγα πνέων.* vide Iun. prou. 46. Cent. 1. Sed *Speramus* legendum est. Horatius de hac spe improba oda 11. lib. 1.

E *Sapias, vina liques, & spatio breui*
Spem longam reseces.

& oda 4. eiusd. libri.

Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam.

& oda 11. lib. 4.

Terret ambustus Phaëthon auaras Spes.

Ibid.

Semper vt te digna sequare: & vltra
Quam licet, sperare, nefas putando, &c.

Magnum sperare, vt Plautus Milite sc. 2. act. 3. *Eho an dormit sceleratus intus? Non naso quidem: nam eo magnum clamat.* & Horat. sat. 9. lib. 1.

Magnum narras, vix credibile. & in arte poëtica.

Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Ouid. 13. Met. simili sententia:

Sit licet hoc ingens quidquid speranit Vlysses.

Valer. Max. cap. 7. libr. 3. ex verbis Scipionis Africani. *Carthaginem magna sperantem leges nostras accipere iussi.* *Amantes*, pro inter nos amantes, vt Ouid. 5. Fast.

Turbaque cælestes ambitiosa sumus.

FORSITAN *includet crastina, fata, dies.*] Sic Theocr. in Hyla.

Οἱ ϑνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.

& Euripid. in Alcestide:

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται·
Κ' οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται
Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.

Crastina dies includet fata, id est fata nostra, vitamque fatis datam finiet. Includi dicuntur præterita, & quæ non amplius sunt in nostra manu. Horat. oda 13. lib. 4.

—— tempora quæ semel
Notis condita fastis
Inclusit volucris dies. Idem od. 4. lib. 2.
Cuius octauum trepidauit ætas. *Claudere lustrum.*

Quæ includimus ea non finimus vltra progredi. Eadem mente dictum eleg. 18. lib. 3.

Tot bona tam paruo clausit in orbe dies.

AD ELEGIAM XVI.

Ad Cynthiam.

PRÆTOR *ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris.*] Quisquis ille prætor fuit, eum intelligit eleg. 8. lib. 1.

An tibi sum gelida vilior Illyria?
Et tibi iam tanti quicunque est iste videtur,
Vt sine me vento quolibet ire velis?

vbi & dictum de Illyria, hodie Sclauoniam vocant. *Prætor*, id est, proprætor. Prætores à præeundo. Cic. 3. de leg. & Varro 2. de vita Pop. Rom. apud Nonium. Prætores autem, vt Liuius & Festus, etiam consules & dictatores & proconsules. ex eleg. 8. lib. 1. ad hanc elegiam anous plus minus intercessit, vt annuum fuerit prætoris imperium in prouincia.

MAXIMA *præda tibi, maxima cura mihi.*] cuios reditu ditesces, & ego conficiar angoribus. vide adnotata ad el. 4. sup. vers. 15. *maxima cura*, id est, angoris & sollicitudinis caussa. vt el. 6. sup. vers. 32. *Iurgia*, pro iurgiorum causæ.

NON *potuit saxo vitam potuisse Ceraunno.*] Tam durus fuit, vt ne saxo quidem Ceraunio vitam daret. sic Virg. 1. Æneid.

Mene Iliacis occumbere campis Non potuisse.

ponere vitam, vt eleg. 13. sup. *ponere animam*. vbi vide plura. *Saxum*, pro monte vt eleg. 16. lib. 1.

Sit licet & saxo patientior illa Sicano.

vbi & *Sicano*, pro, Sicanio, vt hîc, *Ceranno*, pro Ceraunio. Aut est enallage oumerorum. oam Ouid. el. 11. lib. 2. Amor.

Et quibus emineant violenta Ceraunia saxis.

& Horat. oda 3. lib. 1.

Infames scopulos Acroceraunia.

Ceraunia montes Epiri commemorat Pausan. in Atticis. & *Ceraunios montes* in Eliacis. Idem in Atticis: ἄκρα τῶν ὀρῶν, ἃ Κεραύνια λέγουσι. Virg. 1. Georg.

Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo

A *Deijcit.* & 3. Æneid.

Prouehimur pelago, vicina Ceraunia iuxta. vbi Seruius: *Montes sunt Epiri à crebris fulminibus dicti.* Plin. cap. 23. lib. 3. & cap. 22.

AH *Neptune tibi qualia dona darem.*] Sic Ouid. 3. Fast.

Hei mihi, pro cælo qualia dona fero.

Ipse eleg. 8. sup. *Munera quanta dedi? Ah*, non est hîc dolentis, sed optantis & exultantis, vt in Curcul. Plauti sc. 2. act. 5. *Qualia dona darem?* qualem tibi referrem gratiam, si mari illo prætorem obruisses? quæ tibi vota persoluissem?

B sic Horat. oda 10. epod.

Opima quod si præda curuo littore
Porrecta mergos iuueris:
Libidinosus immolabitur caper,
Et agna tempestatibus.

Contra seruati è naufragio Neptuno vota soluebant: Horat. oda 5. lib. 1.

—— me tabula sacer
Votiua paries indicat humida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo. vide Plaut. Rudente.

act. 2. sc. 3. vbi Neptunus dicitur magnis po-
C culis Lenonem inuitasse; quia ei confregerat nauim.

NVNC *sine me plena fiunt conuiuia mensa.*] dolenter, *sine me.* vt eleg. 8. lib. 1. vers. 4. 32. *Plena mensa*, dapibus affatim instructa. Plaut. Men. sc. 1. act. 1. *Apud mensam plenam homini rostrum deliges.* sic Virg. 3. Georg.

Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.

Sueton. in Cæsare. cap. 24. *Pleno conuiuio singulis infra se collocabat.* Ipse eleg. 25. infra. vers. 41.

Pleno candore. & hac elegia vers. 8.
Pleno vellere pecus. & alibi:
Tu quoque qui pleno fastus assumis amore.

D *fiunt conuiuia*, sic Catull.

Vos conuiuia læta sumptuosè
De die facitis. *fiunt conuiuia sine me*, vt eleg.

9. sup. vers. 21. 22. & eleg. 33. infra. vers. 25. & seqq.

NVNC *sine me tota ianua nocte patet.*] Queritur Riuali suo ianuam amicæ apertam, & sibi clausam etiam eleg. 16. lib. 1.

QVARE, *si sapis.*] In Amphitr. Plauti, est minantis. *Istam cœnam largire si sapis, esurienti.* & in Milite monentis. *Si sapis mussitabis.* & in Aulul. *Hunc gallum, si sapis, glabriorem reddes, quam vllus volsus ludius est.* Mart. epigr. 41. lib. 2.

E *Ride, si sapis, ô puella, ride:*
Pelignus, puto, dixerat poëta.

Ouid. 1. de rem. Amor.

At tu quicunque es quem nostra licentia lædit,
Si sapis, ad numeros exige quæque suos.

OBLATAS *ne desere messes.*] Magni faciendi lucri occasionem ne omittas. & ita, *Mihi istic metitur*, pro, mea res est. Tibull. el. 2. lib. 1.

At mihi parce Venus, semper tibi dedita seruit
Mens mea, quid messes vris, acerba, tuas?

Ouid. in ep. Helenæ.

Sed nimiũ properas: & adhuc tua messes in herba est.

Cicero paradox. *Qui illam Syllani temporis messem recordetur.* Plaut. in Trinum. *Messem mali* dixit. verbum ἀμάω, id est, meto, græcis eadem

translatione, pro fructum colligo, & rem facio. vulgo *faire ses orges*. huc pertinet somnium Mithridatis apud Plutarch. in Demetrio, de viso messis aureæ. Vrget autem τὸ *oblatas*, nam stultum ab offerentibus nolle sumere. Cic. 3. de nat. Deor. de Dionysio Tyranno. *Stultum à quibus bona precaremur, ab ijs porrigentibus & vltro dantibus nolle sumere.* de victoriolis, pateris, & coronis aureis, quæ simulacra sustinebant.

E T *stolidum pleno vellere carpe pecus.*] id est, attonde ad cutē & vltra. Plaut. Bacch. act. 5. sc. 3. *Adibo hunc, quem quidem ego hodie hic faciam arietem Phryxi: ita tondebo auro vsque ad viuam cutem.* Non dixit tonde pecus, sed, *Carpe*, quod acrius est & violentius, quasi diceret, lania & deglube. Sic eleg. 5. sup. *carpere crines.* vbi plura de hoc verbo. Vet gloss. Carpies, *ῥυπαρὸς πόκος*. id est, lana succida, vel vellus sordidum. *pleno vellere pecus*, valdè villosum, vnde *maxima præda*, vt supra dixit. Scitum illud Tiberij: *Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere.* & *Stolidum pecus*, *ἀνηγρευκώς*. Atque ita plane Diogenes apud Laërtium, τὸν πλούσιον ἀμαθῆ, πρόβατον εἶπε χρυσόμαλλον. apud Plaut. Bacchid. sub finem, meretriculæ senes comicos vocant *oues*; *quarum altera bis detonsa fuerit*; id est, emuncta. Aristoph. in Vespis: Ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα. In concione oues sedentes; id est, stolidi Athenienses. & in Pluto; Ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις. de hoc genere pecudum, quod ἀνόητον. vide Aristot. 9. de nat. anim. cap. 3. & prouerbium προβάτου ἦθος. *pecus*, pro, oue. apud Apuleium Apologia 1. Ouid. 4. Fast. de Ariete Phryxi:

Et frustra pecudem quæres Athamantidos Helles.

& in ep. Hypsip.

Peruigilem spolium pecudis seruasse draconem.

& in ep. Læandri.

Nec tamen officium pecoris, nausque requiro.

vide & Plin. cap. 47. libr. 8. *Stolidum*, stultum Festus interpretatur: videtur translatum verbum à re rustica: stolones enim vocant agricolæ in arboribus fruticationem inutilem, inquit Plin. cap. 1. libr. 1. vnde cognomen Liciniæ genti. Ausonius certè venustè pro stolido, *stolonem* dixit, vt Plautus *fruticem*.

Sed tam non potes ô stolo doceri.

D E I N D E *vbi consumpto restabit munere pauper.*] remanebit pauper, vt quasi solus ille sibi reliquus & superstes sit; *dicseritque Naniam de nobis*, vt loquitur Plautus. Restare de homine ipso vt Cic. pro Sex. Roscio. *Causam dicit is, qui vnus relictus ex eorum nefaria cæde restat.* & 3. Offic. *Incolumis in patria Regulus restitisset. consumpto munere*; quod illi, qui dederit; & tibi, quæ acceperis; perierit. vt apud Plautum: *Vbi qua dedi? Abusa.* eleganter idem in Trucul. *Meretrix vt mare, quod des deuorat, nec vnquam abundat.* Sed est enallage numerorum, pro, *consumptis muneribus*; id est, exhausta omni facultate benignitatis & dandi muneris. vt eleg. 20. lib. 1.

Proposito florem pratulis officio. id est, flores. *An consumpto munere*, est, eo omni quod acceperat, vel extorserat à prouincialibus?

D I C, *alias iterum nauiget Illyrias.*] In alias

A prouincias classe redeat, non in hanc ipsam Illyriam, quam iam spoliauit. *Iterum nauigare*, πάλιν πλεῖν, quod *iterare cursus* dicitur Horatio. *Illyrias*, mutauit numerum vt eleg. 11. lib. 1.

Proxima Misenis æquora nobilibus. Catull.

Solam Septimius misellus Acmen

Mauult, quam Syrias, Britanniasque.

Ouid. eleg. 11. lib. 3. Trist.

Quid mihi cum Scuthis, inter Scythiasque Getasque.

sic vet. lib. Idem eleg. 3. lib. 1. Trist.

Nam procul Illyricis (locis) *lena de parte relictis.*

An *Illyrijs*, vt hic? τὸ *alias* sic dixit, vt vulgò, *aux autres.* & apud Tacitum: *Cedo alteram.*

B C Y N T H I A *non sequitur fasces.*] non ambitiosa est, sed auara. Lepidè; quia prætorem sequitur, non sequitur eius fasces & insignia imperij, sed eius crumenam & pecuniam, qua exhausta eum statim relinquet. Sequimur ea quæ cupimus, vnde Cicero: *Sequi amœnitatem loci, quæstum, laudem, voluptatem*: ductum à venatione. De fascibus & securibus dictum ad eleg. 6. lib. 1. vers. 19. Olim prætoribus duo viminei fasces: Plaut. post sex. vnde Appian. in Syriaca vocat Proprætores & Proconsules ἑξαπελέκεις.

N O N *curat honores.*] non amat coli, vt Ver-

C ris Chelidon.

S E M P E R *amatorum ponderat illa sinus.*] E collo pendebat veteribus crumena, vt ex Plauto intelligitur, inde in sinus demittebatur. vnde sinus frequens mentio in condenda pecunia. Apuleius lib. 8. *Stipes æreas, imo vero & argenteas multis certatim offerentibus, sinu recepere patulo.* Mart. epigr. 16. lib. 5.

Et fiet vario sordidus ære sinus.

Ouid. eleg. 10. lib. 1. Amor.

Quid puerum Veneris pretio prostare iubetis?

Quo pretium condat non habet, ille sinum.

& eleg. 7. lib. 3. Am.

D *Sed postquam sapiens in munera venit adulter;*

Præbuit ipsa sinus, & dare iussa dedit.

Iuuenal. sat. 14. in fine.

Si nondum impleui gremium. & sat. 1.

Maior auaritiæ patuit sinus. vide Iun. prou. 55. Cent. 3. Seneca. *Non recipit sordidum virtus amatorem: soluto ad eam sinu veniendum est.* Budæus exponit *effusa copia, & plena liberalitate.* sed ex hoc loco explicandus est Seneca: Virtus mercenaria non est. vide eundem Senecam cap. 23. de vita beata. *Ponderat sinus*, expendit an graues sint ære, vt Virg. *grauis ære* dextra. sic Plaut. Amphitr. *Perij pugnos ponderat.*

E A T *tu nunc nostro Venus ô succurre dolori.*] vel est anastrophe, vt eleg. 5. lib. 4.

Sed cape torquata Venus ô regina columba.

vel ô per se stat optandi modo, vt eleg. 2. sup.

——*fruar ô solus amore meo.*

Succurre, subueni, opem fer. Tibull.

Nunc dea, nunc succurre mihi, &c. *nostro dolori*, mihi dolenti. vt eleg. 16. lib. 1. vers. 21. leuatur autem dolor vltione.

R V M P A T *vt assiduis membra libidinibus.*] vtinam corpus eneruet, & elidat assiduo Veneris vsu. sic Horat.

——*malis tentigine rumpi.*

& in Priapeijs.

——Sed ne tentigine rumpar. Ibid.
Venus iocosa molle ruperit latus.

Aliud est in 12. tab. apud Fest. In *Talionis. Si membrum rupsit, ni cum eo pacit talio esto.* hic enim *membra τὰ αἰδοῖα* per enallagen numerorum. Tibullus vocat: *vilia membra.* In Priapeijs: *Seminale membrum, & membrum vnde procreatur.*

Ergo *muneribus quiuis mercatur amicam.*] Alij libri. *Mercatur amorem*, vt eleg. vlt. infra:

Felix qui viles pomis mercaris amores.

τὸ *Ergo*, indignantis, vt eleg. 5. lib. 3.

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es?

& eleg. 21. lib. eiusd.

Ergo tam doctæ nobis periere tabellæ.

Muneribus mercari, vt Ouid. 3. de arte amandi.

Cum minimo custos munere possit emi.

ipse eleg. 20. infra:

Nec mihi muneribus nox vlla est empta beatis.

vide quæ adnotaui ad eleg. 2. libr. 1. vers. 4. *Quiuis*, etiam nauta, & miles, & liberti modo serui, vt eleg. 6. supra.

Si cuiuis nupta quidlibet esse licet.

hac de re vide eleg. 5. lib. 4. vers. 49. & seqq.

Ivppiter?] Exclamatio est per indignationem, vt initio Pluti Aristophanis ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. quod Latinis, *prô Iupiter.* Sæpe est & admirantis. Catull. *Doctis, Iuppiter, & laboriosis.*

Indigna *merce puella perit.*] Si legimus *indignum*, vt in vet. libr. monet esse Palmerius, *perit*, agendi significatione sumetur pro deperit, siue perdite amat hominem indignum: vel *indignum* potest esse interiectio exclamantis. Sed malo: *perit merce indigna.* id est, ob indignam mercem indignè perit, quia eius ægrotat fama vacillans, id est, perdit famam & pudorem. vt Ouid.

Sed meriti famam, corpusque animumque pudicum
Cum male perdiderim perdere verba leue est.

Lips. exponit cap. 7. libr. 3. Var. *Perit merce*, quasi deperit & valde cupit mercem & aurum. *Indigna*, improba, nefaria. vt *indignum facinus*, Plauto & Terentio: vel magna, vt *indignas turres* dixit Ennius. *Merce*, muneribus, quæ cum accipit se ipsam vendit; nam dixit:

Ergo muneribus quiuis mercatur amicam,

& Ouid. in ep. Oenones:

Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Semper *in Oceanum mittit me quærere gemmas.*
Et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.]

Gemmas & purpuram sæpe coniungunt, vt Horat. oda 13. lib. 4.

Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ
Nec clari lapides tempora.

& oda 16. lib. 2.

Non gemmis, neque purpura venale, nec auro.

de gemmis legi solitis in rubro mari dictum eleg. 14. lib. 1. vers. 12.

Tollere dona ex ipso Tyro, sumere & auferre purpuram, quam sibi dem muneri. Tyros Phœniciæ vrbs conchilio & purpura nobilis, vnde ipse eleg. 13. lib. 3.

Et Tyros ostrinos præbet Cadmæa colores.

& Tibull. eleg. 3. lib. 2.

A *Illi selectos certent præbere colores*
Africa puniceum, purpureumque Tyros.

Atqve *vtinam Romæ nemo esset diues & ipse,*
Straminea posset dux habitare casa.]

Sic Tibull.

O pereat quicunque legit, viridesque smaragdos
Et niueam Tyrio vellere tingit ouem.

Altius repetit originem mali. nam ex opibus luxuria, ex luxuria auaritia puellarum existit. præterea, si nemo diues, nemo donis puellas corrumperet. & *ipse dux*, αὐτοματικῶς, vt *Iuppiter ipse* eleg 7. sup. vide eleg. 10. sup. vers. 4.

B *Posset habitare*, vt eleg. 12. lib. 1. *posset amare*, pro amaret. *habitare* cum sexto casu, vt eleg. 12. supra: *habitare medullis. Straminea casa*, recta stramine, vel culmo. Ouid. eleg. 9. lib. 2. Am.

Roma nisi immensum vires promosset in orbem
Stramineis esset nunc quoque tecta casis.

Ouid. 3. Fast.

Quæ fuerit nostri si quæris regia nati,
Aspice de canna, straminibusque domum.

Scaliger legit. *Graminea*, vt cespititiam casam significet, de qua Virg.

Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.

C alludit ad casam Romuli, vt & eleg. 1. lib. 4.

Vnus erat fratrum, maxima regna, focus.

Tibull. eleg. 5. lib. 2.

Et stabant humiles in Iouis arce casæ.

Ouid. 1. Fast.

Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum.

de ea casa Liuius lib. 5. Dionys. lib. 1. & P. Victor. in 9. reg. vrb.

Nvnqvam *venales essent ad munus amicæ.*] hoc est quod dixit el. 2. l. 1. *se vendere muneribus. Nunquam*, pro non: Donat. Sed alij libri *Non tam. venales ad munus* dictum vt eleg. 2. libr. 4.

Sobrius ad lites. & eleg. 10. sup.
Fortes ad prælia turmas. & eleg. 13.

D *——ad verum conscia terra sapit.*

& eleg. 22. infra.

Nunquam ad formosas, inuide, cæcus ero.

vide Canter. lib. 3. Nou. lect.

Atqve *vna fieret cana puella domo.*] *Atque*, non est hîc connectentis. sed, pro, Atqui, vel, sed, vt sæpe apud Sallustium. *Vnâ*, pro, eâdem. vt eleg. 24. infra. vers. 24. & eleg. 26. vers. 31. & 32. Plaut. Milite. *Ex vno puteo aqua aqua non similior. fieret cana*, senesceret: vt eleg. 9. sup.

facta remansit anus. Tibull. eleg. 6. lib. 1.

——nos, Delia, amoris
Exemplum cana simus vterque coma.

E & Simonides:

Φίλη δὲ σωφροσύνη χαρίεσσα πέτει
Τεῦχε καλόν.

Non *quia septenas noctes seiuncta cubaris.*] votitam se fingebat Cynthia, & operatam Isidi, eaque specie iam septem noctes secubuerat, vt superesse tres tantum noctes viderentur, nam denariæ erant illæ ceremoniæ, vt dicimus ad eleg. 33. infra. hic tamen cum aliquo concubuisse ait:

Candida *tam fœdo brachia fusa viro.*] circumfusa & amplectens tam fœdum virum. Ouid. 4. Met. de complexu Salmacidis:

Et nunc hâc iuueni, nunc circumfunditur illâ.

est autem hîc & aphæresis & synedoche poë-tica, vt Horat. *Stratus membra.*

NON *quia peccaris, testor te.*] appello, inclamo, increpo: vt eleg.1. sup. verſ.37. dictum. Lipſ. cap. 7. lib. 3. Var. *Detestor.* peccatis, vt eleg.6. sup. verſ.40. *Peccare pudet.*

FORMOSIS *leuitas semper amica fuit.*] vide notata ad eleg.5. sup. verſ.28. & eleg.15. libr.1. verſ.1. Adde Ouid. eleg.4. lib.3. Am.

Quid formosa tibi, si non nisi casta placebat?
Non possunt vllis ista coire modis.

Idem 1. Fast.

Fœdera seruasset, si non formosa fuisset.

Idem in ep. Parid.

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

& Iuuenal. sat. 10.

——rara est adeo concordia formæ
Atque pudicitiæ.

BARBARVS.] non ciuis & notus, quod minus dolendum esset, sed barbarus nescio quis, & gente & motibus immanis & eleg. 5. lib.4. Lena suadet Cynthiæ, ne eos aspernetur

—— quorum titulus per barbara colla Pependit.

EXCVSSIS *agitat vestigia lumbis.*] Turneb. cap.11. lib.17. hunc locum sic explicare conatur: Agitare vestigia, inquit, est, vestigia agere & incedere. Barbarum enim amore potitum, & victorem incedere magnificè dicit. & sanè sic alibi: *Et campo quo mouet illa pedes.* Non tamen probat mihi hanc interpretationem: nam si de incessu tantum sermo est, quid opus: *excussis lumbis? Agitat vestigia* dictum obscœnè, pro mouet pedes in Veneris certamine. Sic Plauto in Casina; *conturbare pedes.* & Ciceroni ep.1. lib.2. ad Att. *Tollere pedes. vestigia,* pro pedibus, vt eleg.3. lib.1. verſ.9. *Excussis,* quatiendo vibratis; vel exhaustis Venere. Apuleius l.2. *Lumbis sensim vibrantib. spinam mobilem quatiens.* Catull. de ineptis ad hanc militiam:

Qui duros nequeunt mouere lumbos.

Lumbi, ψοαὶ, ἰξὺς, ὀσφὺς, vulgò, *le rable.* Isidor. l.11. *Lumbi, ob libidinis lasciuiam dicti; quia in viris causa corporeæ voluptatis in lumbis est: vt in vmbilico mulieribus.* vnde lux Horatio

Limina dura quibus lumbos, & fregi latus.

Lumbago, vitium & debilitas lumborum: Fest.

ET *subito felix nunc mea regna tenet.*] Repente, & quasi somnio beatus. potest esse hyphen, *subito-felix,* vt *subito-diues.* & τὸ *subito-felix* inuidiosè: nam νεοπλούτους, siue repentè-diuites, vt Ausonius loquitur, inuidiæ obnoxios scribunt Aristoteles 2. Rhet. & Plutarch. Sympoſ. *Tenet mea regna,* possidet lectum amicæ, in quo paulo ante regnabam. nam regnum nostrum vocamus vbi dominamur, quamuis exiguum sit. vt eleg.7. lib.4.

Longa mea in libris regna fuêre tuis. Ibid.
Et quereret lecti frigida regna mei.

& eleg.1. lib. eiusd.

Vnus erat fratrum maxima regna focus.

Tibull. eleg.9. lib.1.

Tunc flebis, cum me vinctum puer alter habebit,
Et geret in gremio regna superba tuo.

Cic.1. de Orat. *Id, nisi hîc in tuo regno essemus, non tulissem,* pro, apud te, & in villa tua. & lib.14. ep.

A ad Att. *Puteolana & Cumana regna.* id est villulas Italiæ ocellos. & ep.1. libr.1. ad Attic. *Regnum iudiciale Aquilij.*

ASPICE, *quid donis Eriphyla inuenit amaris.*] Præsentis exempli τὸ *aspice,* vt & infra hîc: *Cerne ducem.* vide el. 2. lib.1. verſ.9. *Inuenit,* sibi comparauit, & arcessiuit. Virg. 2. Æneid.

Ipse manu mortem inueniam.

& Plaut. Amphitr. *Veni huc, inuenies infortunium. Donis,* monili à Polynice accepto. vide fabulam apud Seruium ad illud 6. Æneid. *Mœstamque Eriphylen,* &c. Homer. Odyſſ. 11. Apollod. lib.

B 3. Higin. Fab.73. Cic.6. Verr. & 1. de Inuent. Stat.2. Thebaid. & Pauſan. multis locis. tangit Ouid.3. de arte am. & eleg.10. lib.1. Am. Horat. od.16. lib.3. & nouam de Eriphyla fabulam narrat interptes Iuuenalis. *Amaris,* funestis, exitiosis. eleg.10. lib.4.

Quod si Iunoni sacrum faceretis amaræ.

ARSERIT *& quantis nupta Creusa malis.*] vel quantis doloribus, vel quanta & sua & suorum pernicie. Medea apud Euripidem: κακῶς ὀλεῖται. id est, male peribit (Creusa,) & quisquis attigerit ea dona. Apollodor. lib.1. & Diodor. Sicul. & Higin. Fab.25. & Plin. cap.105. lib. 2. & Apul. lib. 1. Asini. Apollodoro & Diodoro

C vocatur *Glauca.* Ipse eleg.21. infra:

Eiecta est, tenuit namque Creusa domum.

Horat. oda 5. epod.

Quid accidit? cur dura barbaræ minus
Venena Medeæ valent?
Quibus superba fugit vltra pellicem
Magni Creontis filiam:
Cum palla, tabo munus imbutum, nouam
Incendio nuptam abstulit.

Ouid. in Ibin.

Vt noua Phasiaca compressa est nupta corona:
Vtque pater nuptæ cumque parente domus.

& 1. de arte am.

Cui non defleta est Ephyrea flamma Creusa?

D NVLLANE *sedabit nostros iniuria fletus?*] sic fere eleg.16. lib. 1.

Nullane finis erit nostro concessa dolori?

Sedabit fletus, compescet ocellos. lacrymis & curis finem imponet. Euripid. In Medea. στυγίους λύπας μούσῃ & ᾠδαῖς παύειν. tristes ægritudines musa & cantu sedare, & cessatum ducere. Tangit autem prouerbium, *Iniuria soluit amorem.* In Græcorum epigrammatis.

Ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε, μάτην ὅδε μῦθος ἀλᾶται·
Ὕβρις ἐμὸν ἐρίθει μᾶλλον ἐρωμανίην.

Ipse eleg.23. lib.3.

Flebo ego discedens, sed fletum iniuria vincit.

E & eleg. 5. sup.

Nunc est ira recens, nunc est discedere tempus.
Si dolor abfuerit, crede, redibit amor.

At eleg.24. infra ait; *Nunquam me iniuria mutat.*

AN *dolor hic vitijs nescit abesse suis?*] id est, ex accepta iniuria vulnus animi. vt eleg.18. libr.1. verſ.13. & el.5. sup. verſ.10. Ouid.

Perfer & obdura: dolor hic tibi proderit olim.

Vitijs nescit abesse, perpetuo hæret, siue separari non potest. & *vitia* vocat, curas & amorem, cui coniunctus dolor & lacrymæ, & cuius sunt comites miseriæ. vide adnot. ad el.1. sup.

Si quis vitium poterit mihi demere.

Tot *iam abiere dies: cum me nec cura theatri,*
Nec tetigit campi: nec mea Musa iuuat.] sic eleg. 20. infra.

Septima iam plenæ deducitur orbita lunæ,
Cum de me & de te compita nulla tacent.

id est. ex quo. Virg. 5. Æneid.

Septima post Troiæ excidium iam vertitur ætas
Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa
Sideraque emensæ ferimur. Cicero Cæsari ep. 13. lib. 9. ad Attic. *Aliquot sunt anni cum vos duos delegi. Abiere dies*, effluxere. Catull.

Sed moraris, abit dies. in epithal. Manlij. Terent. Adelph. *Menses abierunt decem.* & Eunuch. *Dum hæc dicit, abit hora. Cura theatri*, studium spectandi ludos, venationes, munera. quid & vnde theatrum docet Marcilius in Martial. Amphitheatrum. vide & eleg. 22. infra: vers. 4. *Nec campi cura me tetigit, non me mouit, aut cepit.* Virg. —— *Nec solos tangit Atridas*
Iste dolor. Idem 12. Æneid.

—— *miseri te si qua parentis.*
Tangere cura potest. Campi autem curam abijciunt, qui amore fracti sunt, qua de re Horat. oda 8. lib. 1. & oda 12. lib. 3.

Neobulæ amor qualum & telas aufert.

Campi Martij, siue Martialis in Cœlio monte, de quo Festus in *Martialis. Nec mea Musa iuuat.* Ingentis perturbationis indicium cum sua Poëtam Musa non iuuat. Sic Catullus ad Manlium de ipso Maolio afflicto:

Nec veterum dulci scriptorum carmine Musæ
Oblectant. & de seipso:

Cuius ego interitu tota de mente fugaui
Hæc studia, atque omnes delicias animi.

Idem.

Nec potis est dulces Musarum expromere fœtus
Mens animi, tantis fluctuat illa malis.

Alij libri habent: *Mensa.*

An *pudeat certè, pudeat.*] pudore ab hac turpitudine reuocari debeam, vt elegia 24. infra.

—— *Sed me Fallaci dominæ iam pudet esse iocum.*
& eleg. 23. lib. 3. *Risus eram.*
—— *Nisi forte (quod aiunt.)*

Turpis *amor surdis auribus esse solet.*] Bene vtitur exceptione; nam, vt ait Plautus in Milite: *Nono modo tu homo amas; siquidem te quicquam quod faxis pudet.* Allegorica parœmia, & similis illi prouerbio: *Suum cuique pulcrum*: vt hodieque dicimus: Nullos esse deformes amores. sed quod dicitur de forma corporis, ad animum id transtulit. nam pulcra quidem corpore Cynthia, sed animo turpis ob quæstum meretricium. sententia est igitur. Amo quidem turpiter, sed cum turpitudo ea, & amicæ crimen mihi narratur, non audio, nec credo, vt eleg. 20. infra:

De te quodcumque ad surdas mihi dicitur aures.

Sic Tibull. lib. 4. in extremo.

Rumor ait, crebro nostram peccare puellam.
Nunc ego me surdis auribus esse velim.

Afran. Vopisco apud Charis. lib. 2. In *Surdè. Amantes, quibus animi non sunt integri, surdè audiunt.*

A Cerne *ducem, modo qui fremitu compleuit inani Actia damnatis æquora militibus.*] Antea dixit *Adspice*, nunc *cerne.* id est, exemplo tibi sit. *Ducem*, vt eleg. 10. sup. vers. 4. *Fremitu inani*; vano terrore, vanisque minis. Est enim minantium & indignantium fremitus. de his nimis ipse eleg. 9. lib. 3. & eleg. 6. lib. 4. & Horat. oda pen. lib. 1. & Virg. 8. Æneid. *Actia æquora*, vt eleg. 15. sup.

Nec nostra Actiacum verteret ossa mare.

Damnatis militibus. An sceleratis & sontibus, vt eleg. 7. lib. 4.

B *Dicet damnatas ignea testa manus?*

an destinatis iam morti, vt eleg. 6. lib. 4.

Altera classis erat Teucro damnata Quirino.

An quia Antonius cum suis iudicatus hostis à senatu? an quia etiam damnati Gabinij militibus vsus est?

Hvnc *infamis amor versis, dare terga carinis*
Iussit, & externo quærere in orbe fugam.]

Infamis amor, siue, vt paulo ante, *turpis*, quia reginam meretricem amabat Antonius. Ipse eleg. 9. libr. 3.

Scilicet incesti meretrix regina Canopi.

C Ibid. *Coniugij obscœni pretium.* Infames autem meretrices, vt eleg. 16. libr. 1. *Infamis domina. Iussit*, coëgit, vt eleg. 2. lib. 1. vers. 13.

Dare terga, occipitium & armos ostendere,

vt Varro apud Nonium. *versis carinis*, an proris ab hoste in Ægyptum auersis? vt el. 11. lib. 3.

Leucadius versas acies memorabit Apollo.

An pro, euersis & demersis? hoc posterius malo. Horat. oda penult. l. 1. *Sed minuit furorem Vix vna sospes nauis ab ignibus.* Notum ex Plutarcho vt fugientem Cleopatram secutus sit Antonius. Sic *versa regna* eleg. vlt. pro, euersa. & Virg. 1. Æneid.

D —— *Tyrias qua verteret arces.*

id est, euerteret. *externo orbe*, peregrina barbaraque regione, scilicet Ægypto: vnde *Barbara Memphis.* Orbis autem etiam de parte orbis dicitur. vt Ouid. 3. Fast.

—— *Eoo diues ab orbe redit.*

& in ep. Laod.

Dum tamen arma geris diuerso miles in orbe.

id est, Asia tu Græcus. & 1. de arte.

Iam murus ad Priamum diuerso venerat orbe.

& 2. de rem. Am.

Alter si possis orbis habendus erit.

id est, remotissima ab amica regio incolenda.

E & 8. Met.

Certè ego non patiar Iouis incunabula Creten,
Qui meus est orbis, tantum contingere monstrum.

& 5. Fast.

Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset,
Seu quis ab occiduo sole domandus erit.

Mart. ep. 77. libr. 8.

Hesperio qui sonat orbe Tagus.

Albin. ad Liuiam.

Et si quid miri vidit in orbe nouo.

id est, Germania. Ibid.

Consul & ignoti victor Germanicus orbis.

Plin. cap. 3. lib. 8. *Cetera in nostro orbe cessere luxuriæ.* id est Europa. Virg. *quibus actus vterque Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis.*

Seneca

Seneca ep. 89. *Extra notum nobis orbem iactamur.* Sed v. l. *extremo*; quod valde placet, vt apud Virg. 2. Georg.

Extremi finis orbis. de India, & Serica regione. Ouid.

Miles in extremum fugit perterritus orbem.

Atqui Nili recessus quærebant victi Antonius & Cleopatra. Virg. 8. Æneid. Horat. oda pen. libr. 1. Plutarch. in Antonio & ipse eleg. 6. libr. 4.

Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci.

& eleg. 9. libr. 3.

Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili.

CÆSARIS *hac virtus, & gloria Cæsaris hæc est.*] virtus ad bellum: gloria & adorea ad pacem & clementiam in victos, de qua Cicero pro Marcello. Virg.

Parcere subiectis & debellare superbos.

Horat. oda carm. seculari.

Quique vos bubus veneratur albis
Clarus Anchisæ, Venerisque sanguis,
Imperet bellante prior, iacentem
Lenis in hostem.

Gloria autem ex eo quod se ipsum vicit Cæsar.

ILLA, *qua vicit, condidit arma, manu.*] eadem manu & bellum & pacem confecit. elegans dilogia, vt eleg. 1. sup.

——qua cuspide vulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.

Virg. *——dextramque potentem*
Siue fide, seu quis bello est expertus & armis.

Plaut. Pseud. sc. 2. act. 4. *Nullam salutem mittere hic scriptam solet? manu salutem mittunt beneuolentibus: eadem malam rem mittunt maleuolentibus.* Lucanus ad Pisones:

Ignea quin etiam superûm pater arma recondit:
Et Ganymedeæ repetens conuiuia mensæ
Pocula sumit ea, qua gessit fulmina dextra.

Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trist.

Vincula fert illa qua tulit arma manu.

& Claudian.

Et sensit in vno
Letalem placidamque manum. *Condidit arma*, vt Horat. in carm. secul.

Condito mitis placidusque telo. condit arma, qui recondit, & ijs vti non vult, vt pacis tempore fieri solet. Tibull.

Pace bidens vomerque vigent, at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.

De Iano clauso ab Augusto Virg. 1. Æneid. ab eo versu. *Aspera tum positis* &c.

Horat. oda vlt. lib. 4. Sueton. in Augusto cap. 22. Ouid. 1. Fast. sub finem.

Gratia Dijs domuique tuæ; religata catenis
Iampridem vestro sub pede bella iacent.

Arma manu, ea syllabarum complosione ma. ma. delectari videntur poëtæ vt eleg. 13. lib. 1. vers. 16. elegia 1. huius libri vers. 18. Tibull. elegia 1. libr. 1.

Facili grandia poma manu.

& alia id genus.

SED *quascumque tibi vestes, quoscumque smaragdos.*] *Sed*, pro At, vel igitur vt eleg. 6. vers. 35. & est imprecantis hoc loco. *Quascumq. vestes*, Coas nempe aut Tyrias vt eleg. 1. sup.

A *Smaragdos.* notus & vulgò lapillus. Smaragdis tertia tribuitur auctoritas à Plinio cap. lib. 37. Tibull. eleg. 4. lib. 2.

O pereat quicumque legit viridesque smaragdos.

QVOSVE *dedit flauo lumine Chrysolithos.*] adludit ad etymon. Plin. cap. 9. lib. 37. *Chrysolitos Æthiopia mittit, aureo colore translucentes.* Idem cap. 11. *Colos appellauit Chrysolithos aureus.*

HÆC *videam rapidas in vanum ferre procellas.*] vt oculos scilicet satiē vltione. *rapidas procellas*, & celeres & cum impetu omnia verrentes. Virg. 1. Æneid. de ventis.

B *—— maria, ac terras, cœlumque profundum*
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.

ita & *rapidi fluuij.* *In vanum.* an in nihilum? an in auras & aërem, id est inane, vbi vana hæc fiant, id est, euanescant? alludit ad prouerbium: *ventis tradere.* num legendum, *in ventum*? Sic Virg.

Inque notos vocem vertere procella.

Dictum, *in vanum*, vt *in cassum*, & elegia 26. infra.

Velaque in incertum frigidus Auster agat.

& *in plenum* elegia 5. libr. 3. vers. 28. & *In longum durare*: Stat. 4. Sylu. & *in pranum indurescere.* Fab. Seneca cap. 9. de Tranq. *Vt*

C *tela in vanum cadant.* Stat. *Nec tu peritura monere Auxilia, & mœstos in vanum ferre labores.* Ammian. Marcellinus lib. 21. *Axiculis in vanum excussis.*

QVÆ *tibi terra, velim, quæ tibi fiat aqua.*] id est, hæc atque illa munera. *quæ* gemma, *fiat aqua*: *Quæ*, aurum & purpura, fiat *terra*. Scaliger legendum putat: *Quâ. fiat terra*, vt elegia 9. sup.

Ille vir in medio fiat amore lapis.

Plaut. Rudent. sc. 7. act. 4. *Id omne vt fiat cinis.* parissimum huic illud Ouid. elegia 7. libr. 3. Amor.

O si neglecti quisquam Deus vltor amoris
Tam male quæsitas puluere mutet opes.

D & verba Menelai Græcorum ignauiam increpantis, quod nullus eorum auderet congredi cum Hectore ad singulare certamen prouocante, Iliad. η.

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες, ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

quæ Plutarch. in Homeri vita & Alexander Aphrod. referunt ad naturam rerum, omnia scilicet ex aqua & terra oriri & in eadem resolui.

NON *semper placidus periuros ridet amantes Iuppiter.*] dictum, vt Horat. oda 9. libr. 2.

E *Non semper imbres nubibus hispidos*
Manant in agros.

placidus, facilis, lenis. *Ridet periuros amantes*, ludum iocumque putat. vide Ouid. 1. de arte amandi.

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Æolios irrita ferre notos.
Per styga Iunoni falso iurasse solebat
Iuppiter, exemplo nunc fauet ille suo.

Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Ne iurare time: Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.

Gratia magna Ioui: vetuit pater ipse valere
Iurasset cupidè quidquid ineptus amor.

Apollodor. libr. 2. ex Hesiodo narrat, ἐκ τούτου τεθεικέναι τὸν ὅρκον ἀζήμιον... ὄρκον... ἔρωτος. vnde Plato in Conuiuio: Ἀφροδίσιον ὅρκον, nullius esse momenti ait, & à Dijs, hominibusque eius gratiam fieri. hac de re vide & Horat. oda 8. libr. 2.

ET *surda negligit aure preces.*] Sic eleg. pen. libr. 3.

Exciderent surdo tot mea vota Ioui.

nam surdus, qui audire non vult. *negligit preces*, aspernatur, repudiat. & *preces*, quia sunt Iouis filiæ Homero. Preces autem ambiguè, vel imprecationes additas iureiurando, vt, *Si fallo*: vel, querelas illorum qui periurijs amicarum decepti vltionem exposcunt: sic Horat. dixit oda 5. epod.

Misit Thyesteas preces. & Virg.

Et nostras audite preces.

VIDISTIN' *toto sonitus percurrere cœlo?*] pro, audisti, vt elegia 6. sup. vers. 16. sic Virg. 4. Æneid. —— *& verba vocantis*

Visa viri. Attius Chrysippo apud Nonium.

Vox illius certè est, idem omnes cernimus.

Ouid. eleg. 4. lib. 3. de Ponto.

Nos ea vix auidam vulgi captata per aurem
Vidimus, atque oculi fama fuere mei.

Sonitus de tonitru: Ennius:

Qui templa cœli summa sonitu concutit.

Seneca: *Tonitrua nihil aliud quam icti aëris sonitus. Percurrere cœlo*, vt Lucret. lib. 5.

Et magnum percurrunt murmura cœlum.

Virg. 8. Æneid.

Ignea rima micans percurrit lumine nymbos.

FVLMINAQVE *atherea desiluisse domo?*] de cœlo repente decidisse. An dissiluisse Virg. 12. Æneid.

—— *nec fulmine tanti*

Dissultant crepitus. Aetherea domus, cœlum. Horat. oda 3. & 28. lib. 1. Item oda 12. lib. 2. *Fulgens domus.*

NON *hæc Pleiades faciunt, neque aquosus Orion.*] quæ tamen tempestatem concitant, vt docet Horat. oda 14. lib. 4.

Indomitas prope qualis vndas
Exercet Auster Pleiadum choro

Scindente nubes. vide Plin. cap. 52. libr. 2. de fulminibus à sideribus venientibus. Ipse eleg. 3. libr. 3.

Pleiadum spisso cur coit igne chorus.

Stat. 9. Thebaid.

—— *cum Pleiadas haurit* (tempestas)
Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.

de Pleiadibus quæ *Peliades* veteribus, id est columbæ. plura vide apud Atheneum lib. 11. & Arat. Φαιν. & eleg. 8. lib. 1. vers. 10.

Aquosus Orion, pluuius, nimbosus. Virg. 1. Æneid.

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.
In vada cæca tulit. & 4. Æneid.
Dum pelago desæuit hiems, & aquosus Orion.

Horat. oda 28. lib. 1.

Me quoque deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis notus obruit vndis.

A & oda 27. libr. 3.

Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion. & od. 15. epod.
Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion
Turbaret hybernum mare.

Plin. cap. 28. libr. 18. *Tempestates ab horridis sideribus exeunt, vt Arcturo, Orione, hœdis.* & sæpe alibi. De Orionis fabula Apollodor. libr. 1. Homer. libr. 5. & 11. Odyss. Ouid. 5. Fast. Higin. libr. 2. in fabula *Orion.* & in Fab. 195. & situm eius describit libr. 3. & Palæphatus. vulgo ab vrina οὐρίων dictus perhibetur. quidam ab ὀρίνω, turbo, concito.

B Collocatus est in cœlo iuxta Tauri sidus.

NON *sic de nihilo fulminis ira cadit.*] id est fulmen iracundum desilit. vide eleg. 5. vers. 22. sup. & eleg. 3. vers. 16. *non de nihilo*, id est, *consulto*, vt loquitur eleg. vlt. infra. vers. 54.

Periuras tunc ille solet punire puellas.

κατ' ἀφροδίσιος ἐκ Ζηνὸς ὅρκους ἐς ποιεῖς. quia *federa fulmine sancit.* vide Iun. prou. 35. Cent. 4. in fin.

DECEPTVS *quoniam fleuit & ipse Deus.*] Doluit & questus est de perfidia mulierum. *flere Deos*, id est lactymare, negat Ouid. 2. Met.

—— *neque enim cœlestia tingi*

C *Ora licet lacrymis.* & in epiced. Tibulli.

Auerrit vultus Erycis quæ possidet arces:
Sunt quoque qui lacrymas continuisse negant.

Virg. tamen 10. Æneid. lacrymantem inducit Herculem, & Venerem 1. Æneid. Ipse eleg. vlt. lib. 4. *Et lacrymas vidimus ire Deo.* *Ipse*, vt eleg. 7. vers. 4.

QVARE *ne tibi sit tanti Sidonia vestis.*] Sic claudit eleg. 5. 9. 19. libr. 1. *Ne tibi sit tanti*, ne tam magno emas. dictum ad eleg. 6. libr. 1. *Sidonia*, pro Tyria, quia Tyro vicina Sidon. sic Virg. 4. Æneid.

Sidoniam picto chlamidem circumdata limbo.

D Ipse eleg. 10. lib. 4. *Sidonia palla.* vers. 47.

VT *timeas, quoties nubilus Auster erit.*] in sententijs Diphili ὁ συνειδὼς αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος, ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ. Quia periuris & impijs comes timor. hinc Tibull. elegia 3. libr. 1.

Parce precor timidum non me periuria terrent
Nec dicta in sanctos impia verba Deos.

Iuuenal.

Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulmina pallent
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cœli.

Ouid. in ep. Didus:

Protinus occurrent falsæ periuria linguæ

E *Quæque cadent, in te fulmina missa putes.*

vide Sueton. Calig. cap. 51. *Quoties nubilus Auster erit.* Dilogia: nam & quoties *nubilus Auster erit*, id est, flabit; & *quoties Auster erit nubilus.* potest enim esse Auster, vt non sit nubilus. Horat. oda 7. libr. 1.

Albus vt obscuro deterget nubila cœlo
Sæpe notus, neque parturit imbres

Perpetuos. Sanè sine nubibus tonitru non fit, & nubes agit Auster. Ideo Cyclopes in 8. Æneid. fabricando fulmini.

Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ
Addiderant, rutili treis ignis, & alitis Austri.

& 1. Georg.
Ipse pater media nimbrorum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra. & mox.
Ingeminant austri & densissimus imber.
Ibid. dicitur & *Humidus Auster*, vt hic *nubilus.* vide plura ad eleg. 5. sup. vers. 12.

AD ELEGIAM XVII.

De exclusione.

MENTIRI *noctem.*] Scaliger hanc elegiam cum superiore connectit. *Mentiri noctem,* est noctem polliceri & fidem fallere, vt Tibull. eleg. 8. lib. 1.
Vel cum promittit subito, sed perfida fallit.
& Horat. sat. 5. lib. 1.
Hic ego mendacem stultissimus vsque puellam.
Ad mediam noctem expecto. Mentiri cum 4. casu vt Horat. *Spem mentita seges.*
Virg. ecl. 4.
Nec varios discet mentiri lana colores.
& Mart.
Mentiris iuuenem. Plaut. Milit. *Assentiendum est quidquid hic mentibitur.*

PROMISSIS *ducere amantem.*] spe inani lactare & protrahere, vt Mares ab Anna ducitur promissis apud Ouid. 3. Fast. & Attius Alcmæone apud Nonium in *Vanans* & in *Lactare*: *Tentat frustrando, lactans, vanans protrahit.* Sic Plaut. Capt. sc. 1. act. 4. *Hic est ille senex ductus dolis.*

HOC *erit infectas sanguine habere manus.*] id est parricidij instar erit. Ridiculè, vt Stoici de Gallo gallinaceo, cum non esset opus interfecto: Cic. pro Murena. Sic idem ep. 14. libr. 2. fam. *Hominem occidat oportet, qui vestra opera vti velit.* & Offic. 2. ex Catone cum quæreretur, *Quid esset fænerari: quid,* inquit, *hominem occidere?* contra *Puras manus habere* dixit Horat. oda penult. & ipse eleg. 32. infra. Herodot. in Clio; de eo qui fratrem occiderat: οὐ καθαρὸς χεῖρας ἐών. Sic Ciceroni, *Manus habere continentes.* & 2. de Orat. Appius Sextio Lusco: *Cænabo apud te, vni locum conspicor. Tum ille; manus laua & cœna. Infectas*, tinctas, imbutas. Albin. ad Liuiam.
Infecta aqua sanguine nigro. Apuleius libr. 8. Asini: *Nec non etiam manus infectas sanguine humano.*

HORVM *ego sum vates.*] hæc ego certò scio. vt infra eleg. 11.
Sed tibi iam videor Dodona verior Augur.
& hoc est quod dixit eleg. 9. lib. 1.
Non me Chaonia vincant in amore columbæ
Dicere quos iuuenes quæque puella domet.
Me dolor & lacrymæ meritò fecere peritum.
Terent. Phorm. sc. 2. act. 3. *Non mihi credis? Hariolare.* id est, vera dicis. Plaut. Pseudol. hoc ait, *Vetera vaticinari.* contra Cicero ep. 16. lib. 2. fam. *Sed ego hæc fortasse vaticinor, & meliores habebunt exitus.*

——QVOTIES *desertus amaras*
Expleui noctes.] Relictus & proditus ab amica noctes totas exegi insomnes, vt el. 3. libr. 1.
A
Languidus exactis, hei mihi, sideribus.
Sic Tibull. eleg. 3. lib. 1.
Quod si fatales iam nunc expleuimus annos.
Sueton. in Cæsare cap. 26. *Quando imperij tempus expleri cœpisset*: id est, præteriri, transigi. An *expleui*, satiaui, vt *exercere noctes* eleg. 1. libr. 1.

FRACTVS *vtroque toro.*] Sic elegia 14. libr. 1.
Et miserum toto iuuenem versare cubili.
& eleg. 22. infra.
B *Quanta illum toto versant suspiria lecto.*
vbi *toto lecto*, & *toto cubili*, vt hîc: *vtroque toro. fractus*, plus est quam fessus, *rompu & moulu.* vt alibi: *Seu moriar fato, seu turpi fractus amore. Vtroque toro.* id est, priore & interiore parte lecti siue *vtraque sponda*, vt ait Scaliger. Albinouan. ad Liuiam.
Et subito tentasque manu, sperasque receptum
Quæris & in vacui parte priore tori.
qui locus est viri. & eleg. 21. lib. 3.
——*extremo dormit amica toro.*
Sueton. in Cæsare cap. 49. *Spondam interiorem*
C *regiæ lecticæ.* sed hoc alio pertinet. An & terra & lecto?

VEL *tu Tantalea moueare ad flumina sorte.*] id est vertas te ad aquam captandam ea lege, qua Tantalus: vt ait eleg. 9. libr. 1.
In medio flumine quærit aquam.
Sed vet. lib. *Mouearis flumina.* Græcanica, inquit Scaliger, locutio, id est, licet te moueant flumina Tantali & ærumnosa sitis. ideo dixit *admirere*, quia admirari & moueri, idem. moueri autem aliquam rem, purum putum Græcum est, ἐξίστασθαί τι. *Sorte*, condicione dura & iniqua. eleg. 22. infra.
D *Excludit quoniam sors mea*: &c.
Sors lex pœnæ fato constitutæ. Virg. 6. Æneid.
——*vltra vires sortemque senecta.*
& 12. ——*Turni sortem miseratus iniquam.*

VT *liquor arenti fallat ab ore sitim.*] frustretur, & ab ore sicco Tantali fugiat. *fallere*, frustrari & effugere, vt eleg. 3. libr. 1.
Nam modo purpureo fallebam stamine somnum.
Horat. oda 4. libr. 4.
——*quos opimus*
Fallere & effugere est triumphus.
Idem oda 14. libr. 3.
E *Spartacum si qua potuit vagantem*
Fallere testa. Arenti, vt eleg. 10. libr. 4.
Dixerat, & sicco torquet sitis ora palato.
Virg. 4. Georg.
——*& terram sicco spuit ore viator*
Aridus. & 5. Æneid.
——*tum creber anhelitus artus*
Aridaque ora quatit. Apollon. libr. 4. δίψῃ καρχαλέος. Tibull. eleg. 4. lib. 1.
Et canis arenti torreat arua siti.

VEL *tu Sisyphios licet admirere labores.*] cum admiratione & stupore spectes, nec sine miseratione. *Labores*, vt Horat. oda 14. libr. 2.
Damnatus longi Sisyphus Æolides laboris. De Sisypho vide Pausan. Corinthiacis. Apollod.

libt. 1. Higin. Fab. 60. Homer. Iliad. 6. Lucret. libt. 3.

Difficile *vt toto monte volutet onus.*] anacolonthon. hoc enim sententiæ respondet, non verbis, quasi dixerit Sisyphium laborem, id est: Sisyphum ipsum laboriosum. nisi *volutet* positum sit, pro, volutetur. vt eleg. 1. lib. 1. *ducere sidera*, pro, duci. *Onus*, saxum, vt eleg. 20. infra.

Tumque ego Sisyphio saxa labore geram.

Horat. oda penult. epod.

Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum, sed vetant leges Iouis.

vide Iunium prou. 92. Ceot. 7. Ouid. in Ibin:

Sisyphe cui tradas reuolubile pondus habebis.

Dvrivs *in terris nihil est quod viuat amante.*] *Durius* vel nomen, vel aduerbium. Si nomen, est miserius, laboriosius. Ouid. 1. Met.

Inde genus durum sumus, experiensque laborum.

Virg. 1. Georg.

Vnde homines nati durum genus.

Caluus: *Durum rus fugis & laboriosum.* Si aduerbium, *quod viuat durius.* id est, duriote condicione, & asperiore. Eadem dilogia in *viuat*, *Quod viuat in terris, nihil est durius amante.* id est, nullum animal. *& nihil est in terris, quod quidem viuat, amante durius.* nam inanima, vt saxa, adamas, ferrum, duriora sunt. *In terris*, vt eleg. 2. sup.

Cur hac in terris facies humana moratur.

Nec, *modo si sapias, quod minus esse velis.*] Anastrophe, pro, *si modo sapias.* vt eleg. 18. lib. 1. *Si modo sola queant saxa tenere fidem.* & *sapias*, quod tamen nefas in amore. *hoc est enim dare operam vt cum ratione insanias. quod minus esse velis*, quod minus eligas, si optio detur: & est apostrophe ad absentem.

Qvem *modo-felicem inuidia admirante ferebant*
Nunc decimo admittor vix ego quoque die.]

Sic eleg. 18. lib. 1.

Qui modo-felices inter numerabar amantes
Nunc in amore tuo cogor habere notam.

De inuidia eleg. 12. lib. 1. *Inuidia fuimus.* & eleg. 25. infra.

Inuidiam quod habet non solet esse diu.

Admirante inuidia, dictum vt Horat. sat. 1. libr. 2. *inuita fatebitur vsque Inuidia.* & dicta est inuidia ab inuidendo. id est, intuendo & admirando. Cic. 3. Tusc. *Ergo modo felix vsque ad inuidiam, nunc miser vsque ad misericordiam*: nam nihil miserabilius quam ex beato miser. *ferebant*, vel prædicabant, vel tollebant in cœlum. Alij libri: *ferebam*, vt ad ea referatur initio eleg. 15. sup. *O me felicem.* &c. & eleg. 8. libr. 1.

Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis.

Admittor, recipior domo & lecto. dixi ad eleg. 16. libr. 1. vers. 19. *Decimo quoque die.* non temere sic ait: nam astu meretricio tractabat Propertium ob denarias ceremonias, de quibus dictum sup. ad illud eleg. sup.

Non quia septenas noctes. &c.

Decimo quoque die, vt Attius Prometheo

Nunc tertio me quoque funesto die

A *Tristi aduolat.*

Nvnc *iacere è duro corpus iuuat, impia, saxo.*] ex desperatione ad præcipitium, vt apud Virg. ecl. 8.

Præceps aërij specula de montis in vndas
Deferar.

Plaut. Trioummo sc. 1. act. 2. *Nam qui in amore præcipitauit, peius perit quam si saxo saltat.* alludit autem ad Leucadiam petram & saltum Sapphicum. è saxo deijciuntur etiam sontes, quod Plutarch. ἐκ πέτρας Ταρπηΐας καταῤῥίπτειν. & *è saxo Tarpeio deijcere*, Liuius. Nonius *Togularia*,
B apud Festum in *Quisquiliæ* de homine improbo. *Abi deturba te saxo, homo non quisquiliæ.* id est, non nauci. Horat. sat. 6. lib. 1.

Tune Syri Dama, aut Dionysî filius, audes
Deijcere è saxo ciues, aut tradere Cadmo?

Theocrit. Id. 3. plane vt hic noster

Τὰν βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τηνῶ ἁλεῦμαι.

& ipse eleg. 26. infra.

Iamque ego conabar summo me mittere saxo.

& Ouid. ep. 2.

Hinc mihi suppositas immittere corpus in vndas
Mens fuit, & quoniam fallere pergis, erit.

C *Iuuat.* id est, libet. vt eleg. 4. lib. 1.

Sunt maiora quibus Basse perire iuuat.

Virg. 4. Æneid.

Sic sic iuuat ire sub vmbras.

quia mors scilicet vita dulcior. *Impia*, vel, crudelis, vel periura: vt eleg. 9. sup.

At tu non vna potuisti nocte vacare,
Impia.

Svmere *& in nostras trita venena manus.*] notum de terendi veneni more Phocionis apophthegma: cum enim eius socij in carcere exhausissent omne tritum venenum, & negasset carnifex se aliud triturum nisi sibi duodecim argenti drachmæ numerarentur,
D amicum quempiam orauit Phocion, vt sua causa eam solueret pecuniam; *Quando*, inquit, *Athenis ne gratis quidem mori licet.* Sed alij libri: *Tetra.* vt & eleg. 24. infra.

Tetra venena libens, & naufragus ebibat vndas.

Sumere in manus venena, est poculum capere & tractare, vt bibas, quod eleg. 1. sup. dixit, *tangere poculum.* Cornel. Tacit. lib. 2. de veneno, sic xit *Mortem sponte sumptam. Sumere in manus*, vt Cic. 2. Tusc. *Epicurum & Metrodorum nemo fere, præter suos, in manum sumit.* & Plaut. Capt. sc. 1. act. 4. *Sumere in ventum confidentiam.*

Nvnc *licet in triuijs sicca requiescere luna.*] in triuijs pernoctaot interdum amantes, vt
E dixi ad eleg. 16. libr. 1. vers. 40. *licet*; necesse est, cogor, vt eleg. 9. sup. vers. penult. *Sicca luna.* Turneb. cap. 11. libr. 17. *sicca* exponit, *decrescente*, ex Plinio cap. 9. libr. 17. *fimum*, inquit, *terræ miscere plurimum refert, fauonio flante, ac luna sitiente.* Mox. *Quocumque tempore facere libeat, curandum vt ab occasu æquinoctiali, flante vento fiat, lunaque decrescente ac sicca.* Sed cur *sicca* potissimum *luna* dixit? quia sub id tempus ventus magis sæuire solet. Horat. oda 25. libr. 1.

Thracio bacchante magis sub inter-
Lunia vento.

Aridior etiam siccior & ieiunior luna videatur fortasse, quod tunc radijs solis careat. nam πῖν ὕδωρ ποιεῖ τὴν, inquit Anacreon. Aliter eleg. 18. infra.

Incipit & sicco feruere terra cane.

A V T *per rimosas mittere verba fores.*] sic eleg. 16. l. 1. vers. 27. *Traijcere voculam. Mittere verba*, vt ipse eleg. 7. lib. 4.

Spirauitque animos, & vocem misit.

& Horat. in arte.

Nescit vox missa reuerti.

Q V O D *quamuis ita sit, dominam mutare cauebo.*] non committam, vt aliò amores transferam. *mutare dominam*, vt eleg. 12. lib. 1. *mutare calores*. sic Varro cap. 2. lib. 2. de re rust. *dominum mutare*. Scaliger ridiculè ex coniectura: *Domina mutire*. & cum ait: *Quod quamuis ita sit*. Idem valet quod *Quare*, & est colligentis, vnde sæpe in epilogis Ciceronis: *Quæ cum ita sint*. dixit etiam: *Quod cum ita sit*, pro Cæcinna.

T V M *flebit cum in senserit esse fidem.*] id est planè cognorit experta cum suo dolore me certum & constantem fuisse. vt eleg. 23. libr. 3.

Vngue meam morso sæpe querere fidem.

& eleg. 12. lib. 1.

Mi neque amare aliam, neque ab hac discedere fas est, Esse mihi fidem, dictum, vt Lucan.

Nulla fides, pietasque viris qui castra sequuntur.

AD ELEGIAM XVIII.

Ad Cynthiam.

A S S I D V Æ *multis odium peperere querelæ.*] id est, amoris loco causa odij fuere. vt Terent. Andria. *veritas odium parit*. vide notata ad eleg. 18. libr. 1. vers. 23. *Odium pro gratia redditur*, inquit Cornel. Tacitus. queri autem ideo non audent amantes. vnde eleg. 1. lib. 1.

Sit modo libertas quæ velit ira loqui.

& eleg. 18. lib. 1. abit in solitudinem; vt queri possit:

Hæc certè deserta loca & taciturna querenti.

huc pertinet illud Albinouani ad Liuiam.

Regna Dea immitis parce irritare querendo.

F R A N G I T V R *in tacito fœmina sæpe viro.*] Cum puella videt amatorem tacere, mutire, & omnia pati, licet durissima, vincitur. vt eleg. 5. supra.

Omne in amore malum, si patiare, leue est.

& eleg. 10. lib. 1.

At quo sis humilis magis, & subiectus amori, Hoc magis effectu sæpe fruare bono.

Frangi dicuntur ingenia natura dura, vt flecti mollia. ipse eleg. 18. infra:

Frangitur & Iuno, si qua puella perit.

Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Desistas lacrymare puer, non frangitur illa.

Cic. in Bruto: *Iniuria accepta, fregit tamen C. Gracchum patientia Octauius. frangi in aliquo*. vt eleg. 4. sup. *Gaudeat in puero.*

S I *quid vidisti semper vidisse negato.*] *si quid* obscœnum aliquid notat. Ouid.

Cur aliquid vidi? cur lumina noxia feci?

notauimus plura ad eleg. 4. sup. vers. 2. Est autem prouerbiale oxymoron, vt apud Plaut. in Milite. sc. 1. act. 2. *Quod viderit, non viderit.* & Terent. Eunuch. act. 4. sc. 4. *Quod scis nescias: & inaudi. Quod scis, nescias, si sapis.* Ouid. 2. de art. am. in hanc sententiam.

Dicta erit isse foras: cū tu fortasse videbis: (eā domi) *Isse foras, & te falsa videre puta.*

& Tibul. eleg. 2. lib. 1.

Si quid & imprudens aspexerit, occulat ille. &c.

A V T *si quid doluit, forte dolere nega.*] Ouid. 2. de arte am. eadem mente:

Riualem patienter habe: victoria tecum Stabit: eris magni victor in arte Iouis.

Q V I D *si iam canis ætas mea candeat annis?*] Increpatio & argumentum à comparatione minorum, vt eleg. 9. sup.

Quid si longinquos retineret miles ad Indos?

& eleg 9. lib. 1.

Quid si non esset facilis tibi copia?

Canis ætas mea candeat annis, senectute ego canescam. Sic Tibull. eleg. vlt. lib. 1.

Sic ego sim: liceatque caput candescere canis. vet. lib. *Caneat*, vnde canesco. & liber Scaligeri: *Caueret* tertia coniugatione, vt eleg. 1. libr. 1. *Annuet*, pro, annuit. alioqui erit enallage temporum & modorum. Cani anni, ob *capitis niues*, vt loquitur Horatius. Sic Catull.

Smyrnam in cana diu sæcula peruoluent.

E T *faceret scissas languida ruga genas.*] id est, ruga flaccida scinderet, siue sulcaret faciem. *Facere scissum*, pro scindere, vt Plaut. Amphitr. *Facere fugam*, pro fugere. & alibi: *Concinnant orbas liberis oues*; pro, orbant. Lucillius, opinor, apud Ciceronem 2. de Orat. *Quid Decius nuculam? an confixum vis facere, inquit:* id est, configere. Idem apud Sosipatrum: in Mu. *Non laudare hominem quemquam, neque Mu facere vnquam*, id est, mutire. Varro apud Nonium in *Elixum*. *In humu calceos facit elixos*, pro, elixas. Attius apud Festum in *Vastum*.

Iam hanc vrbem ferro vastam faciet Peleus. id est, vastabit, vbi fallitur Festus. Ouid. eleg. 8. libr. 1. Am.

Quinetiam discant oculi lacrymare coacti: Et faciant vdas ille vel ille genas.

pro, vdefaciant, madefaciant. & ipse elegia 12. libr. 1. *facere moram*, pro, morari. *facere tepidas vias*: pro, tepefacere: eleg. 7. lib. 4. *facere nuda pectora*, pro, nudare. eleg. 8. libr. 3. *Genas.* Plin. cap. 37. libr. 11. *Infra oculos malæ sunt, quas Prisci genas vocabant.*

A T *non Tithoni spernens Aurora senectam Desertum Eoa passa iacere domo est.*

Apta verba dissimilitudini, *At non*, vt ostenstensum elegia 15. libr. 1. vers. 9. *Aurora*. Varro 6. de ling. Lat. Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igne solis tum aureo aër aurescit. *Spernens Tithoni senectam.* id est Tithonum senem, vt vers. 2. ante *ætas mea*. & Iuuenal. sat. 4. *Crispi iucunda senectus*. *Non passa* est, non finit, vt elegia 13. libr. 1.

Nec tibi præteritos passa est succedere fastus.

Iacere desertum, solum, in viduo lecto siue

cælibe. vt eleg. sup. vers. 3. *Eoa domo*, in regia sua, in extremo oriente. vt eleg. 6. libr. 1.

Domos Memnonias. Apud Homer. Iliad. 20. Tithonus dicitur filius Laomedontis. & in hymno Veneris ab aurora raptus, cui impetrauit immortalitatem, sed oblita petere perpetuam iuuentam. Eustathius ad primum vers. Il. λ. Tithonum sumi ait pro sene laborioso & ærumnoso. vnde prouerb. τιθωνοῦ γῆρας. quod Suidas refert: κατὰ γηρασθέντος τιθωνοῦ βαθύγηρος. tangit & Lucian. καὶ ὑπὲρ τιθωνὸν ἔζη ὁ γέρων. Horat. oda 16. lib. 2.

Longa Tithonum minuit senectus.

& oda 28. libr. 1.

Occidit & Pelopis genitor conuiua Deorum,
Tithonusque remotus in auras.

Ipse eleg. 25. infra.

Siue ego Tithonus, siue ego Nestor ero.

Arist. Chius in libro de senectute, propter viuacitatem, induxerat personam Tithoni, vt ait Cic. in Catone maiore. Ouid. 6. Fast.

Iam Phryx à nupta quereris Tithone relinqui.

& Varronis satyra *Tithonus*, περὶ γήρως. Seruius ad illud 1. Georg.

Tithoni croceum linquens aurora cubile: conuersum ait in cicadam.

C ILLVM *sæpe suis decedens fouit in vlnis.*] decedere est peracto suo tempore & munere abire, & alteri cedere, vt prætores & Procoss. solent. Virg. ecl. 3.

Et sol decedens crescentes duplicat vmbras.

& ecl. 8.

Frigida iam cælo noctis decesserat vmbra.

Fouit in vlnis, admouit gremio eum amplexa, vt frigentem calefaceret. Albin. ad Liuiam.

Frigida nec fouit membra tepente sinu.

Virg. 1. Æneid. *Et fotum gremio.*

Ipse eleg. 22. infra:

Altera me cupidis teneat, foueatque lacertis.

D Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Nescio quem tacita callida nocte fouet.

Fouet in vlnis, vt Catull. epigr. ad Coloniam:

——*nec sapis pueri instar*
Bimuli, tremula patris dormientis in vlna.

vlnæ ἀπὸ τῶν ὠλένων, inquit Seruius. id est, brachijs, vnde λευκώλενος ἥρη.

QVAM *prius abiunctos sedula lauit equos.*] anastrophe, pro, priusquam. vt Plaut. Asin. sc. 4. act. 2. *Quam credidi anno post exegi.* id est anno postquam. & Virg. in Copa.

Quid iuuat æstiuo defessum puluere abesse,
Quam potius bibulo decubuisse toro?

E & Ouid. eleg. 9. lib. 4. Trist.

Hoc quoque quam volui plus est.

Sedula, satagens & festinans desiderio nimio. de quo verbo dictum ad illud eleg. 3. lib. 1.

Luna moraturis sedula luminibus.

Lauit equos. opere perfecto moris est lauare equos sudori & pulueri abstergendo, & lassitudini simul. Tibull. eleg. 5. lib. 2.

Solis anhelantes abluit amnis equos.

& eleg. 4. libr. 3.

Iam nox æthereum nigris emensa quadrigis.

Ouid. 4. Fast.

Mundum, cæruleo lauerat amne rotas.

A *Postera cum cælo motis Pallantias astris*
Fulserit, & niueos luna lauarit equos.

Ipse eleg. 11. libr. 4.

Romanos sanguine (Tolumnij) *lauit* (Cossus) *equos.*

Callimach. εἰς λουτρὰ vers. 9. & seqq. Valer. Max. cap. 8. lib. 1. *Castor & pollux suum equorumque sudorem ad lacum Iuturnæ abluisse visi sunt.* Auroræ autem modo bigas tribuunt, cum suis equis scilicet vehetur: modo quadrigas, cum equis Solis. Virg. 6. Æneid.

Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium ætherio cursu traiecerat axem.

B quod explicandum ex libr. 5.

——*nouamque serena*
Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant.

Homer. Odyss. ψ.

Λάμπον & Φαέθονθ', οἵ τ' ἠῶ πῶλοι ἄγουσι.

Idem 7. Æneid. ——*& æthere ab alto*
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Ipse eleg. 13. libr. 3.

Quos Aurora suis rubra colorat equis.

Apul. lib. 6. Asini. *Aurora commodum inequitante.* *Abiunctos.* sic rectè Scaliger, quod & olim putaram. nam iungere, abiungere, interiungere, verba sunt aurigatum. Iunguntur equi ad
C opus: abiunguntur, cum opere soluuntur: interiunguntur, cum recreantur cibo ad tempus. Virg. 3. Georg.

——*It tristis arator*
Mærentem abiungens fraterna cæde iuuencum.

vet. gl. Abiugassere ἀποζεῦξαι.

Illum ad vicinos cum amplexa quiesceret Indos,

Vicinos Indos vocat.

Quos Aurora suis rubra colorat equis.

vt ait ipse eleg. 11. lib. 3. vnde Ouid.

Proximus Eois colligit Indus aquis.

Horat. oda 2. libr. 1.

Siue subiectos Orientis oris Seras & Indos.

D Virg. 3. Æneid. ——*Tendere ad Indos,*
Auroramque sequi.

MATVROS *iterum questa redire dies.*] Ouid. quærens maturius redire auroram, eleg. 13. lib. 1. Amor. contrà scribit:

Illum dum refugis (Tithonum) *longo quod marcet*
Surgis ad inuisas à sene mane rotas. [*ab æuo,*

Iterum redire, rursus oriri. τὸ *Iterum* vacat. vt & eleg. 33. infra.

Tristia iam redeunt iterum sollennia.

sic Virg. 4. Æn. ——*rursusque resurgens*
Sæuit Amor. & Terent. in Prologo Hecyræ. *Iterum referre.* (fabulam.) *Maturos dies*, an ce-
E leres, & suo iudicio nimium properantes, vt maturare interdum, pro, celerare? an tempore suo quasi Orientes, & prope adultos, vt *matura virgo.* translatum à fructibus. Auson. in Rosa:

Errabam riguis per quadra, & compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.

Sic *maturi partus* Horatio. & *maturis solibus* Virg. 1. Georg. id est, *feruidis & magnis*, inquit Seruius.

ILLA *Deos, currum conscendens, dixit iniquos.*] id est, iniquitatem Deorum accusauit, à quibus surgere cogeretur à voluptate sua ad la-

borem. Sic Calypso apud Homer. l.5. Odyss.

Σχέτλιοί ἐστε θεοί, ζηλήμονες ἔξοχον ἄλλων.

Virg. *Atque Deos, atque astra vocat crudelia mater.*

INVITVM *& terris præstitit officium.*] id est, ipsa inuita reduxit diem, quod ipsius munus est, & officium, vt eleg. 15. lib. 2.

Fletum inuitis ducere luminibus.

Officium præstare, dixit eleg. 22. infra:

Aspice vt is cœlo modo Sol, modo Luna ministret.

& eleg. 14. lib. 3. *Luna ministrat iter.* Officium est quod quis efficere debet, vt Aurora dilucu-lum: id autem à quoque exigitur. vnde Sol apud Ouid. 2. Met. sic ait:

Poscimur, & fulget tenebris aurora fugatis.

& mox:

Datque animum in luctus, & luctibus adijcit iram,
Officiumque negat mundo.

Officium scilicet Daduchi:

CVM *maiora senis Tithoni gaudia viui,*
Quam grauis amisso Memnone luctus erat.] *Cum*, pro, quandoquidem, vt eleg. 6. sup. vers. 15. & *Cum erat*; pro cum esset. qua de locutione vide Seruium in 2. Æneid. Sententia itaque est: Ex viuo Tithono, licet sene, plus voluptatis capiebat, quam mæroris ex mortuo filio. Memnon Auroræ filius. Virg. 1. Æneid. De luctu Auroræ eo amisso. Ouid. in epiced. Tibulli:

Memnona si mater, mater plorauit Achillem.

& 13. Metam.

Non vacat Aurora, quanquã ijsdem fauerat armis,
Cladibus & casu Troiæque Hecubæque moueri.
Cura Deam propior, luctusque domesticus angit
Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achillea pereuntem cuspide mater.

ac mox:

Luctibus est Aurora suis intenta, piasque
Nunc quoque dat lacrymas, & toto rorat in orbe.

& el. 13. lib. 1. amor.

Quò properas Aurora, mane: sic Memnonis vmbra
Annua sollenni cæde parentet auis.

De rebus gestis à Memnone legendus Q. Calaber. Higin. fab. 112.

CVM *sene non puduit talem dormire puellam.*] Alludit ad colorem Auroræ, quæ à Næuio in Alcestide. *Pudoricolor* vocatur apud A. Gell. cap. 7. lib. 19. vt filius eius *Memnon Nocticolor.* Ouid. quoque el. 13. lib. 1. amor.

Iurgia finieram, scires audisse; rubebat:
Nec tamen assueto tardior orta dies.

Pudendus autem amor senis. Ouid.

Turpe senex miles, turpe senilis amor. Tibull.

Iam subrepet iners ætas, nec amare decebit.

& alibi: *Et senis amplexus culta puella fugit.* Plaut. in Bacchid. *Odiosum est mortem amplexarier.* id est, senem. *Talem puellam.* tam formosam. & *puella* de Dea Aurora, vt el. 11. lib. 3. *Lydia puella*; de regina.

ET *canæ toties oscula ferre comæ.*] Si *coma* legimus, vel synecdoche erit, pro cano capiti. vel simpliciter de comæ osculo intelligemus, vt Apuleius lib. 2. Asin. *Qua fine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illic suauium impressi.* Si *genæ*, vel malis, vel oculis ipsis.

AT *tu etiam Iuuenem odisti me perfida, cum sis*
Ipsa anus haud longa curua futura die.] *Etiam*,

A pro adhuc, & quod magis est. *Odisti me Iuuenem.* Fugis me vigentem membris præuiridantibus. sic el. 1. sup. vers. 73.

Nostræ spes inuidiosa iuuentæ.

Cum sis ipsa anus, ideoque deformis. sic & el. 32. infra vers. 6. Cynthiam anum vocat. *Curua futura.* quia senectus inflectit corpus. Terent. Eunuch. *Incuruus, tremulus, labijs demissis gemens.* Ouid. 3. Met. de Iunone in anum versa:

Sulcauitque cutem rugis, & curua trementi
Membra tulit gressu. vide Fulgentium de prisco sermone in voce *Silicernios*, & Nonium in *Silicernium*. Hinc Plauti iocus in Curc. sc. 2.

B act. 1. de anu curua senio, & bibente: *Bibit arcus; pluet, credo, hodie.*

QVIN *ego deminuo curam, quod sæpe Cupido*
Huic malus esse solet, cui bonus ante fuit.] duo consolantur Propertium: vnum, quod mox anus facta Cynthia ei pœnas dabit: alterum quod sint amoris vices, & superba vicissim fastidietur. Ergo *quin*, pro quinetiam siue præterea, vt sup. eleg. 10. vers. 15. *Deminuo curam*, id ægritudinem meam leuat, hoc me recreat, reficit & consolatur. Horat. oda 11. lib. 4.

Minuentur atræ Carmine curæ. Eadem senten-

C tia est eleg. 9. lib. 1. vers. 23. vbi vide adnotata. *Cupido bonus & malus*, vt bona & mala fortuna. *Bonus.* lenis facilis, secundus. *Malus*, aduersus, difficilis, vt Plaut. Asin. sc. 2. act. 1. *Bene merenti mala es, male merenti bona es.* vide adnotata eleg. 10. lib. 1. vers. 28.

NVNC *etiam infectos, demens, imitare Britannos.*] *ὦ demens* est obiurgantis, vt eleg. 8. lib. 1. vers. 1. infra hac eleg. *Inepta. Britannos infectos*: Sic locutus & Cæsar 5. de bello Gallico: *Omnes se Britanni glasto inficiunt, quod cæruleum efficit colorem,* &c. pro *glasto*. ver. lib. *vitro.* vnde Faber in Semest. *Nitro.* Victorius, *Luteo.* Sed ex Plinio

D cap. 1. lib. 22. Patet rectum esse, *glasto. Simile Plantagini*, inquit, *Glastum in Gallia vocatur, quo Britannorum coniuges nurusque oblita.* Sed id colorem Æthiopum ait imitari. De Britannis Ouid. eleg. 16. lib. 2. amor.

Sed Scythiam Cilicasque feros, viridesque Britannos.

Et Mart. in Apophoretis, Lemmate 99. aliud est eleg. 3. lib. 4.

——pictoque Britannia curru.

LVNIS *& externo tincta nitore caput.*] Libidini indulges infectum caput habens peregrino colore & fuco. sic eleg. 15. lib. 1.

Et potes externos manibus componere crines.

E vbi vide adnotata. De Coma infecta Germanis herbis, & venali ante ædes Herculis, & Musarum Ouid. 3. de arte circa principium.

VT *natura dedit, sic omnis recta figura est.*] natiua forma cuique pulchra. vide in hanc sententiam totam eleg. 2. lib. 1. *Natura dedit*, vt eleg. 22. infra.

Vnicuique dedit vitium natura creato.

& eleg. vlt. lib. 4.

Mi natura dedit leges. *Recta figura.* honesta & pulcra forma quam mox bonam vocat hac elegia. vt enim candida pro formosa; sic & recta. Pars enim formæ est. Ipse eleg. vlt. huius libri:

Despicit & magnos recta puella Deos.

Turneb. cap. 12. lib. 26. docet rectum dici de simplici decore ex Cicerone & Seneca. eleganter Catull.

Quintia formosa est multis, mihi candida, longa,
Recta est, hæc ego sic singula confiteor.
Totum illud, formosa, nego.

TVRPIS *Romano Belgicus ore color.*] *Color Belgicus.* id est, Britannicus non decet faciem Romanam. *Color Belgicus*, mox *Caeruleus fucus* vocatur, quem esse Britannorum colorem artificiosum supra ex Cæsare docuimus. sic & *color*, pro, fuco. Senec. cap. 16. de Consol. ad Elb. *Faciem Lenocinijs & coloribus polluere.* *Belgas* autem pro Britannis posuit ob viciniam. Sic Virg. 3. Georg.

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Quæ & ipse eleg. 1. sup. *Esseda Britanna* vocat. Sic *Armenia tigres*, pro Hircanis; *Arabius bombyx*, pro, Sericus. Belgæ Galliæ populi à Matrona & Sequana ad Rhenum. vide Cæsarem lib. 1. belli Gallici. *Ore*, pro ori, vt el. 8. lib. 4.

Cum temere anguineo creditur ore manus.

ILLI *sub terris fiant mala multa puellæ.*] apud inferos dolores & cruciatus perferat. *Sub terris*, vt eleg. 3. lib. 3.

Sub terris sint iura Deûm.

vnde *subterranea regna*: Iuuen. *Fiant mala*, vt facere contumeliam & iniuriam.

QVÆ *mentita suas vertit inepta comas.*] τὸ *suas* per dilogiam & *vertit suas comas*, & *mentita suas.* id est, quæ suas esse finxit, cum alienæ essent, vel arte tinxit & naturam ipsam vertit. *Vertit comas*, vel omnino mutauit suis relictis & assumptis alienis. vt Virg. 12. Æneid.

Neu vocem mutare viros, neu vertere vestes.

ita dictum videtur, *vertere pellem*, vnde *versipelles*: vel colorem tantum vertit, velut è nigro rutilum faciendo, aut cæruleum. Tertullian. de cultu femin. *Video quasdam & capillum croco vertere.* *Inepta*, vt Ouid. 1. de arte amandi:

Quid toties positas fingis, inepta, comas.

Et propriè, quia non videt, quid sit aptum & decens. vide Ciceron. 2. de Orat.

DE *me mi certè poteris formosa videri.*] id est, quod ad me attinet, vt eleg. 32. infra:

Sed de me, minus est. Cic. ep. 12. l. 3. fam. *De me autem, suscipe paullisper meas partes.* & ep. 1. lib. 6. *De te autem ipso, Torquate, est tuum sic agitare animo.* & ep. 17. lib. 2. *De rationibus referendis, non erat incommodum te nullam referre.* An *de me mihi, certè*, &c. id est, tolle. non probo. *Certè*, pro saltem, vt eleg. 8. supra:

Certè vertuntur amores.

MI *formosa satis: si modo sæpe venis.*] palilogia. *Sæpe venis* videtur esse hyphen, vt eleg. 25. infr.

Excludit quoniam sors mea sæpe veni.

sic Virg. eclog. 7.

Sæpius at si me Lycida formose reuisas.

Venire & *vocari* verba stupri, vt *duci* & *perduci*. Scaliger aliter exponit; sed errat.

AN *si cæruleo quædam sua tempora fuco*
Tinxerit, idcirco cærula forma bona est?] argumentum à dissentaneis, vt eleg. 22. infra vers. 27. *Quædam*, contemptim, vt el. 13. lib. 1. vers. 7.

A *Tinxerit tempora*, infecerit comas, vel faciem. quid *tempora* alias adnotaui. *Fuco cæruleo*, *colore Belgico*, quem cæruleum esse, id est, subuiridem & glaucum docuimus supra. Seruius ad illud 7. Æneid. *Tot per vada cærula vexit. Cæruleum*, inquit, *est viride cum nigro, vt mare.* sane etiam viride subflauum, vnde *Cæruleus cucumis* eleg. 2. lib. 4. Quod Poëta de Britannis, id etiam de Indis commemorat Solin. *Indis*, inquit, *omnibus promissa cæsaries, non sine fuco cærulei, aut croceì coloris.* *Forma bona*, vt sup. *Recta figura.* sic el. 28. inf.

Palladis aut oculos ausa negare bonos.

Sueton. in Caligula cap. 33. *Quoties vxoris vel*
B *amiculæ collum exoscularetur; addebat: tam bona ceruix simul atque iussero, demetur.* & Terent. Andr. sc. 1. act. 1. *Adolescentulam forma bona* dixit.

CVM *tibi nec frater, nec sit tibi filius vllus:*
Frater ego, & tibi sim filius vnus ego.] παλιλογία insignis. sententia gemina germana dixit eleg. 11. lib. 1.

Tu mihi sola domus, tu Cynthia sola parentes.

& eleg. 6. supra:

Vxor me nunquam, nunquam me ducet amica
Semper amica mihi, semper & vxor eris.

Frater ego. nequitiæ verbum inquit Lipsius cap.
C 1. l. 2. Variar. sic & *Soror* Petronio. Ouid. non dissimiliter 10. Met. in fabula Myrrhæ:

Forsan & ætatis quoque nomine filia dixit:
Dixit & illa pater; sceleri ne nomina desint.

IPSE *tuus semper tibi sit custodia lectus.*] lectum, pro fide lecto coniugioque promissa. vt el. 6. supra: *Felix Admeti coniux, & lectus Vlyssis.* vbi plura exempla adnotaui. & *lectus*, inquit, quod is conscius sit. *Tibi sit custodia.* id est, te mihi pudicam seruet: nam, vt ait eleg. 6. sup.

——— nihil inuita tristis custodia prodest.

sic Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Nec sæuo sis casta metu, sed mente fideli
D *Mutuus absenti te mihi seruet amor.*

Lectus custodia, vt Persij sat. 5.

Cum primum pauido custos mihi purpura cessit.

NEC *nimis ornata fronte sedere velis.*] potest esse synecdoche, *ornata fronte.* nam dixit, *Tincta caput.* &, *Turpis Romano Belgicus ore color.* vel, vt eleg. 2. lib. 1. vers. 1. *Ornato capillo.* An simpliciter: *Ornata fronte*, quia frons gemmis ornabatur, tanquam corymbis. Bacchus apud Tibullum: *Sed varij flores, & frons redimita corymbis?* sic & contra dixit, eleg. 22. infra: *Puris in frontibus*, id est: omni ornatu carentibus. Quid verò est *sedere*? an lenta esse mihi. vt eleg. 14. sup.

E *Nec mihi ploranti lenta sedere potest?*

An *sedere*, in theatro conspici? eleg. 22. infra.

Candida non tecto pectore si qua sedet.

An quia *sedere*, vt *stare*, meretricium est: Plaut. Pœnul. *An ibi vis inter istas versarier Prosedas, pistorum amicas?* Ibid. *Quæ tibi olent stabulum, statumque & sellam & sessibulum merum.* Sedebant & mercenarij in foro, qui exspectabant, vt conducerentur, vt coquus in Pseudolo Plauti. *Velis sedere*, pro sedeas, vt eleg. seq. vers. vlt.

Absenti nemo non nocuisse velit.

pro, noceat. & el. 15. sup.

Atque vtinam hærentes sic nos vincire catena
Velles. & Ouid. in ep. Cydippes:

Si ladis quod amas, hostem sapienter amobis.
Me precor vt serues perdere velle velis.

& alia id genus passim.

CREDAM *ego, narranti noli committere famæ.*] id est, Caue committas, tuaque culpa facias, vt credam famæ, de te tuaque leuitate narranti. vel, Caue id tradas famæ seruandum, vt arcanum, & tanquam taciturae. narrabit enim, quia garrula est. vide eleg. 32. vers. 8. *Narrantem famam*, vt eleg. 20. lib. 3.

Et caput argutæ præbeat historiæ.

& inest in *committendi* verbo cum fide periculum. vt eleg. 10. lib. 1.

Accipe commissæ munera lætitiæ.

& eleg. 13. lib. 3.

Quid faciam? obductis committam mene tabellis?

Narranti famæ, pro garrulæ: nam vt ait Festus à fando dicta, vt φήμη Græcis ἀπὸ τῆς φάναι. Sed & interpungi potest. *Credam ego narranti*, tibi, scilicet. Quid? an custode te non egere? an te pudicam esse? an te satis ornatam & formosam esse?

ET *terram rumor transilit & maria.*] fama velocissimè totum orbem percurrit. *Maria & terras*, id est, omnia quæ homines peragrant. vt eleg. 6. lib. 1.

Seu pedibus terras, seu pontum carpere remis.

& Ouid. 12. Met.

Ipsa quid in cælo rerum, pelagoque geratur
Et Tellure videt, totumque inquirit in orbem.

Transilire, vt eleg. 20. infra:

Ferratam Danaes transiliamque domum.

Rumorem vero & famam confundit, quæ alij distinguunt: vt Cornel. Fronto: *Fama iudicat, Rumor tumultuatur.* De velocitate famæ Plautus apud Festum in Citior: *Nullam rem citiorem esse apud homines quam famam reor.* & Virg. 4. Æneid.

Fama malum quo non aliud velocius vllum.

vnde Cic. in ep. *Famam ipsam celeritate superare.*

AD ELEGIAM XIX.

Ad Cynthiam.

ETSI, *me inuito discedis, Cynthia, Roma,*
Lætor, quod, sine me, deuia rura colis.]

Quamuis me prope repugnante & tristi discedis, hoc tamen iucundum est, quod te in agros potissimum confers. miscet repugnantia: *Inuitus lætor*; vt M. Antonius initio epist. ad Hircium & Cæsarem, & Cicero initio ep. vlt. lib. 15. fam. *In ea voluptate hunc accepi dolorem.* Eiusdem argumenti est eleg. 32. infra, nisi quod ait non vrbem, sed conspectum suum Cynthiam fugere. Apud Tibull. eleg. 3. lib. 2. argumentum huic contrarium elegiæ. *Rura tenent*, &c. τὸ *Sine me*, non refertur ad, *lætor*: nam non lætatur id, sine se Cynthiam esse, & mox significat se adfuturum: sed ad, *Discedis sine me*. *Deuia rura*, à via turbaque hominum remota, *solos montes* & *solas syluas* mox vocabit. Iuuenal. sat. 14.

Inuenta per deuia rura lacerta.

Sic *deuia terra*, eleg. 16. lib. 3. vers. 28. & *deuia limina* el. 10. lib. 4. vers. 27. *Rura colis*, vt Tibull.

Rura colam rurisque Deos.

A & Virg. in Bucolicis: —*sordida rura*
Atque humiles habitare casas.

NVLLVS *erit castis Iuuenis corruptor in agris.*] nemo illic te corrumpet, & pudicitiæ tuæ insidiabitur, quia attenta ac pudica est vita rusticana; & in agris castè viuitur, quia illinc absunt otium & luxuria. vide Ciceronem pro Sex. Roscio. Virg. de Agricolis:

Casta pudicitiam seruat domus.

Horat. oda 2. epod.

Quod si pudica mulier in partem iuuet
Domum, atque dulces liberos, &c.

Tibull. tamen eleg. 1. lib. 2. Amorem in agris
B natum ait. *Corruptor*, adulter blandus. Iuuenal. sat. 1. —*nurus corruptor auaræ.* Cic. 2. in Catil. *Corruptor iuuentutis.* & 5. Verrin. *Corruptorem & adulteram adducere.*

QVI *te blanditijs non sinat esse probam.*] per quem tibi non liceat esse pudicæ. *Blanditijs*, muneribus, precibus, lacrymis, benignis verbis. eleg. 9. lib. 1.

Quisquis es assiduas, ô fuge blanditias.

vbi plura. *Non sinat.* ver. lib. *Non sinit.* à sinim, is; vt edim, edis. & sic apud Virg. accipiunt:

—*Haud ille sinit superi regnator Olympi.*

Sed est præsentis temporis. *Non sinat*, vt el. 2. l. 1.
C *Nec sinere in proprijs membra nitere bonis.*

Ouid eleg. 9. lib. 2. de Ponto:

Vanas non sinit esse preces. & in ep. 1.
Forsitan & narres quam sit tibi rustica coniux,
Quæ tantum lanas non sinat esse rudes.

Mart. ep. 87. lib. 11. *Non sinit esse truces.* *Probam*, pudicam. Ouid. eleg. 13. lib. 3. amor.

Sit tibi mens melior, saltemque imitare pudicas:
Teque probam, quamuis non eris, esse putem.

NVLLA *neque ante tuas orietur rixa fenestras.*] negationes duæ pro vna Græcorum more, pro, nec vlla. sic Virg. eclog. 5.

—*nulla neque amnem*
D *Libauit quadrupes.* Plaut. Asin. sc. 3. act. 1. *Neque quod velim, neque nolim magni facitis.* & Epidico sc. *Male*, in fin. *Neque ille haud obijciet mihi.* Idem Bacchid. *Neque ego haud committam.* Cicero pro Murena. *Viri non esse, neque exorari, neque placari.* Solent autem amantes non ianuam tantum amicæ, sed etiam fenestras pulsare noctu. Horat. oda 25. lib. 1.

Parcius iunctas quatiunt fenestras.

ipse eleg. 20. lib. 3.

Nec flenti, dominæ patefiant nocte fenestræ.

& eleg. 7. lib. 4.

E *Et mea nocturnis trita fenestra dolis.*

NEC *tibi clamatæ somnus amarus erit.*] eleg. 16, lib. 1. vers. 22. *Tristis somnus*, qui hîc *amarus*, *Clamata*, sæpe & cum clamore vocatæ. vt eleg. 17. lib. 1. *Clamasset puluere nomen.* De hoc more eleg. 14. sup. 21.

SOLA *eris, & solos spectabis, Cynthia, montes.*] ἐναλλαγὴν cum mutatione generis & casuum. sic eleg. 7. sup.

Tu mihi sola places, placeam tibi, Cynthia, solus.

Solos montes, incultos. Virgil. 11. Æneid.

Pastorum & solis exegi montibus annum.

& Tibull. eleg. 2. lib. 1.

In solo pascere monte pecus.

ET *Pecus.*] greges. Horat. oda 2. epod. de hoc spectaculo:

Has inter epulas vt iuuat pastas oues
Videre properantes domum,&c.

ET *fines.*] vel priuatorum terminos, vel pagi & omnium villarum simul.

PAVPERIS *agricolæ.*] inopis coloni. Horat. oda 14. lib. 2.

Siue reges, siue inopes erimus coloni.

& oda 35. lib. 1.

Te pauper ambit sollicita prece
Ruris colonus.

ILLIC *te nulli poterunt corrumpere ludi.*] vt eleg. 8. lib. 1.

Nam me non vllæ poterunt corrumpere tedæ.

Ludi, spectacula & theatra & circus. vnde stuprorum examina, vt docet Tertull. in lib. de Spectac. Ouid. 1. de arte:

Sed tu præcipuè curuis venare theatris,
Hæc loca sunt votis fertiliora tuis.
Spectatum veniunt, veniunt spectentur vt ipsæ,
Ille locus casti damna pudoris habet.

& eleg. 1. lib. 2. Trist.

Ludi quoque semina præbent Nequitiæ.

ipse eleg. 9. lib. 4.

Colla caue inflectas ad summum obliqua theatrum;
Nec cum lasciuum sternet arena forum.

Iuuenal. sat. 6.

Porticibusque tibi monstratur femina voto
Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames.

FANAQVA *peccatis plurima causa tuis.*] quæ tibi stupri occasionem sæpissime obtulerunt. vnde Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Quis locus est templis augustior? hæc quoque vitet,
In culpam si qua est ingeniosa suam.

& lib. 1. de arte amandi:

Nec fuge Niligenæ Memphitica templa Iuuencæ,
Multas illa facit, quod fuit ipsa Ioui.

Quid *fanum* dixi eleg. 6. sup. vers. 35.

ILLIC *aßidue tauros spectabis arantes,*
Et vitem docta ponere falce comas.] id est, putati, non tantum auelli fraudes: quia etiam sine falce carpuntur & auelluntur frondes ac pampini, quæ *pampinatio* dicitur Columellæ cap. 27. lib. 4. vt illa *putatio.* Virg. 11. Æneid.

——*posuitque comas & brachia ferro.*

Ouid. 11. Metam.

——*positis te frondibus arbor.*
Tonsa comas luxit.

sic *ponere vngues*, Horat. de stringendis, putandisque vitibus. vide Virg. 2. Georg. *Docta falce*, id est, falce docti & periti vinitoris. sic eleg. 30. infra:

Et medius docta cuspide Bacchus erit.

Stat. 1. Thebaid. ——*& pollice docto*
Stamina purpurea sociauerat aurea tela.

Tibull. eleg. 1. lib. 2.

Illic indocto primum se exercuit arcu.

Scaliger legit *doctam*, vt iungatur cum verbo *ponere.* sic eleg. 3. sup.

Par Aganippeæ ludere docta lyræ.

Vitem doctam, quæ didicit, siue adsueuit putari. Tibull. lib. 4.

Hic & colla iugo didicit submittere taurus
Et lenta excelsos vitis conscendere ramos.

A De falce vinitoria, quæ *sarpa* dicitur, quia sarpere, purgare, lege Columellam cap. 25. lib. 4.

ATQVE *ibi rara feres inculto thura sacello,*
Hœdus vbi agrestes corruet ante focos.] *ibi* est temporis aduerbium, pro, tunc, vt & *vbi*, pro, cum. *Feres*, offeres, dabis, vt dixit eleg. 10. supra vers. 24. sic Albin. ad Liuiam: *Thura ferenda rogo. Thura rara*, quia raro adolentur inquit Beroaldus. Rara enim tura non sunt, quia adulterata paruo constant, vnde *vilia tura* eleg. 10. sup. vers. 24. An *rara*, quia quotannis semel offerebant, vt apud Tibull.

Hic ego Pastoremque meum lustrare quotannis,&c.

B An potius quot mensibus? Tibull. eleg. 3. li. 1.

At mihi contingat patrios celebrare penates:
Reddereque antiquo menstrua tura Lari.

Virg. ecl. 1. de sacris menstruis rusticorum:

Bis senos cui nostra dies altaria fumant.

Horat. oda 13. lib. 3.

Cœlo supinas si tuleris manus
Nascente Luna, rustica Phidyle:
Si ture placaris, & horna
Fruge Lares, auidaque porca,&c.

Inculto sacello, an inornato, vt sunt sine ornatu rustica sacella? an quia *Desertis cessãt sacraria lucis.* vt ait eleg. 11. lib. 3. & eleg. 6. sup.

C *Sed non immerito velauit aranea fanum:*
Et mala desertos occupat herba Deos.

De sacellis vrbanis ipse eleg. 3. lib. 4.

Flore sacella tego.

De rusticanis hoc loco, & Virg. eclog. 3.

Et quo, sed faciles nymphæ risere sacello.

Quod Donatus exponit de luco violato. Cic. 2. de leg. *Lucos in agris habento & Larium sedes.* Ergo hîc sacella in lucis. Festus: *Sacella, Dijs sacrata loca sine tecto.* De hoc verbo Gellius cap. 12. lib. 6. qui ridet Trebatij Etymon. *Hœdus*, capellæ fœtus, qui Fauno immolabatur in sa-

D cellis & lucis. Horat. oda 4. lib. 1.

Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis
Seu poscat agna, seu malit hœdo.

& oda 18. lib. 3.

Si tener pleno cadit hœdus anno.

Varro 4. de ling. Lat. *Hircus, quod Sabini fircus, & quod illic fedus, in Latio rure hedus, quod in vrbe, vt in multis a addito, hædus. Corruet*, mactabitur. *Ante focos*, vt eleg. 6. lib. 4.

Et cadat ante meos icta iuuenca focos.

& Virg. 1. Æneid.

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

Agrestes focos, aras rusticorum. vnde aræ & fo-

E ci coniungi solent. sic eleg. 6. lib. 4.

Terque focum circa laneus orbis eat.

id est, circum aram. an *agrestes* propter Faunum: Ouid. 4. Fast.

——*nec dum degrandinat, obsit*
Agresti Fauno supposuisse pecus.

An *focos*. id est, Lares & Penates? ipse eleg. vlt. lib. 4. ——*nec vlla*
Labe mea nostros erubuisse focos.

PROTINVS *& nuda choreas imitabere sura.*] id est, continuo & sine intermissione choreas duces, exemplo Nympharum: & arte facies, quod illæ natura. sic Virg. ecl. 5.

Saltantes satyros imitabitur Alphesibœus.

Et ipse supra eleg. *Imitare Britannos.* Hinc mimi ac ludij, ab imitatione Simij dicti Ausun.

Daphnen & Nioben saltauit Simius idem,
Ligneus vt Daphne, saxeus vt Niobe.

Nuda sura, non pede nudo; sed cothurno induta ad summam suram vsque habitu Nympharum. de quo plura dixi ad illud Catulli:

Mollia nudatæ tollentem tegmina suræ.

Sura, γαστροκνήμιον; quod ex altera parte tibiæ, vulgo: *Le moller de la iambe.*

OMNIA *ab externo sint modo tuta viro.*] sic eleg. 7. lib. 1.

Sint modo fata meis mollia carminibus.

Externo viro, adultero eleg. 6. sup. vers. 6. & eleg. 5. libr. 1. vers. antepenult. Ouid. in ep. Parid. ——*Si bona magna putares*

Quæ tenet, externo crederet illa viro?

Tuta, defensa ac munita, vt el. 6. sup. vers. 40.

Quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.

IPSE *ego venabor: iam nunc me sacra Dianæ*
Suscipere, & Veneri ponere vota iuuat.]

sic Virg. 8. Æneid.

Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam.

& Cic. ep. 15. lib. 3. ad Attic. *Sed tu tantum lacrymas præbuisti dolori meo, quod erat amoris, tanquam ipse ego. Iam nunc*, sine mora. Horat. oda 6. lib. 3.

Fingitur artubus Iam nunc.

& in Arte Poëtic.

Vt iam nunc dicat, &c. Ipse el. vlt. lib. 4.

Discite venturam iam nunc sentire senectam.

Suscipere sacra Dianæ, est vouere & polliceri capita vel cornua aprorum, aut ceruorum, quod mox explicat, & *reddere pinu Cornua.* qui suscipit sacra, sibi quiddam oneris imponit, quia pollicetur se sacra facturum, & id debet. vnde infra eleg. 28.

Munera Dianæ debita redde choro.

Afranius *Excepto*, apud Nonium in, *Operari: Vt operatum illum Dianæ degerem sanctum diem.* Idem ibidem: *Soluo operam Dianæ.* Diana autem venationis præses: Virg. ecl. 7. & Æneid. 9. & Ouid. in Met. de verbo, *suscipere*, vide plura ad eleg. 9. supra vers. 25. *Et Veneri ponere vota.* Ludit præter exspectationem. suscipiam sacra Dianæ, & vota ponam Veneri, vt Seruius in Aulul. Plauti: act. 4. sc. 2. *Si reperero, ô fides,*

Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Id adeo tibi faciã: verũ ego mihi bibam, vbi id fecero.

Veneri, & ob communem amantium tutelam: & ob tutelam hortorum, Varro & Festus. *Ponere vota*, vt eleg. 10. sup. vers. 22.

Ponitur hic imos ante corona pedes.

INCIPIAM *captare feras.*] hoc est quod dixit, *venabar.* Nam capto, θηρεύω. Captatur, venator, θηρευτής: vet. gloss. & *Captare* est insidiantis. ideo sequitur, *Excipere lepores.* Vim verbi captare explicat Plaut. in Amphit. *Tu si me impudicitiæ captas, non potes capere.* Et duo genera venationis tangit, vi & fraudibus: Vi, *audaces monere canes*: fraude, *excipere lepores.* Virgil. 1. Georg.

Tunc laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum. Horat. oda 2. epod.

Aut trudit acres hinc & hinc multa cane
Apros in obstantes plagas:

A *Aut amite leui rara tendit retia,*
Turdis edacibus dolos:
Pauidumque leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia. vbi de venatione inter voluptates rei rusticæ.

REDDERE *pinu cornua.*] vt promissa debita Dianæ figere sacræ ei arbori, pinui scilicet. nam *reddere*, est soluere, etiam in sacris. vt eleg. 28. infra:

Munera Dianæ debita redde choro.
Redde etiam excubias Diuæ nunc: &c.

Horat. oda 7. lib. 2.

Ergo obligatam redde Ioui dapem.

B & oda 17. eiusd. libri: ——*reddere victimas*

Aedemque votiuam memento. Cornua vero ferarum figebantur à venatoribus voti reis, vt ostendi ad illud Catulli:

Cornigeram sudanti cortice pinum.

vnde Apuleius lib. 1. Florid. *Aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus redimita.* Dianæ etiam ara, vt & Apollinis, è cornibus structa. Ouid. in ep. Acontij:

Miror & innumeris structam de cornibus aram.

Pinu, pro pinui, vt eleg. 1. sup. *Manu*, pro manui vers. 66. *Pinus* autem non tantum sacra Pani, vt Virg. eclog.

C *Hîc arguta sacra pendebit fistula pinu:*

Sed etiam ipsi Dianæ. vt apud Horat. oda 22. lib. 3. ——*montium custos*

Imminens villæ tua pinus esto.

AVDACES *ipse monere canes.*] id est, acres & animosos, vt Virg. *Acrem* modo, & modo *audacem Turnum* vocat. Idem:

——*genus acre luporum, Atque canum.*

Monere canes, est clamore in feras incitare: Ouid. dixit 10. Met.

Per iuga, per syluas, dumos & saxa vagatur:
Hortaturque canes. & in ep. Phedræ:

D *Hortari celeres per iuga summa canes.* sic & Apuleius lib. 8. *Canes sibilationibus & huiusmodi vocibus in aliquem inhortari.*

NON *tamen vt vastos ausim tentare Leones.*] sic eleg. 13. sup. vers. 5.

Non vt Pieriæ quercus mea verba sequantur.

Ausim, dixi eleg. 5. vers. 24. sup. *Tentare*, aggredi, & conatum habere vehementem nocendi, vt diximus ad illud eleg. 12.

Intactos isto satius tentare veneno. Et coniunctũ cum periculo: vt apud Horat. *Tentabo hospitorum.* Et *Aërias tentasse domos.* Palmerius ex vet. lib.

E *Temerare. Vastos leones.* referendum ad vires ingentes omnia sternentes, vt *vasto impetu* apud Horat. & Ouid. 10. Met.

Impetus est fuluis & vasta leonibus ira.

vbi Venus Adonin monet ne leonibus aut apris congrediatur. Mart. epig. 6. Amphit.

Prostratum Nemees & vasta mole leonem.

sic lego. sic Virg. 5. *Vasta vires.*

AVT *celer agrestes cominus ire sues.*] celeritate opus est, & agili motu corporis in aprorum venatione. vnde Horat. oda 12. lib. 3.

Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

Cominus ire, congredi. Ipse eleg. 1. lib. 3.

Fluminaque Aemonio cominus isse viro.

Ouid. 5. Fast,

At postquam virtus annis adoleuit, in apros
Audet, & hirsutas cominus ire feras.

& in fragmento Halieutici:

Ipsa sequi natura doces (feras) *vel cominus ire.*

Stat. 3. Thebaid. *—— qui cominus ausus*
Vadere contemptum regis. id est, ipsi præsenti nec rectè dicere. Propert. el. 1. li. 4. absque *Cominus* dixit:

Vel licet armatis hostis inermis eas.

De ratione cominus vel eminus figendi feras Marcilius ex Polluce in Martialem. *Agrestes suos*, id est feros. vt eleg. 33. infr. *Agrestis figura.* & el. 9. lib. 3. *Syluestre vber. Syluatici sues* dicuntur Varroni apud Nonium in *Venabulum*. vide
B Plin. cap. 53. lib. 8. sunt & *semiferi sues* dicti *hybridæ* Plin. Audaces autem sunt qui & apros & leones ire audent cominus. vide Plin. cap. 40. lib. 8.

H Æ C *igitur mihi sit lepores audacia molles*
Excipere.] *mihi*, pro mea, vt el. 17. lib. 1.

Nec mihi Cassiope solito visura carinam.

Ea est audacia tuta & digna Propertio, lepores ex insidiis adoriri & capere; id enim est excipere. Virg. eclog. 3.

Non ego te vidi Damonis pessime caprum
C *Excipere insidijs.* Cic. pro Sex. Roscio: *Arbitrantur isti vos hic tales viros sedere, qui excipiatis eos, qui è suis manibus effugerint.* vide Seruium & Nonium in *excipere*. *Excipere*, venatorum est, vt ἄγχεσθαι Græcis. *Excipi* etiam dicuntur apri, cum venabulis transeuntes figuntur Horatij oda 12. lib. 3. *Lepores molles* dicuntur maximè proprio epitheto, non ob villorum, sed ob ingenij mollitiem. *Molles* enim imbelles, vt el. 3. lib. 4. *Et texit galea barbara molle caput.* Catull. *Animasque molles.* Eodem sensu Apuleius Florid. 1. dixit: *Leporem meticulosum.* Hotat. oda 2. epod. *Pauidum.* Ouid. 5. Fast.

D *Est illi preda benigna lepus.* Mollities autem leporum ad parum viros trásfertur. vnde apud Terentium: *Lepus tute es, & pulpamentum quæris?* quod à Græcis petitum Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ. Ideo Veneri sacer lepus. Philostrat. in imaginibus. & apud Ouid. 10. Met.

—— tutaque animalia præda;
Aut pronos lepores; aut celsum in cornua ceruum:
Aut agitat Damas. Apris autem & leonibus Venus abstinet.

E T *stricto figere auem calamo.*] figere est, configere, confodere. Attius Philocteta: *Figebat tardus celeres, stans volantes.* Virg. 6. Æneid.

E *Fixerit Aeripedem ceruam.* Iuuenal.

Cum tener vxorem ducet spado, Mauia Tuscum
Figat aprum. *Stricto calamo.* id est, sagitta districta & emissa. vt *stricto gladio* Cic. 1. Phil. Sueton. in Caligula cap. 53. *Stringere telum lucubrationis.* Virg. 12. Æneid.

Pars gladios stringunt manibus. Calamus, pro sagitta, quia calamis populi orientis bella conficiunt, vt scribit Plin. cap. 36. lib. 16. Horar. oda 15. lib. *Calami spicula Gnosii.* Virg. 3. eclog.

—— cum Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos. Est & calamus piscatorius, de quo eleg. 2. lib. 4.

Suppetat hoc, pisces calamo prædabor.

A Tibull. *Hac captat arundine pisces.* Beroaldus monet exponi posse de genere aucupij, quo auceps calamos sublatos auibus subiiciebat, de quo Martialis lib. vlt. ep. 218.

Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales,
Pallida dum tacita crescit arundo manu.

& lib. 13. ep. 68.

Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

& Silius:

Sublimem calamo sequitur crescente volucrem.

Ac nescio an eodem pertineat, quod scribit eleg. 13. lib. 3.

Siue petas calamo præmia, siue cane.

B & eleg. 2. lib. 4.

—— sed arundine sumpta
Faunus plumoso sum Deus aucupio.

Petron. Arbiter. *Ecce etiam per antemnam pelagiæ consederant volucres, quas textis arundinibus peritus artifex tetigit.* pro *structo* vet. lib. *Structo*, vt calamorum sit ordo & series.

Q V A *formosa suo Clitumnus flumina luco*
Integit, & niueos abluit vnda boues.] Seruius in illud 2. Georg. *Hinc albi Clitumne greges. Clitumnus*, inquit, *fluuius in Menania, quæ pars est Vmbriæ in Hetruria, cuius aquas animalia quæ potauerint, albos fœtus creant.* Ipse el. 22. lib. 3.

C *Hîc Anio Tiburte fluis: Clitumnus ab Vmbro*
Tramite. Silius:

Et lauat ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus Taurum. Iuuenal. sat. 12.

Læta sed ostendens Clitumni pascua sanguis.

vbi interpres: *Fluuius qui Treuis ciuitatem Flaminiæ interfluit.* Hunc Clitumnum intelligit eleg. 20. libr. 1.

Hunc tu siue leges vmbrosa flumina sylua. Sueton. in Caligula cap. 43. *Cum ad visendum nemus, flumenque Clitumni Menaniam processisset.* *Quâ*, regione scilicet vel parte. *Integit flumina*, opacat vm-
D bra arborum. sic el. 23. infra: *Quâ porticus illam*
Integit. vnde *integumenta*. Scaliger id explicat de specu Clitumni. *Formosa flumina*, flumen suũ amœnum. sic *formosis vndis* eleg. 20. lib. 1. vers. 41. vbi vide adnotata. *Suo luco*, Cornel. Tacit. lib. 1. Annal. sub fin. Lucos ait & aras patriis amnibus dicari consueuisse. vide infra eleg. vlt. vers. 67. Si *sua* retinemus quod est in lib. quibosdam c. & l. seq. producunt breuem. *Et niueos abluit vnda boues.* id est, abluendo candidos facit, quam uis non ablutione, sed ipso potu candidi reddi scribantur. Plin. cap. 103. l. 2. *In falisco, omnis aqua pota candidos boues facit. in*
E *Bœotia amnis Melas, oues nigras: Rufas iuxta Ilium Xanthus, vnde & nomen amni.* Stat. 1. Syluar. Soter. pro Rutil. Gall.

Aut præstent niueos Clitumna noualia tauros.

Alij fœtus eius gregis qui inde biberit candidos effici tradunt. Seruius loco prænotato.

T V, *quoties aliquid conabere, vita, memento*
Venturum paucis me tibi luciferis.] *τὸ aliquid* est stupri, vt eleg. 4. vers. 2. dictum. & *conabere* dictum, vt ab Horatio:

—— incestos amores
De tenero meditatur vngui.

Aliquid conabere, parabis peccare: vt Tibulli eleg. 9. lib. 1.

Nec tibi

Nec tibi celanti fas sit peccare, paranti
Sit Deus, occultos qui vetet esse dolos.
Paucis luciferis, intra paucos dies. sic Catull.
Cœnabis bene, mi Fabulle, apud me
Paucis, si tibi Dij fauent, diebus.
Cic. ep. 17. lib. 5. ad Attic. *Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas.* & mox: *Paucis diebus perscribam ad te omnia. Luciferi*, vt *soles*, pro diebus. Tibull. eleg. 3. lib. 1.
Hoc precor: hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roseis candida portet equis.
sic *postera aurora.* Virg. 4. Æneid. pro, die postero. Ouid. 1. Fast.
Non habet officium lucifer omnis idem.
& 2. Fast.
Quintus ab æquoreis nitidum iubar extulit vndis
Lucifer. Ibidem:
Nec tamen hoc vltra, quam quot de mense supersunt,
Luciferi.

S I C *me non vlla poterunt auertere syluæ.*] simile illi Virg. 3. Georg. de amore equarum:
Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem
Ascanium, superant montes, & flumina tranant.
& Ouid. eleg. 9. lib. 1. de amante:
Ibit in aduersos montes, duplicataque nimbo flumina, &c. *Sic*, an ea condicione? an vicissim? an itaque, vt eleg. 16. lib. 1.
Sic ego nunc dominæ vitijs. Aliâs, *hic*, legitur, id est, tunc, vel ruri. *Solæ syluæ*, eoque formidabiles, vt Virg. 11. Æneid.
——— *inga longa petebat*
Solorum nemorum. *Auertere*, absterrere, prohibere, vt eleg. 22. lib. 3.
Quod mihi non patrij poterant auertere amici.

N E C *vaga muscosis flumina fusa iugis.*] flumina ipsa fundi à Diis eorum præsidibus vrna finguntur. Virg. Æneid. 7.
Cælataque amnem fundens pater Inachus vrna.
Muscosis iugis, musco circumlitis. sic eleg. 30. infra: *Rosida muscosis antra subire iugis.* Virg. ecl. 7. *Muscosi fontes.* vbi Seruius: *Muscosi, lanugine viridiore cooperti.*

Q V I N *ego in assidua mutem tua nomina lingua.*] id est, quo minus varie te & continuo appellem, mutatis verbis: mea Cynthia, mea lux, mea vita, mea voluptas, mel meum, meum corculum, meæ deliciæ, mei lepotes. Sic el. 15. supra dixit: *Vario amplexu mutamus brachia.* id est, variè modo hac, modo illac nos amplectitur. An vt Terent. Andr. & Phorm. *Commutare verba*, de iurgio & altercatione. id est, modo tibi blandiar his verbis, mea lux, mea vita: modo irascar illis verbis: leuis, perfida, impia, improba? An mutem tuum nomen. id est, Cynthia cum syluis & fluminum ripis mihi respondentibus, vt eleg. 18. lib. 1.
Sed qualiscumque es, resonent mihi, Cynthia, syluæ:
Nec deserta tuo nomine saxa vacent.
Sunt qui, *mutem*, exponant versem. id est, frequenter habeam in ore. Palmer. legendum putat *mussem*: sed errat, non enim mussare vult, sed plenis tibiis agere, inuocans Cynthiam, vt in exemplo eleg. 18. sup. An *mutem nomina*, vt Ouid. 2. Fast.
Brutus adest, tandemque animo sua nomina fallit.

A B S E N T I *nemo non nocuisse velit.*] id est, si tum à te absfuero omnes habeam infensos. *Nemo non*, vt eleg. 5. supr. *Nec non aliquid.* vers. 15. Cicero pro Murena: *Non nemo est in hac vrbe. Non nemo in curia.* ver. lib. *Ne nocuisse velit*, pro, ne noceat, vt eleg. 18. supr. dictum vers. antepenult. vel, *ne*, siue, *ni*, idem quod non: Seru. & Donat. Scaliger duas negationes ait positas pro vna. ita: *Absenti tibi, ô Cynthia, nemo noceat.*

AD ELEGIAM XX.

Ad Cynthiam.

Q V I D *fles abducta grauius Briseide?*] vide adnotata ad eleg. 8. supr. vers. 29.

A N X I A *captiua tristius Andromachâ?*] querulam eam inducunt Poëtæ, vt Homer. Iliad. 22. & 24. Euripid. in Andromacha. Ouid. eleg. 3. lib. 4. Trist. vers. 29. & 30. & Virg. 3. Æneid. ab eo versu: *Nate Dea vixisse.* Et, ab illo:
O felix vna ante, &c. Indidem forte contigisse Pyrrho dicitur:
——— *quæ sortitus non pertulit vllos.*

Q V I D V E *mea de fraude Deos insana fatigas?*] id est, propter me Deos obtundis tuis querelis? vt eleg. vlt. lib. 4.
Sat tibi sunt noctes quas de me Paule fatiges.
An in me, vt Virg. 6. Æneid.
Cui tantum de te licuit?
De fraude mea, ob meam noxam, culpam, crimen. Virg. 9. Æneid.
——— *mea fraus omnis.* ipse el. 4. lib 3.
Iram non fraudes esse in amore meo.
vide Vlpian. *L. aliud. de verb. sign.* & in *L. cum autem. §. Excipitur. de ædil. edict.* & Seruium in 11. Æneid. *Fatigas Deos*, Diis ipsis molesta es. nam assiduæ querelæ pariunt odium. Sic Horat. oda 2. lib. 1. *Prece fatigent.* Liuius lib. 23. *Fatigatus Campanorum precibus.* Afranius apud Nonium in *supplicijs*: *Nullam profecto accessi ad aram quin supplicijs, donis, precibus, plorans, obsecrans, nequicquam defatigarem.* sic dicitur & *obtundis*, & *enecas. Insana*, amens animi præ ira, quia *molliter irasci non solet*, vt ait eleg. 5. lib. 1. &, *Ira furor breuis est.*

Q V I D *quereris nostram sic cecidisse fidem.*] alio modo eleg. 23. lib. 3.
Vngue meam morso sæpe querere fidem.
Sic, ita, valdè, prorsus. Virg. 1. Æneid.
——— *sic vertice cæli Constitit.* idem l. 12.
Sic omnes amor vnus habet decernere ferro.
id est, adeo, & omnino. nam nihil præcessit. Sallust. in Catil. *Sic quisque hostem ferire, murum conscendere. Cecidisse fidem*, nullam vim habere amplius, periisse. vt eleg. 3. supr.
——— *cecidit spiritus ille tuus.*
& Liuius lib. 6. *Haud irrita cecidere minæ.* Alio sensu Cicero pro lege Manilia dixit: *Solutione impedita Romæ fidem concidisse.*

N O N *tam nocturna volucris funesta querela*
Attica, Cecropijs obstrepit in folijs.]
Sic eleg. 3. supr. *Nec me tam facies*, &c. *Nocturna querela*, cantu querulo, quem noctu fundit,

vt *nocturna Cytais* eleg. 4. supr. *Funesta volucris*, quæ hic dicatur incertum. An noctua, quæ γλαυκῶπις γλαύξ, Arato? est enim auis Attica, & insigne Atheniensium; eaque nota percussi nummi Atheniensium. notum prouerbium, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. *Funesta* enim *noctua*, non volatu, quo felix, vnde prouerbium, *Noctua volat*; sed cantu. Ipse el. 3. lib. 4.

Sunt in finitimo gemitus flans noctua ligno.

Ausoo. *Cecropijs ignota sonis ferale sonans v.* Plaut. Menech. *Noctua Tou Tou canit.* vnde hic querela & ea nocturna. An Philomela & Luscinia, quæ flebiliter gemit, *infelix auis* ea dicitur Horat. oda 12. lib. 4. & eadem Attica, Pandionis filia, & noctu etiam queritur apud Virg. 4. Georg.

Qualis populea mærens Philomela sub vmbra
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
Integrat, & mæstis latè loca questibus implet.

Catull.

Qualia sub densis ramorum concinit vmbris
Daulias absumpti fata gemens Ityli.

De Progne & hirundine Beroaldus exponit, ridiculè: cum hirundo non canat in folijs, neque sedeat in arboribus. merito autem cum Lusciola mulierem confert ob garrulitatem. vnde Plautus: *Metuendum non est ne luscinia desuat cantio. Obstrepit*, strepitu suo facit, ne cetera audiri possint. vt eleg. 16. lib. 1. vers. antepen. *Cecropijs in folijs*, ao in ramis oleæ, quæ quæ Cecropia & Attica arbor? an cuiusuis arboris Attici soli? *Cecropia folia*, vt eleg. 33. infra: *Cecropij coloni.* vide Plin. cap. 56. lib. 7.

NEC *tantum Niobe bis sex ad busta superba*
Sollicito Lacrymans defluit à Sipylo.] de numero liberorum Niobes varia traduntur. Homerus sex mares & totidem feminas liberos Niobes facit libr. vlt. Iliad. Item Stat. 6. Thebaid.

— geminis Niobe consumpta pharetris
Squalida bissenas Sipylon deduxerat vmbras.

Higin. fab. 11. & Apollodor. lib. 3. septem mares & septem filias nominant, quibus Ouidius concinit 6. Metam. vbi hanc fabulam narrat. item Auson. ep. 27.

Bis septem natis genitrix læta atque superba
Tot duxi mater funera, quot genui.

Hesiodus decem mares & decem feminas facit, vt idem ait Apollodot. Herodot. duos mares & tres feminas. Addit Apollodorus Amphiona è maribus, & è feminis Chlorin seruatos. & Telesillam Poëtriam duas filias incolumes scripsisse, Amyclam & Melibœam. Cicero 3. Tuscul. *Niobe fingitur lapidea propter æternum in luctu silentium. bis sex ad busta*, ad duodecim natorum funera. vt eleg. 1. lib. 4.

Namque meam seruant nunc duo busta fidem.

Ibidem sequitur, *duo funera. Superba*, quæ ante superba fuerat. De eius superbia vide Ouid. loco prænotato, vbi vel hic versus insolentiam eius indicat, eum ait:

Maior sum quam cui possit fortuna nocere.

& in ep. Acontij.

A *Quæque superba parens, saxo per corpus oborto.*
Stat. 3. Thebaid.

— magniloquos luit impia flatus
Tantalis.

vide & Ælianum lib. 12. & Auson. loco antedicto: *Lacrymans defluit.* id est, flendo tota liquitur, & manat perpetuo fletu. Palmer. ex vet. lib. *Lacrymas depluit.* sed deplorare finem, pluuiæ significat, vt detonare, degrandinare. *A Sipylo sollicito.* epitheton rei mutæ, & simul hypallage, pro ipsa Niobe sollicita. vt eleg. 16. lib. 1.

Sollicitas trimo permulare moras.

Permiscet autem fabulam; in Sipylo Niobe B eum flet, longè abest à liberorum bustis, quæ ad Thebas. Apollodor. lib. 3. Αὐτὴ δὲ Νιόβη Σίπυλον πόλιν ἐλθοῦσα, πρὸς τὸν πατέρα Τάνταλον ἧκεν εἰς Σίπυλον, κἀκεῖ Διὶ εὐξαμένη τὴν μορφὴν εἰς λίθον μετέβαλε, & χεῖται δάκρυα νύκτωρ & μεθ' ἡμέραν τῷ λίθῳ. Homer. Iliad. lib. vlt.

Νῦν δέ που ἐν πέτρῃσιν, ἐν οὔρεσιν οἰοπόλοισιν
Ἐν Σιπύλῳ, ὅθι φασὶ θεάων ἔμμεναι εὐνὰς
Νυμφάων, αἵτ' ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐρρώσαντο,
Ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει.

Ouid. 6. Metamorph.

— intra quoque viscera saxum est.
C *Flet tamen, & validi circumdata turbine venti*
In patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant.

Higin. fab. 9. de Niobe: At genitrix liberis orba, flendo lapidea facta esse dicitur in monte Sipylo. Sipylum vrbem subuersam regnante Tantalo scribit Strabo lib. 1. & 12. *Sipylum*, inquit Plinius cap. 29. lib. 5. *antea Tantalis vocabatur, caput Mæonia; vnde dicti Magnetes à Sipylo.*

ME *licet aratis adstringant brachia nodis.*] *Me adstringant* referri potest ad lictores & lorarios, vt *me brachia*: vel lictorum brachia me adstringant: vel *me astringant brachia*, pro mihi astrin-D gant homines lorarij. ἑλληνισμὸς vt eleg. 1. sup.

Idem Caucasea soluet de rupe Prometheï
Brachia.

Plaut. Capt. sc. 5. act. 3. *Astringite isti vehementer manus. & me*, pro mi. id est, mihi. Lucillius apud Festum in *me*, pro mihi.

Nunc ad te redeo, vt quæ res me impendet, agatur.

Ennij autem exemplum nec rectè adducit:

Si quid me fuerit humanitus, vt teneatis.

vel *me* vacare potest, vt Lucret. libr. 1. ex vet. lib.

Quippe etenim quam multa tibi me fingere possim.

Et in Brissonij formulis: *Quando ego me esse desie-*E *ro. Aeratis*, pro æreis, vt mox: *aratas catenas.* & eleg. 32. infra: *Aerato muro.* & eleg. 1. lib. 4. *Aerata pila.* id est, sphæra ænea, de qua Claudianus. sic *auratis catenis*, pro aureis eleg. 1. sup. *Nodis.* catenis. vt Virg.

— & centum vinctus aënis
Post tergum nodis.

SINT *mea vel Danaës condita membra domo.*] Fabula est apud Horat. oda 16. libr. 3. Meminit & Homer. Il. ξ. Pindar Pythiis, Sophocles in Antigona. Higin. fab. 63. Ouid. 4. Metamorph. Terent. Eunuch. act. 3. sc. 5. Apollodor. lib. 2. Ipse eleg. 32. infra:

Aerato Danae circumdata muro.

Mea membra, pro ego, vt eleg. 16. lib. 3.

Non timeo audaces in mea membra manus.

Sic *mea præcordia, mea ossa, mea ira, mea mors*, identidem. *Condita*, inclusa. vt dicitur, *Condi in carcerem*. & τὸ *vel*, exempli causa, vt hîc infra:

Tunc me vel tragicæ vexetis Erynnyes.

& eleg. 3. supra:

—— pro qua vel obiret Achilles
Vel Priamus.

In *te ego & æratas rumpam, mea vita, catenas,*
Ferratam Danaës transiliamque domum.] vet. lib. *In te ego ferratas*, &c. sup. vers. 9. dixit: *æratos nodos*. *rumpam*, perfringam, vt el. 15. sup.

Sanguinis & cari vincula rupit amor.

Transiliam domum. vt el. 18. sup. vers. vlt. *Transilit maria*. *Ferratam*, ferream. Ouid. eleg. 7. lib. 3. Amor.

Dum meretes aberat, durus pater, ipsa seuera.
Ærati postes, ferrea turris erat.

Turris Ænea. Horat. oda 16. lib. 3. & Ouid. el. vlt. lib. 2. Amor. Sophocles in Antigona vocat αὐλὰς χαλκοδέτους. id est, septa ære vincta. *Lapideum murum* Higio. fab. 63. Apollod. loco anted. ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον. Plaut. Persa. act. 4. sc. 4. huc alludit: *Proinde tu tibi iubeas concludi ædes foribus ferreis. Ferreas ædes commutes; limina indas ferrea. Ferream seram, atque anilum.*

De *te quodcunque ad surdas mihi dicitur aures.*] quidquid mihi de te narratur, narratur surdo. Ratio est in eleg. 16. sup.

Turpis amor surdis auribus esse solet.

Tv *modo ne dubita de grauitate mea.*] id est, cõstantia & fide. Sæpe Cicero ita loquitur. & 3. de finibus vtrumque coniungit: *Grauitas animi atque constantia*. Idem alibi ludit eo verbo ex translatione: *Homo non tam auctoritate grauis, quam corpore.*

Ossa *tibi iuro per matris & ossa parentis.*] id est, religiosè affirmo, & quasi Deo teste. Sanctissimum iurisiurandi genus per cineres & ossa. Sueton. de claris Rhetoribus de C. Albutio Silo: *Iura per patris matrisque cineres, qui inconditi iacent*: &c. Stat. 5. Thebaid.

—— iam ponere manibus aras
Concessum, & multum cineres iurasse sepultos.

Ouid. ep. 3.

Per tamen ossa viri subito male tecta sepulcro
Semper iudicijs ossa verenda meis, &c.

Sic apud Titum Liuium lib. 3. C. Claudius Appium decemuirum orat per fratris sui & parentis eius manes. Tibull. eleg. 7. lib. 2.

Parce immaturæ tua precor ossa sororis.

& ipse el. vlt. li. 4. *Testor Maiorum cineres.*

Si *fallo, cinis, heu, sit mihi vterque grauis.*] formula & quasi sanctio pœnæ, & imprecatio addi solita iuriiurando: *Si quid mentior*, vt adnot. ad el. 15. lib. 1. vel: *Si fallo*; &, *Si sciens fallo*. Cicero in Lucullo. Festus in *Lapidem*. ipse el. 7. & vlt. lib. 4. *Cinis vterque*, pro vtriusque, vt el. 8. supr. *Vterque cruor*. & *cinis*, pro manibus, vt eleg. vlt. lib. 4.

Hac cura & cineri spirat inusta meo.

Sit mihi grauis, infestus & iratus. vt el. 7. lib. 3.

Antonique graues in sua fata manus.

A Martial. epigr. 85. lib. 11.

Non iracundus fecit grauis vnguibus vxor.

Addidit, *heu*, quia ad mentionem suorum, quos amisit, ingemuit, vt eleg. 24. inf. vers. 36.

Me *tibi ad extremas mansurum, vita, tenebras.*] *tibi*, pro tuum, vt el. 17. lib. 1. vers. 3. dictum: & *ad tenebras* ambiguè. vel etiam apud Orcum, qua de re eleg. 19. lib. 1. vel ad vsque atram diem, & ad mortem vsque. *Tenebræ*, pro morte & inferis. Tibull.

Iam veniet tenebris mors adoperta caput.

Catull. *At vobis male sit malæ tenebræ.* sic *nox*, pro morte eleg. 15. sup. *Extremas*, exposui ad el. 11.
B sup. vers. 4.

Ambos *vna fides auferet, vna dies.*] vterque simul pari fide, & fato efferemur. Dilogia in verbo *Auferet*; nam dies aufert, non fides. sed fides ipsa aufertur, vt eleg. 11. sup. vers. 4. persimile est illud eleg. 28. infra:

Vna ratis fati nostros portabit amores.

Eiusdem est argumenti & oda Horatij 17. l. 2. *Vna dies*, vt Lucret. lib. 5. *Tria talia texta*
Vna dies dabit exitio.

Quod *si nec nom[illegible]nre me tua forma teneret,*
Posset seruitium mite tenere tuum.] sic eleg. 4.
C lib. 1. cum forma & ingenuo colore coniunxit multis decus artibus. & eleg. 20. lib. 3.

Est tibi, forma potens, sunt castæ Palladis artes,
Splendidaque à docto fama refulget auo.

Nomen, pro decus & fama vt dixi eleg. 1. sup. vers. 21. *Forma*, facies candida, de qua eleg. 3. sup. *Teneret*, fixum haberet clauo Cupidinis, *Cepisset* dixit eleg. 1. lib. 1. sic el. 7. lib. 4.

Si te non totum Chloridos herba tenet.

Seruitium mite, iusta & clemens seruitus, vt ait Terent. in Andria. Hæc autem per assentationem & ad tempus dicuntur. Contra enim eleg. 5. lib. 1.

D *Tum graue seruitium nostræ cogere puellæ*
Discere. & eleg. 15. lib. 3.

Tum modo seruitio vacuum me siste superbo.

Septima *iam plenæ deducitur orbita lunæ:*
Cum de me & de te compita nulla tacent.] septima orbita, septimus lunæ cursus; septimus mensis. sic eleg. 25. infra:

Septima quam metam triuerit arte rota.

An septimos dies, quia dixit eleg. 16. sup.

Non quia septenas noctes seiuncta cubaris.

Stat. 3. Syluar. in lacrymis Etrusci:

—— nec iniussa toties redit orbita lucis.

E Sed verius est, septimus hic vertitur mensis. *Orbita*, pro rota & curriculo, vt *vestigium*, pro pede. nam orbita ab orbe rotæ dicta, vt ait Isidor. lib. 15. Virg. 3. Georg.

—— iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Pro *orbita*, *signa rotæ* dixit eleg. 1. lib. 4. An *orbita*, pro orbis. id est, sidus ipsum rotundum, vt Virg. in Ætna:

Solis scire modum, & quanto minor orbita lunæ est.

Et Seneca cap. 10. lib. 7. Nat. Quæst. *Lunaris orbita*. & Stat. 3. Thebaid.

Et asfurto propior premit orbita luna.

Et *orbis solis* eleg. 5. lib. 3. & *rota solis* Lucretio. *Plena Luna*, cum orbe pleno fulget tota radiis

solis illustrata. Ipse eleg. 3. lib. 3.

Qua venit exoriens, qua deficit: vnde coactis
Cornibus in plenum menstrua luna redit.

Deducitur, ad extremum ducitur, vt à carceribus ad calcem. sic Ouid.

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

sic eleg. 15. lib. 3.

Tertius, haud multo minus est, cum ducitur annus.

An *deducitur*, quia, cum plena est, deduci eius lumen, ac minui incipit, vt *deducere stamina*, & *vocem & versum*. id est tenuare? alio modo *deducta Luna* eleg. 1. lib. 1. *Cum*, ex quo eleg. 16. supra vers 33. *Compita nulla tacent.* sic Ouid. el. 1. lib. 3. Amor.

Nequitiam vinosa tuam conuiuia narrant,
Narrant in multas compita secta vias.

Aiunt, non tacent; pro, nihil aliud homines in compitis loquuntur. *Compita*, pro ipsis hominibus. Horat. sat. 3. lib. 2.

Vnde frequentia Mercuriale
Imposuere mihi cognomen compita.

Compita inquit Varro 5. de lingua Lat. *quod multa via in vnam competant & conuenerant.* Seruius: *Compita, triuia & quadriuia.* Ouid. 1. Fast.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Seruet vt in ternas compita secta vias.

Tacent de me: vt Catull.

Lesbia mî dicit semper male: nec tacet vnquam
De me.

INTEREA *nobis nonnunquam ianua mollis.*] contrarij argumenti est eleg. 16. lib. 1. & el. 17. vers. 12. vix decimo quoque die se admitti scripsit.

NONNVNQVAM *lecti copia facta tui.*] id est mihi per te licuit tuum cubile scandere. *Nonnunquam*, vt in eleg. 14. & 15. sup. *Copia*, obscœnè, vt eleg. 6. lib. 3.

Cui nunc si qua data est furanda copia noctis.

& eleg. 33. infra:

Eleuat assiduos copia longa viros.

Ouid. 3. Met.

Ante, ait, emoriar quam sit tibi copia nostri:
Rettulit illa nihil, nisi sit tibi copia nostri.

Terent. Phorm. act. 1. sc. 2. *Obsecrat, vt sibi eius faciat copiam.*

NEC *mihi muneribus nox vlla est empta beatis.*] contra eleg. 8. sup. vers. 11. *Munera quanta dedi.* *Nox empta*; id est, voluptas nocturna. sic eleg. 5. lib. 4. *Complexu empto.* & *oscula empta* eleg. 13. l. 3. vbi & *nox pretiosa* dicitur. vide eleg. 16. supra vers. 15. *Muneribus beatis*; id est, amplis, qualia beati & diuites solent dare. Catull.

Ne amplius à misera dona beata petat.

sic Ouid. 2. Fast.

Parua petunt Manes: pietas pro diuite grata est
Munere. & Horat. oda 25. lib. 1.

Icci beatis nunc Arabum inuides gazis.

QVIDQVID *eram, hoc animi gratia magna tui.*] hoc est. Id totum beneuolentiæ tuæ acceptum fero. vide adnotata ad eleg. 11. lib. 1. versu 26. *Gratia*, ἡ χάρις, beneficium, cuius gratia comes. Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Gratia magna Ioui. Plaut. Capt. sc. 5. act. 3.
Ab eo petito istam gratiam. ibid.
Quod bonis bene fit, ea gratia grauida est bonis.

A Terent. Hecyr. act. 3. sc. 3. *Hanc gratiam te, vti sibi des, rogat.*

CVM *te tam multi peterent, tu me vna petisti.*] de multitudine ea vide eleg. 6. sup. vers. 1. & seqq. *Tu me vna petisti*, sola solum. & videtur voluisse dicere, me vnum petisti. de verbo *petere* dixi ad el. 9. sup. vers. 23.

POSSVM *ego natura non meminisse tuæ?*] Egone, inquit, vnquam in animum inducam, vt obliuiscar tam benigni animi & liberalis ingenij? Sic Homer. Iliad. 10.

Πῶς ἂν ἔπειτ Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

quod Attius Νυκλάγροια vertit apud Nonium in
B accusatiuo, pro genitiuo: *An ego Vlyssem obliuiscar vnquam, aut quemquam præponi velim?* Virg. 4. Æneid.

—— neque ne meminisse pigebit Elyssæ
Dum memor ipse mei.

TVNC *me vel tragicæ vexetis Erinnyes.*] tragicæ, quales inducuntur in tragœdiis, Oreste, Alcmæone, Pentheo, Athamante. *Erinnyes*, furiæ, Eumenides. dictæ vel ἀπὸ τοῦ ἐριννύειν, quod est Arcadibus furere, vel ἀπὸ τοῦ ἐρύειν τὸν νοῦν, id est, à corrumpenda mente. Pausan. in Arcadicis: σεμναὶ θεαὶ, dicuntur Atheniensibus, idem in Atticis. vbi ait Æschylum primum finxisse im-
C plicitos earum crines serpentibus. Hesiod. in Theogonia, Telluris filias facit è Cœli genitalibus.

ET *me inferno damnes Æace iudicio.*] id est, sententia apud inferos lata sontem videri & parum cauisse pronuncies. *Inferno iudicio*, vt eleg. 9. lib. 1. vers. 20. *Inferna rota.* De Æaco ipse eleg. vlt. lib. 4.

Aut si quis posita iudex sedet Æacus vrna
In me sortita iudicet ossa pila. Ouid. 13.
Æacus huic pater est, qui mea silentibus illic
Reddit, vbi Æoliden saxum graue Sisyphon vrget.

D Horat. oda 13. lib. 2.

Quam penè furuæ regna Proserpinæ
Et iudicantem vidimus Æacum.

Apollod. hunc Iouis & Æginæ filium & seruare claues Plutonis ait lib. 3.

ATQVE *inter Tityi volucres mea pœna vagetur.*] id est, ego damnatus ac addictus supplicio, siue ego cruciarius vager & verser inter vultures Tityi. sic eleg. 7. lib. 3. *Argenni pœna.* id est, ipse morte affectus & submersus. & *nostra vita.* id est, mihi viuo. *Meis lacrymis.* id est, mihi lacrymanti. & alia id genus passim. *Vagetur*, nusquam consistat, huc illuc versetur. Sed vet.
E lib. *Mea penna vagetur* id est, mea auis, meus vultur, mihi infestus, vt dicitur: *Deo irato meo*, & *meus carnifex.* *Penna*, pro aue, eleg. 8. lib. 3. *Felicibus edita pennis.* De volucribus Tityi Ouid. in Ibin. Virg. 6. Æn. ipse el. 3. lib. 3. Tibull. el. 3. lib. 1. Homer. 11. Odyss. Horat. oda 4. lib. 3. Lucret. lib. 3. & Apollodor. lib. 1. Demetrius vero in Pindarum serpentes ait eius depascere, & lancinare iecur.

TVMQVE *ego Sisyphio saxa labore geram.*] eleg. 17. sup. vers. 8. dixit, *difficile onus*, quod hic *saxa.* per enallagen numerorum, vt eleg. 1. *Dolia*, pro dolium vers. 67. & *regna*, pro regnum eleg. 9. supra vers. 49.

N e c *tu supplicibus me sis venerata tabellis.*] id est, nolim tu mihi supplices, cum iure tuo mihi possis imperare. *Sis venerata*, pro venereris, vt adnot. eleg. 13. sup. vers. 41. *Supplicibus tabellis.* *Precantibus verbis* Ouidio: *Supplicibus libellis*; Martiali. *Tabellis*, epistolis. Plaut. Pseud. *Salutem mittit per ceram & lignum literasque interpretes.* Quod si, *me*, positum est, pro mihi, vt sæpe alias, mutabitur persona, & orabitur Cynthia. *Mihi venerata*, id est, à me venerata patheticῶς. vt Virg. 3. Æneid.

—— cursusque dabit venerata sacerdos.

Horat. sat. 2. lib. 2.

Et venerata Ceres vt culmo surgeret alto.

Apuleius lib. 11. sub initium: *Præclaris nunc venerata delubris Ephesi.* Hoc sensu. Nolim committere, vt ob delictum tibi supplicem. Nolim delinquere, quia qui deliquit supplex est vltro omnibus.

V l t i m a *talis erit, quæ mea prima fides.*] id est, fidus & certus initio tibi fui, fidus certusque ad extremum permanebo. vide eleg. 12. lib. 1. vers. vlt. *Talis, quæ*: anacolonthon.

H o c *mihi perpetuo ius est.*] id est, ita mihi proprium vt eripi aut mutari non possit. Sic Stat. *Hoc mihi ius, nec fata vetant.* *Perpetuo-ius* Hyphen, vt eleg. 9. lib. 1. *Perpetuo-libera.* Alludit autem ad edicta Prætorum, quæ olim annua, post perpetua esse cœperunt: vel, quæ eodem anno Prætores mutabant, deinde coacti toto anno eadem seruare. Lips. cap. 12. lib. 2. Variar. vult *Perpetuum* legere, quasi non & *perpetuo-ius* legatur etiam apud Cicer. 3. offic. ex Pacuuij vel Attij armorum iudicio: *Fidei sacratæ ius perpetuo falleret.* Sic *perpetuo perire* apud Terent. Eunuch. act. 5. sc. 9. & *iuid.* act. 4. sc. 8. *Perpetuo perfice.* & act. 4. sc. 5. *Non ego dicebam perpetuo vt illi dares*, (filiam vxorem) id est, propriam dicares. Plaut. in prologo Amphir. *Perpetuo facere vt sit comœdia.* Apuleius lib. 10. *Cum sententiæ ex more perpetuo in aream vrnam deberent conijci.*

Q v o d *solus amator.*] pro amans, vt eleg. 3. sup. vers. 16. & eleg. 16. vers. 12. & eleg. prox. seq. vers. 4. & 14.

N e c *cito desisto, nec temere incipio.*] vt arbores quæ cito surgunt, cito intereunt, quæ tardè oriuntur diutius manent: sic de perturbationibus animi sentiendum. Exemplum in ira quorundam, vt Q. Ciceronis, & pueri apud Horat. *——& iram*

Colligit & ponit temerè. Huc pertinet illud Suetonij in Aug. cap. 66. *Amicitias neque facile admisit, & constantissimè retinuit.* Non statim amare desinere, nec facile amore capi, id est, propriè diligere.

AD ELEGIAM XXI.

Ad Cynthiam de Pantho.

A *h quantum de me Panthi tibi pagina finxit.*] Scaliger hęc cum superioribus coniungit, &, *At*, legit; sed non animaduertit, *Ah*, sæpe imprecantis esse apud Propertium, vt adnot. ad eleg. 6. sup. vers. 31. *Finxit tibi*, apud te me calumniatus est. & *finxit de me*, vt Cicero: *Affirmare de aliquo.* vel *de me.* est *in me*, vt eleg. prox. sup. vers. 13. *Fingere*, insimulare falso, vt eleg. 12. lib. 1. vers. 1. adnot. *Pagina Panthi*, liber, versiculi. vt eleg. vlt. infr. *Pagina Calui.* & eleg. 23. lib. 3. *Mea pagina.* & eleg. 1. eiusd. lib. *Pagina nostra.* & eleg. 3.

Cur tua præscripto seuecta est pagina gyro?

Virg. eclog. 6.

Nec Phœbo gratior vlla est,
Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Festus: *Pagina dicta, quod in libris suam quaque obtineat regionem, vt pagi: vel à pagendo, quia in illis versus pagantur; id est, figantur.* Hinc per synecdochen pro libro aut versiculis. scripserat autem aliquid ad Cynthiam Panthus, vt in suspicionem violatæ fidei Propertium adduceret, idq. versiculis, vt in el. 18. lib. 1.

Quid tantum merui? quæ te mihi carmina mutant?

ideo eleg. sup. ait:

Quidue mea de fraude Deos insana fatigas?

T a n t v m *illi Pantho non sit amica Venus.*] ita Venerem iratam habeat, ac sit inuenustus. & *illi* contemptim, vt eleg. 9. sup. vers. 48. *Non sit amica.* alij libri: *Ne sit amica*, vt Virg. 2. Æn.

—— male numen amicum
Confusam eripuit mentem.

contra Horat. od. 1. lib. 2. *Iuno & Deorum quisquis amicior Afris.*

S e d *tibi iam videor Dodona verior Augur.*] ergo nunc tandem videor tibi certior vates etiam oraculo Iouis Dodonæi. Persimilis locus est eleg. 17. sup. vers. 3. De oraculo Iouis Dodonæi vide prouerbium, *Dodonaum es.* Plin. initio lib. 4. & cap. 13. lib. 36. in fin. Strabon. l. 7. Callimach. in Delum vers. 94. & adnotata ad eleg. 9. lib. 1. vers. 5.

V x o r e m *ille tuus pulcher amator habet.*] sequitur, *Maritus est.* Formulam vero censoriam tangit: *Ex animi tui sententia vxorem habes?* Cic. 2. de Orat. & Gell. cap. vlt. lib. 4. Sic & Terent. Adelph. *Et quod fortunatum isti putant. Vxorem nunquam habui. Pulcher amator ciput.* Neque vero scio an de hoc Pantho sint intelligenda illa el. 16. sup. *Candida tam fœdo brachia fusa viro.* Eadem Ironia vsus Crassus apud Cic. 2. de Orat. *Audiamus pulchellum puerum.* Cic. epist. 17. lib. 2. ad Attic. *Sed hoc apud pulchelli furorem non valet satis.* quamuis ludat in cognomine Clodij. & Terent. Eun. sc. 2. act. 3. *Perpulcra, credo, dona: haud nostris similia.*

T o t *noctes periere.*] tibi sine fructu consumptæ sunt. sic supr. eleg. 16.

Tot iam abiere dies. & Fab. decl. 1. *Ego eram ferro ac mente paratus: & tot abiere noctes? Perire* dicuntur, quæ prætereunt sine fructu. vt eleg. 12. supr.

Et leuibus curis magna perire bona.

Ex hac disciplina dixit Lena eleg. 5. lib. 4.

—— ne quis eat liber amore dies.

N i h i l *pudet.*] in genere dixit vehementius quam si eum nominasset. sic Virg.

Nusquam tuta fides. Horat.

——clamant perijsse pudorem
Cuncti pene patres.

Ifte tuus amator, inquit, nihil commouetur: frontem perfricuit: os ei canis ferreum & inuerecundum animi ingenium poflidet, vt air Ennios Chrefphonte. Terent. Andria: *Eequid te pudet?* Plaut. Afin. & Pfeud. *Nihilne te pudet?*

Aspice, *cantat Liber.*] τὸ *afpice*, præfentis exempli, vt adnotaui eleg. 2. lib. 1. verf. 9. *Cantat*, fecuro animo eft. vt Iuuenal.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Liber, folutus amore & curis expeditus. vt el. 2. fup. *Liber eram.* Vt autem nemo faltat fobrius, ita nemo follicitus cantat: vnde illud Ciceronis 2. de Orat. *Quid ploras pater? mirum, inquit, ni cantem; condemnatus fum.* vno vero verbo *Liber*, eum vincit non amare: nam vt ait el. 23. inf.

Nullus liber erit; fi quis amare volet.

Tu *nimium credula.*] infra: *Nimium facilis aurem prabere.* fic *nimium temerarius* eleg. 8. fup. & fimplicitas illa ftultitiæ proxima. Eleganter Ouid. in ep. Helenæ:

Credulitas damno folet effe puellis.

Sola *iaces.*] deferta es: infra. fic Terent. fc. vlt. Phorm. *Dum tu dormis.* id eft, fola relicta iaces.

Et *nunc.*] Stomachosè. vt Virg. 4. Æneid.

Et nunc ille Paris, &c.

Inter *eos tu fermo es.*] inter maritum & vxorem tu fabula & rifus. τὸ *Inter*, familiare aliquid, & fecretum notat. vt eleg. 19. lib. 1. verf. penult. & eleg. 13. eiufd. lib. verf. 20. Sic Cicero: *Quod inter nos liceat.* id eft, dum foli fumus. *Sermo es*, vt eleg. 24. infra:

Tu loqueris cum fis iam toto fabula libro.

vide adnot. ad eleg. 5. lib. 1. verf. 26.

Te *ille fuperbus.*] ferox qui mox faftidiet, vt eleg. vlt. lib. 3.

Faftus patiere fuperbos. Catull.

Et ille nunc fuperbus & fuperbiens.

Dicit *fe inuito fape fuiffe domi.*] An domi fuæ? vt domum Panthi Cynthia ventitarit, quod eft proftibuli, ductari, vocati, venire domum. An domi Cynthiæ? Ac fanè domi effe dicitur, qoæ parata eft; *Nec finis effe moram fi quis adire velit.* Catull. *Neu tibi libeat foras abire.* Plaut. Milite fc. 2. act. 2. de caufis quas fingunt mulieres excludendis amatoribus:

Non domi eft, abijt ambulatū, dormit, ornatur, lauat, Prandet, potat, occupata eft, opera non eft, non poteft.

Notus iocus Scipionis Africani fe negantis Ennio effe domi. Ouid. 2. de art. am.

Dicta erit iffe foras, cum tu fortaffe videbis.

Iffe foras, & te falfa videre puta.

Disperéam *fi quicquam aliud, quam gloria de te Quaritur: has laudes ille maritus habet.*] id eft, emoriat nifi hoc vnum agatur, vt de te triumphet. *Difpereo*, vt difcruciot, difpudet, diftædet, difrumpor; vbi dis, pto, valdè, inquit Charif. lib. 2. Catull.

Difperéam me nifi Lesbia amat?

Gloria, infignis fama. vt eleg. 13. lib. 1.

Dum tibi deceptis augetur fama puellis.

Et εὐφημισμῷ gloria & laudes; nam turpia prælia cum puella, vt dixit eleg. 5. fup. & *mors inhonefta*: eleg. 8. fup. fic Virg.

Egregiam vero laudem, & fpolia ampla refertis.

Item lib. 2. Æneid.

——*Nullum memorabile nomen*

Fœminea in pœna eft, nec habet victoria laudem.

Colchida *fic hofpes quondam decepit Iafon.*] Ouid. 3. de arte amandi:

Phafiaden matrem fallax dimifit Iafon

Venit in Aefonios altera nupta finus.

addidit *hofpes* ad augendam inuidiam; vt Virg. 4. Æneid.

Cui me moribundam deferis hofpes.

& ipfe eleg. 34. infra:

Hofpes in hofpitium Menelao venit adulter.

Eiecta *eft, tenuit namque Creufa domum.*] id eft, repudio exacta, vt loquitur Attius apud Feftum: *Repudio eiecta ab Argis iamdudum exulo.* Cic. 2. Philipp. *Mimam illam fuas res fibi habere iuffit: ex 12. tab. clauis ademit, exegit. Tenuit domum.* id eft, familiam eius poffedit, facta eius materfamilias. *Teneto domum*, vt *ducere familiam.* fic Virg. *Regna teneret.* Item:

Sola domum, & tantas feruabat filia fedes.

Sed vulgatæ huius lectionis auctor Beroaldus; cum vet. lib. habeat:

Excepta eft tenui namque Creüfa domo.

id eft, venit & admiffa eft in exilem ac pauperem Iafonis domum Creüfa. Siquidem apud Euripidem Iafon Medeæ fe purgans, diuortij caufam adfert, quod ipfe pauper diuitem ducere cogatur. *Tenuis domus*, Horatio *exilis.* fic ipfe eleg. 1. lib. 4.

——*in tenues cogeris ipfe lares.*

Sic *à Dulichio Iuuene eft elufa Calypfo.*] fabulam hanc narrauimus eleg. 15. lib. 1. ad verf. 9. *Eludere*, inquit Donat. *gladiatorum eft, cum vicerunt & ludo finem impofuerunt.* Sic elufit Vlyffes Calypfo, poftquam lufit cum ea & eam ludos fecit, reliquit. Ouid. 6. Metam.

Maonis elufam defignat imagine Tauri Europam. Horat. fat. vlt. lib. 1.

Dauoque Chremeta Eludente fenem.

Plaut. Curcul. *Vnde habeas anulum, quem hic te elufit.* id eft, tibi furripuit, vel in aleæ ludo lucratus eft. fententia eft: vt Calypfo reliquit Vlyffes propter vxorem, fic & te hic maritus relinquet.

Vidit *amatorem pandere vela fuum.*] τὸ *vidit*, inquit, qoia animi volnus ab oculis, vt eleg. 8. verf. 5. & eleg. 13. verf. 49. fup. & eleg. 20. lib. 3.

Credis eum iam poffe tuæ meminiffe figuræ Vidifti à lecto quem dare vela tuo.

Pandere vela, eft ea explicare & dare ventis. Cic. Tufc. 1. *Paffis velis peruehi in portum.* & 4. Tufc. *Pandere vela orationis.*

Ah *nimium faciles aurem prabere puella.*] Sic Ouid. 6. Faft.

O nimium faciles! ô toto pectore capta!

Faciles prabere aurem, quod ante dixit *Credula.* *Prabere aurem*, benignè ac lubenter audire, ideoqoe credere. Horat. fat. 1. lib. 1.

Tam facilem poftbac votis, vt prabeat aurem.

id eft, annuat. Ita Cic. ad Attic. *Aures fuas dare alicui.* & pro Archia: *Aures fuas Poetis dedere.*

Discite, *deferta, non-temere effe bona.*] memeototε & adfuefcite ei rei, malo veftro doctæ, vt eleg. 5. lib. 1.

Tam graue seruitium nostra cogere puella
Discere. *Deserta*, solæ relictæ, quæ credulæ solæ iacetis, vt eleg. 3. lib. 1.
Interdum grauiter mecum deserta querebar.
Non-temere, vt & eleg. sup. vers. vlt. *nec-temere*, coniungendum, *bona*, benignæ & propitiæ amanti. vt eleg. 13. sup. vers. 15.

HVIC *quoque qui restat, iampridem quæritur alter.*] alij libri. *Nunc quoque* : alij, *hic quoque*, quod idem valet & probo. vel *huic quæritur*. id est, Cynthiæ, siue à Cynthia quæritur alter, *qui restat quoque*; hoc est, refractarius est. vel *alter huic*. id est, alter ab hoc. id est, à me, qui resto & remaneo constans in amore, vt eleg. 25. infra.

At nullo dominæ teritur sub limine amor, qui
Restat, & immeritas sustinet aure minas.

An alter, qui quæritur, restat, resistit, repugnat, pedem struit? eleg 6. lib. 3.
Dum pugnant Danai, dum restat Barbarus Hector.
Terent. Hecyr. sc. 3. act. 5. *In qua re tam confidenter restas stulta?* paulo ante *aduersatrix* dicitur & sic eleg. 9. sup.
Hic etiam petitur qui te primus ipse reliquit.
& τὸ *quæritur*, vt & *petitur*, verbum est vltro ambientis & impudicæ, vt & adnotatum eleg. 13. libr. 1. & *alter*, quoque Mœchus. vt dixi aliàs.

EXPERTA *in primo, stulta, cauere potest.*] etiam stulta cum experta est vnius perfidiam, discere potest non esse alijs credendum. & *cauere*, est diffidentiæ, opponiturque credulitati. vide prouerb. *Piscator ictus sapiet.* &, *factum stultus cognoscit.* &, *malo accepto stultus sapit.* & *Bis ad eundem.* Homer. Iliad. ρ. ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Euripid. in Bacchis: Κακῶν γὰρ ἐγγὺς ὢν ἁμαρτάνει. De Prometheo Hesiod. ἔργ.
—— παθὼν δὲ τε νήπιος ἔγνω. Virg.
—— *Læsus quem denique sensit*

Experta in primo, quæ periculum leuitatis & perfidiæ iam in vno fecerit, & senserit esse infidum. *primo* dixit, quia plures quærit Cynthia. experiri in aliquo Cicero pro Plancio: *Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis.*

NOS *quocumque loco, nos omni tempore tecum*
Siue ægra pariter, siue valente sumus.]

Nos vbiq. & Romæ & peregri & semper in læta & aduersa fortuna tecum permanebimus, siue ægra fueris, siue sana & incolumis, quod est firmæ amicitiæ signum: nam res aduersæ eam explorant. *Tecum pariter*, vt *Tecum vna*, & *Tecum simul.* Plaut. Curc. *Amo pariter simul.* & in Asin. *Mecum pariter potant.* de ægritudine Cynthiæ eleg. 9. sup.
Hæc mihi vota tuam propter suscepta salutem,
Cum capite hoc Stygiæ iam peterentur aquæ.

AD ELEGIAM XXII.

Ad Demophoontem.

SCIS *here mî multas pariter placuisse puellas,*
Scis mihi Demophoon multa venire mala.]
Sic Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.
Scis here te, mea lux, iuueni placuisse beato.

A id est, heri, χθές. & 3. Fast.
Hic here Phryxea vellera pressit ouis.
Charis. lib. 2. *Heri quidam here putant dici debere.* sic vespere, vesperi: luce, luci: peregre, peregri. vtitur Terent. Eunuch. & Plaut. vbique. fallitur Beroaldus, qui Domine exponit: patet vers. 20. huius elegiæ, vbi est, *Inuidæ. Pariter*, vel ex æquo, vel simul, & eodem tempore. *Placuisse mî.* formosas mihi visas esse in ludis & theatris. vt *Tu mihi sola places, placeam tibi Cynthia solus. Multas puellas*, vt eleg. 4. lib. 1.
Quid mihi tam multas laudando, Basse, puellas.
B sed Arist. cap. 10. lib. 9. Ethic. negat amorem magnum esse posse inter plures. & puellæ multæ multa mala, duobus modis, & quia amores multi, multa mala, vt eleg. 4. supr. vers. 10. & eleg. lib. 1. vers. 18. aut quia femina ipsa res mala est. Plaut. Curcul. initio act. 5.
Antiquom poetam audiui scripsisse in tragœdia
Mulieres duas peiores esse, quam vnam. Idem in extremo Trinummo, vbi datur vxor adolescenti pœnæ loco: Call. *Miseria, vna quidē* (vxor) *est homini affatim.* Ch. *Imo huic parum est. nam si pro peccatis centum ducat vxores parum est.* vide quæ adC notaui ad eleg. 1. lib. 1. vers. 35.

NVLLA *meis frustra lustrantur compita plantis.*] Sententia est. Nunquam frustra adeo compita, ad ludos compitalitios spectandos, quos vicorum magistri prætextati faciebant. nam de ijs hunc locum rectè Scaliger intelligit. legendus Varro 5. de ling. Lat. Fest. in *Compitalia.* in, *Pila*, & in *Lanea.* Seruius in 2. Georg. Macrob. cap. 6. lib. 1. Sat. Charis. lib. 1. *Hæc compitalia, id est vbi eos, qui peregre moriuntur colunt. parentarium* dicitur. *Non frustra*; non ab re, nec de nihilo. hoc enim est quod dixit sup. eleg. 3.
Non sum de nihilo blandus amator ego. Lustrantur,
D obeuntur, peragrantur vt not. ad eleg. 10. sup. *Plantis*, pedibus, vt eleg. 4. sup.
Ibat & expenso planta morata gradu.
Planta quasi planca, quod plana sit.
O *nimis exitio nata theatra meo.*] alij libri.
Omnia in exitium nata theatra meum.
τὸ ô dolentis est, vt & Virg. 5. Æn. in fin.
O nimium cælo, & pelago confise sereno.
Nata exitio, in meam perniciem reperta. exitium olim quicunque exitus: nunc pessimus: Festus: natum, vt partum dicitur etiam de inanimis. vt el. 1. sup. *Nascitur historia.* Catull.
—— *quod illic Natum dicitur, ære comparasti.*
E Plaut. Milite: *Facinus apud nos natum nouum.* Cic. *natum bellum, nata lex, nata iudicia.* à quo reperta theatra: vide Donat. in Terent. & Horat. in arte. De theatris amoris occasionem præbentibus ipse eleg. 9. lib. 4. vers. 49. Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.
Vt tandem fatear, ludi quoque semina præbent
Nequitiæ, tolli tota theatra iube.
& eleg. 2. lib. 2. Amor.
Nec tu Niligenam fieri quod possit ad Isin
Quæsieris: nec tu curua theatra time.
& elegia 7.
Siue ego marmorei respexi ad summa theatri.
Eligis è multis vnde dolere velis.
& 1. de arte am.

Sed tu præcipuè curuis venare theatris
Hæc loca sunt votis fertiliora tuis.

& libr. 3.

Quid faciet custos cum sint tot in vrbe theatra.

Iuuenal. sat. 6.

——*cuneis an habent spectacula totis*
Quod securus ames. Scaliger ergo fallitur qui theatrorum factam mentionem à Propertio putat propter fabulas, quæ agebantur.

SIVE *aliquis molli deducit candida gestu*
Brachia, seu varios incinit ore modos.]

id est, siue ludius, siue tibicen in scæna. *Deducit brachia* ludius: id est deorsum ducit & mouet saltando, vel extendit, vt eleg. 26. infra. *ducere manus.* & Ouid. eleg. 4. lib. 2. Amor.

Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit:
Et tenerum molli torquet ab arte latus.

& ipse elegia 20. supra de motu cursuque sideris:

Septima iam plena deducitur orbita luna. Donat. in Eunuch. *Ducimur ad supplicium: deducimur ad lætitiam.* An legendum *diducit.* id est, in diuersas partes ducit & mouet? Stat. 3. Syluar. ad Claudiam vxorē: *Candida seu molli diducit brachia motu. Molli*, lento, flexibili, facili; vel effeminato. vt *mollia tympana* eleg. 15. lib. 3. quæ molles gestãt. sic *molles lepores*, eleg. 19. sup. *Mollis Ionis.* eleg. 6. lib. 1. *Gestu*, actione, motuque corporis arguto. vnde gestire & gesticulari. verbum Rhetorum est & histrionum. Festus: *Gestus est quo indicatur quid geritur*, ab eodem *gestus animi* dicitur in *Augur.* Sueton. in Tiberio cap. 68. *mollis gesticulatio digitorum.* Apul. lib. 1. de Asino: *Eneruem & exossem saltationem explicare.* hoc Græcis est χειρονομεῖν, & χειρονόμος, histrio, ac ludius. & χειρονομία, hæc gesticulatio. à qua *Dionysia gesticulatrix* dictus, opinor, Hortensius. Iuuenal. sat. 6.

Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo.

Brachia candida, vide eleg. 16. sup. vers. 24.

Nix brachiorum Apul. lib. 10. Asini.

Seu varios incinit ore modos. Ore canit tibicen cum inflat tibias, sed & digitorum ministerio opus est, vt eleg. 9. libr. 4. *Incinere*, vt Græcis ἐπᾴδειν. est autem verbum proprium tibicinum: Gell. cap. 13. lib. 4. *Creditum hoc est à plerisque, Ischiaci cum maximè doleant, tum si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores.* & cap. 11. lib. 1. *Si numeros, & modos, & frequentamenta quadam tibicen incineret.* & cap. 13. lib. 4. *Incentiones tibiarum.* Hinc *incentiua tibia* Varroni cap. 2. lib. 1. de re rust. dextræ, vt *succentiuæ*, sinistræ. *Varij modi*, ex discrimine tibiarum; nam graues modi dextrarum tibiarum qui seriam comœdiæ dictionem indicabant; leues & acuti sinistrarum & serranarum, quibus iocus ostendebatur. modi mixti, & vtrarumque tibiarum mixtam ioco grauitatem ostendebant. Donat. in Terent. hinc in Comœdijs: *Modos fecit Flaccus tibijs paribus dextris & sinistris.* vide Martianum Capellam cap. 217. in med. de modulatione, siue μελοποιΐα. Apul. lib. 10. Asin. *In varios modulos lasciua concinente tibia. modi* differunt à numeris, nam vt ait Cicero in Orat. *Quidquid sub aurium mensuram cadit, id numerus dicitur, etiamsi absit à versu. modus æstimatur sono & internallo vocum & concentu.* Plato 3. de Rep. τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστὶ συγκείμενον, λόγου τε καὶ ἁρμονίας, καὶ ῥυθμοῦ.

INTEREA *nostri quærunt sibi vulnus ocelli.*] id est malum sibi accersunt intuentu suo, spectando scilicet. *quærunt vulnus*, vt elegia 5. sup. *prælia quæris.* & Plautus milite sc. 5. act. 2. *Quæris tu mulier malum.* & *tu sibi*, vt eleg. 5. lib. 1.

Quid tibi vis insane. *vulnus ocelli quærunt*, quia radijs repercussis tanquam sagittis Cupidinis sauciantur. *Vulnus* amoris de quo, el. 12. sup.

Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

eleg. 19. libr. 3.

Lenibant tacito vulnera nostra sinu.

& eleg. 22. eiusd. lib.

Vulneraque ad sanum nunc coiêre mea.

Oculi dicuntur vulnerari, dolere, vt & aures. Cælius Cic. ep. 14 libr. 8. fam. *Nunquam oculi tibi doluissent si in repulsa vultum Domitij vidisses.* Terent. in extrema Phormione. *Vim facere quod tuo viro oculi doleant.* Plaut. Asin. *Pietas pater oculis dolorem prohibet.* Nota vox Alexandri apud Plutarch. ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμάτων αἱ Περσίδες. & Eustath. in 3. Iliad. eleganter τὰς ὡραίας, inquit, ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν εἶναι. Ipse eleg. 25. infra.

Quantum sic cruciat lumina vestra dolor.

CANDIDA *non tecto pectore siqua sedet.*] In luctu honestum est retegere pectus, vt eleg. 13. sup. vers. 27. adnot. alias meretricum, vt eleg. 9. libr. 4. *Nudabant pectora cæco.* hinc Pallas pectus operta fingitur. eleg. 2. sup. & eleg. 23. infra. contra:

——*reiecto quæ libera vadit amictu.*

Sedet, in theatro scilicet, vnde *consessus caueæ*. Ouid.

In gradibus sedit populus de cespite factis.

vide adnot. eleg. 18. sup. vers. 36.

SIVE *vagi crines puris in frontibus errant.*] id est, sparsi & soluti huc illucque vento impelluntur, vt Horat. oda 28. lib. 1. carm.

Vaga arena. Ouid. 2. Met.

——*vtque vagi crines per colla iacebant*
In dextras abiere iubas. Virg. dixit *fluentes.*

& ipse eleg. 3. sup. vers. 13. & *solutos* eleg. 6. lib. 4. vers. 31. & *sparsos* eleg. 1. huius libri. vers. 7. vbi vide adnot. de multiplici transitu comarum vide Ouid. 3. de arte amandi. & Tertull. de cultu feminarum. *Vagi errant*, vt Apuleius de Asino adstricto molæ: *Vagari errore certo. puris in frontibus*, pro pura in fronte per enallogen numerorum. Sed quæ puræ frontes? Turneb. cap. 23. lib. 4. & cap. 11. libr. 17. de puri capitis discrimine exponit vt & illum versum Ouidij & 3. de arte amandi:

Longa probat facies capitis discrimina puri.

Purum caput, inquit, *dicitur pars capitis anterior, nulla re ornata, nulloque nodo constricta.* quæ tria postrema verba facile Propertius refellit versu proximè sequenti. *Pura* igitur *frons*, aperta, sine ornatu, vt purus campus, purum forum, hasta pura, sine ferro. ornari enim frons interdum solebat: vnde dixit eleg. 18. sup.

Nec nimis ornata fronte sedere velis.

Columella de cultu horti eleganter:

Verum vbi iam puro discrimine pectita tellus.

INDICA *quos medio vertice gemma tenet.*] nodo religatos ad verticem capitis crines innuit, cui gemma addita ornatus caussa. Apuleius lib.2. Metam. *Vberes enim crines leniter emissos & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos, in summum verticem nodus adstrinxerat.* Horat. oda 11. lib.2.

Maturet incomptum Lacæna
More comam religata nodum.

Tutulum autem in vertice collectos crines vocabant Romanæ mulieres, vt Græcæ corymbon. vide illud Catull. *Soluent à vertice crines.* *Indica gemma*, vt *Indus flectere conchis* eleg.8. lib. 1. vers. 40.

QVÆ *si forte aliquid vultu mihi dura negarit.*] alij lib. *Quod si forte a. v. m. dura negarat.* id est renuerat. oris enim habitu, fronte & supercilijs annuimus & renuimus. nam vt ait Cicero 3. de Orat. *Imago animi vultus est, indices oculi.* Q. Cicero: *frons animi ianua.* Et in Pison. *Vultus tacitus quidam mentis sermo.* Idem ep.1. lib.6. ad Attic. *verbis vultuque absurdè & asperè responderat.* & ep.8. lib.3. fam. *Vultu significasse me tibi non esse amicum.* *Dura negarat*, vt mox: *Aut si es dura nega, sin es non dura venito.* & est hypallage pro duro vultu, vt *ingrata fronte* eleg.10. libr.1. vers. 23.

FRIGIDA *de tota fronte cadebat aqua.*] valdè æstuantis animi hoc indicium, vt in epigr. Valerij Æditui apud Gell. cap.9. lib.19.

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
Quid mî abs te quæram, verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor.
Sic tacitus, subidus, duplò ideo pereo.

Horat. sat. 9. libr.1.

——cum sudor ad imos
Manaret talos. ipse eleg.24. infra.
Cui non his verbis adspergat tempora sudor?

Ennius apud Macrob. cap.1. lib. 6.

Tunc timido manat ex omni corpore sudor.

Virg.5. Æneid. de horrore visisque nocturnis:

Tunc gelidus toto manabat corpore sudor.

Stat.2. Thebaïd. *gelidus cadit imber anhelo*
Pectore. Ouid. eleg.13. lib.3. Amor.
Mens abit, & morior quoties peccasse fateris,
Perque meos artus frigida gutta fluit.

Theocrit. initio Id.2.

Πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω
Ἱδρώς μευ κοχύεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις.

Alius sudor est ab externo calore, alius ab æstu animi & tremore. hinc iocus Plauti in Asinaria sc.2. act.2. *Pro monstro extemplo est, quando qui sudat, tremit.* alludit enim ad *sudiculum*, flagelli genus Festo, dictum quod vapulantes sudantes facit.

QVÆRIS *Demophoon, cur sim tam mollis in omnes.*] id est, Scire vis ex me cur sim tam facilis erga omnes. *mollis*, facilis: dixi eleg. 20. sup. vers.23.

QVOD *quæris quare non habet vllus amor.*] Qui quærit cur aliquid fiat rationem sibi reddi vult, at nulla est in amore ratio, vt dictum eleg. 1. lib.1. vers.6.

CVR *aliquis sacris laniat sua brachia cultris?*] in-

A telligę hæc de bellonarijs & fanaticis, quibus laniare brachia moris fuit. Auctores sunt Iuuenal. sat.6. Stat. 10. Thebaid. Lucan. libr. 1. Lactant. lib.1. de falsa religione.cap.21. Tibull. eleg.6. lib. 1. Apuleius lib.8. Met. Seneca cap. 27. de vita beata. De ijs dixit Cicero Orat. in Pisonem: *Cruciatare corpus suum.* Horat. sat. 3. libr. 2.

Hunc circum tonuit gaudens Bellona cruentis.

& Plaut. Trucul. act. 2. sc. 7. *Num obsecro nam bariolus est, qui ipsus se verberat?* aliud est de Gallis sese exsecantibus. *Laniat brachia*, vt Cic.2. de Orat. *Laceret lacertum Largij mordax Memmius.*
B à laniando & lanij & lanistæ vt ait Donatus. ductum à lana trahenda auctore Festo in *Dilaniare*, discindere. *Sacris cultris*, ambiguo epitheto, vt & eleg.9. lib.3.

Brachia spectaui sacris admorsa colubris.

Sacri cultri, & quorum in sacris vsus, quia sunt victimariorum. vide Ouid.1. Fast. & *sacri* etiam diri. Martial. epigr. 85. lib.11.

Alba minus sanis lacerantur brachia cultris
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.

gladios, secures, bipennes vocarunt hos cultros Apuleius & Lactantius locis prænotatis. Isidor. cap.14. lib.20. *Cultelli a cultura, quod ijs vte-*
C *bantur in putatione vitium ante falcem inuentam.*

ET *Phrygis insanos caditur ad numeros.*] id est ad modos tibicinis Phrygij insaniam cientes, vt eleg.14. sup. *insano amore. ad numeros cadi*, vt eleg.1. lib.4. *Ad calamos exta litabat ouis.* Cic. 2. de leg. *Ceruices & oculos torquere ad modos tibicinis.* Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Et secet ad Phrygios vilia membra modos.

nam hic *modos* & *numeros* confundit. Ouid. eleg.1. lib.4. Trist. De tibiæ Phrygiæ cantu ad insaniam concitandam:

Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus
Dum stupet Idæis exstimulata iugis.

D Apul. lib. 8. Met. *Incitantes tibiæ cantu lymphaticum tripudium.* Lucret. lib. 2.

Et Phrygio stimulat numero caua tibia mentes.

vide narrationem Fabij cap.17. lib.1. de tibicine qui Phrygium canens adegit ad insaniam. Apuleius li. 1. Floridorum de Antigenida tibicine: *Seu tu velles Aeolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* Legendus Aristot. libr. 8. Politic. Plato 3. de Rep. Athenæus libr.14. ex Heraclide Pontico. & Lucian. in Harmonide, qui harmoniæ Phrygiæ τὸ ἔνθεον. id est, animorum concitationem tribuit: Lydiæ τὸ βακχικόν.
E Doriæ τὸ σεμνόν. Ionicæ τὸ γλαφυρόν. Horat. oda 9. epod.

Sonante mistum tibijs carmen lyra,
Hac Dorium, illis barbarum.

vbi τὸ *barbarum est* Phrygium. Huc refer & illud Euripid. in Troiadibus πηκταῖς Φρυγίαις.

VNICVIQVE *dedit vitium natura creato.*] Fab. cap. vlt. libr.11. *Sua enim cuique sunt vitia.* Horat. sat. 3. lib.1.

Nam vitijs nemo sine nascitur, optimus ille est
Qui minimis vrgetur. Theognis
——ἁμαρτωλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἕπονται
Θνητοῖς, Κύρνε, θεοὶ δ' οὐκ ἐθέλουσι φέρειν. Idem.

Οὐδένα πημαίνων ἀγαθὸς, καὶ μέτριον ἄνδρα
Τῶν νῦν ἀνθρώπων εἵλκυς χαλεπῷ.

Auctor epigrammatis in Orat. Demost. *περὶ στεφάνου* in extremo:

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν
Ἐν βιοτῇ: μοῖραν δ' οὔτι φυγεῖν ἔπορεν.

Creato, nato & à se genito, mortali. Lucan. ad Pisones.

—— Si deesset tibi forte creato
Nobilitas.

M I *fortuna aliquid semper amare dedit.*] In amore, vt in ceteris, ius habet fortuna, quia *vertuntur amores*, & *in amore rota est.* vide eleg. 6. lib. 1. vers. 25. & de Amoris & fortunæ cognomine Pausan. in Achaicis, vbi ait Ægiræ in ædicula quadam signo fortunæ Amaltheæ cornu præferentis adsistere Cupidinis simulacrum ob coniunctionem vtriusque numinis. *Amare aliquid* significat incertum amorem, & vulgiuagam Venerem. Plaut. Curcul. *Iam edes aliquid. Nolo hercle aliquid, certum quam aliquid mauolo.* Ouid. in ep. Sapphus eadem sententia:

Molle meum leuibus cor est violabile telis
Et semper causa est, cur ego semper amem.

Amare aliquid, vt *amare multa* eleg. 26. infra vers. 28.

M E *licet & Thamyræ cantoris fata sequantur,*
Nunquam ad formosas, inuide, cæcus ero.]

Homer. Iliad. 2. à Musis scribit & oculis & cithara canendi facultate orbatum Thamyram, quia se ausus cum illis conferre. Apollod. lib. 1. Musas hac condicione prouocasse, vt victor cum omnibus concumberet; victus earum arbitrio multaretur; ita & oculis & cantu orbatum. prærerea primum *παιδεραστὴν* fuisse in Hyacinthi pueri amore. Apud Platon. libr. 10. de Rep. Lusciniæ vitam dilegit in metempsichosi, vt Orpheus Cygni Ouid. eleg. 6. libr. 3. Amor.

Quid iuuat ad surdas si cantet Phœmius aures?
Quid miserum Thamyram picta tabella iuuat?

De eo vide Adrian. Iun. prou. 71. Cent. 3. Stat. 4 Thebaid. vbi dicitur *Thamyris*, vt & Apollodoro. *Cantoris*, citharœdi. Horat. sat. 2. lib. 1.

—— cantoris morte Tigelli.

Fata sequantur me. id est, me maneant, mihi contingat olim eius calamitas. *fatum*, pernicies, exitium, infortunium, vt elegia 1. sup. vers. vlt.

Huic misero fatum dura puella fuit.

sic Cicero: *Quod fuit eorum vtrique fatale. Sequantur*, insequantur, infesta sint, vt eleg. 14. libr. 3.

Quod si certa meos sequerentur funera casus.

Virg. 7. Æneid.

—— infesta per vndas
Ausa sequi. & 4. Æneid.
Qua face Dardanios ferroque sequare colonos.

& bene *fata sequuntur*, quia ventura, vt eleg. 4. lib. 1. *vita quodcunque sequetur.*
Ad formosas cæcus, vt Terent. Hecyra: *Docta ad malitiam.* & eleg 10. sup. *fortes ad prælia. Inuide*, æmule, vt eleg. 5. lib. 1. vers. 1. de Gallo.

Inuide tu tandem &c.

A S E D *tibi si exiles videor tenuatus in artus*
Falleris: haud vnquam est culta labore Venus.]

Sic Ouid. eleg 6. lib. 1. Amor.

Longus amor tales corpus tenuauit in vsus,
Aptaque subducto corpore membra dedit.

& eleg. 10. lib. 2.

Sufficiunt graciles, nec sunt sine viribus artus;
Pondere, non neruis corpora nostra carent.

Exiles artus, graciles Fest. *Exiles & Ilia à tenuitate inarum, quas Græci in chartis ita appellant, videntur esse dicta.* sic dixit eleg. 13. sup. vers. vlt. *ossa minuta.* & eleg. 5. lib. 1.

B *Aut cur sim toto corpore nullus ego.*

Exiles tenuatus in artus, vt eleg. 9. libr. 4.

Minus & ipse suos breuiter concretus in artus.

Festus: *Artus ex Græco appellantur, quos illi ἄρθρα dicunt. siue artus dicti, quia membra membris artentur. artua* etiam, pro artus dixisse Plautum notat Nonius. *Falleris*, fugit te ratio. *Haud vnquam est culta labore Venus*, supple mihi. id est, nunquam Venerem exercui laboriosè. id labori mihi nunquam fuit. *Colere Venerem*, exercere: nam vtrumque de agris dicitur & *arare* Plauto, & *aruum* Virgilio de re Venerea. Apuleius lib. 5. *Maritum rarissime Venerem meam recolentem sustineo.* & ambiguè *Culta Venus*; vt *litare* C *Veneri* Apuleius. Colitur, vt Dea; & vt scortum. *Labore*, cum labore, & grauiore functione corporis. sic Virg. 3. Georg. de equo admissario:

—— ne blando nequeat superesse labori.

de eo labore Iuuenal.

—— nec queritur quod
Et lateri parcas, & quantum iusserit anheles.

P E R C O N T E R E *licet, sæpe est experta puella,*
Officium tota nocte valere meum.]

vetus formula: *percontere licet*; cuius vnum hoc exemplum adducit Brissonius ex lib. 2. de Orat. *Licet, inquit, rogare, Philippus.* Plaut. Milit. sc. 6. act. 2. *Licetne? Inquire, subeo.* & Persa act. D 4 sc. 4. D. *Hospes volo ego hanc percontari.* S. *à terra ad cælum, quidlubet.* D. *Iubedum ea accedat huc ad me.* S. *I sane, ac morem illi gere. Percontare, exquire quiduis.* sic in antestatione; *licet antestari?* Ouid. 2. Met.

Nunc tibi me visam posito velamine narres,
Si poteris narrare, licet.

Donat. in Andr. *Interrogatio, cui necessario respondetur aut ita, aut non: percontatio, cui nihil horum. Sæpe est experta puella.* sensit eum voluptate, vt Horat. oda 14. libr. 3. *—— & puella*
Iam virum experta. Officium, officiosam & promptam operam. Ouid. eleg 6. lib. 3. Amor.

E *At nuper bis flaua Chie, ter candida Pytho,*
Ter Libas officio continuata meo est.

ipse eleg. 25. infra.

At vos qui officia in multos reuocatis amores.

& eleg. 4. libr. 4.

Hæc virgo officijs dos erat apta tuis.

id est, proditioni & stupro. *Valere*, vigere & numeros suos implere, robustum esse & valentem Plaut. in Amphitr. *Vt magnus est, & multum vales.* vnde *valentula puella.* apud eundem in Casina. Contra *nihil posse* de Eunuchis dixit Terentius.

IVPPITER *Alcmena geminas requieuerat arctos.*] Ouid. eleg. 13. lib. 1. Amor. A

Ipse Deûm genitor, ne te tam sæpe videret,
Commisit noctes in sua vota duas.

& in ep. Deianiræ.

At non ille venis, cui nox, si creditur, vna
Non satis, vt tantus conciperere fuit.

vide Plautum in Amphitruone. *Geminas requieuerat arctos*, multiplici dilogia. nam & geminæ arcti, maior & minor vrsa; & duæ noctes. & *requieuerat arctos*, cessare fecerat & quiescere iusserat. Item requieuerat Alcmenæ 3. casu. id est, cum Alcmena dormierat, vt *cessare amori* eleg. 6. lib. 1. B *Arcti*, pro noctibus, quia plaustrum illucescente die circumagitur. Iuuenal. *aut illo tempore quo se Frigida circumagunt pigri Sarraca Bootæ.* Plaut. Amphitr. *Neque se septemtriones quoquam in cælo commouent.* ipse eleg. 33. infr.

Non audis, & verba sinis mea ludere, cum iam
Flectant Icarij sidera tarda boues.

Sic Horat. oda 15. lib. 2. *Arcton*, pro aquilonibus posuit, quos Varro *Septemtrionum phreneticos filios* vocat: ——*nulla decempedis*

Metata priuatis, opacam
Porticus excipiebat arcton. τὸ *geminas arctos*, vel C temporis accusatiuus per se stat, vel regitur à requieuerat, vt Virg. ecl. 8.

Et mutata suos requierunt flumina cursus.

vbi tamen construi potest, *mutata suos cursus*, sed Seruius alterum illud magis probat. vt dixit Sallustius, *Requietis militibus.* præterea confirmatur etiam altero loco in Cyri:

Tempore quo fessus mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus.

sic & Seneca in Hercule Oetæo:

Ante discedes glacialis vrsa
Sidus & ponto vetito fruetur,
Quam tuas laudes populi quiescant. D

& *residere ferias.* Plaut. Capt. & *Residere pænitentiam.* Plin. cap. 14. lib. 34. Diodorus Siculus tres noctes coijsse tunc refert, & Statius approbat 6. Thebaid.

——*paruoque Alcmena superbit*
Hercule, tergemina crinem circumdata luna.

& 12. ——*certè Iouis improba iussu*
Ter noctem Herculeam. supple continuasti.

Idem scribit Apollodor. libr. 2. & Auson. in Grypho Ternarij:

Et qui conceptus triplicata vespere noctis
Iussa quater ternis suspendit opima tropæis.

vnde Lycophron Herculem τριέσπερον λέοντα E vocat, quod trinoctio conceptus sit. Ouidius eleg. 1. libr. 2. Trist. duas tantum noctes, vt Propertius, Iouem Alcmenæ dedisse scribit.

ET *cælum noctu bis sine rege fuit.*] Duas noctes cum abesset cœlo Iuppiter, quoddam tunc quasi interregnum fuit. *Dominus cæli* Iuppiter in Catalectis dicitur, & à Virg. 4. Georg.

Dictæo cæli regem pauere sub antro. *Sine rege.* dictum, vt ab Ouidio. 2. Met.

——*&, si modo credimus, vnum*
Isse diem sine sole ferunt: incendia lucem
Præbebant.

NEC *tamen idcirco languens ad fulmina venit.*] Argumentum à dissentaneis, vt eleg. 18. sup.

An si cæruleo quadam sua tempora fuco
Tinxerit, idcirco cærula forma bona est?

Sic Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Illa quidem fateor frontis non esse seueræ
Scripta, nec à tanto principe digna legi.
Non tamen idcirco legum contraria iussis
Sunt ea. & Horat. in arte:

Non quiuis videt immodulata poemata Iudex
Idcircone vager, scribamque licenter?

& Cicero identidem sic accipit *ideo* & *idcirco* & *propereane*. *Languens*, defessus opera nocturna. vt eleg. 3. lib. 1.

Languidus, exactis hei mihi sideribus.

Venit ad fulmina, id est ad arma sua vibranda. sic dicitur eleg. 9. lib. 1.

Ecce taces, supplexque venis ad iura puellæ.

fulmina autem intelligit, opinor, quæ Iuppiter ad perterrefaciendum Amphitruonem iaculatur ad Plautum Amphitr. act. 5.

NVLLVS *amor vires eripit ipse suas.*] vel *Nullus*, pro non hic accipitur, vt à Cicerone & Terentio sæpius: vel hypallage est, pro, nulli ipse Amor eripit suas vires. τὸ *ipse* continet rem absurdam, nemo enim quod suum est, eripit, vt nec quisquam est fur rei suæ. & ita Virg. 4. Georg. *constructaque mella Diripuere ipsæ.* *Ipse*, vt eleg. 29. infra:

Sed quos ipse suis fecit amor manibus.

& eleg. 19. libr. 3.

Ipse alimenta sibi maxima præbet Amor.

Suas vires, militiæ suæ dicatas, vel quas ipse præbet, quia audaces & fortes Amor reddit. Sic Tibull. *quid messes vris acerba tuas.* & Virg. 5. Æneid.

——*vestras spes vritis.*

QVID? *cum è complexu Briseidos iret Achilles,*
Num fugere minus Thessala tela Phryges?]

τὸ *Quid?* formula est pergentis ad alia, vt sæpe apud Ciceronem. *Cum iret*, discederet. vt eleg. 4. sup. ——*sæpe repulsus eat.* vide illic è *complexu Briseidos.* Stat. 4. Sylu. ad Marcellum.

Talis cantata Briseide venit Achilles
Acrior, & positis erupit in Hectora plectris.

Ouid. sub finem lib. 2. de arte amandi:

Fecit & in capta Lyrneßide magnus Achilles,
Cum premeret mollem lassus ab hoste torum.
Illis te manibus tangi, Brisei, sinebas,
Imbutæ Phrygia quæ nece semper erant.

Complexus & amplexus, pro re Venerea, vt eleg. 26. infra:

Iam Deus amplexu votum persoluit.

& Plaut. Amphitr. *Cubat complexus, cuius cupiens maximè est.* vt hîc *complexu* sic altero ab hoc versu *lecto* dixit. *Num minus* &c. venusta oratio in re pari. Plaut. Pseud. sc. 2. act. 1. *At hac retunsa est. itidem vos estis plagis. Num minus omnium opera vtar?* Ouid. 3. Fast.

Ipse vides manibus peragi fera bella Mineruæ,
Num minus ingenuis artibus illa vacat?

& eleg. 1. lib. 2. Trist.

Inscius Actæon vidit sine veste Dianam
Præda fuit canibus num minus ille suis?

Ipse Propert. eleg. vlt. lib. 4.

Num minus immites habuit Cornelia Parcas?

Fugere Phryges, territi dedère terga Troiani.

de hac Phrygum fuga Virg. 1. Æneid. & Homer. Iliad. 20. & 21. *Tela Thessala*, eleg. 1. supr. *Aemoniam cuspidem* vocauit: vtroque loco hastam Achillis significat, quæ excisa in monte Pelio, inde dicta *Pelias*. hastæ vero Achilleæ meminit, quia Achille insequente Phryges fugere vt pater Virgilij & Homeri locis anted.

Qvid? *ferus Andromache lecto cum surgeret Hector Bella Mycenæa non timuêre rates?*] Sic Ouid. eleg. 9. lib. 1. Amor.

Hector ab Andromaches complexibus ibat in arma,
Et galeam capiti qua daret vxor erat.

Ferus Hector, vt Virg. 1. Æneid. *sæuus*: ἀνδροφόνος Homero: *Homicida*, Horatio. *Mycenæ rates*, naues Græcorum, vt eleg. 26. infra:

Et Danaum Euboico littore mille rates.

Mycenæa, Argiuæ, quia Mycenis profecti Græci: Virg. 2. Æneid.

Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.

Timuere. de terrore eius certaminis Ouid. 13. Met. *Bella*, prælia, pugnas & arma & oppugnationes, vt eleg. 1. sup. *classica bella*. Belli & prælij discrimen tradit tamen Lucillius lib. 26. apud Gellium.

Ille *vel hic classes poterat, vel perdere muros.*] Hector poterat naues igni cremare: Acbilles muros euertere, & eruere ferro. Sic Stat. 1. Achill. de Acbille.

Impelletque manu nostros opera irrita muros.

& Horat. oda. 6. lib. 4.

Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide pugnax.

Hic *ego Pelides, hic ferus Hector ero.*] Sic Ouid. initio lib. 1. de arte amandi:

Curribus Automedon, lentisque erat aptus habenis
Typhis in Aemonia puppe magister erat.
Me Venus artificem tenero præfecit Amori.
Typhis & Automedon dicar amoris ego.

[illegible], hîc, est, in Amoris militia; vt el. 4. sup.

Non hîc herba valet, non hîc nocturna Cytæis.

& apud Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Hic ego dux milesque bonus.
Hîc ego Pelides &c. quia, vt ait el. 6. lib. 1.
Hanc me militiam fata subire volunt.

Aspice *vti cælo modò sol, modò luna ministret.*
Sic etiam nobis vna puella parum est.]

vt cœlo solius solis ministerium, qui quasi daduchus est satis non est, sed & luna officium suum præstare vicissim debet, sic & nobis vna puella non sufficit. simili sensu dixit Plaut. Truc. act. 4. sc. 4. *Sed tamen cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia ætatem qui vni cubili nunquam committit suam, quasi vnum obsideatur, aliunde perfugium gerit.* & ipse elegia 30. infra:

Vna contentum pudeat me viuere amica.

Sol ministrat, vt *Luna ministrat iter* eleg. 16. lib. 3. scilicet quasi daducbus. *Ministrat* autem *cælo* dictum est, vt à Virg.

—— velisque ministrat.

& Statio. 7. Theb.

—— parisceque ministrat habenis.

Altera *me cupidis teneat foueatque lacertis:*] id est, me amplectatur. sic Næuius in Tarētilla: *Atque adnutat, alij adnictat, alium amat, alium tenet.* & Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Sæpe aliam tenui.* Item.

Te tenet, absentes alios suspirat amores.

Foueat lacertis, vt eleg. 18. sup. *foui in vlnis*. vbi vide adnotata. *cupidos* autem *lacertos* dixit eadem figura, qua *periuro corpore* eleg. 5. sup. & *felici nixa lacerto* eleg. 16. lib. 1.

Altera si quando est, non sinat esse locum.

id est, si quando est locus. id est, si quando lectus vacat, non sinat illa vacare, sed locum alterius absentis occupet, & in vacuum veniat. Translatum à conuiuijs vbi locus vni esse dicebatur. Cic. 2. de Orat. *Cœnabo, inquit Appius Lusco, apud te; vni enim locum esse video.* Plautus in Sticho extremo. *vni locum conspicor vbi accubes.* Horat. epist. 5. lib. 1.

—— locus est & pluribus vmbris.

An legendum: *Si qua deest*. id est, cum amica abest.

Avt *si forte irata meo sit facta ministro.*] id est, Si grauius succensuerit seruulo eam vocanti. *facere iratum*, pro iram concitare, vt eleg. 6. *facta beata*. & eleg. 16. sup. *facite beate*. An *facere iratum*, irritare, vt *facere missum*, mittere. Terent. Adelph. act. 4. sc. 7. *Hilarem ac lubentem facte in nati nuptijs.* Plaut. Pseud. sc. 4. act. 4. *Qui te nunc fluentem facit.* & in Amphitr. *Vxor me insanum facit.* sic *facere confixum*, configere. *facere elixum*, elixare. *facere mu*, mutire. *facere fugam*, fugere. *facere cædem*, cædere.

Vt *sciat esse aliam, quæ velit esse mea.*] non dissimile est, quod ait eleg. 5. sup.

Inueniam tamen è multis fallacibus vnam
Quæ fieri nostro carmine nota velit.

Mea, vt eleg. 8. lib. 1. *Maluit esse mea.* Item.

Siue dies, seu nox venerit, illa mea est.

Nam *melius duo defendunt retinacula nauem.*] Retinacula ea omnia dicuntur, quibus quid retinetur & religatur. Vnde Virg. 1. Georg. de vimine & virgis:

Atque Amerina parent lentæ retinacula viti.

Ibid. *—— retinacula tendens.*

id est. lora & habenas. & Horat. sat. 5. lib. 1. *Retinacula mulæ*, sunt & *retinacula* Virgilio, quibus nauis appulsa religatur ad palum cui nomen *Primnesius*, siue *tonsilla*, Festo. Anchoræ autem cum è funibus pendeant, iaciuntur & à prora & à puppi, vt firmius stet nauis. *Defendunt nauim*, tutantur à ventorum & fluctuum impetu. Sic Ouid. 2. de arte amandi:

Non satis vna tenet ceratas anchora puppes:
Nec satis est liquidis vnicus hamus aquis.

vide totum istum locum. ad illud retinacula, pro anchoris videtur allusisse eleg. 7. lib. 3.

Anchora te teneat, quem non tenuere Penates.

Tangit autem hic Græcorum prouerbium, quo vtitur Aristides in Panath. ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ duabus anchoris nixus in statione aut portu stat. Et Pindar. Olymp.

Ἀγαθαὶ δὲ πέλοντ-
ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς
ἐκ ναὸς ἀπεσκίμφθαι δύ' ἄγκυραι.

Id est. Bonæ sunt in hyberna nocte celeri ex naue ad laxandum duæ anchoræ.

Tvtivs *& geminos anxia mater alit.*] similiter

ter Ouid.2. de remedio amoris:

Parcius è multis mater desiderat vnum,
Quam qua flens elamat. Tu mihi solus eras.

Albinouanus ad Liuiam:

Vnius est munus quod tamen orba negor.
Me miseram! extimui, frigusque per ossa cucurrit.
Nil ego iam possum certa vocare meum.
Hic mens ecce fuit: iubet hic de fratre vereri.
Omnia iam metuo; fortior ante fui.

ergo *anxia*, sollicita de liberis, vt 5. Æneid. Venus *exercita curis* ob Æneam filium.vel *anxia*, timida, quia, vt Virg. loquitur, *timor anxius*, & matres liberis timere solent. Sed & patres liberorum cura angit. vnde Virg. 1. Æneid.

Aeneas, neque enim patrius consistere mentem
Passus amor.

AVT *si es dura nega, sin es non-dura venito.*] Dilemmate vana promissa tollit. *Si es dura, nega*, & præscide mihi spem: aut *si non-dura*, veni ad me, & da te mihi fruendam. nam *cito negare beneficium, pars quadam beneficij est.* vnde Martialis:

Diligo prastantem, non odi, Cinna, negantem.

QVID *iuuat in nullo pondere verba loqui.*] τὸ *quid iuuat* Imprecantis est, quasi diceret

Quid, (malum!) tibi libet promittere &c.

vide adnot. ad illud eleg. 2. lib. 1.

Quid iuuat ornato procedere, vita, capillo?

Verba loqui, verba facere; & dicere idem. *dicere* autem promittere est. ergo *verba loqui* promittere, quod sup. eleg. 17. *promissis ducere amantes.* Addidit *nullo pondere*, vt fides leuissima intelligeretur. Sic eleg. 5. sup.

Cynthia verba leuis, id est, fides. & eleg. 8. libr. 1.

Quis ego, vita, tuo limine verba querar?

id est, fidem tuam accusem, quod alibi:

Vngue meam morso sape querere fidem.

In nullo pondere dictum vt eleg. 9. sup.

Maximaque in parua sustulit ossa manu.

vide adnot. ad eleg. 25. infra versu 22.

HIC *vnus dolor est ex omnibus acer amanti,*
Speranti subito si qua venire negat.]

Idem fere dixit eleg. 17. sup.

Mentiri noctem, promissis ducere amantem
Hoc erit infectas sanguine habere manus.

Hic vnus ex omnibus acer dolor. id est, omnium sæuissimus. sic Virg. 7. Æneid.

——stetit acri fixa dolore.

vide Nonium in *Acre*, sæuum. *Vnus ex omnibus.* vt Cic. 3. in Catilinam. *Vnus erat timendus ex omnibus.* & pro Sex. Roscio. *Vnus rebellis ex omnibus* &c. porro τὸ *si qua* ad amicam refertur certa destinatione incerti sermonis, vt dictum eleg. 3. sup.

Nec si qua Arabio lucet bombyce puella.

Subitò dixit ad doloris incrementum, quia repentina magis perturbant. Tibullus eleg. 8. libr. 1.

Vel cum promittit, subito sed perfida fallit:
Est mihi nox multis euigilanda malis.

sic enim interpungendus ille locus. Quid *venire* dictum eleg. 14. sup. vers. 10.

QVANTA *illum toto versant suspiria lecto,*
Cur recipi, quum non nouerit, illa vetat.]

A Suspitia. id est, dolores, cruciatus, angores, vt contra *dolores*, pro morbis eleg. 1. sup.

——sanat medicina dolores.

sic *Ab gemat.* id est, crucietur; eleg. 6. sup. id quod sequitur, pro eo quod præcedit. de suspirijs dixi. eleg. 3. lib. 1.

Et quoties raro duxti suspiria motu.

& eleg. 6. lib. 3.

Odi qua nunquam pungunt suspiria, somnos.
Versant illum toto lecto, vt el. 14. lib. 1.
Et miserum toto iuuenem versare cubili.

B vbi vide adnotata. *Cur recipi* &c. Vulgatior lectio: *Quum recipi quem non nouerit, ille putat.* aperta est, sed cusa in officina Beroaldi; Scaliger interpungit:

Quum recipi, quem non nouerit illa, vetat.

& addit: *fingit se non nosse quem vult excludi.* obscurè; ego sic interpungo:

Cum recipi, quem non nouerit, illa vetat.

Amica, inquit, iubet amatorem sibi licet notum, vt ignorum excludi. Sic Plaut. Asin. sc. 2. act. 1. *Eadem cum est melius* (tibi) *me, cuius opera est, ignoras, mala.* Idem Captiuis sc. 3. act. 5. *Mos hominibus obliuisci, nec nosse, cuius nihili facienda gratia.* Sic meretrices. Quis tu es? quid hic tibi debetur? *Recipi*, admitti, vt dictum elegia

C 14. sup.

ET *rursum puerum quærendo audita, fatigat.*] id est. Iterumque percontando seruulum quæ iam audijt, obtundit, enecat, exercet, miserum habet. *fatigat quærendo*, vt Horat. oda 14. epod.

Occidis sape rogando. vide adnot. ad eleg. 20. sup. *Pueri*, seruuli, vt adnot. ad eleg. 3. libr. 1. vers. 10.

QVEM, *qua scire timet, quærere plura iubet.*] huic loco facit prouerbium Celticum: *Trop enquerir n'est pas bon.* Sed Beroaldus legit *dicere plura*, quæ scire timet. id est, quæ nollet audite. sic eleg. 6. lib. 3. inquit.

Dic mihi de nostra qua sentis vera puella.

D vbi vide adnotata.

AD ELEGIAM XXIII.

De amoris seruitute.

CVI *fuit indocti fugienda hac semita vulgi,*
Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.]

Scaliger hæc continuat & legit *indocto*, vt sit ἀμούσῳ. Qui indoctus, inquit, fugiebam vagas puellas, siue *vulgares amores*, vt loquitur eleg. 13. libr. 1. nunc eos sequor. *Indocti vulgi*, vt

E Cic. *imperita multitudinis*, de qua eleg. 5. supra. versu 26. dictum:

Cuius non bedera circumiere caput.

Cum, inquit, *semita vulgi*: alludit ad semitarias mœchas, prostibula populi. Semita, pro via publica (in qua tamen & semita Plauto) vt eleg. 11. libr. 1. vers. 2. & eleg. 14. sup. *fugienda*, pro fugitata per enallagen. Poëtas autem Musæ secernunt populo. Allegoria ducta ex Pythagoræ symbolo. λεωφόρῳ μὴ βαδίζειν. quod adnotaui ad eleg. 1. libr. 1. vers. 18. eadem allegoria Plautus Curcul.

Nemo vt incedat publica prohibet via.
vide Laërtium in Diogene de eo ingrediente theatrum, cum egrederetur populus. contra Cic. *vtor via*, & *vti foro*. *Ipsa petita lacu aqua.* altera allegoria. contra eleg.10. lib.1.

Raram sepositi quærere fontis aquam.

& Varro apud Seruium ad illud 4. Æneid.

Fulsere ignes. Aqua petita de puro fonte.

Petita è lacu aqua, turbida & limosa. vt Virg.2. Æn. *Limosoque lacu.* Plaut.Pœnulo sc.2. act.1. *Curram igitur aliquo ad piscinam, aut lacum, limum petam.* Sex. Rufus Romæ lacus innumerabiles recenset vt Seruilium, Curtium, &c. Ibi pannos abluebant, & aquatum iumenta ducebant. vnde Horat. sat.4. libr.1. —*omnes*

Gestiet à furno redeuntes scire, lacuque.

Sueton. in Galba cap. 7. *At in iure dicundo cum de proprietate iumenti quæreretur, leuibus vtrimque argumentis, & testibus; ideoque difficili coniectura veritatis; ita decreuit, vt ad lacum vbi adaquari solebat, duceretur capite inuoluto.* Varro apud Donatum in Adelphos, Lacus docet semper fuisse ad portas ad vsum iumentorum exeuntium & redeuntium & ad restiguendum incendium. Vlpian. L. vnica. §. Lacus. D. vt in flum. pub. na. l. Lacus est quod perpetuam haber aquam: stagnum quod temporalem ibidem stagnantem. Martial. epigr. 102. libr. 9.

Multum crede mihi refert, à fonte bibatur,
Qui fluit, an pigro quæ stearet vnda lacu.

& aqua est in obscœnis Cic. & in Priapeis. & communes meretriculæ, vt lacus. *Est mihi dulcis*, suauis & iucunda mihi videtur. Cic. 5. Tusc. *Darius in fuga cum aquam turbidam bibisset, & cadaueribus inquinatam, negauit se vnquam bibisse iucundius, nunquam videlicet sitiens biberat.* Sic vtrem aquæ puttis cum bibisset Artoxerxes testatus est nihil sibi suauius vnquam fuisse. Plutarch.

INGENVVS *quisquam alterius dat munera seruo,*
Vt commissa suæ verba ferat dominæ?]

Sic Apuleius lib.9. Asini aurei. *Myrmex* (ianitor corruptus pecunia) *deuorato pudore & dimota cunctatione ad aures dominæ mandatum perfert. Ingenuus*, & liber natus, & liberaliter educatus. Ingenuus est, qui statim vt natus est, liber est, siue libera conceptus siue editus sit, siue medio tempore matrem liberam habuerit. Institut. Tit. de Ingenuis. *ni quisquam*, est indignantis, vt elegia vlt. infra vers. 1.

Alterius dat munera seruo. muneribus blanditur alieno seruo. Sic & Seneca ep. 47. & ex eo Macrob. cap.7. libr.1. Sat. humile docet & turpe, quod plerique spe lucri faciunt, alienorum seruorum osculari manum. *Commissa verba*, *mandata* vocauit Apuleius loco antecitato, & ipse eleg.6. libr.3. vers. 37. est autem verbum fidei *ni commissa*, vt elegia 18. sup. vers. penult. *Suæ dominæ.* ambiguè, an heræ serui, an amicæ amantis. *ferat dominæ*, ad dominam, vt nuntius & interpres amoris: vt Virg.4. Æneid.

Celeres defer mea dicta per auras.

mox: *hic nostri nuntius esto.*

A ET *quærit toties.*] Sic eleg. sup. prox. vers. penult. *Rursum quærendo. Quænam nunc porticus illam integit?* sub qua porticu spatiatur. Porticus, inquit Isidorus cap. 7. libr. 15. quod transitus magis sit quam ad standum sita, quasi porta, & porticus eo quod sit aperta. Ouid. eleg.1. lib.2. Trist.

Cum quadam spatientur in hac, vt amator eodem
Conueniat, quare porticus vlla patet.

& 1. de arte amandi:

Seu pedibus vacuus illi spatiosa teretur
Porticus.

Iuuenal. sat. 6.

B *Porticibusne tibi monstratur femina voto*
Digna tuo? Variæ etant porticus Romæ, vt *Porticus Phœbi* eleg.31. infra. & *Porticus Pompeia* eleg. 32. *Porticus Danai*, & *Liuia*, & *Octauia* Ouidio 1. de arte am. & *porticus Agrippæ* Horatio. *Absidata* Rufo. & *Philippi* & *Argonautarum* Victori.

ET *campo quo mouet illa pedes?*] Campi plures Romæ, Rufo & Victori, Martius, Cœlimontanus, Esquilinus, Viminalis, Fontinarum, Agrippæ. Flaminius Varroni. *Mouet pedes*, & eleg 30. infra.

Nec tibi sit Persei mouerit ala pedes.

C Plaut. Men. *Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum.* Ouid. 4. Fast.

Noscite Nymphæ
Mota quod obscuras vngula fecit aquas.

vel *mouet pedes*, vt *agitat vestigia* eleg. 16. sup. vbi vide adnotata.

DEINDE *vbi pertuleris, quos dicit fama, labores*
Herculis, vt scribat, muneris ecquid habes?]

Sic eleg.13. sup. vers.31.

Deinde vbi suppositus cinerem me fecerit ardor.

Quos dicit fama, qui feruntur, & perhibentur. eleg. 18. sup.

Narranti noli committere famæ.

D & Virg. 6. Æneid. *quam fama loquuta est.* Catull. *Fama loquetur anus. Labores Herculis*, vt eleg. prox. *Labor Alcidæ.* Catull.

Herculis labos est. legendus Plautus initio Persæ, qui amantis ærumnas cum ærumnis Herculis comparat. *Vt scribat*, potest iungi cum *pertuleris*. sed malo interpungere. *Herculis, vt scribat*, id est, etiamsi. & est fictæ concessionis. Cicero ep. 14. libr. 1. ad Attic. *Vt nihil à domesticis vulneris factum sit.* & ep. 3. libr. 8. *Vt iam placatis vtamur fluctibus.* Ouid. in epist. Didus:

Vt terram inuenias quis eam tibi tradet habendam.

E & lib.1. de arte amandi:

Vt iam fallaris tuta repulsa tua est.

Muneris ecquid habes. quam tenue & ieiunum tanti laboris præmium. munus, ἀθλον, vt eleg. 10. lib. 1.

Accipe commissæ munera lætitiæ.

Ouid.1. de arte amandi *pretium* dixit:

Protinus officij pretium, patiente puella
Contingent oculis crura videnda tuis.

Sic Ennius apud Ciceronem initio Catonis. *Ecquid erit premij?*

CERNERE *vti possis vultum custodis amari.*]
Odiosum est irati & iniqui vultũ intueri. ideo

Cœlius Ciceroni ep. 12. libr. 8. fam. *Malui ho-* A
mini alienißimo mihi me obligare, quam illius simiæ
vultum subire. Cicero pro Quintio. *Vultum su-*
perbißimum inimici subire. amari, tristis, odiosi
vt eleg. 1. libr. 1. *noctes amaras.* Si *auari* legi-
mus, vide Apuleium libr. 8. de auaritia Myr-
mecis.

CAPTVS *& immunda sæpe latere casa.*] captus,
est depræbensus, & pene captus, vt apud
Virg. 7. Æneid.

Num capti potuere capi.

Cælius Ciceroni ep. 2. libr. 8. *Obstupui, & mihi*
visus sum captus esse. de re quæ repente & præter B
exspectationem accidit. *Immunda casa*, vt eleg.
13. libr. 3.

Sæpe illam immundis passa est habitare tenebris.

Casam immundam opinor gurgustium Iani-
toris, aut ergastula seruorum intelligit. de
tota hac adulterorum miseria & periculo vi-
de Horat. sat. 2. libr. 1. & Apuleium libr. 8.
Asini aurei. Idem Horat. sat. 7. libr. 2. ait
etiam in arca latere.

QVAM *carè semel in toto nox vertitur anno?*]
Tanti, inquit, nox vna nun est, vt eius causa
totum annum excludar. *Quam carè*, vt elegia C
15. supra. *Quam vario amplexu. semel in toto anno*,
vt eleg. 1. lib. 1.

Et mihi iam toto furor hic non deficit anno.

& eleg. 16. lib. 3.

Peccaram semel, & totum sum pulsus in annum.

Nox vertitur. voluitur & venit. sic *vertens annus*,
eleg. 2. lib. 4. & eleg. 28. infra:

Et Deus & durus vertitur ipse dies.

Virg. 5. Æneid.

Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas.

AH *pereant, si quos ianua clausa iuuat.*] Iu-
uat tamen hoc Ouidium elegia vlt. libr. 2. A-
morum.

CONTRA *reiecto quæ libera vadit amictu,*
Custodum & nullo septa tumore, places.] D

hanc amo, hæc formosa mihi videtur, quæ re-
ducta veste, vt pectus nudum ostendat, sui in-
ris incedit. sic eleg. sup.

Candida non tecto pectore si qua sedet.

aliter Virg. 5. Æneid.

Sic fatus duplicem ex humeris reiecit amictum.

id est, exuit. Hinc *Ricinium* dictum Varroni
4. de lingua Latina. *quod eo duplici olim vterentur*
& dimidi- m eius partem reijcerent, id est, inquit, re-
trorsum iacerent. Vadit libera, vt eleg. 8. sup.

Ecquando ire tibi liber sum visus.

vadere verbum confidentiæ, vt docui ad eleg.
6. lib. 1. vers. 4. *Libera*, quæ non sub imperio E
viri. infra eleg. 32.

Semper viue meo libera iudicio.

Ouid. 3. de art. am.

Vt sis liberior Thaide, finge metus.

id est, sine custodibus & iugo matrimonij.
Septa tumore custodum, inquit, quia matronæ, ve-
luti vallo custodum circumdatæ incedebant
eleg. 14. lib. 3.

At nostra ingenti vadit circumdata turba.

& eleg. 8.

Custodum gregibus circum se stipat euntem.

Horat. sat. 2. lib. 1.

Si interdictâ petes vallo circumdata (nam te
Hoc facit insanum) multæ tibi tum officient res.
Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ,
Ad talos stola demissa, & circumdata palla.

Tumore; significatur fastus & superba illa cu-
stodum pompa, tanquam lictorum. Si *timore*
legimus, erit, *timore* custodum, quia custodes
timent, & metu casta matrona est. sic eleg.
12. libr. 3.

Quid faciet nullo munita puella timore.

CVI *sæpe immundo sacra conteritur via socco.*]
Quæ per sacram viam, it reditque frequenter.
vagam puellam & libertinam significat, quæ
pedibus suis ambulat, non gestatur. Iuuenal.
sat. 6.

Nec melior pedibus silicem quæ conterit atrum,
Quam quæ longorum vehitur ceruice Syrorum.

Quæ *vaga puella* dictum eleg. 5. libr. 1. vers. 7.
Viam terere, vt Horatius: & *Appiam mannis terit.*
ipse eleg. 16. lib. 3.

Est mala, sed cunctis ista terenda via est.

eleg. 5. lib. 4.

Saxosamque terat sedula culpa viam.

eleg. 30. infra.

Nos modo propositum viua teramus iter.

de *Sacra via*, celeberrima frequentia populi
dictum eleg. 1. sup. vers. 34. *Socco immundo*, id
est lutulento vt Virg. *Immundi fuci. In humu fa-*
cto elixo. Varro *Socci*, calceoli muliebres.
Sueton. in Caligula cap. 52. & in Vitellio cap.
2. erant & Græcoli calcei: Cicero pro Rabi-
rio: *Post consularis homo soccos habuit, & pallium.*
& 3. de Orat. *Pallium quo amictus: soccos, quibus*
indutus esset, se sua manu confecisse. Isidor. extremo
libro 19. *Socci quia quasi soccum habeant, quo planta*
immittuntur; non enim ligantur. notum & genus
calciamenti fuisse humilius cothurno, pro-
prium Comœdorum.

NEC *finit esse moram, si quis adire velit.*] quæ
omnibus facit sui copiam. *Adire* est eius, qui
rogare aliquid vult, vt notaui ad eleg. 13. lib. 1.
vers. 8. & Catull. epigr. 8.

Quem nunc adibis, cui videberis bella.

Horat. od. 14. lib. 3. *Si per inuisum mora ianitorem*
Fiet, abito. ergo *non finit esse moram*, cuius pa-
tet cuiuis ianua. Sic Horat. sat. 2. lib. 1.

——*parabilem amo Venerem facilemque*

& mox:

——*quæ neque magno*
Stet pretio, neque cunctetur cum est iussa venire.

DIFFERET *hæc nunquam, nec poscet garrula,*
quæ te Astrictus ploret sæpe dedisse pater.]
vt hic iunxit *differre* & *poscere*, sic eleg. 13. lib.
3. *Poscere & pretium mora. Differet*, ducet pro-
missis, vt dixit eleg. 18. supra. sic & elegia 5.
libr. 4.

Maior dilatâ nocte recurret amor.

Poscet, petet à te munera, vnde procaces dictæ
à procando, id est poscendo. Cic. Non. Fest.
Ipse eleg. 11. lib. 3.

Nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi.

vide Plaut. Aulul. act. 3. sc. 5. & Milite act.
3. sc. 1. *Da mihi, da mihi. Garrula, nimium tin-*
niens, Plauto. eidem & initio Bacchidum
Lusciniola, cui periculum non est ne desinat cantio.

A *Astrictus*, parcus nimium & arctus & auarus. cui *distinctus* apud Horat. opponitur & *dissolutus*, oda 1. epod. *Ploret dedisse*, lamentetur se perdidisse, cum dederit oato non bos in vsus. Sic Euclio Plautinus. *Aquam Hercle plorat cum lauat profundere.* & homo ad prætorem plorabundus deucoit erepto pulmento à Miluio act. 2. sc. 1. Ouid. eleg. 11. libr. 1. Amor.

In quibus absumtas fleret auarus opes.

est vero dilogia, & *sæpe ploret*, & *sæpe dedisse*.

NEC *dicet, timeo: propera iam surgere, quæso.*] Mimesis. vt Ouid. 3. de arte amandi:

B *Callida prosiliat, dicatque ancilla perymus.*

Propera iam surgere: quæso, Surge ocyus amabo. Horat. oda 11. lib. 3.

Surge quæ dixit iuueni marito,

Surge. Persius sat. 5.

——surge, inquit, auaritia, eia

Surge. ὦ *Infelix*, vel ego misera (sum) vel, vir infelix, sceleftus, infaustus, vt contra Plauto *scelestus*, pro, miser. Plaut. Milit. sc. 3. act. 2. *Pergin, infelix?* mox. *Dijs iratis natus.* Idem Asinaria, sc. 2. act. 2. *Hominem infelicem, qui patronam comprimat.* sic vulgo: *Mon meschant & malheureux mary. Vir mihi*, pro vir meus. vt eleg. 17. lib. 1. *Nec mihi Cassiope. Rure venit*, pro, redit. Tibull. eleg. 3. lib. 2.

C *Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus,*

Venit & è templis irrita turba domum.

Vide Apuleium libr. 8. in fabula Philisiteri. Horat. sat. 2. lib. 1.

Nec metuo, ne dum furno, vir rure recurrat,

Ianua frangatur.

ET *quas Euphrates, & quas mihi misit Orontes*

Me capiant.] Armeniæ & Syræ mulieres me iuueot. de Euphrate dictum eleg. 10. sup. vers. 13. de Oronte el. 2. lib. 1. vers. 3. *misit*, vt eleg. 5. lib. 4.

D *Vel quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ.*

& Virg. 1. Georg.

India mittit ebur. Ouid. 5. Fast.

Tura nec Euphrates, nec miserat India costum.

NOLIM *furta pudica tori.*] hypallage, pro, nolim furta tori pudici, id est, quem pudicum esse oporteat. sic eleg. 32. infra.

Dic mihi quis potuit lectum seruare pudicum.

Furta propriè in adulterijs, quia contrectatio fit rei alienæ. vnde *attrectare* & *contrectare* in re Venerea. Sententia est. Nihil mihi cum nopta, præsertim matrona & nobili.

E LIBERTAS *quoniam nulli iam restat amanti.*] Quandoquidem ne minimum quidem libertatis amplius superest amanti. *Iam*, pro Amplius, vt eleg. 3. supra, vers. 1. & eleg. 5. libr. 1. vers. 17. Seruos omnes esse amantes, & amorem seruitium docuimus ad eleg. 1. lib. 1. & alias sæpe.

NVLLVS *liber erit, si quis amare volet.*] *nullus*, pro non, vt elegia 22. supra. vers. 28. hac de re vide adnotata ad elegiam 21. vers. 5. bene addit. *Si quis amare volet*, quia vt inquit P. Syrus:

Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.

AD ELEGIAM XXIIII.

De Cynthia in Æmulum.

TV *loqueris, cum sis iam toto fabula libro:*] Se ipsum obiurgat sub alterius persona, vt elegia 3. sup.

Qui nullum tibi dicebas: &c. *Tu loqueris*, id est, etiam audes hisfcere, siue pergis nugari. *Cum sis fabula.* id est, sermo omnibus, vt noster loquitur eleg. 21. sup. vbi vide adnotata, & Adrianum Iunium adag. 6. Cent. 4. Sic Ouid. eleg. 1. lib. 3. Amor.

Fabula nec sentis tota iactaris in vrbe.

ET *tua sit toto Cynthia lecta foro?*] id est, carmen de Cynthia. Martialis lemmate, Propertius:

Cynthia facundi carmen iuuenile Properti.

ipse eleg. vlt. huius libri:

Cynthia quinetiam versu laudata Properti.

Lecta toto foro; id est, in maxima hominum frequentia.

CVI *non his verbis aspergat tempora sudor?*] Scaliger legit pro, *sudor*, *surdo*. hoc sensu: Cui etiam surdo his verbis (quæ duobus versiculis comprehendit) pudor non adspergat tempora? ego putaui aliquando legendum: *aspergat tempora sudore*, vt e deteratur ob sequentem vocalem aut, vt apud Horatium & Virgilium identidem: sed nihil nunc moto. *Sudor aspergat tempora.* id est, faciem leniter perfundat, vt eleg. 12. lib. 1.

Nonnihil aspersis gaudet amor lacrymis.

Tempora, pro, facie, vt eleg. 18. sup.

An si cæruleo quædam sua tempora fuco

Tinxerit.

Similis sententia de animo æstuante est elegia 22. vers. 12. vbi vide adnotata de duplici sudore.

AVT *pudor ingenuus, aut reticendus amor.*] Sententia est. Aut pudor ex ingenuo amore est, & ita silendus ille amor, aut reticendus est amor, quia turpis. Siue, Aut ingenuam amas, aut turpem & meretricem. si ingenuam pudore tacere te oportet, si turpem, & silendum tibi est. turpitudinem suam quemque pudet eloqui, vnde *amor reticendus*, turpis, ioc fandus. Catull. epigr. 6.

Flaui delicias tuas Catullo

Ni sint illepidæ, atque inelegantes

Velles dicere, nec tacere posses.

Verum nescio quid febriculosi

Scorti diligis: hoc pudet fateri.

QVOD *si tam facilis spiraret Cynthia nobis.*] in alijs libris est, *iam*. si retinemus, *tam*, subaudiendum, quam faciles sunt illæ vagæ mulieres. *Spiraret facilis*, vt Tibulli elegia 1. libr. 2.

Felix cui placidus leniter afflat amor.

Metaphora à vento secundo, vt el. 27. infra:

——reuocauerit aura puella.

vbi vide adnotata.

NON *ego nequitiæ dicerer esse caput.*] id est, Dux, signifer, princeps hominum nequam.

vt *caput cœna*, & *caput in epistola*, quod præcipuum, fons & origo, vt caput aquæ. Virg. 11. Æneid.

Latio caput horum & causa malorum.

Plaut. Asin. *Caput argento reperiundo.* Liuius libr. 8. *Capita coniurationis*, id est, principes. vt noster dixit: *Caput nequitiæ*, Sic Plautus Pseudolo sc. 5. act. 1. *Dictator* de amatoribus.

Si, inquit, de damosis natis & amatoribus
Dictator fiat nunc Athenis atticis:
Nemo antecedat filio credo meo:
Ita nunc per vrbem solus sermo est omnibus.

NEC *sic per totam infamis traducerer vrbem.*] Plaut. Pseud. *Ita nunc per vrbem, solus sermo est omnibus.* Horat.

Heu me per vrbem nam pudet tanti mali,
Fabula quanta fui.

ipse eleg. 5. sup.

Hoc verum est tota te ferri Cynthia Roma.

Traduci proprie est, duci trans aliquem locum, vt in pompa fit. Sueton. in Caligula cap. 15. *Carpentum matri instituit, quo in pompa traduceretur.* Ductum igitur à seruis furciferis, vel fontibus qui per vias duceuntur ad infamiam simul ac supplicium. Liuius libr. 2. de Volscis publico consilio & voce præcipuis à spectaculis exactis: *Vos ciuibus & peregrinis spectaculo abeuntes fuisse, vestras coniuges & liberos traductos per ora hominum.*

VTERER, *& quamuis, nomine verba darem.*] id est, licet flagrarem multarum amore, vnius tamen, Cynthiæ sub nomine, ille amor lateret, & ita dissimularem, ac fallerem. Si, *vteret*, vt est in alijs libris, retinemus, erit, Cynthia. *Verba* tribus modis accipiuntur, inquit Palæmon. pro fallacia, vt *dedit mihi verba*, pro sermone, vt *fecit verba Cicero*: & pro ijs quæ per modos, & tempora declinantur. Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Verbaque dat stulto callida Nupta viro.

3. Fast.

Et iuuat hanc magno verba dedisse Deo.

& 1. de remedio Amor.

Verba dat omnis amans.

& in epist. Cydippes:

Verba, quid exultas, tua si mihi verba dederunt,
Sumque parum prudens capta puella dolis.

& 2. de arte amandi:

Cum dare non possem munera, verba dabam.

ipse eleg. 5. lib. 4.

Versibus auditis quid nisi verba feres.

QVARE *ne tibi sit mirum me quærere viles.*] id est, sectari *scorta diobolaria*, vt Plaut. Pœnulo, siue vt Festus, *quadrantarias*. *Quærere*, dictum vt eleg. 21. sup. *Quæritur alter.*

PARCIVS *infamant, num tibi causa leuis?*] Contra Horat. sat. 2. libr. 1.

——*Est cum meretricibus vnde*
Fama malum grauius, quam res trahit. *Parcius*, minus, vt Virg. ecl. 3.

Parcius ista viris, tamen obijcienda memento.

Horat. *Parcius iunctas quatiunt fenestras.* *Infamant*, traducunt. Stat. 7. Thebaid.

——*Acheloon vtroque*
Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.

vsus eadem mente ipse eleg. 9. & 14. lib. 3.

ET *modo pauonis caudæ flabella superbæ.*] De muscaria pauonina Martialis lib. 14. epig. 67.

Lambere quæ turpes prohibent tua prandia muscas
Alitis eximiæ cauda superba fuit.

Superba caudæ, quia pauonum est superbire explicata cauda, maximè cum laudantur. Plinius cap. 20. lib. 10. *gloriosum animal & maleuolum* vocat. Idem de pauo Ouidius, vnde lib. 13. Met.

——*laudato pauone superbior.*

ET *manibus dura frigus habere pila.*] pilam diu tenendo, quam præbeas frigus pati. *pilam* lusoriam intelligit, cuius inuentor Pithus vt scribit Plin. cap. 56. libr. 7. ea lusitasse etiam puellas auctor Virgilius in Cyri:

Cum lapsa è manibus (Scyllæ) *fugit pila.* de ludo virginali. Lucanus ad Pisones:

Nec tibi nobilitas minor est, si forte volantem
Aut geminasse pilam iuuat, aut reuocare cadentem;
Et non sperato fugientem reddere gestu.

Ipse eleg. 12. lib. 3.

Cum pila veloces fallit per brachia iactus.

Beroaldus pilam ex cristallo intelligit, quam puellæ ad æstum refrigerandum tenere solent, sed nullum laudat auctorem.

ET *cupit iratum talos me poscere eburnos.*] pro, *cupidè poscit*, vt eleg. 10. lib. 1.

Tu caue ne tristi cupias pugnare puellæ.

id est, pugnes. Sententia est. Vt me ludo leniat & placet, rogat vt sibi talos eburnos emam, quibus mecum ludat. An legendum, *Iratam.* id est, vt se placem iratam, & secum ludam *poscere me talos*, vt Virg. 11. Æneid.

——*pacem te poscimus omnes.*

& Liuius libr. 1. *Verbenas te posco, ô Rex.* De talis eburnis Martialis libr. 14. lemmate 14. Tali Eborei.

Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

& epigr. 1. libr. 13.

Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Tali autem numero quatuor iaciebantur (tesseræ tantum tres.) Cicero bis in lib. 1. de diuin. elegia 33. infra. Cynthia talis ludit:

An nondum est talos mittere lassa manus.

meminit & eleg. 8. & 9. lib. 4. & Diomedes lib. 2. *Ossibus ludere*, pro, talis.

QVÆQVE *nitent sacra vilia dona via.*] pro vilia Beroaldus legit *Iolia.* & exponit, Cæsarea, magna, ridiculè. *vilia dona*, vt eleg. 10. sup. vers. 24. *vilia tura.* vbi vide adnotata. *Nitent vilia*, quamuis vilia, pulcra tamen videntur. *Sacra via.* Varro cap. 16. lib. 3. de re rustica. *Carius in sacra via, quam mel venit.* & cap. 2. lib. 1. *Sacra via vbi poma veneunt.* Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Munera præterea videat, quæ miserit alter.
Si tibi nil dederit, sacra roganda via est.

Idem 2. de arte amandi:

Rure suburbano poteris tibi dicere missa
Illa, vel in sacra sint licet empta via.

In Priapeijs:

Hæc quæcunque tibi posui vernacula poma,
De sacra nulli dixeris esse via.

A H *peream, si me ista mouent dispendia, sed me Fallaci dominæ iam pudet esse iocum.*] famæ iactura, non rei mouent. *Dispendia*, damna, ab ære pendendo. vnde *dispensatores*. Festus in *dispensare*. Varro 5. de lingua Latina. *Dispendium quod in dispendendo solet minus fieri*. Plaut. Mercat. *Amorem*, inquit, *multos illexe in dispendium*. *Fallaci*, id est, quæ noctem mentitur, & promissu amantem ducit vt ipse elegia 17. sup. ait. vide adnotata ad eleg. 5. sup. vers. 5. *esse iocum, ludos fieri* Plauto. Horat. sat. 5. libr. 2.

Ne quid tu perdas, neu sis iocus. Catullus.
Iocum me putat esse mœcha turpis.

H o c *erat in primis quod me gaudere iubebas.*] Iracundè, vt eleg. 5. sup. vers. 1. *Hoc verum est* &c. & mox. *Hoc merui sperare. Inprimis*, præcipuè, & ante omnia. Seruius in 1. Georg. *Quod me gaudere iubebas*, gaudere cum 4. casu. Cælius Ciceroni libr. 8. fam. *Vt suum gaudium gauderent.* Catull.

Gaudia quæ medio die gaudeas.

Plaut. Captiuis sc. 1. act. 4. E. *Gaude.* H. *quid ego gaudeam?* E. *quia impero.* H. *& gaudeo, etsi nihil scio quod gaudeam. Gaudere iubet*, qui pollicetur aliquid boni, vel nunciat. Cicero ep. 2. lib. 7. fam. *Valdè iubeo gaudere te.* eiusdem generis est illud *Iubeo saluere.* & illud Catull.

——*Non hoc miserum sperare iubebas.*

T a m *te formosam non pudet esse leuem.*] Ipse eleg. 16. sup.

Formosis leuitas semper amica fuit.

tam, & ad *formosam* & ad *leuem* referri potest.

V n a *aut altera nox nondum est in amore peracta.*] non dissimile est illud eleg. 32. infra.

Sin autem longa nox vna aut altera lusu Consumpta est. coorta eleg. 20. lib. 3. vers. 13. vbi *nox prima. Peracta*, vt Virg. in Moreto:

Iam nox hybernas bis quinque peregerat horas.

Obscœnè in Priapeijs: *Quæ quot nocte viros peregit vna.*

E t *dicor lecto iam grauis esse tuo.*] id est, lectus iam tuus me ferre non potest. Iuuenal.

Iam grauis es nobis, & sæpe emungeris, exi Ocyus & propera. *lecto tuo*, tibi. eleg. 18. sup. *Ipse tuus semper tibi sit custodia lectus.*

M e *modo laudabas, & carmina nostra legebas: Ille tuus pennas tam cito vertit amor?*]

Huc pertinet illud Crassi in Ciceronem, à quo modò laudatus pro rostris, eodem ex loco vituperatus erat: *Quid? num me nuper ex hoc loco laudasti? Laudaui, inquit Cicero, sed exercendi ingenij gratia. Carmina nostra*, versus, quibus te celebraui. *scripta* dixit eleg. 13. sup. vers. 12. *Ille*, contemptim vt eleg. 21. sup. vers. 4. *Pennas vertit*, aliò auolauit, aliò se contulit; & hoc est quod dixit eleg. 8. sup.

Omnia vertuntur, certè vertuntur amores.

eadem allegoria eleg. 12. vers. 14. sup.

Pennas perdidit ille suas.

vide adnotata ad eleg. 9. lib. 1. vers. 23.

Tam citò, Ouid. epist. 5.

Quò leuis à nobis tam citò fugit Amor?

Seneca cap. 3. de consol. ad Polyb. *Tam cito te indulgentia tua pœnituit?*

A C o n t e n d a t *mecum ingenio, contendat & arte.*] Ingenium arti antepoluit:

Ingenium misera quia fortunatius arte Credit Democritus. apud Horat. in arte. hinc eleg. 1. lib. 3.

At non ingenio quæsitum nomen ab æuo Occidet; ingenio stat sine morte decus.

& eleg. 6. lib. 4.

Ingenium potis irritet musa poetis. Spiritum & artem carminis. Horat. coniunxit oda 6. lib. 4.

Spiritum Phœbus, tibi Phœbus artem Carminis.

I n *primis vna discat amare domo.*] Infidum riualem significat, qui nescit vna contentus

B uere amica. ergo *discat*, vt rudis & imperitus fidei seruandæ. sic eleg. 1. lib. 1.

Donec me docuit &c. & eleg. 5.

Tum graue seruitium nostræ cogere puellæ Discere. Per *vnam domum*, vnam amicam significat, vt eleg. 11. lib. 1.

Tu mihi sola domus, tu Cynthia sola parentes.

S i *libitum tibi erit, Lernæas pugnet ad hydras.*] id est, si iusseris, vt licitum & placitum; pro, licuerit, & placuerit. *pugnet ad*, pro aduersus. Plaut. Pseud. sc. 5. act. 1. *Itur ad te*; pro, contra. Terent. *Eun.* act. 5. sc. 2. *Ad fenem aliquam fabricam fingit.* Attius Tereo apud No-

C nium in *contendere*:

Video te mulier more multarum vtier; Vt vim contendas tuam ad maiestatem viri.

Gell. cap. 4. lib. 18. *Ad sophistas vtebatur eo.* id est, aduersus. *Lernæas hydras. Lerna paludem* nominat elegia 26. infra. Argiuorum palus Lerna, vbi locus hydra dictus (inquit Seruius ad illud 6. Æneid. *& bellua Lernæ*) qui euomebat aquas vastantes vicinam ciuitatem; in quo vno meatu clauso, multi erumpebant, quod videns Hercules loco ipso exussit, & ita clausit meatus aquæ. hæc Seruius. Plato in Enthydemo σοφιστὴν fuisse hydram

D ait, cuius vno sermonis capite amputato multa renascerentur, quo fortasse allusit Virg. 8. Æneid.

——*non te rationis egentem Lernæus turba capitum circumstetit anguis.*

Horat. ep. 1. lib. 2. de inuidia exponit:

——*diram qui contudit hydram* &c. *Comperit inuidiam supremo fine domari.*

Idem oda 4. lib. 4.

Non hydra secto corpore firmior.

De hydræ capitibus variant auctores: Alcæus ἐννεακέφαλον, Simonides πεντηκοντακέφαλον fuisse scribit. Pausanias in Corinthiacis vnum

E ei caput fuisse, non plura. Ouid. 5. Fast. *Lernaa Echidna* vocatur; ab Attio, & Plauto *Excetra* (qui addit in Persa, *satius cum excetra pugnare, quam cum amore.*) quod vno abscisso capite septem alia excrescerent. Higinos hydram hanc Typhoois gigantis, & Echidnæ filiam facit.

E t *tibi ab Hesperio mala dracone ferat.*] fabula est apud Apollodor. libr. 2. qui negat ea mala in Lybia, sed in hyperboreorum Atlante aie fuisse, quæ Iuno suis in nuptijs Ioui muneri dedit: quæ seruabat draco immortalis, Typhonis & Echidnæ filius. addit Atlantem rogatu

Herculis ad ea decerpenda iuisse, cum interim cœlum ceruice Hercules sustineret & deceptum Atlantem cœlum recepisse, quoad Hercules spiram sibi fecisset. alij cæso Dracone abstulisse, & Eurystheo dedisse, illum Herculi reddidisse; Herculem obtulisse Mineruæ, quæ in hortos illos retulerit. Draconi illi *Ladon* nomen fuit, vt scribit Apollonius lib. 2. qui vocat παγχρύσεα μῆλα. Seruius ad illud 4. Æn.

Hesperidum templi custos, &c. In horto Hesperidum Nympharum, inquit, filiarum Atlantis, erant aurea mala Veneri consecrata, &c. Reuera, inquit, nobiles fuerunt puellæ, quarum greges abegit Hercules occiso earum custode. nam μῆλα sunt oues, & μηλονόμος, pastor. Diodorus lib. 5. Varro cap. 1. lib. 1. de re rustica. *Vt in Lybia ad Hesperides, vnde aurea mala, id est, secundum antiquam consuetudinem, capras & oues, quas Hercules ex Africa in Graciam transportauit.* Ea enim Græci sua voce appellarunt μῆλα. Higinus Fab. 151. Typhonis Gigantis & Echidnæ filium facit hunc Draconem. meminit Pausanias Corinthiacis, & Eliacis, & Higinus Fab. 30. Palæphatus: Hesperum virum Milesium ait fuisse, cui oues pulcræ, & fœcundæ, quas eo mortuo relictis filiabus duabus Hercules abduxerit cum pastore cui nomen Draco. Plinius cap. 5. lib. 5. & Solinus in Mauritania fuisse aiunt hortos Hesperidum flexuoso maris meatu, vnde Draconis fabula. Festus in *Dracones*. Propter vigilantiam ait fingi Dracones incubare thesauris custodiæ causa. Iuuenal. sat. 14.

—— *quam si fortunas seruet easdem*
Hesperidum serpens, aut ponticus.

Tetra *venena libens, & naufragus ebibat vndas.*] id est, volens & sponte, quod est eleg. 17. supr.

Nunc iacere è duro corpus iuuat, impia, saxo,
Sumere & in nostras tetra venena manus.

Navfragvs *ebibat vndas.*] fracta naue, magnis poculis à Neptuno inuitetur, vt Plautus loquitur Rudente. Ouid.

Quærat auarus opes, & quæ lassarit eundo
Æquora periuro naufragus ore bibat.

Naufragium autem genus leti atrocissimum, quia talis interitus non sine graui sensu est. Cic. 1. Tusc. Ouid.

Nec letum timeo, genus est miserabile leti.
Demite naufragium mors mihi munus erit.

Ebibat, hyperbolicῶς. Plaut. Curculione: *Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.*

Et *nunquam pro te deneget esse miser.*] id est, tua causa. vt eleg. 15. lib. 1.

Alphesibœa suos vlta est, pro coniuge fratres.

Deneget, recuset, vt eleg. 6. lib. 1. vers. 9. *Miser*, exercitus, laboriosus, mille malis conflictetur. Cicero pro Plancio distinguit miserum ab exercito.

Qvos *vtinam in nobis, vita, experiare labores.*] id est. Quorum laborum velim in vtroque nostrum periculum facias, vter libentius tuo iussu, tanquam Eurysthei Hercules, eiusmodi ærumnas suscipiat.

Iam *tibi de timidis iste proteruus erit.*] id est, ferox & insolens. Donat. in Hecyram: *Proteruus*, immoderatus, & superbus, à proterendo. nam proteruus est, qui dum alius obuius est, proterit, quod & tauri faciunt, in appetitu coitus feminarum in quas calent. *Erit de timidis.* id est, de numero timidorum. Cicero 1. de leg. *Vnum Calatinum excipio, neque præterea quemquam de Gracis.* & pro Cæcinna: *De liberis quisquis est.* id est, de numero liberorum.

Qvi *nunc se in tumidum iactando venit honorem.*] id est, præter meritum in honorem euectus est à Cynthia, & *contingit sidera plantis. Venit in honorem*, vt eleg. 9. lib. 3.

In tantum forma processit honorem.

B Cicero ep. 27. l. 7. *Terra nata in honorem adducere.* Terent. Eunuch. *Vbi me videt esse in tantum honorem. Tumidus honor*, qui tumidos & inflatos reddit. vt eleg. 22. supr.

Insanos caditur ad numeros.

Hac mente eleganter Diogenes apud Laërtium ἔλεγε τοὺς τύφους, δόξης ἐξανθήματα.

Dissidivm *vobis proximus annus erit.*] id est; adferet dissidij causam, vt eleg. 2. lib. 1.

Discordia Phœbi.

At *me non ætas mutabit tota Sibylla.*] elegia proximè sequenti eadem sententia:

At me ab amore tuo deducet nulla senectus.

C & eleg. 15. supr.

—— *vt nunquam solueret vlla dies.*

De *ætate Sibyllæ* dictum eleg. 2. sup.

Et si Cumeæ secula vatis agat.

Lactant. cap. 6. lib. 1. de falsa religione: σιὸς Æoles, pro θεὸς, & βυλὴν, pro βουλὴν, vnde Sibylla.

Non *labor Alcida, non niger ille dies.*] ἀπὸ κοινοῦ, mutabit. *Alcida*, Herculis. Apollodorus lib. 2. Pythiam, ait, Herculem vocasse primum cognomento oraculum, cum prius Alcides vocaretur. *Ille dies*, omnium notus, vel tremendus, vt *ille Leo.* vide eleg. 11. sup. vers. 4.

D Tv *mea compones, & dices ossa, Properti,*
Hac tua sunt, eheu tu mihi certus eras.]

Quod officium carorum erat. sic eleg. 17. l. 1.

An poteris siccis mea fata reponere ocellis.
Ossaque nostra tuo nulla tenere sinu.

& mox: *Molliter & tenera poneret ossa rosa. Ponere*, componere, reponere, locare ossa, condere eodem significatu. Horat.

Omnes composui felices. Pers. sat. 3.

—— *tandemque beatulus alto*
Compositus lecto. Virg.

—— *nunc placida compostus pace quiescit.*

E *Et dices*, quereris, mimesis, vt el. 11. sup.

Nec ducet, cinis hic docta puella fuit.

& eleg. 1. supr.

Taliaque illacrymans muta iace verba fauillæ,
Huic misero fatum dura puella fuit.

Properti, vt eleg. 8. sup.

Prima moriere ætate, Properti.

& eleg. 10. lib. 3.

Non hunc vlla tibi speranda est fama, Properti.

Nominat autem Propertium ossa condendo, quia: *Gaudent compositi cineres sua nomina dici.* vide eleg. 13. supr.

Nec fueris nomen lassa vocare meum.

Et ingemiscit ad mentionem mortui, cum

ait *eheu*, vt eleg.20. sup. vers. 16. dicitur *& heu & eheu*, vt *hem & ehem*: Charis. lib. 2. *Tu mihi certus eras*, vt Sabinus in epistola Demophoontis: *Demophoon dices, hei mihi fidus erat.* & Ouid. 2. de Rem. Amor.

Parcius è multis mater desiderat vnum,
Quam qua flens clamat, tu mihi solus eras.

Certus, constans, fidus, vt notaui ad eleg. 19. lib. 1. vers. 24. hoc est quod dixit versu vlt. eleg. 17. supra:

Tum flebit cum mi senserit esse fidem.

CERTVS *eras eheu, quamuis nec sanguine auito*
Nobilis, & quamuis non ita diues eras.] veteres libri habent: *Nanita diues eras.* Betoaldus B emendauit. *Non ita diues.* id est, non valdè, vt Terentij Prolog. Andriæ: *Non ita dissimili sunt argumento ac stylo.* & eleg. 18. lib. 1.

Non ita sana tamen. Variis in locis rem sibi tenuem fuisse Propertius significat, vt el. 1. lib.4. vbi *tenues lares* suos vocat & ait:

Nam tua cum multi versarent rura Iuuenci,
Abstulit excultas pertica tristis opes.

& eleg. 5. lib. 3.

Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur.

& eleg. 8. lib. 1.

Illa vel angusto mecum requiescere lecto.

C Ouid. el.3. lib. 1. Amot. de se ipso.

Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina, si nostri sanguinis auctor eques.
Nec meus innumeris renouatur campus aratris,
Temperat & sumptus parcus vterque parens.

Sanguine auito nobilis, inquit, quia auitus sanguis nobilitatem parit, siquidem, vt ait Liuius lib.8. *Patricij sunt, qui patrem, auumque ciere possunt.* sic eleg. vlt. lib. 4. *Auita tropæa.* & *nobilis sanguine*, quia & alia re nobiles esse possumus, vt virtute, doctrina, scelere. vt alias dictum.

NIL *ego non patiar.*] sic eleg.26. infra:

Omnia perpetiar, &c. Omnia licet acer- D ba & non ferenda. *Nil non*, vt Horat. in arte:

— nihil non arroget armis.

NVNQVAM *me iniuria mutat.*] el.8. lib.3.

Non est certa fides quam non iniuria versat.

vbi se fidelem probat iniuriam ferendo. *Iniuria*, vt cum excluditur amator. vide eleg. 16. sup. vers.31. & eleg.3. lib.1. vers. 35.

FERRE *ego formosam nullum onus esse puto.*] pati fastidia formosæ leue & facile. Permanet in translatione, vt *seruitium mite* significet. quemadmodum dixit sup. eleg. 20. vers. 20. Quid ferre aliquem, exposui ad el. 8. sup. vers.14.

E CREDO *ego non paucos ista perisse figura.*] vide initium eleg. 6. supr. τὸ *Ista* ἐμφατικῶς. vt eleg. prox. seq.

Isto meis fiet notissima forma libellis.

CREDO *ego sed multos non habuisse fidem.*] id est, fide & constantia caruisse. *Habere fidem*, est hîc seruare, vt eleg. 15. sup.

Verus amor nullum nouit habere modum.

Sic *tenere fidem* dixit el. 18. lib. 1. Aliud est, habere fidem alteri.

PARVO *dilexit spatio Minoida Theseus*
Phyllida Demophoon; hospes vterque malus.]

Confundit *diligere & amare*, vel potius propriè, quia diligere minus est, quam amare. Cicero

A ep.1. lib.1. ad Brutum. *Clodius trib. pl. designatus valdè me diligit, vel, vt* ἐμφαντικώτερον *dicam, valdè me amat.* & ep.14. lib. 9. fam. *Tantum accessit, vt nunc denique amare videar, antea dilexisse.* & ep. 47. lib.13. *Vt scires eum à me non diligi solum, sed etiam amari.* *Minoida*, Ariadnam. dixi ad eleg. 14. sup. vers. 7. totam historiam vide apud Catullum in nuptiis Pelei.

PHYLLIDA *Demophoon: hospes vterque malus.*] fabula Phyllidis Thracum reginæ, & Demophoontis filij Thesei legenda apud Higin. fab. 59. & Ouid. in ep. Phyllidis. tangit & 3. de arte amandi:

Quære nouem cur ipse vices dicatur & audi,
Depositis syluas Phyllida flesse comis.

& 1. de Remedio:

Vixisset Phyllis si me foret vsa magistro;
Et per quod nouies, sæpius isset iter.

IAM *tibi Iasonia nota est Medea carina,*
Et modo seruato sola relicta viro.] vide quæ hac de re adnotaui ad eleg. 21. sup. vers. 11. & 12. *Nota carina Iasonia.* id est, ob nauem Argo, qua cum Argonautis, & Iasone relicta patria in Græciam venit Medea. & nota ac nobilis historia, nota Cynthiæ & ob Argonautica Apollonij & Varronis Atacini; de quibus eleg. vlt. infra:

Perfecto ludebat Iasone Varro.

Viro 3. casu, pro, à viro. *Seruato*, quem incolumem præstitit aduersus tauros igniuomos, Draconem & segetem armatorum virorum. Exprobrat id Iasoni apud Euripid. in Medea act. 3. vide & Ouid. 7. Metam. Huc pertinent versus veteris Poëtæ apud Charis. lib.4.

Non memoro, quod Draconis sæui sopiui impetum,
Non quod tauros domaui, & segetis armata manus.

DVRA *est, quæ multis simulatum fingis amorem.*] id est, sæua & crudelis, quæ multos promissis ducit, & mentitur noctem, hoc enim, vt dixit eleg.17. sup.

Est infectas sanguine habere manus.

Dura, vt eleg. 1. vers. vlt. supr. & eleg.22. infra, vers. 11. & 43. *Simulatum fingit amorem.* δὶς τὸ αὐτὸ, pro simulat, & fingit, vt Virgil. *Labantem impulit.* 4. Æneid. Donat. in Phormionem: *Simulare & fingere, pro vero falsum tradere.* sic eleg. 6. supra: *— falsos fingis tibi sæpe propinquos.* *Nam nihil fingitur, nisi falsum*, inquit Donatus. Huc pertinent versus Ennij apud Isidorum cap. 55. lib. 1.

ET *se plus vni si qua parare potest.*] benè eleg. 2. lib. 1. *Vni si qua placet, culta puella sat est.* τὸ *Quam*, subauditur. *Plus* (quam) *vni.* id est, pluribus quam vni. vide exempla apud Scaligerum in Varron. de re rust. p. 218. & 219. vbi & hunc versum citat. τὸ *Si qua* definitè, de Cynthia, vt eleg. 3. supr.

Nec si qua Arabio lucet bombyce puella.

Parare vero hîc videtur esse ornare se, & excolere, vel paratam & promptam præbere, vt eleg. 9. lib. 1.

— quod sit satis illa parata.

Plaut. Aulul. sc. 4. act. 1. *Ibo igitur, parabo.* id est, adornabo nuptias. Virg. 6. Æneid.

— thalamique ante ora parati Regifico luxu.

Cic. pro Milone: *Paulisper dum se vxor, vt fit, comparat, commoratus est.* id est, adornat ad iter. & *Parare se ad dicendum*: in Oratore. *Potest*, sustiner, vt alias monui. A

NOLI *nobilibus, noli conferre beatis.*] An (me) componere noli cum illis qui iactant genus & nomen inutile; sed velis anteponere? An *conferre*, prodesse? An dirigere ad illos amorem tuum; nam *amorem* dixit versu ab hoc secundo supra? sic Plaut. in Curcul. sc.1. act.1. *Ita tuum conferto semper amorem, si sapis.* Puto dictum vt, *dare*, & *præbere*; vt Cicero sæpe; *Conferre studium, officium, liberalitatem in aliquem.* Cur non vult conferre nobilibus & beatis? Quia beati illi, & nobiles, opibus & maiorum imaginibus fulti fastidiunt; pauper, vt ego, contra. vide Tibullum de pauperis officiis in eam sententiam eleg. 5. lib. 1. Nobilibus, inquit, quia: B

Nescit amor priscis cedere imaginibus.

VIX *venit extremo, qui legat ossa die.*] aut *venit*, pro est; aut *venit*, ad exsequias, vt el. vlt. lib. 4.

Venit ad exsequias; &c. *Legat ossa*, quod charorum & necessariorum est, de quo eleg. 9. sup. vers. 14. sic eleg. vlt. lib. 4.

Ossaque legisti non illa ætate legenda
Patris. Virg. 6. Æneid.
Ossaque lecta cado texit Corinæus aheno. C

Sueton. in August. cap. 100. *Vt nonnulli censuerint legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum.* Ibid. *Reliquias legerunt priores equestris ordinis.* Liuius lib. 36. *Ad legenda ossa Macedonum* (insepultorum) *misit.* vide Marr. ep. 56. lib. 8. Seneca de Consol. ad Marciam. cap. 22. *Extremo die*, qui niger dictus supra hac elegia. vide eleg. 11. sup. versu 4.

II *tibi nos erimus.*] subaudi, qui tua legamus ossa.

——SED *tu potius, precor, vt me*
Demissis plangas pectora nuda comis.] Epanorthosis, qua melius amicæ, quam sibi ominatur, vt apud Ouidium Penelope: D

Dij potius faciant, vt tantibus ordine fatis
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

supra hac elegia eadem mente dixit:

Tu mea compones, &c. Est autem dilogia multiplex, *me plangas.* id est, cum planctu lugeas. & *plangas* (percutias) *pectora nuda*, & ipsa nuda pectora, vt eleg. 13. sup.

Tu vero nudum pectus lacerata sequeris.

Pectora, pro, pectus, vt Ouid. el. 5. lib. 1. Trist.

Pectoribus quantum tu nostris vxor inhæres.

Petron. *Non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentia plangere.* Seneca cap. 6. de Consolat. ad Marciam: *Ingerantur lacerato pectori manus. Demissis comis*, vt Ouid. in ep. Ariadnæ: E

Aspice demissos, lugentis more, capillos.

In lege Numæ apud Gellium cap. 3. lib. 4. & Festum in *Pellices. Pellex Iunonis aram ne tagito. si tagit Iunoni crinibus demissis agnum feminam cædito.* vide Brisson. form.

AD ELEGIAM XXV.

Ad Cynthiam.

VNICA *nata meo pulcherrima cura dolori.*] ambiguè *τὸ vnica*, vel eximia & singularis, vt eleg. 2. lib. 1.

Vnica nec desit iucundis gratia verbis.

vel, quam solam amaui, & amaturus sum, vt eleg. 13. sup.

Vnius hic quondam seruus amoris erat.

& eleg. 7.

Tu mihi sola places, placeam tibi, Cynthia, solus.

& eleg. 12. lib. 1.

Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.

Cura, pro, amore, vt notaui ad eleg. 1. lib. 1. vers. 36. *Nata*, vt Ouid. in ep. Acontij:

Seruentur vultus ad nostra incendia nati.

& eleg. 5. lib. 2. amor.

Hei mihi perpetuum nata puella malum.

& eleg. 17. lib. 2. amor.

O facies oculos nata tenere meos.

Sabinus in ep. Paridis:

——*Heu flammis nata puella meis.*

Meo dolori, mihi misero, vt dixi eleg. 16. sup. vers. 13.

EXCLVDIT *quoniam sors mea, sæpe veni.*] Quandoquidem iniqua mihi fortuna admitti me vetat, sæpe veni. *Excludit*, vt eleg. 5. lib. 1.

——*exclusum quid sit abire domum.*

Sors mea, vt Virg. 6. Æneid. *Fata mea.* & eleg. 1. lib. 1. *Nostra Venus.* & eleg. 4. lib. 4.

——*iniusta præmia sortis habes.*

Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Et tibi sacratum sors mea rupit opus.

Quod est eleg. 6. lib. 1. Trist.

Infelix domini quod fuga rupit opus.

vide adnotata ad eleg. 17. sup. vers. 5. *τὸ sæpe*, ambiguè. & *sæpe-excludit*. & *sæpe-veni*, vno verbo, vt eleg. 18. supr. vers. 30. Sic & hac eleg. vers. 16. *Sæpe-liquore.* vide adnotata de verbo, *veni.* eleg. 14. sup. vers. 20.

ISTA *meis fiet notissima forma libellis.*] id est, magis ac magis noresceт meo carmine. sic eleg. 5. supra:

Quæ fieri nostro carmine nota velis.

& eleg. vlt. infra:

Cynthia quinetiam versu laudata Properti,
Hos inter si me ponere fama volet.

& eleg. 2. lib. 3.

Fortunata meo si qua es celebrata libello.

CALVE *tua venia, pace Catulle tua.*] id est, cum vestra bona gratia dixisse liceat. Ita loquuntur qui vitare volunt offensionem, & inuidiam potentiorum: Est autem vtrumque Pontificale verbum. Virg. *Posce Deos veniam.* & mox: ——*pacemque per aras Exquirunt.* Idem:

Si sine pace tua. Lucret.

——*ac prece quæsit Ventorum pauidus paces.*

Cicero pro C. Rabirio: *Pacem ac veniam peto.* Q. Catul. *Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra.* Petron. Arbiter: *Pace vestra liceat dixisse; primi omnem eloquentiam perdidistis.* Liuius lib. 6. *Pacem deam adorare hostia cæsa.* Terent. Eunuch. *Quæso*

pace quod fiat tua. id est, gratia & voluntate inquit Donat. Idem in Phorm. *Hoc à te bona venia expeto.* id est, inquit, sine ira & discordia. De Caluo & Catullo dicetur ad eleg. vlt. infra. Est autem apostrophe ad absentes, vt eleg. 2. supr. *Iuppiter ignosce, &c.* & eleg. 3. sup.

Nunc Pari tu sapiens, &c.

MILES *depositis annosus secubat armis.*] non abiectis, quod flagitij est, sed depositis impetrata missione, & accepta rude. Ouid.

Fessus in acceptos miles deducitur agros:
Tutaque deposito poscitur ense rudis.

Seruius in illud 12. Æneid. *Armaque deposuere humeris:* vt spectaturi, inquit, vel fessi. Horat. oda 14. lib. 4. dixit: *Compositis armis. Annosus,* Ouidio, senex:

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

De Veteranis autem, & eorum stipendiis Suidas, Βετερᾶνος, παρὰ ῥωμαίοις, ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας ἐπὶ εἰκοσαετίαν ἢ ἐπὶ ἰδιώτευσιν. Sed Augustus ad annos viginti tetraxit, cum antea viginti quinque stipendia merenda essent, vt apparet è Seruio in illud Virg *Sacrata resoluere iura. Secubat.* Solus & seorsum cubat. Male Scaliger legit: *Miles sepositis annosus decubat armis. Secubare,* hic refertur ad missionem contubernio liberam. nam, vt ait Veget. lib. 2. de re milit. *Decem milites sub vno papilione degentes, contubernium; & Decanus, qui ijs præerat, dicebatur caput contubernij.* Alibi *secubare* est verbum religionis & castus.

GRANDÆVIQVE *negant ducere aratra boues.*] nempe, quia fessi, vt eleg. 28. infra:

Et iam luna negat toties descendere cælo.

Ab æuo grandi, grandæuus, vnde *grandæuitas* Attio apud Nonium. Virg. 4. Georg. de apib.

—— grandæuis oppida curæ. Plaut. Aulul. *Scio ætatem esse grandem itidem vt pecuniam.* Ætatis gradus in bubulo genere quatuor ponit Varro cap. 5. lib. 2. de re rust. *Negant ducere aratra,* quod eleg. 3. supr. vers. 47. *Detrectant aratra. Ducere aratra,* vt Virg. 3. Georg.

—— grauibus iuga ducere plaustris.

Ibid. *Atque illis iam sæpe rotæ ducuntur inanes.*

PVTRIS *& in vacua requiescit nauis arena.*] id est, situ & carie confecta & exesa. Ouid. lib. 1. de Ponto dixit: *Vitiata putredine nauis.* Putres aut quassæ naues quia inutiles nauigationi, in naualia subducebantur. Ouid. eleg. 7. lib. 4. de Ponto:

In caua ducuntur quassæ naualia puppes,
Ne temere in medijs dissoluantur aquis.

Lucanus: *—— & emeritas repetit naualibus alnos.* Plaut. Casina. sc. *Vt propetarem. Subducam nauim rursum in puluinarium. Requiescit, Recondita senet quiete,* dixit Catullus in Phaselo. vide quæ notaui ad illud el. 16. lib. 1. *Requiescere postes. Vacua arena,* solo ac deserto littore; vide adnotata ad eleg. 8. lib. 1. vers. 15.

ET *vetus in templo bellica parma vacat.*] addidit bellica (id est, bello gerendo apta, vt dictum ad illud eleg. 15. supr. *Bellica nauis*) quia & parma est gladiatorum, qui ex ea *parmularij* dicti apud Sueton. Parma autem aut picta iusti militis: aut pura, tyronis. Ipse eleg. 11. lib. 4.

Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.

A Virg *Duse leuis nudo, parmaque inglorius alba.*
Quid Parma adnotaui ad illud Tibulli lib. 4.

Parma seu quis dextra velit, seu læua tueri.

Vacat, id est: feriata est, vt de Machæra dixit Plautus in milite. *Vacare,* & vacationes militiæ sunt, & vacui, otiosi. Arma in templis ad postes, columnas, parietes figebantur. Virg. 3. Æneid.

Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis
Postibus aduersis figo, &c. & lib. 7.
Multaque præterea sacris in postibus arma.

Ouid. eleg. 7. lib. 4. de Ponto:

Miles vt emeritus non est satis vtilis armis,
B *Ponit ad antiquos, quæ tulit arma Lares.*

& lib. 15. Metam.

Cognoui clypeum, læuæ gestamina nostræ,
Nuper Abanteas templo Iunonis in Argis.

Horat. *—— Veianius armis*
Herculis ad postem fixis latet abditus agro.

Idem: *Nunc arma, defunctumque bello*
Barbiton hic paries habebit.

AT *me ab amore tuo deducet nulla senectus.*] vide eleg. prox. supr. adnot. ad vers. 33. *Nulla senectus,* nec mea, nec tua quamuis longa & grauis. *Deducet,* dixit *abducere* eleg. 11. lib. 1.

Nec finet abduci, te tuus ardor aget.

C *Deducere* etiam verbum stupri, vnde iocus Ciceronis, & nouæ nuptæ. Ipse eleg. 3. lib. 4.

Quæ mihi deductæ fax, &c.

Ab amore tuo, id est, à te, vt eleg. 19. lib. 1.

Sed ne forte tuo careat mihi funus amore.

id est, te amica.

SIVE *ego Tithonus, siue ego Nestor ero.*] id est, maximè senex. sic Virg.

Et nunc ille Paris. id est, adulter. Ciceroni *βοῶπις,* pro Claudia. & *Agamemnon* Pompeius. Plaut. Menech. *Barbatum, tremulum, Titanum, Cycno prognatum patre.* De Tithono di-
D ctum eleg. 18. sup. vers. 7. de Nestore eleg. 13. sup. vers. 46.

NONNE *fuit satius duro seruire tyranno.*] sic eleg. 17. lib. 1.

Nonne fuit melius dominæ peruincere mores?

Satius à satis deducit Charis. lib. 1. sic potius à potis. Similis sententia el 9. lib. 1.

Tum magis Armenias, &c.

Duro tyranno. Phalaris significatur, cuius præter ceteros nobilitata crudelitas. Cic. 2. & 3. offic. idem 6. Verr. *Crudelissimus omnium tyrannorum* vocatur.

ET *gemere in tauro sæue Perille tuo.*] vide Oui-
E dium el. 11. l. 3. Trist. qui hāc historiam narrat. Item Valer. Max. cap. 2. lib. 9. de crudelitate, qui tamen Perilli nomen non ponit, Plutarch. in comparatione historiarum Græcarum & Romanarum; vbi hac in re iustum ait visum Phalaridem, quod auctorem pœnæ ea pœna primum affecerit, meminit & Plinius cap. 8. lib. 34. Lucianus vocat Perilaum non Perillum. Iuuenal. sat. 8.

—— Phalaris licet imperet vt sis
Falsus, & admoto dictet periuria tauro.

Ouid. eleg. 1. lib. 5. Trist.

Ipse Perillæo Phalaris permisit in ære
Edere mugitus, & bouis ore queri.

Idem in Ibin:

Aere Perillaeo veros imitere iuvencos
Ad formam tauri conveniente sono.
Utque ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,
More bovis Paphio clausus in aere gemas.

& 1. de arte amandi:

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit auctor opus.

GORGONIS & *satius fuit obdurescere vultu*] id est, Medusae aspectu in durum verti lapidem, siue lapidescere, siue *fieri lapidem*, vt ipse locutus eleg. 9. supr. vide Iunium prou. 70. cent. 7. Apollod. lib. 2. Ouid. 4. Meram. Idem votum Tibulli el. 4. lib. 2.

Quam mallem in gelidis montibus esse lapis.

CAUCASEAS *etiam si pateremur aues.*] id est, vel si me aquilae lancinarent. *Pateremur* vt Adrianus Imperator: *Culices pati rotundos.* & ipse eleg. 1. lib. 1.

—— ferrum patiemur & ignes.

Caucaseas aues, aquilas, vide adnotata ad eleg. 1. sup. vers. 69. & 70.

SED *tamen obsistam, teritur rubigine mucro*
Ferreus, & paruo saepe liquore silex.] hypophora. *Sed tamen*, vt Gallicè dici solet: *Voire mais. Obsistam*, an adero, nec recedam; vt *obstare*, pro adsistere, vnde dictae *obstetrices*, quae adsunt parturientibus? an sufferam, & quasi aduersus dolorem, & iniuriam pugnabo. vt Lucret.

—— primusque obsistere contra.

Sed legitur etiam *obscura*, quod epitheton conuenit rubigini ferri. Virg. 1. Georg.

Cum caput obscura nitidum ferrugine tinxit.

Alias legitur *Obsita* corruptè. An *obstita?* Festus ex Cloatio & Aelio Stilone *Obstitum* exponit, *Violatum, attactumque de coelo.* ex Cincio: *Qui Deo deaeue obstiterit.* est & *obstitum*, obliquum, & producit mediam: *Teritur rubigine mucro*, &c. Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς. σαγὼς τὴν ὑδάτων πέτρας κοιλαίνει σίδηρος ἢ δὲ χαλκὸς ταῖς ἐπαφαῖς τῶν χειρῶν ἐκτρίβεται. Cherilus:

Πέτραν κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείη. Bion:
Ἐκ θαμινῆς ῥαθάμιγγος ὅπως λόγος αἰὲν ἰοίσας
Χ' ἁ λίθος ἐς ῥωγμὸν κοιλαίνεται.

Ouid. eleg. 10. lib. 4. de Ponto:

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

& 1. de arte amandi:

Ferreus assiduo consumitur annulus vsu;
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo? quid mollius vnda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Lucret. lib. 4.

Nonne vides etiam guttas in saxa cadentes,
Humoris longo in spatio pertundere saxa.

& libr. 1. *Stillicidi casus lapidem cauat.* Tibull. eleg. 4. libr. 1.

Longa dies molli saxa peredit aqua.

Horat. sat. 1. lib. 1. ——*ô Pater & Rex*
Iuppiter, vt pereat positum rubigine telum.

Virg. 1. Georg.

Exesa inueniet scabra rubigine pila.

Mucro, inquit Seru. in 11. Aeneid. est cuiuslibet teli acumen. dictus à longitudine, inquit Isidorus cap. 6. lib. 18. quia Graeci μακρὸν longum dicunt. *Rubigo*, inquit Seruius ad illud 1. Georg. ——*& mala culmos. Esset rubigo*, propriè est, vt Varro dicit, vitium obscoenae libidinis, quod vlcus vocatur. id autem abundantia & superfluitate humoris solet nasci, quae Graecè ἐρυσίβη dicitur. Inde igitur transfertur ad vitium segetis, & ferri: à robo colore. id est, rubro, vel rufo Festo, vnde Robigus Deus, & robigalia. Isidorus imperitè lib. 16. à rodendo, & aeruginem ab erodendo. *Saepe-liquore*, vno verbo vt *saepe-veni* vers. 2. huius elegię. *Silex*, genus lapidis durissimi, vnde exilit ignis. Seruius in 1. Aeneid. & Isidor. cap. 3. lib. 16. *Silex & ferrum* coniunguntur hic, vt apud Tibullum eleg. 1. lib. 1. quem locum vide.

AT *nulla domina teritur sub limine amor, qui*
Restat.] Scaliger in Varronem vno verbo legit, *Sublimine*, & ita à Varrone dictum putat, *Porta sublimentum*; vt à monimen & documen, monimentum & documentum, vnde Deus Limentinus. Idem Scaliger hîc ὑπέρθυρον exponit, quod ver. gloss. *Superlimen*: & sic explicat. Amor qui restat de me, durat: cum de ferro nihil tandem restet, quod duret. ego contra *Sub limine*, in limine expono, vt eleg. 9. supr.

—— duris excidere sub armis.

& eleg. 27. infra:

—— Stygia sedeat sub arundine remex.

& eleg. 4. lib. 4.

Sic sim hospes patiare tua regina sub aula.

vide adnotata ex Horatio ad illud el. 16. lib. 1.

Turpis & in tepido limine somnus erit.

Est autem sententia: Gutta terit lapides silices, durissimos; Dominae limen lapideum in quo iaceo pernox non potest amorem meum terere, & consumere. Turneb. cap. 11. lib. 17. *Sublimen, inquit, vno verbo pro fastu hic multi accipiunt: Duobus etiam verbis potest legi. Quamuis aspera fores sint & limen durum, ad quod excubet exclusus amans, tamen eo non teritur amor, qui medullis penitus inbasit, altéque descendit in venas.* haec ille ex Beroaldo.

ET *immerita sustinet aure minas.*] hypallage, pro aure mea immerenti. vt eleg. 4. supra:

Immeritos vngues. vbi vide adnotata. simili modo Ouid. in ep. Medeae:

Iniustis auribus apta loqui.

id est, grata ei quae mihi iniqua est. Sed leg. *Immeritas sustinet*, vt eleg. 7. lib. 1.

Iniustas saepe tubisse minas.

id est, fastus & iniurias. Sic Cic. pro Quintio: *Scurra diuitis quotidianum conuicium sustinere.*

VLTRO *contemptus rogat, & peccasse fatetur*
Laesus.] Terent. Eunuch. act. 1. sc. 1. hac de re: *Et te vltro accusabis, & ei dabis vltro supplicium.* Idem Adelph. sc. 3. act. 4. *Ita putant sibi fieri iniuriam; vltra si quam fecere ipsi expostulant, & vltro accusant.* vide Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor. *Contemtus*, iniuria affectus. vnde *Contumelia meretricum* Terentio, &c: *Tot modis contemptus, spretus? Rogat*, hoc est quod dixit eleg. 9. lib. 1.

—— supplexque venis ad iura puellae.

Plaut. Aulul. *Quin vltro tibi supplicatum aduenio.* vt hic, *Vltro rogat. Peccasse fatetur Laesus*, se culpam commeruisse ait licet falsò, qui accepit iniuriam. Laedere, damno, vel malo aliquo affi-

cere. eleg. 10. lib. 1.

Ponere læsa minas. & el.16. eiusd. libri:

Læsit petulantia linguæ.

Et *inuitis ipse redit pedibus.*] tribuit parti, quod est totius, vt eleg. 6. supr.

Quæ supra nunquam pes inimicus eat.

vide illic adnotata. sic & Tibull. eleg. 7. lib. 2.

Iuraui quoties rediturum ad limina nunquam:
Cum bene iuraui, pes tamen ipse redit.

Inuitis, vt eleg. 18. sup. vers. 14.

Inuitum terris præstitit officium,

Tv *quoque, qui pleno fastus assumis amore.*] sic eleg. 13. supra:

Tu quoque, si quando venies, &c.

Tu quoque ô Riualis, qui superbum te facis cum antea non esses; assumimus enim ea, quibus ante carebamus. Sic Horat. oda vlt. lib. 3.

Sume superbiam. Plaut. Captiu. sc. 1. act. 4. *Sumpsit in ventre confidentiam.* Cic. 2. ad Att. *Assumere inuidiam. Pleno amore*, ad satietatem secundo. contra el. 1. lib. 1. *Vacuus amor.* vers. 34.

Credvle, *nulla diu femina pondus habet.*] id est, grauis & constans manet. Credule ideoq. stulte vt el. 21. supr. *Credula sola iaces.* Neruí & artus sapientiæ non temere credere. Horat. de hac amantium credulitate:

Qui nunc te fruitur credulus aurea.

Pondus habet, dictum eadem mutatione verbi qua illud eleg. 20. supra:

Ne dubita de grauitate mea.

sic & eleg. 22. supra:

In nullo pondere verba loqui.

quod ad sententiam attinet, sic eleg. 9. sup.

Non sic incerto mutantur flamine syrtes
Nec folia hyberno tam tremefacta noto
Quam citò feminea non constat fedus in ira
Siue ea causa grauis, siue ea causa leuis.

An *quisquam in medijs persoluit vota procellis?*] id est, nemo. vt el. 32. infra:

An quisquam in tanto stuprorum examine quærit?

sic & Virg. ecloga 5.

An quicquam nobis tali sit munere maius?

Persoluit vota, votis se liberauit, quæ susceperat, si in portum saluus perueniret. De iis votis Horat. *Decurrere & votis pacisci. Persoluit vota*, vt eleg. prox. seq.

Iam Deus amplexu votum persoluit.

& eleg. 2. lib. 4.

Institor hic soluit pomosa vota corona. Virgil.

Votaque seruati soluent in littore nautæ
Glauco, &c. Sic Cic. ep. 6. lib. 15. ad Atticum: *Erat absurdum, quæ si stetisset resp. vouissem, ea me, euersa illa, dissoluere. In medijs procellis*, dictum vt Virg. 4. Æneid.

Et medijs properas aquilonibus ire per altum.

Cvm *sæpe in portu fracta carina natet?*] id est: fluitet; nam ambiguum verbum. Ouid. in ep. Herûs:

Quod cupis, hoc nautæ metuunt Leandre natare.
Exitus hic fractis puppibus esse solet.

ipse eleg. 1. lib. 4.

Nauplius vltores sub noctem porrigit ignes,
Et natat exuuijs Græcia pressa suis.

Fracta carina, nempe vel appellens vel soluens. Fab. cap. 1. lib. 4. *Pessimus gubernator, qui nauem,*

A *dum portum egreditur, impegit.* Seneca Troade act. 4. *Ille deplorat, queriturque fatum,*
Qui secans fluctus rate singulari
Nudus in portus cecidit petitos.

Cic. 1. de Orat. *Nauiculam duorum scalmorum in portu euertere.* Papirius Fabianus apud Senecam patrem in controuersiis: *Nauem in portu mergis.* in hanc sententiam & Ouid. 3. de arte amandi:

Sæpe perit ventis obuia cymba suis.

ipse eleg. 7. lib. 3.

——*fallit portus & ipse fidem.*

Apud Virg. Tharchon 10. Æneid. Fregit nauim ad ipsum littus. Prouerbia Græcorum cõ-

B traria duo: Ἐν λιμένι πλεῖν. &, Ἐν τῷ λιμένι ναυαγεῖν. Nilus quidam Græcus auctor: Μὴ ἐπαίρου, μή ποτε τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι ὑπομείνῃς.

Avt *prius infecto deposcit præmia cursu.*] id est, Nondum confecto, decurso & emenso curriculo ac spatio circi. *Infecto cursu*, dictum, vt à Terentio: *Infecta pace.* &, *Infecti argenti & auri.* Virgil. *Facere cursum*, currere, vt facere spatia, spatiari. Cic. 1. de Orat. *Factis duobus tribusue spatijs*, quod ait 2. de nat. deor. *Confectis spatijs. Cursus* autem pro curriculo. vt el. 5. lib. 1.

Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.

C *Deposcit præmia*, dictum vt *poscere palmam* à Varrone Parmenone, quod Nonius male exponit accipere in verbo *poscere. In argumentis Cæcilius poscit palmam.* ipse aliter el. 11. lib. 3.

Siue petas calamo præmia, siue cane.

Ibi enim *petere præmia*; est, captare prædam. *Præmium*, pro palma, quod ante sit emenda, quam eam consequaris. vnde Virg.

Et palmæ pretium victoribus.

Græcis βραβεῖον dicitur, & τὸ νικητήριον. τὸ *De* autem intendit vim verbi: estque deposcere vltro & valdè poscere.

Septima *quam metam triuerit arte rota.*] vi-

D de adnotata ad illud eleg. 20. sup. *Septima orbita.* In vnoquoque missu à singulis agitatoribus septem exigebantur spatia & curricula. Sueton. in Domitiano cap. 4. *Singulos missus à septenis spatijs ad quina corripuit.* Ouid. in fragmento Halieutici:

Seu septem spatijs circo meruere coronam.

Seneca ep. 30. *Quomodo manifestior notari solet agitatorum lætitia cum septimo spatio palmæ appropinquant.* Arnob. lib. 7. *Spectatum proficisceretur è cælo canterios de velocitate certantes, replicantes septem gyros, &c.* Lactant. cap. 27. lib. 7. Diuin.

E Instit. *Quoniam decursis propositi operis septem spatijs ad metam prouecti sumus, &c.* D. Hieronymus in Hilarionis vita: *Quadrigæ septimo currunt circuitu.* Cassiodorus scribit: *Equos circum septem metas incitaci solitos.* Auson. *Septenas solitus victor obire vias.* vide verba Varronis apud Gellium cap. 10. lib. 3. de septem curriculis ludorum; id est, opinor, vnumquodq. septies repeti: & Isidor. cap. 34. lib. 18. De his septem spatiis. Huc alludens Plinius cap. 42. lib. 8. *Peracto*, inquit, *legitimo cursu ad metam stetere. Triuerit metam arte.* Ouid. el. 2. lib. 3. Amor.

Nunc stringam metas interiore rota. Ibidem:

Me miserum, metam spatioso circuit orbe,
Quid facis? admoto proximus axe subi.

& 1. de

& 1. de arte amandi:

Hic modus, hæc nostro signabitur area curru.
Hæc erit admissa meta terenda rota.

& lib. 2.

Docta quid ad magicas Erato diuerteris artes?
Interior curru meta terenda meo.

& lib. 3. *Metaque feruenti circumeunda rota.*
Lucan. libr. 8.

——non sic moderator equorum
Dexteriore rota, læuum cum circuit axem
Cogit inoffensa currus accedere metæ.

Metam, opinor, dictam, quod ea definitum erat circi spatium, à metiendo, vel metando. Isidor. cap. 26. lib. 18. *Ornamenta circi oua, meta, obeliscus, carceres.* Varro 4. de ling. Lat. *Circum metas circi equi currunt, & pompa fertur.* Metæ olim ligneæ; sed auratas fecit Imperator Claudius, inquit Suetoo. in Claudio cap. 21. Iligneam metam statuit Æneas apud Virg. 5. Æneid. qui & metæ vsum docet:

Hic viridem Æneas frondenti ex Ilice metam
Constituit, signum nautis, pater, vnde reuerti
Scirent, & longos vbi circumflectere cursus.

Meta erat κωνοειδὴς, & turbinata, quæ forma etiam Pyramidum, & cupressorum vnde Ouid. *Metas imitata cupressus*; & ita feni statuunt molas, vt vocant rustici. Flexus ipse metæ, Græcis modo τροπὴ dicitur, vnde τροπικὸς Astrologorum, quia ab eo tempore fit τροπὴ, & reuersio solis: modo καμπτὴρ, qua voce tanquam Latina vsus Pacuuius apud Nonium. Periculosus autem erat ille flexus. Ideo Nestor apud Homerum Iliad. ψ. Antilochum filium monet ita metæ appropinquet, vt vitet tamen lapidis tactum, ne & vulneret equos, & currum frangat. Hinc Horat.

Metaque feruidis euitata rotis.

Ouid. eleg. 7. lib. 4. Trist.

Nec procul à metis, quas pene tenere videbar,
Curriculo grauis est facta ruina meo.

Theocrit. Id. 24. cui titulus Ἡρακλίσκος

Ἵππους δ' ἐξελάασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν
Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχοῦ σύριγγα φυλάξαι.

Cicero pro Cælio metaphoricῶς. *In hoc ætatis flexu fama adolescentis paulum hæsit ad metas.* Ad metas circi alludit ipse eleg. 1. lib. 4.

Has meus ad metas sudet oportet equus.

& eleg. 2.

Hæc spatijs vltima meta meis.

& eleg. 11. lib. 3.

Puluerulentaque ad extremas stat femina metas.

MENDACES *ludunt flatus in amore secundi.*] eadem translatione dixit eleg. 12. supr.

Nostraque non vllis permanet aura locis.

vbi vide adnotata. *Incertum flamen* dixit eleg. 9. supr. vt hîc *mendaces flatus. Flatus*, venti. Virg.

——omnisque repente resedit
Flatus. Idem pro superbia 11. Æneid.
Det libertatem fandi, flatusque remittat.

id est, regios spiritus. nam sequitur: *Pone animos.* Hîc igitur Propertius ambiguè *Flatus* dixit, quia & res secundæ incertæ vt venti, & animos inflant. *Ludunt*, deludunt, frustrantur: nam neque venris, neque mulieribus constantia. Sic Virg. *Multos alterna reuisens Lusit.* vnde

A Horat. *Ludum fortunæ* dixit.

SI *qua venit serò magna ruina venit.*] eadem sententia eleg. 7. lib. 1.

Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

Idem sentit sententia de sera numinis vindicta, Et; *Serò molunt Deorum molæ.* &, *Dij laneos habent pedes. Ruina*, grauior casus, & clades. Horat. oda 17. lib. 2. *Vna dies vtramque ducet ruinam.* id est, interitum, & oda 14. lib. 4.

Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis. id est, cædibus.

Virg. 4. Georg.

Incumbunt generis lapsi sarcire ruinas.

B id est, interitus gentis. Cicero pro Cluentio: *Non fuit illud iudicium, sed ruina, atque tempestas. Venit ruina*, vt eleg. 6. lib. 1.

——si qua mei veniet non immemor hora.

Siqua; id est, quæcunque, vt eleg. 2. lib. 1.

Vni si qua placet culta puella sat est.

TV *tamen interea quamuis te diligat illa.*] τὸ *illa* pro amica ἐμφαντικῶς. vt el. 5. lib. 1.

Non est illa vagis similis collata puellis.

& eleg. 1. supr. vers. 49. Quid diligere dixi ad eleg. supr. prox. vers. 43.

IN *tacito cohibe gaudia clausa sinu.*] prouerbium est: *In sinu gaudere*, de iis qui alios suæ lætitiæ
C participes facere nolunt. M. Tullius 3. Tusc. *In sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant.* & ad Q. fratrem: *In sinu est neque ego discingor.* De re fidei commissa. Seneca ep. 106. *Si bona tua iactaueris; si scieris in sinu gaudere.* Tibull. el. penult. lib. 4.

Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.

Quia quæ volumus occultare, in sinum plerumque abdimus. Retulit Erasmus in Chiliadas. Contra sentit prouerbium apud Festum: *Nec mulieri, nec gremio credi oportere. Tacito sinu*, fideliter occultante, nec effutiente. Tibull. eleg. vlt. lib. 2. dixit: *Oculto sinu.* eadem notio-
D ne. Ipse el. 4. lib. 1. *Tacita veste.* & eleg. 18. *Loca taciturna*; id est, quæ *queunt tenere fidem*, vt ibidem paulo post loquitur.

NAMQVE *in amore suo semper sua maxima cuiq.*
Nescio quo pacto verba nocere solent.] Sic *lingua nocens* eleg. 18. infra: *Maxima verba*, plenissima iactationis & superbiæ, qualia sunt in eleg. 8. libr. 1. & eleg. 14. supr. & 28. infra. Sic Tibull.

Magna loquor, sed magnificè mihi magna locuto
Excutiunt clausa fortia verba fores.

Horat. oda 6. lib. 4.

Magnæ vindicem linguæ.

E Quod Porphyrio exponit, superbæ. eius enim magna & superba verba apud Ouid.

Maior sum quam cui possit fortuna nocere.

Græci μεγαλαυχείαν vocant καὶ μεγαλοῤῥημοσύνην, nimis magnam de se suisque rebus prædicationem. Auson. 10 ep. ad Paulinum, cuius initium, *Discutimus Pauline iugum*, hac de re

Grande aliquod verbum nimirum diximus, vt se
Inferret medijs vindex Rhamnusia votis, &c. Notum de Aiacis Oilei verbis magnis, ob quæ à Neptuno est obrutus. vide prouerbium: *Rhamnusia Nemesis*, vbi hoc citatur epigramma;

Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει, τῷ τε χαλινῷ
Ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.

Nescio quo pacto, formula in rei notæ ignota caussa. Cic. 2. de leg. *Mouemur nescio quo pacto & amore patriæ, quia insitus est.* & pro Murena: *Nescio quo pacto semper hoc fit.* Donat. in Andr. *Eo pacto. modo*, inquit, *quoniam antecedit pactum, modus sequitur. Ergo ab eo quod præcedit, id quod sequitur, dicit.* Hæc ille, sed obscurè. Pactom pro modo, qoia modus certus, & certa formula cuiq. pactioni adhibetur.

QVAMVIS *te persæpe vocet, semel ire memento.*] hinc lucem capit illud eleg. 21. sup.

Sæpe fuisse domi. *Vocet*, ad se venire iubeat. vt Catull. *Iube ad te veniam meridiatum. Memento*, sensibus hoc imis reponas, vt eleg. 13. sup.

Memento Hoc iter.

INVIOIAM *quod habet, non solet esse diu.*] id est, quod inuidia laborat, cito interit. *Habere*, pro haberi & pati, vt *habere morbum, febrim, dolorem, malum.* Cicero pro Murena: *Consulatus hoc tempore nullam inuidiam habere potest.* in Orat. *Sed habet nomen inuidiam.* & 2. de Orat. *Cum Scaurus nonnullam haberet inuidiam.* & alias sæpe. Ouid. eleg. 4. lib. 4. Trist.

Inuidiam, si qua est, auctor habere potest.

Inuidia vero qoia cum igni & flamma comparatur à Cicerone & Liuio, necesse est vt ea correpti conflagrent, vt Virg. 6. Æneid.

Ostendent terris hunc tantum fata, nec vltrò
Esse sinent, nimium vobis Romana propago
Visa potens superis.

& Senec. cap. 2. de consol. ad Polyb. *Felicitas rarò inuidiam effugit. Esse diu*, diu viuere. Plaut. Pseud. sc. 1. act. 1. *Quasi solstitialis herba paulisper fui.*

ET *si secla forent antiquis grata puellis.*] duplex lectio. vna, *gratis antiqua puellis*; id est, si sæcula antiqoa essent puellis gratis; id est, quæ placêt, & formosæ sunt. altera, *gnata*, pro grata. Ao quæ tunc exorta sunt & extiterunt, vt Ouid.

Aurea prima sata est ætas? An *gnota*, pro, nota, vt gnotu, cognitu, Festo, & gnobilis. Sic enim eleg. 9. lib. 4.

Narrant historiæ pectora nota suæ. An gnara, quod idem valet, & frequens est Tacito? An si essent sæcula antiquis nota puellis, id est, bonis & simplicibos tertio caso, vel sexto nota & celebrata ob antiquas & bonas puellas? An est hypallage pro antiquis sæculis gratæ puellæ. vel antiquis puellis gtata sæcula, quibus illæ delectabantur. de quibus sæculis ipse eleg. 11. lib. 3. & Tibull. eleg. 3. lib. 1. ab eo versu: *Quam bene Saturno*, &c. *Antiqua puella*, bonæ, simplices, non auaræ, non fucatæ, non perfidæ, non impudicæ. Cic. pro S. Roscio: *Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerent.* Sic Virg. *Prisca & cana fides.* Plauto. *Antiqui mores.* quia *antiquitas proximè accedit ad Deos.*

ESSEM *ego quod nunc tu, tempore vincor ego.*] Simile est illud eleg. 9. sup.

Iste quod est ego sæpe fui.

Tempore, sic eleg. 16. lib. 1. dixit. *Sacli luxuria. Vincor*, inferior riuali discedo. vt eleg. 8. supr.

Vinceris aut vincis.

NON *tamen istam meos mutabunt sæcula mores.*] ὁ *ista* est vituperantis. vt eleg. 9. sup.

Dij faciant isto sæpe fruare viro.

A *Mutabunt*, vt eleg. sup. prox.

At me non ætas mutabit tota Sibyllæ.

Meos mores, vt eleg. 15. lib. 1. sed in aliam partem:

Quarum nulla tuos potuit conuertere mores.

Plautus identidem: *Seruare antiqnos mores.* Scitum illud: *Vulpes pilos mutat, & non mores.*

VNVSQVISQVE *sua nouerit ire via.*] allegoria pro, obtinere antiquum, & more suo ac modo viuere. vide adnotata ad eleg. 1. lib. 1. vers. 18. & eleg. 7. vers. 9. sic Petron.

Hoc amo qnod possum qualibet ire via.

Cicero ep. 3. lib. 3. ad Q. fratrem: *Patiamur illum ire nostris itineribus.* Sic & dicitur. *Perge qua
B cœpisti.* &, *redire in viam.* Contraria allegoria est eleg. 23. supr.

——*fugienda hæc semita vulgi.*

AT *vos qui officia in multos reuocatis amores.*] apostrophes formula, vt eleg. 1. lib. 1.

At vos deducta quibus est fallacia lunæ.

Sententia est. Vos qui vestra officia refertis, & redire iubetis ab aliis ad alias. eadem translatione qua dixit supra: *Sua ire via.* Nam errantes reuocamus, vt el. 1. lib. 1.

At vos qui serò lapsum reuocatis amici.

Ergo cum officia vestra male collocata putatis
C in aliqua puella, mutatis sententiam, & ad aliquam aliam reuocatis, vt venatores solent canes suos reuocare ab aliis, ad alias feras persequendas.

QVANTVM *sic cruciat lumina vestra dolor.*] id est, multas amando quanta oculis vestris accipitis vulnera. vide adootata ad illud eleg. 22.

——*quærunt sibi vulnus ocelli.* Ao *dolor*, amor, vt eleg. 16. sup.

An dolor hic vitijs nescit abesse suis?

& eleg. 20. lib. 1.

Ah dolor ibat Hylas.

D VIDISTIS *pleno teneram candore puellam*
Vidistis fusco: dulcis vterque color.] eleganter, *Si*, subauditur. Sic Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Attigeris, labentur opes.

Iuuenalis:

Græculus esuriens in cælum iusseris ibit.

Teneram, mollem, & in veris ætate. Tibullus eleg. 4. lib. 1.

Virgineus teneras stat pudor ante genas.

& eleg. 4. lib. 3.

Inficitur teneras ore rubente genas.

Nam teneritas formam auget. Vetus Poëta apud Hephæstionem: εἰ μοι ξύνω περήνος Καλὸν
E ἐ πήρῃα. *Puellam pleno candore*, totam lacteam & niueam, vt eleg. 16. sup. vers. 5. *Plena mensa*, cui nihil addi potest. *Vidistis fusco.* An *fusco* iungitur cum *candore*, vt opponat *pleno candore*, & *candore fusco puellam*, qoæ vulgò, *brunette*? an fusco neutro genere, vt Virg. eclog. 2.

——*sparsis etiam nunc pellibus albo.*

& Ouid. 1. de arte amandi:

Signatus tenui media inter cornua nigro.

Cornel. Fronto: *Fusco album opponitur, nigro candidum.* Festus: *Aquilus color est fuscus, & subniger, qui albi & nigri particeps. Brun, ou bazané.* Nigri Æthiopes, fusci Ægyptij. vt eleg. 33. infr.

——*fuscis Aegyptus alumnis.*

Virgilius confundit:

—— quid tum si fuscus Amyntas?
Et nigra viola,&c. & 8. Æneid.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
Terentius Scaurus de Orthographia: *Furnos dicimus, quos antiqui fuscos.*
Ouid. eleg. 4. lib. 2. Amor.
Candida me capiet, capiet me flaua puella.
Est etiam in fusco grata colore Venus.
& 3. fast.
At puto præposita est fusca mihi candida pellex.
Eueniat nostris hostibus ille color.
& 1. de Rem. Amot.
Turgida si plena est: si fusca est, nigra vocetur.
Dulcis vterque color. id est, & candidus & fuscus color gratus est, & iucundus, vt eleg. 8. lib. 1.
—— & sine me dulcia regna negat.
& eleg. 6. lib. 3.
Dulcior ignis erat Paridi.
contra *Amarus custos. Amara noctes, & somnus amarus.* Alias legitur, *Ducit.* id est, capit, delectat; vt eleg. 6. supr.
Vxor me nunquam, nunquam me ducet amica.
vide adnorata ad eleg. 2. lib. 1. verf. 19. & hic infra, *rapit.*

VIDISTIS *quandam Argiua prodire figura.*] contemptim de vulgari & vaga puella, vt eleg. 18. supr.
An si caruleo quadam sua tempora fuco Tinxerit.
Prodire, conspiciendam incedere, vt el. 2. lib. 1.
Quid iuuat ornato procedere vita capillo.
Argiua figura, Græcarum mulierum facie & ornatu. Sic Plaut. Trinumo act. 4. sc. 2. *Illyrica facies videtur hominis, eo ornatu aduenit.* Idē Pseud. sc. 1. Act. 2. *Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.* sic dicitur supr. *Belgicus color.* Græcas formas laudat eleg. 28. infra:
Et quascunque tulit, vetus & quot Achaia formas.
sic *Inachia heroina* lib. 1.

VIDISTIS *nostras, vtraque forma rapit.*] id est, Romanas. sic eleg. 32. infra verf. 51. *Nostra puella*, pro, Romanis. Alias legitur *nostraque.* an *nostra*, supple, figura, vt sit hiulcus versus? An *nostrate*? *Rapit*, plusquam ducit, sic eleg. 1. supr.
—— prædata sensus. & Horat. sat. 1. lib. 2.
Aut si tantus amor scribendi te rapit.

ILLAQVE, *plebeio, vel sit Saudycis amictu.*] id est, togata, vel palliolata, non instirtam gestans. *Plebeio amictu*, vt Lucret. lib. 2.
Nec calida citius decedunt corpore febres
Textilibus si in picturis, ostroque rubenti
Iactaris, quam si plebeia in veste cubandum.
Cicero pro Sextio: *Vestitus asper, nostra hac plebeia purpura ac pœne fusca.* Toga candida & nobilium. Tibull. eleg. 2. lib. 4.
Vrit seu Tyria voluit procedere palla,
Vrit seu niuea candida veste venit.
Tunica plebis; vnde *Tunicatus popellus* Horatio. *Saudycis amictu*, id est, purpureo. Plinius cap. 6. lib. 35. Ex Sandaraca & rubrica admixta fieri sandycem putat. Festus in litura: Sandaracam Græci San-dycem appellarunt. Hesychius: Σάνδυξ, δένδρον θαμνῶδες, οὗ τὰ ἄνθη χρῶσι τὰ ἱμάτια ἐρυθρὰ· ὡς Ξάνθος. De Sandycis Indicæ purpura, vide Vopiscum in Aureliano. Virg. ecl. 4.

A *Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.*
Gratius de venatione mediam syllabam corripit: *Interdum libyco fucatur sandyce pinna.* & sic Virg. *Puniceam pennam vocat.*

HAEC *atque illa mali vulneris vna via est.*] id est, vtraque & nobilis & plebeia forma in amorem rapit. *Vna via*, vt eleg. 4. sup.
Vnde tamen veniant tot mala cæca via est.
Malum vulnus, insanabile, quia
Solus amor morbi non amat artificem. sic Horat. oda 11. Epod.
—— vt hæc ingrata ventis diuidat
B *Fomenta, vulnus nil malum leuantia.*
Alludit ad ea quæ κακοήθη Græci medici vocāt, omnia scilicet quæ difficillimè curantur, & malignā vulgò dicuntur. De vulnere amoris vide notata ad eleg. 22. sup. verf. 7.

CVM *satis vna tuis insomnia portet ocellis.*] id est, plus satis; satis superque; nimium. Horat. oda 2. lib. 1. *Iam satis terris niuis*, &c. *Satis vna*, vt ipse eleg. 4. lib. 4.
Et satis vna mala potuit mors esse puella.
Portet insomnia, vt eleg. 3. libr. 1.
—— portarent visa timores.
C *Insomnia*, visa nocturna, eaque turbida, quibus amantes terrentur. Virg. 4. Æneid.
Anna soror que me suspensam insomnia terrent?
ipse eleg. 6. lib. 3.
Seu timidam crebro dementia somnia terrent.
Apollonius lib. 3. vnde sumpsit Virgilius:
Δειλὴ ἐγών, οἷόν με βαρεῖς ἐφόβησαν ὄνειροι.
Me miseram! quam me grauia terruerunt somnia? id est, *insomnia*, vt ἐνύπνια Græcis. *Turbida quies amoris index*: Apuleius Asini li. 10. Terent. Eunuch. act. 2. sc. 1. *Noctu te adigent horsum insomnia.* vbi vigilias Donatus exponit. Plaut. initio Mercatoris: *Sed amori accedunt hæc etiam, quæ dixi minus, insomnia ærumna, ægritudo.* Tibull.
D eleg. 4. lib. 3.
Et cum te fusco somnus velauit amictu,
Vanum nocturnis fallit (amica) imaginibus.
Ocellis tuis, oculorum mentio fit, quia iis somnus vsurpatur. Sic eleg. 5. lib. 1.
Non tibi iam somnos, non illa relinquet ocellos.
vide adnotata ad eleg. 10. lib. eiusdem verf. 7.

VNA *sit & cuiuis fœmina multa mala.*] alias: *Vna sat est cuiuis*, &c. alias: *Vna sat & cuiuis*, &c. contra eleg. 21. sup. *Nobis vna puella parum est.* hac de re vide Plaut. Pœnul. sc. *Negotii.* verf. 12. & 13.
Fœmina multa mala. vide adnotata ad el. 1. l. 2.
Hoc moneo vitale malum.
& eleg. 21. supra verf. 2. Huc & refer illud
E eleg. 4. supr.
Hostis si quis erit nobis, amet ille puellas.

AD ELEGIAM XXVI.

Ad Cynthiam de insomnio naufragi.

VIDI *te in somnis fracta, mea vita, carina.*] similis elegia Tibulli, cuius initium est:
Dij meliora ferant, &c. *Vidi*, videre visus sum cum dormirem. De hoc verbo & visis nocturnis Cic. in Lucullo. *In somnis.* Donat. in Andr. exponit *per noctem*, non satis rectè: multa

enim per noctem fiunt, quæ in somnis non fiunt. Cic. 1. de Diuin. *In quiete*, &, *secundum quietem* dixit. Virg.

Ipsa sed in somnis inhumati venit imago.

& alibi sæpe: *Fracta carina.* dixi eleg. sup. prox. vers. 24.

IONIO *lassas ducere rore manus.*] id est, mouere, vt Ouid. eleg. 4. lib. 2. Amor.

Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit.

Sic idem Ouid. in epist. Leandri:

Iactabam liquido brachia lenta mari.

pro, natabam. *Lassas*, fessas natando. vt eleg 15. sup. *Illa meos somno lassos patefecit ocellos. Ionio rore*, aqua summa Ionij maris. Duo maria Italiam alluunt, superum, Ionium; inferum, Tyrrhenum: Cic. 3. de Orat. Ionium vocant *Golfo di Venetia*, & ab Adriatico incipit. Dictum ab Ione puella: Solinus. Appianus, ab Ionio Dyrrhachi filio. *Rorem*, summam maris aquam dixit, vt Euripides Iphigenia in Tauris:

Βῦς ἐλδοιδυ νίφορτης ἐναλίᾳ δρόσῳ.

Lucret. lib. 4.

Nam quacumque supra rorem salis edita pars est
Remorum recta est. Virg. 4. Georg.
—— vasti gens humida ponti
Exultans, rorem latè dispergit amarum.

ET *quacunque in me fueras mentita, fateri.*] id est, omnem tuam perfidiam agnoscere, & prędicare, quod mentita noctem, quod promissis duxeris amantem. *Mentiri* in aliquem, vt Plaut. Aulul. sc. 4. act. 4. *Egone, vt te aduersum mentiar, mater mea?* & alibi. *Et mederga falsum dixeris. Fateri*, vt eleg. 24. lib. 3.

Hæc ego non ferro, non igne coactus, & ipsa
Naufragus Aegea verba fatebar aqua.

De hac re Ouid. in ep. Didus:

Perfidiæ pœnas exigit ille locus. Ibid.
Protinus occurrent falsæ periuria linguæ, &c.
Quidquid id est, merui. Confessione vero leuari culpam sibi persuadebant. Cic. *Sit erranti medicina confessio.* Ouid.

Confiteor, si quid prodest delicta fateri.

Idem: *——ignoscite fasso.* & Tibull.

——ignosce fatenti.

NEC *tam humore graues tollere posse comas.*] id est, comas quas aqua marina degrauabat, erigere supra aquam. vt eleg. 5. lib. 3.

Et quæcumque meum degrauat vnda caput.

Virg. 8. Æneid.

Madida cum veste granatum.

Ouid. in fabula Ceycis 11. Met.

——vda videtur
Barba viri, madidisque grauis fluere vnda capillis.

& in elegia ad Liuiam:

Erumpunt (lacrymæ) *iterumq. grauant gremiumque sinusque.*

Humor, quæuis aqua, vel liquor quilibet. vt eleg. 2. lib. 3.

Bellerophontæi quà fluit humor equi.

& eleg. 17.

Et quas Pactoli parturit humor opes.

& eleg. 2. *—— æternum Martius humor opus.*

Tollere, mox dixit: *Extollens gurgite palmas.*

QVALEM *purpureis agitauit fluctibus Hellen,*
Aurea, quam molli tergore vexit, ouis.] ordo

A est. Vidi te (talem) qualem ouis aurea vidit Hellen agitatam (ita enim alij libri) fluctibus, quam vexit ante. An *agitauit*, postquam vexit, quia iactationis illius causa fuit, quia non pertulit? malo tamen prius, quia agitatam & iactatam vidit fluctibus, quam vexerat. Sic Horat. *Qualem ministrum, &c. Videre Rhæti.* Helles & Phryxi fabula est apud Apollodor. lib. 1. Higin. fab. 1. 2. & 3. & lib. 2. in aries. & interpretem Germanici in Aries. & Apollon. lib. 1. & eius Scholiasten, & Diodorum Siculum. Ouid. 3. fast. Stat. 1. Achill.

—— qua condita ponto
B *Fluctibus inuisis iam Nereis imperat Helle.*

Purpureis fluctibus, vel rubentibus, ac re vera purpuræ colorem imitantibus, quod accidit è colore cœli, vel flatu Zephyri, aut Euri. Cicero in Lucullo: *Mare Fauonio nascente purpureum videtur.* Aut *formosis*, vel albentibus, vt *Purpurei olores* Horatio ἀγλαίμορφοι, & *Nix Purpurea* Ouidio, & Albinouano. vel nigris ac profundis, vt πορφύρεον Græci dicunt ἀντὶ τοῦ μέλαν, vt apud Homer. Iliad. α. πορφύρεον κῦμα. & Iliad. 1.

Πορφύρεος θάνατος, τουτέστι μέλας ob atrum sanguinem. Euripides in Hippolyto:

Ἰὼ ὦ ποντιάδων πορφυρέας λίμνας
C Ναύτας ἐκ δ' ὅδων νέως. & paulo ante: πορφυρον οἶδμα. & in Troadibus: ἅλα πορφυρώδη, vocat. Alij *purpureos fluctus* cæruleos explicant. An *purpureis*, quia aries aureo vellere eum colorem & fulgorem suum aquæ aspergeret? *Aurea ouis*, [illegible] χρυσόμαλλον, Laërt. in Diogene. *Ouis*, pro Ariete, vt Ouid. in epist. Hypsipyles:

Non hæc Aesonides, sed filia Phasias Aeta,
Aurea Phryxea terga reuellit ouis.

Idem in ep. Medeæ:

Hei mihi cur vnquam iuuenilibus acta lacertis
Phryxeam petijt Pelias arbor ouem.

D & eleg. 11. lib. 2. Amor.

Conspicuam fuluo vellere vexit ouem.

Ouem masculino genere dixere: Festus. De hoc ariete vide auctores quos laudaui ad illud *Hellen.* Adde Pausan. in Atticis. Varro cap. 1. lib. 1. de re rust. ait pecudes istas aureas habuisse pelles existimatas propter caritatem. & *Ouis aurea*, nauis insigne fuisse scribit Tacitus. *Vexit*, sed non peruexit. ideo Columella de cultu hortorum: *Mox vbi nubigenæ Phryxi, nec portiter Helles.* cum dicit *molli tergore* fabulam interpretatur, meram lanam fuisse, sed carissimam; vt vellere niueo lanæ Pan lunam cepit.

E *Tergus* autem pro tergum dixit, vt Virg. 9. Æn.

—— raptas fugientibus ingerit hastas In tergus.

Ita Charis. lib. 1. & contra 1. Æn. tergum, pro tergore: *Taurino quantum possent circumdare tergo.* Charis. ibid. *Tergum, dorsum: tergus, pellis.* Sed alij, inquit, tergum hominis esse dicunt, tergus pecoris. Seru. in 1. Æneid. *Tergum, dorsum: tergus corium.*

QVAM *timui, ne forte tuum mare nomen haberet.*] id est, Cynthium à tuo casu diceretur. vt à Tiberini casu, Tiberinus; ab Eueni, Euenus fluuius, sic mare Icarium ab Icari; Ægeum ab Ægei; Hellespontus ab Helles casu. *Habere nomen*, vt el. 14. lib. 3.

Non iuuat in media nomen habere via.

ATQVE *tua labens nauita fleret aqua.*] ambiguè, vel excidens aut excussus naui suas fortunas accusaret: aut per aquam tuam nauigans te fleret ipsam, & tuos casus lamentaretur. *Labi* & naues & homines dicuntur.

QVÆ *tum ego Neptuno, quæ tum cum Castore fratri*
Quæque tibi excepi tum Dea Leucothoë.] id est, voui me peculiariter daturum. nam excipere id significat. Virg. 9. Æneid.

——cristasque rubentes
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise.

Sic Græcis ἐξαιρῶ excipio est propriè do, & priuatim ac præcipuè. Sed & Sueton. in Cæsare cap. 73. *Excipere simultates* dixit pro suscipere. Inde *excipuum* Festo dictum, vt præcipuum. vide Turneb. cap. 11. lib. 17. *Neptuno*, cui, vt maris potenti, vis est perdendi, vel seruandi quos velit in mari. De pernicie Plaut. in Rudente. & ipse el. 16. sup.

NON *potuit saxo vitam posuisse Ceraunno,*
Ah Neptune tibi qualia dona darem.]

De salute, Horat. oda 5. lib. 1.

Suspendisse potenti Vestimenta maris Deo.

Quod attinet ad eum sermonem, cum Castore fratri, Seruius ad illud 3. Æneid.

——tendoque supinas
Ad cælum cum voce manus. *honesta*, inquit, *elocutio cum vno sermone respondemus duobus*, vt (eodem libro) *Interea fessos ventus cum sole reliquit.* De sidere Castorum salutari nauigantibus Plin. cap. 37. lib. 2. Catull.

——seque dedicat tibi
Gemelle Castor, & gemelle Castoris. Idem:
Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata.

Horat. oda 2. lib. 1.

Sic fratres Helenæ lucida sidera.

vide & odam 12. lib. eiusd. odam penult. lib. 3. & odam 8. lib. 4. *Tum dea.* alia lectio: *iam-dea* vt *nunc-dea*. de qua voce dictum alibi: *Leucothoë*. Sic & eleg. 28. infra:

Ino etiam prima terris ætate vagata est,
Hanc miser implorat nauita Leucothoen.

Alij omnes *Leucothean* vocant, vt Eusthatius, qui dictam sic ait ἀπὸ τοῦ διὰ λευκοῦ πεδίου. à currendo per Leucon campum Megaridis. Ouid. 4. Metam.

Leucotheaque Deum cum matre Palæmona dixit.

& in 6. fast.

Leucothee Graijs, Matuta vocabere nostris.

Cic. 1 Tusc. *Quid? Ino Cadmi filia nomine Leucothea nominata est à Græcis, Matuta habetur à nostris*, vet. gloss. Albunea, Λευκοθέα. Fabula est apud Apollodor. lib. 3. Homer. Iliad. 6. Pausan. Atticis, Corinthiacis & Messenicis.

AT *tu vix primas extollens gurgite palmas.*] Refer ad illud quod supra dixit, *Lassas manus. Extollens gurgite.* id est, tollens è gurgite. id est, mari, vt dictum eleg. 15. sup. vers. 34. Sic Plaut. Amphit. *Angues extollunt ambo capita. Primas palmas*, vt Catull. *Primum digitum.* Ipse eleg. 8. lib. 4. *——primo temone pependit.* & eleg. 9. lib. eiusd. *primos lares.*

SÆPE *meum nomen iam peritura vocas.*] id est, me nomine clamas, vt el. 17. lib. 1.

A *Illa meum extremo clamasset puluere nomen.*

Naufragi autem in extremo discrimine sibi caros licet absentes extremum compellabant. Virgil. 4. Æneid.

——& nomine Didò Sæpe vocaturum.

Ipse eleg. 7. lib. 3.

Pæte quid ætatem numeras? quid cara natanti
Mater in ore tibi est? Ouid. 11. Met.
——Ceycis in ore
Nulla nisi Alcyone est. Item:
——sed plurima nautis in ore
Alcyone coniux: illam meminitq. refertque. Item:
Oraque nostra tuum frustra clamantia nomen
B *Implerunt fluctus.* Item:
Dum natat, absentem quoties sinit hiscere fluctus
Nominat Alcyonen, ipsisque immurmurat vndis.

& in fabula Icari:

Oraque cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua. Quæ postrema soluent dubitationem huius loci si quis forte quærat quomodo vocare possit Cynthia Propertium, cum eius vix primæ palmæ extarent, non caput.

QVOD *si forte tuos vidisset Glaucus ocellos.*] Palæphatus fabulam hanc refert ad historiam. vide Ouid. in extremo lib. 13. Met. Pausan. in
C Bœoticis. Et Seruium in illud 1. Georg. *Glauco & Panopeæ.* Athen. lib. 7. vbi plura de Glauco, & quædam lib. 15. Apollon. lib. 3. qui Nerei vatem ait & allocutum Argonautas. vide & prouerbium: Γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάσσῃ. *Tuos ocellos*, quibus me cepisti, vt est el. 1. lib. 1. vers. 1.

ESSES *Ionij facta puella maris.*] te rapuisset & duxisset vxorem, vt Scyllam amicam fertur Deam marinam fecisse: Seru. in ecl. 6. *Puella*, Dea, Nympha. vt in peruigilio Veneris:

Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montium.

D Κόραι vocantur à Platone apud Laërt. Ipse el. 18. *Cum sene non puduit talem dormire puellam.* id est, Deam. vt alias monui. & ipse eleg.

O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ: id est, Nymphæ. Contra Ouidio ep. 1. & Tibullo *Nymphæ*, pro puellis. *Puella maris*, vt Stat. 1. Achill. *Diua profundi.*

ET *tibi præ inuidia Nereides increpitarent.*] id est, te obiurgarent, tibi maledicerent, & conuiciarentur. Fest. *Increpitare, clamare, maledicere.* Item: *Increpitato, ferito.* Item in *Creperum, dubium; vnde increpitare; quia malè dicta fere incerta & dubia sunt.* Nonius: *Increpitare, incusare, aut insultare.*
E Virgil. 4. Georg.

Aestatem increpitans seram. & 10. Æneid.
Hostis amare quid increpitas. & 1. Æneid.
Tum Bitiæ dedit increpitans.

vbi Seruius exponit, inclamans, ego ad crepitum vini refero in libatione humi fusi. vet. gloss. Φθονερός, *obtrectator, increpator. Increpatio.* Φθόνος *præ inuidia*, id est, propter, vt exponit Charis. l. 2. sic Plaut. Capt. *Vix asto præ formidine.* Terent. *Misera præ amore.* &, *præ gaudio vbi sim nescio.*

CARMINA *Nisee, cærula Cymothoë.*] legendum est *Nesæe* ex Virgilio & Homero. Virg. 4. Georg.

Cæsariem effusæ nitidam per candida colla,
Nesæe, Speioque, Thaliaque, Cymodoceque.

Homer Iliad. 18. vbi nominantut Nymphæ, quæ cum Thetide erant cum luctum Achillis audiuit supet morte Patrocli:

Νησαίη, Σπειώ τε, Θάλειά τε, Κυμοδόκη τε·
Κυμοθόη, & Ακταίη.

Cymotboën etiam Virg. commemorat. 1. Æneid. *Cymotboë simul & Triton*, vbi Seruius: *Cymotboe, id est, cursus fluctuum* ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα. Apollodor. lib. 1. vbi enumerat Nereïdas Cymothoën quidem nominat, sed, non Niseen aut Nesæan.

S ED *tibi subsidio Delphinum currere vidi.*] id est, venire maxima cum celeritate (nam animalium velocissimi Delphini Plin. cap. 8. lib. 9.) ad opem tibi ferendam. *Currere subsidio*, vt Cic. ep. 7. lib. 8. ad Attic. *Nemo dubitat quin subsidio venturus sit Domitio.* & 13. Philipp. *Nisi forte eum subsidio tibi venire arbitraris.* Virg. 10. Æneid.

Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ & campos salis ære ruebant.

sic & Virg. 1. Æneid. *Venturum excidio Libyæ* dixit. *Subsidium verbum militare à subsidendo*, Varro 4 de ling. Lat. adducitque ex Plauto: *Agite, subsidite omnes quasi solent triarij.* Fest. in *Subsidium* in lituta idem quod Varro. Idé Festus in Præsidium: *Præsidium est, quod pro vtilitate & salute alicuius auxilij gratia, præponitur: subsidium, quod postpositum est ad subueniendum laborantibus.* Cornel. Fronto: *Subsidium quod subest deficientibus: præsidium, quod imponitur: auxilium repentinum est. ita subsidium ad secundos casus præparatur, præsidium ad custodiam collocatur; auxilium vt prosit ex insperatò venit.*

Q V I, *puto, Arioniam vexerat ante lyram.*] de Arione à Delphino seruato fabula, vel historia est apud Herodotum lib. 1. Gell. cap. 19. lib. 16. Seruium in illud Virgilij eclog. 8.

—— inter Delphinas Arion.

Plin. cap. 8. l. 9. Plutarch. in conuiuio septem sapientum. & in libro Vtræ animantes prudentiores. Pausan. in Laconicis. Higin. fab. 199. qui addit & citharœdum ipsum & Delphinum ab Apolline relatum in sidera. Ouid. 3. de arte amandi. & 2. Fast. vbi omnia narrantur. Strabo libr. 13. à nautis interfectum scribit. Martialis epigt. 50. lib. 8.

Sic Methymnæo gauisus Arione Delphin,
Languida, non tacitum per freta vexit onus.

Arioniam lyram dixit, vt *Aoniam* eleg. 2. lib. 1. & *Amphioniam* eleg. 9. eiusdem libri.

I A M Q V E *ego conabar summo me mittere saxo.*] velle videbar me iacere è vertice scopuli in mare, vt te seruarem, vel vt tecum peritem. Conatum illum inanem somniantium describit. Virg. 12. Æneid.

Ac velut in somnis, &c. *Mittere*, Iacere, vt eleg. 17. sup.

Aut per rimosas mittere verba fores. Virg.
——hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit.

Hinc iocus Curtij equites Romani in Augustum cum macrum turdam sumpsisset, *Licetne mittere? quid ni, inquit Augustus, tum illum per fenestram misit.* desperationis est iacere se è saxo eleg. 17. sup. vers. 13.

A C V M *mihi discussit talia visa metus.*] id est, terror ille insomniorum ipsa insomnia & nocturnas imagines, ceu fumum, coëgit euanescere, meque excitauit. sic *discutere somnum* eleg. 8. lib. 3. Virg. 12. Æneid.

Vt primum discussæ vmbræ. Idem 2. Æn.
Clarescunt sonitus armorumque ingruit horror
Excutior somno.

Ouid. in fabula Cæycis xi. Met. *Voce sua specieq. viri turbata, soporem Excutit.* *Visa* quæ dixi eleg. 3. lib. 1. vers. 29.

N V N C *admirentur quod tam mihi pulchra puella*
Seruiat, & tota dicar in vrbe potens.] εἰρωνικῶς, vt eleg. 3. supt.

B *Hanc ego nunc mirer si flagret nostra iuuentus.*

Admirentur, rumpantur iniqui dixit eleg. 8. lib. 1. & eleg. 17. supra:

Quem modo felicem inuidia admirante ferebant.

Pulchra puella, aurea eleg. 7. lib. 4. *Pulcherrima* cura eleg. sup. vers. 1. vide eleg. 3. sup. *Seruiat*, Satis superbè, & hoc verbum vnum est ex iis quæ *maxima* vocauir eleg. supr. ptox. contra eleg. 23. lib. 3.

Quinque tibi potui seruire fideliter annos.

Non dissimile huic illud Aristippi; *Habere Laïda, non haberi.* & Mart. epigt. 41. lib. 11.

C *Formosam Glyceren amat Lupercus:*
Et solus tenet, imperatque solus.

Tota in vrbe, vt el. 24. sup. vers. 7. *Per totam vrbem.* *Potens*, inquit, Turneb. cap. 11 l. 17. qui in amore multum potest; vt qui amatut & potitur. Sic Catull. epigr. 99. *Sis felix, Celi, sis in amore potens.* id est, tibi eueniat vt potiaris. Sed *potens* refertur ad *Seruiat. potens dominus*, cui seruit illa, quæ poreos est domina.

N O N, *si Cambysæ redeant & flumina Crœsi,*
Dicat: de nostro surge Poeta toro] hoc est, quod ait eleg. 8. lib. 1.

Sine me dulcia regna negat.

D *Cambysæ & Crœsi flumina*, id est, opes & diuitiæ quas olim Crœso & Cambysæ peperere. Pactolus & Hermus aureas arenas voluentes. Illa flumina primum fuere Crœsi, deinde Cyri victo Crœso; mox Cambysæ Cyri filij, de quo Herodot. lib. 1. & 3. vbi Cambysem regem insanum, scelestum, parricidam, & sacrilegum describit, vt & Strabo lib. 17. & Iustin. lib. 1. De Crœso & eius opibus. Idem Herodor. l. 1. Iustin. lib. 1. & Strabo lib. 13. *Redeant*, iterum fluant, vt Virg.

Iam redit & virgo redeunt Saturnia regna.

Strabo l. 13. defecisse illas aureas arenas Pactoli & Hermi scribit, vnde ait, *Redeant*. E *De nostro s. p. t.* mimesis, vt eleg. 23. sup.

Nec dices, timeo, propera iam surgere quæso.

vide illic. & ita loqui auaræ solent. *Poëta*, tu scilicet, qui nihil nisi versus, & verba dare potes. eleg. 5. lib. 4.

Aurum spectabo, non qua manus afferat aurum.
Versibus auditis quid nisi verba feres.
Qui versus, Coa dederis nec munera vestis,
Ipsius tibi sit surda sine arte lyra.

De nostro surge toro, hoc est quod dixit eleg. 14.

Et dicor lecto iam grauis esse tuo.

N A M *mea cum recitat, dicit se odisse beatos.*] contra eleg. 16. supr.

Semper amatorum ponderat illa sinus.
Quid sit, *recitat*, docet ipse eleg. 33. infra.
Et mea deducta carmina voce legit.
Recitabat & illi Propertius, vt eleg. 13. sup.
Me iuuet in gremio doctæ legisse puella, &c.
Odisse, aspernari & fugere. vt eleg. 1. lib. 1.
—— castas odisse puellas.
& eleg. 18. sup.
—— odisti me perfida.
beatos, diuites: dixi eleg. 6. sup.

CARMINA *tam sanctè nulla puella colit.*] eleg. 1. libr. 3.
Miremur, nobis & Baccho Apolline dextro,
Turba puellarum si mea verba colit.
Colit sanctè, vt Cic. 1. de Nat. Deor. *Pie sanctèq; Deum colere.* & alibi. *sanctè colere necessitudinem & amicitiam. sanctè*, cum religione & honore, quia sacri vates. *Colit*, amat, & veneratur; colimus & amicos & Deos.

MVLTVM *in amore fides, multum constantia prodest.*] Non dissimile illud eleg. 1. lib. 1.
Multum in amore preces, & benefacta valent.
Fides, spectata voluntas in vna perpetuo amanda. *Constantia*, grauitas dicitur eleg. 20. sup. & est hic laudis, vt eleg. vlt. infra:
Quod si non constans illa & tam certa fuisset.

QVI *dare multa potest, multa & amare potest.*] sic Ouid. eleg. 7. lib. 3. Amor.
Imperat vt captæ, qui dare multa potest.
Qui dare multa potest, πολύδωρος, & diues, vnde πολυδωρεία, magnificentia. *multa amare potest*, πολύεραστος. *multa*, multas puellas, quomodo dixit eleg. 22. sup.
Mi fortuna aliquid semper amare dedit.

SEV *mare per longum mea cogitet ire puella,*
Hanc sequar & fidos vna aget aura duos.] Insigne amicitiæ testimonium sequi per pericula. Virg. 6. Æneid.
Ille meum comitatus iter maria omnia mecum.
Seu, semel hic ponitur, vt sæpe apud Horatium. *mare longum*, per quod longa via, & nauigatio multorum dierum ac mensium. sic *longus pontus* Horatij od. 3. lib. 3. & *longos fluctus* oda 27. lib. eiusdem. *Cogitet ire. parat ire* dixit eleg. 30. infra vers. 19. Cicero sæpe cogitare tantum dicit, vt 7. fam. *Cogito in Pompeianum.* 5. ad Attic. *Cogito Romam*, quod plene 13. fam. *Cogito proficisci Romam. fidos vna aget aura duos*, certos in amore idem ventus impellet. sic paulo post hac eleg. *Auster agat.*

VNVM *litus erit sopitis, vnaque tecto*
Arbor, & ex vna sæpe bibemus aqua.] id est, eodem in littore quiescemus, eadem tegemur arbore, eodem ex fonte vel fluuio, vel lacu, eodemque poculo hauriemus, ac bibemus non vinum, sed aquam ea contenti dum amore nostro fruamur. Vnum *littus*, vt vna domo eleg. 16. sup. vers. 22. *Sopitis*, Seruius in illud 1. Æneid. *Hunc ego sopitum somno. idem est*, inquit, *sopor & somnus, sed hic sopitus est irrigatus.* Liuius lib. 41. *sopitum humerum & sopitum vulnere*, dixit; vt nos, *vn membre endormi*, quia sopor sensus adimit. *Tecto arbor*, cum arcenda pluuia, aut æstus sub eandem arborem succedemus, quæ vicem tecti nobis præbebit.

A aliud est arbore tegi eleg. 14. libr. 3.
Me tegat arborea deuia terra coma.
Tectum, autem de quacunque re qua tegimur, vt tigillum, quod à tecto diminutiuum est vt ait Nonius citans illud Varronis sesquiulysse: *Iugera volitans vsus miluius aquam è nubibus tortam indicat fore, vt pastor tegillum sibi sumat.* vbi Tegillum sumere, *prendre & chercher à se mettre à couuert*. Sic *toga* apud eundem Nonium: Titinius Gemina: *Si rus cum scorto constituit ire claues illico abstrudi iubeo, rusticæ togæ ne sit copia.* id est tecti, inquit Nonius. vnde intelligitur ca-
B lumnia Virgiliomastigis in illud ecl. 1.
Tityre tu patula recubans sub tegmine fagi: qui mutauit. *Tityre si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?* quid facturus aut dicturus erat, si Virgilius scripsisset sub tecto fagi? *ex vna aqua bibemus.* Inde dicti pagani: Fest. & Seru. Solent autem qui nauigant, vbi appulerint aquam quærere. ipse eleg. 20. libr. 1. vers. 24. & Virg. 6. Æneid.

ET *tabula vna duos poteris componere amantes.*] Sic eleg. 8. lib. 1.
Illa vel angusto mecum requiescere lecto.
C *Tabula*, exigua pars nauis. nauis enim è tabulis compacta est; vnde tabulata nauium. *Componere*, est coniungere & collocare ad quietem, vt in eleg. 11. lib. 1.
Molliter in tacito littore compositam.
hinc componi dicuntur mortui, vt alias adnotatum.

PRORA *cubile mihi, seu mihi puppis erit.*] Durum illud cubile ideo eleg. 8. lib. 1.
Fortis & in dura naue iacere potes?
Sic Seneca cap. 10. de consol. ad Elbid. *Maiores nostri, quibus terra cubile erat.* Æneas apud Virg. 4. Æneid. cubile habet in puppi.
—— celsa in puppi iam certus eundi
D *Carpebat somnos.* & apud Petron. super constratum nauis Eumolpus & socij dormiunt. Prora & puppis anterior & posterior pars nauis. Isidor. cap. 2. lib. 16. vnde Græcorum prouerbium πρῷρα καὶ πρύμνα, quo vtitur Cicero in epist.

OMNIA *perpetiar, sæuus licet vrgeat Eurus.*] sic dixit eleg. 24. sup. *Nil ego non patiar.*
Eurus ab ortu flat, vnde Virg. *& lætus Eois*
Eurus equis. Ouid. 1. Met.
Eurus ad Europam, Nabathæaque regna recessit. de Euro & vnde dictus Gell. cap. 22. l. 2. *Qui ventus ab oriente verno, id est æquinoctiali venit, nominatur Eurus*, ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων, (quod ab Auroræ par-
E tibus fluat.) *alio nomine* ἀπηλιώτης, *à nautis Rom. subsolanus.* dictus hîc *sæuus*, vt à Virgilio, *violentus & animosus* 2. Georg. & *praeceps* 4. Georg. Vrget naues etiam apud Virg. 1. Æneid.
—— tres Eurus ab alto
In breuia & syrtes vrget, miserabile visu,
Illiditque vadis.

VELAQVE *in incertum frigidus Auster agat.* id est, impellat modo huc, modo illuc incerto flamine & inconstanti, vnde vocauit *Dubium notum* eleg. 5. sup. *frigidus Auster*, nubilus dicitur eleg. 16. sup. vers. vlt. sed quomodo frigidus cùm tepidus sit, & egelidus? fortasse quod

gelidas aquas fundat. Tibull.eleg.1. lib.1.

Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit Auster.

de Austro Gell. cap.22. lib.2. *Meridies*, inquit, *quoniam certo atque fixo limite est, vnum meridionalem ventum habet. Is Latine Auster, Græcè νότος, quoniam est nebulosus atque humectus; νοτὶς enim Græcis humor.* Virg.4. Georg.

Frigidus vt quondam syluis immurmurat Auster.

Ouid eleg.12. lib.4. de Ponto:

Et tepidus Boreas, & sit præfrigidus Auster.

sed vet. lib. *Turbidus*, vt eleg.16. sup. *Nubilus*. & Horat. oda 3. lib.3. —— *neque Auster*

Dux inquieti turbidus Adriæ. *Agat*, vt Virg.

Vento huc & vastis fluctibus acti.

QVICVNQVE *& venti miserum vexastis Vlyssem, Et Danaûm Euboico littore mille rates.*] Homer. lib.10. Odyss. ventos ait vtre conclusos Vlyssi hospiti datos ab Æolo, quibus à socijs spe prædæ solutis concitata tempestas. & lib.5. Odyss. Neptunus concitata tempestate frangit Vlyssis nauem, qui vix Deæ Leucotheæ ope & velo enatauit. *Vexastis*, de hoc verbo Gell cap.6. lib.2. Virg. eadem de re ecl.6.

Dulichias vexasse rates. *Miser Vlysses.* vt de eo Homer. Odyss. α. ὅς μάλα πολλὰ πλάγχθη. Il.κ. τλήμων. Il. ψ. πολύτλας. Horat. od. vlt. epod. *Laboriosus.* & ep.7. libr.1. *patiens.* Virg. *durus.* *Rates Danaûm.* *Myceneas* dixit eleg.22. sup. vers. 32. *Danai*, Græci à Danao Beli filio. Apollod. lib.2. Ipse eleg.7. lib.3.

Et Danaûm decimo vere redisse rates.

& eleg.20. lib. eiusdem.

Cum soluit Danaas subdita terra rates.

Mille. pauciores mille fuerunt, sed vt summa rotundetur, ita loqui solent poëtæ. Virg.2. Æneid. *Non anni domuere decem, non mille carinæ.* & 9. Æn. *Non mille carinis Est opus in Teucros.* Legen. Homer. 2. Iliad. in Catalogo nauium. *Euboico littore*, vel in Aulidis Euboicæ portu, vbi aduersa tempestas classem Græcorum diu detinuit. Ouid.13.Met.

Aulidaque Euboicam complerunt mille carinæ.

Leg. Euripid. Iphig. in Aulide. vel Euboeæ promontorium Caphareus significatur, ad quem naufragium fecit Græcorum classis Nauplij dolo. Ipse eleg.7. lib.3.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,

Naufraga cum vasto Græcia tracta salo.

& eleg.1. libr.4.

—— *tu diruta fletum*

Supprime, & Euboicos respice Troia sinus.

Nauplius vltores sub noctem porrigit ignes.

Et natat exuuijs Græcia pressa suis.

Virg.11. Æneid.

Euboicæ cautes, vltorque Caphareus.

Legend. Euripid. in Helena. Ouid.2. de arte amandi:

Argolicę cuperent fugisse Capharea puppes.

& eleg.1. lib.1. Trist.

Quicunque Argolica de classe Capharea fugit

Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.

ET *qui mouistis duo littora, cum rudis Argus*

Dux erat ignoto missa columba mari.]

id est, concurrere fecistis duas cautes & rupes in vtroque littore sitas; id est, symplegadas.

A leg. Apollonius lib.2. Apollod. lib.1. & Valer. Flaccus lib.4. Ouid eleg.11. lib.2. Amor.

Quæ concurrentes inter temeraria cautes

Conspicuam fuluo vellere vexit ouem.

Iuuenal. sat.15.

—— *& concurrentia saxa Cyaneis.*

Cyaneæ cautes etiam dicuntur à Lucano libr. 2. *Duo* ἀρχαϊκῶς, vt in Cic. Oratore: *Video sepulcra duo duorum corporum.* & *duo pondo* Fab.cap. 9. libr.1. *Rudis Argûs*, aut è ligno rudi factæ nec perdolato. vt in Catal. *Sed lignum rude villicus dolauit.* vel quæ nondum didicerat nauigare, sed tum primum discebat. illa enim

B erant, vt ita dicam, nauigationis rudimenta. eleg.16. lib.3.

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes.

Apuleius libr.11. *Rudem dedicantes carinam.* id est, quæ nondum nauigauit. Lucan. lib.3.

Inde lacessitum primo mare, cum rudis Argo

Miscuit ignotas temerato littore gentes.

Dux columba quæ viam monstrabat. de hac vide eleg.22. lib.3. vers.13. & ibi adnotata. Sic Virg. 6. Æneid.

Este duces (columbæ) *ô si qua via est*, &c.

Ignoto mari, cuius ignotæ viæ Argonautis. Tibull. eleg. vlt. lib.3.

C *Fleuisti ignoto sola relicta mari.*

vide adnotata ad eleg.20. lib.1. vers.14.

ILLA *meis tantum non vnquam desit ocellis.*] id est, semper illam videam. *tantum*, saltem vt eleg. vlt. infra.

A domina tantum te modo tolle mea.

Desit, absit vt eleg.13. sup.

Desit odoriferis ordo tibi lancibus.

Q. Cicero *Cum deesset alter*; id est, abesset. *Ocellis meis*, mihi spectanti. eleg.24. lib.3.

Olim oculis nimium facta superba meis.

INCENDAT *nauem Iuppiter ipse licet.*] Alludit vel ad nauem Aiacis Oilei, quam incendit

D Pallas Iouis patris fulmine. Homer. 4. Odys. & Euripid. in Troadibus. vel ad ipsius nauem Vlyssis, quæ eodem Iouis conflagrauit fulmine, vt vix solus Vlysses euaserit, ob interfectas & consumptas ab eius socijs solis boues. Homer. lib 12. Odyss. *Iuppiter ipse*, vt eleg.7. sup. vers. 4.

CERTE *ijsdem nudi pariter iactabimur oris.*] Perstat in fabella Vlyssis, qui nudus iactatus est in mari, & vix enatauit, vt modo diximus. Vnde Horat. sat.3. lib.2. sic loquentem inducit: —— *vides vt*

Nudus inopsque domum redeam te vate.

E nudi autem naufragi solent esse, quia, vt facilius natent, vestes abijciunt. Horat. oda penult. epod.

Non saxa nudis surdiora nauitis

Neptunus alto tundit hybernus salo.

Ouid.11. Met. in Fab. Cæycis:

Luridus exanimi similis, sine vestibus vllis,

Coniugis ante torum miseræ stetit.

Iactari vero tempestatis est, vt monui ad illud eleg.12. sup. *quoniam iactamur in vnda.* Seneca cap. 10. de consol. ad Mart. *Alios nudos mari iactabit.* (fortuna.) *Pariter*, & vna, & eadem forte ac fortuna pari. *Oris*, plagis maritimis, &

fluctibus littori vicinis. Si *auris* legimus, id erit, procellis, vt eleg.17. lib.1.

Aspice quam saeuas increpat aura minas.

M E *licet vnda ferat, te modo terra tegat.*] Æquo se ait animo cariturum sepultura, modo amicæ illa contingat. eadem sententia dixit elegia 24. supra.

——Sed tu potius precor, vt me
Demissis plangas pectora nuda comis.

Vnda me ferat, Iactet ego exanimis. nam fertur vel mortuus vel fessus, & qui per se amplius natare non potest. Virg.10.Æneid.

Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum
Vnda feret, piscesque impasti vulnera lambent.

Modo, pro dum modo. vide notata ad eleg.30. vers.14. infra. *terra tegat te.* periphrasis humationis vt eleg. lib.1.

In quorum numero me quoque terra tegat.

S E O *non Neptunus tanto crudelis amori.*] id est, in amorem tantum quantus noster est non sæuit. Ouid. in epist. Herus:

At tibi flammarum memori Neptune tuarum
Nullus erit ventis impediendus amor.
Si neque Amymone, nec laudatissima forma
Criminis est Tyro fabula vana tui.

Neptuni memorat amores. idem 6. Met.

Te quoque mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Aeolia posuit: tu visus Enipeus
Gignis Aloidas. &c.

Crudelis. De Neptuni sæuitia, & contra vide Plaut. Trinum. act.4. sc.1.

N E P T V N V S *fratri par in amore Ioui.*] id est, non minus magnus amator mulierum Ioue, de cuius furtis eleg.2. sup. & eleg.9. lib.3.

Iuppiter infamat seque suamque domum.

aliud est eleg.1. lib. 1. *in amore pares.* de amore mutuo & concordi iugo.

T E S T I S *Amymone latices cum ferret in aruis*
Compressa, & Lernæ pulsa tridente palus.]

De Amymone Apollodor. libr.2. Amymone Danai filia aquam quærens (nam Neptunus aquas siccauerat iratus Inacho) in ceruum telum iecit, & Satyrum dormientem vulnerauit, qui excitatus amore puellæ exarsit, sed superueniens Neptunus eũ fugauit, & Amymonem compressit, eique fontes indicauit. Inde natus Nauplius pater Palamedis. Pausan. Corinth. & Eliac. ad Amymones fontem, quod & flumen ait esse, hydram, inquit, sagittis ab Hercule confixam. Meminit & Strabo lib.8. qui hanc fabulam, plane fabulam esse ostendit. & Philostrat. Iconib. In Neptuno, siue Amymone. & Lucian. in Dialogo Tritonis, Neptuni & Amymones. & Callimach. εἰς λουτρὰ vers.48. & Schol. Stat. 6.Thebaid.

——atque amne reperto
Tristis Amymone. *Compressa*, imminuta, deuirginata, Varro & Petron. ipse eleg.30. infr.

Si tamen Aeagri quædam compressa figura est.

vnde Plaut. *Compressu suo grauidam efficere.* Idem eo verbo ludit in Asinaria. *hominem infelicem qui patronam comprimat* (linguam.) & Trucul. Comprime. N. *Impudens vt rustico suadet stuprum.* A. *iram dixi. Latices.* Seru. in illud. 1. *laticemque Lyæum: Latex proprie aqua, quod intra venas terræ*

A *lateat, sed & vinum laticem dixit, quia latet intra vuam.* Sed & Ouid. *Palladios latices*, de oleo dixit; & *Laticem absynthi*, pro, succo Lucretius. ergo latex omnis humor, qui elicitur. Festus. *Latex à lapsu, profluens aqua dicitur, qua voce & in vino vtimur. In aruis.* sic Ouid. el.10. lib.1. Amor.

Qualis Amymone siccis errauit in aruis
Cum premeret summi verticis vrna comas.

Alij libri. *in Argis*, duplici ἀρχαϊσμῷ, sexto casu, pro quarto, & *in* additum ad nomen vrbis. Sic Ouid.15. Met.

Nuper abantæis templo Iunonis in Argis.

B An Argi, vt Troia, pro regione ipsa? τὸ *in Argis* vertit Ouid. loco antedicto *siccis in aruis.* nam innuit ἄργος τὸ δίψιον. *Et lerna pulsa tridente palus.* Higin. Fab.169. addit ad ea quæ narrat Apollodorus Neptunum fuscina percussisse terram (in qua concubuerat) vnde aqua profluxerit, qui Lernæus fons dictus est, & Amymonium flumen. *Tridente pulsa*, quod Higinus, *fuscina.* in Catal.

—— Neptuni fuscina telum.

Sic Virg.1. Georg.

Tellus magno percussa tridenti.

& Ouid.1. Met.

Ipse tridente suo terram percussit,

C & 6. Met. *——longoque ferire tridente*
Aspera saxa facit. De tridente Apollodor. lib.1. Κύκλωπες Διὶ μὲν διδόασι βροντὴν & ἀστραπὴν & κεραυνόν: Πλούτωνι δὲ. Κυνέην: Ποσειδῶνι δὲ Τρίαιναν. Plura de Lerna vide sup. eleg.24. vers.25.

I A M *Deus amplexu votum persoluit, at illi*
Aurea diuinas vrna refudit aquas.]

id est, iam potitus est optatis Neptunus, quæ optarat iam illi contigerunt. & huiusmodi more dictum est quia compotes rei expetitæ vota soluunt, vt dictum eleg. sup. prox. vers. 23. An *votum persoluit amplexu* tertio casu, id est, quod vouerat & optauerat Amymone, vt aquam inueniret, id Neptunus perfecit, deditque amplexui, & gaudio quo potitus erat.

D Ouid.12. Met.

Vtque noua Veneris Neptunus gaudia cepit,
Sint tua vota licet, dixit, secura repulsæ.

legendum videtur *Amplexus.* id est, postquam iam amplexus, ei præstitit quod petebat. *At illi*, pro, illi vero, vt eleg.4. lib.4.

Hunc Tarpeia Dea fontem libauit, at illi
Vrgebat medium fictilis vrna caput.

Ouid. eleg.5. lib.2. Amor.

Hæc ego, quaque dolor lingua dictauit; at illi
Conscio purpureus venit in ora rubor.

Tibull. eleg. 4. lib.1.

E *Hic quia fortis adest audacia cepit; at illi*
Virgineus teneras stat pudor ante genas.

Vrna, vas aquarium, dicta ab vrinando, vt docui ex Varrone ad eleg. 1. sup. Vrnam autem puellæ à fonte redeuntes capite gestabant, vt paret loco prænotato ex eleg. 4. libr.4. & Ouid. eleg.10. lib.1. Amor.

Cum premeret summi verticis vrna caput.

Aurea. Nescio an vrna aurea satis conueniat paupertati illorum temporum, an legendum sit *area* vt apud Apollonium in fabula Hylæ, qui cum κάλπιν, id est, vrnam nominasset, mox

χαλκὰς vocat. An *aurea vrna*, non Amymones, sed ipsius Neptuni, qui vrnam gestet, vt fluuij. Philostratus sanè & ex auro vrnam fuisse scribit in Iconibus. *refudit aquas*, an iterum fudit, nam semel effuderat ante compressum, iterum effudit post compressum cum hausisset è recens edito fonte & retulisset domum: Ouid.

Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor.

an reddidit & rependit pro amissis & effusis, vt Iurisconsulti *refundere pretia, impensas, fructus*? Refunditur etiam aqua, quæ restagnat, vt Virg. 1. Æneid.

—— & imis Stagna refusa vadis.

& 2. Georg.

Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso.

& 7. Æneid.

Audijt & si quem tellus extrema refuso
Summouet Oceano.

Diuinas, Dei beneficio, & numine Neptuni profluentes cum paludem tridente percussisset. nam Lactantius, siue Lutatius Interpres Statij, ait ex aquis, quas effuderat Amymone dum vis offerretur fontem excitatum à Neptuno fuisse. An *diuinas aquas*, fontanas, quia sacri fontes Virgilio ecl. 1. & *diuini fontes*. Propertio. eleg. 18. lib. 1. An aliquid obscœni sub aquis & vrna latet?

CRVDELEM *& boream rapto Orithya negauit.*] id est, non questa est de eius sæuitia, quod se rapuerit. nam, vt ait Ouidius:

Vim licet appellent, grata est vis ista puellis.

Sæuus tamen re vera Aquilo. vt eleg. 5. lib. 3.

At saue Aquilo. & contra ibidem:

Infelix Aquilo raptæ timor Orithyæ. Ab acuto & celeri flatu Aquilo Festo, vel à vehementissimo volatu ad instar aquilæ. Gell. cap. 22. lib. 2. *Qui ab æstiua & solstitiali orientis meta venit Boreas* ἀπὸ τῆς βοῆς, *quod sit violenti flatus & sonori.* De Orithya Pandionis Nepte, filia Erechthei, vnde *Pandionia* dicitur eleg. 20. libr. 1. præter auctores ibi citatos: Cicero. 1. de leg. Ouid. in ep. Leandri, eleg. 6. lib. 1. Amor. in epist. Paridis:

Nomine ceperunt Aquilonis Erechtida Thraces,
Et tuta à bello Bistonis ora fuit.

& 5. Fast.

Et dederat fratri boreas ius omne rapinæ,
Ausus Erechthæa præmia ferre domo.

Meminit & Pausan. in Atticis, & in Eliacis, vbi ait in pictura, Boreæ anguium caudas pro pedibus fuisse.

HIC *Deus & terras & maria alta domat.*] id est omnia domat, vt dixi eleg. 18. sup. vers. vlt. Plato in conuiuio. Εἰς ἀνδρίαν ἔρωτι οὐδ᾽ Ἄρης ἀνθίσταται. οὐ γὰρ ἔχει ἔρωτα Ἄρης, ἀλλ᾽ Ἔρως Ἄρη. Ἀφροδίτης ὡς λόγος. (sic enim interpungo) Κρείττων δὲ ὁ ἔχων τοῦ ἐχομένου. Virg. *Omnia vincit Amor*, vnde πανδαμάτωρ dictus. vide fabulam Panos cum Amore luctantis. & Euripid. Troiad. *Hic Deus*, an Boreas, qui de se apud Ouid. 6. Met.

—— hac tristia nubila pello,
Hac freta concutio? Sed ipse amor potius, vt eleg. 7. lib. 1. *hic puer.* Tibull. el. 4. lib. 2.

—— hac denique causa
Fecit vt infamis hic Deus esset Amor.

A *Maria alta*, &c. mare altum, & altum tantum dicitur. Virg.

Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.

Altum mare, quia videtur in mari altius terra, vt sciunt, qui nauigarunt, vnde & *conscendere mare*, & *exscendere maria alta*, vndas dixit eleg. 17. libr. 1.

Si quando vestras labens Amor attigit vndas.
CREDE *mihi, nobis mitescet Scylla, nec vnquam*
Alternante vorans vasta Charybdis aquas.]

Alteram lectionem magis probo:

Alternas reuomet vasta charybdis aquas.

B vt eleg. 10. lib. 3.

Scyllaque & alternas scissa charybdis aquas.

& eleg. 12. sup.

Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda.

Sanè, inquit, nostra causa Scylla lenior & placidior fiet, quia & ipsa amauit, de Scylla siue Nysi, siue Phorci filia in monstrum marinum versa Homer. 12. Odysseæ. Virg. ecl. 6. & libr. 3. & 5. Æneid. Ouid. 14. Met. & in ep. Medeæ:

Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos.
Debuit ingratis Scylla nocere viris:
Quæque vomit totidem fluctus, totidemque resorbet.

C Ipse eleg. 4. libr. 4. Cic. 7. Verr. Palæphatus Scyllam nauim fuisse ait, qua prædones Tyrrheni Vlyssem persequuti sint. *Vasta charybdis*, vel ingens, vel vastans & perdens naues, vt dixit eleg. 19. sup. *vastos tentare leones.* De Charybdi Homer. lib. 12. Odyss. Virg. 3. Æneid.

Dextrum Scylla latus, læuum implacata charybdis
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
Tollit in abruptum fluctus, totidemque resorbens
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.

Seru. ibid. *Charybdis, inquit, femina voracissima fuit, quæ quia boues Herculis rapuit à Ioue fulminata, & in maria præcipitata naturam pristinam seruat.*

D Ouid. eleg. 16. lib. 2. Amor.

Nec quæ virgineo portenta sub inguine latrant:
Nec timeam vastos curua Malea sinus.
Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis
Fundit, & effusas ore receptat aquas.

& lib. 2. de rem. Am.

Hic vomit epotas dira Charybdis aquas.

& eleg. 10. lib. 4. de Ponto.

Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis:
Ter licet epotet, ter vomat illa fretum.

vide Senecam ep. 80. Thucyd. libr. 4. Cicer. 2. Philipp. de Arusp. resp. & 3. de Orat. Apollon. lib. 4. Apollodor. lib. 1. Higin. Fab. 125. vet. gl.

E χάρυβδις, vorago.

IPSAQVE *sidera erunt nullis obscura tenebris.*] id est, pleno fulgebunt lumine, omni caligine discussa. *Ipsa sidera*, quæ fauent amantibus, eorumque vident amores furtiuos, vt ait Catullus. Ipse eleg. 16. lib 1.

Me mediæ noctes, me sidera plena iacentem,
Frigidaque eoo me dolet aura gelu.

& eleg. 9. sup. *Sidera sunt testes. &c.*

PVRVS *& Orion, purus & hædus erit.*] id est, tersus ac nitidus. sic veteres *tersum diem* pro sereno dixere: Festus. Sidera maculis distincta, prædicunt tempestatem, pura serenitatem. Virg. 1. Georg.

Ille (sol) vbi nascentē maculis variauerit ortum &c.

Suspecti tibi sint imbres. Item.

—— *aut vbi pallida surget*
Tithoni croceum linquens aurora cubile
Heu male tum mites defendat pampinus vuas.

Item de Luna.

Si nigrum obscuro comprahenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.

De Orione dictum eleg. 16. sup. de Hœdo Horat. oda 1. lib. 3.

Nec sæuus arcturi cadentis
Impetus, aut orientis hædi.

Virg. 1. Georg.

Præterea tam sunt arcturi sidera nobis
Hædorumque dies seruandi, & lucidus anguis,
Quam quibus in &c. Ouid. el. 10. lib. 1. Trist.
Sæpe ego nimbosis dubius iactabar ab hædis.

Seru. ibid. *Auriga signum in humeris fert capram, quæ Iouem aluit, & sinistra hædos, quorum & ortu & occasu concitatur tempestas.* Idem scribit in illud 9. Æn. *Quantus ab occasu veniens pluuialibus hædis*
Verberat imber humum. & addit oriri hædos cum scorpio mense Octobri. Theocrit. in Thalysiis. Id. 7.

Χ' ὥνεκ' ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκει
Κύματα. Interpres Theocriti. ὅταν ἀνατέλλωσιν οἱ ἔριφοι ἀχείμαντος ἡ θάλασσα. Varro cap. 3. lib. 2. De re rust. *Capras*, inquit, *in cœlum ita receperunt, vt extra limbum XII. signorum excluserint.* Sunt duo hœdi, & capra non longe à tauro. vide Higin. in Heniochus. lib. 2. In Spæra quæ falso dicitur Empedoclis ἔριφος δὲ πώλης γέρων ὄλληχε τόνγε κάρτη κατ' ἄκρας χειρὸς ὀπισθοφόν.

Q V O D *mihi si ponenda tuo sit corpore vita.*] Supple, pro, vt eleg. 9. sup.

Quod mihi si media liceat pugnare puella
Mortem ego non fugiam morte subire tua.

Tuum corpus, pro te, vt eleg. 20. lib. 1.

Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.

eadem sententia Plaut. Capt. sc. 1. act. 2. *Vides me meum caput pro tuo caro capite offerre vilitati. Ponere vitam*, vt el. 13. sup. vers. 44. *Ponere animam.*

E X I T V S *hic nobis non inhonestus erit.*] vt fuit Admeti vxori Alcestidi. *Exitus*, finis vitæ. Albin. ad Liuiam:

Exitus hic mater debuit esse meus.

Cicero ep. 6. libr. 11. ad Attic. *De Pompeij exitu mihi dubium nunquam fuit.* plene eleg. 3. lib. 3.

Exitus hic vitæ superest mihi. *exitus non inhonestus*, vt contra eleg. 8. sup. vers. 27. & 28. *Mors inhonesta.*

AD ELEGIAM XXVII.

Quod incerta hora mortis.

IN vet. lib. coniungitur hæc elegia cum superiore.

A T *vos incertam, mortales, funeris horam*
Quæritis, & qua sit mors aditura via.]

At inceptiua particula ad ornatum: Seruius. ab ea incepit Apuleius Asinum suum. & formula est apostrophes, *at vos*, vt alias identidem monui. *Mortales*, plus est quam homines & significantius dicitur, vt notat Gell. cap. 27. lib. 3. *Quæritis horam funeris*, mathematicos

A super ea re interrogatis, quando scilicet morituri siris. quod Horat. reprehendit oda 11. lib. 1. *Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi*
Finem Dij dederint. Iuuenal.
Nota mathematicis genesis tua. *horam incertam* dixit, vt eleg. 13. sup.

Nam quo tam dubiæ seruetur spiritus horæ?

vide l. 1. de Condic. & dem. Tit. 1. libr. 35. D. *Qua sit mors aditura via*, vnde aduentura, quæ eius causa. *via*, pro, modo & ratione & causa, vt eleg. 25. sup.

Hac atque illa mali vulneris vna via est.

& eleg. 34. infra.

B —— *verum dicere posse vias.*

id est causas. Martial. epigr. 92. lib. 11.

Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire via.

Adire, aduenire. Horat. sat. 3. lib. 2.

—— *huc propius me*
Cum doceo insanire omnes, vos ordine adite.

Sic apud Plautum sæpe, vt *ire*, pro, venire. Ennius Thyeste: *Nolite hospites adire ad me illico.*

Q V Æ R I T I S *& cœlo Phœnicum inuenta sereno.*] Dilogia. *Quæritis cælo sereno*, & *inuenta cælo sereno. Phœnicum inuenta.* id est, ea quorum auctores & inuentores Phœnices. Plin. cap. 12.
C lib. 5. *Ipsa gens Phœnicum* (quæ adiacet Syriæ) *in gloria magna* (est) *literarum inuentionis, & siderum, naualiumque & bellicarum artium.* Strabo libr. 16. à Phœnicibus ad Græcos manasse astronomiam, ait, & arithmeticam. Interpres Arati. Q. Cic. apud M. fr. 2. de nat. Deor. de Cynosura: *Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.* Addidit *cœlo sereno*, id est puro & terso, quia nubilo sidera obseruari non possunt. vide Virg. 5. Æneid. in fine.

Q V Æ *sit stella homini commoda, quæque mala.*] Legendus hac de re Ptolomæus περὶ ἀρχῶν. &
D Macrob. in somnium Scipionis. Cic. 6. de Rep. *Iouis salutaris fulgor, & Veneris benignus, rutilus, horribilisque terris Martis, & triste sidus Saturni.* Ipse eleg. 1. lib. 4. *Felicesque Iouis stellas.* Ibid.

Et graue Saturni sidus in omne caput.

Horat. oda 17. lib. 2.

Seu libra, seu me scorpius aspicit
Formidolosus, pars violentior
Natalis horæ: seu tyrannus
Hesperiæ Capricornus vndæ:
Vtrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens
E *Eripuit.* &c.

Stella commoda, benigna, felix. Ouid. in Ibin:

Natus es infelix: ita Dij voluere: nec vlla
Commoda nascenti stella, leuisque fuit.

Petron. Arbiter: *Altera* (tabula) *lunæ cursum, stellarumque septem imagines pictas* (habebat:) *& qui dies boni, quique incommodi essent, distinguente bulla, notabantur.* vtitur eo verbo in deteriorem partem: eleg. 19. lib. 3.

Armis apta magis Tellus, quam commoda noxæ.

mala, grauis eleg. 1. lib. 4. sic *Durum sidus* eleg. 6. lib. 1. vers. vlt. *Impius Saturnus* Horatij loco prædicto. & *fera sidera* Ouid. in Ibin.

S E V *pedibus Parthos sequimur, seu classe Britannos.*]

Bene *sequimur*, tanquam fugientes, & fugiendo pugnantes qua de re dictum eleg,10. sup. Virg. 7. Æneid.

Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa.

Parthos autem & Britannos coniungit, vt lacessitos armis Romanorum, non victos. Ideo & Horat. oda 7. epod. coniunxit *pedibus* & *classe*, vt eleg 6. lib.1.

Seu pedibus terras, seu pontum carpere remis.

Et *maris & terræ cæca pericla viæ.*] id est, obscura & ignota sunt pericula, quæ nauiganti, vel terras peragranti possunt incidere. *Cæcum* non tantum quod non videt, sed etiam quidquid non videtur. vt eleg. 4. sup. *Cæca via.* & eleg.15. sup. *Cæco motu. Cæcus ignis* Virgilio. &, *Cæcum vulnus* Ouidio. & *Cæcum vallum* Festo, in quo præacuti pali terræ adfixi, herbis vel frondibus occultantur. *via maris* dixit quod eleg.19. libr.3. *liquidum iter*; & Plaut. *Cæruleas vias* appellat. *Pericla maris*, vt prædonum & tempestatis: *pericla terræ*; vt latronum & ferarum.

Rvrsvs *& obiectum fletis capiti esse tumultum.*] Hypallage, pro, Queri soletis obiectum caput periculis belli. Sic Virg.1.Georg.

Et caput obiectare fretis. & 4.Georg.

—— *& corpora bello Obiectant.*

& 2. Æneid.

—— *caput obiectare periclis.*

Cicero pro domo sua: *Obijcere caput suum ferro.* & in Vatin. *Consulem obijcere morti. Rursus*, modo; item, interdum, vt eleg.3. lib.1.

Nam modo purpureo fallebam stamine somnum:
Rursus & Orphea carmine fessa lyra.

& eleg.2. lib.4.

Vertumni rursus credidit esse sacrum.

Fletis, querula voce loquimini, vt eleg.9. lib.1.

—— *Amphioniæ mœnia flere lyra.*

Tumultum, vide adnotata ad illud eleg.1. sup.

Phlegræos tumultus.

Cvm *Mauors dubias miscet vtrinque manus.*] id est, Cum Mars conserere manum iubet, & dimicare incerto euentu pugnæ. *Mauortem*, inquit, Festus, *poëtæ dicunt Martem*: apud eundem Festum *Mamers* lingua Osca est Mars. Cic. 2. & 3. de nat. Deor. *quod magna vortat.* Charis. lib.4. putat dictum κατὰ παρένθεσιν, inserta syllaba, *Mauors*; pro, Mars. Seruius ἐπένθεσιν vocat vt *Nauita*, pro, *nauta*. Apud Isidor. cap.25. lib.19. *Mauors dicitur, quæ & stola & ricinium vestis muliebris, quod eius parte, quæ retro reijcitur viri in mulierem potestas significetur. Miscet manus*, miscere & conserere iubet, vnde nostri vocant, *la meslee*. hinc Virg. 1. Æneid.

Se quoque principibus permistum agnouit Achiuis.

Ipse eleg.1. lib.4.

Miscebant vsta prælia nuda sude.

Liuius lib.2. *Miscere certamina.* & lib.35. *miscere seditiones.* Virg.10. Æneid. *Miscere agmina*, pro, perturbare dixit. & 2.Georg.

—— *necdum horrida miscent*

Prælia. Manus, vel χεῖρας, quibus pugnatur; vel copias ipsas & legiones. *Dubia manus*, propter dubiam victoriam quæ Homero dicitur νίκη ἀμφήριστος & νίκη ἑτεραλκής. Virg.2. Georg.

A —— *sed dubius medijs Mars errat in armis.*

Ouid. *Mars dubius, nec certa Venus.* vnde hic hypallage esse potest. sic dicitur eleg. 13. sup. *Dubia hora* (mortis.) *Vtrinque*, ἀμφοτέρωθεν. *de part & d'autre*: nam vt in foro, sic in acie partes duæ: Virg. 12. Æneid.

—— *tutum hos vtrinque phalanges*
Stant densæ.

Præterea *domibus flammam, domibusque ruinam.*] Atque etiam fletis, id est, metuitis ne incendantur, vel euertantur ædes. *Ruinam* hîc propriè: sup. eleg.25. Metaphoricôs.

Si qua venit serò, magna ruina venit.

B Ne *subeant labris pocula nigra tuis.*] id est, incautè bibantur, tibique sitienti quasi subrepant. nam subire, est furtim ire, & meare aliquò. vt adnotaui eleg.9. lib.1. vers.26.

Pocula nigra, tetra venena. sup. eleg. 24. Virg. *Lurida aconita.* sic eleg.1. sup. *Pocula Phædræ.*

Solvs *amans nouit quando periturus, & à qua*
Morte: neque hic Boreæ flabra neque arma timet.]

id est, scit & horam & genus mortis suæ. *Solus amans*, quod *Solus amator* eleg. 20. sup. *à qua morte*, τὸ à vacat, vt eleg.16. lib.1.

Supplicis à longis tristior excubijs.

eleg. 1. libr. 4.

C *Murus ab ingenio notior ille tuo.*

eleg. 3. libr. 3.

Nudus ab inferna stulte vehere rate.

sic eleg.15. lib. eiusd.

—— *pangamque ex ordine vites.*

Terent. in Prologo seipsum punientis:

Sed hic actor tantum poterit à facundia.
Hic Boreæ flabra, neque arma timet.

Horat. in hanc sententiam oda 13. lib.2.

Quid quisque vitet nunquam homini satis
Cautum est in horas: nauita Bosphorum
Pœnus perhorrescit, neque vltra
Cæca timet aliunde fata.

D Iam *licet & Stygia sedeas sub arundine remex.*] Remiges in naui sedent in transtris. Virg.3. Æneid.

Linquere tum portus iubeo, & considere transtris.

& 4. Æneid.

Præcipites vigilate viri, & considite transtris.

Apollon. lib.4.

Αἶψα δ' ἔπειτ' ἐπὶ νηὸς ἀμοιβαδὶς ἀνέρος ἀνὴρ
Ἑζόμενος πηδοῖσιν ἐρέσσετε.

Seruius ad illud 6. Æneid.

Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat; *iuga*, inquit, *transtra*: *nam animæ remigant.* quod dixerat supra, *vel quo discrimine*

E *ripas Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt.*

Remex, remigis, inquit Charis. libr. 1. à remo agendo. Seruius ad illud 5. Æneid.

Agit acri remige pristin. Erit nominatiuus, inquit, *remex*. Serenus, Semiremex Hercule. & in illud 6. Æneid. *Remumque tubamque, quia & bellator*, inquit, & *remex fuerat.* vtitur & Cic. 2. de diuin. vet. gloss. *Remix*, ἐρέτης. *Sub arundine.* id est, in, vt annotatum eleg.23. sup.

At nullo dominæ teritur sub limine amor.

& ita Horat. *Sub iisdem sit trabibus.* id est, in eadem naui. *Arundo*, pro naui, vt *Canna Micipsarum* Iuuenali, pro nauicula. Plin. cap.36. lib.16.

lib. 16. de arundinibus Indicis: *Nauigiorum etiam vicem praestant singula (earum) internodia.*

CERNAT *& inferna tristia vela ratis.*] *Stygiam cymbam* Virgilius vocat 4. Georg. Ipse superiore versu dixit, *Stygiam arundinem.* & el. 3. l. 3.

Nudus ab inferna stulte vehere rate.

& eleg. prox. seq.

Vna ratis fati nostros portabit amores
Cærula ad infernos velificata lacus.

Vela, Græcis ἄρμενα, dicta à volatu inquit Isidorus vnde: *velorum pandimus alas. Tristia*, nigra & ferruginea, vt cymba ipsa Virgilio, & *tristes manes* eleg. 19. libr. 1. Sic Euripides in Alcestide: sic πικρὰν ναυκληρίαν vocat. id est tristem nauigationem in cymba Acherontis. vtrobique allusum ad nomen Acheron.

SI *modo clamantis reuocauerit aura puellæ,*
Concessum nulla lege redibit iter.]

Sic Ouid. in ep. Canaces:

Mortua crede mihi, tamen ad tua verba reuixi.

& ipse eleg. 7. lib. 4.

Vnum impetrassem te reuocante diem.

contra eleg. 13. sup.

Sed frustra mutos reuocabis Cynthia manes.

Aura puellæ, vel vox benigna, vel nitor puellæ, vt Virgilio: *Aura auri* 6. Æneid. vbi Seruius, *Inde Aurati*, vt siue, alij legunt, *Aurarij*, quorum fauor splendidos reddit, metaphoricωs, vt eleg. 24. sup. *Quod si tam faciles spiraret Cynthia nobis.* & eleg. 12. sup.

Nostraque non vllis permanet aura locis.

Horat. oda 8. l. 2. *Tua ne retardet Aura maritos.* Tyndareus apud Euripidem in Iphigenia in Aulide optionem dat Helenæ filiæ vnum è tot procis eligendi ὅποι πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι. & Theocrit. εἰδ. ιβ.

Εἴθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔρωτες.

vel *aura puellæ est*, si aura voculæ eius aliquam particulam ad illum pertulerit, vt Virg.

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

Apuleius apol. 1. *Sed profecto studio bibendi, quo solo censetur, facilius ad eum* (abusque) *Alexandria vini aura, quam fumi perueniret.* id est, odor. Aristoph. εἰρήν. πνεῖ μοι ἄνεμ. & *Aura Volcani vorax* Attio opinor. *Reuocauerit*, redire ad vitam iusserit. dictum ad eleg. 13. vers. penult. Catull. ep. 33. vers. 8. & seq. *Redibit iter.* dictum vt eleg. 1. lib. 1. *Ire vias. Concessum nulla lege.* id est, vnde redire nulli ius est lege fati. nam

——*facilis descensus auerni*
Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras
Hoc opus, hic labor est.

Legem vero fati intelligit de qua Virg 12. Æn.

Illud te nulla fati quod lege tenetur
Pro Latio obtestor.

Ipse el. vlt. lib. 4.

Cum semel infernas intrarunt funera leges
Non exorato stant adamante viæ.

Quod legitur, *Nullis*, defendi potest hac Cassij Parmensis auctoritate in Orpheo.

Ausus & ire viam viuentibus inconcessam
Pœnarum oblitos demulsit carmine manes.

Plato in Conuiuio Alcestidi ait concessum ab inferis reditum ob eximij vim amoris. Idem priuilegio datum Herculi, Libero patri, Orpheo. Leges autem aut iubet, aut vetat, aut

A concedunt: eaque *permissio* dicitur in Rhetoricis ad Herennium: *Plus valet sanctio permissione.* At *Nulla lege redibit.* id est, sine edicto, vt de Helena: *Et sine decreto est viua reducta domum.*

AD ELEGIAM XXVIII.

Ad Iouem pro amica ægrotante.

IVPPITER *affectæ tandem miserere puellæ.*] Similis Tibull. el. 3. lib. 4.

Huc ades & teneræ morbos expelle puellæ. &c.

B Horat. sat. 3. lib. 2.

Iuppiter ingentes qui das adimisque dolores,
Mater ait pueri mensés iam quinque cubantis.

Significatur opinor hîc Iuppiter cognomine *Opitulus*, ab ope ferenda: Festus. *Tandem* est longæ exspectationis & moræ ac prope sero, vt dictum ad eleg. 3. lib. 1. vers. 35. *Miserere*, vt Virg.

Aut tu magne pater Diuûm miserere.

Affecta, periculosæ ægrotantis, & prope depositæ. Sueton. in Tiberio cap. 21. *Affectum reperit, & tamen adhuc spirantem.* Plaut. Rudente sc. *Quis est qui. Accipiam hospitio, si nox Veneris,*
C *item vt affectam.* id est, vt ægram collocabo in lecto. Ouid. eleg. 3. lib. 3. Trist.

Lassus in extremis iaceo populisque locisque,
Et subit affecto nunc mihi quidquid abest.

& eleg. 2. lib. 2. Amor.

Ibit vt affectam, quæ non languebit, amicam
Visitet: indicijs ægra sit illa tuis.

vet. gloss. *Adficio, liquefacio* καταπονῶ. Item *Affectis*, κάμνουσι. Gell. cap. 16. libr. 3. *Affecta sunt, quæ non ad finem ipsum, sed quæ proxime fini progressa deductaue erant.* Idem fere habet cap. 5. libr. 15. Liuius lib. 4. *Affecta res familiaris.* & lib. 6. *Opem rebus affectis orare.* Apud Festum. *Affecta femina,*
D *vel in bonam partem dicitur velut honorata; vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta.* sic olim legebatur apud Festum, nunc editum est, *Adfectata.*

TAM *formosa tuum mortua crimen erit.*] Sic Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor.

Vestrum crimen erit talis iactura puellæ,
Nereidesque Deæ, Nereidumque pater.

& eleg. 10. lib. 3. Trist.

Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset,
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.

Tuum crimen erit, vt Plaut. Pseud. sc. 1. act. 5. *Si cecidero vestrum erit flagitium, pedes.*
E eadem mente dixit idem Plaut. Trinummo:

——*ne istæc pollicitatio*
Te in crimen populo, ponat atque infamiam.

VENIT *enim tempus quo torridus æstuat aër.*] vt venisse dies dicitur Iurisconsultis, & cedere, cum quid incipit deberi, aut peti potest. Sic Virg. *Scilicet & tempus veniet.* & vetus poëta. *Virtutem istam veniet tempus cum grauiter gemas.* *Torridus aër*; pene exustus. vt *Torrida Zona.* Virg. 1. Georg. & *Torrida æstas.* ecl. 1. *Torrere*, inquit Festus, *proprie siccare, sed ponitur pro ignescere.* à torridus venit *torridare*, comburere inquit. Nonius in *torris*, sed non confirmat exemplis.

INCIPIT *& sicco feruere terra cane.*] *Siccus Canis* ab eo quod efficit, vt *pallida & frigida mors,*

& *æstas torrida, tremula senectus.* Horat.
Te flagrantis atrox hora caniculæ. Idem od. 19. l. 3.
Iam clarus occultum Andromedes pater
Ostendit ignem. iam Procyon furit
Et stella vesani leonis
Sole dies referente siccos.
Ergo ex sicco flagrans Canis & torridus intelligitur. id quod sequitur, pro eo quod præcedit. Tibull. eleg. 4. lib. 1.
Nudus & ignaua producit tempora bruma,
Nudus & æstiui tempora sicca Canis.
De Cane sidere dicetur ad eleg. 33. infra in fabula Icari & Erigones de eius vi in hæc inferiora vide Plinium cap. 40. lib. 2. Ouid. 4. Fast.
Est Canis, Icarium dicunt, quo sidere moto,
Tosta sitit tellus, præripiturque seges.
& eleg. 16. lib. 2. Amor.
Sol licet admoto tellurem sidere findat,
Et micet Icarij stella proterua Canis.
SED *non tam amoris culpa est, neque crimina cœli.*] id est, non tam accusandum cœlum & sidus caniculæ, quam Dij violati periurijs. *Culpa ardoris*, vt eleg. 11. lib. 1.
——*nostri culpa timoris erit.*
Cic. 1. & 2. de nat. Deor. *feruorem & ardorem mundi* vocat *Æthera*. *Crimina cœli*. enallage numerorum pro *crimen*. Sic Ouid. 1. Fast.
Nec vitio cœli palleat ægra seges.
& 2. de arte amandi:
Illa quidem valeat: sed si male firma cubabit,
Et vitium cœli senserit ægra sui.
QVAM *toties sanctos non habuisse Deos.*] Sanctos habet Deos, cui sancti sunt. id est qui violandos sibi non esse statuit, quia *sanctum* Trebatio *quod ab hominum iniuria defensum atque munitum est*. Sanctum esse, & violari contraria sunt, vt apud Cicer. pro Sex. Roscio. *Nihil esse tam sanctum, quod non aliquãdo violet audacia*. & 1. Offic. ex Ennio opinor: *Nulla sancta societas, nec fides regni est*. Similis sermo *Sanctos habere*, illi L. Crassi. *Non es mihi Philippe Consul*, ita loquitur & Cæsar 6. de bello Gallico. De periurijs Cynthiæ el. 16. sup. & alibi sæpe. *Sancti Dij*. Tibull.
Non dicta in sanctos impia verba Deos.
HOC *perdit miseras, hoc perdidit ante puellas.*] id est, ijs causam interitus adfert & exitij. Sic Plaut. *Iuppiter te perdat*. & ipse eleg. 22. sup.
Ille vel hic classes poterat vel perdere muros.
Miseras, vel infelices, vt in fortunam culpam conferat: vel, scelestas vt eleg. 23.
Infelix hodie vir mihi rure venit: vel est commiserantis, vt el. 8. sup.
Et sua cum misera permiscuit ossa puella.
& eleg. 32. vers. 22.
Tanta tibi misera, quanta mereris erit.
id est, merenti. vel est hypallage, pro miserè perdidit. *Ante*, olim, vt eleg. 26. sup.
Qui puto Arionam vexerat ante lyram.
Non nunc primũ, inquit, peierant, vt nec nunc primum ludunt, *Is mos Saturno regna tenente fuit.*
QVIDQVID *iurarunt ventus & vnda rapit.*] id est, id omne euanescit, in aquam & aërem abit: Græcorum est prouerbialis senarius:
Τὸν δ᾽ ὅρκον μοιχικὸν ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφω. Xenarchus: Ὅρκον δ᾽ ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω. Catull.
——*mulier Cupido quod iurat amanti*
In vento & rapida scribere oportet aqua.
vnde Plaut. Amph. *Mulier es, audacter iuras*. *Ventus rapit*, *autant en emporte le vent*. *Vnda rapit*, *le serment s'en va à vau-leau*. vide prouerbium: *Ventis tradere*. *Quidquid iurarunt*, vt Tibull. el. 4. lib. 1. *Iurasset cupide quidquid ineptus amor*. vet. lib. Palmerij *Iurantur*.
NVM *sibi collatam doluit Venus? illa peræquè Præ se formosis inuidiosa Dea est.*]
Turneb. cap. 11. lib. 17. sic explicat. Venus omnibus puellis, quæ præ ea formosæ videntur, id est, quæ sunt ea formosiores, infesta & iniqua est, & eo nomine male audit, & in crimeo vocatur, inuidiosaque est. vel *inuidiosa*, pro, inuida vsurpatur, quod equidem verius putem. hæc ille. de verbo *Inuidiosa* dictum ad eleg. 1. vers. 73. *peræque inuidiosa*, æqualiter & pariter in omnes. Catullus:
Paluinusque peræque & huc & illuc Attritus.
Cicero in Pisonem: *Quid cum peræquè omnes, tam acerbissimum Bœotij & Bizantij senserę*. & in Oratore. *Pauci peræquè floruerunt in omnibus*. & alias sæpe. Altera lectio *Insidiosa*, confirmari potest versibus Ouidij in epist. Helenæ:
Contenta est oculis hominum mea forma probari.
Laudatrix Venus est insidiosa mihi. & 1. Fast.
Et iam contigerant portam, Saturnia cuius
Dempserat oppositas insidiosa feras.
vbi alias legitur *Inuidiosa*.
AN *contempta tibi Iunonis templa Pelasgæ?*] Impietatis est non colere & contemnere, vt dictum eleg. 4. lib. 1. vers. 14. Sunt qui hic *Pelasgam*, Iunonem Argiuam interpretentur, quod Pelasgus Argos tenuerit. sed Gyraldus Eustachium sequitur, qui Samum dictam Pelasgam scribit à Pelasgis quibusdam, vnde & Iuno Pelasgia, Samia. Samiæ autem Iunonis templum celeberrimum Virgilio 1. Æneid. & alijs. Pelasgidis Cereris fanum commemorat Pausan. in Corinthiacis, quod Pelasgus Triopæ filius ædificarit. Apollod. initio lib. 2. Niobes & Iouis filium Argum fuisse ait, alio nomine Pelasgum, à quo Peloponesus Pelasgia dicta. Idem lib. 3. Lycaonis patrem facit, & Pausan. Arcadicis sub initium, qui ait Arcadibus imperasse & Strabo lib. 5. Pelasgos nomen suum ait voluerfæ fere Græciæ dedisse, & Argos Pelasgicum dictum: vnde & Ζεῦ Πελασγικέ, profertque illud Homeri,
Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικέ.
PALLADIS *aut oculos ausa negare bonos?*] id est, Adeo confidens fuisti, vt ausa fueris dicere cæsios siue flauos Palladis oculos non esse pulcros, quia tu ἀνάξιος. Sic *bonus*, pro pulcher Ouid. eleg. 7. lib. 2. Amor.
Sine color bonus est, in te quoque frigidus esse,
Seu malus alterius dicor amore mori.
& eleg. 10. lib. 3.
Non facit ad mores tam bona forma malos.
Terent. Andria. sc. 1. act. 1. *forma bona virgo*. Seneca cap. 22. de vita beata: *Dies bonus*, id est, pulcher. Sic & eidem Ouid. 1. de rem. Amor. *malus*, pro, deformi:
Quam mala, dicebam nostra sunt crura puellæ.

& 3. de arte amandi:

Pes malus, in niuea semper celetur aluta.

Porro apud Higinum Pallas irridetur à Venere, & Iunone quia cæsia sit, & Pausan. in Atticis glaucos ei, ait, tribui oculos, quia à plerisque Neptuni & Tritonidis paludis filia dicatur. vide Diodor. Siculum cap. 2. lib. 1.

SEMPAR, *formosa, non nostis parcere verbis.*] id est: Vos formosæ, ideoque feroces nescitis temperare & moderari linguæ, siue abstinere verbis magnis. Horat. oda 4. lib. 3.

Male ominatis Parcite verbis. Sic Plaut. Pœnulo: act. 5. sc. 3. dixit: *parce muliebri suppellectili.* & ipse eleg. 10. lib. 4. *Parce oculis hospes.*

HOC *tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.*] simili geminatione dixit eleg. 3. sup.

Hæc tibi contulerunt cælestia munera Diui

Hæc tibi. &c. *Lingua nocens, impia* Tibullo eleg. 4. lib. 3. & eleg. 2. lib. 1. Ouid. de Tantalo sic dixit: *hoc illi garrula lingua dedit.*

Hoc tibi forma dedit, quia superbam te fecit, ideoque Deas lacessentem.

SED *tibi vexatæ per multa pericula vitæ*

Extremo veniet mollior hora die.]

Ordo est. veniet tibi mollior hora, tibi, inquam, per multa pericula vitæ vexatæ. vel tibi vexatæ vitæ. pro, tuæ vitæ. id est tibi viuēti, vt el. 10. sup. *Me tibi ad extremas mãsurũ vita, tenebras.* pro, tuum. Alij libri: *vexata vita*, septimo casu. An *vexata per multa pericula, vita.* vita vocandi casu. extremo veniet mollior hora die. id est, die ipso funeris & mortis eris felicior, & Dea fies exuta mortalitate, quod sequentia confirmant exempla. *hora mollior.* id est, felicior, commodior, vt eleg. 7. lib. 1. *mollia fata.* legitur & *aura.* id est, benignior fortuna tibi aspirabit. Sane *aura* legitur in his Ouidij exemplis, quæ ad hunc locum faciunt. in ep. Briseïdis:

An miseros tristis fortuna tenaciter vrget?

Nec venit inceptis mollior aura meis.

& eleg. 3. lib. 3. de Ponto:

Et veniat votis mollior aura tuis. & eleg. 5. lib. 4. Trist. *Dum veniet placido mollior aura Deo.*

Hora tamen retineri potest, & sic infra vers. 32, *Durus dies.* dixi ad eleg. 6. lib. 1.

Tum tibi siqua mei veniet non immemor hora.

IO *versa caput primos mugierat annos.*] vide adnotata ad illud eleg. 3. lib. 1.

Argus vt ignotis cornibus Inachidos. adde Pausan. in Atticis & Laconicis, qui eandem fabulam narrat. meminit & ipse eleg. 30. & 33. infr. *versa caput.* dictum vt Virg. 1. Æneid.

—— vt faciem mutatus & ora Cupido.

Primos annos, ætate tenera & in iuuenta, vt el. 8. sup. dixi ad illud:

Sic igitur prima moriere ætate Properti? Mugierat, sic Ouid. 1. Met. eadem in re: *Mugitus edidit ore.*

NVNC-DEA, *quæ Nili flumina vacca bibit.*] Ouid. 5. Fastorum.

Hoc illi signum Phariam dixere Iuuencam

Quæ bos ex homine est, ex boue facta Dea.

Nunc-Dea hyphen, vt infra hîc; *Diua-nunc, ante-iuuenca.* Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Nunc-Dea, nunc succurre mihi. Ouid 1. Met.

Nunc-Dea linigera colitur celeberrima turba.

A Sic *Nunc-superbiam*, Cæcilius apud Cic. 2. de Orat. Lucan. l. 1. de Nerone: *Sed mihi iam-numen.* &c. Stat. lib. 3. Syluar. in Propemptico Metij Celeris: *Isi Phoronæis quondam stabulata sub antris*

Nunc-regina Phari numenq; oriētis anheli.

Theognis: *Οὐδένα παμπήδην ἀγαθὸν ϗ μέτριον ἄνδρα*

Τῶν νῦν-ἀνθρώπων ἠέλιος καθορᾷ.

Nili-flumina, quia septem sunt, vnde *septem-fluus* & *septem-geminus* vt dixi ad el. 1. sup. vers. 32.

INO *etiam prima terras ætate vagata est.*] Aut altera lectio, *terris*, recipienda est, aut *vagata* positum, pro peruagata, vt eleg. 8. lib. 3.

Seu sequitur medias, Mænas vt acta, vias.

B *Vagata est*, cum scilicet furorem coniugis Athamantis fugeret, vnde Eustathius Leucotheam dictam scribit in 5. Odyss. vt adnotatum ad el. 26. vers. 10. Ouid. 4. Met. de eadem re.

Exululat, passisque fugit male-sana capillis.

HANC *miser implorat nauita Leucotheam.*] Miseri nautæ, quia perpetuo vagantur, vt eleg. 20. lib. 1. *miser error Herculis.* aut quia auari, vt el. 3. libr. 3. *Nec miser æra peto classe, Corinthe tua.* vel quia semper timent, quo nihil est miserius. vt el. 6. sup. *Et miser in tunica suspicor esse virum.* Horat. *Nil pictis timidus nauita puppibus*

Fidit. Virg. 3. Georg. *setasque comantes*

C *Vsum in castrorũ* (tõdent) *& miseris velamina nautis.* bene *Implorat miser*; quia, vt Donat. in Adelph. *Implorare dicuntur, qui in malis positi cum ploratu rogant.* Seruius in 10. Æn. *Implorare est auxilium cum miseratione deposcere.* Festus, *Implorare, inclamare, ad auxilium inuocare.* Idem in *Endoplorato*, exponit cum questu & fletu rogare. vide eundem in *plorare*, pro implorare.

ANDROMEDÆ *monstris fuerat deuota marinis.*] De fabula hac vide adnotata ad el. 3. lib. 1. vers. 3. *Fuerat deuota*, addicta & exposita iussu Oraculi. Sæpe deuouere in meliorem partem dictum reperitur, vt eleg. 32. infra.

D *Cum videt accensis deuotam currere tedis*

In nemus. & eleg. 10. lib. 4.

Maxima quæ gregibus deuota est ara repertis. hic in malã partẽ, vt Virg. 1. Æn. *—— pesti deuota futuræ.* & Horat. *Deuota morti pectora liberæ*

Monstris marinis. Enallage numerorum; nam cetum vnum significat, de quo Ennius apud Nonium in Rursus:

Rursus prorsus reciprocat fluctus fera.

HÆC *eadem Persei nobilis vxor erat.*] De Perseo Iouis & Danaës filio. Ipse el. 30. infra.

Nec mihi si Perseï moueris ala pedes. Ouid. 4. Met. & Homer. 14. Iliad. *Nobilis*, quia Iouis nurus.

E CALLISTO *Arcadios errauerat vrsa per agros.*] id est, in vrsam mutata à Iunone. Nota fabula ex Apollod. libr. 3. Pausan. Attic. & Arcad. Higin. lib. 2. Astron. in Arctos maior. & Fab. 177. Palæphatus libr. 1. ab vrsa deuoratam in venatione ait, vnde locus fabulæ. Ouid. 2. Met.

Vrsaque conspectos in montibus horruit vrsos.

Pertimuitque lupos quamuis pater esset in illis.

vide Euripid. in Helena. *per agros Arcadios*, quia Arcadum regis Lycaonis filia.

HÆC *nocturna suo sidere vela regit.*] id est. Dirigit cursum nauium noctu iter facientiũ. Ouid. 2. Met. *Mentiar obscurum nisi nox cum fecerit orbem,*

Nuper honoratas summo mea vulnera cælo
Videritis stellas, illic vbi circulus axem
Vltimus extremum, spatioque breuissimus ambit.

Arcton maiorem, Helicen & ἅμαξαν vocant, latini *plaustrum*, nostri *le Chariot*: Arctos minor, Cynosura, qua vtuntur Phœnices, vt Helice Græci: Ouid.

Magna minorque feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, vtraque sicca, rates.

vide Aratum Q. Ciceronis, & Germanicum. Pausan. in Arcadicis hoc fabulosum putat de mutatione in vrsam, & ex vrsa in sidus, sed probabilius ait Septentrionum sidus illi puellæ dicatum, præsertim cum in Arcadia eius sepulcrum ostendatur. *Nocturna vela*, vt el.16.lib.1.

Nocturnus rixis.

Q v o d *si forte tibi properarint fata quietem.*] id est, accelerarint placidam mortem. properare, vi agendi, vt eleg.23. lib.3.

Quod superest, sufferte pedes, properate laborem.

Virg. 9. Æn. *Et pulcram properet per vulnera mortem.* Horat. od. 24. l.3. *Indignoq; pecuniã heredi properet.* *Fata*, quia penes illa vitæ & mortis arbitrium, vt el.1. sup. *Quandocunq; igitur vitã mea fata reposcent.* *Quietem*, κατ' εὐφημισμὸν de placida morte, vt Virg.1. Æn. *placida compostus pace quiescit.* Mors, dura quies & ferreus somnus est.

I l l a *sepulturæ fata beata tuæ.*] id est, felix illa mors tibi fatis properata, siue felix cum sepulta eris & mortua. *fata sepulturæ*, id est sepultura & mors fatis concessa. vt eleg.13. sup.

Si tam longæuæ minuisset fata senectæ.

id est, senecta fatis data. *Sepultura*, pro morte vt funus sæpe, & *funeratus*, pro interfecto, Horat. Beroaldus: mors ipsa, inquit, quæ tam pulchro corpore fruetur, beata erit.

N a r r a b i s *Semele quo sit formosa periclo.*] Sic fere Plaut. Milite: *Magna miseria pulcrum esse hominem nimis.* fingit puellas in campis Elysijs confabulari, & suos amores, casusque commemorare, vt eleg. 7. lib.4.

Andromedeque & Hypermnestre sine fraude marita,
Narrant historia pectora nota suæ.

& quæ sequuntur: Legenda Ausonij ecloga, quæ inscribitur, *Cupido cruci suffixus.* De Semele legendus Apollodor. libr. 3. Ouid. 3. Met. Euripid. initio Baccharum; Fulgentius libr. 2. Mythol. In Dionysius. Higin. Fab. 179. Pausan. Corinthiacis ait Semelem à Libero patre ab inferis reductam, & in Bœoticis scribit ictam fulmine.

C r e d e t *& illa suo docta puella malo.*] id est, experta suo exitio formosas non carere periculo, tibi credet periculum ob formam à Deabus inuidis Pallade aut Venere creatum. de hoc prouerbiali sermone vide adnotata ad 21. eleg. vers.18. sup. Docta malo suo Semele, quia icta fulmine conflagrauit inuidia & dolo Iunonis.

E t *tibi Mæonidas, interque Heroidas omnes,*
Primus erit nulla non tribuente locus.] Beroaldus Asiaticas & Lydias puellas interpretatur quo in numero fuit Omphale, vel eas quas Mœonides, id est Homerus celebrauit, quod posterius Gallica hyeme frigidius est. *Mæonidas* versus respuit, malo quod est in alijs libris *Mæonias* & expono Asiaticas atque etiam Phrygias: nam Mœonia ab ortu solis vicina Phrygiæ. Strabo lib.11. *Mæonas* & Phrygas pene eosdem esse docet. Ipse vero opinionem meam confirmat eleg.19. lib.1. agens de Elysio.

Illic formosæ veniant chorus Heroinæ
Quas dedit Argiuis Dardana præda viris.

& infra hac eleg. *Et quas Troia tulit.* &c. & pro *Interque* lego *inter*, quia *h* vicem consonantis fungitur, vt adnotatum ad eleg.8.

Vinceris aut vincis, hæc in amore rota est. & ita Lipsius cap.10. lib.1. Antiq. ex v. l. legit. *Primus locus*, non ordine, sed honore est medius: Inter sedentes, vt Virg.

—— *composuit sponda, mediamque locauit.*

Item. —— *Solio medius consedit auito.*

Inter stantes, vt —— *medium nam plurima turba*
Hunc habet. Inter ingredientes, vt Ouid. 5. Fast.

Et medius iuuenum, non indignantibus ipsis
Ibat, & interior si comes vnus erat. Virg.

—— *Cælicolæ medium quem ad limina dicunt.*

vide sup. el.3. vers.30. sic fere Ouid. el.5. l.1. Trist.

Prima locum sanctas Heroidas inter haberes.

Nulla non tribuente, omnibus sine controuersia concedentibus, vt el.24. sup. *Nil ego non patior.* id est, omnia.

N v n c, *vtcumque potes, fato gere saucia morem.*] id est. Obsequere & cede voluntati Deorum, ac necessitati. nam *ineluctabile fatum* Virg. & Sophocles in Antigona ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον. Pereleganter Seneca:

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Vtcumque potes, alludit ad formulam, *velles ne velles.* sic Plaut. *Vt possumus, quando vt volumus non licet.* *Saucia*, supra dixit *affecta*, id est graui morbo velut percussa.

E t *Deus, & durus vertitur ipse dies.*] Similis sententia est apud Horat. od.10. lib.2.

Sperat infestis &c. & Virg. 11. Æneid.

Multa dies, variusque labor mutabilis æui &c.

Durus Deus, vt *duro sidere* el 6. l.1. & loquitur de deabus, Venere, Pallade, Iunone. & *durus dies*, vt *dura tempora* el. vlt. lib.1. Sic Homer. Iliad.21. ἔγχει ἀμμορίῃ νηλεὲς ἦμαρ. id est, hasta arcebat durum diem; id est, fatum. *Vertitur* non hic accipitur vt sup. el.13. *nox vertitur*, sed vt el.8.

Omnia vertuntur.

H o c *tibi vel poterit coniux ignoscere Iuno.*
Frangitur & Iuno siqua puella perit.] Hi duo versus videntur inserẽdi post duos primos huius elegiæ. *hoc*, quod seruâris Cynthiam ô Iuppiter. est itaque *coniux* vocandi casus, & Iouem alloquitur, & ita *tibi* refertur ad Iouem non ad Cynthiam. redit enim eo *Iuppiter affectæ.* Ita Beroaldus. *frangitur*, vt eleg.18. sup. vers.2.

Frangitur in tacito femina sæpe viro. vide Nonium in *fragescere.* *Frangitur & Iuno, si qua puella perit*, quia à puellis colebatur, & per eam iurabant, nec alium Genium habebant. Alio modo dixit eleg.16. sup. *Iuppiter indigna merce puella perit.* id est, famam & pudorem amittit.

D e f i c i v n t *magico torti sub carmine rhombi.*] Nihil valent artes magicæ aduersus morbum; nihil possunt amplius, vim omnem amiserunt. *Torti rhombi*, vt Ouid. eleg.8. lib.1. Amor.

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.

Rhombi figuram tetrapleuron, id est, quadrilateram & æquilateram tradunt Geometræ, sed cuius anguli obliqui. ab ea similitudine turbo veneficorum Rhombus dictus. Ipse el. 4. lib. 3.

Staminea rhombi ducitur ille rota.

Theocritus Pharmac.

Χ'ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας
Ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέραισι θύραισιν.

vbi vertitur τρόχος à Scholiaste. Matrial. lib. 9.

Quæ nunc Thessalico lunam deducere Rhombo?
Quæ sciet hos illos vendere luna toros. Idem.
Cum secta Colcho luna vapulat rhombo.

Turbinem videtur Horat. vocare oda penult. epod. *Citumque retro solue, solue turbinem.* Auratus legit *volue*, sed recte, *Solue*, quia implicabatur filo & licio; vnde *tortum* vocat Propertius & Ouidius. & Lucanus.

Traxerunt toti (an torti?) *magica vertigine rhombi.*

Lucian. in Dialogis Amatoris. ὅλα ἐκ τῦ κάλπε μετεωριζόμενος ῥόμβον, ἐπῳδὰς ἐπᾴδων. Sunt qui putent Virg. Rhombum significasse eclog 8.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circumdo.

Est & Rhombus piscis ab ea figura, qui vulgo dicitur, *vn Turbot.* Horat. oda 2. epod. *Magisne rhombus aut scari.* & machinula lanificarum, qua mulieres filum in circulum voluunt. vulgo, *vn deuidoner, ou rouet à filer.* τὸ *Sub* significat rhombum sub potestate magici carminis esse, vt eleg. 1. sup.

Cæsare sub magno cura secunda fores.

vel abundat, vt eleg. 7. lib. 4.

Hæc postquam querula mecum sub voce peregit.

E T *tacet extincto laurus adusta foco.*] sinistrum omen cum laurus tacet. contra prosperum, cum crepat. Ouid. 4. Fast.

Et crepet in medijs laurus adusta focis. & 1. Fast.
Ara dabat fumos herbis contenta sabinis
Et non exiguo laurus adusta sono.

Tibull. eleg. 5. lib. 2.

Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis
Omine quo felix & sacer annus eat. Item.
Laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni.

de lauri vsu in sacris magicis. Virg. in Pharmac.

Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.

& Theocrit. Δέλφις λαῦσιν μέγα καππυρίσασα. *Extincto foco*, alterum infaustum omen. contra prosperum cum flamma subito emicat. Virg. & Plutarch. in Cicerone. De foco magico vide adnotata ad eleg. 1. lib. 1.

E T *iam luna negat toties descendere cœlo.*] id est, Deduci se amplius non patitur. *Negat*, detrectat. vide adnotata ad eleg. 12. sup. vers. 46. *Descendere*, καταβαίνειν, vnde καταιβάτης, siue καταιβάτης Ζεύς. Sic Horat. *Descende cœlo.* Charis. lib. 4. sub finem in schemate διανοίας κατ' ἀπείαν citat hos versus.

Luna, Deum quæ sola vides periuria vulgi;
Seu Cretæa magis, seu tu Dictynna vocaris
Huc descende.

De hac te satis dictum ad eleg. 1. lib. 1. vers. 19. Deducebatur autem luna, vt interrogaretur vnde morbus Cynthiæ, & quod auxilium. Sic apud Theocritum venefica lunam rogat vnde amor.

A N I G R A Q V E *funestum concinit omen auis.*] Sic Ouid. eleg. 11. lib. 3. Amor.

Quis fuit ille dies, quo tristia semper amanti
Omina non albæ concinuistis aues?

Nigra auis, quod dixit eleg. 20. sup. vers. 5. *Volucris funesta*, quæ altera Festo. Nigra inferis, superis alba conueniunt, vnde Tibull.

Fulserit hic niueis Delius alitibus.

Oscinem inauspicatam hic significat, vt bubonem, Parram. & hæc lectio verior. Sed si alteram retinemus, *Candidis*, exponemus, dedit, edidit, vt el. 4. lib. 4. *Tubicen fera murmura conde.*

B Albin. ad Liuiam vers. 343. *quos aurea condidit ætas.* & *Nigra anus*, erit saga pullæ veste induta. Horat. sat. 8. lib. 1.

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis passoque capillo.

Funestum omen, triste, ferale. vt *funesta tuba*, eleg. 7. sup. Omen recte quasi oremen vel osmen Varroni & Festo.

V N A *ratis fati nostros portabit amores.*] id est, vehet trans stygiam paludem, quia vt ait el. 19. libr. 1. *Traijcit & fati littora magnus amor.* *portare*, transportare nautica verba, vnde *porti-*

C *tor Charon*, non tantum à portu, sed & à portando. *Ratis fati*, pro cymba Charontis, & fatum pro Orco, ac ipsis inferis, vt notaui ad el. 19. l. 1. vers. 12. *Nostros amores*, nos amantes, vt el. 16. l. 1. *Cur nunquam reserata meos admittis amores?*

C Æ R V L A, *ad infernos velificata lacus.*] Sic Virg. 6. Æneid.

Cæruleam aduertit puppim, ripæque propinquat.

Cærula, nigra & funesta Albin. ad Liuiam:

Lumina cærulea iam iamque natantia morte.

Virg. 3. Æn. —— *Stant manibus aræ*
Cæruleis mœstæ vittis.

Sic *Scylla cærulea*, & *Cæruleus Tibris*, & *Cæruleus imber.* Virg. Item Theo-

D crit. in Encomio Ptolemæi Charontis vocat ναῦμα κυάνεον. Virg. 6. Æneid. *Ferrugineam.* vet. gloss. *Ferrugineum.* γλαυκόν, κυάνεον. Item, *Ferrugineum, cærulum, glaucum,* κυανοῦν. *Velificata*, quæ vela fecit. vide adnotata ad eleg. 27. sup. vers. 14. dicitur & velificari & velificare. *Ad*, non est motus loci ad locum; sed significat apud vel in, vt ad legionem & ad exercitum. sic el. 3. lib. 4. *Et crepat ad veteres herba sabina focos.* & eleg. 4. lib. 4.

O vtinam ad vestros sedeam conuiua penates.

S I *non vnius, quæso miserere duorum.*] id est, Si vnus non mouet, at duo moueant. Sic Ouid. in

E epist. Canaces. *Viue, nec vnius corpore perde duos.* & eleg. 13. lib. 2. Amor.

Huc adhibe vultus, & in vna parce duobus.
Nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi.

& 11. Met. in fabula Ceycis:

Mittat vt auxilium sine se, verbisque precatur,
Et lacrymis: animasque duas vt seruet in vna.

vide adnotata ad el. 9. sup. vers. 26.

V I V A M *si viuet: si cadet illa, cadam.*] eadem mente. Plaut. Mostellaria act. 1. sc. 4. *Si cades non cades, quin cadam tecum.* Catull.

Lux mea, qua viua, viuere dulce mihi. Virg. 12. Æn.
Qui te cunque manent isto certamine casus
Et me Turne manent.

& 2. Æneid. Æneas Anchisæ patri:

Quo res cunque cadet vnum & commune periculum
Vna salus ambobus erit. Ipse el.11. lib.1.
An sine te vita cura sit vlla mea.
& eleg.15. libr. eiusd.
Audax ah nimium nostro dolitura periclo
Si quid forte tibi durius inciderit.

PRO *quibus optatis sacro ne carmine damno.*] hoc sermone significatur antidoron, vt eleg.18. lib.1. *Pro quo diuini fontes*, &c. vbi vide adnotata. *Optatis*, votis. Optata votis proxima non prorsus eadem; *soubaits*. Cic. ep.1. libr.2. ad fam. *Optatis meis fortuna respondit.* Idem 1. de nat. Deor. *In optatis, in votis nobis occurrit Deus.* Idem 3. Offic. Optationes & optata tria vocat, quæ Neptunus Theseo obtulerat. Plaut. Asin. *Noctem tuam velim, si optata fiant. Damno me*, quasi iam nunc repræsentem votum. Nonius, *Damnatus & condemnatus voti*, exponit *liberatus*, vt & apud Virgil. *Damnabis votis.* sed fallitur. nam id significat sine controuersia deberi. Hinc *Damnas esto* apud Iurisconsultos, quod Charis. exponit, *Damnatus esto.* vt *Iudicatus*, pro, damnato dicitur; sic contra damnatus, ita obligatus vt facere condemnetur id, quod promiserit facere. Iungitur cum sexto casu, vt loco Virgilij antedicto. Sisenna 4. histor. apud Nonium. *Quod voto damnati dicuntur fœtum omnem huius anni consecrasse.* Macrob. lib.3. Sat. cap.1. ad illud 5. Æn. *voti reus*; *Sacrorum*, inquit, *proprium verbum, vt reus dicatur, qui suscepto voto se numinibus obligat: damnatus autem qui promissa vota iam soluit. Sacro carmine*, id est votiuo, vt eleg.22. sup. *sacris cultris. Carmen* vocat versiculum sequentem, nec totum. Sic Virg. —— *& rem carmine signo*
Aeneas hæc de Danais victoribus arma. &c.

SCRIBAM *ego; per magnum est salua puella Iouem.*] Sic eleg.14. vers.25.
Taleque sub nostro nomine carmen erit.
Has pono ante tuas tibi, Diua Propertius ædes
Exsuuias, tota nocte receptus amans.
& Ouid. eleg.13. lib.2. Amor.
Adijciam titulum: (voto) *seruata Naso Corinna.*
Ipse eleg.3. lib.4.
Subscribam: saluo grata puella viro.
Per Iouem salua. id est, Iuppiter auctor eius salutis, vt eleg.6. sup.
Per te nunc Roma quidlibet audet amor.
& eleg. 15. lib.3.
Quod superest vitæ per te, & tua cornua viuam.
Cic.1. de leg. *Per te salua est patria, per te eadem sit ornata.* & Q. Cicero de petitione Consulatus: *Abs te defensi, & per te seruati:* Sueton. in Augusto: *Per illum se viuere, per illum nauigare, per illum libertate & fortunis frui. Salua puella*, seruata & incolumis; nam Iuppiter cognomento σωτὴρ innuitur, de quo Euripid. in Hercule furente, & Strab. lib.9. Salua ex periculo, vt eleg. 14. vers. 5.

ANTE *tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit*
Narrabitque sedens longa pericla sua.]
Sic eleg. 10. sup.
Ponitur hic imos ante corona pedes.
vbi vide adnotata. *Ante tuos pedes*; id est, ante pedes simulacri tui, quod Virg. 4. Æneid.

A *Ante ora Deûm.* eodem sensu el.8. lib.3. dixit
Et Veneris magnæ voluitur ante pedes.
Illa ipsa, ipsamet, vt Virg. 4. Æneid.
—— *illum ipsum clypeum, cristasque rubentes.*
Albin. ad Liuiam:
Comprecor illi ipsi conspiciare senex.
eodem sensu dixit eleg.1. sup. vers.64. *hæc ipsa.* & Terent. Eunuch. *Nempe opinor Thaidem. istam ipsam.* Plaut. *ipsissumam. Adoperta*, velata Phrygio amictu. Virg.3. Æneid.
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter sacros ignes in honore Deorum
B *Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.*
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto,
Hac casti maneant in religione nepotes. Ibidem.
Et capita ante aras Phrygio velamus amictu.
Titinius apud Nonium in *lauere*: *Manus lauite mulieres, & capita velata.* Ouid.1. Met.
Et velate comas, cinctasque resoluite vestes.
Idem 6. Fast.
Sitque caput semper Romano tectus amictu.
Plaut. Amphitr. *Inuocat Deos manibus puris, capite operto.* & in Curcul. *Quis hic est qui operto capite Aesculapium salutat.* vide Plutarch. ἐν ῥωμαϊκοῖς. quæst.10. Cur adoperiant caput Dijs sacrificantes, & aperiant honoris causa obuijs ma-
C gnis viris. & quæst. seq. Cur Saturno aperto capite sacrificent. & quæst.13. Cur honori quoque aperto sacrificent capite. *Sedebit*, ex ritu supplicantium & venerantium Deos. Tibull. eleg.2. lib.1.
Vt mea votiuas persoluens Delia noctes,
Ante sacras lino tecta fores sedeat.
Idem lib.4. sub finem.
Sed Veneris sanctæ considam vinctus ad aras.
Ouid. eleg.1. lib.2. Trist.
Isidis æde sedens, cur hanc Saturnia quæret,
Egerat Ionio Bosphorioque mari.
Sedebant supplices, vt eleg.5. lib.4.
Supplex ille sedet. Virg.2. Æneid.
—— *atque aris inuisa sedebat.*
D & 9. Æneid.
—— *sacrata valle sedebat.*
vel ad consilium capiendum, inquit Seruius; vel quia sedere solent augures augurium captantes. apud Plaut. in Mostel. act. 5. sc.1. *Tranio sedet in ara.* & ait, *nimio plus sapio sedens, Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.* Pythagoricorum symbolum est προσκυνεῖν καθήμενον. *Narrabit pericla sua*, dixi ad eleg. 1. vers. 43. & eleg.15. lib. 3. ad Bacchum. Sic Tibull. eleg.1. libr.1.
Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
E *Insignis turba debeat in Pharia.*
Narrando scilicet me seruatum ope Isidis. *Longa pericla*, quæ per mare longum tulerit, vt eleg.16. sup.
Seu mare per longum mea cogitet ire puella.
vel multa & longa oratione commemoranda. vt sup. hac elegia *vexatæ per multa pericula vitæ.* Albin. ad Liuiam vers.397.
Prœuertitque metus per longa pericula luctum.
HÆC *tua Persephone maneat clementia, nec tu Persephones coniux, sæuior esse velis.*]
Pro *hæc* suspicor legendum *hanc*, id est, exspectet

hanc donec suo fato moriatur, nec ei mortem properet. An *hæc*, id est, similia vota quæ Ioui persoluet? An *hic maneat*. id est, ne vlterius progrediatur? *Sauior*, immitior, crudelior, cum tamen sis illacrymabilis, vt ait Horat. de eo & Virg. —— *manesque adiit regemque tremendum*
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

SVNT *apud infernos tot millia formosorum.*] Theocrit. in epitaph. Adonidis Id. 23. Venus loquitur:

Λάμβανε Περσεφόνα τὸν ἐμὸν πόσιν· ἐσσὶ γὰρ αὐτὰ
Πολλὸν ἐμεῦ κρέσσων. τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἐς τὲ καταρρεῖ.

Id est: Accipe Persephona virum meum; nam & tu ipsa multo es me potentior. & quidquid pulcrum est, ad vos deuoluitur. *Apud inferos* dictum, vt à Plauto Asin. sc. 2. act. 3. *Vale, apud orcum te videbo.*

PVLCRA *sit in superis scilicet vna locis.*] *Superi loci*, hic noster orbis & terræ, quas oras superas vocat Virg. 6. Æneid.
Superasque euadere ad oras.

Nam vt superos cœlum vocamus ratione terrarum, sic & terras superos ratione Manium & inferorum. *Scilicet* hic videtur accipi, pro, saltem, quod tamen exemplis confirmare non possum. Sed alij libri habent, *Si licet*, id est, si sinunt fata, & si fas est. *Vna*, vt el. 3. sup.
Gloria Romanis vna es tu nata puellis.

VOBISCVM *est Iope, vobiscum candida Tyro.*] Quæ sit hæc Iope nescio, vrbem tamen eo nomine in Palæstina reperio. Alij libri *Iole*, quæ fuit Euryti regis Oechaliæ filia ab Hercule amata, vnde arsit zelotypia Deianira. ea tandem nupsit Hyllo Herculis filio. Ouid. 9. Met. Apollodor. libr. 2. Higin. fab. 131. Si legitur *Antiope*, dictum de ea ad eleg. 4. lib. 1. vers. 5. *Candida Tyro*, id est formosa, vt apud Catullum:
Non sine candida puella. De *Tyro* dictum eleg. 13. libr. 1. vers. 21.

VOBISCVM *Europa, nec proba Pasiphaë.*] de Europa Homer. Iliad. 4. qui Phœnicis filiam facit & matrem Minois. Ouid. 2. Met. Theocrit. in Id. Europa. Apollodor. initio lib. 3. *Europe* pro Europa, vt apud Horat. oda 27. l. 3. De Pasiphaë ipse eleg. 32. infra, vbi fabula narrabitur.

ET *quos Troia tulit, vetus & quot Achaia formas.*] pro *Troia*, vet. lib. habent, *Hioa: Hiona*, vnde Scaliger Iona; pro Ionia, vt Arabus, pro, Arabius, Cilicus, pro Cilicius. Sic apud Horat. oda 2. epod. videtur leg.
Si quos Ionis intonata fluctibus.

vide vetus epigramma apud Plin. cap. 10. lib. 35. Sed tamen ego ἀπέχω. *Tulit*, genuit, produxit, vt eleg. 4. lib. 1. vers. 7. dictum. *Vetus Achaia*, & antiqua & nobilis regio Græciæ, cuius caput Corinthus, vbi insignes formæ. sic dixit eleg. 8. lib. 1. *Regnum vetus Hippodamiæ. Formas*, pro formosis, vt eleg. 3. sup.
Post Helenam hæc terris forma secunda foret.

Achaïcas formas significauit eleg. 25.
Argiua prodire figura. & el. 13. lib. 1.
Illa sit Inachijs & blandior Heroinis.

ET *Phœbi & Priami diruta regna senis.*] Phœbi inquit, quia Troiæ Cynthius auctor ait Virgil.

A Alij Rhodum putant significari. sed Scaliger legendum censet. *Et Thebæ & Priami*, &c. quod probo; quia Thebas cum Troia libenter coniungit, vt eleg. 1. sup. vers. 21. & eleg. 8. vers. 10. *Diruta*, euersa, vt eleg. 1. lib. 4. *Troia diruta.* & eleg. vlt. eiusd. lib. *Versa regna.* Et Regna, ait, quia Priamus toti Asiæ imperauit. sic Virg.
—— *nec Priami regnorum euersor Achilles.*

Senex Priamus, vt eleg. 1. lib. 4.
Longæuum ad Priami versa fuere caput.

Ennius:
Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

B Huc pertinet de mulieribus Troianis quod scribit eleg. 19. lib. 1.
Illic formosæ veniant chorus Heroinæ
Quas dedit Argiuis Dardana præda viris.

ET *quæcumque erat in numero Romana puella,*
Occidit: has omnes ignis auarus habet.] *in numero*, loco, honore, pretio. Cic. 1. Philipp. *Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo in numero fuisti?* & in Bruto. *Cn. Pompeius Sexti filius aliquem numerum obtinebat.* & alibi sæpe. *Has omnes ignis auarus habet.* id est, datæ sunt flammis rogi, & consumptæ. *Ignis auarus*, cui nihil vnquam sa-
C tis est, auida rogi flamma, & insatiabilis. Sic Ouid. *Effugiunt auidos carmina sola rogos.* & *auarum mare.* Horat. oda 29. l. 3. & Virg. 2. Georg.
—— *Strepitumque Acherontis auari.*

Habet, vt Virg. —— *cinis ater habebat.* Idem:
—— *& functus lacerum Tellus habet.*

NEC *forma æternum, aut cuiquam est fortuna perennis.*] de forma eleganter Domitianus apud Sueton. cap. 18. in fine: *Scias nec gratius quicquam decore, nec breuius.* Formæ flos caducus, herba solstitialis. Tibull. eleg. 4. lib. 1.
Crudeles diui, serpens nouus exuit annos,
Formæ non vllam fata dedere moram.

D Ouid. *Forma bonum fragile est*, &c. *Æternum*, res æterna, vt Virg. *Fama malum. Varium & mutabile semper femina.* Fortunam autem nemini perpetuo eandem manere patet Græcorũ parœmia: τύχα ἄστατος. Pindar. Pythiis hymno 3. Ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται. dixi ad illud eleg. 8. sup.

Omnia vertuntur. *Perenne* alij dictum volunt quod per multos annos, aut per omnes durat. fortasse ab amnibus, quorum alij ad tempus fluunt, vt torrentes, alij semper, vt iusta flumina. vnde:
Amne perenne latens Anna peranna vocor.

LONGIVS *aut propius mors sua quemque manet,*] ipse eleg. 16. lib. 3.
E *Sed tamen huc omnes: huc primus & vltimus ordo*
Est mali, sed cunctis ista terenda via est.

Horat. od. 3. lib. 2.
Omnes eodem cogimur, omnium
Versatur vrna, serius ocyus
Sors exitura. & oda 28. lib. 1.
Sed omnes vna manet nox
Et calcanda semel via leti.

Virg. 10. Æneid.
Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ. *Longius* non est loci, vt neque *propius*, sed temporis, vt eleg. 20. lib. 3.
Longius in primo luna morare toro.

Ergo *longius*, serius, quia ex longinquo veniens

ferius venit, & citius qui ex propinquo. A

T v *quoniam es, mea lux, magno demiſſa periclo.*] ſi *dimiſſa* legas vt in aliis, plana eſt ſententia. id eſt, cui abire ex eo periculo incolumi licet. nam capti, cum dimittuntur, liberari ſunt. Sin, vt editum eſt, *demiſſa*, &, vt legitur in elegia, quę proximè ſequitur *Somno demiſſa recenti*, detracta nomini præpoſitio, verbo addita eſt. miſſa de periculo; & miſſa de ſomno. Miſſa, id eſt, emiſſa & liberata, vt dicitur mitti & emitti manu, & vt Cicero in ſomnio Scipionis dixit: *Ego ſomno ſolutus ſum.* ſic eleg. 26. ſup. dixit:

At tu vix ſummas extollens gurgite palmas.

Id eſt, tollens ex gurgite. Aliud eſſet *demittere periculo* tertio caſu; pro, in periculum. vt *demiſere neci.* &, *demiſimus Orco*, apud Virg. B

M v n e r a *Dianæ debita redde choro.*] ſic Tibull. el. 3. lib. 4.

Iam celeber, iam lætus eris, cum debita reddet
Certatim ſanctis lætus vterque focis.

De verbo *Reddere* dixi plura ad eleg. 19. ſupr. verſ. 19. *Munera*, præmia ſalutis tuæ. Sic Ouid. eleg. 13. lib. 2. Amor.

Ipſe feram ante tuos munera vota pedes.

Id eſt, dona Dianæ promiſſa. *Munera*, antidora vt dixit ad eleg 23. ſup. verſ. 8. *Debita*, quia voti compos, vt el. 16. lib. 1. C

Debitaque occultis vota tuli manibus.

Choro Dianæ, id eſt, Nymphis, quarum choro & cœtu ſtipata Diana. De his Apollon. vbi pegas deſcribit. ipſe eleg. 4. lib. 4.

Sæpe tulit blandis argentea liba Nymphis,
Romula ne faciem læderet haſta Tati.

& eleg. 17. lib. 1.

Candida felici ſoluite vela choro. Sed alij libri *choros.* quod Scaliger refert ad ea eleg. 32.

Cum videt accenſis deuotam currere tædis
In nemus, & Triuiæ lumina ferre Deæ.

Choros certè ducebāt in ſactis, & laudes Deorum canebant. vide Horat. oda 1. lib. 4. Si, *tholo*, legimus; Tholus erit pars templi, velut ſcutum breue, in medio tecto, in quo trabes coëunt, ad quod dona conſueuerunt ſuſpendi, inquit Seruius ad illud 9. Æneid. D

——*ſi qua ipſe meis venatibus auxi*
Suſpendiue tholo.

Redde *etiam excubias diuæ-nunc, ante-iuuencæ.*] Peruigilium intelligit. & hic excubiæ ſacrorum ſunt, vt apud Virg. 4. Æneid.

Vigilemque ſacrauerat ignem
Excubias Diuûm æternas.

Propriè *excubiæ*, quia extra, id eſt, ante fores templi iacebant. vt Tibull. eleg. 3. lib. 1. E

Vt mea votiuas perſoluens Delia noctes
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat.

Diuæ-nunc, ante-iuuencæ, hyphen, de qua dixi plura hac eleg. verſ. 18. ſup.

V o t i v a s *noctes & mihi redde decem.*] *Redde*, inquit, quia totidem abſtuliſti, cum in Dianæ vel Iſidis caſtu eſſes. Quot igitur puras habuiſti, tot mihi ſpurcas redde. *Votiuæ noctes*, quibus ex voto operatæ erant alicui Diuo, vt patet eleg. 33. infra verſ. 2. Quem locum videſis. Plaut. *Illas noctes puras* vocat Aſinaria ſc. 1. act. 4. quibus opponit *ſpurcas.*

AD ELEGIAM XXIX.

Ad Cynthiam.

H e s t e r n a, *mea lux, cum potus nocte vagarer.*] ſic Sueton. in Nerone cap. 26. *Poſt crepuſculum* (noctis) *circum vicos vagabatur ludibundus.* Inde *Noctiuagus* Artius Bacchis apud Macrob. *Almaque curru Noctiuago Phœbe*, quod νυκτιπόλος Brimo ſiue Hecate Apollonio. vet. gloſſ. *Noctiuagus*, νυκτοδρόμος.

N e c *me ſeruorum duceret vlla manus.*] Seruos *aduorſitores* intelligit, ita enim appellantur vt docet Donat. in Adelph. qui aduorſum eunt heris à cœna redeuntibus. *Pueros* vocauit eleg. 3. lib. 1. verſ. 10. *Manus*, pro multitudine, vt el. 20. lib. 1. *Manus Heroum.* Seneca, *Seruorum turbam* dixit cap. 11. de conſol. ad Elbid. Ouid. 6. faſt. *Hoc eſt cur odio ſit tibi ſerua manus.* id eſt, ancillarum turba. *Duceret*, reduceret, quia ebrio opus duce, ideo dixit *vagarer*, quod Horat. *Ferret incerto pede.* An *duceret*, pro, deduceret. id eſt, comitaretur, vnde *deductores candidatorum* M. & Q. Ciceronibus.

O b v i a *neſcio quot pueri mihi turba minuta*
Venerat, hos vetuit me numerare timor.] Cupidines intelligit, de quibus Papinius Stat. in epithalamio Stellæ & Violantillæ lib. 1. Sylu. *Fulcra toroſque Deæ* (Veneris) *tenerum premit agmen Amorum.* Ipſe eleg. 9. ſup.

Tela precor pueri figite acuta magis.

Anacreon: τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων. Apuleius lib. 10. *Venus circumfuſa populo lætiſſimorum paruulorum.* Phornutus plures ait Cupidines fingi propter πολυθυμίας. id eſt, motum diuerſitatem. Philoſtrat. in imaginibus eos ait Nympharum filios. Ideo & Plato ἔρωτα πολυκέφαλον. id eſt, multorum capitum belluam eſſe ait. *Turba minuta*, puſilla, paruula. ſic Sueton. in Auguſto: *Ludebat cum pueris minutis.* & *Minuti philoſophi.* Cic. in Catone. & *minuti canes.* Seneca cap. 19. de vita beata. *Hos vetuit me numerare timor.* id eſt, prohibuit, ſiue obſtitit & impedimento fuit, ne hos numerarem. Omnis perturbatio animo officit, & eius luminibus; ſed præcipuè timor officit memoriæ. vnde & in timore videre etiam putamus ea, quæ non videmus. Ouid. in fabula Arethuſæ 5. Met.

——*vidi procedere longam*
Ante pedes vmbram; niſi ſi timor illa videbat.

Q v o r v m *alij faculas, alij retinere ſagittas,*
Pars etiam viſa eſt vincla parare mihi.] Vigilantis ſomnium eſt. *Faculas*, paruas faces. Val. Æditùus apud Gell. *Quid faculam præfers?* Plaut. Perſa: *Nequicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult.* De facibus Cupidinum Apul. lib. 10. *Velut nuptiales epulas obitura dominæ coruſcis prælucebant facibus.* & *retinere*, pro, tenere, vt in Catulli Ariadna:

Læua colum molli lana retinebat amictum.

Alij, Pars, dictum vt à Virg. 1. Æneid.

Pars in fruſta ſecant, veruque trementia figunt,
Littore ahena locant alij flammaſque miniſtrant.

S e d *nudi fuerant: quorum laſciuior vnus,*

Arripite hunc, inquit: nam bene nostis eum.] *Sed*, pro, tamen, vel autem, vel atqui. vt el. 8. sup. *Sed non effuges*, & eleg. 6. sup.

Sed non immerito velauit aranea fanum.

Nudi Cupidines, vt *Nudus Amor*, eleg. 2. lib. 1. vbi vide adnotata. *Fuerant*, pro, erant. vt eleg. 5. lib. 4. *Exequiæ fuerant.* Sic infra eleg. 31. verf. 7. *Steterant*; pro, stabant. *Quorum lasciuior*, proteruior, petulantior. Seru. in illud 2. ecl. *Lasciua capella*; *voluptuosa*, inquit, *& desidiosa*. sic *Amor lasciuus* Tibullo & Horatio. *Arripite hunc.* Plaut. *Rapite hunc sublimem.* Manum endo iacite. Arripitur vel homo vel res: homo ad pœnam; res ad rapinam; vnde Plaut. Persa, *Quod semel arripi des, nunquam postea eripi des.* Idem Curc. *Siccine me indemnatum arripis?* & in Amphit. *Arripiam hunc obtorto collo.* Horat.

Quem semel arripuit, tenet, occiditque legendo.

Addendum ad formulas: *Arripite hunc.* vt *Prehende furem.* & regium imperium, *I lictor, colliga manus.* *Nam bene nostis eum*; quia in eius medullis habitastis, vt eleg. 12. sup.

Siccis habitare medullis.

& est interdum sermo vituperantis. Catull.

Suffenus iste, Vare, quem probe nosti.

Hic *erat, hunc mulier nobis irata locauit.*] desunt verba hæc, vt solent irato, quem quærebamus. & *erat*, pro, est. vt apud Virg. 12. Æn.

Hoc erat, hoc votis, inquam, quod sæpe petiui.

Mulier ἀντονομαστικῶς de Cynthia, vt el. 23. l. 3.

Falsa est ista tuæ mulier fiducia formæ.

Sic & Catull.

Nulli se dicit mulier mea nubere malle

Quam mihi. *Locauit*, nobis tradidit *quasi certo constituto pretio vexandum.* Translatum videtur à laniis, qui conducuntur ad animalium cædem. Plaut. Capt. sc. 1. act. 4. *Tum lanij qui locant cædundos agnos.* Idem Aulul. sc. 5. act. 3. *Cædundum illum agnum conduxi. Loces efferendum; nam mortuus est.* Ibidem sc. 4. act. 1. *Auctor sum vt me cuiuis castrandum loces.* & sc. 3. act. 3. *Coctum non vapulatum conductus fui.* eadem sententia Catull. epigr. 98.

Præterea infesto miserum me tradere amori
Non cessasti, omnique excruciare modo.

Dixit, *& in collo iam mihi nodus erat.*] formula in celeritate rei verba consecutæ. sic eleg. 9. lib. 3.

Dixit & assiduo lingua sepulta mero.

Nodus synecdochicωs, pro, vinculo, vt eleg. 20. sup. *Me licet æratis adstringant brachia nodis.* vbi mox *catenas* vocat. porro hoc genus vinculi, quo collum nectebatur, vocabant *columbar.* Plaut. Rudente in fin.

Illic in columbam credo leno vertitur,
Nam in columbari collum haut multò post erit.

In neruum ille hodie nidamenta congeret. Dicebatur etiam *collare* Plaut. Capt. sc. 2. act. 2. *Hoc quidem haut molestum est iam, quod collus collaria* (ita lib. vet.) *caret.* Lucill. ap. Nonium in collare:

Cum manicis, catulo, collarique vt fugitiuum
Deportem. de nodo Veneris Martial. lib. 6. epi. 13.

Ludit Acidalio, sed non Venus aspera nodo
Quem rapuit collo parue Cupido tuo.

Hic *alter iubet in medium propellere, & alter*
Intereat, qui nos non putat esse Deos.] imitatio est Theocriti in Id. εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.

Αὐτάν τε κἀπτίλωτον, χὡ μὲν βρόχῳ καδήσας
Ἔσυρεν αἰχμάλωτον· ὁ δ' ἐξόπισθ' ἐλαύνων
Ἔτυπτε τοῖσι τόξοις.

Hic, pro tunc, vt eleg. 10. dictum verf. 22. sup. *Iubet*, præcipit & hortatur fratres qui pone sequebantur. sic capitur eleg. 24. sup. *Qui me gaudere iubebas.* *In medium propellere*, an trudere in medium agmen recusantem sequi? nam vnus laqueo & vinculo trahebat, alter propelli & trudi iubebat. Sic Plaut. Capt. act. 3. sc. 5. *Vis hæc quidem est & trahi & trudi simul.* & hoc est quod ait Theocrit. Ἔτυπτε τοῖσι τόξοις. *In medium* Virgilio aliud est, scilicet in commune. *In medium quærebant.* In medium est etiam in apertum. Apuleius lib. 10. *In medium procedit nuda veritas.* Plaut. Amphit. *Vtriq. imperatores in medium exeunt.* id est, inter vtrumque exercitum. Ergo hic *in medium*, vt ab omnibus conspiciatur; quia sibi conscius nequitiæ latebras quærebat. *Non putat nos esse Deos*, vindices nempe illius perfidiæ. sic Petron. *Nemo cœlum cœlum putat, nemo iusiurandum seruat, nemo Iouem pluris facit.* Ouid.

Expedit esse Deos, & vt expedit, esse putemus.

vide adnotata ad eleg. 6. lib. 1. verf. 8.

Hæc *te non-meritum totas expectat in horas.*] id est, te indignum tam facili, tamque fida amica expectat qualibet diei & noctis parte: *Non-meritum*, vt eleg. 13. lib. 3.

At tu non-meritam parcas vexare Licymnam.

Expectat, vt el. 3. lib. 3.

Quem legat expectans sola puella virum.

Totas in horas, vt Plaut. milite sc. 3. act. 2. *Cui bini custodes semper totis horis accubant.* & Horat.

Mutatur in horas.

At *tu nescio quas quæris inepte fores.*] id est, ignobilis puellæ & vilis. *Inepte*, insulse. vt eleg. 18. sup. dictum versu 28. Amor plena res ineptiarum, nec habet quid pensi & decori. vnde *Ineptus amor* Tibullo.

Quæ *cum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ*
Soluerit, atq. oculos mouerit illa graues.] *Mitra* muliebre capitis ornamentum & molle, non fuit Sidoniorum & Phœnicum, sed Lydorum. ipse eleg. 5. lib. 3.

Cingat Bassaricas Lydia mitra comas.

& eleg. 7. lib. 4.

Mitratisque sonant Lydia plectra choris.

Virg. 4. Æneid. *Mæonia mitra.* & Ouid. in ep. Deianiræ. aut est igitur hypallage, pro, Sidonia ligamina nocturnæ mitræ, id est, purpurea, vt eleg. 16. supr. *Sidonia vestis*; aut mitra ipsa è purpura significatur. nisi suspicari libeat scribendum esse *Mygdoniæ*, id est, Lydiæ, & Mæoniæ: nam litera *m* omissa è superiore voce, & detrita littera g adiecerunt sibilum. *Ligamina mitræ*, vincula quibus religatur sub mentum. Seru. in 4. & 9. Æneid.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

vbi Seruius: *Habetis in pileis redimicula, quod conuertit in vituperationem, religatas habetis mitras.* nam pilea virorum sunt, mitræ feminarum, quas *calaticas* vocant. lego, *calanticas*, ex Nonio

citaote illud Ciceronis io Clodium: *Cum calanticam capiti accommodares*, quam mitram vocat de Harusp. resp. Nunc mitræ Episcoporum nostrorum redimicula habent pendentia. *Picta mitra*: Iuuenal. sat. 3. à mitra hypocoristicως *Mitella*, in Copa Virgilij. *Nocturna*, quæ noctu soluuntur, vt eleg. 16. lib.1. *Nocturnus rixis.* De mitra dixi pluta ad Ariadnam Catulli: *Atque oculos mouerit illa graues.* id est, sustulerit grauatos somno vt te aspiciat experrecta. Sic Virg 4. Æneid. A

Illa graues oculos conata attollere, rursus Deficit.

Ouid. 4. Met. *—oculos in morte grauatos*

Pyramus erexit, visaque recondidit illa. B

Caluus apud Priscian. lib.9.

Cum grauis ingenti conniuere pupula somno.

Cicero post reditum in Senatu. *Grauibus oculis, fluentibus buccis.* Scaliger è coniectura *loculos*, vbi recondita vnguenta non probo. *Mouere*, attollere. contra Virg.4. Æneid.

—immota tenebat Lumina.

ADFLABVNT *tibi non Arabum de gramine odores.*] Oculi eius experrectæ, inquit, meros amores (qui in oculis habitaot) eosque suauissimos spirabunt. vt Horat. *Quæ spirabat amores.* Anacreon: Ἀπαλὸν πνέουσα καὶ τὸ χεῖλος C

Κύπριν ὅλην πνέουσα.

Bion in epitaphio Adonidis:

Ὀλλύσθω μύρα πάντα· τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις.

Id est; Pereant vnguēta omnia, tuū vnguentum periit Adonis, id est, tua gratia & amor, quem spirabas. *Adflare*, & siderum est, & fulminis. at eleg. 3. supr. *Sidera nostra* dixit de oculis. & eleg.9. lib.4. *Fulminat illa oculis.* *Arabum de gramine odores.* Myrrham intelligit Beroaldus. sanè eam intelligit Ouid. in epist. Sapphus:

Non Arabum noster rore capillus olet.

Plin. cap. 11. lib. 5. de Arabia. Q. Curtius lib. 5. *Arabia odorum fertilitate nobilis regia.* vnde Tibull. eleg. 2. lib.2. D

Vrantur pia tura focis, vrantur odores

Quos tener è terra diuite mittit Arabs. Idem:

Possideatque metit quidquid bene olentibus aruis

Cultor odoratæ diues Arabs segetis.

Plaut. milit. sc. 5. act. 2. *Vt Arabico fumificem odore.* Idem in Pœnulo: act.5. sc.4. *Arabus* (ita Charisius) *murrhinusq. odor omnia complebat.* Stat. 5. Syl. Epicedio in patrem:

—odoratas nec Arabs decerpsit aristas.

Ipse eleg. 11. lib. 3.

Et Tyros ostrinos præbet Cadmæa colores, E

Cinnamon & multi pastor odoris Arabs.

SED *quos ipse suis fecit Amor manibus.*] quasi Amor faciat vnguentariam. Sic Catull. epigr. ad Fabullum:

Nam vnguentum dabo, quod meæ puellæ

Donarunt Veneres Cupidinesque. Stat. 3. Syluarum in Lacrymis Hetrusci; alloquens amores: *—maternoque rogos vnxistis amomo.* Non dissimile illud Horatij oda 5. Epod.

Nardo perunctum quale non perfectius

Meæ laborarunt manus.

PARCITE *iam fratres, iam certos spondet amores.*] sic loquuntur, quibus satis exhaustum pœnarum videtur. Virg. 6. Æneid.

Vos quoque Dardanidæ iam fas est parcere genti.

& 3. Æneid.

Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto.

Fratres, vt Stat. in Epithalamio Stellæ & Violaotillæ, lib.1. Sylu.

Pharetrati pressere silentia fratres.

Certos spondet amores, se fidum fututum promittit. sic eleg. 14. lib.1.

Tum mihi cessuros spondent mea gaudia Reges.

Spondere ait Verrius apud Festum esse dictum, quod sponte sua, id est, voluntate promittatur. Ibidem Festus: *Spondere* antea ponebatur, pro, dicere: vnde & respondere, quamuis postea vsurpari cœptum in promisso. Varro 5. de ling. Lat. *Spondere* à sponte & voluntate. spondet enim qui dicit sua sponte, spondeo. apud Iurisconsultos tamen sponsio stipulationi iungitur, cum pollicitatio sit solius offerentis promissio. Itaque promittere genus est, spondere & polliceri species. *Certos amores*, vt el.8. lib.1.

Nec mihi riualis certos subducet amores.

ET *iam ad mandatam venimus ecce domum.*] id est, ad quam iussi sumus deducere. Aliud esse videtur, *Venire domum.* Qui domum veoit, ingressus est; qui ad domum, foris stetit. Cicero tamen vtroque modo loquitut. eadem sententia ep. 19. lib. 9. fam. *Nescis tu me ab illo omnia expiscatum. recta eum à porta domum meam venisse. neque hoc admiror, quod non ad tuam potius; sed illud, quod non ad suam.* τὸ *ecce*, interponitur, vt in Ityphallico carmine: *Velim pol, inquis; at pol ecce, villicus venit.*

ATQVE *ita me iniecto duxerunt rursus amictu.*] ex hoc loco κατ' συμπέρασμα intelligendum, vel detractum ei amictum, vel sane reiectum fuisse, vt dixit eleg. 23. sup. vers. 13. eum laqueus eius collo iniectus fuit. *Iniecto amictu*, vt Ouid. eleg. 4. lib. 1. Amor.

Veste sub iniecta dulce peregit opus.

Duxerunt, vt iudicatum, addictum & nocérem. τὸ *Rursus* ambiguè, aut *duxerunt rursus*, aut *iniecto rursus amictu.* Si *duxerunt rursus*, id erit, cum ducere me cepissent, restiterunt, vt me plecterent, deinde iterum duxerunt. Ao rursus, retro, id enim significat, vt ait Donat. in Eun. Idem in Adelph. *Rursum est retrouorsum, vt prorsum, porro versum.* Varro apud Nonium, io *Rursus*, retro. *Mortales rursus ac prorsus meant.* Ennius: *Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.* Plaut. Amphit. sc. 1. act.5. *Ego cunas recessim, rursum vorsum trahere & ducere.* An *iniecto amictu collo*, vt obtorto collo sua ipsius veste retro traxerint. Palmerius in vet. lib. ait fuisse *Diretit*, vt Diretire sit quasi de reti dimittere & soluete, quia irretierat laqueo. dixit enim: *& in collo iam mihi nodus erat.* Ergo diretit, pro, deretit. & ita, *I nunc*, erit dimittentis, vt 9. Æneid.

—nunc ite solutæ, Ite Deæ pelagi.

I *nunc, & noctes disce manere domi.*] id est, memento non amplius noctu vagari. *I nunc*, εἰρωνικῶς vel ἐπιτιμητικῶς. vt Ouid. ep.3.

I nunc, & cupidi nomen amantis habe. & ep.4.

I nunc & meritis lectum reuerere parentis.

& in ep. Deianiræ:

I nunc, tolle animos, & fortia facta recense.

Iuuenal. fat. 6.

I nunc, & dubita qua forbeat aëra fanna.

ipse eleg. 18. lib. 3.

I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos.

Disce, vt eleg. 5. lib. 1.

Tum graue seruitium nostra cogere puella
Discere. vbi vide adnotata.

MANE *erat, & volui si sola quiesceret illa*
Visere, at in lecto Cynthia sola fuit.] *Mane erat*, quod dixit *exactis sideribus* eleg. 3. lib. 1. *Mane*, inquit Varro 5. de ling. Lat. *Dies principium quod tum manat dies ab oriente.* nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum. ad eiusmodi religionem Græci quoque cum lumen affertur solent dicere φῶς ἀγαθόν, quia malæ tenebræ. Nonius, *Manum, clarum; vnde mane pars diei prima.* Festus, *vel quod manum bonum, vel quod manare sol tum incipit, & splendorem emittere, vel à Dijs manibus deductis. Si*, pro, an, vt eleg. 3. sup.

Quærebam sicca si posset piscis arena,
Nec solitus ponto viuere toruus aper.

Terent. in seipsum cruciante sc. 1. act. 1. *Ibo vt visam si domi est.* Plaut. Asinaria sc. 3. act. 2. *Si is est iam scire potero.*

OBSTVPVI, *non illa mihi formosior vnquam*
Visa, neque ostrina cum fuit in tunica.] obstupui, præ admiratione steti quasi stipes, obtutu hæsi defixus in vno; intentis hæsi defixus ocellis. Virg. 1. Æneid.

Obstupuit primo adspectu Sidonia Dido.

Non illa mihi formosior vnquam Visa, nunquam mihi magis placuit. Aliâs magis, aliâs minus formosæ videntur. vnde Catull.

Lesbia formosa est, quæ cum pulcerrima tota est.

Visa, vt eleg. 31. infra:

Phœbo visus mihi pulcrior ipso.

Fuit in tunica, dictum vt versu proximo *In veste*, & eleg. 2. lib. 4.

Nudus demissis institor in tunicis.

Ouid. 8. Metam.

Seu caput abdiderit cristata casside pennis
In palla formosus erat. Sic vulgo dicunt

Estre en cotte. Significat fortaße illud el. 15. sup.

Interdum tunica duxit operta moram.

Ouid. 2. de arte amandi:

Adstiterit tunicata: moues incendia, clama.
Sed timida caueat frigora voce roga.

Ostrina, purpurea, dixi ad el. 14. l. 1. verf. 20.

IBAT *& in casta narratum somnia veste.*] lux huic versui est ab illo eleg. 4. sup.

Qua mea non decies somnia versat anus?

vbi vide adnotata. *Narrat somnia*, qui ea defert ad coniectorem, vt quidam apud Plaut. Curc. sc. 1. & 2. act. 2. somniasse se narrat ouum pendere è fascia lecti cubicularis. vide Cic. 2. de Diu. Plaut. Amphit. act. 2. sc. 2. *Recte dicis, vt commeminit, somnium narras tibi.* Catull. *Volo ad Serapin deferri*, scilicet narrandis somniis. *In casta veste*, inquit, quia expianda somnia quibusdam sacris. vt dicetur ad illud eleg. 4. lib. 4.

Sæpe illa immeritæ causata est omina lunæ,
Et sibi tingendas dixit in amne comas.

Casta vestis, pura, sine maculis, eademque linea. vide Tibullo & Virgilio *Velari lino*, &, *velari filo*. Tibull. eleg. 1. lib. 2.

A *Casta placent superis, pura cum veste venito.*

Virg. 12. Æneid.

—— *puraque in veste sacerdos.*

Varro Eumenidibus apud Nonium in *Castum*, & in *Gallare*: *Nam quæ venustas hic adest gallantibus? Quæ casta vestis?* Sic *Casta mola*, genus sacrificij apud Festum, Idem Fest. in *Pura*: *Pura vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, id est, non obsita* (alij obstita) *non fulgurita, non funesta, nec maculam habentia.* Turneb. cap. 26. lib. 7. Aduerf. alteram lectionem: *Ibat, & hinc casta narrabat somnia Vesta.* exponit. Veteres, inquit, ad depul-

B sionem malorum somniorum, quam viderant speciem narrabant Diis, ac sæpenumero domesticis, vt Vestæ; vt Græci Apollini ϑυραίῳ (liminum & vestibulorum præsidi) apud Sophoclem in Electra, & Soli. Hæc ille triplici errore, & quia ad Vestam mittit impudicam, & quod Diis domesticis narrare putat, cum dixerit, *Ibat*, & quod de veste sermonem hîc esse non videt, cum præcesserit mentio *tunicæ*. Huc pertinet illud Tibulli lib. 4.

Vrit seu Tyria voluit procedere palla:
Vrit seu niuea candida veste venit.

C vbi *Tyria palla, ostrina, & vestis niuea, casta.* vide eleg. 10. lib. 3. verf. 15.

NE *sibi neue tibi quæ nocitura forent.*] id est, ne obesse possent, sed procurarentur & expiarentur. Tibull. eleg. 5. lib. 1.

Ipse procuraui ne possent sæua nocere
Somnia, ter sancta deueneranda mola.

Huic rei præerat Iuppiter prodigialis. Plaut. Amphit. sc. 2. act. 2. *Quæ*, pro, qua & aliqua, vt eleg. 16. lib. 1.

Hæc ille, & si quæ miseri nouistis amantes.

TALIS *visa mihi somno demissa recenti.*] persimile est el. 3. lib. 1.

Talis visa mihi mollem spirare quietem.

D *Demissa somno recenti*, an nuper in somnum delapsa, vt eleg. 3. lib. 1.

Dum me iucundis lapsam sopor impulit alis?

Sed sequentia repugnant, ex quibus constant experrectam. Ergo *demissa somno*, de somno missa (id est somno soluta nuper. Cic. 6. de Rep.) vt eleg. prox. supr. dictum verf. 57. *Recenti*, nomen; pro, aduerbio, vt eleg. prox. sup. *Nocturna vela.* & eleg. 3. lib. 1. *Furtiua poma.*

HEV *quantum per se candida forma valet.*] *Heu* est hîc admirantis, non ingemiscentis, vt eleg. 15. lib. 3. —— *heu nullis capta Lycinna dolis.* Fab. cap. 6. lib. 1. Heu assenerationem esse ait. *Per*

E *se.* vi ac natura sua, sine alterius rei adiumento, sine fuco, sine ornatu & cultu. Sic Cic. *Per se expetenda virtus.* vide hac de re eleg. 3. lib. 1. & Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Forma nihil magicis vtitur auxilijs.

Forma valet, vt eleg. 5. sup.

Cynthia forma potens.

QVID? *tu matutinus, ait speculator amicæ,*
Me similem vestris moribus esse putas?] *quid* est obiurgantis. *Matutinus*, ὄρϑιος. Sic Apollon. lib. 4. ait Medeam dici ὄρϑιον ad fanum venire. & ipse *matutinas alites* vocat eleg. 16. lib. 1. vbi vide adnotata: *Speculator amicæ*, vt Diogenes Philippo. κατάσκοπος τῆς ἀπληστίας. *Speculator* inui-

diosè, & à re militari translatum. Varro 5. de ling. Lat. *Specula de qua prospicimus, speculator, quem mittimus ante, vt respiciat qua volumus.* Festus, in *Explorare: Speculator ab exploratore hoc distat, quod speculator hostilia silentio perspicit: Explorator pacata clamore cognoscit.* Virg. 12. Æneid.

Qui quondam castra vt Danaum speculator adiret.

Speculator, κατάσκοπος Græcis, venit cum studio nocendi. hinc Cicero 3. de Nat. Deor. *Furiæ speculatrices & vindices facinorum.* Mire igitur repugnantia coniunxit, *Speculator amica*, vt hostis. *Vestris moribus*, id est, vitorum & libidini, & leuitati & perfidiæ, id est vobis. vt el. 15. sup.

B *Non tamen ista meos mutabunt secula mores.*

NON *ego tam facilis, sat erit mihi cognitus vnus.*] *Facilis*, leuis & mutabilis. & est vitij, non laudis. vt eleg. 21. infra:

Ah nimium faciles aurem præbere puellæ.

Sat erit mihi cognitus vnus, vno viuam contenta, cuius spectata fides. Sic eleg. 9. lib. 4.

—— *sed potæ non satis vnus erit.*

Cognitus, vt eleg. 11. lib. 1.

Non quia perspecta non est mihi cognita fama.

VAL *tu, vel si quis verior esse potest.*] id est, certior, fidelior. nam fides, vt ait M. Tull. 1. offic. Est dictorum factorumque constantia & veritas. sic eleg. 15. supr. *Verus amor.* vers. 30. Non hæc in laudem. Propertij dicuntur; nam pugnantia loqueretur, quæ dixit:

Me similem vestris moribus esse putas?

Sed vel sic capienda: Si tu verus esse potes, quod non puto propter perfidiam cõmunem virorum: vel, Si quis etiam potest esse te verior, pro, ac non omnes perfidi & leues, satis erit ille mihi, si cum talem cognouero. omnes homines mendaces ac fallaces esse dixit Ariadna apud Catullum:

APPARENT *non vlla toro vestigia presso.*] sic Linij lib. 1. *Quærenti viro, satin salua? Minime, inquit, quid enim est salui mulieri amissa pudicitia? vestigia, Collatine, alieni viri in lecto sunt tuo.* Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Sunt externa tuo semper vestigia lecto.

Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Ille viri videat toto vestigia lecto.

Ipse eleg. 9. sup.

Nec domina vlla meo ponet vestigia lecto.

Petron. *Ego ne suspicioni relinquerem locum, lectulum vestimentis impleui, vniusque hominis vestigium ad corporis mei mensuram figuraui.* Sic Catull.

Nam te non viduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat
Sertis & Syrio fragrans oliuo.
Puluinusque peraque hic & illic
Attritus. &c.

De vestigiis in toro vide Cic. 5. in Verrem. *Toro presso*, vt Ouid. in ep. Ariadnæ ad lectum:

Pressimus; exclamo, te duo, redde duos.

& eleg. 13. lib. 2. Amor.

Cur pressus prior est interiorque torus?

Sic dixit eleg. 3. lib. 1. *Molliter impresso toro.*

SIGNA *voluptati non iacuisse duos.*] sic emendaui ex simili loco eleg. 16. lib. 1.

Semper & exclusis signa iacere faces.

Et *voluptati* regitur vel à *iacere*, vel à *signa*. *Iacere*

A *voluptati*, ad voluptatem fruendam, vt Virgil. eclog. 6. *Somno videre iacentem.* id est, ad somnum capiendum. & Tibull.

Ipse ego cum tristi morbo defessa iacerer.

An *signa voluptatis*, signa quæ tibi iucunda, videre me solam iacuisse? Lips. cap. 10. lib. 2. Antiq. legit ex vet. lib. *Voluntatis*, quarto casu.

ASPICE *vt in toto nullus mihi corpore surgat Spiritus, admisso notus adulterio.*] id est, nec oris anhelitus, nec palpitatio vlla oriatur & excitetur, vt solet iis, qui in Veneris palestra certarunt. Auson. in Centone Nuptiali.

—— *tum creber anhelitus artus*
Aridaque ora quatit, sudor fluit vndique riuis.

Sueton. in Augusto cap. 69. aliud adulterij signum narrat feminam consularem è triclinio viro coram in cubiculum abductam; rursus in conuiuium rubescentibus auriculis, & incomptiore capillo reductam. *Admisso adulterio*, quod eleg. 15. lib. 1. *Admissa nequitia.* & eleg. 9. lib. 4. *Admissa culpa.* Admittere leuissimo verbo, culpam & pœnam commeteri, quia non caueris. vnde &, *Parum cauisse*, iudices pronunciabant, non fecisse, olim. Rectè ergo hic admisit adulterium Cynthia, & ipse admittitur

C adulter. Dicitur autem & *admittere culpam*, & *in se admittere culpam*, inquit Donat. in Phormionem. Inde dictæ *admissiuæ aues*, quia sinunt, cum patefieri & sinere idem sit, vnde *sinistræ aues*. *Adulterium* hic, pro stupro, vel quia ei Cynthia vxoris loco. vnde eleg. 6. sup.

Semper amica mihi, semper & vxor eris.

Sueton. in Calig. cap. 11. *Ganeas & adulteria obire.* id est, stupra & prostibula. Iurisconsulti in l. Iulia de adulteriis, promiscuè adulterij verbo vsi. Licet propriè adulteriũ in nuptam, stuprum in viduam aut virginem committatur. l. 101. de verb. sign. *Notus*, id est, solitus

D & manifestus. nisi cõtrario sensu, ex quo noscitur admissum adulterium. Donat. in Eun. *Notus mihi quidam obuiam venit.* An *notus*, qui me posset agnoscere? an qui me nouerit, id est amicus. An *notus*, qui scit, vt ignotus, pro inscio apud Nonium. Plaut. Pseud. sc. 1. act. 4. *Notis prædicas.* id est, iis qui sciunt.

DIXIT *& opposita propellens suauia dextra.*] id est, manum obiiciens osculo, & ita à se procul repellens. Sic Horat. oda 3. Epod.

Manum puella suauio opponat tuo,
Extrema & in sponda cubet.

Propellere, procul pellere, quod aspellere, & cispellere

E Plautus. sic Horat. oda 4. lib. 4.

Nido laborum propulit inscium.

Aliter hic: *Hic alter iubet in medium propellere. Suauia.* Donat. in Eunuch. *Tria sunt*, inquit, *osculandi genera, osculum, basium, suauium. Oscula officiorum sunt, Basia pudicorum affectuum; Suauia libidinum, vel amorum.* Varro (apud Nonium in osculum) de vita Pop. Rom. *Ideoq. hoc ab ore, dicitur osculum, non à suauitate; vnde suauium, quod simile sit suauitati.*

PROSILIT *in laxa nixa pedem solea.*] id est, procul salit; & impetum animi, & corporis significat. vt Horat. sat. 7. lib. 2.

—— *tolle periclum*
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.

id est,

id est, sese proliciet. & ep. 19. lib. 1.

Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Prosiluit dicenda. Virg. 5. Æneid.

——finibus omnes

Haud mora prosiluere suis. In laxa, videri possit legendum *inlaxa*, vno verbo, pro arcta, vt ex angusta solea pes angustus & formosus intelligatur. Ouid. eleg. 3. lib. 3. Amor.

Pes erat exiguus, pedis hæc aptissima forma.

Idem tamen 1. de arte amandi:

Nec vagus in laxa pes tibi pelle (aluta) *natet.*

& Horat. *Male laxus calceus.* Laxa igitur solea, habenis nondum vincta, ita enim vocat Gell. cap. 20. lib. 3. Quas Plinius *ansas*, de Apelle & sutore loquens, & Tibull. eleg. 8. lib. 1.

Ansaque compressos colligat arcta pedes.

Nixa pedem solea, soleæ incumbens pede, vt el. 3. lib. 1. *In molli nixa toro cubitum.* Catull. ad Manlium:

Quo mea se molli candida diua pede

Intulit, & trito fulgentem in limine plantam

Innixa, arguta constitit in solea.

Turpilius Demetrio apud Nonium, in *Primores. Sandalio innixa primoribus digitis. Solea*, inquit Isidor. lib. 19. *Quibus tantum pedum plantæ teguntur, dictæ à solo pedum.* Item Soleæ materiales, ex materia cotio intexta. Gell. cap. 20. alias 21. l. 13. *Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt; nonnunquam Græca voce crepidulas.* Fest. *Solea*, vt ait Verrius, *Non solum ea, quæ solo pedis subijcitur, vel genus piscis, sed etiam materia robustea, super quam paries craticius exstruitur.* Idem in *Ploti soleas quoque dimidiatas, quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent, semiplotia appellabant.* Eo pertinet illud Lucillij: *——soleam improbæ dimidiatam.* Hic ergo *solea*, plotium, quia plana, ideo laxa dicitur. Apud Horat. sat. 8. lib. 2. *Et soleas poscit*; qui vult surgere è triclinio. & apud Plautum Puerpera furtectura, *date soleas*, inquit. Sunt & soleę iumentorum, vt Catull. *Ferrea solea*, & Sueton. in Neron. cap. 30. *Soleis mularum argenteis.* Est & solea instrumentum, quo oleum ex olea exprimitur in prelo apud Catonem.

Sic *ego tam sancti custode reclůdor amoris.*] an scriptum fuit, *Custos secludor*? Secludi, pro, excludi, vt eleg. 20. lib. 1. notatum. sane verum est, quod legitur *Custos*, vt sit; ego custos, id est, nimium curiosus obseruator & speculator amicæ tam probæ & castæ excludor hoc pacto. *Custos*, pro obseruatore Cic. in Diuin. *Et custodes in comitiis.* & orat. 2. in Rullum, & Plaut. Pseudolo. & eleg. seq. *Excubat ille acer custos.* quod legitur *Reiector* fortasse legendum *vector*. Eiectandi verbo vtuntur Plautus Mercarote, & Ouidius 5. Met. *Tam sancti amoris*, id est, puellæ amicæ, vt eleg. 13. sup.

Vnius hic quondam seruus amoris erat.

Sanctus amor, castus, vt sanctus homo Ciceroni integer.

Ex *illo, felix nox mihi nulla fuit.*] sic Virg.

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

& 2. Æneid.

Ex illo fluere ac retro sublapsa referri.

A Sic dicitur & *ex quo. Felix nox*, quæ candida. eleg. 15. supra.

AD ELEGIAM XXX.

Ad eandem.

Qvo *fugis, ah demens? nulla est fuga: tu licet vsque Ad Tanaim fugias, vsque sequetur amor.*] abiere parabat in longinquam prouinciam Cynthia, vt hi versus infra ostendunt:

Nunc iam dura paras, Phrygias nunc ire per vndas,

Et petere Hircani littora nota maris.

B Itaque hæc elegia ad Cynthiam, non ad seipsum, vt alij. Eodem argumento scripsit eleg. 8. lib. 1. *τὸ Fugis*, inuidiosè, tanquam hostem. vt Virg. 4. Æneid. *Mene fugis?* & eclog. 2.

Quem fugis ah demens. *Nulla est fuga*, nil proderit fugere, vt eleg. 14. lib. 1.

Nulla mihi tristi præmia sunt Venere.

Vsque fugias, vsque sequetur, dilogia; nam prius est loci, posterius temporis & loci simul. *Tanaim*, pro Scythia ipsa posuit, quia amnis est Scythiæ quem Horat. oda 4. lib. 3. intelligit:

Et Scythicum inuiolatus amnem. Idem Hora-

C tius quod ad hunc locum facit oda 10. eiusdem lib. vocat. *Extremum Tanaim.* Virg. 4. Georg.

Tanainque niualem. Hodie la Tana. Strabo lib. 2. à Septemtrione fluere in Mœotim ait, & lib. 7. vbi & oppidum eiusdem nominis commemorat. & lib. 11. Plin. in Procemio lib. 3. *Terrarum termini Tanais & Nilus.* Idem de Tanai multa cap. 7. lib. 6. qui Silyn à Scythis ait vocari.

Non *si Pegaseo veteris, in aëre dorso.*] *vecteris* alij libri, etiam excusi. sic eleg. 1. lib. 3.

Et mecum in curru parui vectantur amores.

Dorso Pegaseo, equi Pegasi cui insidens Bellero-

D phon Chimæram domuit, & à quo excussus est. De hac fabula plura dicam ad illud el. 2. l. 3.

Bellerophontæi qua fluit humore qui. Dorsum nunc, olim, *dossū* dixere, vnde *dossuaria iumēta* Varroni.

Nec *sibi si Persei mouerit ala pedes.*] de Perseo Ouid. 4. Met. Homer. 14. Iliad. Higin. lib. 2. Astron. qui talaria & petasum à Mercurio scribit eum accepisse cum ad cædem Medusæ proficisceretur. At Apollod. l. 2. talaria à Nymphis ait accepisse, non à Mercurio. *Ala*, Enallage numerorum; quia geminæ alæ & sic *penna* dicitur ab Ouidio 2. de arte amandi:

E *Nec suus Andromede color est obsectus ab illo Mobilis in gemino cui pede penna fuit.* vnde à Catullo *Pennipes*. Idem Ouid. el. 8. lib. 3. Trist.

Nunc ego iactandas optarem sumere pennas,

Siue tuas Persei, Dædale siue tuas.

Mouerit pedes, volare fecerit, & iter carpere liquidum; vt eleg. 23. supra:

Campo quo mouet illa pedes.

Vel *si te sectæ rapiant talaribus auræ.*] id est, rapidè ferant, vt eleg. 15. lib. 1.

Nec sic Aesoniden rapientibus anxia ventis.

& Horat. oda 11. lib. 3.

I pedes quo te rapiunt & auræ.

Aura secta, sulcatus aër. Sic Virg. 4. Æneid.

——ventosque secabat. & 12. Æneid. *& auras*

Certa secat. & 1. Georg. —*secat aera pennis.* Ouid. 4. Metam. —*talaribus aëra findit.* Sic secare fluctus & viam. De talaribus Mercurij Homer. lib. vlt. Iliad. & Odyss.

—ἐπὶ πόντον ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν πνοιῇς.

Quod Virg. 4. Æneid.

—*pedibus talaria nectit Aurea.*

Hinc Mercurium Ouid. vocat *Alipedem Deum.* Orpheus in eius hymno πτερόπεδιλον. Fulgentius id exponit, de negotiatorum semper properantium celeritate. apud Homer. Odyss.7. iisdem talaribus vtitur Mineua.

N i l *tibi Mercurij proderit alta via.*] id est, frustra per aërem fugies, nam te cito pennis suis Amor consequetur. *Alta via*, periphrasis aeris, per quem, itque reditque Mercurius. sic *Cœli vias* dixit Virg. vide Nonium in Explicare.

I n s t a t *semper Amor supra caput, instat amanti.*] id est, imminet semper ceruicibus. qua de re dictum ad eleg. 1. lib. 1.

Et caput impositis pressit amor pedibus.

sic fere locutus Lucret. de superstitione:

Horribili super aspectu mortalibus instans. Seneca cap. 10. de Tranquillitate: *Quibusdam aliena supra caput imperia sunt, quibusdam sua.*

E t *grauis ipse super libera colla sedet.*] *Amor grauis*, pondere curarum opprimens. vt el. 19. l.3.

Vt me longa graui soluat amore via.

Significat amorem quasi superbum Dominum à succollantibus amantibus vt seruis gestari. Plaut. in Asinaria, ait, *inequitare hominibus liberis. Colla libera*, id est, hominum liberum, vt eleg. 5. lib. 4. *Barbara colla.*

E x c v b a t *ille acer custos, & tollere nunquam*

Te patietur humo lumina capta semel.] id est, Peruigil manet, assiduè speculatur & obseruat quid agat quisque. De verbo excubandi dictũ ad eleg. 28. supr. vers. penult. *Acer*, vel sæuus, vel diligens, & strenuus & indefessus. *Custos*, speculator, vt dixi vers. penult. eleg. sup. prox. *Tollere humo lumina*, erectis oculis intueri non sinet, sed oculos coget humi defigere, vt el. 1. lib. 1. dictum ad illud:

Tum mihi constantis deiecit lumina fastus.

Lumina capta, id est, domitos à se oculos. vnde Plaut. Bacchid. *Ego animo cupido, atque animis indomitis fui. Oculis capti*, vt *capti mentis amantes*, quia oculos Amor sagittis petit. dixi ad eleg. 1. lib. 1. vers. 1. τὸ *Semel*, actum esse significat, nec vllum regressum, vt el. 13. lib. 1.

—*quoniam semel es periturus amore.*

E t *iam si pecces, Deus exorabilis ille est.*] id est, facilis, placabilis, quia puer, qui iram *Colligit & ponit temere.* Sic Iuuenal. sat. 13.

Sed & exorabile numen Fortasse experiar.

Deus ille, vt *Hic Deus*, de Amore eleg. 26. sup. vers. 52.

S i *modo præsenteis viderit esse preces.*] *Præsentes*, quæ peccatum mox sequantur; nam sera supplicatio minus mouet. Ideo dixit eleg. 9. lib. 1.

—*quam primum errata fateri.*

Sic præsens pœna, mors, exitium, pecunia. Virg. 1. Æneid.

Præsentemque viris intentant omnia mortem.

Preces, quæ multum in amore valent, vt dixi A eleg. 1. lib. 1. *Viderit*, at cæcus Amor fingitur, vt dixi ad eleg. 14. sup. Sed cæcus ab eo quod efficit, vt & fortuna cæca, eademque videns. vel *viderit*, audierit, senserit.

I s t a *senes licet accusent conuiuia duri,*

Nos modo propositum, vita, teramus iter.] id est, Per me licet morosi ac difficiles senes vituperent ista nostra pocula, dummodo nos, mea lux, more nostro viuamus. contra eleg. 15. sup.

Hæc certè meritò poterunt laudare minores,

Læserunt nullos pocula nostra Deos.

Amare & potare sæpe coniunguntur, quia *sine* B *Cerere & Baccho friget Venus. Senes duri*, qui nos volunt nasci senes, vt ait Terent. Sic *Morosa canities* Horatio, & *Senes seueriores* Catullo:

Nos modo propositum, &c. sic Tibull. el. 5. l. 3.

Vos modo proposito dulces faueatis amici.

Est formula condicionis adiectæ, vt el. 1. lib. 1.

Sit modo libertas quæ velit ira loqui.

Propositum, susceptum, vt dixi eleg. 20. lib. 1. vers. 40. *Teramus iter*, allegoricωs, vt eleg. 25. sup.

Vnusquisque sua nouerit ire via.

vbi vide adnotata.

I l l o r v m *antiquis onerentur legibus aures.*] id est, Senes illi duri sæpe audiant prisca & se- C uera maiorum instituta, ita vt auribus illorum grauis ac molestus sermo sit. Sic Horat. sat. 10. lib. 1. —*nemo*

Se impediat verbis lassas onerantibus aures.

Virg. 11. Æneid.

Surgit & his onerat dictis atq. aggerat iras. Declamator nomine Sallustij in Ciceronẽ: *Etiamne odio tuo aures nostras onerabis?* Terent. Andria: *Remittas iam me onerare iniurijs.* & facetè: *Illorum aures onerentur.* id est, sibi illa canant, & audiant ipsi quæ nos audire volunt. *Antiquæ leges*, vt *Priscus parens*, Catullo. *Priscus Cato*, Horatio. & D *Priscè*, Ciceroni pro Cælio. *Iura vetera* dixit eleg. 6. lib. 1. Ouid. non dissimili sententia 9. Met. *Iura senes norint, & quid liceatque, nefasque*

Fasque sit, inquirant, legumque examina seruent.

H i c *locus est in quo tibia docta sones.*] id est, nunc tempus & occasio est canẽdi, & conquerendi. Tibia querimoniæ apta, vt adnotaui ad eleg. 7. sup. *Tibia funesta tristior illa tuba.*

Q v æ *non-iure vado Mæandri iacta natasti.*] id est, Quæ immeritò abiecta à Minerua fluitasti in aqua, siue fluẽtis Mæandri. *Non-iure*, hyphen vt el. 3. l. 1. vers. 8. *Non-certis manibus.* & el. 4. l. 1. *Non-tacitis vocibus.* & el. 13. *Non-tepidas faces.* & E el. 26. sup. *Non-inhonestus.* De Mæandro dicetur el. vlt. *Natasti*, fluitasti, vt dictũ el. 25. sup. v. 24.

T v r p i a *cum faceret Palladis ora tumor.*]

Ouid. 3. de arte amandi:

I procul hinc dixit: non es mihi tibia tanti,

Vt vidi vultus Pallas in amne suos.

Apud Pausaniam in Atticis Minerua Marsyam Silenum cædit, quod tibias, quas ipsa abiecerat, sustulerit. Idem in Corinth. Post casum Marsiæ in amnem eiusdem nominis ait abiectas, & ab eo in Mæandrum deiectas, qui detulerit in Asopum, eiectas deinde illinc in agrum Sicyonium pastor quidam sustulit, & Apollini dicauit. Apollodor. lib. 1. Αὐλοὺς ῥ

Ἀπήλασαν δὲ τὸν Ὀλύμπου παῖδα μάλιστα. ὅτι γὰρ εὑρὼν αὐλοὺς ὕβριζεν Ἀθηνᾶ, διὰ τὸ τὴν ὄψιν αὐτῆς ποιεῖν ἄμορφον, πλὴν εἰς ἔσω περὶ μουσικῆς Ἀπίασι. Arist. cap. 6. lib. 8. Polit. ait non tantum ob oris deformitatē abiectas à Minerua tibias, sed quod ad cognitionem animi ac scientiam, quæ Mineruæ attributa est, nihil facerent. Idem fecisse Alcibiadem, quod Mineruam, scribit Plutarch. in Alcibiade. & Gell. cap. 17. lib. 15. & inde desitum tibia canere ab ingenuis. vide in primis Higin. fabula 165. *Tumor*, inflatæ buccę: vt Plaut. Pseud. *Suffla celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia. Faceret turpia*, deformaret, turparet, vt eleg. 18. sup. *Facere scissas genas.*

B N v n c *iam dura paras, Phrygias nunc ire per vndas.*] alij libri: *At tu dure*, vt tibia Propertium ipsum obiurget. *Nunc iam*; conuenit indignanti & conquerenti. vt dixi ad illud Catulli ex Ariadna: *Nunc iam nulla viro iuranti femina credat. Paras ire per vndas Phrygias.* idest, per Hellespontum. ita enim exponit Seruius illud Virgilij 1. Æneid. *Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor.* & Plin. cap. 30. l. 5. *Hellesponto adsaces Troas. Per vndas ire*, periculi significatio, vt eleg. 1. lib. 1.

—— *& ferte per vndas.* & apud Virg.

I sequere Italiam ventis, pete regna per vndas.

C E t *petere Hyrcani littora nota maris.*] de Hyrcano mari Plin. cap. 13. lib. 6. vbi ait illud è Scythico Oceano erumpere. vnde supra hic facta Tanais mentio, quasi in Scythiam proficisceretur. Strabo l. 11. Hyrcanum mare, quod & Caspium dicitur, ait portendi vsque ad Scythas Indis vicinos. Nescio igitur an Indicam profectionem hic significet, de qua eleg. 4. lib. 3. An per littora maris Hyrcani, Hyrcaniam ipsam significat, vt el. 1. sup. *Littora Phari.* id est, Pharum. Quid est *littora nota*? an ita nota cum sit maximè longinqua? an infamia & nobilia naufragiis? an quod fertilissima regis Hyrcania, nota mercatoribus & negotiatoribus?

D S p a r g e r e q v e *alterna communer cæde penates.*] vt eleg. 8. sup.

Sparsas cæde iacere comas.

Alterna cæde, sanguine meo & tuo, inquit Beroaldus, quasi id minetur se facturum, quod eleg. 8. sup est minatus:

Sed non effugies, mecum morieris, oportet
Hoc eodem ferro stillet vterque cruor.

Sed si de bello ciuili loquitur, erit nostro sanguine & militum Antonij. obscurus est locus. Qui *communes penates*? an domus tuæ & meæ simul, nam *Tu mihi sola domus, tu Cynthia sola parentes*? An quia communes Dij omnium sunt Penates, licet sui cuique sint? De Dijs communibus dictum ad eleg. 11. lib. 1. vers. 16.

E E t *ferre ad patrios præmia dira lares.*] sic Ouid. 1. de Rem. Amor.

Et refero ad patrios bina trophæa Deos.

& ep. 1. *Ponitur ad patrios Barbara præda Deos. Præmia*, spolia & prædam. dixi ad eleg. 4. sup.

Nam cui non ego sum fallaci præmia vati?

Dira, nefanda & execranda. Si *digna præmia* ἐμφατικά erit. sed error est operarum. An prædam detractam Prætori nescio cui à Cynthia?

V n a *contentum pudeat me viuere amica.*] non dissimile illud eleg. 22. sup.

Aspice vt in cælo modo sol, modo luna ministret.
Sic etiam nobis vna puella parum est.

Contentum vna viuere; cui satis vna sit, vt eleg. vlt. lib. 4.

Quod si forte mea contentus manserit vmbra.

& Plaut. *Quæ proba est, contenta est vno viro. Viuere* pro esse. & contra sæpius monui.

H o c *si crimen erit, crimen Amoris erit.*] si hoc reprehendetur, Amor culpam omnem sustinebit. Sic fere Virg. 7. Æneid.

Crimen Amor vestrum. & Ouid. in epist. Didus: *Quod crimen dicis, præter amare meum?*

M i *nemo obijciat; libeat tibi, Cynthia, mecum*
Rorida muscosis antra tenere iugis.] formula amatoris gaudia rogantis, *Libeat tibi*, vnde libidinis nomen. Virg. 2. eclog.

O tantum libeat mecum tibi sordida rura
Atque humiles habitare casas. *Tenere*, quod Virgilio *habitare*. sic 1. Æneid.

——*Tyrij tenuere coloni.*

id est, incoluere. *Antra rosida*,

Thespia rupis Aonios specus
Lympha quos super irrigat
Frigerant Aganippe.

Vt ea quæ sequuntur indicant. *Rosida*, δροσώδη. vide adnotata ad eleg. 20. lib. 1. vers 36. Dixit *antra*, quia his Musæ delectantur.

I l l i c *aspicies scopulis hærere sorores.*] sic Ennius apud Ciceronem in Bruto:

Cum neque musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dictis studiosus erat. *Hærere scopulis*, insidere; vt *Hærere equo.* Horat. oda 24. lib. 3. sic Ouid. 3. Met. —— *ne scopulis hærerem semper ijsdem.*

Aliud est quod Virg. 4. Æneid. de quercu.

Ipsa hæret scopulis. vt hic Musas scopulis insidentes, ita Amphionem è rupe Aracynthi canentem fingit eleg. 15. lib. 3. & el. 1. eiusdem libri, esse, ait, suum *Opus de monte Sororum.*

E t *canere antiqui dulcia furta Iouis.*] Iuppiter interdum iuuenis fingebatur, vnde Axurus, siue Anxurus Virg. ἄνευ ξυροῦ. id est, sine nouacula: imberbis: interdum senex Iuuenal. sat. 6.

Quis tamen affirmat nil actum in montibus, aut in
Speluncis adeo senuerunt Iuppiter & Mars? vide Iunium Prouerb. 97. cent. 3. Sed verius est hîc esse hypallagen. pro *antiqua furta*, vt el. 2. sup.

Iuppiter ignosco pristina furta tua.

Dulcia furta, Horat. *Dulces amores* dixit.

V t *Semele est combustus, vt est deperditus Io.*] id est, vt Semeles amore conflagrarit, & combustus ipse amore, eam fulmine combusserit. *Combustus illa*, vt eleg. 3. sup.

Hac ego nunc mirer si flagret nostra iuuentus.

De Semele dictum eleg. 28. vers. 27. sup. *Deperditus Io*, vt eam deperierit & perditè amarit, vt eleg. 3. lib. 1. ——*sensus deperditus omnes.*

Deperditus Io, dictum vt eleg. 15. sup.

——*fertur periisse Lacæna.* Participiis scilicet casus verborum tribuit.

D e n i q v e *vt ad Troiæ tecta volarit auis.*] recedit à fabula. Nam Ganymedes ab Ida raptus, non ab vrbe ipse Troia, vt patebit exemplis. Horat. oda 2. lib. 3.

—— *aut aquosa Raptus ab Ida.*

Homer. Iliad. 5. & 20. & in hymno Veneris. Plato lib. 1. legum, vbi hanc Cretensium fabulam de rapto Ganymede vehementer improbat. Auctor carminis in Mœcenatis obitum:

Valle sub Idaa, cum te formose sacerdos
Inuenit, (aquila) *& presso molliter vngue rapit.*

Ouid. 10. Met. ab eo versu:

Rex superûm Phrygij quondam Ganymedis honore
Arsit. Virg. lib. 5. Æneid.
Intextusque puer frondosa regius Ida
Velaces iaculo ceruos, cursuque fatigat
Acer, anhelanti similis, quem prapes ab Ida
Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis.

Herodian. in Commodo, scribit pugna inter Ilum Phrygia, & Tantalum Lydum commissa, ob Ganimedem, ipsum puerum catamitum dilaceratum fuisse inter manus fratris Ili, & amatoris Tantali. Hinc diuinos illi honores decretos, & fictum à Ioue raptum. Fest. *Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus.* In Ityphallico carmine:

Quodque Ioui dederat, qui raptus ab alite sacra
Miscet amatori pocula grata suo.

vide & Apollod. lib. 2. & 3. & Higin. fab. 224. qui versum ait in Aquarium vnum è 12. signis. & fab. 271. & 2. Astron. in Aquarius. & Fulgentium lib. 1. Mythol. in Ganymedes. *Auis*, aquila, dixi eleg. 1. vers. 70. Sic *Ornis* communi nomine auium dictus olor. sidus cœleste. Higin. lib. 2. Astron. in olor. *Troia tecta*, pro ipsa Troia. vt Horat. oda 3. lib. 3.

Tecta reparare Troia. sic & Virg.
—— *domos Carthaginis alta.*

Pro ipsa Carthagine:

QVOD *si nemo extat, qui vicerit alitis arma.*] id est, nemo reperitur, nemo est, nemo superest. Sic Cic. in Catone: *Appij exstat oratio.* & 2. offic. *Exstant epistola Philippi ad Alexandrum.* & Horat. sat. 5. lib. 1. *Sarmenti domina exstat.* id est, viuit, necdum occidit. Exstare, eminere, ideoque conspici & demonstrari posse. *Qui vicerit alitis arma*, quia, vt ipse ait eleg. 16. sup.

Hic Deus & terras & maria alta domat.

Ales κατ' ἐξοχὴν de Amore, vt supra, *sorores*, pro, Musis. vet. gloss. *Aliger*, πτεροφόρος, Ἔρως. Horat. oda 12. lib. 3. *Citherea puer ales.* Tibull. el. 6. li. 2.

Impiger Aenaa volitantis frater amoris.

In peruigilio Veneris:

Iussit omnes adsidere pueri mater alitis.

Ouid. in ep. Hermiones, vocauit *Prapetem Deũ.* & Tibullo el. 2. lib. 1. videtur dici: *Natalis auis.* De hac re vide adnotata ad eleg. 12. sup. vbi de alis Cupidinis nemini. Apuleius lib. 5. Asini. *Flatus alitis impulsu solito*, dixit, id est Zephyri. *Arma* vero Cupidinis sunt tela & faces. Ouid.

Donec erunt ignes, arcusque Cupidinis arma.

COMMVNIS *culpa cur reus vnus agor?*] sic Iorisconsulti: *Communis error ius facit.* Paulus l. 3. D. de supellectile legata. At *Amor error* Virgilio. Est locus Rhetorum de translatione aut communicatione criminis. Simile illud Ouid. 13. Metamorph.

Haud metuo ne non possim defendere crimen
Cum tanta commune viro. Brutus ad Cic.

ep. 4. lib. ad Brutum: *Aliena culpa, inquies, me*

A *teum facis.* Non minus inuidiosè Turnos Virgilianus 12. Æneid.

Et solus ferro crimen commune refellam.

Reus culpa agor, vt Ouid. in ep. Hypermnestræ:

Quid fiet sonti cum rea laudis agar?

& 4. fast. *Et falsi criminis acta rea est.* Plin. cap. 7. lib. 2. *Vna* (fortuna) *nominatur, vna arguitur, vna agitur rea.* Inde apud Iuris auctores, Tacitum & Plinium *Peragi reus* dicitur, qui condẽnatur.

NEC *tu virginibus reuerentia moueris ora.*] si mecum, inquit, ô Cynthia inter musas Veneris, non erubescant tua præsentia. *Moueris ora*,

B vultum conturbaris, *ruborem expresseris*, vt loquitur Catull. *Virginibus*, musis, sic apud Catull. in carmine, ad Ortalum:

Seuocat à doctis, Ortale virginibus.

Reuerentia ora, αἰδοῖα πρόσωπα. Scaliger. Reuerentia, verecunda. nam 1. de Orat. dixit Cic. *Non reuerens suspicionem* & *Reuerentior*, Ouid. Lips. cap. 10. lib 2. Antiq. ex coniectura:

Nec te virgines reuerentia mouerit oris.

Id est, pudor. vt Cic. 1. offic. *Adhibenda quadam aduersus homines reuerentia.* Ipse eleg. 13. lib. 3.

Nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi.

C Colomel. cap. 1. lib. 11. *Reuerentia discendi.* id est, fuga & metus. Ouid. in ep. Herûs:

Vel pudor hic vtinam, qui nos clam cogit amare,
Vel timidus fama cedere nollet amor.
Nunc male res iuncta, calor & reuerentia pugnant.

Id est, amor & pudor. Stat. 5. Thebaid.

Afflicto spirat reuerentia vultu.

& 1. Sylu. in Soteria Procos. Ruffin. Gall.

Mixto reuerentia fidit amori.

HIC *quoque non nescit quid sit amare chorus.*] id est, Chorus quoque Musarum non est in amore rudis & ἄχαρις. vim amoris expertus est, & cum malo: nam *Quid sit* hoc significat, vt el. 33. infra: *Scesisti multas quid sit inire vias.* & Virg.

D ecl. 10. *Nunc scio quid sit amori.* Tibull.

Nescis quid sit amor Iuuenis.

Contra eleg. vlt. infra:

Omnes iam norunt quam sit amare bonum.

Hic quoque chorus, qoia alij chori sciunt, vt *Naiadum chori* eleg. 20. lib. 1. *Pleiadum chorus* eleg. 3. lib. 3. *Herpinarum chorus* eleg. 19. lib. 1. *Diana chorus* eleg. 28. sup. *Chorus Bacchi* eleg. 32. infra. Virg. *Dryadum chorus*, item Nereidum, Astrorum & pastrorum chorus. Seru. in illud 1. Georg.

Terque nouas circum felix eat hostia fruges,
Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes.

Chorus, inquit, *propriè est coanorum cantus atque saltatio*, παρὰ τὸ χορεύειν, à saltando & canendo simul, quod Virg. dixit:

E

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Est etiam χόρος, ὁ τόπος τῆς χορείας ἢ ὀρχήσεως. *Non nescis*, vt Cic. *Non nollem, non nemo. Non sum nescius.* Plaut. Aulul. *Si quis te vellet, haud non velles dimidi.*

SI *tamen Oeagri quadam compressa figura*
Bistonijs olim rupibus accubuit.] dubitantis

specie confirmat hic sermo. vt 4. Metam.

Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui. & Horat. oda 3. lib. 1.
—— *si tamen impia*
Non tangenda rates transiliunt vada.

Quædam, verecundè nomini pepercit, cum satis Oeagri nomen posuisse fuerit. Intelligit ergo Calliopen, quæ Oeagri compressu, Orphea filium edidit. Higin. fab. 14. Apollodor. lib. 1. Oeagri & Calliopes filios facit Linum & Orphea. & Apollon. lib. 1. Oeagri fluuij filium, Orpheum facit, his versibus:

Πρῶτα νῦν Ὀρφῆος μνησώμεθα, τὸν ῥά ποτ' αὐτὴ
Καλλιόπη Θρήϊκι φατίζεται εὐνηθεῖσα
Οἰάγρῳ, σκοπιῆς Πιμπληΐδος ἄγχι τεκέσθαι.

Contra Pausan. in Boëoticis negat esse verum, Orpheum Calliopes filium fuisse. Itē ex Melpomene & Acheloo Sirenes: ex Thalia Palici Macrob. lib. 5. sat. cap. 19. è Clio & Piero Hiacynthus: Apollod. l. 1. ex Euterpe & Strymone amne, Rhœsus. Euripides in Rhœso, & Apollod. l. 1. *Rupibus accubuit*, dictum vt el. 1. lib. 1. *Arcadijs rupibus ingemuit*, pro, iuxta rupes cubuit, id est, iacuit, vel concubuit, vel enixa est. vide de hoc verbo adnotata ad el. 5. lib. 1. vers. 3. *Bistonijs*, Thraciis: nam Plin. cap. 11. lib. 4. Bistonum gentem in Thracia, & stagnum locat iuxta Abdetam. Stephan. vero inter fluuios Nessū & Hebrum, à Bistone rege, dictam. Ex Ouidio videtur colligi Oeagrum compressisse Calliopen in Æmo, quia eū montem *Oeagrium* vocat.

HIC *vbi me prima statuent in parte choreæ*.] non significat se χορηγόν; nam medius ducit choros, vt adnoto ad vers. seq. De choreis Musarum vide el. 10. sup. vers. 1.

ET *medius docta cuspide Bacchus erit*.] vnde Bacchus *pater chori* dicitur el. 32. inf. Eumenius in Panegyrico Apollinem medium camœnarum facit. vnde μεσόχορος, qui vet. gl. *Manductor*. Medium locum fuisse honoratissimum diximus el. 28. sup. Nunc idem in chorea ostendamus. Virg. 6. Æn. de Helena: — *Euantes orgya circum Ducebat choreas, flammam media ipsa tenebat Ingentem*. *Docta cuspide*, subaudiendum cum ὑπαλλαγῇ, vt Virg. 7. Æn. *Ipse Quirinali lituo*, &c. & 4. *Ipsa mola manibusque pijs*. & ecl. 10. *Venit & agresti capitis Syluanus honore*. id est, cum. *Docta cuspis*, vt el. 19. sup. *Et vitem docta ponere falce comas*. male Scaliger legit, *tecta*. *Cuspis*, pro hasta, id est, thyrso, vide el. 1. sup. vers. 63. *Hasta*, pro thyrso, vt *Et foliis lentas intexere mollibus hastas*. De Thyrso Bacchi. Ouid. el. vlt. lib. 3. Amor. *Corniger increpuit Thyrso grauiore Lyæus*. Nam thyrso dicuntur percuti Poëtæ, quorum meos furore Bacchi afflatur, dicti Græcis: θυρσοπλῆγες, οἱ ὑπὸ τοῖς βακχείοις ἐκπλαγέντες. Lucret. lib. ——*sed acri Percussit thyrso laudis spes magna meum cor; Et simul incussit suauem mi in pectus amorem Musarum*. Iuuenal. sat. 7. ——*neque enim cantare sub antro Pierio, thyrsumue potest contingere mœsta Paupertas*.

TVM *capiti sacros patiar pendere corymbos*.] id est, sinam mihi ex edera coronam imponi cum corymbis. Modestè *patiar*; non enim ipse imponam, sed imponi sinam. *Capiti pendere*, è capite & comis demitti in frontem & tempora. sic Virg. in Sileno ait *Serta capiti delapsa*. id est, è capite. & Silius Italicus lib. 6. *Deuexum lateri pendet Tuder*. vide adnotata ad el. 16. l. 1. vers. 7. Plin. cap. 34. lib. 16. *Racemi edera in orbem circumacti vocantur corymbi*. Seruius in ecl. 3. vuas ederarum exponit. Per corymbos, ederam significat qua Poëtas coronari adnotatum ad el. 5. vers. 26. ipse eleg. 6. lib. 4.

Cera Philetæis certet Romana corymbis. id est, ederæ Philetææ & ipsi Philetæ; quem Poëtam ederæ testantur. Inde *Corymbifer Bacchus* Ouidio. Isidor. cap. 5. lib. 7. *Corymbi* (in vite) *sunt anuli qui proxima quaque ligant & comprehendunt, ne palmites vagentur*. Sed cōfundit cum clauiculis.

NAM *sine te nostrum nil valet ingenium*.] Bacchus ingenium facit, vt loquitur eleg. 1. huius libri de Cynthia. eleg. 3. lib. 4.

Ingenium potus irritet musa Poëtis;
Bacche soles Phœbo fertilis esse tuo.

Valet ingenium, vt eleg. 9. lib. 1.

Plus in amore valet Mimnerni versus Homero.

AD ELEGIAM XXXI.

Ad Cynthiam.

QVÆRIS *cur veniam tibi tardior? aurea Phœbi Porticus à magno Cæsare aperta fuit*.] sic exorditur eleg. 1. huius libri, vbi vide plura id generis principia. *Veniam tibi*, pro, ad te. & *Serior*, serius quam iussetas, aut promiseram, & res temporis ad personam translata est. vt el. 13. sup. *O mors, cur mihi sera venis*. *Porticus Phœbi aperta fuit*, vt ab omnibus aditi & conspici posset. Ergo absoluta & publicata. De Porticibus publicis Romæ dictum ad illud el. 23. sup.

Quænam nunc porticus illam Integit.

Hic vero ea porticus intelligitur, quæ adiuncta erat templo Apollinis Palatini cum bibliotheca Græca & Latina. vnde hic *Porticus Phœbi* dicitur, in qua & Danaidum picta tabula. De ea porticu Tranquill. in August. cap. 29. & Ouid. t. de arte amandi.

TANTAM *erat in speciem Pœnis digesta columnis*.] Scaliger è vet. lib. *Tota*. & è coniectura, *Species*. & exponit εἰς ἰδέας, quæ *visa* dixit & *figuras* eleg. 6. sup. Fortasse *Species* hic signa significat. vt Auson. *Viua tibi species vaccæ Myronis erit*. Signa sanè ponit in ea porticu. Ouid. eleg. 1. lib. 3. Trist. apud Ciceronem lib. 1. de Diuin. *Species Natta*, est statua. apud Lucretium vero *Species* est *εἶδος*, siue ὄψις, ipsa cernendi actio, vel sensus videndi & vultus ipse. Si *Tantam*, ponitur pro magnam & mirabilem. vt el. 3. & 11. lib. 1. *Tantum operis*. &, *Erat*, pro est. vt el. 29. sup.

His erat, hunc, &c. *In speciem*, erit ad armatum, vt Q. Cicero de Petit. Consul. *Ad speciem homines*. Gallicè, *Pour parade & monstre*. *Digesta*, distincta, & structa ordine. vt Ouid. t. Fast.

——*digesta per annum*. contra 1. Met.
——*rudis indigestaque moles*. Stat. 1.

Sylu. ad Claudiam vxorem eadem sententia:

Templaq. & innumeris spatia interstincta columnis.

Pœnis, pro, Punicis, vt eleg. 3. lib. 4.

——*quæ Pœnus tibi purpura fulgeat ostris*.

Significat autem columnas è marmore Nu-

midico quas Horat. oda 18. lib. 1. vocat *Columnas vltima recisas Africa.* Cato apud Festum in *Pauimenta, Pœnita pauimenta*, vocauit, marmore Numidico constrata. vnde Martial.

Marmore picta Nomas. Legendus Plin. cap. 1. lib. 35. & cap. 6. lib. 36. de eo marmore, qui M. Lepidum Catuli collegam in consulatu, primum eo vsum ait, & limina ex eo habuisse. Ouid. de his columnis eleg. 1. lib 3. Trist.

Ducor ad intonsi candida templa Dei,
Signa peregrinis vbi sunt alterna columnis
Belides & stricto stat ferus ense pater.

Idem 1. de arte amandi:

Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur
Porticus, hic socias tu quoque iunge moras.
Nec tibi de medijs aliquot transire columnas
Sit pudor, & lateri continuasse latus.

Legendus Vitruuius lib. 3. cap. 1. 2. & 3. de columnis ædium sacrarum & porticuum. Ipse eleg. prox. seq.

Scilicet vmbrosis sordet Pompeia columnis
Porticus. Mart. epig. 50. lib. 12.
Et tua centenis stat porticus alta columnis.

INTER *quas Danai femina turba senis.*] τὸ *Inter quas* Scaliger refert ad species, vt intelligat varia picturarum argumenta. An significat inter eas columnas fuisse, id est, in intercolumniis, vt vocat Vitruuius lib. 3. cap. 1. *Femina turba*, id est, multitudo feminarum, puellæ scilicet quinquaginta. & est nomen, pro, epitheto. *Femina*, pro, feminea. vt hic *Pœnis*, pro, Punicis. eleg. 28. sup. *Iona* pro Ionia. eleg. 2. lib. 3.

Phæacas syluas. eleg. 16. sup. *Cerauno*, pro, Ceraunio. Sic dicitur *Medum & Rhenum flumen.* & *Sol meridies*, & *Oceanum littus. Danai senis*, quippe cui quinquaginta filiæ. sic eleg. 28. sup.

Priami diruta regna senis.

Ouid. eleg. 2. lib. 2. Amor.

Hesterna vidi spatiantem luce puellam,
Illa, quæ Danai porticus agmen habet.

Pers. sat. 2. ——*nam fratres inter ahenos,*
Somnia pituita qui purgatissima mittunt,
Præcipui sunto, sitque illis aurea barba.

Interpres vetus Acron tradit quod in porticu Apollinis Palatini fuerunt Danaidum effigies, & contra eas sub diuo totidem equestres filiorum Ægisti. (leg. Ægypti) ex iis autem statuis quædam dicebantur postulantibus per somnum dare oracula.

HIC *equidem Phœbo visus mihi pulcrior ipso,*
Marmoreus, tacita carmen hiare lyra.] duplex schema & hyperbole, & *Pulcrior Phœbo*, & *Pulcrior seipso Phœbo.* Sic Ouid. 10. Met.

——*modo formosissimus infans;*
Iam iuuenis, iam vir, iam se formosior ipso.

De pulcritudine Phœbi, Tibull. eleg. 4. lib. 3. ab illis versibus:

Non illo quicquam formosius vlla priorum
Aetas, humanum nec videt, illud opus.

& Virg. 4. Æneid. ab eo versu:

Qualis vbi hybernam Lyciam, &c.

Genus autem sermonis, *Se pulcrior*, est à Græcis. Plato lib. 1. de legib. Τὸ νικᾶν αὐτὸν αὑτὸν πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ πάντων αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον. Sic Cic. ep. 13. lib. 14. ad

A Attic. *Te imitere oportet, tecum ipse certes. Marmoreus*, subauditur, licet vt eleg. 12. sup.

Hæc mea musa leuis gloria magna tua est.

& eleg. 5. sup.

Nec tibi connexos iratus (licet) *carpere crines.*

Visus hiare carmen, id est, hiscendo visus est velle canere. vt eleg. 3. lib. 3.

Tantum operis neruis hiscere posse meis.

& eleg. 15. lib. eiusd.

Capripedes calamo Panes hiante canent:

Apuleius lib. 2. Florid. vbi statuam Bathylli graphicè depingit. *Canticum videtur ore tereti, semhiantibus in conatu labellis, eliquare. Visus*, vt Q.
B Catul. apud Cic. 1. de Nat. Deor.

Mortalis visus pulcrior esse Deo.

ATQVE *aram circum steterant armenta Myronis,*
Quattuor artificis viuida signa boues.] *steterant armenta*, pro stabant circum aram, vel tanquam victimæ, vel quia olim pastor Apollo. Et est enallage numerorum *Armenta*, pro armentum vt eleg. 24. supra:

Lernaas pugnet ad hydras.

Armenta, inquit Seruius, *sunt equorum & boum; quod hæc animalia apta sint armis; vt scutis, coria boum; equi, bello. Greges capellarum & ouium, quamuis sæpe confundantur.* Isidor. cap. 1. lib. 12. *Quidam*, in-
C quit, *dicta putant armenta de bubus tantum quasi aramenta, ab arando.* Fest. *Armentum, id genus pecoris, quod est idoneum ad opus armorum; quæ & armenta ab Ennio dicuntur.* Pacuuius apud Nonium in *Armenta* genere femineo. *Tu cornifrontes pascere armentas soles.* vbi alias legitur *curuifrontes.* Pomponius l. *Boues.* 89. *De verb. sign. Boues magis armentorum, quam iumentorum generis sunt.* Callistratus Iuriscõsultus l. vlt. D. de Abigeis. Oues decem, ait, gregem facere; (in crimine abigeatus) & abigeum esse, qui vel vnum bouem abegerit, quo minus mirum est hic quatuor boues
D efficere armentum. De Myrone Plin. c. 8. l. 34. Floruisse eum Olympiade 84. idẽ ibid. Myronem Eleutheris natũ & ipsum Ageladis discipulum bucula maximè nobilitauit, celebratis versibus laudata, quando alieno plerique ingenio magis quam suo commendãtur. Legendus lib. 4. Anthologiæ Tit. εἰς ἀγάλματα ζώων. quæ epigrãmata Latina fecit Auson. ep. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. vnde Ouid. el. 1. lib. 4. de Ponto: *Vt similis vera vacca Myronis opus.* & 3. de arte amandi:

Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis,
Pondus iners quondam duraque massa fuit.

E Petron. *Myron qui pœne hominum animas ferarumq. ære comprahenderat, non inuenit hæredem.* Iuuenal. sat. 8. *Et cum Parrhasii tabulis, signisque Myronis.* Stat. 4. Sylu.

Hic tibi quæ docto multum vigilata Myroni
Aera. Idem 1. Sylu. In Tiburtino Manlij:
Quidquid & argento primum, vel in ære Myronis
Lusit, & enormes manus est experta colossos.

Artificis, peritissimi sculptoris. vt el. 2. lib. 4.

Tellus artifices ne terat osca manus.

Et Q. Cic. *Cotta in ambitione artifex.* vulgo *passé maistre. Viuida signa*, vt *spirantia æra.* Virg. 6. Æn. & *Viuos de marmore vultus*, dixit. Ipse *animosa signa* eleg. 7. lib. 3. Auson.

Viua tibi species, vacca Myronis erit.
Anacreon lib. 4. Anthol.
Βουκόλε τὰν ἀγέλαν πόῤῥω νέμε, μὴ τὸ μύρωνος
Βοΐδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς.
quod sic vertit Auson.
Pasce greges procul hinc, ne quaeso bubulce Myronis
Aes veluti spirans cum bubus exagites.
Viuida. Fest. *Viuatus, & viuidus à poetis dicuntur à vi magna*. Idem viuidissimus superlatiuus à viuido. plus est igitur viuidum, quam viuum. nam fessi aut ægroti viui, non viuidi. Virg. 12. Æneid. *Viuidus vmber*, id est, acerrimus, inquit Seruius & 10. Æneid. *Viuida bello Dextra viris. fortis*, inquit idem.

TVM *medium claro surgebat marmore templum.*] medium templum, pars templi media, vbi Diuûm simulacra, & quę operosius extructa erat. Virg. 3. Georg.
In medio mihi Cæsar erit templumque tenebit.
& 1. Æneid.
Tum foribus Diuæ media testudine templi
Sexta armis solioque altè subnixa resedit.
Apuleius lib. 11. *Me sacerdos deductū ad ipsius sacrarij penetralia*. mox. *in ipso ædis sacræ meditullio, ante Deæ simulacrum. Surgebat* vero marmore, est marmoreis gradibus attollebatur & conscendebatur. Virg. 1. Æneid.
Aerea cui gradibus surgebant limina.
nam hic limina interiora templi intelligo, vt 2. Æneid.
——cum limina vesta Seruantem.
Iuuenal. sat. 10.
——& sceptro volucrem quæ surgit eburno.
Ipse eleg. 11. lib. 3.
Iussit & imperio surgere Bactra caput.
Claro marmore, nitido, læui, fulgenti, candido. an *Pario* nam Ouid. eleg. 1. libr. 3. Trist. hac de re.
Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa Dei.
Candida, ob Parium marmor. Sed Scaliger legit *Claro* è coniectura, & refert, non ad marmore, sed ad templum carius. id est, templum id carius Phœbo, templo quod in Claro & in Delo habet. Plin. cap. 29. lib. 5. Clarij Apollinis templum commemorat. & Virg. 3. Æneid.
Qui tripodas Clarij lauros. vbi Seruius: *Clarij Apollinis templum in finibus Colophoniorum.*

ET *patria Phœbo carius Ortygia.*] id est, Acceptius templo quod est Deli, quæ ei solum natale, vnde Horat. oda 21. lib. 1. *Natalis Apollinis*, dicitur, De Ortygia. Virg. 3. Æneid.
Quod ubi delapsa Ortygiam dicturus Apollo est.
Rhenæam vocat Theocrit. in Encomio Prolomæi, vbi Delon esse ait Scholiastes. Seruius in illud 3. Æneid. *Sacra mari colitur media.* narrat fabulam de Asterie sorore Latonæ in coturnicem versa Apollodor. libr. 1. ab ea in ὄρτυγα. id est, coturnicem versa ait dictam vrbem Asteriam, mox Delon. Pausanias Eliacis Ortygiam insulam prope Syracusas commemorat. meminit etiam Ortygiæ Apollon. lib. 1. Higin. fabula 53. à Ioue irato quod sperneretur in ὄρτυγα ait versam Asteriam, & in mare abiectam, vnde insula Ortygia extiterit, quæ

A nunc Delos. vide eundem Fab. 149. Strabo lib. 10. Ortygiam primum, deinde Delon dictam ait. Idem lib. 14. Ortygiam, ait, fuisse Latonæ nutricem. Plin. cap. 12. lib. 4. Delon ait dictam etiam Ortygiam, & Cynthiam & Asteriam, & alijs nominibus.

AVRO *Solis erat supra fastigia currus.*] deest, *ex*, vt eleg. 17. lib. 3.
Ante fores templi crater Antistitis auro.
Virg. 2. Æneid.
Crateresque auro solidi, captiuaque vestis.
Solis currus describitur ab Ouid. 2. Met.
Aureus axis erat, temo aureus. &c.
B fastigijs vero templorum simulacra Deorum, curru vecta imponi solita. indicio est Festus in *Ratumena*, qui fictiles quadrigas ait fuisse in fastigio Capitolij. Cic. 1. de diuin. de Iouis simulacro conuerso ad occasum; & restituto ad ortum in summo Capitolij fastigio. Nonius *fastigia*, summas altitudines exponit. Festus, *fastigium ædificij summum*. Seru. in illud 2. Æn.
——& fastigia suspicit vrbis. Operis, inquit, *summitates*. & in 2. Æneid.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur. De imo fundus, de summo fastigium: quamuis fastigia & summæ & imæ partes, vt cœlum profundum. Cic. 3. Offic. *fastigium imponere operi absoluto.*
C

ET *valuæ Lybici nobile dentis opus.*] Ouid. 2. Met. de Solis regia:
Argenti bifores radiabant lumine valuæ.
Materiam superabat opus. nam Mulciber illic
Aequora cælarat. ergo illic, vt hic cælatæ valuæ. Sic Cicero 6. Verr. *Valuas templi Mineruæ Syracusis ex auro & ebore fuisse, ait, & in ijs valuis argumenta.* & Virg. 3. Georg.
In foribus pugnam ex auro, solidoque Elephantu
Gargaridum faciam. &c. vbi res ab Au-
D gusto gestas cælat in valuis templi sui. Sic & Ouid. 5. Fast. in forib. Martis vltoris plerasque describit historias. & eleg. 1. lib. 2. Trist.
Veneris in magni templum, tua numina, Martis,
Stat Venus vltori iuncta viro ante fores.
Nobile opus, egregiam artificis manum ostentantes valuæ. sic eleg. prox. seq.
Porticus aulæis nobilis Attalicis.
Lybicus denti, ebur ex dente elephanti Afri. nam hoc solum ebur est, vt ait Plin. cap. 3. lib. 8. at Pausan. in Eliacis negat esse dentes, & cornua esse prætendit. Catull. in Ariadna:
——Inde quod dente politum.
E id est, ebore.

ALTERA *deiectos Parnassi vertice Gallos.*] ipse eleg. 13. lib. 3. lucem adfert huic loco.
Torrida sacrilegum testantur limina Brennum,
Dum petit intonsi Pythia regna Dei.
At mons laurigero concussus vertice, diras
Gallica Parnassi sparsit in arma niues.
Pausan. in Atticis: Gallos cum in Græciam irrupissent, ait, Delphos ad diripienda Delphici templi donaria se contulisse, incolas ijs occurrisse, ac tum crebra de cœlo fulmina, & diuinitus ac sponte auulsa de Parnasso saxa Gallorum aciem perculisse; magnam tamen eorum partem in Asiam traiecisse. *Parnassus*, mons

Phocidis, cuius duo vertices, Helicon & Citheron: vide Ouid.1. Met. Plin. cap.3. libr.4. Strabo, libr.8. Iustin. lib.24. vbi describitur.

ALTERA *mœrebat funera Tantalidos.*] vide eleg.20. sup. vers.7. & adnotata. *funera*, liberos mortuos, vt eleg.1. lib.4.

Fatales pueri duo funera matris auaræ.

Tantalidos Niobes. Ipsa de se apud Ouid.1. Met. ——*mihi Tantalus auctor,*

Cui licuit soli superorum tangere mensas.

DEINDE *inter matrem Deus ipse, interque sororem*
Pythius in longa carmina veste sonat.]

Apollo medius stabat, id est honoratissimo loco, vtpote in suo templo, qua de re dictum eleg.28. vers.30. addam exemplum huic aptum loco apud Sueton. in Caligula. cap.22. *Consistens sæpe inter fratres Deos, medium se adorandum adeuntibus exhibebat.* & Ouid. eleg.19. lib.2. Amor.

Non ego, si medius Polluce & Castore ponar,
In cœli sine te parte fuisse velim.

Pythius Deus dictus à Pythone serpente interfecto Ouid.1. Met. vel ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι. id est, consulendo & interrogando. vide Macrob. cap.20. lib.1. Saturn. *In longa veste.* Sic Ouid.6. Fast. ——*& vt hunc tibicina cœtum*

Augeat, in longis vestibus ire iubet.

Virg.6. Æneid.

Nec non Threïcius longa cum veste sacerdos.

Ouid. eleg.8. lib.1. Amor. ei pallam tribuit:

Ipse Deus vatum, palla spectabilis aurea,
Tractat inaurata consona fila lyræ.

Tibull. eleg.4. lib.3.

Ima videbatur talis illudere palla,
Namque hæc in nitido corpore vestis erat.

Cornificius 4. ad Herennium in exemplis similitudinis, *Vt Citharœdus cum prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus.* &c. vide Apul. Florid. 2. in descriptione Bathylli Citharœdi. & Ouid. 11. Met. in fabula Mydæ, vbi cantor Phœbus describitur. Varro autem cap.13. libr.3. de re rust. Stolam Orpheo tribuit. *Sonat carmina.* & ore ipso & plectro simul. Horat. oda 9. epod.

Sonante mixtum tibijs carmen lyra.

Sic dixit Mart. ep.33. lib.9.

Poscentem nummos & grandia verba sonantem.

AD ELEGIAM XXXII.

Ad Cynthiam.

QVI *videt, is peccat, qui non te viderit, ergo*
Non cupiet: facti crimina lumen habet.]

Quo hæc pertinent? vt doceat Cynthiam quærere stupri occasionem cœtus celebrando. *Qui videt is peccat.* Sic Petron. *Et qui sollicitat nuptas, ad præmia peccat.* Horat. sat.2. lib.1.

——*quid inter*

Est in matrona, ancilla, peccesue togata.

vide plura exempla notata ad eleg.6. sup. vers. 40. *Qui non te viderit ergo Non cupiet.* Cupido enim ab oculis & Amor. *Et ignoti nulla Cupido.* sic Ouid.

Pan videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.

Virg. *Vt vidi, vt perij.* vide Ouid.3. Met. in Fab. Narcissi, & Aristotelem 9. Ethic. cap.5.

A Est autem hic argumentatio tacita ab ijs quæ sunt orta de causis: Sublata causa, tollitur quod è causa gignitur. *Facti crimina lumen habet.* causam culpamque facti oculi sustinent. qui *duces in amore* vt dixit ipse eleg.15. sup. vers.12. vbi vide adnotata. duplex hic enallage numerorum. *Crimina*, pro crimen, & *lumen*, pro lumina, crimina, vt eleg 28. sup. vers.3. & *crimen*, pro causa. Virg.12. Æneid.

Se causam clamat, crimenque caputque malorum.

vbi ter idem dixit. *habere crimina*, vt eleg.25. sup. *habere inuidiam. Lumen*, vt apud Lucan.

——*quis sicco lumine campos*

B *Viderit Æmathios?*

NAM *quid Prænestis dubias ô Cynthia, sortes?*] dictum vt eleg.4. sup.

Nam cui non ego sum fallaci cognita vati?

& est irascentis, pro Quid autem vel curnam adis sortes, &c. *Dubiæ sortes*, vt *dubio noto* eleg.5. sup. Cic.2. de diuin. *Quid in his* (sortibus) *potest esse certi, quæ fortunæ monitu, pueri manu miscentur atque ducuntur.* Idem 2. de diuin. Numerium Prænestinum iussum, ait, in somnis silicem cædere, vnde sortes eruperint in robore insculptæ priscarum litterarum notis: easque sortes ex arca oleagina fortunæ monitu tolli, C pueri manu. refertque iocum Carneadis. *Nusquam se fortunatiorem quam Præneste vidisse fortunam.* Sueton. in Tiberio cap.63. Vicina vrbi oracula etiam disijcere conatus est; sed maiestate Prænestinarum sortium territus destitit, cum obsignatas deuectasque Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum. Sortes Antiatinas idem Sueton. meminit in Caligula; nam & Antij colebatur fortuna. Præneste opidum Latij dictum, vt Festus, quod is locus vbi conditum, mōtibus præstet. Alij à Prænestino conditore, vt Stephanus, alij ἀπὸ τῶν πρίνων, quod Ilicibus is locis abun-D det. de Præneste multa Strab. lib.5. Plin. cap.5. lib.3. Lamprid. in Alexandro Seuero. & Seruius in Virg.

QVID *petis Æœi mœnia Telegoni?*] id est. Cur visis Tusculum oppidum Latij? sic el.30. sup.

Et petere Hircani littora nota maris. Horat. oda 1. epod. Tusculum vocat, *Circæa mœnia.* & oda 29. libr.3. *Telegoni iuga parricidæ.* Ouid.3. Fast.

Factaque Telegoni mœnia celsa manu. & lib.4.

Et iam Telegoni, iam mœnia Tiburis vdi
Stabant, Argolicæ quæ posuere manus.

Fest. in Maniliorum, dictos ait à Manilia Te-E legoni filia, quam Tusculi procreauerat, cum id oppidum condidisset. Eustat. in lib.11. Odyss. Conficta ait, quæ dicuntur de Telegono Vlyssis & Circes filio à recentioribus poëtis, ab eo imprudente cum in Ithacam venisset, patrem quærens, admissum esse parricidium. Stat.1. Sylu. in Tiburtino Manlij:

Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
Iugera.

Æœi, Circæi: nam Telegonus Circes filius vt ostendi ex Eustathio loco prænotato. Insula vbi habitabat Circe dicebatur αἰαίη. Homer. lib.10. Odyss. & lib.9. Odyss. αἰαίη Κίρκη. Virg.

3. Æneid. *Acaæque insula Circes.* Idem Homer. lib. 12. Odyss. Æxam insulam facit Auroræ domicilium. sic Apollon. libr. 3. αἰαίην νῆσον dicitur, quod Circe erat soror patris Medeæ Aeetæ. Plutarch. in vita Homeri Æxam dictam ait ἀπὸ τοῦ αἰάζειν, quod homines mortis causa lugeant. Seru. in illud 7. Æneid.

Proxima Circeæ raduntur littora terræ.

Mons iste, inquit, antea insula, dictus Æxus ab horrore transeuntium, quo homines mutabantur in feras.

Cvrve *te in Herculeum deportant esseda Tybur?*] Sic Fab. decl. 333. *In Athenas misit.* Plaut. Milite. sc. 1. act. 2. *In Ephesum auehit.* & sc. 4. act. 2. & in Curcul. sc. 3. act. 2. *In Epidauro.* & in Pseudolo sc. 4. act. 2. *In Sicyonem abduxit.* vnde Cic. temere sudat in ep. 3. lib. 7. ad Attic. *esseda,* dixi ad eleg. 1. sup. vers. 76. *Deportarent*, idem quod simplex portarent vt apud Cic. ad Attic. & Plaut. non semel. alias est maritimæ traiectionis vel exsilij. *Tibur*, vulgo *Tiuoli.* Plin. cap. vlt. libr. 16. ait Tibur antiquius Roma. Herculeum autem dicitur, quia Herculi sacrum Strabo lib. 5. Herculeum quoque vocat, vbi has vrbes coniungit, Præneste, Tusculum, & Tibur, vt hîc Propertius. Τίβουρα μὲν ἧ τὸ Ἡράκλειον. Martial. epig. 142. lib. 1.

Tibur in Herculeum migrauit nigra Lycoris,
Omnia cum fieri candida credit ibi.

In Catalectis: *Gades Herculis, humidumque Tibur.* Sueton. in Calig. cap. 8. vbi Getulicus mentitè dicit Caligulam Tiburi genitum, vt ad laudes gloriosi principis aliquid etiam ex vrbe Herculi sacra sumeret. Tiburi vetus inscriptio apud Aldum de Orthographia; *Herculi Tiburti.*

Appia *cur toties te via ducit anum?*] Ducit via cum eam sequimur, de quo sermone eleg. 1. sup. vers. 75. *Ducit te anum*, cum iam defluxerit flos ætatis, quod Horatius ait,

Fis anus, & tamen vis formosa videri.

De viæ Appiæ celebritate Stat.

Appia longarum teritur regina viarum.

ipse eleg. 8. lib. 4. de Cynthia:

Appia dic quæso quantum te teste triumphum
Egerit, effusis per tua saxa rotis.

eius viæ identidem meminit Horat. dicta est quod Appius Cæcus eam munierit. Cicero pro Milone, & pro M. Cælio. & T. Liuius lib. 9. Oppida, quæ in Appia via erant, commemorat Strabo. lib. 5. lucem huic loco præbant ea quæ adnotata ad illud eleg. 23. sup.

Cui sæpe immundo sacra conteritur via socco.

Hoc *vtinam spatiere loco, quocumque vagaris Cynthia, sed tibi me credere turba vetat.*]

Vtinam, inquit, Romæ tantum vaga sis, credam te esse probam; sed non licet credere, quia vulgus te videt vagari & ire Tusculum, Tibur, Ariciam specie religionis. hoc est quod dixit eleg. 18. sup.

Credam ego narranti noli committere famæ,
Et terram rumor transilit & maria.

Quocunque vagaris, vbicunque vagæ puellæ more huc illuc te confers. *quocunque*, pro vbicunque, vt eleg. 15. lib. 1.

Sis quocunque voles, non aliena tamen.

A Alij libri habent *Quodcunque vacabis.* id est quidquid temporis eris otiosa & vacua. an *vacabis*, sola eris, vt eleg. 9. sup.

At tu non vna potuisti nocte vacare.

Sic Cicero pro Deiotaro. *Deiotarus quidquid à bellis Pop. Rom. vacabat, cum hominibus nostris res, rationesque iungebat.* vt hic *quodcunque* sit quidquid, vt eleg. 1. sup.

Seu quidquid fecit, siue est quodcunque locuta.

Sanè, *vagaris*, conuenit cum verbo, *Spatiere*, quia *spatiatorem* pro erratore posuit Cato. Festus. ego legendum puto, *quodcumque vagabis.* vaga-
B re enim pro vagari dici docet Nonius. facilis lapsus, vacabis, vagabis. & vagari, siue vagare impudicarum est.

Cvm *videt accensis deuotam currere tædis In nemus & Triuiæ lumina ferre Deæ.*]

Votiuam Plaut. in Asin. vocat, quam hic *deuotam.* Ouid. *voti potentem.* in Fast. agens de sacris Aricinæ Dianæ.

Sæpe potens voti frontem redimita corollis
Femina lucentes portat ab vrbe faces.

vbi & *lucentes faces*, vt hic *accensis tædis.* Ipse eleg. 10. lib. 4.

Maxima quæ gregibus deuota est ara repertis.

id est vota & sacrata & dicata. *deuouere* vt dedi-
C care Deuotum, inquit Nonius, ad prosperum tantum vsos trahit. sed non confirmat exemplis. Horat. oda 23. lib. 3.

Nam quæ niuali, pascitur Algido
Deuota (id est votiua) *quercus inter & Ilices,*
Aut crescit Albanis in hortis
Victima. hinc *Deuota virgo* in parentalibus Ausonij: ibidem.

Creuit deuota virginitatis amor.

Exstat libellus D. Ambrosij ad virginem deuotam. & in mortis Probi *V. D. Virgo deuota*, vel *vir deuotus.* Sueton. in Cæsare cap. 67. *Deuotissimos sibi milites reddidit. In nemus.* De hoc Stat. 4. Sylu. ad Marcellum:

Hos Præneste sacrum: nemus hos glaciale Dianæ:
D *Algidus aut horrens; aut Tuscula protegit vmbra.*

Ciceron. ep. 4. lib. 15. ad Attic. *Ecce autem de transuerso L. Cæsar, vt veniam ad se rogat in Nemus, aut scribam, quo se venire velim.* Strabo libr. 5. Τὸ δὲ ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τῆς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ ἀρτεμίσιον τὸ ἱερόν. citat Turneb. cap. 20. lib. 24. Ouid. 1. de arte amandi.

Ecce suburbanæ templum nemorale Dianæ.

vide plura de Nemorensi Diana eleg. 22. libr. 3.

Triuiæ Deæ. Varro 6. de ling. Lat. Triuia Diana ab eo dicta quod in triuio ponitur fere in
E oppidis Græcis; vel quod Luna dicitur esse quæ in cœlo tribus vijs mouetur in altitudinem, latitudinem, & longitudinem. Græci τριόδιτιν & τριοδῖτιν vocant, vt ait Interpres Theocriti, qui Hecatem ait Iouis & Pheteæ Æoli filiæ fuisse filiam, quæ in triuijs à matre abiecta, & à Pheretis pastoribus educata, inde nomen traxit & cultum. alij à triplici eius mutatione & triplici figura lunæ. vide Lilium Gyraldum, vbi plura. *Ferre lumina.* vt Ouid loco prænotato, *Portare faces.* Stat. 3. Sylu. in Hercole Surrentino:

Iamque dies aderat profugis cum regibus aptum

Fumat Aricinum Triuia nemus; & face multa
Conscius Hippolyti splendet lacus. ipsa coronat
Emeritos Diana canes.

Scilicet *vmbrosis sordet Pompeia columnis Porticus aulæis nobilis Attalicis.*] Id est, parum amœna tibi videtur, habetur vilis & spernitur. Virg. ecl. 2.

Quoniam sordent tibi munera nostra. Catull.

Sordebant tibi villica. id est, parum formosæ videbantur. Cic. in Pisonem: *Cui sordebat Macedonia Prouincia.* Plin. cap. 10. libr. 35. *Sordebat ille suis, vt plerumque domestica.* De Porticu Pompeia Ouid. lib. 1. de arte am.

Tu modo Pompeia lentus spatiare sub vmbra
Cum sol Herculei terga leonis adit.

& 3. de arte am.

At licet & prodest Pompeias ire per vmbras
Virgineis æthereo cum caput ardet equis.

Ipse eleg. 9. lib. 4.

Tu neque Pompeia spatiabere cultus in vmbra.

Mart. ep. 14. lib. 2.

Illinc Pompeij dona nemusque duplex.

Cornel. Fronto: *Pompeÿ porticus, si possidet: Pompeia, si publicauit, Pompeiana si in alterius dominationem venit. Vmbrosis columnis*, quæ vmbra platanorum opacatur Horat. epist. 10. lib. 1.

Nempe inter varias nutritur sylua columnas.

Nobilis aulæis, insignis & valde ornata. *Aulæa*, inquit Isidor. cap. 26. lib. 19. *Vela picta & grandia, quia in aula Attali inuenta*, ex Seruio in 3. Georg. *Tollant aulæa Britanni*, & in 1. Æneid.

Cum venit aulæis. &c. vbi addit ex Varrone, vela eiusmodi suspendi solita ad arcendum puluerem. Nonius in *Aulæa*, genus vestis peregrinum exponit. Item tanquam paludamentum barbariei habitus militaris. nugatur in posteriore; & Varronis locus, quem profert ex 3. lib. de vita Pop. Rom. corruptus est. *Quod ex hereditate Attalica aulæa chlamydes pallæ aureæ.* lege. *Quod ex hereditate Attali, Attalica aulæa, chlamydes.* &c.

Et *creber pariter platanis surgentibus ordo.*] Sic *densam feriem*, de vitibus in pingui solo, dixit Virgil. 2. Georg. De ordinibus arborum, Idem 2. Georg.

Indulge ordinibus, nec secius omnis ad vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.

versum expellat 4. Georg.

Ille etiam seras in versum distulit vlmos.

Legend. Plin. cap. 12. lib. 17. de interuallis plantandarum arborum. *Pariter surgentibus*, quia eodem tempore & simul satæ, pariter quoque surgebant; *pariter*, ambiguè & vnà, & eadem altitudine, vt eleg. 12. sup.

Seu here mi multas pariter placuisse puellas.

sic ambiguè *surgentibus*, vel adhuc crescentibus vt eleg. 2. lib. 1.

Surgat & in solis formosius arbutus antris.

vel iam adultis & excelsis, vt eleg. sup.

Surgebat marmore templum. Platanus. de his Plin. cap. 1. lib. 12. Horat. oda 15. lib. 2.

Platanusque cælebs. & oda 11. eiusd. lib.

Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu. Platanus æstate excludit solem, hyeme admittit. P. Victor in Reg. 13. *Platanona*

A commemorat in Auentino.

Flumina *sopito quaque Marone cadunt.*] & sordent aquæ per tubos ductæ ad irrigandas platanos. *Flumen*, pro aqua fluente, quod & Gallus Ælius obseruat apud Festum in *Torrens.* Varro 4. de ling. Lat. Flumen quod fluit, vnde in lege prædiorum vrbanorum Stillicidia flumina vt ita fluant cadantque. Plin. tamen cap. 15. lib. 3. septem amnes corriuatos in vrbem à M. Agrippa scribit. *Sopito Marone.* Turneb. cap. 26. lib. 7. Opinor, inquit, in aquæductu, qua saliebat aqua fuisse statuam Maronis, siue ille

B poëta fuerit, siue Maro Homericus (Odyss. 9. Sacerdos est, qui vinum Vlyssi dedit quod Maroneum vocat) eo habitu positam, vt susurro eius aquæ sopitus videretur. Imo statuam Maronis optimi vinitoris, comitis expeditionum Osiridis, quem ætate prouectum in Thracia reliquit, vt ait Diodor. (lib. 1.) hæc ille. placet hæc opinio, quia à Nymphis educatus Bacchus, & *Naiada Bacchus amat.* vt ait Tibull. de hoc Marone Bacchi educatore Fulgentius in Dionysus. Beroaldus hic delirat.

Et *leuiter Nymphis tota crepitantibus vrbe.*]

C *Nymphæ*, aut Nympharum simulacra aquam ore, vel mammis emittentia: vel *Nymphæ*, pro aquis. vt Virg. 1. Æneid.

Dant famuli manibus Nymphas. Crepitare Nymphas, dixit, vt Horat. oda 16. epod.

Leuis crepante lympha desilit pede. & *leuiter crepitantibus*, quia & crepitus grauior, vt grandinis & fulminis.

Cum *subito Triton ore recondit aquam.*] Turneb. cap. 26. lib. 7. Quadam in vrbis parte Triton magnam aquæ copiam ore profundens, epitomijs versis cum aquam recondiderat, & fundere destiterat; illa mutato flexoque cursu,

D magno impetu, crepitans ad porticum Pompeij tendebat per tubos, qua sopiti erat statua Maronis, & tanta cadebat mole, vt cum leniter in reliqua vrbe aqua susurraret, illic flumen videretur iustum esse. hæc ille. Scaliger, *Recondit*, contrarium esse ait τῷ condit, vt recludo, resero. De Tritone Plin. cap. 5. libr. 36. & cap. 5. lib. 9. Ouid. 1. Met. vbi signum aquis dat immittendis vel reuocandis. Virg.

Frons hominem præfert, in Pristin desinit aluus.

Quæ de Marone, de Tritone, de Nymphis credibile est fuisse signa à M. Agrippa imposita. Plin. cap. 15. lib. 36. Agrippa in ædilitate sua,

E adiecta Virgine aqua, ceteris corriuatis, atque emendatis, lacus septingentos fecit. Præterea salientes centum quinque: castella centum triginta; complura etiam cultu magnifica. operibus iis signa trecenta ærea, aut marmorea imposuit. &c. ergo in ijs signis & hæc fuerunt.

Falleris, *ista tui furtum via monstrat amoris.*] id est amorem tuum furtiuum arguit, quod is & redis & vagatis, & quæris latebras. *Ista via*, iter, profectio, vt eleg. 8. lib. 1.

Sit Galatea tua non aliena via. vel *Ista via*, Appia de qua supra.

Non *vrbem, demens, lumina nostra fugis.*] id est, fugis oculos meos, & conspectum: times

ne te obseruem. Sic Plaut. Capt. sc. 4. act. 3. *Quid istuc est quod meos te dicam sic fugitare oculos Tyndare.* Cic. ep. 1. libr. 9. fam. *Oculos hominum vitemus; si linguas minus facile possumus.* & 3. Offic. *Fugere conspectum sceleratorum.* Q. Cicero: *Andromede aufugiens conspectum mœsta parentis.*

NIL *agis: insidias in me componis inanes.*] id est, Ludis operam, dolos mihi struis, non dolos, quia astu non coluntur. *Nil agis*, sic Græcis οὐδὲν ποιεῖς. vide prouerbium *Nil agere.* vnde illud Attilij: *Satius esse otiosum esse, quam nihil agere.* Componis insidias, vt eleg. 9. sup.

Verba & componere fraudes. *Inanes*, quæ vim nullam habent. vt eleg. 16. sup. *Fremitus inanis.*

TENDIS *iners docto retia nota mihi.*] Sic Pacuuius apud Festum in *Nequitum*: *Sed cum contendi nequitum vi, clam tenenda est plaga.* Mart. ep. 47. lib. 12.

Subdola famosa, moneo, fuge retia mœcha.

Ouid. in ep. Acontij:

Vt partem effugias, non omnia retia falles,
Quæ tibi quam credis plura tetendit amor.

& in ep. Cydippes:

Si mihi lingua foret, tu nostra iustius ira,
Qui mihi tendebas retia, dignus eras.

& eleg. 8. lib. 1. Amor.

Parcius exigito pretium, dum retia tendis,
Ne fugiant; captos legibus vre tuis.

Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Iam mihi tenduntur casses: iam Delia furtim
Nescio quem tacita callida nocte souet.

Horat. oda 2. epod. propriè; *Rara tendit retia*
Turdis edacibus dolos.

τὸ *Iners*, refertur ad *Nil agis*, vt eleg. 8. lib. 1.

Et sit iners tardis nauita vergilijs.

vt ars pro dolo, sic inertia contraria calliditati. Terent. Andr. sc. 5. act. 3. *Quandoquidem iam iners, tam nullius consilij sum.* id est, tam stultus. Festus, *Iners, ignauus, vel sine arte.* *Iners*, stolidus, vnde Horat. *terram inertem*, quæ ab eodem dicitur *Bruta tellus.* *Docto*, vafro, callido, vt eleg. 5. lib. 4.

Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem.

Nota, manifesta, ideoque vitatu facillima; nam ars si latet, prodest, contra nil agit.

SED *de me minus est: famæ iactura pudicæ*
Tanta tibi miseræ quanta mereris erit.]

Ellipsis de me, inquit, minus, laborandum est. vel minus curo, minus damni est. *De me* vt apud Mart. ep. 75. lib. 1. *De nobis facile est.* Non dissimile illud Ouidij in ep. Acontij.

Non agitur de me: cura maiore laboro.
Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ.

Famæ iactura pudicæ, amissio honestæ existimationis. Corn. Fronto: Dispendium docet esse ponderis, damnom deminutionis, detrimentum vsus, iacturam oneris, quod è naue iacitur. proprie ergo ipse eleg. 5. lib. 1.

Paulatim sociûm iacturam fecit Vlysses.

id est amisit in mari. Cicero pro Plancio: *Dignitatis iacturam facere.* *Labem famæ* vocat eleg. 8. lib. 4. Ouid. 9. Met.

Hîc tamen ablati domuit iactura decoris.

de hac iactura famæ eleg. 16. lib. 1.

Non tamen illa suæ reuocatur parcere famæ.

A & elegia 5. sup.

Quamuis contemnas murmura famæ.

Miseræ, merenti. proprie: nam vere miseri, quos sua culpa tales reddit. sic eleg. 28. sup.

Hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas.

Quanta mereris, vt digna es; pro culpæ tuæ modo. & est nominatiuus, pro accusatiuo, vt notaui ad eleg. 9. sup. vers. 7.

NVPER *enim de te nostras me lædit ad aures*
Rumor, & in tota non bonus vrbe fuit.]

Donat. in Andr. Aduerbia temporis aut certa sunt, vt hodie, cras: aut incerta, vt dudum, nuper. ergo hic dixit *Lædit* de præsenti tem-
B pore, pro nunc. An *nuper* nomen est, vt Plaut. Capt. *hominem nuperum & nouitium* dixit, vt sic *Nuper rumor lædit.* id est, nouus. Sic apud Terent. ἑαυτ. *Nuper notitia admodum est.* An *lædit* præterito tempore, vt apud Varr. de re rust. *discedimus*, pro discessimus. & *accedisse villam.* pro, accessisse, & *accederat* pro accesserat. l. vlt. de acq. her. *decederit* pro decesserit l. 27. de leg. 3. *Tollisse*, pro sustulisse l. 13. de acceptil. & *tergit*, pro, tersit eleg. 8. lib. 4. *Rumor ad aures.* tribuit nomini casum verbi, & id est quid, dicitur *ad aures* eleg. 20. sup. vt

C *Carmina Ad caput Priami vera.* eleg. 1. libr. 4. An *rumor ad aures*, vt pueri ad cyathum, ad manum, ad pedes. An *lædit ad aures.* id est leuiter aures perstringit. Rumor lædit, vt apud Catull.

Lædit te quædam mala fabula. *rumor non-bonus*, qui malus eleg. 13. lib. 1. sic eleg. 23. lib. 3.

Non bona de nobis crimina ficta iacis. Catull.
Non bona dicta. Terent. in prologo Eunuch.
Ex Græcis bonis latinas fecit non bonas.

In tota vrbe, vt el. 5. sup.

Hoc verum est tota te ferri Cynthia Roma.

vbi vide adnotata. enallage vero numerorum est *nostras me*, vt eleg. 15. sup.

D *Quam possim nostros alio transferre calores.*

SED *tu non debes inimicæ credere linguæ.*] id est, non debes vera esse potare, quæ mali & inuidi loquuntur. nam maleuoli ista fingunt. An seipsum alloquitur. Sed tu, ô Properti. *lingua inimica*, vt Virg. *mala lingua*: accipitur vero pro sermonibus hominum. Liuius lib. 33. *Si linguas Aetolorum retundere vellent.* id est, reprimere sermones. Scaliger legit: *Sed te non debes.* &c. vt supra. *Narranti noli committere famæ.*

SEMPER *formosis fabula pœna fuit.*] id est, pœnæ loco datum vt sermonibus & rumoribus earum fama differatur. τὸ *semper* sæpe ion-
E gitur cum *formosis.* vt eleg. 16. & 28. sup. formosæ cum sint leues, & *Lis sit cum forma magna Pudicitiæ*, vulgus te quod forma sis parum pudicam esse dictitat. *Fabula pœna*, pœnæ loco. vt eleg. 13. lib. 1.

Hæc erit illarum contempti pœna doloris.

Fabula, vt el. 24. sup. *Iam toto fabula libro.*

NON *tua deprenso damnata est fama veneno.*] non tu famam & existimationem admisisti conuicta & damnata veneficij, quod iudicium & turpe & capitale est. *Damnata fama*, vt el. 7. lib. 4. *Dicet damnatas ignea testa manus.* Sic Cicero pro Milone: *Non fuisse fas vllo in loco potius mortem eius lacerari, quam in quo vita esset damnata.*

Venefici autem infames maximè. Cicero initio pro M. Cęlio. *Deprenso veneno, reperto & probato, vt negare non posses.* Cic. in Bruto: *Eum sibi venenum parauisse, idque à se esse deprensum.* & pro Cluentio: *Accusatio manifesta veneni deprehensione conclusa.* vt homo ita & res deprehendi dicitur. & *Deprahensa* genus animaduersionis militaris apud Festum. deprǽhẽsi veneni insigne exemplum apud Liuium libr. 8. quod matronæ coquebant, vnde publicè pestis. Callistratus Iurisconsultus l. *capitalium. 28. §. venenarij*, eius criminis pœnam ait esse capitalem, vel si dignitas obstat, deportationem. sed citra iudicium, opinione hominum fama tua damnata non est, quod apud te repertum malum venenum.

TESTIS *eris puras, Phœbe, videre manus.*] Testatur solem rerum humanarum arbitrum. vt Virg. 12. Æneid. Idem 4. Æneid.

Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras,

Homer. Iliad. γ. & Odyss. λ.

Ἠέλιος θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

& Iliad. ξ.

Οὗτε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι.

Puras manus, vt Ouid. eleg. 12. lib. 1. Amor.

Illum etiam qui vos ex arbore vertit in vsum
Conuincam puras non habuisse manus.

Apuleius lib. 4. florid. *In maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur. cruenta mente, pura manu.* aliæ sunt *puræ manus.* Tibullo in sacris, Virgilio *piæ*, id est lotæ.

SIN *autem longo nox vna aut altera lusu*
Consumpta est, non me crimina parua mouent.

Sic dixit eleg. 24. sup.

Vna aut altera nox nondum est in amore peracta.

vide adnotata ad eleg. 6. sup. vers. 4.

Lusus, quia fit longissime ab vsu. Fab. cap. 10. lib. 1. vbi male *ludus. Non me crimina parua mouent.* vide adnotata ad eleg. 30. vers. 24. & 32.

TYNDARIS *externo patriam mutauit amore.*] Apud Euripid. in Troiad. act. 4. Helena aduersus Menelaum & Hecubam suam causam agit. & ab Ouidio 2. de arte am. crimine soluitur. *Mutare patriam amore externo*, est patriam illi postponere. nam quartus casus rem relictam significat, sextus rem cariorem. sic eleg. 20. libr. 3.

Durus qui lucro potuit mutare puellam.

qui enim mutat, mauult quod alterius est, quam suum. Virg. 1. Georg.

Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

Sallust. *Nemo nisi victor pace bellum mutauit.* Horat. ep. 7. lib. 1. ——— *nec*

Otia diuitiis Arabum liberrima muto.

& alibi sæpe. contra Ouid. 3. Fast.

Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum.

pro mutarat Baccho Thesea.

ET *sine decreto est viua reducta domum.*] falsum hoc ex Euripide in Troiadibus act. 4. vbi quærit è viro Menelao quid Græci de scipsa statuerint suis sententiis, respondet Menelaus, non actum cum illa summo iure, sed sibi viro permissam in illam vitæ & necis potestatem. ductum autem hoc ex iure Romano. siquidem qui se in aliam ciuitatem contulerant, amitte-

A bant ciuitatem Rom. quod nemo duarum ciuitatum ciuis iure Romano esse poterat. Cicero pro Cœlio & Cornelio Balbo. Ergo Helena cum Troiæ esset, amiserat ius ciuitatis suæ. Itaque vt restitueretur, opus erat decreto & lege populi. vt decreto reductus Demosthenes, reductus Cicero. *Decernere*, inquit Donatus, *est magnis de rebus certam proferre sententiam.* decernit senatus, Iudex, prætor, cum causa cognita aliquid statuit. populus iubet. hic igitur decreti nomine abutitur, pro lege: nam lege reducitur exsul. vel decretum exercitus intelligit, & Imperatorum, vt sæpe apud Ciceronem

B *decreta Imperatorum. Viua reducta domum*, id est, Spartam incolumis rediit, Virg. 2. Æneid. hac de re.

Scilicet hæc Spartam incolumis patriasque Mycenas
Aspiciet, partoque ibit regina triumpho,
Coniugiumque domumque, patrem natosque videbit.

Viua dixit quia & mortui quodammodo reducuntur ab exsilio, cum, vt referantur eorum ossa, conceditur. Ouid.

Ossa tamen facito parua referantur in vrna:
Sic ego non etiam mortuus exsul ero.

Reducta, reuecta, vel reuocata, proprium exsulibus verbum cum restituuntur. Cic. 7. Ver-

C rina. *Vincti soluuntur, exsules reducuntur*, quod & in 1. Philipp. dicitur *Reduci de exsilio.* & pro Milone: *Me reducem esse voluistis*; mox, *restitutum. Reuehere domum* Horatius dixit, sed sine exsilio.

IPSA *Venus quamuis corrupta libidine Martis*
Nec minus in cælo semper honesta fuit.]

Fabula est apud Ouid. 2. de arte am. eleg. 1. lib. 2. Trist. & 4. Met. in fabula Clytiæ. Stat. 7. Thebaid. Higin. Fab. 148. tangit Virg. 4. Georg.

Vulcani, Martisque dolos ac dulcia furta.

Apud Pausan. in Eliacis Martis signum est Venerem abducentis. Plutarch. in Homeri vita Mythologiam aperit de elementorum con-

D cordia & discordia. quam indicat Sol, Vulcanus vincit, soluit Neptunus. vide Phurnutum & Fulgentium. *Corrupta*, adulterata, Cato apud Gell. *Vxor te, si adulterares digito non auderet contingere.* Sueton. in Augusto cap. 67. sic dixit, *adulterare matronas*, quod hic *corrumpere*, de quo verbo vide adnotata ad eleg. 6. sup. vers. 26.

Libidine Martis, à Marte libidinoso. vt eleg. 7. lib. 4. Stuprum Clytemnestræ. *Nec-minus*, vt *nec-manifestum* in 12. tab. *nec-recte* apud Fest. in *Nec.* aliud *nec-minus* eleg. 3. libr. 1. pro Atque etiam. *Minus honesta*, id est, non ideo turpior habita: nullam tamen honestatis & existima-

E tionis partem amisit. *honesta* & ad animum, & ad corpus refertur, vt est dignitas formæ & dignitas fortunę. ergo vtroque modo honesta Venus, & pulchra & honorata.

QVAMVIS *Ida Parin pastorem dicat amasse,*
Atque inter pecudes accubuisse Deam.]

MONTI Phrygiæ vt conscio & sermonem & testimonium defert, vt eleg. 20. lib. 1.

Dixerit Ascanius. In Ida Parin expositum & educatum scribit Euripides Iphigen. in Aulide. De Oenone & Paride legenda Ouidij epistola Oenones ad Paridem, & Sabini Paridis ad Oenonem. Apollodorus libr. 3. Oenonen

Cebræ-

Cebrænis amnis filiam nupsisse Paridi ait, & produxisse cladem è raptu Helenæ, quia Philoctetа ictus cum ad Oenoneo opem petiisset, non impetrauit, & occubuit, illa mox pœnitentia ducta sibi laqueo vitam finiuit. *Inter pecudes*, vt Euripid. loco prædicto ἀμφὶ βοῶν βοτῆρα τραφέντ' Ἀλέξανδρον ἀμφὶ λευκὸν ὕδωρ.

HOC *& Hamadryadum spectauit turba sororum.*] hamadryades posuit pro, Naiadibus, si sorores Oenones intelligit, vt eleg. 20. lib. 1.

Ab dolor ibat Hylas, ibat ἁμαδρυάσιν.

Sed & potest intelligi turba sororum hamadryadum inter se, vt Virg. 4 Georg.

—— nymphasque sorores spectauit.

sed cum risu, vt ecl. 3. Virg.

Faciles nymphæ risere facello.

SILENIQVE *senes & pater ipse chori.*] de Silenis Diodor. lib. 4. & Strabo lib. 10. Silenum ita describit Lucianus in Deorum concione: φαλακρὸς γέρων, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος. Interpres Aristophani Silenum deducit à voce σίλλος, quæ penem sonat. Phurnutus: σιλαίνειν, ἀπὸ τοῦ σιλαίνειν, quod alios suis dictis & cauillis exagitent. *Pater chori*, id est princeps ac Dominos; vt *pater cœnæ* Horat. *pater esuritionum* Catullo. πατὴρ τοῦ λόγου. Plat. in conuiuio. *pater* nomen est imperij, vnde pater-familias. Fest. in *familia*. *Dux & princeps generis pater vocabatur*. Seru. in 2. Georg. Pater, inquit, *licet sit commune omnium Deorum epitheton, tamen proprie convenit Baccho, vnde Liber pater dicitur*. Chori autem pater dicitur, quia medius, vt adnotaui ad eleg. 30. sup. vers. aotepen.

CVM *quibus Idæo legisti poma sub antro.*] & antri facta mentio, & Silenorum & Bacchi, lusus ac stupri suspicionem iniicit, nomine pomorum, (quæ antris imminere Nympharum dicit elegia 20. libr. 1. vers. 36.) vt elegia 3. libr. 1.

Nunc furtiua cauis poma dabam manibus.

eleg. vlt. infra.

Vtque decem possent corrumpere poma puellam.

In Catal.

Rusticus indoctè si quid dixisse videbor,
Da veniam, libros non lego, poma lego.

Eusthath. in 8. Odyss. docet τὸ μῆλα εἶναι ἐρωτικά. & Interpres Aristophani τὸ μηλοβολεῖν, esse ἀκκίζειν εἰς τὰ ἀφροδίσια. Virg.

Malo me Galatea petit sub antro. sic & Horat. oda 5. lib. 1. *Grato Pyrrha sub antro.* vbi & stuprum notat.

SVPPOSITA *excipiens Naica dona manu.*] id est, *Subiecta manu, ne decidant in terra poma, & lædantur.* vt eleg. 15. lib. 1.

Vt tibi suppositis exciderent manibus.

Scaliger pro, *Naica dona*, legit, *Nai caduca*. O Nai legisti poma excipiens cadoca. id est, dum caderent matura, vel excussa, vel deiecta. Sic *tela caduca* eleg. 2. lib. 4. *Lignum caducum*. Horat. oda 13. lib. 2. Varro 6. de ling. Lat. *A legendo ligna, quod ea caduca legerentur in agro, quibus ad focum vterentur*. Gell. cap. 11. lib. 10. *Matura poma dicuntur, quæ neque cruda & immitia sunt, neque caduca & decocta, sed tempore suo adulta maturataque.* Caduca poma dicuntur Plinio, quæ sua sponte cadunt. *Nais* autem Oenooe, quia Cebrenis fluuij filia, vt dixi ex Apollodoro lib. 3. ἐθρήνει τὸ σῶμα, τοῦτ' ἐστὶ ῥίψ.

AN *quisquam in tanto stuprorum examine quærit,*
Cur hæc tam diues? quis dedit? vnde dedit?

Examine. id est, multitudine succrescēte in dies, & quasi subole. sic Plaut. in Amphitr. dixit *Per quem teneo thesaurum stupri.* Vetus poëta apud Cic. 1. de diuin. *Iamq; mari magno classis cita texitur Exitiumque examen rapit.* Fest. *Examen est & aquamentum, & iudicij inuestigatio, & apum congregatio, vel locustarum.* apud Cic. de Arusp. Resp. *Examina seruorum.* apud Plin. *examina piscium.* apud Plin. Iuniorem, *examina infantium.* apud Liuium libr. 38. *Auium examina.* *Stuprum* veteribus propriè *turpitudo*, vt Festus confirmat exemplis; & quia libidine nihil turpius ac fœdius, inde factum, vt pro libidine stuprum diceretur, vt etiam dedecus. Stuprum etiam pro adulterio, & vitium, inquit Nunius. *Vnde dedit?* suane, an aliena largitus est? Plaut. Capt. sc. 1. act. 4. *Tibi dabo. vnde id? A me meoque gnato.* & Iuuenal.

Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.

O *nimium nostro felicem tempore Romam.*] Sic Cicero: *O fortunatam natam me Consule Romam.*

SI *contra mores vna puella facit.*] id est, Si vna tantum puella facit contra disciplinam & instituta ciuitatis. Sic dicitur *facere contra remp.* apud Cic. & Sallust. *facere contra leges.* Cic. in Vatin. *Facere contra iusiurandum & fidem* 3. Offic. *Mores* intellexit quos Plaut. Capt. *pudicos* vocat. sic eleg. vlt. lib. 4.

Moribus & cœlum patuit, intelligens bonos. vide vers. 37. eleg. 25. sup.

HÆC *eadem ante illam impune & Lesbia fecit.*] Peccat Cynthia Lesbiæ exemplo, cui impune licuit ludere, & amantes spoliare. nam, vt ait Cicero 4. Verr. & 4. Tusc. & in Vatinium: *Quod exemplo fit, iure fieri putant. accedit impunitas, quæ angere solet improbitatem*, vt ait Lentulus in quadam ep. lib. 12. fam. duplex ergo purgatio, quia & more & exemplo. vide eleg. 6. sup. vers. 19. 20. 21. & 22. Huc facit illud Plauti epidico sc. 1. act. 1. *At iam eadem alij fecerunt idem.* & Terentij Adelph. sc. 5. act. 4. *fecere alij sæpe, item boni.* De Lesbia Catulli, quam Sidonius Apollinaris ait, Clodiam fuisse. Iuuenal. sat. 6.

Haud similis tibi Cynthia, nec tibi cuius
Turbauit nitidos exstinctus passer ocellos. Catull.
Nunc in quadriuiis & angiportis
Glubit magnanimos Remi nepotes. Item:
Cum suis viuat valeatque mœchis
Quos simul complexa tenet trecentos.

Versus autē hiulcus, qua de re Cicero in Orat. & crebræ synalophæ, vt apud Catull. ep. 71.

Quam modo qui me vnū atq; vnicum amicū habuit.

Scaliger ita fulsit: *Hæc eadem, hæc ante*, vt sit anadiplosis.

QVÆ *sequitur certè est inuidiosa minus.*] Quæ, inquit, sequitur alterius exemplum minus inuidiæ & offensionis contrahit: contra maiore malo mactanda Lesbia, quod & peccato & exemplo Remp. vulnerarit.

Q v i *quærit Tatios veteres, durosque Sabinos.*] Alias legitur, *Talios*, quæ lectio fortasse vera, vna litera detracta. Fest. *Talus in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuisse. Veteres*, priscos, seueros. Ascon. in 2. Verr. Veteres, graues & seueri. Ouid. eleg. 8. lib. 1. Am.

Forsitan incultæ Tatio regnante Sabinæ
Noluerint habiles pluribus esse viris.
Nunc Mars externis animos exercet in armis:
Et Venus Æneæ regnat in vrbe sui.

de Tatio & Sabinis dicetur ad elegiam 1. & 4. libr. 4. Sabinos præcipuè commemorauit propter raptum virginum suarum, quem armis vlti sunt. & quia seueri eorum mores. de quibus Horat. oda 6. libr. 3. Liuius libr. 1. de Numa. *Instructum non tam peregrinis artibus quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit.* Sabini ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, inquit Festus, à cultu & veneratione Deorum. *Duri Sabini*, vt *Senes duri* el. 30. sup. id est. asperis moribus. Sic *Horridæ Sabinæ*. Martial. ep. 16. lib. 11. *rigidæ*. Ouid. eleg. 14. libr. 2. Amor.

Aspera si visa est, rigidasque imitata Sabinas:
Velle, sed ex alto dissimulare puto.

Iuuenal. sat. 10.

—— sanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas.

H i c *posuit nostra nuper in vrbe pedem.*] id est, peregrinus est & hospes. Ouid. eleg. 4. lib. 3. Amor.

Rusticus est nimium, quem lædit adultera coniux,
Et notos mores non satis vrbis habet.

eadem fere sententia Cicero pro Milone: *An vero iudices vos soli ignoratis? vos hospites in hac vrbe versamini? vestræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur?* & pro C. Rabirio. *Adeone hospes huiusce vrbis? adeone ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ, vt hæc nescias, vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videaris?* & in Academicis & 4. & 6. ep. ad Atticum.

T v *prius & fluctus poteris siccare marinos.*] ὕδωρ ὑπερβολῆς. vt eleg. 15. lib. 1.

Multa prius vasto labentur flumina ponto.

Simile est illud eleg. 15. sup.

Aridus & sicco gurgite piscis erit.

sic Græci Θαλάσσης ἀντλεῖς.

A l t a q v e *mortali deligere astra manu.*] legere, est carpere, vt supra: *Legisti poma.* deligere, decerpere, deripere. Horat. sat. 3. lib. 1.

Et qui nocturnus Diuûm sacra legerit.

Lucillius apud Fest. in *legere*, surripere.

Omnia viscatis manibus leget, omnia sumet. Virg.
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina. Festus in *Sycophantas. Deligere ficos.* Idem in *legimus. Deligere glandem vel oleam.* Ouid. ep. 4.

Et tenui primum deligere vngue rosas.

Mortali manu, vt Virg. 9. Æneid.

Mortaline manu factæ immortale carinæ

Ius habeant. Seneca de Cons. ad Polyb. cap. 1. *Quid enim immortale manus mortales fecerint.*

Q v a m *facere vt nostræ nolint peccare puellæ.*] *Nostræ*, vel huius ætatis, vel Romanæ; vt

A elegia 25. supra.

Vidistis quandam Argiua prodire figura,
Vidistis nostra. Latinas vocat vers. penult. huius elegiæ.

I s *mos Saturno regna tenente fuit.*] Contra Iuuenal. sat. 6.

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamque diu. Saturno regna tenente, id est aureo seculo. vt Ouid. ep. Phedræ:

Ista vetus pietas, æuo ocitura futuro,
Rustica, Saturno regna tenente fuit.

& 1. Fast.

B *Vix ego Saturno quenquam regnante videbam*
Cuius non animo dulcia lucra forent.

E t *enim Deucalionis aquæ fluxere per orbem.*] Post Saturnum expulsum duo diluuia, vnum Ogyge rege Thebanorum, alterum post, rege Thessalorum Deucalione. Seruius in ecl. 6. Ouid. 1. Met. Virg. ecl. 6. & 1. Georg. Apollodorus libr. 1. illud diluuium in Græcia tantum fuisse ait. Plato in Critia ante Deucalioneum diluuium alia tria scribit extitisse. Higin. Fab. 153. Iustin. libr. 2. *Regnante Athenis Amphictyone aquarum illuuies maiorem partem populorum*
C *Græciæ absumpsit. superfuerunt quos refugia montium receperunt, aut ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus euecti sunt, à quo propterea reparatum genus hominum dicitur.* Higin. lib. 2. in Aquario: *Quidam hunc Deucaliona esse aiunt, quia eo regnante tanta vis aquæ de cælo se profudit, vt cataclysmus factus diceretur.*

E t *post antiquas Deucalionis aquas.*] id est, post eluuionem siue diluuium. & *antiquas aquas*, inquit, quia inde hominum origo.

D i c *mihi, quis potuit lectum seruare pudicum?*] Idiotismus interrogantis & sæpius cum stomacho. Terent. Andr. act. 4. sc. 1.

D *Eho, dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias*
Inimici vellent, quod, nisi hoc, consilium darent?

vbi Donatus: *semper.* ὦ *dic mihi*, iniuriosum est, Virg. *Dic mihi Dameta. Lectum seruare pudicum*, vt eleg. 3. libr. 4.

Incorrupta mei conserua fœdera lecti.

& *lectus*, pro coniuge, vt eleg. 6. sup. vers. 23.

Q v æ *Dea cum solo viuere sola Deo?*] ludit in commutatione casuum, vt eleg. 7. sup. vers. penult. *Viuere*, vt Catull.

Cum suis viuat, valeatque mœchis.

familiaritatis est: Terent. Andr. act. 5. sc. 3. *Imo habeat, valeat, viuat cum illa.* & Adelph. sc. 4. act.
E 3. *Ille bonus vir nobis psaltriam Si Dis placet parauit, qui cum viuat, illam deferat.* Cicero sæpissimè *Viuere cum aliquo*, vt 1. de Orat. *Quicum fuit nostra matertera.* id est, nupserat.

V x o r e m *quondam magni Minois, vt aiunt,*
Corrupit torui candida forma bouis]

Pasiphaës fabula est apud Virg. ecl. 6. ab eo versu,

Et fortunatam si nunquam armenta fuissent
Pasiphaen. Apollodorus libr. 3. Ouid. in ep. Ariadnæ, & 1. de arte amandi. ipse eleg. 18. libr. 3.

Testis Cretæi fastus, quæ passa iuuenci,
Induit abiegnæ cornua falsa bouis.

sup. eleg. 28. *Nec proba Pasiphae.* & eleg. 7. lib. 4.

Vna Clytemnestra stuprum vebit, altera Creta
Portat mentita liguea monstra bouis.

Plutarch. in Thesco. Plato in Mioöe. Palcphatus. Higin. Fab. 40. *Candida formabouis*, id est bos formosus & niueo colore. idem sermonis genus eleg. vlt. infra. vers. t.

Forma candida, vt eleg. 29. sup.

Heu quantum per se candida forma valet.

Quod addidit *torui*, bouis formam non minuit. decet enim taurum toruitas. Virg. 3. Georg. ——*optima torua forma bouis.* mox *Et faciem tauro propior*, nam vt ait Plin. *Tauris in aspectu generositas, si torua fronte sint.* Festus in *Toruitas*, *Toruitas à ferocia taurorum dicta.* ambiguè igitur *torui* & ferocis vt Virg. *Crudelem* vocat Æneid. 6. & formosi. Periphrasis tauri, toruus bos, vt eleg. 18. lib. 3. *Cretaum iuuencum* dixit. de candore illius tauri Ouid. de arte am.

Forte sub vmbrosis nemorosa vallibus Ida
Candidus, armenti gloria taurus erat:
Signatus tenui media inter cornua nigro;
Vna fuit labes, cetera lactis erant.

Corrupit, adulterauit dixi supra hac eleg. vers. 33. *Vxorem-quondam*, vno verbo, vt elegia 2. libr. 1. *quondam-discordia. Magni Minois*, quia is & Iouis filius & rex potentissimus ac iustissimus Cretæ centum vrbibus insignis. *vt aiunt*, vt fama est, vt perhibent. nam Cretensium hæc est fabula, qui mendaces. alias, *vt aiunt* & *quod aiunt* Prouerbium notat. vt el. 16. sup. vers. 35.

NEC *minus arato Danaë circundata muro.*] vide adnotata hac de re ad vers. 10. 11. & 12. el. 20. sup.

NON *potuit magno casta negare Ioui.*] vel subaudiendum licet, aut quamuis, vt el. sup. prox. *Marmoreus visus carmen biare.* vel si negasset casta futura. vt eleg. 12.

Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus bostem.

Negare Ioui, vt Ouid. 1. de arte am.

Vix erit è multis quæ neget vna tibi.
Quæ dant, quæque negant, gaudēt tamen esse rogatæ.

QVOD *si tu Graias, seu sis imitata Latinas.*] Sic in fine eleg. 1. lib. 1.

Quod si quis monitis tardas aduerterit aures. Alias. *Quod seu tu Graias, seu sis* &c. & *quod* valebit quare. *Sis imitata*, id est secuta illarum aut harum exemplum. *Sis imitata* pro imiteris, vt el. 13. sup. *Interea caue sis nos aspernata sepulsos.*

SEMPER *viue meo libera iudicio.* sic eleg. 15. lib. 1. *Sis quodcunque voles.* τὸ *semper* refertur & ad *viue* & ad *libera*. *Semperuiue*, vt *semper-florens*. *Semper-libera*, vt eleg 9. lib. 1.

Nec tibi perpetuo-libera verba fore. *Meo iudicio*, mea sententia, me iudice, Horat. sat. 6. l. 1. ——*demens*

Iudicio vulgi, sanus fortasse tuo. Virg.

Iudicio nostro tantum tibi cedat Amyntas.

Cicero in Bruto: *Intra parietes aluit eam gloriam, quam nemo meo iudicio, est postea consecutus.*

AD ELEGIAM XXXIII.

Ad Cynthiam.

TRISTIA *iam redeunt iterum solemnia nobis.*] Sic exorditur Ouid. eleg. 9. lib. 3. Amor.

A *Annua venerunt Cerealis tempora sacri*
Secubat in vacuo sola puella toro.

Ipse eleg. 8. lib. 3.

Annua soluamus thalamo solemnia nostro.

Virg. ecl. 5. ——*& cum solemnia vota*
Reddemus Nymphis. quod ibidem.
——*tibi vota quotannis Agricolæ facient.*

Fest. *Solemnia sacra, quæ certis temporibus annuisque fieri solent.* Idem in Sollo: *Solemne, quod omnibus annis præstari debet.* Seruius ad illud 8. Æneid.

Interea sacra hæc, quoniam huc venistis amici,
Annua, quę differre nefas, celebrate fauentes

B *Nobiscum.* *Anniuersaria sacrificia*, inquit, *ideo non differuntur, quia nec iterari possunt.* Solemne autem hoc esse ipse dixit: *Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem.* *Solemnia* autem supple sacra vel vota. Virg. 6. Æneid.

Et statuent tumulum; & tumulo sollemnia mittent. quod alibi, *Solemnes dapes.* Liuius lib. 1.

Sollemne illud Albanum ex Arcadia.

Solemnia, de pompa funeris. Iuuenal. sat. 10.

Incolumi Troia Priamus venisset ad vmbras
Assaraci magnis sollemnibus. hic *solemnia anniuersaria*, sacra Isidis. *Iam redeunt iterum.* τὸ *Iam* ex opinione, nimium cito. vt Tibull.

C *Iam subrepet iners ætas.* Lucret.
——*breuis est hic fructus homullis*
Iam fuerit. & τὸ *iterum* non vacat, quia redire sæpius possunt. Sic Virg. 6. Æneid.
——*iterumque ad tarda reuerti Corpora.*

CYNTHIA *iam noctes est operata decem.*] *Operari*, inquit Nonius, *est Deos religiosè colere.* prætereo, quæ profert exempla. Virg. 1. Æneid.
——*atque annua magna*
Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis.

Tibull. eleg. 5. lib. 2.

Tunc operata Deo pubes discumbet in herba.

Idem eleg. 1. lib 2. *Omnia sunt operata Deo.*

D Ouid. eleg. 13. lib. 2. Amor.

Sæpe tibi meruit certis operata diebus.

Liuius lib. 10. *Hostes operati superstitionibus.* hinc apud Fest. in *Priuatæ feriæ; Operationes denicales.* id est, feriæ. vis ridere? audi explicationem huius loci in Lexico. *Luna operari noctes dicitur, cum noctu circulum suum absoluit, quod est eius opus*: Propert.

Cynthia iam noctes est operata decem.

Decem, inquit, quia, vt docet Cicero de legibus, *Culpas tolli, vel aspersione aquæ, vel dierum numero.* Sic Liuius lib. 39. *Decem dierum castimonia* opus esse, (in Bacchanalibus) ait. Festus:

E *Denariæ, vel tricenariæ ceremoniæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta, certis quibusdam rebus carendum erat.* Apuleius libr. 11. Asin. *Præcipit decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coercerem, neque vllum animal essem, & inuinius essem.* Noctes illæ *puræ* dicuntur Plauto, quia secubabant puellæ. Tibull. elegia 3. libr. 1.

Quidue piè dum sacra colis, pureque lauari
Tum memini & puro secubuisse toro.

ATQVE *vtinam Nilo pereat, quæ sacra tepente*
Misit matronis Inachis Ausoniis.]

Maledicit ipsi Deæ Isidi, vt & infra *Baccho*,

Ab pereat quicunque meracas repperit vuas. & perire ſæpe optat etiam ipſos mortuos. vt dixi ad eleg. 17. libr. 1. *Inachis*, Io ante vacca, poſt mulier, nunc-Dea, Inachi filia dictum ad eleg. 3. libr. 1. *Quæ miſit.* miſſa dicuntur, quæ aliunde veniunt, & peregrina ſunt, vt eleg. 23. ſup. *Quas mihi mihi miſit Orontes.* *Sacra.* de ijs Apul. lib. 11. Lucan.

Nos in templa tuam Romana recepimus Iſin.

Templum Iſidis erat in campo Martio. Iuuenal.

Iſidis antiquo quæ proxima ſurgit ouili.

Matronis Auſoniis, id eſt Italis, Latinis, Romanis. Epitoma Feſti: *Matronas appellabant eas feré, quibus ſtolas habendi ius erat.* Gell. cap. 6. libr. 18. *Matronam ait eſſe quæ in matrimonium cum viro quoquomodo conuenit: Matrem-familias, quæ in mariti manu, mancipioque ſit.* Idem dicit Setu. in 11. Æneid. *Nilo tepente.* id eſt, ex Ægypto, quam tepentem aquis Nilus irrigat, qui & per deſerta & ardentia decurrit, & ortum habet in monte Mauritaniæ. Plin. fluuij autem regiones deſignant, vt eleg. 23. ſup. verſ. 21. & eleg. 30. verſ. 2.

QVÆ *Dea tam cupidos toties diuiſit amantes.*] id eſt, velut diſcidij & diuortij cauſam dedit, quia ſecubandum in ſacris. *Tam cupidos*, id eſt valde, vt eleg. 29. ſup.

Tam ſancti cuſtos ſecludor amoris.

Cupidos, incenſos cupiditate potiundi, vt Catull. dixit, *Mulier Cupido quod iurat amanti.* dicuntur & cupidi pro amantibus. vide eleg. 2. libr. 1. verſ. 17.

Toties, decies quotannis verſ. 2. huius eleg. Si legas *Iam*, erit dictum vt eleg. 28. ſup.

Et iam luna negat toties deſcendere cælo.

Diuiſit, vt eleg. 12. lib. 1. ——— *an quæ*

Lecta Prometheis diuidit herba iugis.

QVÆCVMQVE *illa fuit, ſemper amara fuit.*] quam hic amaram, mox *ſæuam* vocat. verſ. 19.

TV *certè Iouis occultis in amoribus, Io*
Senſiſti multas quid ſit inire vias.]

Sic Ouid. 2. Faſt.

Seu fuit occultis felix in amoribus index.

Amores occultos, vt & eleg. 30. verſ. 28. ſup. *furta*, vocauit adulteria & dedecora; ea enim latebras quærunt. Contra coniugalis amor. Catull. in Epithal. Manlij: *Bona te Venus iuuerit quoniam palam quod cupis capis, & bonum non abſcondis amorem.* Plaut. Curc. *Quod amas amato teſtibus præſentibus. Io ſenſiſti.* &c. id eſt, cum eſſes Io & bos, experta es malo tuo quid ſit multum vagari. vide eleg. 10. ſup. verſ. 8.

CVM *te iuſſit habere puellam cornua Iuno.*] id eſt, coëgit, quia Iuppiter coactus eius metu te in vaccam mutauit. Ouid. 1. Met. Sed & ipſa Iuno id videtur feciſſe. ipſe alibi.

Cornua nec valuit curuare in pellice Iuno.

Sic dixit eleg. 3. lib. 1. ——— *noctes*

Me miſeram quales ſemper habere iubes.

Habere cornua, vt apud Laërtium in vita Diogenis. Πρὸς τὸν συλλογιζόμενον ὅτι κέρατα ἔχει, ἁψάμενος τοῦ μετώπου, ἐγὼ μὲν, ἔφη, οὐχ ὁρῶ. Huc pertinet ſophiſma quod eſt apud Senecam ep. 50. *Quod non perdidiſti habes; non perdidiſti cornua,*

A *igitur habes cornua.*

ET *pecoris duro perdere verba ſono.*] id eſt, humanæ vocis vſum amittere. pecudes vocem habent, non verba. Aliud eſt apud Ouid. in ep. Didus:

——— *famam corpuſque animumque pudicum*
Cum male perdiderim, perdere verba leue eſt.

Duro ſono pecoris, aſpero mugitu bouis. *Sonus*, pro, mugitu, vt eleg. 10. lib. 4.

——— *furem ſonuere iuuenci.*

id eſt mugitu prodidere Cacum abigeum. ſic eleg. 3. lib. 3. *Sonus*, pro, hinnitu. *Pecus*, pro boue. nam vt ait Seruius in illud 1. Æneid.

B *Ignauum fucos pecus. pecus eſt*, inquit, *quidquid humana voce & effigie caret.* vnde Horat.

Omne cum Proteus pecus egit vlmo.

Martianus l. *legatis.* §. *pecoribus.* D. *de legat.* 3. *Pecoribus legatis continentur quadrupedes, quæ gregatim paſcuntur.*

AH *quoties quernis læſiſti frondibus ora.*] Alienam vicem miſerantis, τὸ *ah* quoties. *Quernis frondibus*, duro pabulo. Cato cap. 30. de re ruſt. *Bubus frondem vlmeam, populneam, querneam, ficulneam vſque dum habebis dato.* vide eundem cap. 54. & Columellam cap. 3. libr. 6. *Læſiſti ora*, quippe ea tenera puellæ manſerant

C etiam immutatæ in iuuencam. Sic *ora bouis* ipſe dixit elegia 13. libr. 3. & *Ora equorum.* Virg.

MANSISTI *ſtabulis abdita paſta tuis.*] id eſt, Poſtquam paſta incluſa manſiſti ſtabulis tuis, id eſt paternis. Idem pathos eſt elegia 13. libr. 3.

Et durum Zetum, & lacrymis Amphiona mollem
Experta eſt ſtabulis mater abacta ſuis.

Stabulum non pecudum tantum, ſed & hominum. Varro 4. de lingua Latina *Locarium, pretium quod datur in ſtabulo vel taberna, vbi con-*

D *ſiſtant.* Iuriſconſulti l. 1. D. *furti aduerſus nautas pro diuerſorio.* Ideo Theophilus in §. vlt. Inſtit. *de oblig.* quaſi ex delicto, πανδοχεῖον vertit. vtitur & ea voce Apuleius libr. 1. Aſini. *Pretio manſionis ſtabulario perſoluto. Paſta ſtabulis*, rectè, quia paſta armenta redeunt domum ad ſtabulum. Plaut. Milit. ſc. 3. act. 2. *Expecto quæ mox iuuex ſe recipiat à pabulo ad ſtabulum.* feſtiuè de muliere ab amatore tanquam à pabulo domum redeunte. Virg.

Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite iuuenci.

AN *quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram*
Iuppiter, idcirco facta ſuperba Dea es?]

An quia ille tuus amator Iuppiter ademit

E tibi ferinam & belluinam faciem ferox reddita es? Simile eſt illi Terentiano in Eunuch. act. 3. ſc. 1. *Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? Detraxit figuram*, vt Virg. 9. Æneid.

Mortalem eripiam formam.

& Martialis.

Perſonam capiti detrahet illa tuo.

hac de re Ouid. 1. Met. ab eo verſ.

Vultus capit illa priores Fitque quod ante fuit. &c. *facta ſuperba*, vt Plaut. Amph. *Faciam te ſuperbum niſi hinc abis?* Cic. ep. 13. lib. 7. fam. *Vtrum te ſuperbiorem pecunia facit? an quia Imperator te conſulit?*

A N *tibi non satis est fuscis Aegyptus alumnis?*] A
Parumne tibi videtur tua terra, & ditio? sordetne tibi? Sic eleg. 5. lib. 3.

Quid meritum dicas cui sua terra parum est?

Amarè addidit *fuscis alumnis*, vt Virg. 1. Æneid.

—— illa se iactet in aula
Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet.

Fuscis Aegyptus alumnis, vt eleg. 6. lib. 4.

Cepheam hic Meroen, fuscaque regna cano.

Sueton. in Calig. cap. 57. *Parabatur & in noctem spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios & Aethiopes explicarentur.* vet. gloss. *Aegyptium, φαιόν.* id est fuscum. Festus: *Aegyptinoi, Aethiopes. Alumni*, populi cuiusque regionis. ideo dixit el. 1. l. 4. *Nil patrii nisi nomen habet Romanus alumnus.* B

Cur tibi tam longa Roma petita via est?] Cur Romam venisti tanto interuallo? Petijt Isis Romam cum eius sacra recepta sunt.

Q V I D V E *tibi prodest viduas dormire puellas?*] Quid tua interest? quid te iuuat? quid inde tibi commodi? vt eleg 9. lib. 1. vers. 9.

Viduas dormire puellas, vno verbo *secubare* Tibull. eleg. 3. lib. 1. & Ouid. 2. Fast. *Viduas*, solas, sine viris. vide eleg. 9. sup.

Scyria nec viduo Deidamia viro.

apud Aristophanem Lysistrata. Χαλεπὰ μὲν τοὶ σοὶ, Γυναῖκες ὑπνῶν ἐν ἄνευ Ψωλέας μόνας. Ipse C
Propert. infra hic.

Nulla tamen lecto recipit se sola libenter.

S E D *tibi, crede mihi, cornua rursus erunt.*] ἀλλὰ, *sed*, est irascentis, vt eleg. 6. sup. 35. *Crede mihi*, est etiam minantis, vt eleg. 5. sup. 29.

Cornua rursus tibi erunt; id est, Rursus fies iuuenca, & cornua gestabis. Simulacra autem Isidis κερατοφόρα erant, vt docet Plut. de Iside & Osiride, vbi lunam esse demonstrat. Ouid. in fine 9. Met. *Imitataque lunam*

Cornua fulserunt, crepuitque sonabile sistrum.

& alibi. *—— inerant lunaria fronti Cornua.*

A T *nos è nostra te, saeua, fugabimus vrbe.*] Sic externæ religiones & peregrina sacra sæpe Romæ vetita & eiecta vrbe, vt apud Liuium libr. D
25. & lib. 39. vetita & eiecta Bacchanalia.

C V M *Tyberi Nilo gratia nulla fuit.*] id est, Romanus & Ægyptus nunquam bene conuenit. De inimicitiis Tyberis & Nili ipse el. 10. lib. 3.

Ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubin,
Et Tyberim Nili cogere ferre minas.

vide Horat. oda penult. libr. 1. & Virg. 8. Æneid. *Gratia*, amicitia Ouid. 1. Met.

Fratrum quoque gratia rara est. Idem 12. Met.

Solida est mihi gratia tecum. Cicero ep. 9. lib. 1. fam. *Cum illo mihi gratia magna est.*

A T *tu quae nostro nimium placata dolore es.*] id E
est, cui placandæ nimiam operam sumpsi, quæ nimium duram te præbuisti, cum placare te vellem. ductum à Diis qui sanguine victimarum placantur. Virg. 2. Æneid.

Sanguine placastis ventos. Nimium, plus satis. vt Virg. 11. Æneid.

Heu nimium virgo, nimium crudele luisti
Supplicium. Nostro dolore, nostro malo, curis ac lacrymis, cum coëgisti noctes amaras solum exigere. Scaliger legit, *dolori*, vt *nostro dolori*, sit mihi dolenti, vt eleg. 15. sup.

At tu nunc nostro Venus o succurre dolori.

N O C T I B V S *his vacui ter faciamus iter.*] Palmerius legit è coniectura, *Rem faciamus item.* & Scaliger, *Refaciamus iter.* pro reficiamus & *re* ait produci, vt in *repulit, retulit.* vterque est extra oleas. bene, *Ter faciamus iter*; & honestis verbis rem turpem tegit, vt Plaut. Curcul. sc. 1. act. 1. *cauè vt incedas via.* Idem:

Nemo ire quemquam publica prohibet via
Dum ne per fundum septum facias semitam.

Ter dictum vt Ouid. eleg. 6. lib. 3. Amor.

At nuper bis flaua Chie; ter candida Pytho,
Ter Lybas officio continnata meo est.

Faciamus iter. alludit ad verbum *inire* & *coire*. vt eleg. 8. lib. 3.

Annua soluamus thalamo sollennia nostro
Natalisque tui sic peragamus iter.

eleg. 13. lib. eiusd.

Et data libertas noscere amaris iter.

Sic *ambulare* capitur & apud Catull. nam *iter facere*, ambulare est. *tremulique quassa lecti*
Argutatio inambulatioq. Idem in Mamurram.
Et ille nunc superbus, & superfluens
Perambulabit omnium cubilia.

equitare Iuuenal. sat. 6. eadem mente:

Inque vices equitant, ac luna teste mouentur.

Vacui, soluti negotiis & religione, siue feriati Veneti. *his noctibus*, proximis scilicet, quas reddes spurcas pro decem puris.

N O N *audis, & verba finis mea ludere: cum iam*
Flectant Icarij sidera tarda boues.]

Audis quidem, inquit, auribus; sed non animo, id est surdæ cano. Sic Terent. In seipsum cruciante, in extremo. *Pater nihil audio*, hoc est, quod aiunt: Neminem magis surdum eo, qui audire non vult. *Verba finis mea ludere*, id est ludibrio esse tibi ac ventis cadere. vide elegiam 11. sup. vers. 2. *Icarij boues.* Icarus à pastoribus interfectus, vt paulo post dicetur, in astra relatus, & dictus Arcturus. Seru. in 1. Georg. Higin. Fab. 130. & libr. 2. In Arctophylax, vocat Bootem. Icarij igitur boues sunt triones qui vrsam flectunt. nam septem stellæ, septem boues, qui à terenda terra, triones, & proximum Boores, qui ἅμαξαν agit, Varro 6. de ling. Lat. *Flectant sidera tarda*, versent & circumagant plaustrum, quod non nisi extrema nocte circumagitur, & *sidera*, pro, sidus, vt eleg. 16. libr. 1. *sidera plena.* Lucan. lib. 2. sub finem:

Et iam Pleias hebet (instante die) *flexi iam plaustra Boota*
In faciem puri redeunt languentia cœli.

Stat. 3. Thebaid. *—— iam nocte suprema*
Ante nouos ortus, vbi sola superstite plaustro,
Arctos ad Oceanum fugientibus inuidet astris.

vide plura notata ad eleg. 22. sup. 25.

L E N T A *bibis, mediæ nequeunt te frangere noctes.*] id est, tam dura es, vt vigilias, lusus & pocula ferre possis ad mediam noctem intempestiuis conuiuiis. nam frangitur dolore, labore, pudore, qui succumbit. vt Virg. *Fracti bello. Lenta bibis*, id est, quæ moras mihi nectis, & in amore meo friges. vt el 14. sup. dixit: *Lenta sedere potest. bibis*, celebras cōuiuia sine me, vt est el. 16. sup. vers. 5.

AN *nondum est talos mittere lassa manus.*] id est, iacere, vt dixit eleg.17. sup.

Aut per rimosas mittere verba fores.

De talis egi eleg.22. sup. vers.13. ludebant autem ijs in conuiuiis. vnde Virg. in Copa.

Pone merum & talos. & Horat.

Nec regna vini sortiere talis. Mittebantur autem tali in turriculam, ne qua fraus esset in iactu. Horat. sat. 7. lib.2.

——*Postquam illi iusta chiragra*
Contudit articulos qui pro se tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos mercede diurna
Conductum pauit.

De talis festiuè Plaut. Milit. act.2. sc.2. *nisi defregeris talos.*

Atque adeo vt ne fraudem legi faciam talaria,
Accuratote vt sine talis agitent conuiuium.

AH *pereat, quicunque meracas repperit vuas.*] Staphylus, vt refert Probus, cum Oenei capellas pasceret, notauit vnam illarum serius decedentem & lætiorem, vnde vuam reperit, quam eius dominus exprimens, liquorem sensit dulcem, & mitescentem vetustate. humorem autem illum Libero patri hospiti miscuit, à quo eius vsum didicit; instituitque vt vua σταφυλὴ: vinum οἶνος diceretur. Vnde *Bacchus vitisator* Attio. & Ouid. 4. Met.

Genialis consitor vua. Virg.1.Georg.

Liber & alma Ceres vestro si munere Tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,
Poculaque inuentis Acheloia miscuit vuis.

Meracæ vuæ, è quibus meracum. id est, merum vinum exprimitur. Vinum cui nihil admixtum est, dicitur vinum merum. Varro apud Noniũ in *Merum*: *Tu non insanis, qui vino corpus corrũpis mero.* vnde simpliciter *Merum* dici cœptum. Idem Varro *Merum, solum, vnde merula auis,* Festus, *Merum, solum olim, nunc purum.* Meracus, a, um, idem quod Merus, a, um. Plin. cap.1. lib.23. *Meracis potionibus per viginti dies, totidemque postea, suadet Hæsiodus vti.* Idem cap.19. libr.20. *Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus resistit.* Horat. ep. poster. lib.2.

Expulit elleboro morbum, bilemque meraco.

Gell. cap.18. libr. 1. *Lælius vocabulum Græcum pro meraco* (id est, mero Latino) *resoluit in voces Latinas.*

CORRVPITQVE *bonas nectare primus aquas.*] id est, aquarum vim salutarem & innoxiam vitiauit ac infecit. contra tamen Catull.

——*procul hinc abite lymphæ*
Vini pernicies.

Aqua bona, quia ab ijs nulli morbi, qui plurimi à vino. Virg.3. Georg.

——*non illis epulæ nocuere repostæ.*
Pocula sunt fontes liquidi. atque exercita cursu
Flumina.

sic Pindarus ἄριστον ὕδωρ vocat. Plin. cap. vlt. libr. 14. *Cum non saluberrimum ad potum aquæ liquorem natura dederit.* Higin. Fab. 274. *Nomine Cerassus*, inquit, *primus vinum cum Acheloo flumine miscuit in Aetolia, vnde miscere, κεράσαι, est dictum.* *Nectar*, pro dulci vino, vt Virg. ecl.5.

Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.

& pro Melle 1. Æneid.

Liquido distendunt nectare cellas.

Nectar à νὴ particula priuatiua & κτείνω quod sit immortalium potus. Duos igitur hic execratur inuentores, alterum vini meri, alterum mixti.

ICARE *Cecropiis merito iugulate colonis.*] Seru. ad illud 1. Georg. *Sub ipsum Arcturum.* Icarus à pastoribus, quos dato vino tunc primum reperto tanquam veneno ebrios fecerat, occisus est. vide Higin. Fab. 130. & libr.2. in *Arctophylax.* vide plura hac de re adnotata ad Panegyricum Tibulli. hoc vers.

Et tunctis Baccho iucundior hospes

Icarus. Colonis. ποιμένας vocat Apollodorus libr. 3. Higinus & Seruius *Pastores.* abutitur ergo verbo. nam coloni sunt conductores prædiorum rusticorum, vt inquilini prædiorum vrbanorum.

PAMPINEVS *nosti quam sit amarus odor.*] *Pampineus odor*, pro ipso vino odorato. Petron. Arb. *Ancilla ab eo certè vini odore corrupta.* Plaut. Curc. sc.1. act.1. *Vbi vino has conspersi fores, de odore sciat me adesse.* & sc.2. *Omnium vnguentûm odor præ tuo nautea est.* Homer. lib. 9. Odyss.

——Ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει
Θεσπεσίη.

Agens de vino Maronæo, siue Ismario. *Pampineus, vitigenus* Lucretio. Pampinus vitis tener, siue coliculus cum foliis. οἴναρον.

TV *quoque ô Eurytion vino Centaure peristi.*] id est, ebrietas tibi exitio fuit. Ouid. 1. de arte amandi.

Occidit Eurytion stultè data vina bibendo.

vide eund.12. Met. Homer. Odyss.21.

Οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
Ἄασε.

eum intelligit ipse eleg.6 sup.

Aspera Centauros eadem dementia iussit
Frangere in aduersum pocula Pirithoum.

dicitur Eurytus & Eurytion, vt Purpureus, Porphyrion, Iapetus, Iapetion, vnde Iapetionides Atlas Ouid. 4.Met.

NEC *non Ismario tu Polypheme mero.*] Atque etiam vino perijt Cyclops Neptuni filius. Vlysses hac de re apud Varronem sesquivlysse (citat Nonius in innitare) *Ipsum auidum vino innitaui poculis large atque benignè.* *Ismario mero*, vt Tibull. lib.4.

Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.

Ismarium vinum, optimum. vnde Virg.

——*iuuat Ismara Baccho*
Conserere.

Homer. Odyss. 9. ait Vlyssem à Marone Sacerdote Apollinis Ismari incolæ vinum accepisse præstantissimum, quo inebriatus Polyphemus.

VINO *forma perit, vino corrumpitur ætas.*] forma perit, quia deformis ebriorum vultus ac gestus. Plutarch. in Lycurgo. Plin. cap. vlt. libr. 14. de vitanda ebrietate. *hinc pallor, genæ pendulæ, oculorum vlcera, tremulæ manus.* *Corrumpitur ætas*, vita breuior redditur, quia inde furiales somni, inquies nocturna & morbi. Plin. loco antedicto.

VINO *sæpe suum nescit amica virum.*] id est, ignorat amatorem, quia *ebrietas mors memoriæ* Plin. loco antecit. sic dixit Terent. sc.4. act.2.

ἑαυτ. *Nescio alias.* id est, ignoro quid aliæ faciant. A Virgil. 3. Georg. *Nescit Busiridis aras.* Plaut. in Prologo Aulul. *Is scit quæ sit ylla illum nescit.*

Me *miserum vt multo nihil est mutata Lyæo.*] id est; neque forma neque mente alia es. τὸ *Me miserum*, videtur hic esse admirantis, vt Ouid. 6. fast. *Me miserum dubitatis, ait.* sic eleg. 29. sup.

Heu quantum per se candida forma valet.

Vt, ὡς. Sic Terent. Hecyr. *O fortuna, vt nunquam perpetuo es bona. Multo Lyæo*, vt eleg. 3. lib. 1.

Ebria cum multo traherem vestigia Baccho.

Λυαῖος, Bacchus, & apud Orpheum ac Pausan. Λύσιος παρὰ τὸ λύειν, quod viuo mentes & curæ B soluantur.

Iam *bibe, formosa es (nil tibi vina nocent.)*] simile est illud eleg. 9. lib. 4.

Sobria grata parum, cum bibit, omne decet.

Ouid. 3. de arte amandi:

Aptius est, decet atque magis potare puellas (quam edere) *Cum Veneris puero non male Bacche facis.*

Nil tibi vina nocent, Bene fers vinum, vt ille Tricongius Nouellus Torquatus, vno impetu haustis tribus congiis, id est, tribus sectariis nostratibus, vt neque sermone, neque vlla parte corporis aut animi labaret. Plin. cap. vlt. C lib. 14. Fuit & Bicongius M. Tullius M. F.

Cum *tua præpendent demissa in pocula serta.*] Flores antependulos vocaret Apuleius: sic dixit eleg. 30. sup.

Tum capiti sacros patiar pendere corymbos.

De sertis & coronis conuiuiorum dictum el. 3. lib. 1. vers. 21. Plin. cap. 9. lib. 21. *Melilotos*, ait, *appellatum esse sertulam Campanam, quod in coronamenta veniat.* Serere, iungere: Festus in *Sertorem*. Ergo flores serti, coniuncti; vt apud Apuleium: *Serti & soluti flores.* Varro 4. de ling. Lat. deducit à serie. Charis. lib. 1. *Serta* feminino genere. Propertius:

Cum tua præpendent demissa in pocula serta. D

Corn. Seuerus:

Huc ades Aonia crinem circumdata serta.

Hinc error Seruij arguitur in 1. Æneid. vbi inquit Sertum & serta dicimus neutro genere. si sertos dico, addo flores; si sertas, addo coronas, vt Lucan.

Accipiunt sertas nardo florente coronas.

Et *mea deducta carmina voce legis.*] id est, voce tenui & liquida. Deducere enim est tenui veluti filo in longum ducere, ductum vel ab arte fabrili, vt Ennius:

Deducunt habiles gladios filo gracilento.

vel à lanificio, vt Tibull. eleg. 3. lib. 1. E

Deducunt plena stamina longa colo.

Afran. Virgine apud Macrobium. *Verbis pauculis Respondit tristis, voce deducta, male: Se non quiesse*, dixit. sic emendo.

Largius *effuso madeat tibi mensa falerno.*] Malim legere *affuso*, quam *effuso*. Sic Plin. cap. vlt. lib. 16. Passienum Crispum, ait, arborem quandam adamasse, & osculari solitum, ac vinum illi affundere. & Albin. ad Liuiam:

Aridaque affusa guttura tinxit aqua.

Eodem sensu Tibull. *Adde merum. Falerno*, de hoc vini genere Plin. cap. 6. l. 14. *Madeat mensa*, vt eleg. 4. lib. 4.

Cum pagana madent fercula deliciis.

Sic Græcis dicitur βρέχειν.

Spumet *& aurato mollius in calice.*] sic Virg. 1. Æneid. dixit: *Spumantem pateram.* τὸ *Mollius*, ambiguè, aduerbium & nomen. nam *Molle vinum*, mite vetustate, & vetustius lenius spumat. sic Horat. oda 7. lib. 1. *Molle merum*, vt μαλακὸν οἶνον Theophrast. & Athenæo. cõtra σκληρὸν apud eosdem quod Terent. in ἑαυτ. *Durum vinum* vocat. Virg. 1. Georg.

Tunc agni pingues, tunc sint mollissima vina.

Calix, inquit Varro 4. de ling. Lat. *à caldo, quia in eo calida puls apponebatur, & caldum in eo bibebant.* Fest. *Calix, quod in eo calidum bibitur, vel à Græco* κύλιξ. Ar Græcum est κύλιξ & y vertitur in a, vt contra a in y in ἑκάβη, Hecuba.

Nulla *tamen lecto recipit se sola libenter.*] nulla nisi inuita sola cubat. sic de P. Clodio Cicero: *Propter inanes metus & nocturnos terrores pusio semper cum maiore sorore cubitauit. Lecto*, pro in lectum, vt eleg. 3. sup.

—Tertia forma secunda redit. Ouid.

—Aeneam animo thalamoque recepit.

Recipere, reditum significat in locum totum. Plaut. Capt. *Recipere se domum.* In Curcul. *Recipere se ad præsepes suas.* & Milit. *Recipere se ad stabulum. Sola libenter.* Plaut. Amphit. *Vbi sunt isti scortatores, qui soli inuiti cubant.* vide adnot. ad vers. 17. huius elegiæ.

Est *quiddam, quod vos quærere cogat amor.*] τὸ *quiddam* obscœnè, vt aliquid eleg. 4. sup. vers. 2. vbi vide adnotata. *Vos*, vestrum sexum. *Entre vous femmes.* vt eleg. 18. lib. 1.

Obiicitur toties à te mihi nostra libido,
Crede mihi vobis imperat illa magis.

Cogat quærere, quia libido vobis imperat. Sic Virg. *Improbe Amor quid non mortalia pectora cogis?* Et Plaut. Pseud. sc. 2. act. 1. *Quibus vt seruiant suus amor cogit. Quærere*, vide eleg. 21. sup. vers. 17.

Semper *in absentes felicior æstus amantes.*] felicius & ardentius amantur absentes, quam præsentes: nam assidua præsentia fastidium parit, desiderium accendit amorem. sic Horat. oda 24. lib. 4.

—Virtutem incolumem odimus
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Idem sat. 2. lib. 1.

—leporem venator vt alta
In niue sectatur: positum sic tangere nolit,
Cantat & apponit: meus est amor huic similis; nam
Transuolat in medio posita & fugientia captat.

Et hoc est quod Terent. in ἑαυτ.

Non quæris, quod habes, sed quæris, quod abest.

vide Plutarch. in Pompeio. deinde, vt Iuuen.

—voluptates commendat rarior vsus.

Felicior æstus, felicius cedit ille calor & amor illi qui abest. *Aestus* de ardore amoris quia intus æstuat. vt apud Apul. Apol. 1. Ab æstibus fretorum ad æstus amorum transferentur.

Eleuat *assiduos copia longa viros.*] id est, leuiores reddit & viliores ipsa facultas potiundi. Catull. epigr. 21.

Hæc tu quamlibet abiice eleuaque.

Sic Ciceroni dictum *Eleuare crimina.* id est, leuiora reddere & eludere. T. Liuio libr. 28. Q.

Fabius meas res gestas in Hispania eleuauit. Sueton. in Tiberio cap. 52. *Eleuare præclarè facta præ supernaeuis.* *Copia*, vt eleg. 20. sup. copia lecti. Assiduitas hic fastidio est, vt sup. eleg. 18.

Assiduè multis odium peperere querela.

Et Cicero pro Muræna assiduitatem oratorum & Iurisconsultorum ait multum habere fastidij, ideoque plus Murenæ profuisse ad consulatum quod abfuisset, quam Sulpicio quod semper adfuisset.

AD ELEGIAM XXXIIII.

Ad Lyncaum Poëtam.

CVR *quisquam faciem domina iam credat amico?*
Sic erepta mihi pene puella fuit.] quasi diceret nulla causa est, quia hoc ego pacto propemodum amicam perdidi. τὸ *quisquam* est stomachantis, vt eleg. 25. sup. vers. 23. *Iam*, posthac amplius. vt Catul.

Nunc iam nulla viro iuranti femina credat.

Credat amico, committat, commendet, vt Catull. dixit epigr. 15.

Commendo tibi meos amores.

Ouid. ad hanc rem lib. 1. de art. am. sub finem:

Heu facinus! non est hostis metuendus amanti.
Quos credis fidos, effuge, tutus eris.
Cognatum, fratremque caue, fidumque sodalem.
Prabebit veros hac tibi turba metus.

& 3. de arte amandi:

Questus eram, memini, metuendos esse sodales,
Non tangit solos ista querela viros.

Exemplum huius rei in Candaule & Gygæ sodali apud Herod. lib. 1. *Amico.* vet. lib. *Amori.* quod se mutasse Beroaldus fatetur. sed & amor, pro, amico & amica. vt apud Tibull.

——*infelix dum requiescit amor.*

Faciem domina, id est; dominam formosam. dixi eleg. 19. lib. 1. vers. 15. Ouid. 1. Met.

Astra tenent cœleste solum, formaque Deorum.

EXPERTVS *dico; nemo est in amore fidelis.*] Postulat sibi credi, quia iis plerumque creditur, qui experti sunt, inquit Tull. in Topicis. Sic idem 2. de Orat. *Dicam tibi, Catule, non tam doctus, quam id, quod maius est, expertus.* Idem pro Plancio: *Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis.* Virg. 11. Æneid. *Experto credite.* Ouid. eleg. 4. lib. 3. Trist.

Vsibus edocto si quicquam credis amico.

Sic Turpilius Demiurgo apud Nonium in *Medicum.* *Ego apol docta dico. Nemo est in amore fidelis.* Sic Aristoteles apud Laërtium, cum sæpe de amicorum perfidia quereretur, exclamauit; ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος. Plaut. in Aulul. *Fidei censebam maximam multo fidem esse, ea subleuit os mihi penissimè.* Terent. in Andr. *Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.* Et in seipsum cruciante. *Iuppiter vbi nam est fides.* Idem in Adelph. *Me miseram! qui credas iam? aut cui credas?* vbi Donat. *Fides aut in re, aut in persona.* vnde & Virg. 4. Æneid.

Nusquam tuta fides. id est, neque in re, neque in persona. vide plura adnot. ad illud Catull. ex Ariadna: *Nulla viro iuranti femina credat.*

FORMOSAM *raro non sibi quisque petit.*] id
A est, Monstri simile est non malle sibi quemque formosam quam alteri. hoc est quod ait Terent. Andr. *Proximus sum egomet mihi.* Idem ibid. *Omnes sibi melius esse malle, quam alteri.* Plato 5. de leg. φίλος αὐτῷ πᾶς ἄνθρωπος.

POLLVIT *ille Deus cognatos, soluit amicos,*
Et bene-concordes tristia ad arma vocat.] id est, ius cognationis & sanguinis violat. Aliud est quod dixit eleg. 15. lib. 1.

Sanguinis & cari vincula rupit amor.

Polluit, qui inquinat, quia lauere potest. Sic eleg. 10. lib. 4.

Furto polluit ille Iouem. *Pollutum hospitium* Virg.
B 3. Æneid. Cic. pro Sex. Rosc.

Polluere omnia diuina & humana iura. Horat.
Nullis polluitur casta domus stupris.

Sententia est similis illi Virg.

Sæuus amor docuit natorum sanguine matres
Commaculare manus. *Cognati* quasi ex vno nati & quia commune nascendi initium habuerint, inquit Vlp. lib. 1. *Vnde cognati.* & l. 4. *de grad.* vbi agnati sunt quoque cognati, non contra, quia adfines cognati sunt, non agnati. *Soluit amicos*, dirimit amicitias dixit ad eleg. 4. lib. 1. vers. 15. *Bene-concordes*, vnanimes. *Concordes*
C eodem corde & animo. Cic. 1. Tusc. Sic Afran. apud Nonium in *Spurcam*: *Bene-conuenientes & concordes cum viris.* *Vocat ad arma*, vt Virg. 7. Æn.

——*desuetaque bello*
Agmina in arma vocat subito.

Cicero pro C. Rabirio: *Cum ad arma consules ex Senatusconsulto vocassent.* τὸ *ad arma* formula est. Horat. *Ad arma cessantes, ad arma concitet.*

HOSPES *in hospitium Menelao venit adulter.*] id est, Paris vir peregrinus, & iam adulter mente, quia ad rapiendam Helenam domo profectus. *Adulter*, pro Paride, vt contra Virg.

At nunc ille Paris. id est, adulter. Horat. od.
D 9. lib. 4. *Arsit adulteri Crines.* & lib. 3. oda 3.

Nec iam Lacana splendet adultera
Famosus hospes. vide eundem oda 15. l. 1. meminit ipse eleg. 3. & 15. sup.

COLCHIS *& ignotum nonne secuta virum.*] Periphrasis adulteræ. sic el. 5. lib. 4.

Non te Medea delectent probra sequacis.

Sabin. in ep. Vlyssis de Clytemnestra:

Tyndaris has illi latas pro fœdere pœnas
Struxerat, externos ipsa secuta viros.

Virg. eclog. 10.

——*tua cura Lycoris*
Perque niues alium perque horrida castra secuta est.

E vnde *Secutuleia mulieres.* Petronius: *Tanquam mulier secutuleia, vnius noctis tactu omnia vendidit.* *Ignotum virum*, Iasonem, quem nunquam antea viderat: de eo eleg. 24. sup.

LYNCEV *tune meam potuisti tangere curam?*] Lynceum hunc, Pontinum vero nomine opinor, de quo eleg. 7. lib. 1. Est autem Græcum nomen vt *Panthus* eleg. 21. supr. & *Demophoon* eleg. 22. *Tune*, Irascentis est, vt eleg. 8. lib 1.

Tune igitur demens? *Potuisti*, ausus es, & sufficit tibi animus ad id scelus. vt el. 17. lib. 1.

Et merito quoniam potui fugisse puellam.

Tangere curam, amicam meam attrectare. Horat. sat. 2. lib. 1. *Matronam nullam ego tango.*

Ibid. —— *sunt qui nolunt tetigisse nisi illas*
Quorum subsuta talos tegit instita veste.

Catull. *Tanquam te prius irrumatione.* Plaut. Aulul. act. 4. sc. 6. *Cur id ausus facere, vt id quod non tuum esset, tangeres.* Ambiguè de furto & stupto. vnde *intactæ puellæ. Tangere*, vt rem sacram, ideo dixit eleg. 7. lib. 1.

Te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
Quod nolim, nostros euolasse Deos.

PERFIDE, *nonne tua tunc cecidere manus?*] mirum, inquit, quin manus tuæ non ceciderint. id est, auulsæ à brachiis sint, vel ipsa brachia ab humeris, vt plectantur membra ipsa, quæ peccarunt, vt sit hæc pœna sacrilegij &
B perfidiæ. vide adnotata ad eleg. 15. lib. 1. vers. 36. Aliter Virg. 6. Æneid.

Bis patriæ cecidere manus.

QVED *si non constans illa & tam certa fuisset.*] vide notata ad eleg. 9. lib. 1. vers. 15.

POSSES *in tanto viuere flagitio?*] non & vita simul & hac turpitudine te priuares? sic *tanta crimina* dixit infra hac eleg. Donat. in Eunuch. *Flagitium more militari res flagitatione, id est, increpatione digna.* Isid. lib. 5. *Flagitium à flagitando corruptelam libidinis.* Nonius: *Flagitium veteres vitium* (dixere) *quod virgini infertur.* Sane flagitari
C libidinis est, vnde *Flagitatus inter cutem* dicitur stuprũ passus, apud Fest. In inter cutem. Gell. cap. 17. lib. 1. Vitia flagitiis leuiora sunt. Apud Plaut. sæpe, *Facere flagitiũ*, est stupri. Cic. Catil. 1. *Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus vnquam tuis, quod flagitium à toto corpore abfuit.* Flagitium solam turpitudinem etiam citra libidinem significat. Plaut. Pseud. *Si cecidero, vestrum erit flagitium pedes.* In Milit. *Flagitium est si nil mittetur.* & Pœnul. *Hæ fores fecerunt magnum flagitium modo, crepuerunt clare* vide Cic. ep. 22. l. 9. fam.

TV *mihi vel ferro pectus, vel perde veneno.*] id est,
D vi aut fraude conate me interficere, vt sicarius aut venenarius. & *pectus*, inquit, *perde*, quia id vtrumque recipere potest, & ferrum & venenum.

A *domina tantum te modo tolle mea.*] id est, aufer te, remoue te. Terent. Phorm. act. 3. sc. 3. *Aufer te hinc.* Est autem hic tmesis pro *tantummodo.*

TE *socium vitæ, te corporis esse licebit,*
Te dominum admitto rebus, amice, meis.] id est, participem esse te sinam & animæ meæ & corporis, & fortunatum, siue omnia mihi tecum erunt communia bona animi, corporis &
E fortunæ. τὸ *licebit*, pro, licet. vt eleg. 11. supr.

—— *vel sis ignota licebit.*

Admitto, benignitatis est, quia qui admittit & excludere potest. Socius autem etiam dominus est, vt vulgo loquimur, cum res est communis pro indiuiso. Vlp. l. 1. §. *Domini de Senatusconsulto Silaniano.* D. cum appellatione ait etiam domini pro parte contineri.

LECTO *te solum, lecto te deprecor vno.*] id est, precibus auerto ab amicæ amplexu. Charis. lib. 4. *Dicitur deprecor inimicum & inimico.* Non. *Deprecor, amolior, depello.* Ennius Erechtheo, *Quibus seruitutem mea miseria deprecor.* Ouid. 1. de Ponto: *Sæpe precor mortẽ, mortem quoq. deprecor idẽ.*
A Cic. 3. de Orat. *Cum sibi non incolumem fortunam, sed exsilium & fugam deprecaretur, coactum esse vt se vita priuaret.* vide Gell. cap. 16. lib. 6.

RIVALEM *possum non ego ferre Iouem.*] sic Ouid. 2. de arte amandi:

Non bene cum socijs, regna Venusque manent.

Iouem dixit κατ' ἐξοχήν. vt eleg. 13. sup.

Possum inimicitias tunc ego ferre Iouis.

Catull. —— *nec præ me velle tenere Iouem.*

Plaut. Casina: *Negaui enim me ipsi cõcessurum Ioui, Si is mecum oraret.* Aliter Plautinus Amphitruo sc. 1. act. 5. *Pol me haud pœnitet. Scilicet boni dimidium mihi diuidere cum Ioue.* De vxore communi.

B IPSE *meas solus (quod nil est) æmulor vmbras.*] Æmulus & Zelotypus sum vmbræ meæ. Prouerbialiter dictum, vt Socrates in Phædone Platonis dixit τὴν αὑτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι. & Plutarch. Sympos. & Q. Cicero de pet. Consul. vide Iun. prouerb. 8. cent. 4. Addit, *quod nil est*, quia vmbra nihil inanius. vnde Iuuenal. sat. 10.

Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram.

& Cic. 8. ad Attic. *O hominem amentem qui ne vmbram quidem τοῦ καλοῦ viderit. Æmulor*, pro ζηλοτυπῶ. quia æmulus etiam riualem significat. Terent. Eunuch. *Istum æmulum, quod poteris ab ea pellito.* Cic. 4. Tusc. *Æmulatio est ægritudo, si eo
C quod ipse concupierit, alter potiatur, ipse careat.* Idem docet & in vitio & in laude poni & vitiosam æmulationem esse riualitati proximam. Apul. lib. 10. de Pellice. *Æmula tori & succuba. Vmbras*, pro vmbram dixit, vt notaui ad eleg. 8. sup. 19. & *solus*, pro licet solus. vide notata ad eleg. 21. vers. 18. sup.

STVLTVS, *quod stulto sæpe timore tremo.*] terrentur & tremunt etiam fortes, vt ait Ouid. 13. Met. sed vero & iusto timore: stulti tremunt nulla causa, & stultum est timere quod nocere non potest, vt vmbra. vide Horat. sat. 3. lib. 2.
D dixit *timore tremo*, quia tremimus etiam frigore, & febre. Tremorem in metu esse docet Macrob. & adnot. ad eleg. 5. lib. 1.

VNA *tamen causa est, qua crimina tanta remitto.*] id est, vna ratione moueor vt tanto flagitio ignoscam. Qui decedit de suo iure, nec exigit quod exigere potest, remittere dicitur. Virg. 7. Æneid. *Erycis tibi terga remitto.* & 12. Æneid.

Do quod vis, & me victusque volensque remitto.

Idem lib. 11.

Cedat ius proprium regi, patriæque remittat.

Et alibi sæpe Vatin. Ciceroni 5. fam. *Meum supplicium & animaduersionem tibi remitto.* sic apud
E Iurisconsultos remittere iusiurandum, mercedem, sponsionem. *Gratiam facere* dicit Sueton. *Causa*, pro excusatio, defensio, vt sæpe apud Terent.

ERRABANT *multo quod tua verba mero.*] id est, tu ipse inter loquendum errabas; lingua non constabas, sed hæsitabas. Sic Cic. 13. Philip. *Errare in prænominibus propter similitudinem.* & de Arusp. resp. *Si ædilis verbo vel nutu aberrauit, ludi non rectè facti.* & 1. de Orat. *Hæsitare lingua*, dixit, & 2. ad Q. fratrem: *Neque lingua, neque mente consistere.* Vt titubare est pedum & errare, sic vtrumq. ad linguam transfertur. Ebrij autem non tantum errant gressu, sed & sermone

& mente. Iuuenal. sat. 15.

Adde quod & facilis victoria de madidis, &
Blæsis, atque mero titubantibus.

SED *nunquam vita me fallet ruga seueræ.*] id est, frons caperata seueritudine mihi nunquam imponet. Ruga, vel indicium senectutis, vt eleg. 18. sup.

Et faceret scissas languida ruga genas.

vel seueritatis & morum, vt Cic. post reditum in Senatu. *Hic vos rugis supercilioque decepit.* Petron. *Quid me constricta spectatis fronte Catones.* Eos igitur intelligit, vt Horat. ait,

Qui Curios simulant & Bacchanalia viuunt.

OMNES *iam norunt quam sit amare bonum.*] id est, quam suauis sit fructus amoris omnes sciunt. Horat. ep. 6.

Si, Mimnermus vti censet, sine amore iocisque
Nil est iucundum, viuas in amore iocisque.

Mimnermus ipse apud Plut. περὶ εὐθυμίας ἀρετῆς·

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης.
Τεθναίην ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

Ipse eleg. 14. & 15. supr. Deum se dixit quod amore potiretur.

LYNCEVS *ille meus seros insanit amores.*] potest esse hypallage, pro serus insanit meos amores, vt eleg. 13. supr.

O mors cur mihi sera venis?

vel *Seri amores*, qui serò veniunt, eoque sunt grauiores, vt eleg. 7. lib. 1.

Sæpe venit magno fœnere tardus amor.

Insanire amores, amicam deperire, & ad insaniam amare. ἐρῶν μανικῶς Turneb. cap. 1. lib. 17. aduers. sic Horat. oda 11. Epod. *Inachiæ furere.* Virg. 12. Æneid. *Hunc oro sine me furere ante furorem.* Anacreon: Ἀλλ' ἐθέλω μανῆναι
Μανίην μανῆς ἀείσω.

SOLVM *te nostros lætor adire Deos.*] τὸ *solum* videtur esse aduerbium, vt significet vnam ei placuisse Cynthiam, & arborem esse dignam D suspendio. *Adire nostros Deos*, rogare nostram amicam. vt eleg. 7. lib. 1.

——— *nolim nostros te violasse Deos.*

QVID *tua Socraticis tibi nunc sapientia libris Proderit? aut rerum dicere posse vias?*] sic dixit eleg. 9. lib. 1.

Quid tibi nunc misero prodest graue dicere carmen?

Sapientia augustissimum nomen de quo Afranius apud A. Gell. cap. 8. lib. 13.

Vsus me genuit, mater peperit memoria,
Sophiam vocant me Graij, vos sapientiam.

Horat. & Lucret. Sapientiam vocant, vt Epicurei. An *nunc-sapientia*, vt *nunc-domina*, *nuncdea.* Lucret. quæ nunc appellatur sapientia. *Socraticis libris.* sic Horat. in arte Poëtica:

Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.

& oda 21. lib. 3.

Non ille quanquam Socraticis madet
Sermonibus. Lucill. apud Nonium in *Charta & Chartus: Vbi nunc Socratici charti? Socratici libri*, id est, Platonis libri & Xenophontis, aliorumque. nam vt ait Cic. 3. de Orat. *Socratis ingenium variosque sermones Plato immortalitati commendauit, cum Socrates ipse nullam litteram reliquisset.* *Aut rerum dicere posse vias.* id est, rerum causas reddere; & rationes adferre. cur & vnde

A quidque fiat. siue qua via & ordine progrediatur natura. *Rationem mundi* vocat infra hac elegia. sic eleg. 5. lib. 3.

Natura miseras auximus arte vias.

id est, naturales causas mortis. Virg. 2. Georg.

Sunt alij (modi) *quos ipse via sibi reperit vsus.*

id est, *ratione*, inquit Seruius, vt 4. Æneid.

Inuenit Germana viam. Ciceroni sæpe ars, ratio, via, idem. vt in Topicis: *Iudicandi vias persecuti sunt Stoici.* & 2. de Diuin. *Nullas dant vias nobis* (Dij) *ad scientiam futurorum.* In peruigilio Veneris; eadem significatio: *Insitque mundum nosse nascendi vias.*

B AVT *quid Cretæi tibi prosunt carmina lecta?*] sunt qui Epimenidem Cretensem intelligant. Beroaldus reponit *Tyrtæi*, sed errat. Idem quod de Epimenide exponit non improbatur à Turnebo cap. vlt. lib. 7. aduers. quia & is scripsit versibus. sed tamen ait videri legendum *Lucreti*, quod & ego verisimile iudico cum Lucretius & de rerum natura scripserit, & amoris remedia quædam tradiderit lib. 4. de eo Cicero ep. 9. lib. 2. ad Q. fratrem. *Lucretij Poemata non ita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis, cum igitur terebātur manibus Romanorum.* τὸ *tibi*, C καὶ *dicaiat*, & *tibi lecta.* id est, à te. & tibi prosunt.

NIL *iuuat in magno vester amore senex.*] nomen dignitatis ab auctoritate ætatis, *senex*, vt patet. sic Terent. Hecyr. act. 1. sc. 2. *Senex si quæret me modo, isse dicito ad portum.* & in Phorm. act. 1. sc. 2. *Senis nostri, Daue, fratrem maiorem Chremem Nostine?* Plaut. Asin. act. 2. sc. 4. *Sisciat noster senex.* Ergo *vester senex*, Epicurus, vt & ait Beroaldus, familiæ & sectæ vestræ pater. *Senior Gargettius* dicitur à Statio, à pago Attico. vixit Epicurus annos 72. & de amore scripsit. Laert. Beroaldus etiam de Socrate, vel Homero exponit qui *Mæonius senex* dicitur Ouidio. de quo lib. 1. eleg. 9. dictum ad illud:

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.

TV *satius memorem Musis imitere Philetam.*] *Memor* μνήμων, pro eo cuius musæ ipsæ meminere, quem referunt & memorant. Sic *Ira memor* Virg. 1. Æneid. cuius Iuno meminerat. Ouid. lib. 4. Metam.

Exigit indicij memorem Cythereia pœnam.

vt Æschylus in Agamemnone, μνήμων μῆνις. Horat. oda 17. lib. 3.

——— *& nepotum*

E *Per memores genus omne fastos.*

vt sit memorem Musis, ταῖς μούσαις μνήμονα. Scaliger ex vet. lib. *Musis memorem*, legendum censet, *Musis meliorem*, & haud dubitat quin verum sit, hoc est διανοητικώτερον, χαριτωπότερον, γλαφυρώτερον; vt mollis carminis palmam Philetæ deferat. hæc ille. De Phileta fab. lib. 10. vbi principem elegiæ facit Callimachum secundas autem Philetæ tribuit. Strabo lib. 14. Inter Coos viros illustres memorat Hippocratem Medicum, & Philetam Poëtam. Athenæus cap. 23. lib. 9. Philetam vigilijs & macie confectum interiisse ait, quam ex quæstiunculis propositis contraxisset. Ælian. lib. 9. Insigni macie fuisse ait, ideoque suppactum solum calceorum

(plumbo Athen. cap. 29. lib. 12.) habuisse ferro, ne à vento raperetur. Meminit idem lib. 10. Ipse el. 1. & 7. lib. 3. Philetam cum Callimacho coniungit, vt hic, & Ouid. 3. de arte amandi:

Sit tibi Callimachi, sit Coi nota Poetæ Musa.

ET *non inflati somnia Callimachi.*] videtur dicere, satius imitere somnia Callimachi non inflati, non tumidi & ampullantis, sed exilis, vt somnia quædam Callimachus scripserit in elegiis, vt Propertius eleg. 26. sup. & eleg. 7. lib. 4. & eleg. 3. lib. 3. Sed Scaliger distinguit. & non imitere somnia Callimachi inflati: & somnia exponit τὰ αἴτια, opus Callimachi obscurum, vnde Martialis dixerit, *Legas aitia Callimachi*, de eo qui obscuris delectabatur. Somnia autem vocat, quia scripturus antiquissimas historias, & ab hominum memoria remotissimas somniauit se interuenisse Musarum cœtui, & edoctum de iis rebus obscurissimis. idque probat epigrammate Græco. Lynceum igitur dehortatur ab ætiis Callimachi, in quibus inflatus est, quæ is imitari studebat, vt ostendunt, quæ sequuntur de Acheloo, Mæandro, Archemori funere. hæc ille.

NAM *rursus licet Aetoli referas Acheloi,*
Fluxerit, vt magno fractus amore liquor.] Scaliger legendum putat *Num*. Num tibi licet, inquit, rursus referre, quæ retulit olim Callimachus, quasi dicat minimè. Retineri tamen potest, *Nam*, vt ἀπὸ κοινοῦ repetatur, quod sequitur, quid prosunt. Scaliger τὸ *licet* accipit quasi verbum. Ego pro quamuis & subauditur tamen. *Vt liquor Acheloi.* id est, Achelous ipse liquidus, vtpote fluuius. dixi ad eleg. 6. lib. 1. vers. 32. *Aetoli*. Strabo lib. 7. & 8. Acheloum per Acarnaniam & Euenum per Ætoliam fluere ait. Idem lib. 10. ab Acheloo dirimi Acarnaniam & Ætoliam ait, & adductis versibus Sophoclis è Trachiniis narrat vulgatam fabulam de certamine Herculis & Acheloi ob amorem Deianiræ, & refert ad historiam. Acheloum scilicet fluuium coërcitum ab Hercule aggeribus cum agros inundasset, & siccata quæ stagnassent, in gratiam Oenei. Ætolia regio Græciæ Epeiro & Acarnaniæ finitima, dicta ab Ætolo Iouis filio, vt Plin. vel Endymionis filio, vt Stephanus & Eustathius. De Acheloi & Herculis certamine Ouid. lib. 9. Met. Pausan. in Laconicis, Apollodor. lib. 2. & Higin. fab. 31. *Fluxerit fractus amore magno.* id est, mollior & leuior ierit, ita se confessus, fessum & victum. vide adnotat. ad eleg. 1. sup. vers. 31. & 31. Alludit simul ad fractum cornu Acheloi. & *fractum amore* ambigue: quia & amor eum domuit, & Hercules ipse amans.

ATQVE *etiam vt Phrygio fallax Mæandria cāpo*
Errat, & ipsa suas decipit vnda vias.] Ouid. in ep. Deianiræ:

Mæander toties, qui terris errat in iisdem:
Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas.
Vidit in Herculeo suspensa monilia collo.

De flexibus Mæandri, qui per Phrygiam labitur Strabo lib. 12. qui etiā ab eo omnes flexus ait Mæandros dictos, & campos quosdā iuxta

A Cariam & Lydiam, Mæandri campos. vide & Plin. cap. 85. lib. 2. & cap. 29. lib. 5. Auson. in Monosyllabis: *Mæandrum flexusque vagos imitata feror ξ.* Hinc picturæ genus flexuosum Mæander. Virg. 5. Æneid.

Victori Chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Fallax decipit, δὶς τὸ αὐτὸ, vt Virg. 6. Æneid.

Fallax delusit Apollo.

& ipse eleg. 14. lib. 3.

Errantia lumina fallunt. *Vias suas*, id est, fallit & frustratur cursus suos. nam currere cum

B putat in mare Mæander, vnda ipsa recurrit quasi ad fontem. *Via*, de cursu & alueo fluminis, vt eleg. 21. lib. 3.

Et qua septenas temperat vnda vias.

QVALIS *& Adrasti fuerit vocalis Arion,*
Tristis ad Archemori funera victor equus.]

Apollod. lib. 3. Ἄδραστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρείων, τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Δημήτηρ εἰκασθεῖσα Ἐριννύϊ κατὰ τὴν συνουσίαν. Id est, Verum Adrastum solum equus Arion seruauit, hunc Ceres in Erinnyis formam conuersa ex Neptuni concubitu genuit. Hinc explicandus Ouid. 6. Met.

C *Et te flaua comas frugum mitissima mater*
Sensit equum, te sensit equum crinita colubris
Mater equi volucris. Stat. in Equo Domitiani lib. 1. Sylu.

Hunc & Adrasteus visum extimuisset Arion.

Idem 6. Thebaid. ab eo versu:

Ducitur ante omnes rutila manifestus Arion
Igne iubæ. Hunc equum dono dedit Adrasto Neptunus, vt scribit Probus. Seru. in illud 1. Georg. *Fudit equum Tellus. Illum equum*, inquit, *alij Scythium; alij Syronem: Arionem nominatum dicunt.* vide Pausan. in Arcadicis, vbi de eo plura. Homer. Iliad. 23. in funere Patrocli, Arionis huius meminit, atque ex Deo genitum.

D *Vocalis* autem dicitur, quia humana voce præditus, vt Tibullo eleg. 5. lib. 2.

Fataque vocales præmonuisse boues.

Sic equo Achillis Xantho sermonem humanum tribuit Homerus Iliad. 19. in extremo, vbi Achilli mortem prædicit. Alio modo *Vocalis Arion* dicitur Ouidio 2. fast. de Citharœdo, ad quem Beroaldus & hic allusum à Poëta ait. Narrat lib. 6. Theb. Statius, vt Arion excusserit Polynicem rectorem, quem inuitum gerebat, requirens dominum Adrastum. ideo hic *tristem* etiam in victoria dixit, cum tamen lætos ea reddere soleat, vnde Horat. —*hora*

Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.

E Victor, inquam, equus ipse per se sine rectore, sed tamen Amphiarao, & ipsius equis data palma: nam, vt ait idem Stat. lib. prænot.

Gloria mansit equo (Arioni) *cessit victoria vati.*

(Amphiarao) Apollod. contra lib. 3. in iis ludis Adrastum equo vicisse scribit. *Ad funera Archemori.* id est, in ludis funeribus. *Ad*, apud, in. vt eleg. 28. *Ad infernos lacus.* Lycurgus Rex Nemeæ sustulit filium ex Eurydice vxore Ophelten. eius nutrix erat Hypsipyle, quæ cum fontem monstratum Adrasto & sociis iisset, puerum in apio deposuit, ne terram tangeret, quod oraculo prohibebatur. Interea draco fontis

custos puerum deuorauit. Adrastus & socij dracone interfecto puerum Archemorum vocarunt & ei ludos funebres instituerunt. hæc Nemeorum origo Apollod. lib. 3. Stat. lib. 6. Pindarus Nemeis. Higin. fab. 74. & 273. qui Lycum, non Lycurgum vocat patrem Archemori.

NON *Amphiarea prosunt tibi fata quadriga,* &c.] corrigit Scaliger:

Non non Amphiaraea tibi fata quadriga
Prosunt, aut Capanei grata ruina Ioui.

Fabulam Amphiarai exposuimus ad el. 16. sup. vers. 29. *Fata quadriga*, fatales equi, & deuoti Diis Manibus cum ipso domino. vt el. 13. sup.

Longaua fata senecta.

Amphiaraea dictum vt eleg. 1. supr. *Ptolemaea.* quadrigas autem non tribuit Amphiarao. Stat. lib. 2. Sed bigas, ipsosque equos vocat Æscheton & Cygnum. Quadriga numero singulari, vt eleg. 7. lib. 3.

Sunt quibus Elea concurrit palma quadriga.

Licet Charis. lib. 1. Bigas & quadrigas tantum numero multitudinis agnoscat. vt nec Varro lib. 9. de ling. Lat. Gell. cap. 9. lib. 19. in fine: *Quod vnum, inquit, rarissimum videbatur, inuenimus quadrigam numero singulari apud M. Varronem in libro Satyrarum,* &c. Sed & Plinius sæpe vtitur *quadriga.* & Iurisconsulti de ædilitio edicto, *Triga & quadriga.* Seruius in 7. Æneid. ad illud:

——laeuaque ancile gerebant.

Quadriga, inquit, *fictilis fuit inter septem fata vrbis Roma.* De equis Amphiarai vna cum Domino absorptis hiatu terræ. Stat. lib. 7. sub finem.

AVT *Capanei grata ruina Ioui.*] Crasis *Capanei*, vt eleg. 31. sup. *Persei.* Capanei fabulam attigimus eleg. 15. lib. 1.

Coniugis Euadne miseros elata per ignes
Occidit.

Capaneus Hipponoi filius, vnus è septem ducibus ad Thebas. Apollod. lib. 3. Καπανεὺς ἁρπάσας κλίμακα ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς; καὶ ζεὺς αὐτὸν κεραυνοῖ. Legend. Euripid. in Phœnissis, & Stat. 10. Thebaid. in extremo: ait *ruinam gratam Ioui*, quia Deos, ipsumque adeo Iouem lacessebat Capaneus, vt ait Statius:

Nunc age, nunc totis in me connitere flammis
Iuppiter, &c.

Higin. fab. 68. quod contra Iouis voluntatem se capturum Thebas diceret, fulmine percussum ait. Veget. cap. 21. lib. 4. *Qui scalis nituntur* (in oppugnatione) *frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, à quo primum hæc scalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta vi occisus est à Thebanis, vt extinctus fulmine diceretur.* vnde Ouid. eleg. 4. lib. 5. Trist.

Illo nec melius cecidi, quem magna locutum
Reppulit à Thebis Iuppiter igne suo.

vide Iunium prou. 28. cent. 8. è Philostrato.

DESINE *& Aeschyleo componere verba cothurno.*] id est, stylo tragico scribere. Æschylus enim Poëta Tragicus satis notus, cum & eius aliquot exterent tragœdiæ: & fatum memorabile fuerit: vitandam enim sibi ruinam cum accepisset & sub dio ageret, immissa ab aquila in caluum caput testudine obtutus est. Plin. lib. 10. Horat. in arte Poëtica:

Post hunc (Thespio) *persona, pallaeq. repertor honesta*
Aeschylus, & modicis instrauit pulpita tignis
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Quæ verba postrema respondent illis; *Componere verba cothurno. Aeschyleo cothurno* dictum vt à Virgilio: *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.* Cothurnum Suidas ἀμφιδέξιον, id est, vtrique pedi aptum & viris ac mulieribus communem, & παράγωγον fuisse scribit. vnde prouerbium εὐμεταβολώτερος κοθόρνου. & κόθορνος dictus Therameoes Rhetor. erat & venatorum calceamentum. *Componere verba cothurno*, an versum scribere grandiloquum & tragico stylo, vt contra eleg. 7. lib. 1.

Mollem componere versum.

Nam & in soluta & in vincta oratione verba componuntur & ordine coniunguntur, vt sit compositio, verborum ipsa collatio, pars elocutionis. vel *componere*, facere & nouare verba. Cicero 3. de Orat. *Verba aut propria aut translata, aut nouata & facta.* & addit paulo post. *Nonantur & efficiuntur verba, qua gignuntur ac fiunt, vel coniungendis verbis, & componendis, vt expectorae & versutiloquus.* & ita verba componunt. Tragici, siue λογοδαίδαλοι & verborum opifices sunt. Inde τραγῳδεῖν. & Plauto *Paratragœdiarum.* Horat.

An tragica desaeuit & ampullatur in arte.

vide Iunium prou. 53. cent. 4.

DESINE, *& ad molles membra resolue toros.*] an membris resolutis & victis iace in mollibus toris? *Resoluunt membra*, qui reclinant ea dormituri. Virg. 6. Æneid.

——atque immania terga resoluit
Fusus humi.

Nam somno soluuntur membra, vt & morte. Virg.

Qua luctantem animam, nexosque resolueret artus.

& 12. Æneid.

——illi soluuntur frigore (leti) *membra.*

Petron. Arbiter: *Premebat illa resoluta marmoreis ceruicibus aureum torum.* An quia soluuntur ac franguntur membra militia Veneris? Virgil.

Nec corpora segnes In venerem soluunt. Ouid.
Odi concubitus qui non vtrimque resoluunt.

Ad molles toros, in mollibus lectis. *Ad* pro in, vt paulo ante *Ad Archemori funera* dixit. vet. lib. *Choros*, inquit Scaliger, ergo membra resolue. id est, subige, & habilia redde ad choros molles, quia duo chorearum Poëticarum genera, vt adnotatum ad eleg. 10. sup. vers. 1. Sic Colum. vsus hoc verbo. cap. 2. lib. 2. *Melius resoluta humo, quam densa prouenit.* & Virg. 1. Georg. *Zephyro putris se gleba resoluit.* Potest & exponi *resolue membra ad choros*, choreas ducendo lassa, vt eleg. 3. lib. 1. Assiduis Edonis fessa choreis.

INCIPE *iam angusto versus includere torno.*] simili allegoria eleg. 1. lib. 3. dixit:

Exactus tenui pumice versus eat.

Ex angusto torno, angusti versus intelliguntur, vt el. 1. supr. *Angusto pectore Callimachus.* id est, tenui spiritu. Eadem translatione dicitur ab Horat. in arte Poëtica:

Et male tornatos incudi reddere versus.

Cicero de vniuerso: *Idque ita tornauit vt nihil possit effici rotundius.* Lucan. ad Pisoo.

——hinc exornata figuris

Aduolat

Aduolat excusso velox sententia torno.
Τόρνος ἢ τορευτήριον, fabrile instrumentum, quo lignum, vel ebur rotundatur, & politur. hinc τορνεύειν quod Latinè tornare. Virg. eclog. 5.
Lenta quibus torno facili superaddita vitis.
Apuleius de mundo: *Vt in tornando artifex solet materiam forcipe comprehensam reciproco volumine rotundare. Includere.* Scaliger negat rectè dici versum includi torno, & in vet. lib. legi ait *Componere.* ego contra id quod tornatur aio intra tornum rectè dici, & torno rotundari. sic Cic. 3. de Orat. *Includere verba versu.*

I N Q V E *tuos ignes, dure Poëta, veni.*] id est, incipe vri, & cantare quod vreris. sic propriè Catul. *At vos enterea venite in ignem*
Annales Volusi. Stat. 12. Theb.
——*aut saeuos mediæ veniemus in ignes.*
Tralatitiè, vt hic, Terent. Eunuch. *Accede ad ignem hunc, & incalesces plus satis. Tuos ignes*; amores, vt eleg. 6. lib. 1. dictum ad illud:
Totis argueat noctibus ignes.
Dure Poëta, qui res asperas & difficiles versibus mandas. sic Stat. 5. Syluar. in Epicedio ad patrem: *Tenderet & torno pietas æquare Maroni.* vide ad el. 1. sup. vers. 41.

T V *non Antimacho, non tutior ibis Homero.*] id est: Non Antimachus & Homerus te tuebuntur & defendent ab Amoris telis. *Ibis*, vel prodibis in publicum, vel eris, vt venire pro esse. Sic eleg. 1. sup.
Gaudet laudatis ire superba comis.
Antimacho, septimo casu. De eo Poëta vide iudicium Fabij cap. 1. lib. 10. Plutarch. In Lysandro. Cicero in Bruto: *Hic*, inquit, *cum magnum illud* (Thebaidos) *volumen suum conuocatis auditoribus legeret, & ab omnibus desereretur: Legam*, inquit, *nihilominus: Nam Plato vnus mihi erit instar omnium.* Aliquot eius versus profert Pausanias in Arcadicis. Suidas eum ait 24. volumina perscripsisse antequam 7. duces Thebas perduceret. Catull. de eodem:
At populus tumido gaudeat Antimacho.

D E S P I C I T *& magnos recta puella Deos.*] quia recta & pulchra ideo superba, vt eleg. 28.
Semper formosæ non nostis parcere verbis.
Magni Dij tribus modis dicuntur; vno cum omnes Dij hoc ornantur epitheto: Catull.
Dij magni horribilem & sacrum libellum.
Ouid. eleg. 6. lib. 3. Amor.
Credo etiam magnos quo sum tam turpiter vsus
Muneris oblati pœnituisse Deos.
Altero modo cum Dij maiorum gentium intelliguntur, vt illi duodecim Ennianis duobus versiculis inclusi, de quibus Virg.
Penatibus & magnis Dijs.
Tertio cum diui potes significãtur: δυνατοὶ θεοὶ, Varro 4. de ling. Lat. Ibidem: *Ops & Saturnus, id est cælum & terra, Dij magni.*

S E D *non ante grauis taurus succumbit aratro*
Cornua, quam validis hæserit in laqueis.] similis comparatio est eleg. 3. sup. vers. 47. & eleg. 5. lib. 1. vers. 12. *Taurus grauis*, an vastæ molis & ponderis? vt Horat. dixit:
——*nec tauri ruentis*
In venerem tolerare pondus.

A An grauis, acer, fortis? vt Virg. 10. Æneid. *It grauis Aulestes, id est, fortis*, inquit Seruius; *vt ferit ense grauem Tymbræus Osirin*: & Virgilio *Fortes tauri.* Sanè Graues boues vocantur Varroni cap. 20. lib. 1. de re rust. An legendum *graui aratro*, vt Horat. in arte Poëtica:
——*& graue sentis aratrum.*
& Virg. 1. Georg.
——*graue robur aratri?*
Succumbit cornua aratro. id est, cornua & ceruicem submittit iugo ad aratrum ducendum. verbo neutro vim agendi tribuit vt sup. el. 22.
Iuppiter Alcmenæ geminas requieuerat Arctos.
B *Quam validis hæserit in laqueis.* id est, firmissimis vinclis captus & irretitus sit, vt assuescat ferre iugum. Tangit domituram boum, de qua Varro cap. 20. lib. 1. Virg. 3. Georg. Vbi non validis laqueis, sed tenuibus & vimineis circulis vult domari. Sed illic agit de adhuc vitulis, non iam grauibus tauris. Ab illis laqueis transtulit Cicero hoc idem pro Milone: *Cum illam belluam iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret. Hæsisti*, hic propriè, translatè supra eleg. 3. sumitur. vbi vide adnotata.

C N E C *tu tam duros per te patieris amores.*] id est, tam graue seruitium & iugum tua sponte non feres. Duri amores, vt eleg. 3. lib. 1.
Hac Amor, hac Liber, durus vterque Deus.

T R V X *tamen à nobis ante domandus eris.*] subauditur, Licet. Licet trux, tamen domandus erit, vt eleg. prox. sup. 39.
Largius effuso madeat tibi mensa falerno,
Spumet & aurato mollius in calice:
Nulla tamen lecto recipit se sola libenter, &c.
vel tamen; pro, sed, vt eleg. 17. lib. 3.
Non tamen immerito Minos sedet arbiter Orci.
Quod eleg. 6. supr. *Sed non immerito*, dixit: *Trux*,
D ferus vultu, vnde dixit supra:
Sed nunquam vita fallet me ruga seuera.
Donat. in Adelph. act. 5. sc. 3. *Ego ille agrestis, sæuus, tristis, truculentus: Sæuus factus*, inquit, *tristis animo, truculentus vultu: vel tristis, qui dolet: truculentus & sæuus, qui terret.* Sic Horat.
Vultus in vnum me truces.
Trux fortasse ab atrox detrita litera.

H A R V M *nulla solet rationem quærere mundi.*] verbum philosophorum *Quærere*, vt Græcè Ζητεῖν, & Ζητήσεις ἢ Ζητήματα. vnde *Venator naturæ Physicus.* Cic. 1. de Nat. Deor. *Rationem mundi*,
E dixit *vias rerum.* sup. hac el. vers. 28. per mundum vel τὸ πᾶν, vel τὸν οὐρανὸν intelligit.

N E C *cur fraternis luna laboret equis.*] laborare dicitur luna cum deficit. Virg. 2. Georg.
Defectus solis varios, lunæque labores. Iuuenal.
Vna laboranti poterit succurrere lunæ.
Plin. cap. 13. lib. 2. de defectibus, vmbra terræ lunam hebetari ait. Cic. 2. de Nat. Deor. *Luna incidens in vmbram terræ, cum est è regione solis, repente deficit.* Idem lib. 2. de Diuin. *Luna quando è regione solis facta incurrit in vmbram terræ, necesse est eam obscurari.* vide Plutarch. in Nicia, in Dione, & in Paulo Æmylio. *Fraternis equis.* id est, ob equos fraternos, hoc est, currum solis, & lumen quod tunc non accipit terræ

interuentu, nam vt ait Virg.

Et solis radijs obnoxia surgere luna.

De solis equis eleg. 15. sup. vers. 32.

NEC *si post Stygias aliquid restauerit vndas.*] id est; An post mortem aliquid è nobis superfuerit, ac non vna cum corpore sensus omnis exstinctus sit. *vnde stygia*, pro morte, vt el. 9. supr.

Cum capite hoc stygia iam petetentur aquæ.

Restauerit, obsoletum præteritum. sic apud Pers. sat. 5. *Vetanit.* apud Cic. ep. 8. lib. 1. fam. *Otium ij, qui potiuntur rerum, præstaturi videntur.* & D. Brutus ep. 9. lib. 11. fam. *Vtrumque me præstaturum spero.* & alibi sæpe. Altera lectio:

Nec si post stygias aliquid restabit ad vndas. id est, an post mortem vmbra ad stygios lacus errabit; qua de re Virg. 6. Æneid. *Ad*, pro apud dixi alibi. *ad aliquid*, vt Ouid. in Epicedio Tibulli:

Si tamen è nobis aliquid nisi nomen & vmbra
Restat. & el. vlt. lib. 4. Trist.

Si tamen exstinctis aliquid nisi nomina restant.

Ipse eleg. 7. lib. 4. *Sunt aliquid Manes*: & eleg. 10. lib. 3. de cinere & ossibus:

Neue aliquid de te flendum referatur in vrna.

De hac sententia Epicuri Lucret. lib. 3.

NEC *si consultò fulmina missa tonent.*] sic ferè Seneca dixit in Hercule Oetæo: *Aut quale mundo fulmen emissum tonat.* *Consultò*, adhibito consilio ac ratione. Sic Cicero lib. 1. de legib. *Tantam rerum vbertatem natura largita est, vt ea quæ gignuntur donata consultò, non fortuitò nata videantur.* Eadem mente ipse dixit eleg. 16. sup. vers. 52.

Nec si de nihilo fulminis ira cadit.

Temerè autem ista fieri, & bruta esse fulmina quidam putabant, vt Iarbas apud Virg. 4. Æn. dixit: *Fulmina touent*, quia tonitru & sonus fulmen sequitur. vnde, inquit Seruius, fulmen pro tonitru 12. Æneid.

Nec fulmine tanti Dissultent crepitus. Idem in illud 2. Æneid. *Fulminis adflarit ventus*: ponit tria fulminum genera, quod afflat, quod incendit, quod findit. & in illud 7. Æneid.

Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radijsque ardentem lucis & auro,
Ipse manu quatiens, ostendit ab æthere nubem.

Alij, inquit, fulmen nubem ardentem dicunt, vt Lucanus: —*atque ardens aëre solo*, quos hoc loco secutus est: alij aëris scissione ardentem rimam, quos alibi sequitur dicens:

Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.

Fest. *Fulmen à fluore flammæ.* Varro 4. de ling. Lat. *Fulmen & fulgur à fulgore.* Nonius, fulmen est telum ipsum quod iacitur: fulgur ignis qui coruscat fulmine. De fulminis vi ac natura leg. Lucret. l. 6. Cui *igneus vortex* dicitur, Plin. cap. 51. & seq. lib. 2. & cap. 1. lib. 31. *Aquæ cælum quoque sibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem spiritum strangulant, quæ caussa fulmina elidit ipso secum discordante mundo.* Cicero 2. de Diuin. disserit ex sententia Stoicorum quomodo fulgura & tonitrua existant. & Virgil. 8. Æneid. caussas fulminum enumerat:

Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ
Addiderant, rutili tres ignis, & alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitumque metumque
Miscebant operi. vide imprimis Senecam lib. 2. Nat. quæst. cap. 12. & seq. qui docet tria esse. fulgurationes (ignis latè explicati:) fulmina (ignis coacti & cum impetu emissi:) & toninitrua (soni è collisione nubium expressi) & Plutarch. sympos. quæst. 2.

ASPICE *me cui parua domi fortuna relicta est*
Nullus & antiquo Marte triumphus aui.] duo significat neque se diuitem admodum, neque nobilem, vt eleg. 24. sup.

Certus eras eheu, quamuis nec sanguine auito
Nobilis, & quamuis non ita diues eras.

vnde *tenues lares* vocat eleg. 1. lib. 4. & eleg. 6. libr. 1.

Me sine quem voluit semper fortuna iacere.

Pro fortunæ. An *Fortuna domi* coniunctim, vt domi nomen sit. Virg. 4. Georg.

At genus immortale manet, multosque per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.

Domi, pro domus vt Terent. Eunuch. *Domique focique fac memineris.* & Cæcilius, inquit Donatus, *Decora domi.* Notat Charis. lib. 1. Cum dicitur domi meæ, domi tuæ nomen esse non aduerbium. *Triumphus aui.* sic *Patrius triumphus* el. 7. sup. vers. 13. & *auita trophæa*. *Antiquo Marte*, vel nobili & celebri, vt el. 1. sup. vers. 29.

—— *antiquæ gentis Etruscæ.*

vel olim gesto bello, vt eleg. 31.

Et post antiquas Deucalionis aquas.

sic Virg. 1. Æneid.

—— *veterisque memor Saturnia belli.*

VT *regnem mixtas inter conuiua puellas.*

Hoc ego quo tibi nunc eleuor ingenio.] Plautinus sermo, aspice me, vt regnem. sic Pseud. sc. 2. act. 5. *Nonne vides me, vt madide madeam?* & Aulul. sc. 1. act. 1. *Me me obseruare possis quid rerum geram.* & Curcul. sc. 2. act. 1. *Me curato ne sitiam.* Addit, *ego*, vt alterum vacet. Sic Plaut. Pseud. sc. 2. act. 5. *Hoc ego nunquam ratus sum fore me vt tibi fierem supplex.* & in Asin. sc. 1. act. 1. *Ego me id facere studeo.* & in Milite sc. 6. act. 2. *Si ego me sciente paterer fieri vicino iniuriam.* *Mixtas puellas*, viris scilicet vt Horat. oda 11. lib. 4.

Huc & illuc Cursitant mixtæ pueris puellæ.

vel est hypallage, pro ego mixtus inter puellas regnem. quid hic *regnare* dictum ad eleg. 16. supra vers. 28.

Hoc, quo tibi eleuor, ingenio.

Pro à te, vt eleg. 33. supr.

Cur tibi tam longa Roma petita via est?

Eleuari, vt eleg. supr.

Eleuat assiduos copia longa viros.

Ingenium autem sibi sæpe tribuit vt el. 7. lib. 1. vers. 21. el. 24. sup. vers. 23. & el. 1. lib. 4. vers. 66.

ME *iuuet æternis positum languere corollis.*] Lips. cap. 10. lib. 2. Antiq. *Hesternis*, hic legit ex vet. lib. vt Ouid. eleg. 6. lib. 3. Amor.

Nostra tamen iacuere velut præmortua membra,
Turpiter hesterna languidiora rosa.

Sententia erit, in rosa & inter flores lentum iacere & hesterno venas inflatum Baccho, hoc ego vitæ genus amplector. Si *æternis* retinemus erit nomen pro aduerbio æternum. sic eleg. 5. lib. 3. dixit:

Me iuuat & multo mentem vincire Lyæo
Et caput in verna semper habere rosa.

Ineptè quidam legit:

Me iuuat æternum positis languere corollis.

Positum, eodem sensu dixit, quo el. 8. sup. vers. 5.

Possum ego in alterius positam spectare lacerto.

Languere, fractum esse vigiliis, vino, & Venere significat, vt adnot. ad eleg. 22. supra vers. 27.

QVAM *tetigit iactu certus ad ossa Deus.*] id est, Amor cuius certa manus est ac sagitta, vt adnot. ad eleg. 7. lib. 1. vers. 15. *Tetigit ad ossa, pulsauit*, pro, vulnerauit vsque ad ossa, imo & intra medullas. sic eleg. 9. lib. 1.

Needum etiam palles, vero nec tangeris igni.

vbi vide adnot. *ad* pro *adusque*, vt eleg. 7. sup.

Gloria ad hybernos lata Boristhenidas.

ACTIA *Virgilium custodis littora Phœbi, Cæsaris & fortes dicere posse rates.*] subaudi, iuuet. Virgiliom, inquit, iuuet canere, &c. τὸ *posse* abundat, vt supra:

—— *aut rerum dicere posse vias.*

Actia littora. De his vide eleg. 6. lib. 4. Bene autem littora, vt exercitus duos significet, alterum in mari, alterum in continenti, de quibus Plutarch. in Antonio. sic Virg. 5. Æneid.

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Nam & terra & mari ludicra facta sunt. *Custodis Phœbi*, conseruatoris rei Romanæ. & allodit ad Augustum, qui sub nomine Phœbi sæpe latuit. Itaque Phœbos ipse eleg. 6. lib. 4. ad Augustum:

Mox, ait, ô longa mundi seruator ab Alba Auguste, &c. Sic Horat.

Custode rerum Cæsare, &c. Item:

Diuis orte bonis optime Romule

Custosque gentis. & Ennius de Romulo:

Qualem te patriæ custodem Dij genuerunt.

Sed & *alter Romulus* dictus Augustus. An *custos*, ἀπὸ ἐντέκνης, vt Horat. *Custos furum atque auium.* id est, qui defendit, atque arcet. Et *fortes rates.* Aut metonymicôs milites classiarios intelligit, & τὰς αὐτάνδρους, quas Cæsar *Naues cum viris ipsis* vocat, vt eleg. 22. sup. dixit:

Bella Mycenææ non timuere rates.

Aut epitheton rei animatæ, rei mutæ tribuit. Sic eleg. 17. lib. 1. *Mansuetis littoribus*, dixit.

QVI *nunc Æneæ Troiam suscitat arma.*] id est, Æneam ipsum tanquam sopitum & sepultum reducit & reuocat in lucem. sic Virg.

—— *sopitos suscitat ignes.* & 2. Æneid.

—— *Deos in Dardana suscitat arma.*

Altera lectio perplacet:

Qui nunc Æneam, Troianaque suscitat arma.

Nam responder initio Æneidos:

Arma virumque cano: Quod fuisse principium Æneidis hoc Ouidij ostendit:

Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor Intulit in Tyrios arma virumque toros.

IACTAQVE *Lauinis mœnia littoribus.*] id est, conditam vrbem ab ipsis fundamentis, quæ iaci dicuntur. Virg. 5. Æneid.

Quid prohibet muros iacere & dare ciuibus vrbem.

Respexit autem ad hæc verba Virgilij: *Lauinaq. venit Littora.* Sic enim legendum esse paret ex hoc loco. *Littoribus* dixit, quamuis, vt ait Seruius, Laurolauinium conditum sit octauo

A milliari à mari. nam littus quidquid mari vicinum. vt Virg. 4. Æneid.

—— *ens littus arandum.* Liuius lib. 1. non longe ab initio: *Oppidum condunt: Æneas à nomine vxoris Lauinium vocat.* Strabo lib. 5. Lauinium collocat inter Ostiam & Antium. Plin. cap. 5. lib. 3. Lauinios populos commemorat. Virg. 12. Æneid. —— *mœnia Teucri Constituent, vrbique dabit Lauinia nomen.*

CEDITE *Romani scriptores, cedite Graij.*] id est, Virgilio herbam porrigite. vt eleg. 2. sup.

Cedite iam diuæ, &c.

NASCIO *quid maius nascitur Iliade.*] vide adB notata ad eleg. 1. sup. vers. 16. & 14. *Nascitur*, inquit, quia Natalis quidam librorum, & *Vsiturus Genium debet habere liber.*

TV *canis vmbrosi subter pineta Galesi Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus.*] Spineta quidem loca sunt spinis consita, vt apud Virg. eclog. 2.

Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.

Sed *subter spineta* cani non potest, imo citius inter spineta quis doleat, quam canat. nisi à spinu deductum vocabulum, quæ fert agrestia pruna. Sed est error operarum. nam omnes libri habent *pineta*, id est, loca in quibus freC quentes pinus, vt has significet Virgilius ecl. 1.

—— *ipsæ te Tityre pinus,*

Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocarunt.

Ouid. 15. Metam.

Qualia succinctu, vbi trux insibilat Eurus, Murmura pineta fiunt. τὸ *Subter* idem quod Sub. Gell. cap. 15. lib. 10. *Subter arborem operire aliquid.* Cic. 3. Tusc. *Plato cupiditatem subter præcordia locauit.* Virg. 2. Æneid. eum sexto casu iunxit: —— *cum tamen omnes*

Ferre libet densa subter testudine casus.

Vmbrosi Galesi, per lucum suum, & vmbrosam D syluam labentis. vt:

Vmbrosæ fluminis sylua. vnde Virg. 4. Geōrg.

Qua niger humectat flauentia culta Galesus.

vbi Turneb. tamen putat nigrū dici, quia aqua profunda nigrum colorem ducit. Sic dicitor Homero πηγὴ μελάνυδρος. Seruius Calabriæ fluoium, ait, fluentem per regionem Tarentinam, in qoa Virgilius se otiom duxisse ostendit 4. Georg. cum ait:

Namq. sub Oebaliæ memini me turribus altis, &c.

Polyb. lib. 8. eum fluuium etiam Eurotam vocari ait, & T. Liuius lib. 25. ab vrbe 5. millia abesse scribit, vbi loquitur de Tarentinæ arcis E obsidione ab Annibale. *Canis Thyrsin & Daphnin.* De his Virg. ecl. 7. & ecl. 5. Est Daphnidis apotheosis. vtriusq. nomen exstat apud Theocritum. *Attritis arundinibus*, an fistula attrita & comminuta præ ita pastoris Daphnin lugentis? vt apud Ouid. in Epicedio Tibulli:

Ecce puer Veneris fert euersamque pharetram Et fractos arcus & sine luce facem.

An attrita, vsu canendi, vt Virg. eclog. 2. per hypallagen:

Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.

Ouid. 2. Met. dixit: *Attritas versabat riuus arenas.* id est, politas. Virg. 1. Georg.

—— *sulco attritus splendescere vomer.*

Arundines pro fistula, quæ septem arundinibus constabat. Tibull.

Fistula cui semper decrescit arundinis ordo, &c.

vide Ouid. in fabula Panos & Syringos.

VTQVE *decem possint corrumpere mala puellam.*] tangit hos Virgilij versus ex eclog. 3.

Quod potui puero syluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Per *mala* quid intelligatur dixi ad eleg. 32. sup. vers. 39. *Possint corrumpere*, reddere impudicam, vt eleg. 8. lib. 1.

Nam me non vllæ poterunt corrumpere tedæ.

MISSVS *& impressis hædus ab vberibus.*] Virgilianus pastor & hœdos mittit: B

Hos illi (quod nec bene vortat) mittimus hædos.

Hœdi amoribus dicati propter lasciuiam. vnde illud Ouidij:

——tenero lasciuior hædo. At Virgilius non hœdum, sed capreolos duos dixit ecl. 2.

Præterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo.

Hœdi missi mentio apud Theocritum nulla est Id. 3. in quo animus Propertij: Sed Cyclops ait se vndecim ceruas, & quatuor vrsorum catulos alere Galateæ. *Ab impressis vberibus*, id est, cuius mater capella non mulgetur vt fœtus pinguior sit. Impressa vbera, non pressa, ὑπόμαστα. participium est sine verbo. nam imprimo aliud significat. *Subrumos* autem huiusmodi hœdos vocabant. Festus: *Subrimari dicuntur hædi, cum ad mammam, quæ rumis dicitur, admonentur.* Sed Varroni lib. 2. de re rust. Subrumi sunt qui supponuntur alterius mammæ, cum mater satis lactis non habet. cum ait *Ab vberibus missus*, lactentem significat, vt apud Virg. 6. Æn.

—— ab vbere raptos
Abstulit atra dies. & 5. Æneid.
Cressa genus Pholoë, geminique sub vbere nati.

FELIX *qui viles pomis mercaris amores.*] vide adnot. ad eleg. 16. sup. vers. 15. *Mercaris amores viles*, amicam tibi comparas non abiectam & contemnendam, sed parabilem & facilem, vt Horatius ait *Namque parabilem amo venerem facilemque. Mercaris*, id est, Mercari conaris, vt qui licetur: nam sequitur, *Ingrata canat.* sic eleg. 3. sup. *Cognitus Iphicli surripuisse boues. Pomis*, antea *mala* vocat. nam omnia mala poma sunt, non contra. Poma sunt omnia, quæ esculenta sunt, sed mala ea quæ foris tantum habent, quod esculentum est. vide Macrob. cap. 14. lib. 3. Saturn. inde iocus A. Cascellij Iurisconsulti apud Macrob. lib. 2. Sat. cap. 12. Lapidatus à E populo Vatinius cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat vt ædiles edicerent ne quis in arenam nisi pomum misisse vellet: quidam ergo quæsiuit ex Cascellio an nux pinea pomum esset, respondit, *Si in Vatinium missurus, pomum est.* De amoribus, qui pomis parti vide eleg. 11. lib. 3. vers. 25. & seqq.

HVIC *licet ingrata Tityrus ipse canat.*] Anacolouthon *Amores, huic* &c. vt versu 45. & 50. huius elegiæ. *Puella, Quarum. Ingrata*, nihil sentienti, & nihil curanti, vt eleg. 17. lib. 1.

Ingrato littore. Canat ingrata, vt el. 1. sup.

Non hæc mihi cantat Apollo.

A Ingratæ vero canit, qui carmen perdit & operam. ingratis enim quod benefit, perit. *Tityrus ipse*, Tityri nomine significari Virgilium ex ecloga 1. satis notum est. Et ex eclog. 6.

—— Tityre pingues
Pascere oportet oues. Nam dixerat. *Cum canerem reges.* Τίτυρος Hesychio calamum & auenam significat. vnde Tityrus Virgilianus:

Syluestrem tenui musam meditatur auena.

Τίτυρος, inquit Seruius, aries maior Laconum lingua qui gregem anteire consueuerit. Probus & alij Afrorum lingua dictum ita hircum aiunt. Ælianus lib. 3. In comitatu Bacchi numerat Tityros, Satyros, & Silenos, & eos dictos ait à teretismatis, hoc est, lasciuis & procacibus saltationibus. Strabo lib. 10. Tityrum montem Cretæ commemorat in Cydonia plaga. Idem ibidem, Ministros ac cultores sacrorum Bacchi ait dici Caburos, Panas, Corybantes, Satyros, & Tityros, Athenæus Τιτύρινον αὐλὸς musicum ait esse instrumentum.

FELIX *intactum Corydon, qui tentat Alexim*
Agricolæ domini carpere delicias.] alludit ad illud Virgilij eclog. 2.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.

C vbi Corydonis nomine Virgilius significatur. Seruius putat deduci hoc nomen ab aue Corydalo, quæ alauda est, siue galerita. Alij à genere auiculæ minimæ canoræ, quæ κόρυδος vocatur. vnde in ep. Græc.

Εἰ νίκτῳ δυνάμεις κόρυδος ἀβρακτικώτεροι ἀδεῖ.

Huius auis meminit Athen. lib. 6. Ideo itaque Corydon quod incondita canat, & quasi stultus sit, vt nullus amans sapit. vnde Virg.

O Corydon, Corydon quæ te dementia cepit.

& Iuuenal.

O Corydon, Corydon secretum diuitis vllum
Esse putas.

D *Qui tentat carpere Alexim intactum.* id est, conatur eius labefactare pudicitiam. sic Horat. oda 4. lib. 3.

Integræ Tentator Orion Dianæ.

& Ouid. 10. Metam.

Aetatis breue ver & primos carpere flores.

Carpere intactum, vt legere flores integros. De flore & Virgine Catullus in epithalamio Manlij. *Alexim*, si Seruio credimus is puer fuit Pollionis, vero nomine dictus Alexander, quem ipse Pollio Virgilio donauit. Martial. l. 8. epig. 55. cuius initium, *Temporibus nostris*, &c.

Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oues.
Risit Thuscus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri iussit abire fuga.
Accipe diuitias & vatum maximus esto
Tu licet, & nostrum, dixit, Alexin ames.

Ergo puer Mœcenatis Alexis. Apuleius Apologia priore: *Quanto modestius tandem Mantuanus Poëta, qui, itidem vt ego, puerum amici sui Pollionis Bucolico ludicro laudans, & abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum vero Alexin vocat.* Idem ibidem, Platoni fuisse in deliciis Alexin probat ipsius Platonis epigrammatis. Sed eo loco male legitur *Astræa*, pro *Astera*. Fuit & Alexis puer Attici ad manum: Cicero ep. 2. lib. 7.

ad Atticum. *Delicias*, suauissimos & carissimos amores. de deliciis dictum ad eleg. 15. supra vers. 2. Plaut. Pseud. sc. 2. act. 1. *Phœnicium, delicia summatum virum.* A deliquando. id est, deliquescendo & diffluendo, vel à diligendo, deliciæ. Agricolæ domini, non pauperis, vt eleg. 19. sup. *Fines pauperis agricolæ*; sed diuitis, Pollionis scilicet, vt Seruius & Apuleius; vel Mœcenatis, vt Martialis.

QVAMVIS *ille sua lassus requiescat auena;*
Laudatur faciles inter Hamadryadas.] allegoria, pro, licet bucolica scribere desierit, laudatur tamen à Nymphis. quia Hamadryades præsunt syluis, vbi pastores. *Lassus*, fessus canendo. vt eleg. 1. lib. 3. *Defessa choris Calliopea.* *Requiescat auena*, quieti se dedat peracta cantilena, & feriatus sit. *Auena*, pro calamo agresti & fistula. vt Virg. eclog. 1.

Syluestrem tenui Musam meditaris auena.

Tibull. eleg. 1. lib. 3.

Primum est modulatus auena Carmen. Mart.

Dum tua multorum vincat auena tubam. id est, carmen Bucolicum vincat epos & Heroicum carmen. Sed vet. lib. habent *suas*, pro, *sua.* vnde legendum videtur, *suas requiescat auenas.* Scaliger, *suam auenam* legit. vt ecl. 22. supr.

Geminas requieuerat Arctos.

Et Sallust. *Quos ignauia armis abstinuit.* id est, abstinere fecit. Ex Plinio autem cap. 17. lib. 18. Auenam dictam puto, quod in eam frumentum, vel hordeum euanescat, vnde Virgil. 1. Georg. ——*sed illum*
Exspectata seges vanis elusit auenis.

Laudatur, subaudi tamen. vt eleg. 32.

Quamuis Ida Parim pastorem dicat amasse,
Atque inter pecudes accubuisse Deam:
Hoc & Hamadryadū (tamē) *spectauit turba sororū.*

Faciles, minimè seueras, & simplices. sic Virg. eclog. 3.

Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.

& 4. Georg. *Faciles venerare Napæas.* An faciles ex natura aquæ, vt eleg. 11. lib. 1.

Alterna facilis cedere lympha manu.

TV *canis Ascræi veteris præcepta Poëtæ.*] sic Ouid. 6. fast. de Hesiodo:

Ecce Deas vidi non quas præceptor arandi
Viderat, Ascræas cùm sequeretur oues.

Præcepta, scilicet rei rusticæ, de quibus Virg. 1. Georg.

Possum multa tibi veterum præcepta referre.

Præcipit doctor, quia ante ceperit oportet. id est, didicerit, quam tradat. id est, doceat alium. Sic eleg. 7. lib. 3.

At tua Mæcenas vitæ præcepta recepi.

Veteris Poëtæ. sic Virg. ecl. 10. *Ascræus senex* vocatur. De eius ætate Gell. cap. 11. lib. 3.

QVO *seges in campo, quo viret vua iugo.*] campi Cereri, Baccho colles & iuga conueniunt. Virg. 2. Georg. ——*denique apertos*
Bacchus amat colles. Campus, inquit Varro 4. de ling. Lat. quod fructus capiebant ex agro plano. Scaliger καμπὴ Siculis est circus, siue Hippodromus. Iugum, cacumen montis, vel collis. vide adnot. ad el. 13. lib. 1. vers. 24. τὸ *viret* refertur ad vtrumque, & ad *seges* & *vua*, sed immaturâ. nam seges maturescens flauescit, vua vero rubescit. Quidquid seritur & metitur *seges* est. vt adnotatum ad illud Tibulli l. 4.

Nec frugem segetes præbent, nec pabula terræ.

Hic vero *seges* vocatur, quæ Ouidio dicitur *Messis in herba*; quia sequitur *viret.* Tria autem Virgilij opera Propertius significat; Æneidem, per Æneæ arma, Bucolica per nomen Tityri, Georgica per segetem & vuam, ex primo versu cuiusque operis. Sic & Ouid.

Tityrus, & segetes, Æneiaque arma legentur.

TALE *facis carmen docta testudine, quale*
Cynthius impositis temperat articulis.] Virg. eclog. 5.

Tale tuum carmen nobis diuine Poëta,
Quale sopor fessis. vide adnotata ad eleg. 8. sup. vers. 11. & eleg. 1. sup. vers. 9. *Testudine*, an ebore, id est, eburna lyra? nam sæpe testudo, pro ebore, vnde dixit el. 6. lib. 4.

Aut testudineæ carmen inerme lyræ.

An *testudine*, plectro eburno? An quia ex testudine Mercurius lyram fecit, vt narrat Homerus in eius hymno, & Seruius in illud 4. Georg.

Ipse caua solans ægrum testudine amorem.

vnde Horat. *Tuque testudo*, &c. *Testudine docta*, dictum vt *Tibia docta* eleg. 30. sup. vers. 16. Testudo, quod testa rectū hoc animal. Varro 4. de ling. Lat. *Temperat carmen*, modulatur, adhibita velut sonorum temperie. Sic Horat. oda 3. lib. 4. *O testudinis aureæ*
Dulcem quæ sonitum Pieri temperas!

& ep. 19. lib. 1. sed aliter:

Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho.

Impositis articulis, vt eleg. 1. lib. 1.

——*impositis pressit amor pedibus.*

Articuli, digiti & manuum & pedum, vnde articularis morbus. Ouid. 2. de Ponto:

——*& sibi quid sit*
Vtile sollicitis computat articulis. Manus pars, digiti; digitorum articuli. Fab. cap. 11. lib. 7.

NON *tamen hæc vlli venient ingrata legenti.*] id est, erunt non iniucunda nostra carmina. *Venient*, pro erunt. vide adnot. ad eleg. 5. lib. 1. vers. vlt. Virg. 2. Georg.

Quo non præsentius vllum
Auxilium venit.

Non ingrata legenti, vt eleg. 2. lib. 2.

At musæ comites (mihi) *& carmina cara legenti.*

An *legenti*, lectori, vt eleg. 15. sup. vers. 31. *Arantes*, pro aratoribus.

SIVE *in amore rudis, siue peritus erit.*] *Rudis* & *peritus* antitheta, vt adnotaui ad eleg. 9. lib. 1. vers. 7. Sic Plaut. Persa sc. 2. act. 2. *Peritis prædico*, pro, obscœnè virum expertis.

NEC *minor his, animis, aut si minor, ore canorus*
Anseris indocto carmine cessit olor.] vet. lib.

Nec minor his animis, nec si minor, &c. Scaliger legit. *Nec se minor.* & sic exponit. Nec Virgilius propterea aliquid indignum maiestate illa sui carminis, aut se ipso fecit, cum lacessitus ab Æmulo Ansere non respondit. Repræhenderat ille hæc Virgiliana:

——*sub tegmine fagi,*
Tityre si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Item. *Cuium pecus:*

Dic mihi Damœta cuium, anne Latinum?
Non, verum Aegonis, nostri sic rure loquuntur.

Item:

Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis,
Hordea qui dixit superest vt tritea dicat. Item:
Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono.
Nudus ara, sere nudus, habebis frigora, febrem.

Beroaldus sic exponit; Elegi non sunt digni minori laude grandiloquis carminibus, quamuis sint in charactere gracili, & attenuato: quemadmodũ canor Cygni, quamuis paruus, non cedit anserum clamori obstrepero & magno. Huic simile est illud Lucretij:

Paruus vt est cygni melior canor, ille gruum quam
Clamor in atherijs dispersus nubibus austri.

Hæc ille, quæ Scaliger non probat, vt nec ego, quæ Scaliger hic mutat. Sic igitur expono. Virgilius (nam ad eum redit) non minor animis, id est, non minore spiritu & vi canendi fuit his. id est, ob hæc quæ cecinit in bucolicis; quod si minor fuisse videtur, non ideo olor & vates præstantissimus tenui, deducta, ac liquida voce cessit indocto clangori Anseris Poëtę. *Animi*, pro spiritu illo quem ipse vocat eleg. 17. lib. 3. vers. 40. Sic Horat. ep. penult. lib. 1. ——*ego primus iambos*

Ostendi Latio numerosque animosque sequentis
Archilochi.

Si legimus *Animus*, vt in vet. lib. *Nec minor his animus*, eadem erit sententia. non minor vis ac spiritus in his versibus amatoriis. *Ore canorus olor*, argutus cygnus. τὸ *Ore* vacat, vt *ore locuta est*, vel quia quædam canora sunt non ore, vt tuba, vt fides citharæ. *Olor*, Virgilius; nam Poëtæ olores vocantur & ingenio candidi & voce canori, vt apud Virg.

——*argutos inter strepere anser olores.*

Horat. *Multa Dircæum leuat aura Cygnum.* Seruius in illud eclog. 9.

Vare tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
Cantantes sublime ferent ad sidera cygni.

Cygnos, Poëtas interpretatur. vnde Horat. oda 20. lib. 2. se mutari in Cygnum fingit. & Plato in Phædone sacros Apollini cygnos ait, ideoq. suauissimè canere, præsertim morte imminente, tanquam futuræ vitæ bona præsagientes. Ouid. 2. fast.

Flebilibus numeris veluti canentia dura
Traiectus penna tempora cantat olor.

Virg. 7. Æneid.

Ibant æquati numero, regemque canebant
Ceu quondam niuei densa inter nubila cygni
Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis & Asia late
Pulsa palus.

Alij negant canere cygnos nisi in morte, aliis placet ne in morte quidem canere. *Cessit carmine*, pro carmini, vt el. 18. sup.

Turpis Romano Belgicus ore color.

Indocto, sic Virg. dixit *Miserum carmen.* ecl. 3.

——*non tu in triuiis indocte solebas*
Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen.

Canit anser, vt Virg. 8. Æneid.

——*argenteus anser*
Porticibus Gallos in limine adesse canebat.

Carmen, siue cantus anseris, est gingritus. nam gingrire anserum vocis proprium est, vt

A ait Festus: vnde genus quoddam exiguum tibiarum, quæ *gingrinæ* dicuntur, & Gingrinatores, tibicines. Ludit autem in nomine Anseris mali Poëtæ & æmuli Virgilij, vt Virgilius ipse ecl. 9.

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Cinna quoq. his comes est, Cinnaq. procacior Anser.

Cicero 13. Philipp. *Anseres de falerno depellantur.* id est, inquit Seruius, Anser Poëta cui agrum Falernum donauerat M. Antonius.

HÆC *quoque perfecto ludebat Iasone Varro,*
B *Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.*] eadem sententia Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Is quoque Phasiacas Argon qui duxit in vndas
Non potuit Veneris furta tacere suæ.

Varro, non ille polyhistor togatorum & palliatorum doctissimus, sed Atacinus, de quo Seruius in eclog. 1. ad illud: *Oaxem.* Horat. sat. 10. lib. 1.

Hoc erat experto frustra Varrone Atacino
Atque quibusdam alijs, melius quam scribere possem.

Ouid. eleg. vlt. lib. 1. am.

Varronem, primamque ratem quæ nesciet ætas,
Aureaque Aesonio terga petita duci.

C & lib. 3. de arte amandi:

Dictaque Varroni fuluis insignia villis
Vellera, germanæ Phryxe querenda tuæ.

De eodem Stat. 2. Syluarum in Genethliaco Lucani: *Et qui per freta duxit Argonautas.* Extant & hodie aliquot eius versiculi. *Ludebat hæc quoque*, id est, per ludum & iocum scribebat τὰ ἐρωτικά. vt eleg. 3. sup. vers. 20.

Par Aganippeæ ludere docta lyra.

Perfecto Iasone, absolutis Argonautis. vnde & Iasonia carina, pro Argo eleg. 24. supr. vers. 45. *Maxima flamma suæ Leucadiæ*, id est, qui flagrabat amore Leucadiæ. Fictum nomen à lo-
D co, de quo Sappho apud Ouid. & ipse eleg. 11. lib. 3. vers. 69. Sic Delia Tibulli, Cynthia Propertij, Lesbia Catulli à locis. *Flamma*, pro amore, vt eleg. 4. lib. 4.

Nescia se flammis accubuisse nouis.

HÆC *quoque lasciui cantarunt scripta Catulli,*
Lesbia queis ipsa notior est Helena.] sic apud Plaut. in Rudente: *Vrna literata Cantat cuja ea sit.* & *literæ loqui* dicuntur apud Ciceronem. *Lasciui Catulli*, vt Ouid. lib. 2. Trist. eleg. 1.

Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo
Femina, cui falsum Lesbia nomen erat.
Nec contentus ea multos vulgauit amores,
E *In quibus ipse suum fassus adulterium.*

Ipse de suis versibus, *Quod sint molliculi, & parum pudici*, sic ait:

Nam castum esse decet pium Poëtam
Ipsum, versiculos nihil necesse est.

HÆC *eadem docti confessa est pagina Calui.*] id est, agnouit hic crimen amoris & præ se tulit. Nonius: *Confitemur coacti; profitemur sponte; & profiteri honestius, quam confiteri.* Donat. in prol. Adelph. *Indicat is, qui de se volens aliquid, & de alijs etiam prodit: confitetur, qui de se tantum, & qui inuitus.* Ergo hic confiteri, pro, indicare, vel profiteri. *Docti Calui.* de eo Cicero ep. vlt. Lib.

fam. quæ est ad Trebonium. vbi multa de Caluo, quem nimium iudicio Trebonij laudarat. *Multa erant (in eo) & recondita litera, vis non erat.* Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Par fuit exigui, similisque licentia Calui,
Detexit varios qui sua furta modis.

Idem in epicedio Tibulli:

Obuius huic venies edera iuuenilia cinctus
Tempora, cum Caluo docte Catulle tuo.

Ipse eleg. 25. sup.

Calue tua venia, pace Catulle tua.

Horat. sat. 10. lib. 1. ——*quos neque pulcher*
Hermogenes vnquam legit, neque simius iste,
Nil præter Caluum, & doctus cantare Catullum.

Gell. libr. 9. cap. 12. Calui versiculum adfert. *Durum rus fugis & laboriosum.* Cicero ep. 13. lib. 1. ad Attic. Caluum ponit inter iudices Clodianos. nescio an hunc. nam *quisquilias* vocat.

CVM *caneret misera funera Quintilia.*] enallage, pro, funus, id est, mortem; vt sup. *Archemori funera. Quintiliæ miseræ*, vel propter immaturam mortem, vel quia mortui miseri vulgo censentur. vt adnot. ad eleg. vlt. libr. 1. vers. antepen. Catull. ep. 95. ad Caluum:

Siquicquam mutis gratum acceptumque sepulcris
Accidere à nostro, Calue, dolore potest.
Cum desiderio veteres renouamus amores,
Atque olim amissas flemus amicitias,
Certè non tanto mors immatura dolori est
Quintiliæ, quantum gaudet amore tuo.

ET *modo formosa quam multa Lycoride Gallus,*
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.]

quam vel per se stat, & est exclamantis. *quam multa vulnera lauit.* vel coniungitur cum *multa*, vt sit, *Quam multa vulnera*, id est, valdè multa, vt eleg. 10. lib. 2.

Quam multæ ante meis cedant sermonibus horæ.

fortasse scriptum, *quum*, non, *quam*, pro, cum; *mortuus cum Lycoride.* vel quia, pro qui, id est qui. vel *Gallus formosa Lycoride*, vt hic supra:

Nec cur fraternis luna laboret equis. Item:
Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
Proderit. & eleg. 33. sup.
Fuscis Aegyptus alumnis. & eleg. 31. sup.
Scilicet vmbrosis sordet Pompeia columnis
Porticus. & eleg. 30. sup.
Et medius docta cuspide Bacchus erit.

De Gallo & Lycoride Mart. epigr. 72. lib. 8.

Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.

Ouid. eleg. vlt. lib. 1. Amor.

Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois;
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

& 3. de arte am.

A *Vesper & Eoæ nouere Lycorida terræ.*
& 1. de rem. Amor.

Quis potuit lecto durus discedere Gallo?

Tres Gallos coæuos recensui eleg. pen. libr. 1. vbi vide adnot. de Galli autem & Lycoridis amoribus legenda vltima ecloga Virgilij, quæ nihil aliud continet. *Lauit vulnera.* Et mortuis & viuis vulnera lauantur. Mortuis, vt adnot. ad eleg. 9. sup. vers. 11. Viuis, vt Æneid. 10.

——*genitor Tiberini ad fluminis vndam*
Vulnera siccabat lymphis. Stat. 8. Theb.
——*vix magna lauare*
Vulnera & efflantes libet internectere plagas.

B & libr. 10.

——*liceat misero tremebunda lauare*
Vulnera, & vndantem lacrymis siccare cruorem.

Modo mortuus, βιοθάνατος. nam manus sibi attulerat hostis à Senatu iudicatus. vt est apud Virg. ecl. 10. & Seruium. vide adnot. ad eleg. pen. lib. 1. vers. 7.

CYNTHIA *quinetiam versu laudata Properti.*] Libérer sui meminit, idque nominatim, vt hic, & eleg. 14. sup. vers. 27. eleg. 8. vers. 17. & eleg. 24. sup. vers. 35. & eleg. 3. lib. 3. vers. 17. & eleg. 1. libr. 4. *Quinetiam*, præterea, vt dictum ad eleg. 6. vers. 7. *Cynthia laudata est*, id est, *nostris*

C *notissima facta libellis*, vt ipse locutus est eleg. 25. vers. 3. supra. & *celebrata libello*, eleg. 2. libr. 3. vers. 17. De Cynthia Ouid. 2. de rem. Am.

Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli?
Vel tua cuius opus Cynthia sola fuit?

& 3. de arte amandi:

Nos facimus placitæ latè præconia formæ,
Nomen habet Nemesis; Cynthia nomen habet.

Versu Properti, enallage numerorum, vt eleg. 13. sup. *Vt nostro stupefiat Cynthia versu.* id est versibus, siue nostris libellis, vt dixit loco ante citato. & *versu Properti*, id est, versu meo, vt eleg. 10. lib. 3.

D *Dein qua primum oculos cepisti veste Properti.*
id est, meos.

HOS *inter si me ponere fama volet.*] id est, si me fama dignabitur his annumerare, Virgilio scilicet, Varroni, Catullo, Caluo, Gallo. sic fere capiendum illud eleg. 9. lib. 3.

Inter Callimachi sat erit placuisse libellos.

De fama sua fidenter dixit eleg. 1. lib. 3.

Exactus tenui pumice versus eat.
Quo me fama leuat terra sublimis, & à me
Nata coronatis Musa triumphat equis.

meminit autem famæ, quia ex sermone hominum constat, quorum sententia & consensu poëtæ censentur.

FINIS LIBRI II.



PRAELECTIONES SOLENNES PASSERATII, IN PROPERTII LIBRVM III.

AD ELEGIAM I.



CALLIMACHI *manes & Coi sacra Phileta In vestrum quæso me finite ire nemus.*] Orditur ab inuocatione Callimachi & Philetæ, vt eorum bona cum venia fiat vtriusque symmystes, id est, eorundem sacrorum particeps. *Manes Callimachi*, vmbra sancta Callimachi, tu ô sancte Callimache, quia sanctitas est Deorum Manium. De Manibus alias dixi, & pluribus disserit Martianus Capella & Lilius Gyraldus. de Callimacho & Phileta, quos solet coniungere, vide adnot. ad eleg. vlt. libr. 2. vers. 31. & seq. adde & Ouidium 1. de rem. Amor.

Callimachum fugito, non est inimicus amori:
Et cum Callimacho tu quoque Coe noces.

Papin. in epithalamio Stellæ & Violantillæ: libr. 1. Sylu.

—— hunc ipse eboro plaudente Philetas,
Callimachusque senex, vmbroque Propertius antro,
Ambissent laudare ducem. De Callimacho autem solo ipse eleg. 1. lib. 2. vers. 40. Ouid. eleg. vlt. lib. 1. Amor.

Battiades toto semper cantabitur orbe,
Quamuis ingenio non valet, arte valet.

Cyrenensis fuit, vnde *Cyrenææ aquæ* à Propertio dicitur eleg. 6. libr. 4. *Battiades* Ouidio & Catullo, quia Battus ei pater floruit Ptolomæi Philadelphi temporibus, cuius in aulam receptus est. vide eius vitam ante hymnos. Horat. Propertium videtur Callimachum vocare per ludum & iocum epist. 2. lib. 2.

Discedo Alcæus puncto illius. ille meo quis?
Quis nisi Callimachus. Et sacra Phileta, an Philetas ipse sacer & sanctus? nam licet vini poëtæ sancti; tamen sanctiores mortui, quia sanctitas est Deorum Manium. Horat. ep. 1. lib. 2.

Miraturque nihil nisi quod Libitina sacrauit.

An sacra poëtarum carmina & artes ipsæ, sacra musarum. Virg. 2. Georg.

Me vero primum dulces ante omnia Musæ
Quarum sacra fero ingenti percussus amore
Accipiant. Martialis epigr. 62. libr. 7. De Silio Italico.

A *Sacra cothurnati non contigit ante Maronis.* &c.
Ouid. ep. 10. lib. 2. de Ponto:

Sunt tamen inter se communia sacra poëtis.

eleg. 10. lib. 4. Trist.

At mihi iam puero cælestia sacra placebant,
Inque suum furtim Musa trahebat opus.

& 3. de arte amandi.

Te quoque seruari modo quam vindicta redemit
Quis ferat? vt fallas ad mea sacra veni.

ipse eleg. 7. infra.

Meque Deum clament, & mihi sacra ferant.

B & eleg. 7. lib. 1. ex vet. lib.

Tu caue nostra tuo contemnas carmine sacra.

Scaliger in illud Ætnæ.

Nosse fidem rebus, dubiasque exquirere causas
Sacra per urgentem, τὰ ἄδυτα exponit. Fab. cap. 1. libr. 10. *Nos tamen sacra literarum colentes ferat Cæsar.* Seruus quoque Plautinus in Pseud. sc. 1. act. 1. suas artes & τέχνας sua sacra vocat. *Quantas turbellas dare soleo mea si commoui sacra.* quamuis ad orgia Bacchi respiciat, quæ Virgilius *sacra* vocat. vnde & paulo post *orgia ferre*. *In vestrum nemus*, an quia nemora & luci heroibus & vatibus sacri? Virg. 6. Æneid.

C

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.

ipse eleg. 13. lib. 2.

Iussit & Ascræum sic habitare nemus.

an quia, vt ait Horat. ep. 2. lib. 2.

Scriptorũ chorus omnis amat, nemus, & fugit vrbem?

Nemus, inquit Isidorus lib. 17. *à numinibus, quia illic Deorum simulacra: & nemora, arbores maiores, vmbrosæ frondibus.* vtrumque ineptè. Festus in Lituta: *Nemora syluæ amœna, cuius vocabuli auctor Homer.* Iliad. λ. ἐν νέμεϊ σκιερῷ. *sic lucum, qui campos & pascua habet, vocant* διὰ τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐλῷ. Varro 4. de lingua Latina: *quos locos non colebant propter syluas, vbi pecus posset pasci, ab vsu suo saltus: Græci ἄλσεα & νέμεα, nostri nemora.*

D

Quæso, amabo. nam *quæso* modo rogantis, modo obiurgantis inquit Donatus. Festus: *Quæso, rogo.* Item *Quæsere*, pro, quærere. sic *quærere*, pro orare, vt petere Deos. *Me finite*, per vos, & bona cum vestra venia liceat. aliter 12. Æneid. præcisè.

Me finite atque auferte metus.

PRIMVS *ego ingredior puro de fonte Sacerdos*
Itala per Graios Orgia ferre choros.]
eam sibi poëtæ sumunt superbiam quæsitam meritis. vt Lucret. libr.4. *Auia Pieridum*, &c. Virg.3. Georg. *Primus ego in patriam* &c. Horat. oda vlt. libr.3. *Dicar* &c. oda 1. eiosd. libri. *Carmina non prius audita.* & oda 25.

Dicam insigne recens, adhuc indictum ore alio.

ep.19. lib.1.

—— patrios ego primus Iambos
Ostendi latio. & sat.4. lib.2.

—— ego faecem primus & halec,
Primus & inueni piper album cum sale nigro.

& sat. vlt. eiusd. lib.

—— Inulas ego primus amaras
Monstraui incoquere. Se igitur principem Romanorum elegos merito gloriatur scripsisse ad Græcorum consuetudinem, apud quos tamen

Quis primum exiguos elegos emiserit auctor
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Ingredior, incipio. Cic. initio Topic. *Maiores nos res scribere ingressos.* Virg.2.Georg.

—— tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes.

& 4. Georg.

Vnde noua ingressus hominum experientia cepit.

vbi Seruius, *ingressus, exordia. Puro de fonte.* vel alludit ad haustum facultatis poëticæ, de quo dicetur ad sextum versum huius elegiæ. vel quod magis placet ad ritum sacrorum, quæ illotis manibus tractanda non sunt: Tibull.eleg. 1. libr. 2.

Casta placent superis, pura cum veste venit[e]
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Ennius Cresphonte, apud Nonium. In *nitidant. Eunt ad fontem, nitidant corpora.* Attius Thebaide: *Cum de Dirce fonte adueniunt mundulæ, nitidantur vulgo. Purus fons*, Horatio & Lucretio *integer.* vide Ouid. in fabula Narcissi, vbi purum & integrum fontem describit. An *purus fons*, qui purgat, vt Tibull. *puras fluminis vias* vocat. vide Varronis verba apud Seruium in illud 4. Æneid. *fulsere ignes. Sacerdos*, antistes Musarum; vates. vt apud Horat. oda 1. lib.3.

Musarum sacerdos. Ouid. eleg.2. lib.3. Trist.

Nec vos Pierides, nec stirps Latonia, vestro
Docta sacerdoti turba tulistis opem.

Ennius apud Nonium in *Cluet: Musarum Pompilius cluet.* id est, religiosissimus sacerdos, vt Numa. Theocr. Idil. 16. cui titulus χάριτες: Μοισάων δὲ μάλιστα ἱεροὺς τίειν ὑποφήτας. Ita Socrates in nebulis Aristophanis, ἱερεὺς τῶν λεπτολόγων λήρων. Ouid. eleg.7. lib.3. Amor.

Ille ego Musarum purus, Phœbique sacerdos,
Ad rigidas canto carmen inane fores.

Stat. in Genethliaco Lucani:

Romani colitur chori sacerdos. Sic Vlpian. l. 1. de Iust. & iur. *Ius est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellet.* &c. Sacerdotes autem à sacris dicti, inquit Varro 4. de ling. Lat. Isidor. lib.7. ridiculè. *Sacerdos ex Græco & Latino, quasi sacrum dans.* nam si vox hybrida, à sacris & verbo ἔρδειν; *Ferre Orgia Itala*, allegoricῶs, pro Musas Ausonias, Latinosque elegos. vt Horat. oda vlt. lib.3.

A *Princeps Æolium carmen ad Italos*
Deduxisse modos. An est hypallage, pro Graia Orgia per Italos choros, vt Virg.

Ascræumque cano Romana per oppida carmen?

At vult sua carmina recipi, id est Orgia Itala inter Callimachi & Philetæ libros, quos vocat choros Graios. *ferre Orgia*, vt ferre sacra Virg. 6. Æneid. *Sacra ferens.* Horat. sat.3. lib.1.

—— sæpe velut qui
Currebat, fugiens hostem: persæpe velut qui
Iunonis sacra ferret. ductum à pompa & ferculis sacrorum, in quibus erant virgines canephoreæ, & cistophori, de quibus Cicero in
B 6. Verr. & Apul. lib.11. Varro 4. de ling. Lat. *Via sacra, qua sacra quotmensibus feruntur in arcem. Orgia*, inquit Charis. lib.1. δεινὰ μυστήρια. Strabo lib.10. Omne genus ceremoniarum, quæ Orgia vocant, & sacrorum mysteria, & choreas, ait Libero patri, & Hecatæ, & Apollini, & Musis tribui. Seru. in 4. Æneid. *Orgia omnia sacra apud Græcos, vt apud Latinos ceremoniæ: sed abusiuè pro sacris Liberi*, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *id est à furore: vel* ἀπὸ τῶν ὀρῶν, *à montibus* (vbi celebrari solita.) Idem in 6. Æneid. *Orpheus primus Orgia instituit.* Idem ibidem. *Orgia propriè Liberi, abu-*
C *siuè omnium Deorum sacra.* vbi secum pugnat. *Orgia*, vocat sacra Musarum, quia & poëtæ sacri Baccho. Sic Stat. 5. Sylu. epicedio in filium: *—— quæ vestra sorores*

Orgia Pieriæ? quas incestauimus aras?

De Orgijs plura adnotaui ad Ariadnã Catulli. & *Veneris Orgia* dici noto ad eleg.10. infra vers. antepen. *Per Graios choros*, per Græcorum poëtatum cœtus choreas ducentium. sic *chorus vatum*, & *chorus scriptorum* Horatio. De choro, & choreis Musarum diximus ad eleg.10. libr. 2. vers.1. & Strabo multa lib.10. vide & adnot. ad eleg.30. lib.2. vers.34. & 37. choros autem con-
D iungit cum Orgijs, vt Virg. 6. Æneid.

Illa chorum simulans Euantes Orgia circum
Ducebat Phrygias. noto ad eleg.3. lib.2. vers.18.

DICITE *quo pariter carmen tenuastis in antro.*] vt nemora sic & antra Nymphis, Musisque dicata, & antris poëtæ pastoresque cantaturi succedunt, vt amantes lusuri. Iuuenal. sat.7.

—— neque enim cantare sub antro
Pierio, thyrsumue potest contingere sana
Paupertas. Horat. oda 1. lib.2. & oda 4. lib.3. *Pierio antro.* ipse eleg.3. infra.

Sic ait (Phœbus) *aurata nixus ad antra lyra.*

Antrum Corycium significari putat Beroaldus; Strabo enim lib.9. in Parnasso antra mul-
E ta esse ait, quorum celeberrimum Corycium, Nymphis dicatum. Idem libr. 10. ait antrum Libethrum in Helicone Nymphis Libethridibus sacrum. *Pariter*, & vnà simul, & æqualiter. vt eleg. 26. lib. 2.

Certe iisdem nudi pariter iactabimur oris.

Carmen tenuastis, limastis, tenue effecistis. vide adnot. ad illud eleg.16. libr.1. *deduxi carmina*, vers.41. Horat. oda 3. lib. 3. aliter dixit

Magna modis tenuare paruis. quod alibi
Culpa deterere ingeni. vnde *attenuatum genus dicendi, & attenuate dicere.* Cicero in Bruto: & in Orat.

QVOVE *pede ingreßi, quamue bibißis aquam.*] Bono an malo, dextro & secundo; an læuo & inauspicato pede nemus ingressi, vel antrum. Apuleius 6. lib. Asini: *Et peßimo pede domum nostram accesit.* Contra Euripid. Medea. δἀρὸν βαίνοις πημίνων ποδὶ. *Quamue aquam bibistis*, quo ex fonte hausta aqua poetæ facti. vt Lucret. libr. 4.

——iuuat integros accedere fontes
Atque haurire. & ipse el. prox. seq. vers. vlt.
Ora Philetea nostra rigauit aqua. Pers.
Nec fonte labra proluo Caballino. Stat.
Et de Pieriis vocalem fontibus vndam.

AH *valeat Phœbum quicunque moratur in armis.*] τὸ *Ah* imprecantis. sic Tibull. eleg. 3. lib. 2.

O valeant fruges, ne sint modo rure puellæ.

Valeat, autem per antiphrasim, & cōremptum, vt adnot. ad el. 13. lib. 2. *Populi confusa valeto*

Fabula. *Moratur Phœbum in armis*, id est, detinet, & quasi aliò properantem consistere iubet in bellis canendis. Sic Virg. 2. Georg.

——non hic te carmine multo
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

ipse eleg. 2. lib. 4.

——te, qui ad vadimonia curris,
Non moror. An quicunque Phœbo molestus est; nam qui moram obiiciunt molesti: Plautus vbique aliquando morantur nos, quæ placent. Contra, *Nihil moror*, pro, non curo. An igitur, quicumque Phœbum armatum curat?

EXACTVS *tenui pumice versus eat.*] id est exactè factus, & expolitus accuratè, ἐξῃμένος. ipse eleg. 9. infra:

Exactis calamis se mihi iactat equis.

& eleg. 21. infra.

Siue ebore exacta, seu magis ære manus.

ductum ab iis qui locant opera, & exigunt à redemptoribus ad vnguem. Horat. oda 14. epod. *Elaboratum pedem* vocat. *Pumice tenui*, id est tenui gracilique stylo. Transtulit ad versus quod est librorum, qui pumice poliuntur. Catull.

Cui dono lepidum nouum libellum,
Arida modo pumice expolitum. Tibull.
Pumex & canas tondeat ante comas. Ouid.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes.

Mart. libr. 8.

Nondum murice cultus, asperoque
Morsu pumicis aridi expolitus.

Plin. cap. 21. lib. 36. de pumicis vsu in læuigandis corporibus & poliendis libris. Summa est eius ariditas, vnde prouerbium Plauto: *Pumex non æquè aridus, atque hic est senex.* Item. *Aquam è pumice postulas, qui ipsus sitiat.* *Spongia* dicitur Vitruuio, quod fistulosus sit spongiæ modo. Virg. 2. Georg.

Aut lapidem bibulum aut squallentes infode cōchas.

ἀφρώδης à Theophrasto vocari putant, quod è spuma marina coactus sit. Dicitur & *Κισσηρις*, quod veluti à vermiculis, qui κῖες dicuntur, sit exesus. Vulgo *Pierre ponce.* *Eat versus*, fluat, fundatur. vt Auson.

Quot pedibus gradiuntur apes & versus Homeri.

QVO *me fama leuat terra sublimis, & à me*
Nata coronatis Musa triumphat equis.

A *Leuat*, humo attollit. Sic Virgil. 3. Georg.

——tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.

Leuare, tollere. Ouid. 4. Fast.

Seque leuat saxo, subsequiturque senem. Horat.
Multa Dircæum leuat aura Cygnum,
Tendit Antoni quoties in altos
Nubium tractus. Stat. in Genethliaco Lucani.
——rapidum poli per axem
Fama curribus arduis leuatus.

Simile illud Mart. epigr. 3. lib. 10.

Procul à libellis nigra sit meis fama,
Quos rumor alba gemmeus vehit penna.

B *Fama sublimis*, quia vt ait Virg. 4. Æneid.

Ingrediturque solo & caput inter nubila condit.

vel est nominatiuus pro accusatiuo sublimem, vt eleg. 9. libr. 2. vers. 7. sic se *non humilem poetam*, dixit eleg. 7. lib. 1. *Et Musa à me nata*, id est, carmen siue ἐλεγεῖα, cuius sum auctor, & veluti parens. *à me nata* pro ex me. Cic. 3. de leg. *Natum à te idipsum vt illi cuperent.* & post reditum ad Quirites. *A vobis natus consularis.* Sed ver. lib. *A me nota*, quæ per me innotuit, & nobilitata est. *Triumphat*, per ora populi vehitur triumphantis more: est in magna gloria. Terent. Eunuch. *Id vero serio triumphat.* & ibid.

C *Triumpho, si licet latere tecto abscedere.* & Horat.

——quos opimus
Fallere & effugere est triumphus.

Coronatis equis, Turneb. cap. 7. libr. 27. Componit hunc versum cum illo eleg. vlt. lib. 4.

Cuius honoratis ossa vehantur equis, quem interpretatur de sepultura triumphali. nihil. ille præterea. Coronati autem erant equi triumphantium. Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trist.

Vinclaque captiua reges ceruice ferentes
Ante coronatos ire videbis equos.

& eleg. 1. lib. 2.

Inque coronatis fulgeat altus equis. & 5. Fast.

D *Illa coronatis alta triumphat equis.*

Plutarch. ἐν ῥωμ. quæst. 48. quærit cur Consualibus coronati equi & asini. at apud Stat. 3. Sylu. in Hercule Surrentino. *——ipsa coronat*

Emeritos Diana canes, & spicula tergit.

ET *mecum in curru parui vectantur amores.*] In eodem curru erat cum triumphante etiam seruus publicus. Iuuenal. *——& sibi consul*

Ne placeat curru seruus portatur eodem.

& apud Sueton. in Tiberio, cap. 2. *Vestalis in curru fratris triumphantis effecit ne à Trib. pl. detraheretur.* *Mecum vectantur*; quia in me suas pennas perdiderunt; eleg. 12. libr. 2. vectari autem

E deliciatum & voluptatis; cum vehi sit etiam doloris. eleg. 30. lib. 2.

Nec si Pegaseo vecteris in aëre dorso.

& eleg. 3. infra.

Contentus niueis semper vectabere Cygnis.

At prætextati triumphantium liberi, & in equis sedebant. Cic. pro Murena. *Parui amores*, ἐρωτάρια. vide adnot. ad eleg. 29. lib. 2. vers. 3.

SCRIPTORVMQVE *meas turba secuta rotas.*] An *turba* poëtarum? vt eleg. 1. lib. 4.

Scribat & exemplo cetera turba tuo.

sic Beroaldus. an multitudo carminum, vt eleg. 13. lib. 2. *Pompa tres libelli.* illud verius. sic

Turba puellarum elegia sequenti. *Secuta rotas.* id est, currum. sic infra hac elegia. *Ter maculasse rotas.* sequebantur autem currum triumphantis milites laureati cum carminibus iocularibus. Tibull. eleg. 6. lib. 2. Ouid. eleg. 2. libr. 1. Amor.

Blanditiæ comites tibi erunt, terrorque furorque
Assiduè partes turba secuta tuas.

sic eleg. 9. infra.

Persequar aut currus vtroque ab littore ouantes.

QVID *frustra missis in me certatis habenis?*] id est, aduersum me contenditis? Apostrophe ad æmulos, præsertim heroicos poëtas; vt Ponticum & Gallum, de quibus lib. 1. Est autem allegoria ducta à curuli certamine. *Missis habenis*, immissis & laxis loris, quod fit in contentione aurigarum & agitatorum. eleg. 9. infra.

Dexteraque immissis da mihi signa rotis. μαλ᾽ ε.

Virg. a. Æneid. *Furit immissis Vulcanus habenis.* Contra Ouid. ——*attrahe lora*

Fortius, & gyro curre puella tuo.

Virg. ad naues transtulit & vela.

Classique immittit habenas.

NON *datur ad Musas currere lata via.*] id est, angusta via est, quæ conceditur ad Musas tendentibus. Alludit ad viam arduam virtutis & literam Pythagoræ, vt eleg. 11. lib. 4.

Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires.

Petron. *Cæteri aut non viderunt viam, qua itur ad carmen, aut visam timuerunt calcare.* Turpilius Canephoris apud Nonium in *Spissum*: *Haud facile est venire illò vbi ipsa est sapientia. Spissum est iter: adipisci haud possis, nisi cum magna miseria.* An significat se angustias illas occupasse, ideoque æmulos frustra contendere, vt sibi palmam præripiant. *via currere*, pro currendi, vt *labor piare* eleg. 1. lib. 1.

MVLTI, *Roma, tuas laudes annalibus addent.*] Apostrophe ad vrbem Romam, vt sæpe alias. vt eleg. 22. infra vers. 20. & eleg. 1. lib. 4.

Roma faue &c. & el. 4. lib. 4. *Romani colles* &c. *Multi*, Epici nempe poëtæ, in quibus tum Virgilius & Varius. Addent laudes tuas annalibus, augebunt annales laudibus nouis, quia quotidie geris aliquid laude dignum. An *laudes*, virtutes? Cic. Virg. *Addent*, dictum vt ab Horat. oda 19. lib. 2. *Additum stellis honorem.* & Virg. 8. Æneid. *Decus addite Diuis. Annalibus.* Isidor. in fine lib. 1. *Annales, res singulorum annorum*: (literis mandatæ:) *historia multorum annorum, vel temporum. & annales, eorum annorum quos non vidimus: historia, eorum etiam quos vidimus.* Gell. cap. 18. libr. 5. ex Sempronio Asellione docet, Annales esse historias; historias non continuo annales: & illos speciem esse, has genus. vide illîc, & Cic. 2. de Orat. & libr. 1. de leg. Quatuor annales scripserunt Ennius, Fabius Pictor, Piso, Liuius. Volusius apud Catullum. Attius apud Nonium. Cornelius Tacitus & annales & historias.

QVI *finem Imperij Bactra futura canent.*] *canent*, ambiguè & scribent, & vaticinabantur Bactra terminum Imperij Romani. Plin. cap. 15. libr. 6. ait alio nomine Bactra vocari Zariaspa. & Strabo libr. 11. qui inde ait dici Ba-

A ctrianam regionem. Q. Curtius lib. 7. situm eius vrbis describit, cui nomen, vt regioni, Bactrus amnis dederit. (Scythiæ opidum & regio vltra Assyriam.) ipse eleg. 11. infra.

Iussit & impetij surgere Bactra caput.

& eleg 3. lib. 4.

Te modo viderunt iteratos Bactra per ortus.

Horat. oda pen. lib. 3. *Quid Seres*

Et regnata Cyro Bactra parent. Virg. 8. Æn.

——*& vltima secum Bactra vehit.*

SED *quod pace legas opus hoc de monte Sororum*
Detulit intacta pagina nostra via.]

B Lucret. huic loco lucem adfert lib. 1.

Ennius vt noster cecinit, qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam
Per gentes Italas hominum quæ clara clueret.

& Virg. 2. Georg.

Aonio rediens deducam vertice Musas.

Pace, pro, in pace, siue tempore pacis. nam *Pacis Amor Deus est.* eleg. 5. infra. Sic Tibull.

Pace bidens, vomerque vigent. *Opus*, carmen, vt Ouid. de Æneide:

Quo nullum Latio clarius exstat opus.

& vlt. Metam.

C *Iamque opus exegi.* Item: *Durat opus vatum.* *De monte Sororum*, ex Helicone Musis sacro. *Sorores*, pro Musis, vt eleg. 30. lib. 2.

Illic aspicies scopulis hærere sorores.

Si fonte legis, significabitur, hippocrene. *Pagina nostra*, nos ipsi scriptores & poëtæ. vt eleg. 21. libr. 2.

Ah quantum de me Panthi tibi pagina finxit.

& eleg. vlt. eiusd. lib.

Hæc etiam docti confessa est pagina Calui.

& eleg. 3. huius lib.

Cur tua præscripto senecta est pagina gyro.

D & eleg. vlt.

Has tibi fatales cecinit mea pagina diras.

Intacta via, nullius ante trita solo. ipse eleg. 3.

Qua noua muscoso semita facta solo. hoc est, quod paulo ante dixit: *Primus ego ingredior.* &c. & eleg. 11. lib. 4. *Magnum iter ascendo.* Virg.

Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

MOLLIA *Pegasides vestro date serta poëtæ.*] Festus: *Pegasides* Musæ dictæ à fonte, quem Pegasus ictu vngulæ dicitur aperuisse. ob quam causam & Græcè appellatæ sunt Hippocrenæ. Ouid. in ep. Sapphus:

E *At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.*

De Pegaso dictum eleg. 30. lib. 2.

Sed *Pegasis* etiam dicitur Oenone πηγῆς, id est, fontis filia. Ouid. epist. 5.

Pegasis Oenone Phrygiis celeberrima syluis.

Date, quia vt ait eleg. 3. infra.

Exercens (Musæ) *teneras in sua dona manus.* Item.

Hæc ederas legit thyrsis, hæc carmina neruis
Aptat, & illa manu texit vtraque rosam.

id est *mollia serta*, siue blanda, tenera. blandos enim flores Virgilius vocat. Tibull. eleg. 7. libr. 1. *Et capite & collo mollia serta gerat.*

& eleg. 2. lib. 1.

Cui decorent sanctas mollia serta comas.

Ouid. 5. Fast. ——*habent vncta mollia serta comas.*

Serta, hic pro ederacea corona, & pro floribus. vt eleg. 6. lib. 4.

Serta Philetæis certet Romana corymbis.

& eleg. 1. lib. 4.

Ennius hirsuta cingat sua dicta corona.
Mi folia ex edera porrige Bacche tua.

Sic Horat. ἀπαγγελτικῶς oda 26. lib. 1.

——*ô quæ fontibus integris*
Gaudes, apricos necte flores
Necte meo Lamiæ coronam.

Vestro poëta, quem poëtam fecistis. sic Virg.

——*& me fecere poëtam Pierides.*

Idem. *Hæc sat erit Musæ vestrum cecinisse poëtam.*

N o n *faciet capiti dura corona meo.*] id est, non satisfaciet, placebit, conueniet. sic Fab. cap. 13. libr. 2. *Mirè hoc ad pullatum circulum facit.* Seneca cap. 4. de Tranquillit. *Quorumdam contumacia non facit ad aulam.* Ouid. el. 9. lib. 1. Trist.

Non facit ad nostras hostia maior opes.

& eleg. 8. lib. 3.

Nec cælum, nec aqua faciunt, nec terra, nec auræ.

id est, non placent. & eleg. 2. lib. 1. Amor.

Frena minus sentit, quisquis ad arma facit.

Cicero 2. de Orat. *Africano sibi coronam ad caput accommodanti, cum sæpius rumperetur; Noli, inquit, mirari, si non conuenit. caput enim magnum est.* vbi *non conuenit capiti*, vt hic, *Non faciet capiti. Dura corona*, an è foliis asperioribus, vt myrti & lauri? nam mauult ex edera eleg. 1. libr. 4. vt antedictum. An duro labore parta? vt eleg. 11. lib. 4. *Non iuuat è facili lecta corona iugo.* An querna corona, dura, bello parta, ciuibus seruatis? an vt per *mollia serta*, mollem versum significat, sic per duram coronam, durum versum bellis canendis, vt durus Mars. vt eleg. 1. libr. 2.

Non mea conueniunt duro præcordia versu.

& eleg. vlt. eiusd. lib. *Dure poëta.*

A t *mihi quod viuo detraxerit inuida turba,*
Post obitum duplici fœnore reddet honos.]

Sallust. de Rep. ordinanda, in extremo. *Nam viuos interdum fortuna; sæpe inuidia fatigat. vbi anima naturæ cessit, demptis obtrectatoribus ipsa se virtus magis magisque extollit.* Ouid. eleg. vlt. libr. 1. Amor.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit.
Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.

vnde Cicero pro Corn. Balbo. *Mors cum extinxisset inuidiam, res eius gestæ sempiterni nominis gloria niterentur.* & epist. 12. lib. 5. fam. *Ea me cupiditas incendit, vt ceteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nos viui gloriola nostra perfruamur.* Horat. ep. 1. lib. 2.

——*inuidiam supremo fine domari.*

& oda 24. libr. 1.

——*virtutem incolumem odimus*
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Demetrius Epicus, apud Laërt. in vita Demetrei Phalerei Ζωὸν ἀλαζόνευτος ἀποθανόντα ποθεῖν. Velleius Patereulus: *Naturaliter audita visis laudamus lubentius: & præsentia inuidia, præterita veneratione prosequimur.* Rectè igitur Cicero ep. 1. lib. 1. ad Q. frat. *Non est tibi his solis vtendum existimationibus ac iudiciis, qui nunc sunt hominum, sed eorum etiam qui futuri sunt. quamquam illorum erit ve-*A *rius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.* & Fab. cap. 1. lib. 3. *Ad posteros virtus durabit, non perueniet inuidia.* Vide eundem Fab. cap. libr. 3. & Plutarch. in Numa. Est autem antithesis *viuo, post obitum: detraxerit, reddet, inuida turba, honos.* Simile illud Ouidij eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Tu mihi (Musa) quod rarū est, viuo sublime dedisti
Nomen, ab exequiis quod dare fama solet.
Nec qui detrectat præsentia liuor, iniquo
Vllum de nostris dente momordit opus.

Inuida turba, sic *malignum vulgus*. Horat. od. 16. lib. 2. M. Cicero: *Hoc vitium* (inuidiæ) *maximè commune & peruagatum.* Q. Cicero de pet. Cons.
B *Multi in populo inuidi*, quia μικρόψυχοι eiusmodi homines: Aristoteles in Rhetoricis. *Duplici fœnore, altero tanto*, inquit Plautus. de fœnore adnot. ad eleg. 7. lib. 1.

O m n i a *post obitum fingit maiora vetustas.*] Ad hanc sententiam T. Liuius lib. 1. *Datur hæc venia antiquitati, vt miscendo humana diuinis primordia vrbium augustiora faciat. fingit maiora*, augificat diceret Ennius, vt apud Nonium in *Augificat: Quid seditio tabetne? an numeros augificat suos? Vetustas*, vetus ætas tam superiorum temporum, quam inferiorum. Ideo *vetustas* hic, quæ mox dicitur, *Posteritas.*

C M a i v s *ab exequiis nomen in ora venit.*] Sic Ouid. eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Nomen ab exequiis quod dare fama solet.

Maius nomen, id est, maior fama & nominis celebritas. vt dictum eleg. 4. lib. 1. *Ab exequiis*, supra, *Post obitum*; infra, *post cineres. exequiæ*, vt *funus*, pro morte; id quod sequitur, pro eo, quod præcedit. Nonius, *exequiantur, ab exequiis continuantur & epulantur.* Varro Bimarco: *Ipsum propter vix decem liberti atrati exequiantur.* Suppleui, *decem*, quia x, omissum à librario. *In ora venit*, sermone hominum celebrari
D incipit. vide adnot. ad eleg. 1. lib. 2. vers. 2. Stat. in fine Theb. ad hanc sententiam:

Mox tibi siquis adhuc prætendit nubila liuor
Occidet, & meriti post me referentur honores.

N a m *quis equo pulsas abiegno nosceret arces?*] id est, pergama, conuersione significationis. Ipse infra.

Nec referam Scæas, & Pergama Apollinis arces.

Quisnam, inquit, sciret Pergama. vt sit anastrophe de qua dictum eleg. 14. lib. 1. vers. 15.

Nosceret, vt Ouid. eleg. 3. lib. 4. Trist.

Hectora quis nosset felix si Troia fuisset?

Pulsas, ante, pro pulsatas, vt *iactum*, pro iactatum, Ouid. eleg. 7. lib. 4. de Ponto.

E *Non ita Diis visum est, qui me terraque mari*
Iactum, Sarmaticis exposuere locis.

sic Seneca Troade: *Bis pulsari Dardana Graio Mœnia ferro.* Horat. eodem sensu *turres quatere* dixit *Abiegno equo*, quia vt Virg. 2. Æneid. ex Pisandro, equum ædificantes Græci secta intexuerunt abiete costas. *Durateus* ille equus dicitur Lucretio, *ligneus* Plauto & eleg. 9. infra.

Abiegnus, pro ligneo, vnde *abietaria negotia* Festo, quam materiam dicimus, ab abietibus (id est lignis) coëmendis. alij legunt, *Abietaria negotiatio, quam materiationem dicimus.* significat autem illum equum machinam muralem

fuisse

fuisse mœnibus subruendis, vt Plin. cap. 56. A
libr. 2. *Equum in muralibus machinis, qui nunc aries dicitur, Epeus ad Troiam reperit.* vnde & Virg. 2. Æn. *Aut hæc in nostros fabricata est machina muros.* Idem Virg. & machinam scansoriam fuisse innuit: *—— scandit fatalis machina muros.* Plutarch. in Sertorio Ter captam equorum opera vrbem Troiam scribit. Semel ob negatos equos Herculi à Laomedonte promissos: Iterum ab equo ligneo. postremo à Charidemo, quod equus cum in porta cecidisset, claudi non potuerit. Ideo Horat. oda 3. lib. 3.

Ter si resurgat. &c. & Theocrit. in Βωμίσκῳ B
vocat, τρίμηνον.

FLVMINAQVE *Aemonio cominus isse viro.*] Xanthum & Simoënta cum Achille Phtio & Thessalo manus conseruisse. apud Homer. Il. φ. Xanthus Achillem obruere aquis suis conatur, aduocato Simoënte: sed Vulcanus eos torret auxilium Achilli ferens. vnde Ouid. 2. Met.

Arsurusque iterum Xanthus.

Cominus ire alicui & aliquem, pro congredi & conserere manus. dixi ad el. 19. lib. 2. vers. 22. *Aemonius vir*, Achilles. dixi ad eleg. 1. lib. 2. vers. 63.

IDÆVM *Simoenta, Iouis cunabula parui.*] Ida C
& Cretæa & Phrygia, hic Phrygiam intelligit. Virg. *—— Phrygij Simoentis ad vndam.* Item. *Victor apud Phrygium Simoenta.* & bene *Idæum*, quia ex Ida Phrygiæ monte oritur. Homer. Iliad. 21. de Simoënte & Xantho. Appositio, *Simoenta, cunabula Iouis.* vt eleg. 1. lib. 2. *Pergama nomen Homeri.* mixtæ autem res Phrygiæ & Cretæ, vt scribit Strabo lib. 10. quare hic confundit. nam Iouem in Creta natum plures tradunt. Ouid. 8. Met.

Certe ego non patiar Iouis incunabula Creten,
Qui meus est orbis, tantum contingere monstrum.

& el. 9. l. 3. Amor. *Cretes nutrito terra superba Ioue.* D
Virg. 4. Georg. *Dictæo cœli regem pauêre sub antro.* sed & in Phrygia videtur natus, vbi Idæa mater, & illic nasci potuit, & in creta educari. Pausan. Messenicis Messenios sibi vindicare Iouis cunabula: sed & longum esset populos alios enumerare, qui idem faciant. *Cunabula*, inquit Seruius ad illud ecl. 4.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:

Lectuli, in quibus infantes iacere consueuerunt; vnde loca in quibus nascuntur, quasi cynabula: nam κύειν Græcè est prægnantem esse, & eniti. id est, parere. Virg. 3. Æneid.

Mons Idæus vbi & gentis cunabula nostræ. E
Fortasse à Cunire erat & Cunina Dea, cui fiebar lacte. Nonius in *Rumina.* *Iouis incunabula parui.* id est, natale solum Iouis infantis, pueri, vt hîc supra. *Parui amores.* *Antiquum Iouem* alibi vocat, & Petron. ei canos tribuit. *Paruus*, pro, puer: Nonius in *Sanguen.*

HECTORA *per campos ter maculasse rotas.*] Quidam lib. pro *per*, *ter*; vt sit anadiplosis. de Hectore ab Achille raptato vide adnotata ad eleg. 8. libr. 2. vers. antep. Ausonius periocha 22. Iliad. *Hector interficitur, & religatus ad currum ter circum mœnia Troiana raptatur. Maculasse rotas*, cruentasse currus, vt Virg. 3. Æneid.

Et terram tabo maculant.

DEIPHOBVMQVE *Helenumque & Polydamantas in armis.*] vet. lib. *Polydamanta sub armis*, & rectè. sic eleg. 9. lib. 2. *Diris cecidere sub armis*, vbi vide adnot. De Polydamante, Antenoris filio, consilio præstante Homer. Il. 13. à quo scribitur πουλυδάμας, vt natura breuis syllaba prima intendatur, ideo Persius. *Nec mihi Polydamas.* Scaliger legit *Polydamanta sine armis.* non probo. de Heleno vate eximio Homer. Iliad. 6. & Virg. 3. Æneid. de Deiphobo idem Virg. 6. Æneid. Homer. libr. 4. & 8. Odyss. & Horat. oda 9. libr. 4.

QVALEMCVNQVE *Parin vix sua nosset humus.*] id est, vix patriæ ciuibusque suis notus esset. sic Ouid. eleg. 6. lib. 5. Trist.

Forsitan Euaduen vix sua nosset humus.

Qualemcunque, formosum quidem, sed imbellem & adulterum. sic eleg. 18. lib. 1.

Sed qualiscunque es, resonent mihi, Cynthia, syluæ.

EXIGVO *sermone fores nunc Ilion, & tu Troia bis Oetæi numine capta Dei.*] id est, tenuis de te, & obscura fama esset. Esse cum sexto casu, vt Cic. 3. ad Q. fratrem. *Esse magna inuidia.* & pro Sextio. *Esse multa gloria.* Apollodor. libr. 3. Ilus vrbem à se conditam Ilium appellauit. Seruius ad illud 3. Æneid.

—— ceciditque superbum

Ilion: Virgilius, inquit, semper genere neutro: fœminino Horatius. *Non semel Ilios vexata.* ergo recta hic vtraque lectio *Ilion* & *Ilios*. Ilium à Troia hîc separat, quia proprie Ilium, vrbs ipsa; regio Troia: Seruius. Sed confunduntur ista. *Et tu*, seruit apostrophæ, vt eleg. 1. lib. 2.

—— & tu Cæsare sub magno cura secunda fores.

Bis capta Troia, semel ab ipso Herculo; iterum à Græcis duce Agamemnone, sed opera Philoctetæ qui Herculis sagittis confixit Paridem, sine quo capi Troia non poterat. Sophocles & Atrius in Philocteta. & Ouid. 13. Met. ideo *recidiua pergama* vocat Virgil. sed sup. hac elegia ad vers. 25. Troiam ter captam adnotaui. Est autem prouerbium in ignauos, *Bis captum.* M. Antonius in epist. ad Hircium & Octauium: *Africam commisistis Varo bis capto.* *Numine Dei Oetæi*, vt eleg. 7. libr. 4. *Herculeo numine.* *Numen*, inquit Varro 6. de ling. Lat. *dictum à nutu; & omnia sunt eius, cuius maximum imperium.* Festus: *Numen quasi nutus Dei, ac potestas dicitur.* Nonius in Numen delirat, qui ornatum exponit apud Virg.

Vadimus immixti Danais haud numine nostro.

Seru. in 3. Æn. *Et cuncti suaserunt numine Diui*; oraculo exponit, vt alibi, necessitatē fari. & in 8. Æn. *Et propius tua numina firmes.* oracula, promissa. & 11. Æneid.

Fatalem Aenean manifesto numine ferri.

deorum iudicio. *Dei Oetæi*, Herculis, qui in Oeta monte conflagrauit, vide adnot. ad eleg. 13. lib. 1. vers. 24. sic infra *Lycius Deus*, & *Arcadius Deus* eleg. 18. lib. 1. vers. 20.

NEC *non ille tui casus memorator Homerus Posteritate suum crescere sensit opus.*]

ille ἐμφατικῶς, vt eleg. 8. libr. 2. vers. 29. *Memorator*, vt Cic. in Bruto, *Narrator.* Ceteri

MM

non exornatores rerum, sed narratores fuerunt. *Tuus casus*, excidij. Casus proprie. vt eleg. 1. lib. 4. *Dixi, Troia, cades.* alibi *occasum & funera* vocat. *Sensit*, si quis sensus est manibus. *Crescere opus suum*, maius fieri & in ora venire: vt Horat.

Crescit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli. Idem oda vlt. lib. 3.
—— vsque ego postera
Crescam laude recens. & epist. 1. lib. 2.
Si meliora dies vt vina poëmata reddit
Scire velim pretium chartis quotus arroget annus.

Posteritate, vetustate dixit sup. vet. gloss. *Posteritas. ὁ μάλλων χρόνος.* Item, *ὀψιγονία.*

M E Q V E *inter seros laudabit Roma nepotes.*] id est, in eorum numero reponet, quos poëtas suos & bonos iudicabit. vt eleg. vlt. lib. 2. commemoratis æqualibus suis:

Cynthia quinetiam versu laudata Properti;
Hos inter si me ponere fama volet.

τὸ Meque, pro Me etiam. nam vt &, pro, etiam, sic & *que*, sumitur. *Laudabit Roma*, vt suum Romanum Callimachum, vt eleg. 1. lib. 4. inquit. *Seri nepotes*, sero nati, & nobis, vel senibus, vel mortuis. Virg. 2. Georg.

Tarda venit seris factura nepotibus vmbram.

Ouid. eleg. 2. lib. 3. de Ponto:

Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes.

An quia optati auis, sero videntur nasci. Auson.

—— nos sera nepotum Semina.

Nepotes, proprie *ἔγγονοι*, filij filiorum. *καταχρηστικῶς, ἀπόγονοι*: id est, posteri. Seruius, *Nepotes*, inquit, *posteri, vt Nurus, pro feminis.* Festus: *Nepos, quia postea natus sit patri, quam filius.* Iurisconsultis omnes inferioris gradus liberi, nepotes.

I L E V M *post cineres auguror esse diem.*] id est, *Præsagit mihi mens*, vt Plaut. Seruius in illud 7. Æneid. *Et reor, & veri si quid mens augurat opto. Auguro*, inquit, *dicimus, secundum Plinium, cum præsagio mentis futura colligimus: auguror, cum futura veris captamus augurijs.* at hic contra. Tibull. eleg. 2. lib. 2.

Auguror vxoris fidos captabis amores.

Ouid. 1. de arte am. *Auguror, en vinces.* Augur ab auibus gerendoque dictus, vel ab auium garritu: Fest. *Esse*, pro, fore. enallage temporum. *Illum diem*, id est, tempus. vt Virg.

En erit vnquam Ille dies.

N E *mea contempto lapis indicet ossa sepulchro*
Promisum est, Lycio vota probante Deo.]

Alio modo lapis indicat apud Ouid. 2. Met.

—— lapis iste prius tua furta loquetur. Mox.
—— periuraque pectora vertit
In durum silicem; qui nunc quoque dicitur index.

Promisum est, id est prospectum est à me, & consului famæ. Seneca cap. 25. de vita beata. *Promisum est à me, ne quis mihi dies ater esset.* Aliter Plaut. Capt. sc. 4. act. 3. *Exploratum hoc, & promisum est tibi.* pro, certum ac deliberatum. *Ne lapis indicet mea ossa*, inquit, quia incisum nomen in sepulchro tituli loco, etiam vacuo, vt paret apud Ouid.

Et sæpe in tumulis sine corpore nomina legi.

vide hac de re el. 7. lib. 4. *Hoc carmen media*, &c. *Contempto sepulchro*, id est nullius dignationis &

A famæ. Sepulchrum suum nobile futurum canit eleg. 7. lib. 1.

Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulchro
Ardoris nostri magne poëta vale.

& eleg. 13. lib. 2.

Nec minus hæc nostri nota esset fama laboris:

Contra de Cynthia eleg. 11. lib. 2.

Et tua transibit contemnens ossa viator,
Nec dicet cinis hic docta puella fuit.

L V C I O *vota probante Deo.*] id est, Apolline votis annuente, & ea rata faciente. Contra Horat. *Ioue non probante.* Apollon. libr. 1. & 2. docet Lyciam ab Apolline certis temporibus B incoli. Virg. 4. Æneid.

Qualis vbi hybernam Lyciam. Horat. od. 4. lib. 3.
Qui Lyciæ tenet dumeta. Festus: *Lycij Apollinis oraculum in Lycia maximæ claritatis fuit, ob luporum interfectionẽ.* vide Macrob. l. 1. Satur. cap. 17. vbi plurimas eius cognominis causas enumerat.

AD ELEGIAM II.

C A R M I N I S *interea nostri redeamus in orbem,*
Gaudeat vt solito tacta puella sono.]

Hi duo versus in alis libris superioris sunt elegiæ. *In orbem carminis*, an spatium circum- C scriptum nobis? vt eleg. 3. seq.

Cur tua præscripto secta est pagina gyro?

an quia nullus canendi finis? vt Virg. 2. Georg.

—— redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

An poëmatis genus intelligit, cui nomen *κύκλος*, de quo Horat. in arte? An teretes versus significat, vt Horatius. *Graiis dedit ore rotundo Musa loqui?* An vt dixit eleg. vlt. lib. 2.

Versus includere torno, quod Horatio est *tornare versus*? an alludit ad *ἐγκυκλοπαιδείαν*? Cicero in Orat. *Orbem orationis* dixit, & 3. de Orat. *Cir-* D *cuitum & quasi orbem verborum*, sed alio sensu. vide plura adnot. ad eleg. 3. infra vers. 21.

Gaudeat vt puella, id est, vt amica delectetur cum me recitantem audiat. nam amabat versus Propertij Cynthia vt dictum ad eleg. 26. lib. 2. vers. 25. & 26. Sic Tibullus eleg. 1. lib. 3.

Carmine formosæ, pretio capiuntur auaræ.
Gaudeat, vt digna est versibus illa meis.

Tacta, quod eleg. 3. lib. 2.

Nostro stupefiat Cynthia versu.

Tacta, delinita, capta. Plaut. sc. vlt. act. 5. Bacch. *Tactus sum vehementer visco.* An vt idem in Rudente: *Certè vox mulieris aures tetigit meas. Tangimur sono*, quia vox corporea est, & *aures verberat*, E vt loquitur Plaut. *Sono*, voce modulata, & suaui cantu. vt Horat.

Dulci laborum decipitur sono.

O R P H E A *detenuisse feras, & concita dicunt*
Flumina Threicia sustinuisse lyra.]

Hac de re vide Ouid. 10. & 11. Met. & Cassium Parmensem in Orpheo. & adnot. ad eleg. 13. lib. 2. vers. 5. & seq. Horat. od. 12. lib. 1. *Detenuisse*, quasi auribus vincta, vt Hercules Gallicus. Et *sustinuisse* perplacet hæc lectio, quasi inhibuisse cursum, quod verbum agitatorum est. Legendus Cicero in Lucullo. Lucillius.

Sustineat currum vt bonus sæpe agitator, equosque.

A *Concita flumina*, rapidos fluminum lapsus. Horat. oda 12. lib. 1. *Et riuos celeres morari.* *Concita*, vt Virg. 3. Æneid.

—— Et crebris legimus freta concita terris.

Lyra Threicia, quam ipse vocat *Orpheam* eleg. 3. lib. 1. Virg. 6. Æneid.

Threicia fretus cithara fidibusque canoris.

Βιστονίην φόρμιγγα, vocat Apollon. lib. 2. & 4.

SAXA *Citheronis Thebas agitata per artem.*] Fabulam attigit eleg. 9. lib. 1.

Aut Amphionia mœnia flere lyra. vbi vide adnot. Mart. de Troia, epigr. 6. libr. 8.

Feret vt hæc muros struxit Apollo lyra.

B *Saxa agitata*, conuulsa & commota suis sedibus, & attracta Thebas. vt apud Horat. in arte.

Saxa mouere sono testudinis.

De Cirberone Seru. in 10. Æneid. *Parnassus*, inquit, *mons Thessaliæ, vicinus Bœotiæ, finditur in duo iuga; Helicona, Musis: & Citherona Libero patri sacrum.* *Per artem*, arte materna. Horat. oda 12. lib. *Per artem*, vt ille apud Nonium, *per dolum*, & Plautus *Per sycophantiam.* Virg. 6. Æneid.

—— vitam excoluêre per artes.

sic sæpe Sallustius.

SPONTE *sua, in muri membra coïsse ferunt.*] id est, sine fabri cementarij manu & opera ita conuenisse & coaluisse saxa, vt murum efficerent, omnibus suis partibus, vt membris C constantem, pinnis, minis, turribus, propugnaculis. *Coisse*, vt eleg. 1. libr. 2.

Xerxis & imperio bina coisse vada.

Membra dixit, quia corpus est vnum muri. Sic Ouid.

Soluere quassatæ parcite membra ratis.

Membra pecuniæ. Cic. in Paradox. & *Orationis membra*, in Orat. *Imperij membra*: Suet. August. cap. 48. *Dormitorium membrum*, pars villæ quieti dicata: Plin. ep. 17. libr. 2. *Domus membra*: Apul. libr. 3. Asini aurei. vide tria corporum genera apud Iurisconsultos Plutarchum & Senecam.

QVINETIAM, *Polypheme, fera Galatea sub* D *Aetna, Ad tua rorantes carmina flexit equos.*] De Polyphemi & Galateæ amoribus Theocrit. in Cyclope Id. 11. vide notata ad eleg. 8. libr. 1. vers. 18. est autem apostrophe ad Polyphemum, vt eleg. 33. lib. 2.

Necnon Ismario tu Polypheme mero.

Sub fera Aetna, monte Siciliæ agresti, horrido & inculto. vt apud Virg. ecl. 5.

—— montesque feri, syluæque loquuntur.

Fera, & inculta Ætna & ob Cyclopas, & ob montis incendium. De Ætna sede Polyphemi dixi ad illud Tibull. lib. 4.

E *Cessit & Aetnæa Neptunius incola rupis.*

Flexit equos, vertit. Virgil. 7. Æneid.

Flectere ludus equos. *Rorantes*, equos marinos vdos, rore sparsos, vel rorem spargentes natando. ros enim pro summa aqua maris. vt dictum ad eleg. 26. lib. 2. vers. 2. Stat. 1. Achill.

—— humilisque ex æquore Titan

Rorantes euoluit equos. & 2. Sylu. in epicedio Pileti: *—— quinta vix Phosphoros hora*

Rorantem sternebat equum. Ouid. 4. Fast.

Littore siccabat rorantes vnda capillos.

equis autem marinis Dij marini vehuntur.

A Stat. 2. Thebaid.

Illic Aegæo Neptunus gurgite fessos

In portum deducit equos; prior haurit habenas

Vngula, postremi soluuntur in æquora pisces.

& 1. Achill.

—— & triplici telo iubet ire iugales.

Illi spumiferos glomerant à pectore fluctus.

Pone natant, delentque pedum vestigia cauda.

Inde explicandus Tibull.

Vecta est frenato cærula pisce Thetis.

& Virg 4. Georg. *magnum qui piscibus æquor,*

Et iuncto bipedum curru metitur equorum.

Ad tua carmina, pastoria fistula dixit Ouid.

B MIREMVR *nobis & Baccho & Apolline dextro,*

Turba puellarum si mea verba colit.]

Muretus: Mirum, inquit, non est si teneræ puellæ mea colant carmina, cum Orpheus feras, & Amphion saxa carminibus traxerint, & horridum duram Galateam. est igitur εἰρωνεία, vt eleg. 3. lib. 2.

Hac ego nunc mirer si flagret nostra iuuentus.

& eleg. 8. *Mirum si de me iure triumphet amor.* Cic. 2. de Orat. *Mirum ni cantem, condemnatus sum.* *Nobis*, mea, solita enallage numerorum, vt eleg. 1. lib. 2.

Non hæc Calliope, non hæc mihi cantat Apollo,

Ingenium nobis ipsa puella facit.

C *Baccho & Apolline dextra*, inquit, quia Bacchus, Apollo, Musæ præsident poëtis. Strabo lib. 10. Horat. sæpe. Tibull.

Salue cura Deûm, casto nam rite poëta

Phœbusque, & Bacchus, Pieridesque fauent.

Dextro, secundo, fauente & propitio, quia Grais & Barbaris dextra meliora; & Latinis sinistrum, est externo dextrum: Cic. 2. de diuin. Ipse eleg. 9. infra.

Dexteraque immissis da mihi signa rotis.

& el. 10. lib. 4. *Sancte velis libro dexter inesse meo.*

Mea verba colit, id est me canentem & poëtam prope vt Deum venerentur. nam dicturus est D infra eleg. 9.

Hæc curent pueri, curent hæc scripta puellæ,

Meque Deum clament, & mihi sacra ferant.

vide notata ad illud eleg. 26. lib. 2.

Carmina tam sanctè nulla puella colit.

Verba, carmina, vt Manil. lib. 4.

Et graciles calamos, & neruis insita verba.

vt eleg. 13. lib. 2.

Non vt Pieriæ quercus mea verba sequantur.

QVOD *non Tanariis domus est mihi fulta columnis.*] valet, quod si non. Ouid. eleg. 3. lib. 1. Amor. vbi hunc locum imitatur:

Si me non veterum commendant magna parentum

E *Nomina; si nostri sanguinis auctor eques.*

Nec meus innumeris renouatur campus aratris;

Temperat & sumptus parcus vterque parens;

At Phœbus, comitesque nouem, &c. *Fulta Tanariis columnis*, subnixa, sustentata, incumbens, innixa dixit Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Quidue domus prodest Phrygiis innixa columnis,

Tænare siue tuis, siue Caryste tuis.

Tænariæ columnæ, ex Laconico marmore. De quo Stat. in epithalamio Stellæ & Viol. lib. 3. Sylu.

Hic Lybicus, Phrygiusque silex: hic dura Laconum

Saxa virent. Plin. cap. 18. lib. 36. & cap. 22.

eiufdem libri, vbi tamen *lapis* dicitur, non marmor. Tænarus eft Laconiæ promontorium, vt annot. ad eleg.13. lib.1. verf.22.

Nec *Camera auratas inter eburna trabes.*] *Camerum*, inquit Nonius, *obtortum, vnde Camera tecta in curuitatem formata.* Feftus: *Camara & Camuri boues, à curuatione ex Græco καμπή.* Charif. libr. 1. Camara dicuntur, non Camera per *e*, vt Verrius Flaccus affirmat. Seru. in illud 3. Georg. *Et Camuris hirta fub cornibus aures:* *Curuis*, inquit, *vnde Camera.* Ifidor. cap.8. lib. 15. *Cameræ funt volumina introrfum refpicientia, appellatę à curuo, quia καμπύλον Græcè curuum eft.* & Budæus annot. in Pand. Cameram, quam Græci Camaram vocant & Cameratum opus docet effe factum in fimilitudinem pergularum hortenfium, vnde arca Camerata Vlpiano, cuiufmodi hodie *Bahus*. Ebore vero, auróque Cameræ ornabantur. vnde Horat. oda 18. libr. 2.

—— non ebur, nec aureum
Mea renidet in domo Lacunar.

Ennius Androni. apud Cic.3. Tufc.

O pater, ô patria, ô Priami domus?
Septum altifono cardine templum.
Vidi ego te adftante ope barbarica,
Tectis, celatis, laqueatis, ebore atque auro
Inftructam regificè. Virg.2. Æneid.
Auratafque trabes veterum decora alta parentum
Deuoluunt. Tibull. eleg.3. lib.3.
Aurateque trabes, marmoreumque folum.

Seneca Thyefte: *Non auro nitidę trabes.* Item:

Fulget hic tectum cuius auratas trabes
Variis columnæ nobiles maculis ferunt.

Lucan. libr. 10.

—— craffumque trabes abfconderat aurum.

Papin. in Sylu. lib.1. in epithal. Stellæ:

Robora Dalmatico lucent fatiata metallo.

Plin. cap.3. lib.33. *Laquearia nunc in priuatis domibus auro teguntur. Trabes*, τράφηξ Lycophoni, Scaliger. Feftus: *Trabs, propriè duo ligna compacta.* Ifidor. cap.18. lib.19. *Trabes, quod in tranfuerfo pofitę vtrofque parietes contineant.* Varro 6. de lingua Lat. & Seru. dicitur vero trabs & trabes, vt Ennio: *abiegna trabes.*

Nec *mea Phęacias ęquant pomaria fyluas.*] Melius alij libri, *Phęatas*, vel à recto Phæax vel à Phæacus, vt Arabus, Cilicus. *Phęacia*, Corcyra infula, Plin. cap. 12. libr. 4. hodie *Corfou.* ea Alcinoi hortis nobilitata: Hom. lib. 7. Odyff. vnde Virg.2. Georg.

Pomaque & Alcinoi fyluę.

vbi, fyluæ, inquit Seru. pro copia frugiferarum arborum, vt hîc. de iis hortis & Iuuenal. fat. 5.

Qualia perpetuus Phęacum autumnus habebat.

Stat. in Tiburtino Manlij 1. Sylu.

Quid bifera Alcinoi laudem pomaria?

Nec æquant, minora funt, non poffunt cum illis conferri. vt eleg.9. infra.

Crede mihi magnos ęquabunt ifta Camillos
Indicia.

Pomarium, ὀρχάτος, noftris *verger*, quod ibi vireant confitæ arbores. Ouid.4. Met.

Id metuens folidis pomaria clauferat Atlas

A *Montibus.* Horat. oda 7. lib.1. *Et vda*
Mobilibus pomaria riuis. Charif. lib.1. *Hic pomarius dicitur, & pluraliter hæc pomaria.* Idem ibidem: *Pometa, vbi poma nafcuntur: pomaria vbi feruantur*, quod & alibi repetit. Plin. certè cap. 16. libr. 15. Pomaria vfurpat pro locis vbi poma feruantur.

Non *operofa rigat Martius antra liquor.*] Sic *Martius humor* eleg. 22. infra verf. 24.

Martia lympha Tibull. eleg. vlt. libr. 3. De aquæ Marciæ laudibus quamplurima Plin. cap.3. libr. 31. eam primus Ancus Marcius in vrbem ducere aggreffus eft: Idem Plutarch. in B Coriolano initio eius vitæ; Aquam Marciam omnium aquarum & maximam & præftantiffimam perductam in vrbem ait à P. & Q. Marciis, è gente Regi Anci Martij. Frontin. libr.2. de aquæductibus. *Ita vt ipfam Marciam fplendore & rigore gratiffimam, balneis ac fullonicis, & relatu quoque fœdis minifteriis deprehenderimus feruientem.* Stat. in Balneo Etrufci 1. Syluar.

—— Marfafque niues & frigora ducens

Martia. vide & Strab. lib.5. *Rigat antra*, id eft humectat, perfundit, vnde *rofida antra* eleg. 20. lib.2. *Operofa*, in quibus excolendis opera multa confumitur. fic Horat. oda 1. lib.3.

C *Diuitias operofiores.* & oda 12. eiufd. lib.
Operofa Mineruę ftudium. & oda 2. lib.4.
Operofa carmina.

At *Mufa comites, & carmina cara legenti.*] an vt eleg.10. infra.

Noctis & inftituet facra miniftra Venus?

an quia ftatuunt Propertium in prima parte choreæ eleg.30. lib.2. verf.37. an quia comites etiam de honoratioribus dicuntur? Virg.1. Æn.

Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recufo.

& 6. Æneid.

Ille meum comitatus iter. Ouid.2. de art.am.
Ipfe licet venias Mufis comitatus Homerus.

D Ipfe eleg. 13. infra.

Et me Pana tibi comitem de rupe vocato.

Tiboll. eleg.7. lib.2.

Caftra Macer fequitur, tenero quid fiet Amori?
Sit comes, & collo fortiter arma gerat.

Et carmina cara legenti. id eft, *non ingrata*, vt dixit eleg.vlt. libr. 2. verf.81. vide adnot. ad verf.2. huius elegiæ *Gaudeat vt foluto* &c.

Et *defeffa choris Calliopea meis.*] de choreis Mufarum vide adnot. ad verf.1. eleg.10. lib.2. Stat.1. Sylu. in balneo Etrufci:

Nec laffata voco toties mihi numina Mufas.
Et te Phœbe choris & te dimittimus Euan.

E *Meis choris*, à me ductis, conftituto in prima parte choreæ, vt dixit eleg.30. lib.1. verf.37.

Fortunata *meo fi qua es celebrata libello.*] Ὑποκόρισμα folens Virgilio, vt *fortunate fenex. Fortunate puer.* & alias fæpe. ipfe eleg.20. infra.

Fortunata domus, &c. Cornel. Fronto: *Felix, ita natus eft: fortunatus cum opibus nomen accipit. ita felix natura bono fruitur: fortunatus, commodo temporis.* Idem: *fortunatus, cui forte aliquid contingit.* ὦ, *Si qua*, incerto fermone certam puellam defignat, Cynthiam fcilicet. vt el.3. lib.2. verf.15.

Celebrata libello, quod eleg.vlt. lib.2.

Cynthia quinetiam verfu laudata Properti.

CARMINA *erunt formę tot monimenta tuę.*] An, *Tot*, pro multa? vt eleg. 8. infra.

Vocis & insana tot maledicta tuæ.

Albin. ad Liuiam:

Tot dixit siccis verba neque ipse genis.

An *tot* iterandum: *Tot carmina, tot erunt monimenta*, quæ testabuntur formam tuam eximiam fuisse, vel tuæ formæ, tui ipsius formosæ? vt eleg. 19. libr. 1.

Quarum nulla tua fuerit mihi Cynthia forma
Gratior.

An significat formam & effigiem exprimi carminibus, quasi cælo, vel penicillo, vt quod fuerint carmina, tot sint effigies. huius argumenti est oda Horatij 8. lib. 4. Tibull. eleg. 4. libr. 1. *Monimenta sunt*, inquit Donat. In Eunuch. *quæ Græci dicunt* γνωείσματα ἢ σπίγματα. Festus in *Monimentum*: *Monimentum est, quod mortui causa ædificatum est: & quidquid ob memoriam alicuius factum est, vt fana, porticus, scripta & carmina.* Varro 5. de lingua Latina. *Monimenta quæ in sepulcris, secundum viam, à monendo, quod admoneant prætereuntes, & se fuisse & illos mortales.* Inde dicta monimenta, quæ scripta & facta memoriæ causa. Idem fere Cicero ep. 2. ad Cæsarem, apud Nonium, in *Monimenti.* Isidor. cap. 11. libr. 15. *quod mentem moneat*, ineptè, vt Iurisconsulti testamentum. ex Seruio tamen in 3. Æneid. qui à mentis admonitione deducit. & in 6. Æneid. & in fin. 12. Æneid. vide l. 2. & l. 42. D. de relig. & sumpt. fun.

NAM *neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti.*] id est, Pyramides sumptuosæ, vt mox *fortuna sepulcri*, fortunatum sepulcrum. & *error herculis.* De Pyramidibus, quæ dictæ ἀπὸ τοῦ πυρὸς, quod flammæ surgentis formam referant, Martial. ep. 1. libr. 1. & ep. 16. lib. 8. Ammian. Marcellin. libr. 22. Herodot. libr. 2. Arist. cap. 11. libr. 5. Polit. Diodor. libr. 1. Strabo libr. 17. Plin. cap. 12. libr. 36. Solin. cap. 35. Ioseph. libr. 2. Antiq. Iud. Zonar. libr. 1. Horat. oda vlt. libr. 3. *Duci ad sidera*, educi in cœlum vsque hyperbolicώs. Virg. 2. Æneid. *Cæloque educere certant.*

Ibid. —— *summisque sub astra*
Eductam tectis.

& 2. Georg.

—— *ad sidera raptim*
Vi propria nituntur.

Martialis.

Hic vbi sidereus propius videt astra colossus.

vide Iun. prouerb. 86. Cent. Ducere, & educere, Nonius exponit, struere & erigere. Virg. 1. Æneid. *Pars ducere muros*
Moliriue arcem.

NEC *Iouis Elei cœlum imitata domus.*] Apud Elæus Achaiæ populos, in agro Pisano, templum erat Iouis Olympij, olim oraculo, nunc ludis Olympicis celeberrimum. Plin. cap. 5. libr. 4. *Intus* (in Elide) *delubrum Olympij Iouis, ludorum claritate Fastos Græciæ complexum.* vide Strabo libr. 8. & Pausan. in Achaicis. ergo, *Domus Iouis*, pro templo. vt Horat.

—— *fulgens contremuit domus*
Saturni veteris.

Iuuenal.

Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon.

Apul. de Mundo: *Vltra, Deorum domus est, quam*
A *vocamus cælum.* Ipse eleg. 5. infra.

Quis, Deus hanc mundi temperat arte domum.

Cic. 2. de Nat. Deor. *Mundus communis Deorum atque hominum domus.* Ipse eleg. 4. lib. 4.

Syluani ramosa domus.

id est lucus. Virg.

O patria, ô Diuûm domus Ilion.

Stat. 7. Thebaid.

—— *videt axis, & ista per æuum*
Mecum æterna domus.

loquitur Iuppiter. vt autem *domus*, pro æde, sic ædis, & pro domo vice versa. Ouid.

B *Et vigilant nostra semper in æde Lares.*

Imitata cælum, structa, cælata & picta instar cœli. Credibile est enim illam ædem inauratam fuisse, & stellis, signisque cœlestibus distinctam. Sic in eadem Elide Salmoneus: *Flammas Iouis & sonitus imitatus Olympi.* Simile narrat Sueton. in Nerone cap. 31. cum de aurea eius domo loquitur, præcipua scilicet cænationum rotunda fuisse, quæ perpetuo diebus ac noctibus, vice mundi, circumagerentur.

NEC *Mausolei diues fortuna sepulcri,*
Mortis ab extrema conditione vacat.]

C In hanc sententiam Cicero pro M. Marcello. *Nihil est opere aut manu factum, quod non conficiat, & consumat vetustas.* Auson.

—— *monimenta fatiscunt,*
Mors etiam saxis nominibusque venit.

Ouid. 5. Fast.

Ara erat illa quidem Curibus, sed longa vetustas
Destruit, & saxo longa senecta nocet.

Fortuna sepulchri, pro fortunato sepulcro, & magnificentissimo. Sic Horat. ep. 2. lib. 2.

Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.

id est, reges miseri. Ennius: *fortuna belli.* vel *fortuna diues sepulcri*, quia ei contigit magno
D sumptu sepeliri. *Diues fortuna* dicitur, vt à Tibullo, *Diuitis hoc visum est agri.*

nempe *Diues fortuna*, quæ ditat, vel *diues*, beata; vt contra, beati, diuites. an vt eleg. 28. libr. 2.

Illa sepulturę fata beata meę.

nam vt Iuuenal. sat. 10.

Data sunt ipsis quoque fata sepulcris.

Mausolæum sepulcrum, nobilissimum monimentum, quod Artemisia Cariæ regina Mausolo marito struxerat: Plin. libr. 36. cap. 5. Herodot. libr. 7. Gell. cap. 18. libr. 10. dicitur & præcisè *Mausolęum*, vt Mart. ep. 1. lib. 1.

E *Aëre nec medio pendentia Mausolęa.*

& ep. 65. libr. 5.

Iam vicina iubent nos viuere Mausolęa,
Cum doceant ipsos posse perire Deos.

Vacat, immunis est, caret. τὸ *ab* autem abundat, vt & infra; *ab auo excides*, & eleg. 5.

Nudus ab inferna stulte vehere rate. Condicione mortis. id est, lege fati. nam vt ait Donat. *Condicio, est pactio certam legem in se continens.* Sic Virg. 12. Æneid.

—— *cur mortis adempta?*
Condicio?

humanam condicionem vocat Cicero. 1. & 3. Tusc. addit, *extrema*, quia *mors vltima linea rerum.*

Avt *illis flamma, aut imber subducet honores.*] id est, illa opera aut incendio aut diluuio aliquo intereunt. alludit autem ad *ἐκπυρώσεις ἢ κατακλυσμούς*. nam vt ait Cic. 6. de rep. *Exustiones terrarum & eluuiones accidere certo tempore necesse est.* Sic Horat. ——*exegi monimentum* &c.

Quod nec imber edax. &c. Ouid.

Iamque opus exegi quod nec Iouis ira, nec imbres &c.

Sallust. lib.4.hist. *Monumenta madore infirmantur. Imber*, ὄμβρος, pro omni humore: Nonius. *subducet honores.* id est, sensim & furtim substrahet, id enim est subducere, inquit Donat. in Eunuch. vt dixi ad eleg.8. libr.1. Sic Minutius felix in Octauio: *Nec interest virum fera diripiant* (cadauer:) *an humus contegat: an flamma subducat. Honores* marmorum, vt Virg. & Horat. vocant frondes, *honorem* syluarum.

Annorvm *aut ictu pondera victa ruent.*] sic Virg.12. Æneid. de saxa auulso:

——*seu turbidus imber*
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas.

Pondera, saxeæ graues, marmoreæque moles. Ouid.13. Met.

Ennius ingenti resupinum pondere fudi.

id est, saxo. ipse eleg.3. lib.4.

Plumbea cum torta sparguntur pondera funda.

id est, glandes graues. Horat. ep.6. lib.1.

——*& cogat trans pondera dextram*
Porrigere. id est, statuas in foro, quod alij ad pondera lucernarum referunt. Ouid. 5. Fast.

Vertit in auctores pondera vasta suos.

id est, montes. sic Am. Marcell. libr. 4. *Arenarum numerum, & montium pondera scrutari.* Mart. lib. 1. epigr. 56.

Accipe, non Pario nutantia pondera saxo,
Quæ cineri vanus dat ruitura labor.
Sed fragiles buxos, & opacas palmitis vmbras,
Quæque virent lacrymis rosida prata meis,

vbi & *ruitura*, vt hic *ruent. Victa ictu annorum*, vt Virg.2. Æneid.

Vulneribus donec paulatim euicta supremum
Congemuit (arbor:) & 10. Æneid.

——*atque ingenti vulnere victum.*

Victus de damno & detrimento, vt tangere, ferire, percutere. *Ictu victa* ductum à fabris, qui crebris ictibus moles eiusmodi subruunt. Sic dicimus vulgo de ædificio labante: *Il a pris coup.* An alludit ad falcem Saturni. id est, ad iniuriam temporis? eadem sententia Martial. ep.3. libr. 8.

Et cum rupta situ Messala saxa iacebunt:
Altaque cum Licini marmora puluis erunt:
Me tamen ora legent.

At *non ingenio quæsitum nomen ab æuo*
Excidet: ingenio stat sine morte decus.]

Sic Ouid.

Scinduntur vestes, gemmæ franguntur & aurum.
Carmina quam tribuent fama, perennis erit.

Idem.

Tabida consumit lapidem ferrumque vetustas
Scripta ferunt annos.

& Albin. in obitum Mecœnatis:

Marmora Mæonij vincunt monimenta libelli,
Viuitur ingenio: cetera mortis erunt.

Mart. epigr. 2. lib. 10.

A *Marmora Messalæ findit caprificus, & audax*
Dimidios Crispi mulio ridet equos:
At chartis nec furta nocent, & sæcula prosunt;
Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Sic emendo eum locum. τὸ *At* dissimilitudinis est, vt alias adnot. *Nomen quæsitum ingenio*, laus parta mentis viribus. *Quærere*, comparare, vt Horat.

Quærit opes & amicitias. Ab æuo excidet. τὸ *ab* vacare potest, vt supra notaui *Non excidet* (vllo) *æuo.* id est nunquam. sic Ouid. elegia 4. lib.1. Trist. (antequam.)

B *Et longa pietas excidat ista die.* vel *excidet ab æuo*, effluet ex æui memoria, id est enim excidere. vt Virg.1. Æneid.

Necdum etiam causæ irarum, sæuique dolores
Exciderant animo. Plaut. Curcul. in eo verbo lusit: *Recte tenes? Nimis formido, ne excidat.* Aliud est eleg.7. infra. *Primo miser excidit æuo.* & Stat.11. Theb. *Et longo iacet exarmatus ab æuo. Ab æuo*, vt Dio de Neroniana acclamatione εἰς αἰ' αἰῶνε Αὔγουστε, ἱερὰ φωνή. Æuum ab ætate omnium annorum: hinc æuiternum, quod factum est æternum. Æuum, inquit Censorinus de die natali, *tempus maximum est sine origine, sine fine, quod & semper fuit, & semper futurum*

C *est.* Seru. in illud 6. Æneid.

Quem tibi longæuo &c. Æuum, inquit, propriè æternitatis est, nec nisi in Deos conuenit. vnde Ennius:

Romulus in cælo cum Diis genitalibus æuum
Degit.

Ingenio stat sine morte decus. vide Senecæ Suasoriam vlt. & cap.18. de Consol. ad Polyb. *Stat*, vel restat & remanet ceteris extinctis: vel permanet incolume, & viget. contra, cadere, perire. *Decus sine morte*, ἀθάνατον κλέος. Horat. *Æternum meditans decus.* Corn. Fronto: *Decus honoris: decor formæ: Decorum actionis.* Idem. *Decus est instrumentum cuiusque: Gloria, ho-*

D *noris merces.* Seru. in 11. Æneid. Decus, nobilitas, pulchritudo, vel ornamentum. In malam partem. Plaut. Asin. *Carnifex capuli decus.*

AD ELEGIAM III.

Visvs *eram molli recubans Heliconis in vmbra,*
Bellerophontæi quà fluit humor equi.] An *eram*, pro sum, vt eleg. 32. lib. 2.

Tantam erat in speciem, &c.

Visa autem dormientium intelligit, vt eleg.26. lib.2. *Vidi te in somnis. Recubans*, reclinato corpore quiescens. vt Virg. eclog.1.

E *Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.*

Ouid. 2. de arte am.

Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.

In vmbra molli, tenera, suaui, vt hic *mollia prata.* Virg. 3. Georg.

Molli succedere sæpius vmbræ.

& eadem mente 1. Æneid.

Dulci adspirans complectitur vmbra.

Heliconis, de eo monte dixi alias, est & fluuij nomen apud Pausan. τὸ *Quà*, designat locum certum, vt eleg.11. lib.1. vers. 2. Ipse eleg.3. l.4. *Quà* exponit, *qua parte*:

Et dicam qua parte fluat vincendus Araxes.

Humor fluxerit, vt eleg. vlt. lib. 2.

Fluxerit vt magno fractus amore liquor.

Humor equi Bellerophontæi, id est, fons factus vngula Pegasi. De Bellerophonte & Pegaso ipse eleg. 30. lib. 2. vers. 3. Stat. 2. Syln. in Genethliaco Lucani: *Pendentis bibis vngula liquorem.* Meminit hanc fabulam Horat. oda 11. lib. 4. Pindar. Isthmiis. Homer Iliad. 6. Higin. fab. 57. Pausan. Corinthiacis. Apollod. lib. 2. Fulgent. lib. 3. Mythol. Palæphatus prædonem ait fuisse Bellerophontem, cuius nauis diceretur Pegasus, à quo Pegaseus fons, Hippocrene. vide Ouid. 4. Met.

REGES *Alba tuos, & regum facta tuorum*
Tantum operis neruis hiscere posse meis.] de Alba ipse eleg. 1. lib. 4.

Et stetit Alba potens, alba suis omine dicta.

Virg. 1. & 6. Æneid. Dionys. lib. 1. Liuius l. 1. vbi singulos reges enumerat. Ouid. 14. Met. & 4. fast. Tibull. eleg. 5. lib. 2.

Albaque ab Ascanio condita longa duce.

Tantum operis, proferendum epiphonematicῶς, vt eleg. 11. infra:

Tantum operis, belli sustulit vna dies.

Plaut. Men. sc. 4. act. 2. *Tantum operis intercepi.* *Hiscere posse*, canere velle, quod Persius, *Conari.* vide notata ad illud eleg. 31. lib. 2. vers. 6. *Neruis meis*, Beroaldi duplex interpretatio; vna, *Neruis*, viribus ingenij, praua: altera, fidibus, recta. vt infra hic —— *hæc carmina neruis Aptat.* vtitur & Cicero sæpe, & Horat. Varroni etiam *Neruia* dicuntur.

PARVAQVE *tam magnis admoram fontibus ora.*] id est, Parabam bibere. Virg. eclog 3.

Necdum illis labra admoui. Sic Ciceroni: *Admonere aures, manus.* Per *parua ora*, exiguum ingenium signat, vt Ouid. eleg. 5. lib. 1. Trist.

Nostraque sunt meritis ora minora tuis.

contra eleg. 10. lib. 2.

Magni nunc erit oris opus. vbi vide adnot.

Tam magnis fontibus, pro maximis, vt supr. *Tantum operis.* & eleg. 33. lib. 2.

Qua Deus tam cupidos toties diuisit amantes.

id est, cupidissimos. & eleg. vlt. lib. 2.

Quod si non constans illa, & tam certa fuisset.

& eleg. 9. infra:

Et tibi tam faciles insinuentur opes. & eleg. 11.

Tam dura traheret mollia pensa manu.

Fontibus, flumen vocat paulo post:

VNDE *pater sitiens Ennius ipse bibit.*] & Diis & hominibus τὸ *Pater* honoris causa dicitur, vt eleg. 3. lib. 4. *Pater Africus.* Virg. *Tibri pater, Pater Neptune.* Lucillius apud Lactantium cap. 3. de vera sapientia:

Nemo vt sit nostrûm qui non pater optimu' Diuûm:
Vt Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mars:
Ianu' Quirine pater, nomen dicatur ad vnum.

Virg. *Pater Æneas*, & Petron. *Pater ipse veri Epicuri.* Sic *Pater Ennius*, vt ait Lucret. lib. 1.

—— *qui primus amœno*
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Horat. ep. 19. lib. 1.

Ennius ipse pater, nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda. Q. Serenus:

A *Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua,*
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

vet. gloss. *Ennipater*, Ἔννιος πατήρ. De Ennio Cicero in Bruto. & Gell. cap. vlt. lib. 17. Somniauit autem Ennius Homerum sibi in somnis apparuisse, itaq. se alterum Homerum factum per Metempsychosin. vnde Horat.

Ennius & sapiens & fortis & alter Homerus.

Persius: *Cor iubet hoc Enni postquam destertuit esse*
Mæonides quintus pauone ex Pythorao; quia ipse ait apud Charisium: *Commemini me fieri pauum.* *Ante*, vel ante me & alios, quia Epicorum princeps, vel olim, vt eleg. 13. lib. 2. *Ante luto. Bibit*
B *sitiens*, ergo auidè & multum bibit, vt eleg. 5. infra: *Nec bibit è gemma diuite nostra sitis.*

ET *cecinit Curios fratres, & Horatia pila.*] id est, statim atque bibit cecinit, &c. Nescio autem quos auctores secutus, *Curios* vocat, quos alij Curiatios. Nota historia de tergeminis Curiatiis & Horatiis ex Liuio lib. 1. & Dionys. lib. 3. de iis Auson.

Quot commissa viris Romana Albanaque fata.

Horatia pila, Horatios pilatos; Horatiorum arma & pugnam. vt sup. el. 11. *Pyramidum sumptus, & fortuna sepulchri.* *Pilum*, inquit Varro 4. de ling. Lat. *quasi perillum ab omine, vt eo hostis peri-*
C *ret. Inde pilani, pilis vti assueti*: Festus. *& Pilumnoë poploë, Romani, qui pilis vtebantur.* idem Festus. Seru. in illud 7. Æneid.

Pila manu, sæuosque gerunt in bella dolones.

Pilum, inquit, *hasta Romana, vt gæssa Gallorum, Sarissę Macedonum.* Veget. cap. 15. libr. 2. *Pilum, hastile pedum quinque & semis, ferro triangulo vnciarum nouem, quod nunc spiculum vocant.* An alludit ad pilam Horatiam (notat etiã Beroaldus) mutato genere. Ita enim columna dicta, cui imposita erant Curiatiorum spolia. Dionys. lib. 3. Liuius lib. 1. & *Pila Horatia* locus Romæ
D apud P. Victorem. Ennij autem versus, qui legitur apud Festum videtur esse de hac tergeminorum pugna:

Hic occasu' datu'st: at Horatius inclytus astu.

vulgo legitur, *saltu.* sed legendum *astu*, id est, calliditate nobilis, quia distraxit hostes:

REGIAQVE *Æmilia vecta trophæa rate.*] id est, rapta de rege Perseo. Legendus Liuius tota decade quinta, & Plutarch. in Paulo Æmilio: tangit ipse eleg. vlt. lib. 4. *Et Persen proaui s. p. a.* *Trophæa*, vt eleg. 9. infra:

Mæcenatis erunt vera trophæa fides.

Seruius in 10. Æneid. *Trophæum dictum ἀπὸ τοῦ*
E *τρέπεσθαι, id est, ab hostium in fugam versione, vnde qui hostem fugasset, merebatur trophæum; qui occidisset, triumphum.* Eadem repetit ad 11. Æneid. Trophæi descriptio est apud Virgilium initio 11. Æneid. Stat. 2. Thebaid. Varro Bimarco: apud Nonium in *Tropæum.* ideo fuga hostium vocatur τροπή. Hinc & spolia capta fixa in stipitibus appellantur *Tropæa.* Idem dicit Isidor. c. 2. lib. 7. & τὸ *Rate* catachresticῶς: nam regia naui ingentis magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant, ornata Macedonicis spoliis aduerso Tiberi in vrbem subuectus est. Liuius lib. 45. & Plutarch. in Paulo Æmylio. Quid propriè *Ratis*, est apud Fest. in *Ratis.*

Æmiliam gentem, inquit idem Festus, appellatam dicunt à Mamereo Pythagoræ philosophi filio: cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit Æmilos. Alij quod ab Ascanio descendat, qui duos habuit filios Iulum & Æmilon. vide Plutarch. in Æmilio, & in Numa.

VICTRICESQVE *moras Fabij, pugnāq. sinistrā Cannensem, & versos ad pia vota Deos.*] id est, moratorem & cunctatorem Fabium, & ob id victorem; vt sup. *Horatia pila, more Fabij*, vt eleg. 9. infra:

Tuta sub exiguo flumine nostra mora.

Et mora hic in laudem, apud Iurisconsultos est improba dilatio. Notum ex Ennio apud Ciceronem, Virgilio 6. Æn. & Ouid. 2. fast. vt cunctādo restituit rem Fabius. Ennius apud Diomedem in Abnuo de hac ipsa re:

Certare abnuco metuo, legionibus labem.

vide Liuium lib. 22. & lib. 30. vnde Sil. Ital. *Sollers cunctādi Fabius.* Festus in *Fauonij*. Fauoniū ait principem eius gentis dictum; quod cum eius matre in fouea Hercules concubuerit, vel quod docuerit, quomodo vrsi & lupi foueis caperentur. vide & Plutarch. in Fabio Max. De Cannensi pugna, Dionys. lib. 2. Festus, in *Græca sacra*. Liuius lib. 22. Strab. lib. 6. Valer. Max. cap. 5. lib. 3. Plin. cap. 18. lib. 15. Cicero & alij. vnde Silius *Cannas* (vicus est Apuliæ) vocauit *Hesperia tumulum*. an eo pertinet versus apud Fest.

His pernas succidit iniqua superbia Pœni.

Versos ad pia vota Deos, qui tandem ex iratis propitij facti, oculos mentesque ad preces piorum retorserunt. vt Virg.

—— & mentem lætata retorsit.

Qui auertunt se, iniqui: qui vertunt se ad nos & respiciunt, æqui. Virg.

Dij tibi siqua pios respectant numina.

Aliud est apud Horat. *Fidem mutatosque Deos.*

HANNIBALEMQVE *Lares Romana sede fugantes.*] Hanc historiam nos docet Varro ἰερανῶς tuam fidem, apud Nonium in *Tutanus*:

Noctu Annibalis cum fugaui exercitum,
Tutatus hoc, Tutanus Romæ nuncupator.
Hac propter omnes, qui laborant, inuocant.

Ennius apud Fest. in *Ob*; (Annibal)

Ob Romam noctu legiones ducere cepit,

Sed quibusdam terriculamentis territus reduxit exercitum. idem Fest. in, *Ridiculi*: Ridiculi fanum extra portam Capenam (Collinam Liuius lib. 26.) fuit, quia accedens ad vrbem Annibal, ex eo loco redierit, quibusdam visis perterritus. Liuius lib. 26. Progressum vsque ad Herculis fanum extra Collinam portam Annibalem scribit; nihil de hac fuga. *Lares* ergo Propertio Penates vrbis Romæ, Dijque tutelares, *Tutanus* Varroni, & idem Hercules. de Larib. præstitibus. Ouid. 5. Fast.

Stant quoq. pro nobis, & præsunt mœnibus vrbis
Et sunt præsentes, auxiliumque ferunt.

Romana sede, pro Romanis sedibus & vrbe. Sic Virg. 1. Æneid. *Regnumque à sede Latini. Transferet.* id est, vrbe. Legitur in aliis libris, *æde*. An *Romana ex æde*? quia ex ea æde & fano ridiculi siue Tutani Annibal redire cepit.

ANSERIS *& tutum voce fuisse Iouem.*] id est, Capitolium, cui præsidet Iupiter. vt el. 4. lib. 4.

Antiqui limina capta Iouis.

Horat. oda 5. lib. 3.

Incolumi Ioue & vrbe Roma.

& oda vlt. lib. 4.

Et signa nostro restituet Ioui. Seneca vt Pop. Rom. *nihil haberet præter obsessum Iouem.* historia est apud Liuium lib. 5. Plin. cap. 22. lib. 10. & cap. 3. lib. 20. Plutarch. in Camillo. Virg. 8. Æneid. Lucret. lib. 4.

—— humanum longe præsentit odorem
Romulidarum arcis seruator candidus anser.

Ouid. 2. Metam.

Nec defensuris vigili Capitolia voce
Cederet Anseribus. *Voce* ait vt hic, Festus *gingritu* dixit; Virgilius, *strepitu; clangore*, Columella. De anseribus Capitolinis Cicero pro Sex. Roscio. Ouid. 1. fast.

Nec defensa iuuant Capitolia quominus anser
Det iecur in lances Inachi lauta tuas.

CVM *me Castalia speculans ex arbore Phœbus,*
Sic ait, aurata nixus ad antra lyra.] vt hic Phœbus, sic eleg. 1. lib. 4. Mathematicus obiurgat Propertium. *Speculans ex arbore*, vt Attius Medea apud Nonium in *Aucupaui*: *Ego me extollo in abietem: altè ex tuto prospectum aucupo.* Cornel. Tacit. lib. 11. Annal. *Ferunt Vectium Valentem, lasciuia in præaltam arborem connisum, interrogantibus quid aspiceret, respondisse; tempestatem ab Ostia atrocem.* Varro 6. de ling. Lat. *A specio, specula, & speculator Speculari, à specula, id est loco edito, prospicere quid agatur*, vt hic ex arbore. *Arbor Castalia*, laurus quæ spectatissima in Parnasso, inquit Plin. vnde eleg. 13. infra:

At mons laurigero concussus vertice.

Seru. in 3. Georg. *Castalia fons in Parnasso.* Lactātius à Castalia virgine illic mersa dum Apollinem fugeret dictum putat. Plin. cap. 3. lib. 4. agit de fonte Castalio, & Pausan. in Phocicis. & Horat. oda 4. lib. 3.

Qui rore puro Castaliæ lauit Crines solutos.

Sic ait, ὣς φάτο, Homer. quod modo præponitur, modo postponitur, eleg. 3. lib. 1. vers. 34. *Nixus lyra*, sic Stat. 5. Sylu. Epicedio in patrem:

—— dux ipsa (Calliope) *silenti*
Fulta caput cithara. *Nixus lyra*, leniter lyræ incumbens. Gestus exprimitur eo verbo, vt eleg. 3. lib. 1. vers. 8. Virg. ecl. 8.

Incumbens tereti Damon sic cepit oliuæ.

Aurata lyra. Cassius Parmensis de lyra Orphei:

Argutæ primum cum plectra parentis & auro,
Distinctam sumpsit citharam. Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Ipse Deus vatum palla spectabilis aurea,
Tractat inaurata consona fila lyra.

Ad antra, enallage pro ad & iuxta antrum. nam si intus fuisset, non potuisset, videre Propertium. Solent autem arbores antris imminere, vt Virg. *Hic candida populus antro Imminet.* & lib. 1. Æneid.

—— horrentique antrum nemus imminet vmbra.

ideo & hic arborum facta mentio.

QVID *tibi cum tali demens est flumine? quis te*

A *Carminis heroi tangere iußit opus?*] obiurgationis formula in eum, qui à se aliena curat. sic Tibull. *Quid tibi sanitia mecum est?* Ouid. l. 1. de arte amandi:

Quid tibi cum speculo montana armenta petenti?

Mart. lib. 1.

Quid mihi cum Cirrha? quid cum Permeßidos vnda?

Cum tali flumine; id est, *tam magnis fontibus*, vt dixit sup. *Flumen* pro aqua copiosa, vt el. 20. l. 1.

Tandem haurire paras demißis flumina palmis.

Ælius Gallus apud Festum in *Torrens*: *Flumen, est aqua ipsa quæ fluit.* Varro 4. de ling. Lat. *Flumen quod fluit continuè: ex quo in legibus prædiorum* B *vrbanorum Stillicidia, fluminaque vt ita fluant, cadantque.* Cornel. Fronto: *Flumen, idem fluit & manet: fluuius temporibus siccatur.* Seru. *Flumen, fluxus: vt largoque humectat flumine vultum.* Idem alibi: *Flumen vis aquæ. Quis iußit te tangere?* quis auctor fuit vt alienum tangeres? quod est furti. ex formula: *Iubeo, cogo, & impero.* Item: *Factum quod imperasti. Tangere*, vt apud Plaut. Aul. act. 4. sc. 6. *Cur id ausus facere, vt quod non tuum esset tangeres?* vnde *tagaces*, furunculi. Ciceroni etiam tangere & attingere, est leuiter scribere, vel differere de re aliqua. *Opus carminis heroi*, Epicorum materiam, vt magni oris opus eleg. C 10. lib. 2. Ouid. 2. fast.

Heroi res erat ista pedis.

de hac Horat. in arte:

Res gesta regumque ducumque & tristia bella
Quo scribi possent numero monstrauit Homerus.

Non *hinc vlla tibi speranda est fama Properti.*] non est quod putes hinc te nomen posse quærere ingenio, vt eleg. 7. lib. 1.

Hinc cupio nomen carminis ire mei.

Mollia *sunt paruis prata terenda rotis.*] per *mollia prata* mollem elegorum materiam, & campum scribendorum amorum intelligit. D Per *paruas rotas* tenuem stylum, quia Musa illius curru, & equis vehitur. eleg. 1. sup. vers. 10. & seq. *Mollia prata*, tenera, ob gramen molle & herbas. Virg. 1. Georg.

Mollibus in pratis vinctos salire per vtres.

Ouid. 1. de arte amandi:

Mollibus in pratis adiungit femina tauro.

Prata, inquit Varro 4. de ling. Lat. *Quod sine opere parata. Terere prata rotis*, currum agere per prata. *Paruis rotis*, exiguo curru, vt eleg. 1. sup.

Scriptorumque meas turba secuta rotas.

Est autem frequens à curriculo allegoria, vt eleg. 10. lib. 2. vers. 2. & el. 1. sup. vers. 11. 12. & E 13. & eleg. 9. infra vers. 57.

Vt *tuus in scamno iactetur sæpe libellus.*] id est, sæpe iaciatur cum satietas legendi ceperit: vel laudetur & commendetur. in scamno, vbi sedebant ad lectorum pedes. Legebant enim sedentes & libri ipsi iaciebant in scamnis super puluillos. Horat. sat. vlt. lib. 1.

——*Demetri, teque Tigelli,*
Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Scamnum aliquando pro sedili; Ouid. 1. fast.

Ante focos olim fiamnis considere longis
Mos erat. Vt scamnum sit βάθρον. *vn banc.*

Sed sæpius est ὑποπόδιον, *vn marche-pied.* Ouid. 1. de arte amandi:

Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem.

Varro 4. de ling. Lat. *Quia simplice scansione scandebant in lectum non altum, scabellũ in altiorem scamnum.* Isidor. cap. 11. lib. 20. *Scamna sunt quæ altioribus lectis apponuntur à scandendo.* Libellus, est enallage, vt eleg. 2. sup. vers. 17.

Qvem *legat expectans sola puella virum.*] vt scilicet moræ tædium fallat. τὸ *Sola*, inquit, quia si cum viro sermone, vel opere, non lectione tempus consumeret.

Cvr *tua præscripto senecta est pagina gyro?*] id est: Cur seorsum vecta ab orbe, & spatio tibi definito? cur tu egressus fines tibi præstituros? Scaliger & Lipsius cap. 12. lib. 3. Var.

Cur tua præscriptos euecta est pagina gyros?

Senecta, seorsum vecta, vt seditio, seorsum itio. γῦρος, circuitus & orbis, vt ipse dixit vers. 1. el. 2. sup. *In orbem carminis redire.* Ouid. initio lib. 2. de remedio amoris:

Hactenus inuidiæ respondimus: attrahe lora
Fortius, & gyro curre Poeta tuo.

Horat. sat. 6. lib. 2.

——*seu bruma niualem*
Interiore diem gyro trahit. Quod Cicero

cursu: *Quæ cursu interiore breui conuertitur orbe.* Stat. in Lyrico ad Maximum Iunium lib. 4. Sylu.

Iam diu læto spatiata campo (vulgo male *satiata*)
Fortis heroos Erato labores
Differ, atque ingens opus in minores
Contrahe gyros.

Virg. proprie 3. Georg.

Frena Pelethronij Lapithæ, gyrosque dedere.

Ibidem:

Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare
Compositis. Columella lib. 10.

——*turru leniore vagantem*
Iam reuocat, paruoque iubet decurrere gyro.

Et equus & currus in gyrum flectuntur. inde Cicero multas ducit allegorias, vt 3. de Orat. *Ex ingenti oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis.* & lib. 1. offic. *Homines secundis rebus effrenatos, sibique præfidentes, quasi in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.* vide & adnot. ad eleg. 14. infra: *Gyrum pulsat equus.* Eadem traductione in orbem volantes miluij gyros dicuntur ducere. Ouid.

Viuit edax vultu, ducitque per aëra gyros.

Virg. 10. Æneid. eadem sententia:

——*læuos equitant in orbes.*

& mox: *Volatque Ingenti gyro.*

Non *est ingenij cymba grauanda tui.*] Per cymbam exigua significatur facultas ingenij: allegoria à re nautica, vt supra ab agitatoribus. vt eleg. 9. infra:

Non ego velifera tumidum mare findo carina:
Tuta sub exiguo flumine nostra mora est. Ibid.
Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor,
Non sunt apta meæ grandia vela rati.

Ingenium suum & elegos cum cymba, epos cum naue oneraria comparat. *Grauatur onere*, cymba vt apud Virg. 6. Æneid.

Gemit sub pondere cymba Sutilis.

Eadem allegoria Ouid. el. 1. lib. 2. Trist.

Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

ALTER *remus aquas, alter tibi radat arenas.*] fic cymbæ minutos remos tribuit eleg. 11. lib. 1. verf.9. & Horat. oda pen. lib.3.

Tu me biremis præfidio fcaphæ.

Radunt remi vada, cum premunt & ftringunt Virg.7. Æneid.

Proxima Circeæ raduntur littora terræ. & lib.3.

Hinc altas cautes proiectaque faxa Pachini
Radimus. Idem 5. Æneid.

Littus ama, & læuas ftringat fine palmula cautes.

Horat. oda 10. lib.2.

——*neque altum*
Semper vrgendo, neque dum procellas
Cautus horrefcis nimium premendo
Littus iniquum.

TVTVS *eris, medio maxima turba mari eft.*] extra periculum naufragij eris nauigando iuxta littus. Prouerb. eft quod refert Plutarch. Sympof. Πλεῖν μὲν ὁ παρὰ γῆν, περιπατεῖν δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος. vide Iun. pro 90. cent. 2. & pro. 47. cent. 4. in med. *Maxima turba eft*, id eft, tumultus & tempeftas. aliter eleg. 1. lib. 4. *Maxima turba, Gabij.* Virg. 1. Æneid. Cum turba & feditione tempeftatem comparat. Attius apud Nonium, in, *turba. Non vides quantam turbam, quantofque fluctus concites.* Donat. in Prologum Hecyræ: *Nunc turba nulla eft*, ἀταραξία, inquit, ἀντὶ τοῦ, tumultuantur. & Turbà, θόρυβος. vide Vlp. l. prætor. D. vi bonor. rapt. *Medio mari*, alto, vt Virg.3. Æneid.

——*graditurque per æquor Iam medium.*

DIXERAT, *& plectro fedem mihi monftrat eburno.*] id eft, plectrum intendit eò, vbi commodè federe poffem inter Poëtas. Mönftrare, cum id fit folo indice, dicitur indicare: à monendo fcilicet, quafi moneftare, vnde monftra: Feftus. Hinc pro monftro quodam præfignificare, vt Virg.1. Æneid.

Signum quod regia Iuno Monftrarat.

Monftramus autem vel manu, ac digito, vel re quam tenemus, vt hic. Plauto monftrare, eft præcipere. *Plectro eburno*, vt Virg. 6. Æneid.

Iamque eadem digitis, iam pectine pulfat eburno.

QVA *noua mufcofo femita facta folo eft.*] fic, *Intacta via*, dixit eleg. 1. fup. verf.18. & eleg.6.l.4.

Pura nouum vati laurea mollit iter.

Facere femitam, quod Virg. *Anguftum iter terere.* Plaut. Curc. fc.1. act.1. *Dum ne per fundum feptum facias femitam.* Varro 4. de ling. Lat. *Semita, qua anguftè ibant, quafi femyter.* Ifidor. cap. 16. lib.15. *Semita è femytu, & eft hominum, vt callis ferarum.* Abutitur ipfe fæpe, pro, via. *Solo mufcofo*, humo veftita mufco, vt eleg. 30. lib.2 de antris Mufarum: *Rofida mufcofis antra fubire iugis.* Charif. lib.1. *Mufcus herba, quæ in parietibus, faxis vel corticibus arborum nafcitur, vel hæret.* quid *folum* dixi ad lib. 4. Tibulli:

Aduerfa folo veftigia noftro:

HIC *erat affixis viridis fpelunca lapillis.*] Ifidor. cap. 3. lib.16. *Spelæa Græcè, Latinè fpeluncæ, rupes cauata.* Seru. in ecl.10. *Inter fpelæa ferarum*: Græcè dixit σπήλαια pro fpeluncis. Idem in 1. Æn. *Sub rupe cauata*: periphrafis, inquit, fpeluncæ. vbi Virg. modo *antrum*, modo *fpeluncam* vocat. *Viridis fpelunca*, vel herbis illic enatis, vel vmbra

A frondium colorem illum inducente; vel ob mufcum & viridem lanuginem vt verf. fupr. fic Virg. eclog.1.

——*viridi proiectus in antro,*

vide adnot. ad el.1.fup. verf.5. *Hic erat*, pro illic vt eleg. 20. lib.1. *Hic erat Arganti: &c. Affixis lapillis.* id eft, ita hærentibus, vt arte & opere non natura hærere viderentur. Virg.6. Æneid. fic vocauit *fpeluncam fcrupeam.* & Ennius:

Per fpeluncas faxis ftructas afperis pendentibus.

PENDEBANTQVE *cauis tympana pumicibus.*] id eft, demiffa erant è fpeluncæ camera; & Li-
B bero facrum antrum oftendebant. *Tympana* rotunda erant, ideoque dabantur Gallis Cybeles, quia orbem terræ referunt: vnde el. 7. l. 4. *Aera rotunda Cybeles*, vocat. Sueton. in Augufto. *Viden vt Cinædus orbem digito temperat.* ἀπὸ τοῦ τύπτειν, id eft, à feriendo. vnde Catull.

Plangebant alij proceris tympana palmis.

Ifidor. lib. 3. *Tympanum pellis vel corium ligno ex vna parte extenfum, quod virgula percutitur.* Rectè Ifidor. vnde Catull. in Aty.

Quatienfque terga tauri teneris caua digitis.

Multa illic Catull. vt Virg.9. Æneid. & Ouid.
C 4. Met. & 4. faft. Catullo, Homero, & Apollodoto τύμπανον abiecta littera *m. Cauis pumicibus*, pro, è cauis pumicibus. De pumice dictum el. 1. fup. verf. 8. vbi & cauos & fiftulofos inftar fpongiæ effe pumices adnot. erant autem frequentes in antris. vnde Ouid. 3. Met.

Cuius in extremo eft antrum nemorale receffu,
Arte laboratum nulla, fimulauerat artem
Ingenio natura fuo. nam pumice viuo
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.

Idem eleg.1. lib. 3. Amor.

Fons facer in medio, Speluncaque pumice pendens.

ERGO *Mufarum, & Sileni patris imago*
Fictilis, & calami Pan Tegeæe tui.] an *ergo* eft
D aduerbium temporis, pro, illic. vt *igitur*, pro, tunc Plauto? an eft anaftrophe; *Mufarum ergô* μουσῶν χάριν, id eft, Mufarũ in gratiam illic erant imagines Sileni & Panos, &c. An *ergo*, pro autem. Virg. eclog.5. *Ergo alacres fyluas*, &c. Ipfe eleg. 20. infra: *Ergo qui pactas*, &c. Albin. in obitum Mœcenatis:

Redditur arboribus florens reuirentibus ætas.
Ergo non homini quod fuit ante redit.

Pro, *At*, citat illic hunc locum Scaliger, & illud è Cafina. *Nempe tute dixeras, Tuam arceffituram hinc effe.* St. *Ergo arceffiuiffe ait: fed dixiffe te eam non miffurum.* & è Bacchid. *Non hic places mihi or-*
E *natus P. Nemo ergo tibi. Hæc apparauit: mihi paratum eft, quoi placet.* fic igitur Salluftio & Plauto fæpe, pro autem, idem Albin. in obitum Mœcenatis:

Nec mihi Mæcenas tecum fuit vfus amici
Lollius hoc ergo conciliauit opus.

Plaut. milite fc. 1. act. 1. *Ergo Mecaftor pulcher eft, inquit mihi.* pro, atqui. Et *imago*, fimulacrum, effigies. Feftus, *Imago ab imitatione dicta.* An ab *Im*, pro, eum; Charifius, & agere, referre? eum agit & refert, eft eius imago. Sueton. in Augufto cap. 7. dixit, *imagines cubiculares.* de fignis. *Fictilis imago.* nam figna Deorum olim fictilia, è luto facta & cocta à figulo (vt etiam lignea)

qua de re dicetur ad eleg. 1. lib. 4. vers. 5. *Sileni patris*, de Sileno dixi multa ad Catulli Ariadnã. & eleg. 32. lib. 2. vers. 38. *Pater* autem dicitur quia educator Bacchi. de hoc verbo dictum sup. hic vers. 6. *Calami*, fistula è septem calamis, siue cicutis, auenis, arundinibus compacta, vt Virg. eclog. 3.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. & eclog. 2.
Pan primus calamos. & ipse el. 17. infra:
Capripedes calamo Panes hiante canent.

κάλαμον Græcè, Latinè calamus mutato genere. Donat. in Eunuch. *Calamitas, quod comminuat calamum, hoc est, culmum ac segetem. Tui*, per apostrophen, vt eleg. 3. lib. 1.

Ponebamque tuis Cynthia temporibus.

Pan, notum nomen & numen, de quo Seru. ad illud ecl. 2. *Imitabere Pana canendo.* vbi describit & comparat cum vniuersitate. Homer. in eius hymno:

Πᾶνα δέ μιν καλέεσκον, ὅτι φρένα πᾶσιν ἔτερψε.

vide Lilium Gyraldum. *Tegeaus* dicitur, quia Deus Arcadiæ, cuius opidum Tegea, vel Tegeum, vt Seruius vocat. De Tegea Pausan. in Arcad. sic Virg. 1. Georg.

Adsis ô Tegeae fauens. vide adnotata ad eleg. 18. lib. 1. vers. 20.

Et *Veneris domina volucres mea turba columba,*
Tingunt Gorgoneo Punica rostra lacu.] de columbis diximus ad eleg. 15. lib. 2. vers. 27. Seru. ad illud Virgilij: *Maternas agnoscit aues.* Veneri consecratas, inquit, propter fœtum frequentem, & coitum. Ouid. el. 1. lib. 2. Amor.

Cinge comam myrto, maternas iunge columbas.

Apollon. lib. 3. narrat Mopsum, cum videret columbam elapsam accipitri, dixisse:

Εἰ μὴ ἐπεὶ Θεσιὺς γε θεῶν ἐνὶ κύπριδι τόσσα
Πεπεργίδι ὅστε θνῆς; καίτοι δ' ἐγὼ μείλιχος ὄρνις
Ροτιγόν ἐξεξύλαοι. Catull.
Vt albulus columbulus Dioneus.

Alexis apud Athenæum: *ὁ λευκὸς Ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ περιστερός Domina Veneris.* Sic Petron. *Domina Venus si hunc basiauero, cras illi par columbarum donabo.* Apul. in fin. lib. 5. Asini. *Palpare Veneris iram sic adortum; quid tale, domina deliquit tuus filius.* Ouid. 1. de arte amandi:

Tu Veneri Domina plaude fauente manu.

Seru. in illud 3. Æneid.

Et iuncti currum Dominæ subiere leones.

Dominas, inquit, *Deas dicunt.* Apul. lib. 4. *Alius sub oculis Domina* (Veneris) *speculum prægerit.* Ouid. 4. fast.

Cumque sua Domina date grata sisymbria myrto.

sic Mart. ep. 18. lib. 12.

Aut collem domina teris Dianæ.

Et ipse eleg. 5. lib. 2. *Domina Iuno*, vbi vide adnot. *Mea turba*, quid? an quarum agmina pasco, & diligo? Omnino mihi legendum videtur: *Mea cura.* id est, meæ deliciæ. vt Virg. eclog. 1.

Rauca, mea cura, palumbes.

Tingunt, rigant, vt vers. vlt. huius eleg.

Ora rigant aqua. sic Virg. 8. Æneid.
Alij stridentia tingunt *Aera lacu.*

Lacu Gorgoneo, Medusæo, siue Bellerophontæi equi humore, vt dixit supra hac eleg. De Gor-
A gone Medusa dictum ad eleg. 2. lib. 2. vers. 8. Ouid. 3. fast.

Suspice, Gorgonei colla videbis equi.

Id est, Pegasi. & lib. 5. fast. vocat *equum Medusaum. Lacu*, vel fonte, vel aqua ex eo emanante & stagnante, ac collecta. Tibull. eleg. 1. lib. 3.

Castaliamque vndam Pieriosque lacus.

Seru. ad illud 8. Æneid.

Quo te cunque lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet. Lacus, inquit, est quoddam latentis adhuc aquæ receptaculum, dictus, quasi lacuna, vnde erumpens aqua efficit fontem, qui cum fluere cœpit, alueum facit. *Punica ro-*
B *stra*, subrubentia & accedentia ad florem mali punici, vt Horat. *Puniceas rosas* vocat. Sic *Laterna Punica* dicitur Plauto in Aulul. è cornu subrubente. Ouid. el. 6. lib. 2. Amor de Psitaco: *Tincta gerens rubro punica rostra croco.* Apud Gell. cap. 9. lib. 3. Aliter sumitur puniceus color; spadix scilicet.

Diversæqve *nouem sortita rura puellæ.*] vel separatim vagantes: vel quia diuersa & distiocta sunt officia Musarum. Potest esse hypallage, pro, diuersa tura. quod indicat altera lectio; *Et diuersa.* Præterea Musæ & Nymphæ
C eædem, quæ aliæ aliis locis præsident. Innuit autem, vt dixi Musas & Nymphas easdem esse, quod ex Varrone notat Seru. in ecl. 7. & 10. Virgilij. *Sortita rura*, quibus rura velut sortitò obtigerunt, vt Tibull. eleg. 5. lib. 3.

Duraque sortiti tertia regna Dei.

Virg. 1. Æneid. *Sed mihi sorte datum.* Ductum ex hereditatibus, quæ sorte diuiduntur, vnde κληρονόμοι, & Latinis consortes. vel quia sorte munia diuidebantur. Virg.

—— operumque laborem
Partibus æquabant iustis, aut sorte trahebant.

vel à sortitione prouinciarum. *Puellæ nouem*, vel
D Deæ: nam sequitur, *Dearum*: vel Nymphæ, vide adnot. ad eleg. 26. lib. 2. vers. 14. De Musarum numero Arnob. lib. 3. Ephorus tres numero (Musas) effert. Mnaseas, quatuor: Myrtilus, septem: Octo, Crates: Hesiodus nouem. Auson.

Tres volucres, tres semideæ; tres semi puellæ:
Ter tribus ad palmam iussa certare camænis.

Scaliger pro *rura*, lege *iura*, inquit: non pareo.

Exercent *teneras in sua dona manus.*] id est: vt donare possint Poëtis sua munera, elaborant ea, quæ suis vatibus offerre volunt. sic eleg. 1. sup.

Mollia Pegasides vestro date serta Poëtæ.

E Melpomene thyrsos offert tragicis: Clio & Polyhymnia Lyricos aptare vocem fidibus docet. At Erato rosas amantibus texit, & mollia serta. Ergo Musarum & Phœbi dona, versus; sed varij generis. Catull.

Muneraque & Musarum hinc petis, & Veneris.

Exercent, otiosas esse non patiuntur. Virg. 6. Æneid. *—— exercent membra palæstris.* Plaut. Amphit. *Si in me exerciturus*, (pugnos) *quæso in parietem vt primum domet. Teneras manus*, virgineas, puellares, vt el. 20. lib. 1. *Tenero vngui.*

Hæc *ederas legit in thyrsos, hæc carmina neruis*
Aptat, at illa manu texit vtraque rosam.] Hæc

inquit, ederas decerpit, vt haftas iis tegat, quibus in facris Liberi patris vtebantur. Hinc Catull. in Aty:

Vbi Mænades capita vi iaciunt ederigera.

De Thyrfo plura dixi ad el.30. lib.2. verf. 38. & ad Catulli Ariadnam:

Pars autem tecta quatiebant cuspide thyrfos.

Hæc carmina neruis aptat. vt Horat. oda 24. lib. 1.

Cui liquidam pater vocem cum cithara dedit.

& oda 9. lib 4.

Verba loquor socianda chordis.

& oda 12. lib. 2.

Mollibus aptari citharæ modis.

& ep.3. lib.1. ——*Fidibusne Latinis*

Thebanos aptare modos ftudet aufpice Mufa.

Tibull: *Sed poftquam digiti fuerant cum voce locuti.* Ergo non affa voce hæc canebant, vt nec ille apud Virgilium, qui

Obloquitur numeris feptem difcrimina vocum.

Variis modis canitur, vt patet verfu Aufonij:

Ore, manu, flatu: buxo, fide, voce canentes.

At illa manu texit vtraque rofam. id eft, ferit & nectit inter fe. vnde *Serta rofa* dicitur Apuleio. *Texere*, de floribus. Virg. eclog.2.

Tum cafia, atque alijs intexens fuauibus herbis.

Tibull. eleg. lib. 4.

Vt cum contexunt amaranthis alba puella

Lilia. Ouid. 4. faft.

Textaque compofita iunceа vincla rofa.

vnde *textiles coronæ* Plinio. *Vtraque manu* vero texebat, quafi effer ambidextra. Interdum eft omnibus viribus, vt el. 15. infra:

Regales manicas rupit vtraque manu.

Virg. 5. Æneid.

Creber vtraque manu pulfat, verfatque dareta.

Eft & benignitatis & copiæ. Mart.

Promifit pariter Cæfar vtraque manu.

Hinc apud Græcos ἀμφοῖν χεροῖν, καὶ ἀμφοτέραις. vide prouerb. *Vtraque manu adeffe.* Palmerius ergo fallitur, qui legendum putat: *Vtramque rofam.* id eft, candidam & purpuream.

E *quarum numero me contigit vna Dearum:*

Vt reor à facie Calliopea fuit.] fic Ouid. 5. faft.

Tum fic neglectos edera redimita capillos

Prima fui cœpit Calliopea chori.

Vt reor à facie, vt de facie, orifque & corporis habitu coniecturam facio. fic Cic. in Pifon. *Virtus, quam ne de facie quidem nofti.* *Facies*, figura totius corporis: Gell. cap.28. lib. 13. & cap. 13. lib.9. *Fuit*, pro erat, vt fup verf. 1. *Vifus eram*, pro, fum. *Calliopea.* de ea differui ad eleg. 2. l. 1. verf. 28. vbi Cynthiæ lyram donat.

C O N T E N T V S *niueis femper vectabere cygnis.*] id eft, fat tibi erit fi cygnis vectabere. τὸ *Niueis cygnis*, iterandum; *Contentus niueis cygnis, vectabere niueis cygnis.* id eft, eris amator, non bellator, equis bellicis vectari non defiderabis. *Contenti*, inquit Donat. in Phorm. *In malis durantes, vt nobiles ad paupertatem redacti.* Nonius: *Contentus, cui res, etiam parua, abunde eft.* Seru. in illud. 5. Æn.

Tertius Argolica hac galea contentus abito.

Quafi, inquit, *de paruo munere.* Ergo rectè hic *Contentus cygnis*, qui parui vectores, præ equis. Sic eleg. 7. infra:

Quod fi contentus patrio boue verteret agros.

A vbi repetitur & *contentus boue*, & *boue verteret*: vide adnot. ad eleg.30. lib. 2. verf. 23. *Cygni niuei*, vt Virg.

Ceu quondam niuei denfa inter nubila cygni.

Cygnis, vt columbis & pafferibus vecta Venus. vnde Horat. oda 28. lib.3. *Et Paphon iunctis vifit oloribus.* & *Amor purpureis ales oloribus.* oda 1. lib.4. ambiguè igitur Ouid. in Adonidis fabula. de columbis & cygnis:

——*& albas Flexit aues illuc.* Eo refpicit Stat. lib.1. Sylu. in Epithal. Stellæ:

——*Amyclaeos ad frena citauit olores.*

& Ouid. *Cygnis defcendere tempus.* quia amo-

B res cecinit.

N E C *te fortis equi ducet ad arma fonus.*] vt fortis miles, fortes turmæ, fortia figna: fic & fortis equus, fiue acris, quem *armigerum* vocat el. ptox. feq. Ennius:

Sicut fortis equus fpatio qui forte fupremo

Vicit Olympiada. Ita notione quadam verbi dicitur *equi virtus.* *Fortis equi fonus*, pro equus ipfe hinniens. vt *Vis fortis equi*, apud Lucret. fic Callim. in Delum verf. 310. μύκημα. id eft, mugitum pro boue & Minotauro dixit. *Ducet ad arma*, te vehet ad bella. id eft, non vectaberis

C equo hinniente ad prœlia, fed curru à cygnis tracto ad Veneris certamina. fic eleg. 1. lib.2.

Quod mihi fi tantum Mœcenas fata dediffent

Vt poffem heroas ducere in arma manus.

vide illic adnot.

N I L *tibi fit rauco prætoria claffica cornu*

Flere, nec Aonium cingere Marte nemus.] id eft, Nihil id cures, nihil id tibi profuturum putes, vt eleg. 1. lib. 4. *Nil erit hoc.* Sed puto legendum: *Ni tibi fit.* ni, pro, ne: Feftus, Donatus & Seruius, pro, *ne fleas*, vt eleg.20. lib. 1.

Ne tibi fit adire. *Flere claffica*, flebiliter referre & canere, vt eleg.9. lib.1.

D *Aut Amphionia mœnia flere lyra.*

& eleg. 9. infra:

Non flebo in cineres arcem fediffe paternos.

Horatius:

Qui perfæpe caua teftudine fleuit amorem.

Flere claffieum, vt claffieum aut bellicum canere. *Claffes*, olim exercitus: Feftus, in *Claffes*: In *Claffis in procinctu*: & in *Opima*. Seru. in 7. Æneid.

Claffica iamque fonant. Claffieum dicimus & tubam ipfam flexilem & fonum. Ibid. ad illud: *Hortinæ claffes*: *Hortini equites*, qui claffes dicuntur, & eorum tuba claffieum. An legen-

E dum, *flare claffica*, pro inflare tubas, vt Tibulli eleg. 6. lib.2.

Et mihi funt vires, & mihi flata tuba eft.

Sed & flere eodem recidit, flebiliter canere tuba, cuius querulus eft fonus, vt docui ad el. 13. lib.2. Et ita fubauditur, *Cum. flere claffica cum cornu.* id eft, & claffica & cornua. Sic Stat. 6. Thebaid.

Cum fignum luctus cornu graue mugit adunco

Tibia. Subaudi, cum cornu, &c. *Claffica prætoria*, tubas; quia claffieum apud prætorem. id eft, Imperatorem canitur. Cæfar 3. de bello ciuili. Non placet enim hic *prætoria* accipi neutro genere; licet ea fint in caftris. Multa hic ineptit Beroaldus. De Prætore, pro quouis

Imperatore

Imperatore. Varro 4. de ling. Lat. & a. de vita Pop. Rom. apud Nonium & Ascon. in 3. Verr. Fest. in *Maximum prætorem*, & in *Prætor.* Liuius lib. 7. Cic. 3. de leg. vet. lib. *Præconia*, & sic Liber Beroaldi. Ergo *Classica præconia*, res bello gestas, & ducum laudes. *Rauco cornu.* Ellipsis, cum rauco cornu, vide id generis exempla eleg. 30. lib. 2. vers. 38. Plenè dixit Lucan.

Non pia concinuit cum rauco classica cornu.

vide adnot. ad illud Catulli ex Ariadna:

Multaque raucisonos efflabant cornua bombos.

Varro 4. de ling. Lat. *Cornua, quæ nunc ex ære, tunc fiebant è cornu bubulo.* Ibidem cornu docet classes ad comitiatum vocari, & reos citari rerum capitalium. Lucil. apud Nonium in *Cogere*:

Rauco concionem sonitu & curuis cogant cornibus.

Cingere Aonium nemus Marte, an quasi armis circumdare & obsidere musas? Sed cingere nemus indagine est venatorum. quare melius ver. lib. *Tingere*, quasi nemus sanctum polluere & cruentare illis versibus. Mars pro cruore, quia Martis & belli cædes & sanguis. vnde Horat. oda 14. lib. 2.

Frustra cruento Marte carebimus.

Et Virg. 12. Æneid. *Sanguineus Mauors*, vt Græci Ἄρης μιαιφόνος, καὶ αἱματόεις. *Aonium nemus*, vt Stat. 1. Achill.

—— neque enim Aonium nemus aduena pulso.

vide adnot. ad eleg. 1. sup. vers. 2.

AVT *quibus in campis Mariano prælia signo Stent, & Teutonicas Roma refringat opes.*] Hypallage & enallage, pro Mariana signa stent prælio, id est, ad prœlium committendum. Nisi prœlia dixerit pro acies. De Mario dictum ad eleg. 1. lib. 2. vers. 24. *Mariana signa*, Aquilæ. Plin. cap. 4. lib. 10. Aquilam Romanis legionibus proprie dicauit C. Marius, in secundo consulatu, abdicatis aliis signis, Lupi, Minotauri, Equi, & Apri. De signis militiæ, vocalibus, semiuocalibus, & mutis legendus Vegetius cap. 5. lib. 3. de re milit. *Stent*, vel horreant, vel eleg. 5. infra

Stant mihi cum domina prælia dura mea.

Et Roma refringat opes, contundat, perdomet, sternat fractas vires & copias. Sic Horatius oda 3. lib. 3.

Pugnaces Achiuos Hectoreis opibus refringit.

vbi vtroque verbo vtitur, *Refringit*, *Opibus*. Virg. 3. Æneid. *Ille vt opes fractæ Teucrûm.* id est, & vires, & copiæ & fortunæ. Ouid. 1. fast.

Causa quod à patribus sumptis secesserat armis
Vulgus, & ipsa suas Roma timebat opes.

Teutonicas. sic Iuuenal. agens de Mario. sat. 10.

Cum de Teutonico vellet descendere curru.

Virg. 7. Æneid.

Teutonico ritu soliti torquere Cateias.

De Teutonibus & Ambronibus victis à Mario, Plut. in eius vita. Teutonos Germaniæ populos Cimbris vicinos facit Plin. c. 14. l. 4. & Cæsar lib. 1. & 2. de bello Gallico, à quo modo Teutones, modo Teutoni dicuntur.

BARBARVS *aut Sueuo perfusus sanguine Rhenus.*] an *Rhenus Barbarus*, qui barbaras & feras nationes alluit? Lucan. lib. 2.

Me barbara telis Rheni turba petat.

A Horat. oda 16. Epod.

Nec fera cærulea domuit Germania pube.

Idem oda 5. lib. 4.

Quis Germania quos horrida parturit fœtus.

An *barbarus* ad discrimen Rheni Bononiensis? *Perfusus*, tinctus, imbutus. vt Virg. 10. Æneid.

Captiuoque rogi perfundat sanguine flammas.

Petronius:

Iampridem nullo perfudimus ora cruore.

Sueuo sanguine, vt Parthum & Romulum, pro Parthico & Romuleo. Huc facit illud Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trist.

Cornibus hic fractis viridi male tectus ab vlua,
Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.

B Albin. ad Liuiam:

Rhenus & Alpinæ valles, & sanguine nigro
Decolor, infecta testis Itargus aqua. & mox:
Ille genus Sueuos acre, indomitosque Sicambros
Contudit. & mox:
Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros.
Ensibus & Sueuos terga dedisse suis.

Tacit. lib. 2. Annal. *Sic Sicambros in deditionem acceptos: sic Sueuos.* Sueton. in Augusto cap. 21. *Germanos vltra Albim fluuium summouit: ex quibus Sueuos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocauit.* C vide Dionem lib. 51. qui eos ait trans Rhenum incolere; sed multos alios id sibi nomen sumere. vide Strab. & Plin. Ouid. 1. fast.

Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.

(ô Germanicè)

SAVCIA *mærenti corpora vectet aqua.*] id est, secum deferat in mare fluitantia; quod Virg.

Et fortia corpora voluit. *Corpora* Virgilius vt hic. vnde *Corporare*, interficere, Nonius. & *vectari* non est voluptatis, vt supra *vectabere cygnis.* *Saucia*, Romanorum telis confossa; vt eleg. pen. lib. 1. *Miles saucius.* *Mærenti aqua*, quasi suos lu-
D gere videretur Rhenus. sic eleg. 1. lib. 2.

—— & Nilum cum tractus in vrbem
Septem captiuis debilis ibat aquis.

vbi vide adnotat.

QVIPPE *coronatos alienos ad limen amantes*
Nocturnaque canes ebria signa fugæ.] τὸ quippe, est scilicet, nimirum, sequidem, vt dictum ad eleg. 9. lib. 1. vers. 27. *Canes amantes coronatos.* De coronis amantium ebriorum dixi ad eleg. 3. lib. 1. vers. 21. Ouid. eleg. 6. lib. 4. Amor.

At tu non latis detracta corona capillis
Dura super tota limina nocte iace.

Ex qno intelligitur cur dicat *ad limen*: nam in
E limine exclusi iacebant, vt dictum ad eleg. 16. lib. 1. *Turpis & in tepido limine somnus erit.* Lucret. libr. 4.

At lacrymans exclusus amator limina sæpe
Floribus & sertis operit. *Amantes ad limen*, dictum vt à Virg. *—— fidusque ad limina custos.* Innuit autem adulterium cum addit *alienum*, vt eleg. 3. lib. 1. vers. 36. Aliennm ergo limen, fores vel mariti vel lenonis. Et, *signa*, ambiguè, vel militaria, vt Ouid.

Saucius aut sanus nunquam tua signa reliqui.

Aut *signa*, indicia, vt eleg. 16. lib. 1.

Semper & exclusis signa iacere faces.

Ebria signa, hominum ebriorum, vt el. 3. lib. 1.

Ebria vestigia. De fuga & rixa nocturna ebriorum amantium eleg. 9. lib. 4. *Fuga*, item ambiguum, quia à riualibus & maritis sæpe amãtes fugantur: & in prœlio milites, vt el.1.lib.2. *Classica signa fuga.* Signa ebriorum; coronæ, faces, querelæ, rixæ. Canes ergo bella, inquit, sed Veneris non Martis, vt Horat. oda 6. lib.1. A

—— nos prælia virginum

Sectis in iuuenes vnguibus acrium Cantamus.

VT *per te clausas sciat excantare puellas.*] excantare, an sanos sensus auertere carminibus magicis, vt Virg. ait ecl. 8. Imo vi carminis puellas præsertim quibus posita custodia à maritis foras elicere, vt solent manes à sepulchris elici. B Alludit enim ad verba 12. tab. *Si quis fruges excantassit.* Plin. cap.7. lib.28. Seneca cap.7. l. 4. Nat. quæst. Seru. in illud ecl.8.

Atque satas alio vidi traducere messes.

Horat. oda 5. Epod.

Sidera excantata voce Thessala.

Varro Eumenid. apud Nonium in *Excantare*, quod male exponit, excludere: *Vbi vident se cantando ex ara excantare non posse, diripere incipiunt.* Plaut. Bacchid. (non exstat) *Nam credo cuiuis excantare cor potest.* id est, cor cantu & animum adimere. quod alibi cor euocare foras. Lucan. libr. 6. C

Tune vos lectos cunctis pollentior herbis

Excantare Deos.

QVI *valet austeros arte ferire viros.*] id est, dolo tangere, vt Ouid. in ep. Penelopes dixit:

Thracia nocturno tangere castra dolo.

Arte, τῇ τέχνῃ, vt eleg. vlt. infra:

Ista sum captus ab arte.

sequitur mox: *Ab insidijs.* Virg. 7. Æneid.

—— post quam arte nouercæ Occiderit.

Ferire, vt eleg. 5. lib. 4.

Cum ferit astutos comica mœcha Getas.

Terent. Phorm. act. 1. sc. 1. *Porro autem Geta ferietur alio munere vbi hera pepererit.* Accipiet damnum & plagam, inquit Donatus. Plaut. Pseud. sc. 5. lib. 1. *Cauendum est mihi ab te irato, alio tu modo, me verberare, atque ego te soleo cogitas.* Idem Ibid. sc. 2. act. 2. *Hunc probè percutiam.* Idem sc. 1. act. 1. *Si neminem alium potero tuum tangam patrem.* Cicero 2. de Orat. *Sentio senem tactum triginta minis.* *Austeros viros*, rigidos ac tetricos maritos. Translatum à vino, & frugibus immaturis. Cicero 3. de Orat. *Suauitatem habere solidam & austeram, non dulcem & decoctam.* D

TALIA *Calliope, lymphisque à fonte petitis,*

Ora Philetæa nostra rigauit aqua.] Ἐμφατικῶς: nam subauditur, ait aut refert. Sic Virg 9. Æn. E

—— breuiter cum talia Nisus.

& 7. *Talia per Latium.* Scilicet, agebantur. Ipse eleg. 10. lib. 4.

Talibus Alcides at talibus alma sacerdos.

Rigauit ora, perluit, perfudit. Ouid. in Epicedio Tibulli:

Aspice Mæoniden à quo ceu fonte perenni

Vatum Pierijs ora rigantur aquis.

Lymphis petitis. id est, cum Lymphas haustum iisset. sic eleg. 23. lib.2.

Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua.

Addidit, *à fonte*, quia,

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Lymphis & *aqua* coniunxit, vt el.11. l.1. v.11. & 2.

AD ELEGIAM IIII.

ARMA *Deus Cæsar dites meditatur ad Indos.*] de hoc Indico bello ipse eleg. 10. lib. 2. vers. 15. Horat. oda 12. & 35. lib.1. *Deus Cæsar.* vide Virg. eclog. 1. & 1. Georg. Horat. ep. 1. lib. 2. oda 2. lib. 1. oda 5. lib. 3. & oda 5. lib. 4. vnde sacerdotes Augustales ei viuo. vide Dionem lib. 51. Apotheosin illam Ouidius scripserat, vt testatur,

Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti

Vestra procul positus carmen in ora dedi.

& alibi:

Peruenient illuc & carmina forsitan illa

Quæ de te emisi cælite facta nouo.

Meditatur arma, bellum parat, *destinat.* Horat. oda 13. lib.3. πολεμῶ. Ouid. 1. de arte am.

Ecce parat Cæsar domito quod defuit orbi

Addere, nunc oriens vltime noster eris.

Ad Indos dites, aduersus Indos auro, gemmis & ebore opulentos. sic eleg.24. lib.2.

—— Lernæas pugnes ad hydras.

aliter eleg. 9. lib. 2.

Quod si longinquos retineret miles ad Indos.

Dites, pro diuites. Terent. *Dis es Demea.* Plautus: *Dites damnosi mariti.* Liuius: *In diti domo*, & *Ditia stipendia.* sic Horat. od. 24. l. 3. *Diuitis India.*

ET *freta gemmiferi findere classe maris.*] Sic Ouid. 3. fast.

Findite remigio, nauita dixit, aquas.

idem eleg. 3. lib. 1. Trist.

Nos tamen Ionium nostra non findimus æquor

Sponte. & eleg.10. lib.3. Trist.

Nec poterit rigidas findere remus aquas.

& in ep. Paridis:

Nec me crede fretum merces portante carina

Findere. Ipse eleg. 9. infra:

Non ego velifera tumidum mare findo carina.

Sic *Findere sarculo agros.* Horat. oda 1. lib. 1. & τέμνεις ὁδόν, Euripides in Phœnissis. *Fretum* à similitudine feruentis aquæ. Varro 6. de ling. Lat. *Freta maris*, vt *Freta ponti* & *Æquora ponti.* Virg. quia & de aliis rebus dicitur. Lucret.

Nam fretus ipse anni permiscet frigus & æstum.

Ennius:

Crassa puluis oritur, omnem peruulgat cœli fretum.

Maris gemmiferi, rubri, Erithræi. vide adnot. ad eleg.14. lib.1. *Classe*, naualibus copiis. quid Classis dixi alias.

MAGNA *viri merces, parat vltima terra triumphos.*] id est, ingens labor, sed ingentis laboris ingens præmium. Ouid. el.1. lib. 2. amor.

Magna datur merces, heroum clara valete

Nomina. ipse el. vlt. lib. 1.

Hæc est feminei merces extrema triumphi. Varro 4. de ling. Lat. Merces à merendo & ære. Cicero Lentulo ep. 9. lib. 1. fam. in deteriorem partem: *In molestia gaudeo te eandem fidem cognoscere hominum, non ita magna mercede, quam ego magno dolore cognoueram.* *Viri* ἐμφατικῶς, ducis egregij. Virg. 2. Æneid. *Compellare virum.* & 6. Æneid.

Ipsa sub ora viri. Stat. 1. Achill.

—— *quanquam acta viri multum inclyta cantu. Mæonio.* *Vltima terra*, India ipsa,

Et si qua extremis Tellus se substrabit oris.

Sic Ouid. eleg. 4. lib. 3. Trist.

Heu quam vicina est vltima terra mihi.

Sic & *vltimi Britanni* Catullo & Horatio, & *vltima Thule* Virgilio. Et *vltima terra*, hinc & inde vtroque à littore Britannia & India. *Parat triumphos*, quia deditionem cogitat, vel quod si resistet, vincetur & triumphabitur. *Triumphos de se*, vt ambiguè Virg.

Africa terra triumphis diues.

TIGRIS *& Eufrates sub tua iura fluent.*] De Eufrate dictum ad eleg. 10. lib. 2. vers. 13. de Tigri Plin. toto cap. 27. lib. 6. & Strabo lib. 11. Vtrumque fluuium describit etiam Lucanus lib. 3. Virg. eclog. 1. *Aut Germania Tigrin.* Per eos fluuios Armeniam, Parthiam, Mesopotamiam intelligit. *Fluent sub tua iura*, an labentur per regiones tuæ ditionis, & subter mœnia oppidorum. vt Virg.

Fluminaque antiquos subterlabentia muros.

Sed dictum *Sub iura*, vt *Sub Imperio & ditione*. vt eleg. 11. infra:

Et trahit addictum sub sua iura virum.

Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Hæc est Ausonio sub iure nouissima (terra)

Idem 3. fast.

Et redigunt actos in sua iura boues.

& ad Liuiam:

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

ipse eleg. 9. infra:

Crescet & ingenium sub tua iussa meum.

SERA, *sed Ausonijs veniet prouincia virgis.*] Gulielmus cap. 6. Pseud. hîc nugatur. Lego hac interpunctione, *Sera*, sed, &c. *Sera* (quidem) veniet: sed veniet tamen. vt el. 6. lib. 4.

Hic referat serò confossum vulnere Parthum.

sic eleg. 6. infra:

Pœna erit ante meos sera, sed ampla pedes.

eleg. 15. infra:

Sera, tamen pietas, natis est cognitus error.

Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Ah miser, & si quis primo periuria celat;
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Virg. eclog. 1.

Libertas, quæ sera; tamen respexit inertem.

Sueton. in Neron. cap. 49. *Sera, sed hæc est fides.* vulgo legitur, *Sero.* & Stat. 5. Thebaid. plenè: *Sera quidem, manet ira tamen.* & ibidem concisè: *Sera tamen mundo venerunt astra.* id est, mox. *Veniet prouincia virgis Ausonijs*, id est, ad virgas Ausonias veniet, vt eleg. 13. lib. 2.

O mors cur mihi sera venis?

vel *veniet*, erit fiet, vt eleg. 10. lib. 1.

Irritata venit, quoniam contemnitur illa.

vt sententia sit: Terra illa vltima redigetur in formam prouinciæ. Donat. in Phorm. *Acquisitæ bello longè ab Italia regiones, prouinciæ dictæ, à porro, vel procul vincendo.* Ad quas quia prætores cum officio mittebantur, officia quoque prouinciæ nominantur. Festus: *Prouinciæ appellantur, quod eas Pop. Rom. prouicit: (id est ante vicit.)* hæc vltima verba Pauli, non Festi. *Virgis Ausonijs.* Sic Iuuen. sat. 8. *Si frangis virgas sociorum*

A *in sanguine.* De fascibus virgarum magistratibus præferri solitis dixi ad eleg. 6. lib. 1. vers. 19.

ASSVESCENT *Latio Partha trophæa Ioui.*] *Partha*, pro Parthica: Ouid. 3. de arte am.

Inque nurus Parthas dedecus illud eat.

Assuescent Ioui, ad Iouem frequentia venient: non assuescimus iis, quæ frequenter agimus, & qui assuescunt, domiti intelliguntur, antea insolentes. Virg. 3. Georg.

—— *vbi libera colla Seruitio assuerint.*

An *assuescent*, vsu discent. vt Plaut. Asin. *Auceps offundit cibum: aues assuescunt.* Virg. 7. Æneid. de Ceruo mansueto:

B *Ille manum patiens, mensæque assuetus herili.*

Latio Ioui, an Romano? vt Ausonias virgas, Romanas intelligit, & ita Capitolium significat, vt sup. el. 3. *Anseris & tutum voce fuisse Iouem.* De Ioue Latiali, siue Latiari, qui in monte Albano colebatur, vbi etiam triumphabatur, Cicero, Liuius, Dionysius, Sueton. in Caligula cap. 22. *Quidam eum Latialem Iouem consuluerunt.* Latius, a, um, vt eleg. 6. lib. 4.

Dij Latias iuuere manus.

Latium vnde Virg. 7. Æneid. *Latiæ Musæ*, Columella in præfat. lib. 1. Stat. 5. Syl.

Scipio sic plenos Latio Ioue ducere somnos

C *Creditur Ausonijs.* Ouid. eleg. 12. lib. 3. Trist.

Is precor auditos possit narrare triumphos,
Cæsaris & Latio reddita vota Ioui.

ITE, *agite, expertæ bello date lintea proræ.*] alloquitur milites Augusti, qui parabant, vt ipse loquitur, *Freta gemmiferi findere classe maris.* Vtrūq. *Ite & agite* hortantis. Virg. 4. Æneid.

Ite, ferte citi flammas, date vela; vt & hic *date lintea.* & ipse eleg. 21. infra:

Nunc agite ò socij propellite in æquora nauim.

Date lintea, vt Cic. in Orat. *Danda nimirum vela sunt.* Virg. 3. Æneid. *Dare lintea retro.* quod idem

D 6. Æneid. *Classique immittit habenas. Lintea*, vt carbasa, pro, linteis & carbaseis velis. nam à Festo *Lintea vela* dicuntur, in *legio. Expertæ proræ bello*; naui peritæ vsu rei naualis, cum iam vicerit is Sextum Pompeium in Siculo freto, & M. Antonium ad Actium, qua de re dictum ad el. 1. lib. 2. An *expertæ* κατὰ ..., vt el. 3. lib. 1. *Expertę nequitiæ. Prora*, hic accipi potest proprie, quia ei velum imponitur, quod *mendicum* dicitur, & minus est: Festus in *Mendicum.* Plin. in Proœmio lib. 19. *Quamuis amplitudini antennarum singulæ arbores sufficiant, super alias tamen addi velorum alia vela, præterque alia in proris, & alia in*

E *puppibus pandi.* Isidor. cap. 1. lib. 19. *Puppis posterior pars nauis: prora anterior, quasi priora.* Ridiculè: nam vox Græca prota, & illi quoq. τὰ πρῷρα vocant anteriora.

ET *solitum armigeri ducite munus equi.*] equum, & nauem coniunxit, vt vtramque militiam innueret, terrestrem & naualem. Sic Horat. oda 6. libr. 1. *Nauibus aut equis.* Vnde prouerbium: *Equis velisque*, terra & mari. Obscurus hic locus, quem sic interpretatur Beroaldus: O equi armigeri & bellatores, ducite munus vestrum. id est, agite, facite officium vestrum in bello; vt eleg. 21. infra:

—— *ducite vires remorum.*

& eleg. 6. lib. 1. *Ducere vela.* An potius id ait; Vos ô ſtrenui milites, accipite & abducite equum vobis muneri cum armis & phaleris virtutis ergô? An, ô armigeri, ducite munus ſolitum equi; quia donati equi fortibus viris ab eorum armigeris ducuntur. *Munus*, præmiũ, vt eleg. 10. lib. *1.* verſ.12.

OMINA *fauſta cano : Craſſos cladeſque piate.*] id eſt, Bona verba dico, & læta atque euentura precor, & vaticinor. *Bona omina* dixit Cicero in Piſon. & 12. Philipp. *Optima. Fauſtis ominibus*: Sueton. in Aug. cap.58. & in Claudio cap. 27. Item in Aug. cap. 98. *Fauſta omina & eximias laudes congeſſerant.* Horat. *Iſecundo omine. Fauentia, bona ominatio; & fauere, bona fari.* Feſtus, ergo rectè, *Fauſta omina.* Plutarch. in Sylla Fauſtum ait dici Romanis quod proſperè ſuccedit, vnde Fauſto Syllæ filio nomen. *Fauſtum à fauendo, proſperum*: Nonius. Formula bonæ ominationis erat, cum aliquid aggrediebantur : *Quod fauſtum ac felix*: Donat. in Phorm. *Craſſos cladeſque piate*, expiate & delete maculam ſuſceptam : Luite piaculum illud, quod Craſſi inulti iacent. *Craſſos cladeſque*, clades Craſſorum. ἓν διὰ δυοῖν, vt el.1. lib. 4. *Collis & herba fuit.* & Virg. *Chalybem, frenoſque momordit. Piare*, pro, expiate. Virg. 2. Æneid.

— & culpam miſerorum morte piabunt.

Plaut. Menech. *Iube te piari de mea pecunia.* Ipſe eleg. 1. lib. 4. *Auentino rura pianda Remo.* Aliter piandi verbo vtitur el. 1. lib.1. verſ. 20. *Clades*, inquit Donat. in Hecyt. *Quia clamatur.* Male: nam κλάδος, ramus eſt, & clades proprie ſurculorum & ramorum, vt calamitas ſegetum ac arborum.

ITE *& Romanæ conſulite hiſtoriæ.*] id eſt, ea gerite, quæ digna ſint hiſtoria Romana, & ſempiternis literarum monimentis. Romanum nomen augere. quid hiſtoria dictum ad eleg.1. ſupr. verſ.15. *Conſulere alicui*, eſt facere quod eius in rem ſit, vt conſulere reip.

MARS *pater & ſacra fatalia lumina Veſtæ,*
Ante meos obitus ſit precor illa dies.] Similis precatio apud Virg. 1. Georg.

Dij patrij indigetes, & Romule, Veſtaque mater, &c.

Mars pater, auctor generis, Horat. dicitur & vno verbo, *Marſpiter*, Varro 7. de ling. Lat. vide adnotat. ad illud eleg. 3. ſup. *Ennius pater. Mars*, quod maribus in bello præeſt: vel quod Sabinis Mamers. Varro 4. de ling. Lat. *Fatalia Veſtæ lumina*, quia fatum vrbis Romæ, & tutela ignis ille ſempiternus. vt eleg.4. lib.4.

Nam Veſta Iliacæ felix tutela fauillæ.

Sic eleg. 10. lib. 4.

Dena puniceæ velabant lumina vittæ.

id eſt, *flammas Veſtæ*, vt ibid. loquitur, & *Pallados ignes*, vt eleg. 4. lib. 4. Si *limina Veſtæ* legimus, ſacrarium & interiora templi limina, quod *impenetrale* vocari ait Feſtus, ſignificat. Virg. 2. Æneid.

— limina Veſtæ Seruantem.

Ante meos o. ſ. p. i. d. Non ante moriar, quam illam diem aſpiciam. ſic Virg.

O mihi tam longa maneat pars vltima vitæ.

Et Sueton. in Nerone cap. 34. *Simul hanc* (lanuginem) *excepero, mori volo. Ante obitus*, vt Ouid.

— dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

QVA *videam ſpolijs oneratos Cæſaris axes,*
Ad vulgi plauſus ſæpe reſiſtere equos.] id eſt, armis hoſtium onuſtos & decoratos currus Auguſti. qua de re eleg. 14. lib.2.

Hæc ſpolia, hæc reges, hæc mihi currus erunt.

& Horat. de eiuſmodi pompa triũphi, ep.1. l.2.

Mox trahitur manibus regum fortuna retortis,
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita, naues,
Captiuum portatur ebur, captiua corinthus.

Axes, metonymia & enallage numerorum pro curru. Virg.

— volat vi feruidus axis.

Feſtus in *axis*. Sed fortaſſe duo axes in curru. Albin. ad Liuiam : *Religatus ad axes Hector.* de verbo onerandi dicetur ad eleg. 9. infra : *Spoliare*, inquit Donat. in Hecyt. *eſt non minimam partem auferre.* Aſcon. in 3. Verr. *Spolia quæſita de viuo hoſte nobili per deditionem, manubiæ dicuntur.* Seru. in 8. Æneid. *Spolium eſt quidquid de hoſtibus tollitur.* Idem in 11. Æneid. *Spolium propriè quidquid hoſti eripi poteſt, & eo ſpoliari, vt lorica, veſtis.* Muretus hic primus legendum cenſuit, & poſt eum Lipſius, & Scaliger: *Onerato Cæſaris axe. Reſiſtere*, retrocedere vel nolle progredi. Ouid. 3. de arte amandi:

Diſſimulate tamen, nec prima fronte rapaces
Eſte, nouus viſo caſſe reſiſtet amans.

id eſt, referet pedem. & el.2. lib.4. Triſt.

Ipſe ſono, plauſuque ſimul, fremituque canentis
Quadriiuges cernes ſæpe reſiſtere equos.

Donat. *Perſtare, & reſiſtere dicitur, qui aliquid negat.* De plauſu dato in triumpho Ouid. eleg.2. lib. 1. Amor.

Læta triumphanti de ſummo mater Olympo
Plaudet, &c. & el.2. lib. 4. Triſt.
Quaque ibis manibus circum plaudere tuorum.

& ipſe infra hac elegia:

Mi ſat erit media plaudere poſſe via.

Tibull. eleg. 6. lib. 2.

Et plaudas curru prætereunte pater.

Vulgi, fæcis populi. Vulgus vnde dicatur dixi ad Tibulli Panegyricum ex lib. 4.

Nam ſeu diuerſi fremat inconſtantia vulgi.

INQVE *ſinu caræ nixus ſpectare puellæ*
Incipiam, & titulis oppida capta legam.] id eſt, oculos paſcere pompa triumphi reclinatus in amicæ gremio & complexu. *Nixus in*, vt eleg. 13. libr. 2. *Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.* vbi τὸ, *In*, vacat. De hoc geſtu amantium, eleg. 13. libr. 2.

Me iuuet in gremio doctæ legiſſe puellæ.

vbi vide adnotat. *Et legam titulis oppida capta*, ſic Ouid. eleg.2. lib.4. Triſt.

Cumque ducum titulis oppida capta leget.

Simulacra fluuiorum, oppidorum, montium, & regionum ferebantur in triumpho. qua de re Ouid. l.1. de arte amandi, verſ. 12.19.19. Cic. in Philipp. & Offic. de Maſſilia. Albin. ad Liuiam : *Cunctaque per titulos oppida capta ſuos.* Tibull. eleg. 6. lib.2.

Et Meſſalinum celebrem, cum præmia belli
Ante ſuos currus oppida capta feret.

Quid *Tituli* & *oppidum* dixi ad Tibull.

TELA *fugacis equi, & bracchati militis arcus,*
Et subter captos arma sedere duces.] vel sagittas equitis Parthi cape, vel hastas, de quibus Plutarch. in Crasso. Sic *tela* & *fugam* coniunxit eleg. 9. infra:

Parthorum astuta tela dedisse fuga.

& Horat. oda 13. lib. 2.

Miles sagittas & celerem fugam
Parthi. Stat. 1. Sylu.
——*utcunque horrenda fugaci*
Armenia. De simulata fuga Parthorum dictum ad eleg. 10. lib. 2. vers. 13. *Fugacis equi,* ambiguè, timidi, & velocis. Horat. oda 1. l. 2.

Fugaces Terret equos. vt alibi: *Fugaces anni. Equi,* pro equitis, permutatione significationis, vt eques, pro, equo apud Virgilium, & ipsum Propertium eleg. 11. lib. 4.

Bracchatis militis arcus. Quis ille Bracchatus miles? an Gallus: nam Galli bracchati? vt eleg. 11. lib. 4. de Virdomaro:

Illi virgatis iaculantis ab inguine bracchis.

Et Braccbata Gallia: vnde Diodor. lib. 6. Bracchas Gallorum vestes inronsas ait, & iis vti frigidioris plagæ homines. An Dacos, aut populi Ponti? Ouid.

Pellibus & laxis arcent mala frigora bracchis.

An Persa? Ouid. eleg. 11. lib. 3. Trist.

Hos quoque qui genus Graia creduntur ab vrbe,
Pro patrio cultu Persica braccha tegit.

An Indus? In Priapeiis: *Medis laxior indicisue bracchis.* Isidor. lib. 19. cap. 22. Femoralia interpretatur bracchas. Sed exempla repugnant. Cornel. Tacit. lib. 2. hist. *Cacinæ in superbiam vertebant, quod ornatus versiculore sagulo, bracchas barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur.* Diodor. lib. 5. ἀναξυρίδας, ἃς ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσι. Hesychius & Eustathius in Homer. ἀναξυρίδας quoque nominant. Baifius feminalia, siue femoralia interpretatur. Pers. sat. 3. & *Medos*, ait, *Bracchatos.* & *Duces,* reges vel Imperatores hostium, vt eleg. 1. lib. 2.

Aut regum auratis circundata colla catenis.

Sedere, vt eleg. prox. seq.

Consule sub Mario capte Iugurtha sedes.

& eleg. 4. lib. 4.

O vtinam ad vestros sedeam captiua penates.

Virg. 1. Æneid. *Sæua sedens super arma,* &c.

Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trist.

Crinibus en etiam fertur Germania passis,
Et ducis inuicti sub pede mæsta sedet.

& eleg. 4. lib. 3. de Ponto:

Stentque super captos trunca tropbæa viros.

In nummo aureo Titi Vespasiani sub tropbæo sedent captiui duo. *Captos*, pro captiuos, vt el. 16. lib. 1. *Captorum lacrymis humida supplicibus.* Hic autem videntur ita curtui adstricti, vt arma & trophæa capitibus impendetent. Seneca ep. 72. *Paria bona esse eius qui triumphat, & qui ante currum vehitur inuictus animo.* Idem cap. 25. de vita beata: *In alienum imponar ferculum, exornaturus victoris superbi ac feri pompam: non humilior sub alieno curru agar, quam in meo steteram.* Captiui erectis trophæis subiiciebantur: Seneca cap. 13. de Consl. ad Marciam: *Paulus victum ante currum*

A egit *Persen.*

IPSA *tuam prolem serua Venus, hoc sit in æuum*
Cernis ab Ænea quod superesse caput.] id est, Gentem Iuliam tuere Æneadûm genitrix. Acclamatio fausta, *sit in æuum*, vt in adulatione Imperatorum dicebant, εἰς αἰῶνας, id est, in æuum, supple viuas. Tertull. in lib. de Spectaculis. Notat Lips. cap. 10. libr. 2. Elect. Sic eleg. 11. infra:

Et longam Augusto salua precare diem.

vbi vide adnot. sic illud:

De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos.

B Xiphilin. in Commodo, ait, in conuiuiis acclamari solere Ζήσαις. *Hoc caput*, δεικτικῶς, pro Augusto, vt eleg. 7. lib. 7.

Citius paterer caput hoc discedere collo.

Sic *caput Augustum* Ouid. vlt. Met. *Sit*, permaneat, viuat. Tibull. el. 5. lib. 3.

Siue erimus, seu nos fata fuisse volent.

Plaut. Pseud. sc. 3. act. 1. *Qui fuit, mortuus est. qui est, viuit.* Cic. 1. Tusc. *In æuum*, vt Horat.

Labitur & labetur in omne volubilis æuum.

Quod cernis, è cœlo, quia Veneris sidus, & sidera sunt oculi mundi. Sic Tibull. eleg. 6. lib. 1.

C *Hanc Venus ex alto flentem sublimis Olympo*
Spectat.

Superesse ab Ænea. sic Ouid. vlt. Met.

Quod (caput) *de Dardanio solum mihi restat Iulo.*

At insitus Genti Iuliæ Octauius adoptione. *Superesse*, vt Virg. 10. Æn. *Liceat dimittere ab armis Incolumem Ascanium: liceat superesse nepotem.*

PRÆDA *sit hæc illis, quorum meruere labores.*] Alludit ad etymon prædæ, quia manu pariatur, vt merces à merendo, & præmium à præ & emendo. Varro 5. de ling. Lat. non dissimile est illud Salluſt. in orat. Marcij: *Absit periculum, & labos quib. nulla pars fructus est. Præda*, inquit Seru. in illud 10. Æn. *Laurentis præmia pugnæ: Est quæ*

D *eripitur, præmium quod offertur.* Nonius: *Præda corpora ipsa rerum, quæ capiuntur: manubiæ pecuniæ ex præda redactæ.* Labores, militiæ scilicet. & *Meruere* verbum militiæ & stipendij est.

MI *fas erit media plaudere posse via.*]

Sic eleg. 2. lib. 4.

Romanum satis est posse videre forum.

De plaudendi verbo dictum supra hac el. vers. 14. *τὸ posse* πλεοναστικῶς. vt eleg. 19. lib. 1. *Possis sentire*, pro, sentias. & eleg. 12. lib. 1. *Posset amare*, pro, amaret. & eleg. vlt. lib. 2. vers. 69. *Possint corrumpere.* pro, corrumpant. *Media via*, vt eleg. 8. infra:

Seu sequitur medias Mænas vt icta vias.

E & el. 16. *Scyronis media sic licet ire via.* Sed vet. lib. *Sacra via*, qua de te dictum ad el. 1. lib. 2. vers. 34.

AD ELEGIAM V.

PACIS *Amor Deus est, pacem veneramur amantes.*] sic Plato in Symposio εἰρήνην μὲν ἐν ἀνθρώποις, πελάγει δὲ γαλήνην, νηνεμίαν ἀνέμων, κοίτην ὕπνον τ' ἐνὶ κήδει; id est, pacem quidem hominibus, pelago vero tranquillitatem: silentium aëtis ac ventorum: cubile, requiem & somnum in cura & labore, inquit esse. Orpheus in hymnis antiquissimum Deorum, & qui litem elemen-

torum in chao diremerit. Lucretius quoque Venerem orat, vt à Marte pacem petat. Amor & concordia pacem: odium & discordia bellum parit. *Amor Deus pacis*, vt belli Mars. *Deus vitæ*, Cic. *Deus aulæ fuscæ* ipse ele. vlt. lib. 4. *Amantes*, quod vulgus, inter nos amantes. nam τὸ *Nos*, vel vos elegantissimè intelligitur. vt eleg. 16. lib. 1.

—— & si quæ miseri nouistis amantes.

eleg. 14. lib. 2.

Hoc sensi prodesse malum, contemnite amantes.

eleg. 15. lib. 2.

Qui magnum nunc speramus amantes.

sic Virgil. eclog. 1.

—— quo sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.

Veneramur, & colimus, & nobis petimus. id enim etiam venerari, vt dixi ad eleg. 20. lib. 2. vers. 33. vide eleg. vlt. lib. 1. apud Tibull. vbi docet pacis tempore colere Veneris bella. & ita elegiam claudit, venerans pacem:

At nobis pax alma veni, spicamque teneto.

STANT *mihi cum domina prælia dura mea.*] id est, constant, sunt & manent. an vt elegia 3. supra:

Aut quibus in campis Mariano prælia signo
Stent. Virg. *Stant belli caussæ.*

&, *Positis stat in agmine castris.* De bello cum amica eleg. 8. infra.

Aut tecum aut pro te mihi cum riualibus arma
Semper erunt, in te pax mihi nulla placet.

Dura prælia, aspera bella & sæua. sic Virg. 11. Æneid. *—— sed prælia virgo Dura pati.* & 12. Æneid. *Duro sub Marte cadentum.* Horat. *—— prælia virginum.* Tibull.

Sed Veneris tunc bella calent. & Ouid.
Militat omnis amans & habet sua castra cupido.

NEC *tamen inuiso pectus mihi carpitur auro.*] cum aliis, inquit, bellorum caussæ, diuitiæ, auaritia & luxuria; mihi bella tantum pro amica Cynthya. *Pectus*, animus, vt hic infra:

Ille parum cauti pectoris egit opus.

& eleg. 1. lib. 1.

Quærite non sani pectoris auxilia.

& eleg. vlt. lib. 4.

—— Simulantem pectus Achillis.

id est, animos. Virg.

Quam nostro illius labatur pectore vultus.

Ouid. 3. fast.

Quid moror & varijs onero tua pectora caussis.

Carpitur auro, angitur, conficitur, *amore senescit habendi.* Carpere, minuere, vellicare, conficere. Virg. 4. Æneid.

Et cæco carpitur igni. Ouid. 2. Metam. de Inuidia: *Carpitque & carpitur vna.* Catull.

Illic mihi carpitur ætas.

Inuiso auro, quod ego male odi. nam elegia 13. infra. id pluribus versibus detestatur. & el. 16. lib. 2. *Atque vtinam Romæ nemo esset diues.* Horat. *Aurum & inutile*

Summi materiam mali.

Inuisum propriè, quod libenter non videtur ex ep. 31. lib. 2. fam. apud Cicero. eleg. 18.

At nunc inuisa magno cum munere Baiæ.

Inuisum, Ciceroni etiam, non visum: vt *inuidere*

A Apuleio, non videre. An hic ergo, *Inuiso auro*, etiam absente: non probo.

NEC *bibit è gemma diuite nostra sitis.*] id est, nos sitientes. vt el. 7. lib. 1. *Nostro reticere sepulchro.* id est, nobis sepultis. & el. 3. sup. *Sonus equi*, equus hinniens. & el. 3. lib. 4. *Tuam famem pascat. Bibit è gemma*, gemmeo poculo. τὸ è vacat, vt el. 9. infra: *Eductosque pares syluestri ex vbere reges.* Virg. 2. Georg.

Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Plin. initio lib. 33. *Turba gemmarum potamus; & smaragdis teximus calices.* Iuuenal.

—— gemmas ad pocula transfert.

B Idem sat. 6. *Cum bibitur concha.* Ouid. 8. Metamorph. *—— dapibusque remotis*

In gemma posuere merum.

Ipse eleg. 13. lib. 2. *Plenus onyx.* De vase gemmeo Cic. 6. Verr. Interpres Iuuenal. ad illud sat. 5. *Et inæquales beryllos: Phialas*, inquit, *è gemmis factas.* Argutè Mart.

Aspice quot digitos exuit iste calix.

Diues gemma, vt lapilli pretiosi dicuntur. & Ouid. 2. fast.

Pietas pro diuite grata est Munere.

NEC *mihi mille iugis Campania pinguis aratur.*]
C vel *mihi aratur.* id est, à me: vel *mihi iugis*, pro meis, vt eleg. 19. lib. 1.

Sed ne forte tuo careat mihi funus honore.

Pro, meum. *Campania pinguis*, potens vbere glebæ, vt Virg. *Pingue solum.* Campania à campestribus locis dicta: Liuius. eius præcipua vrbs Capua; de cuius agro Virg. 2. Georg.

Talem diues arat Capua.

Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Non mihi si pretium Campania terra daretur.

Plin. cap. 5. lib. 3. de laude Campaniæ, *vbi summum Liberi patris cum Cerere certamen.* Hinc prouerbium: *Campana superbia.* & *Capua Annibali*
D *Cannæ.* Liuius. Legendus Cicero in Rullũ, & 8. Philipp. *Mille iugis aratur*, vel mille parib. boum, quia par boum singulis iugis alligatur. Tibull. eleg. 3. lib. 2.

Portatur validis multa columna iugis.

vel refertur ad mensuram agri. Iugum enim mensura agri, quantum iuncti boues vno die exarare possunt, inquit Varro cap. 10. lib. 1. de re rust. Horat. oda 1. Epod.

Non vt iuuencis illigata pluribus
Arata nitantur meis.

Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri
E *Aruaque quod findant pinguia mille boues.*

& Æneid. 7.

—— & terram centum vertebat aratris.

Huc spectat illud eleg. 1. lib. 4.

Nam tua cum multi versarent rura iuuenci,
Abstulit excultas pertica tristis opes.

NEC *miser æra peto classe Corinthe tua.*] *Miser*, auarus, vt eleg. 28. lib. 2.

Hanc miser implorat nauita Leucoteam.

Hinc Τάνταλος Platoni in Cratylo, quasi ταλάντατος quod auaro nihil sit miserius. Duplex autem hîc lectio: *Æra peto classe.* id est, nauigo Corinthum, vt inde æs reuehebam. Sic Ouid. 13. Met. in Orat. Aiacis: *Inde iubete peti.* (arms)

Classis, nauis, vt Virg. Horat. Catull. & *ara tua* A iunctim. Altera lectio: *Paro clade Corinthe tua:* mihi comparo æra ipsius vrbis excidio, vt fecit Mummius. leg. Plin. cap. 2. libr. 24. de æris Corinthij nobilitate & inuentione. & Strabo lib. 8. Virg. 2. Georg.

Illusasque auro vestes, Ephyreaque æra.

Mart. ep. 60. lib. 9.

Consuluit nares, an olerent æra Corinthum.

Inde *Corinthia vasa* Cic. pro Sex. Roscio. & 2. Tusc. & in Verr. Idem de euersione Corinthi pro lege Manilia. & 2. in Rullum. Stat. 2. Syl. *Æraque ab Isthmiacis auro potiora fauillis.* Augustus ob amorem Corinthiorum, dictus *Co-* B *rinthiarius.* Suet. in August. est autem hic apostrophe ad Corinthum, vt Ouid. eleg. 8. lib. 3. Trist.

Quos habuit fugiens arce Corinthe tua.

O *prima infelix fingenti terra Prometheo.*] *Prima terra*; vnde primus homo creatus, & ipsa adhuc recens, nouo scilicet mundo. Horat. dicitur *Princeps limus*, hac de re scribenti oda 16. libr. 1.

Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus: &c. Alia ratione Virg. 1. Georg.
——*Tuque ô cui prima frementem*
Fudit equum Tellus. Ouid. 1. Met.
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset. C
Natus homo est: siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Siue recens Tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cæli;
Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Perulgata Promethei fabula, de qua Horat. oda 16. lib. 1. & oda 3. eiusdem libri. Mart. ep. 39 libr. 10.

Ficta Prometheo diceris esse luto.

Apollodor. libr. 1. Προμηθεὺς δὲ ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀνθρώπους πλάσας, ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ πῦρ, λάθρα Διὸς ἐν νάρθηκι κρύψας. Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. & in Theog. D Virg. ecl. 6.

Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei.

& ibid. Seru. Æschylus in Prometheo. Pausan. in Corinthiacis. Cic. 5. Tusc. Lucian. Citatur & Varronis Satyra Prometheus, quæ erat de hominis Fabrica. *Infelix terra Prometheo ipsi*, quia opus hoc illi male successit, ob id ad Caucasum relicto, addito Aquilæ supplicio rodentis iecur, qua de re diximus eleg. 12. lib. 1. vers. 10. *Infelix*, vt eleg. 23. lib. 2.

Infelix hodie vir mihi rure venit.

Stat. 11. Thebaid.

O furor! ô homines dirique Promethei artes! E

vbi *diræ* vt hic *infelix*. *Infelix* cum 3. casu, vt eleg. 13. infra.

Felix Eois lex funeris vna maritis.

Fingenti, propriè, quia ex loto, vnde *figuli*. Iun. prou. 43. Cent. 8.

Illa *parum cauti pectoris egit opus.*] id est, hominis parum prouidi, nec nomini suo respondentis. nam Interpres Apollonij in lib. 2. Argon. refert à Theophrasto scriptum esse maximè prouidum ac sapientem eum fuisse, vnde ἀπὸ τῆς προμηθείας nomen habet, & Phornutus scribit Promethei nomine diuinam prouidentiam intelligi. vnde Horat. oda 18. lib. 2. vocat

Callidum Promethea. Catull.

Solerti corde Prometheus. ποικίλον & ποικιλομήτην à varia versutaque mente vocat Hesiodus. An sceleris & rei capitalis hominem damnat, his verbis *Parum caute?* Festus: *Parum cauisse videri pronunciat magistratus, cum de consilij sententia capitis quem condemnaturus est?* vet. lib. *Caute. Parum caute egit opus pectoris.* id est, pectus ipsum non satis prouidum fabricatus est. an legendum, *Cautim*, id est cautim, vt cautè sit glossema? vide Nonium in *Cautim*. *Egit opus*, effecit, vnde opifex. sic *exegit opus*, & *peregit opus*. agere tamen & facere discernit Varro.

Corpora *disponens, mentem non vidit in arte.*] id est, membra formans, & aptè ac ordine coniungens. est autem hic enallage numerorum pro corpus. *Mentem non vidit in arte*, non prouidit satis, & consuluit menti. *Videre*, inquit Donat. *Prouidere*, vnde apud Ciceronem: *Videant Consules.* videre signis & auspiciis. *Mens* est voluntas, aut ratio. Donat. in Andr. Vt à γένος, gens: sic à μένος, mens: Scaliger. An à meniscor? Dicitur & *mentis*: Ennius in Epicharmo. *Istic est de sole sumptus ignis, isque totus mentis est.* apud Varr. 4. de ling. Lat. Isidor. lib. 11. *Mens quod emineat in anima, vel quod meminit. In arte*, fingendi scilicet hominis. Sed legitur etiam *in Arce*, quod defendi potest, quia ratio in capite tanquam in arce posita est: Cic. 2. de Nat. Deor. & 1. Tusc. Legitur quoque *Inertem.* non vidit illi stolidam esse mentem, vt qui auaritiæ, luxuriæque causa tot suscipiat labores ac pericula. Terent. Andr. act. 3. sc. 5.

Quandoquidem tam iners, tam nulli consilij sum.

Recta *animi primum debuit esse via.*] Ante omnia, inquit, oportuit bonæ mentis curam habere. *Animi via*, est ratio, quam ducem sequi debemus. & *Recta via* metaphoricôs, vt apud Plaut. *Rectam instans viam.* contra; *error mentis*, insania. Horat.

Et demptus per vim mentis gratissimus error.

Lucret. lib. 3.

Quinetiam morbis in corporis auius errat
Sæpe animus. Sic *redire in viam*, resipiscere. sic & animus rectus: Albin. ad Liuiam.

Quid tenuisse animum contra sua secula rectum.

Nunc *maris in tantum vitis iactamur, & hostem Quærimus, atque armis nectimus arma noua.*]

Nunc locum sæpe habet in conquestione rei præposteræ, vt eleg. 9. lib. 1.

Quid si non esset facilis tibi copia? nunc tu
Insanus medio flumine quæris aquam.

id est, Atqui. *In tantum maris iactamur*, per tam vastum mare agitamur. *Tantum maris*, pro magnum mare, vt eleg. 3. sup.

Tantum operis neruis hiscere posse meis.

alias, *Intantum*, vox vna est. Virg 6. Æneid.

Latinos Intantum spe tollet auos. Legitur & *Infandum.* Virg. 1. Georg. *Pecudesque locutæ, (Infandum!)* sic Horat. *Heu nefas. Hostem quærimus*, quietas gentes lacessimus, malum nobis nostro arcessimus iomento. Sic dixit eleg. 5.

lib. 2. *Prælia quærat.* Et Plaut. *Emere litigium. Armis nectimus arma noua.* bella ex bellis serimus, vt sit quædam series & connexio causarum vnde bella perpetuo nascantur. Sic Sallust. In Orat. Philippi: *Hi tumultum ex tumultu: bellum ex bello serunt.* Idem in ep. Mithrid. *Audendo & fallendo & bella ex bellis serendo magni facti.* serere enim & nectere idem. vnde nectere & serere flores, & serta dicta. Virg. 9. Æneid.

Ille autem, causas nequicquam nectis inanes.

Lucret. lib. 5.

——nec aras sanguine multo
Spargere quadrupedum: nec votis nectere vota.

HAVD *vllas portabis opes Acherontis ad vndas.*] Sic Plaut. Trinummo act. 2. sc. 4. *Mirum ni tu illuc tecum diuitias feras.* ad Acherontem scilicet. Plin. cap. 4. lib. 19. *Mors æquabit, quos pecunia separauerit.* Horat. oda 14. lib. 1. *Linquenda Tellus & domus.* & Seneca: *Impares nascimur, pares morimur.* De Acheronte Virg. 6. Æneid. Pausan. in Attic. Diodor. Siculus lib. 2. ἀπὸ τῶ ἄχους ἢ ὀδύνης, quasi curæ & doloris fluuius, dicitur. sic à mœrore & luctu styx & Cocytus, & ab incendio doloris Phlegeton. Plauto & poëtis, pro, inferis vbique. Ergo ad inferos, inquit, non portabis opes, sed stipem tantum & naulum, vt eleg. vlt. lib. 4.

NVDVS *ab inferna, stulte, vehêre rate.*] Sic Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Nudus lethea cogerer ire rate. vide adnot. ad eleg. 27. lib. 2. vers. 14. *Nudus*, inquit, quia nudi mortui; ideo etiam Dis pater quod minime diues sit. Fab. cap. 10. lib. 1.

VICTOR *cum victis pariter miscebitur vmbris.*] Sic Lucan. lib. 7.

Non meliore loco (quam alij) *stygia sub nocte iacebis.* vbi *loco*, vt hic *pariter*, id est, & eadem conditione, & eodem simul loco. Cum te, inquit, virga semel horrida nigro compulerit Mercurius gregi, non agnoscendus eris in turba; nam omnes eodem cogimur. hæc autem lectio primo adspectu nihil habet mendi; sed tamen varietas lectionis me mouet, & puto legendum:

VICTOR *cum victis pariter miscebere Cymbris.*] nam Marium alloquitur, de quo vers. seq. & eleg. 1. libr. 2.

Cymbrorumque minas & benefacta Marî.

deinde *victæ vmbræ* qui dicantur? pro *Vmbris* legitur & *vndis* an *Indis*?

CONSVLE *cum Mario capte Iugurtha sedes.*] Consul primum erat Marius, cum ad Iugurthinum bellum missus: Sallust. Septies autem Coss. fuisse notum est ex Cicerone pro Plancio, & 3. de Nat. Deor. & Plutarcho. de Iugurtha Numidiæ rege, Sallust. Horat. oda 1. lib. 2. & oda 9. epod. Ipse eleg. 6. lib. 4.

LYDVS *Dulichio non distas Crœsus ab Iro.*] *Lydus*, pro, Rex Lydiæ, vt eleg. 11. infra:

Lydia Omphale, pro Lydiæ Regina. Crœsus Rex Lydiæ fuit vnde Ausonius:

Rex an Tyrannus Lydiæ Crœsus fuit?

vide adnot. ad eleg. 26. lib. 2. vers. 13. & 24. De Iro Ithacensi, qui proprio nomine Arnæus, Homer. initio lib. 18. Odyss. Ouid. ep. 1.

A *Irus egens, pecorisque Melanthius auctor edendi.*

Idem 2. de rem. Amor.

Cur nemo est Hecaten; nemo quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

& in Ibin.

Qualis erat necnon fortuna binominis Iri. Mart.
Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus.

OPTIMA *mors parca quæ venit apta die.*] Respexit ad Parœmiam: *Optimum non nasci, aut quam citissimè aboleri.* Auson. *——ergo Optima Graiorum sententia. Quippe homini aiunt, Non nasci esse bonũ, natum aut cito morte potiri.* ex Posydippo lib. 1. Anthol. ——ἢ τὸ γενέσθαι

B Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

vide Erasm. in prou. *Optimum non nasci. Apta mors venit*, quæ venit cum opus est, vt contra ineptus, qui aptè & loco & tempore non venit. Sed vet. lib. *Acta*, quod retineo. Mors ea quæ acta venit, vt eleg. 7. infra.

Ista per humanas mors venit acta manus.

dies agi dicitur, quia voluitur, & quasi truditur. *Parca die*, non prolixo tempore, sed angusto & breui. sic eleg. 3. lib. 4. *Parca lucerna*, in qua parum restat olei. & Horat. oda 16. lib. 3. *Parca manu.* Virg. 3. Georg.

Aut parco sale contingunt. Modico, inquit Seru.

C *aut seruatore*; parcus enim à parum & paruum, vt docet Gell. cap. 19. lib. 3. pro *parca* legitur & *Acta*. an *arcta*, id est, angusta? At rectum est parca die. id est, fatali à Parcis præstituta. vt Virg. *Parcarumque dies, & vis inimica propinquat.* hoc est quod ait eleg. 21. huius libri.

Seu moriar fato, non turpi fractus amore:
Atque erit illa mihi mortis honesta dies.

Volt ergo Auctor optimum esse fato mori, non mari aut bello, præter naturam, præterque fatum. *Parca dies*, πεπρωμένη ἡμέρα, inquit Scaliger, id est fatalis. sic vet. gloss. Interpretatur *Parcam*, πεπρωμένην. & dictum est

D *Parca die*, vt eleg. 31. libr. 2. *fæmina turba*, vbi vide adnot.

ME *iuuat in prima coluisse Helicona Iuuenta.*] id est, frequentem in Parnassi iugis fuisse: vide adnot. ad illud Catulli in Nuptiis Manlij

Collis ô Heliconij cultor. In prima iuuenta, vt eleg. 10. lib. 2.

Aetas prima canat Veneres, extrema tumultus.

Iuuenis autem Propertius erat: eleg. 1. libr. 2. vers. 73. & eleg. 3. vers. 33.

MVSARVMQVE *choris implicuisse manus.*] id est, Cum Musis choreas duxisse manus manibus inserendo. sic Horat. oda 5. lib. 2.

E *Quem si puellarum insereres choro.*

vnde *Sertam ducere* legit apud Varronem de re rust. Scaliger, quia saltantes aliàs τῶν χορῶν χειρῶν se tenebant, aliàs restem tenentes hærebant, vnde *restim ductitare* Terentio. de choreis Musarum dictum ad eleg. 10. lib. 2. vers. 1.

Implicuisse manus, vt Ouid. 6. Fast.

Hi ludunt, hos somnus habet: pars brachia nectunt
Pars viridem celeri ter pede pulsat humum.

Stat. 1. Achill.

Hosne inter simulare choros, & brachia ludo
Nectere, nate graue est.

Tibull. eleg. 3. libr. 1.

At iuuenum series teneris immixta puellis
Ludit. &c. Lucret. lib.2.
——*inter se forte catenas Ludunt.*

v. l. inquit Turneb. cap.14. lib. 27. vide eundem cap. 30. lib.26. de Pectine Amazonio. Seneca cap.3. lib.1. de Beneficiis: *Quid ille consertis manibus in se redeuntium* (Gratiarum) *chorus.* &c.

Me *iuuat & multo mentem vincire Lyæo.*] hæc inter se contraria sunt, vt supra, *Prometheus, parum cauti pectoris.* nam Lyæus dictus ἀπὸ τῷ λύειν à dissoluendis curis. An vincire, pro, domare & vincere, quia victi vinciri solent, eleg. 17. infra. *Atque hoc sollicitum vince sopore caput.* An *mentem*, pro curis, quas vinum quodammodo constringit, ne nocere possint. An quia præpeditus vino animus, & quasi constrictus tenetur. Sic Virg. 2. Georg.

Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.

vincit ergo & soluit idem Bacchus: quia soluit ac diluit curas, quamquam officia membrorum præpediat. Plaut. Pseud. sc.2. act.1. *vbi vina te deuincis.* Apul. 7. Asini: *Colligatos vino.* Festus, in *edera*; *quia, vt illa* (edera) *sic ille* (Bacchus) *mentes hominum illigat.*

Et *caput in verna semper habere rosa.*] id est, Reclinatum esse molliter in puluillis rosa fartis. hoc est quod dixit eleg. vlt. lib.2.

Me iuuet hesternis positum languere corollis.

Habere caput in rosa, vt eleg. 14. lib.2.

Mecum habuit positum lenta puella caput.

de rosa vide eleg.17. libr.1. vers. 22. Cicero 7. Verr. *Puluillus Melitensi rosa fartus.* Idem Cicero Verrem, ait, tum ver esse censuisse cum rosam viderat. vnde hic *verna rosa*. & Anacreon: ῥόδον ἔαρος μέλημα.

Atque *vbi iam Venerem grauis interceperit ætas.*] *Grauis ætas*, senectus, vt el. vlt. huius libri.

At te celatis ætas grauis vrgeat annis.

Sallust. in oratione Cottæ. *Senectus, per se grauis, curam duplicat. Senes*, inquit Cicero in Catone, *onus Aetna grauius se queruntur sustinere*, ex Euripide in Hercule furente, vbi chorus iuuenũ sibi iuuentam, ait, onus dulce, senectutem vero onus grauius esse Ætnæ scopulis. Plaut. Mercat. D. *Quin tu is ocyus?* Sy. *Nequeo Mecastor, tantum hoc oneris est, quod fero.* D. *Quid oneris?* Sy. *annos octoginta & quatuor. Interceperit Venerem*, totam ceperit & abstulerit. Donat. in Eunuch. Sic *interbibere, interlegere, intetminari, intertrahere.* Præterea, intercipi dicuntur, qui insidiis in medio itinere in hostium potestatem veniunt; & senectus sensim obrepit. Tibull.

Iam subrepet iners ætas, nec amare decebit.

Sparserit *& nigras alba senecta comas.*] id est, Miscuerit canos tuo capiti, in quo prius tantum nigri capilli. Nam τὸ, *Alba* indicat quo *sparserit.* Sic Virg. 5. Æneid.

——*æmula necdum*
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.

vide adnot. ad illud Catulli ex epithalamio Manlij: *Cana anilitas.* Nigra coma iuuenum, & formosorum. vnde Horat.

Reddes forte latus, nigros angusta fronte capillos.

sed & in fœminis aliquando placet, vt alias

A adnotatum.

Tum *mihi naturæ libeat perdiscere mores.*] *Tum libeat*, supra dixit *Me iuuet.* Libere cupiditatis est, velle, rationis. *Perdiscere.* penitus ediscere. Plaut. Asin. *Perdidici istæc esse vera.* & Pseud. *Ex Ionica disciplina perdidici.* a δάω, δάσκω, hinc disco. Varro 5. de ling. Lat. à docere deducit. *Mores naturæ*, ipsam naturam, ex iis quæ soleat efficere, & ex eorum caussis: respexisse autem Propert. hic videtur ad illud Virg.

Ventos & varium cœli perdiscere morem
Cura sit. sic ingenium terræ, arborum &

B metallorum dicitur. &, *perdiscere*, ait, quia & natura docet: Ouid. 15. Met.

Et rerum causas, & quid natura docebat:
Quid Deus: vnde niues: quæ fulminis esset origo.

Quis *Deus hanc mundi temperet arte domum.*] An Iuppiter, an quid Ioue maius? An πρόνοια, an εἱμαρμένη, an τύχη? an Sol mens mundi? *Temperet arte*, ratione moderetur & regat. nam ars ratio, & prudentia, vnde Ciceroni ipsa *prudentia* dicitur *ars vitæ.* Horat. oda 4. libr.3.

Mare temperat. Virg. 1. Æneid.

Et vastas aperit syrtes & temperat æquor.

Sueton. in August. *Viden vt Cinædus orbem digi-*
C *to temperat.* Donat. in Phorm. *Temperans, consulens, prouidens.* Seneca ep.72. *In hoc opere æternam artem cuncta temperantis Dei verti.* vbi & *ars* pro prudentia, vt hic. *Domum mundi*, vt Cic. 6. de Rep. *templum hoc omne.* vide adnotat. ad eleg. 2. sup. vers. 20. Mundus ab ornatu. Plin. & Cic. κόσμον, *lucentem mundum* interpretatur.

Qua *venit exoriens, qua deficit, vnde coactis*
Cornibus in plenum menstrua luna redit.]

τὸ *Quà*, vt eleg.3. sup. vers.2. *Quà venit exoriens*, an vnde Sol oritur, & vbi occidat? an ex mari Indico oriatur, & in hesperium condatur? an ex Antipodibus veniat ad nos, & à nobis ad
D illos reuoluatur. Si de lunæ ortu & occasu intelligit, vide Plin. cap.9. & 14. lib.2. deficere, hic occidere. An quia quotidie extingui solem & renasci putabant Epurei, vt Lucretius differit. vnde Horat. *Alme Sol, curru nitido diem*
Qui promis & celas, aliusque & idem nasceris.

Mattius Mimiambis:

Iamque albicascit Phœbus & recentatur
Commune lumen hominibus, voluptasque.

Coactis cornibus, collectis in orbem, vt eum impleat. Sic Virg. 1. Georg.

Luna reuertentes cum primum colligit ignes.

vide Nonium in *Cogere*, pro in vnum colligere.
E re. Plin. cap.4. lib.2. *Modo curuata in cornua; modo æqua portione diuisa; modo sinuata in orbem; modo immensa orbe pleno; modo nulla. Menstrua luna*, quæ suo cursu per dimensa spatia dierum mensem efficit. vnde Catull.

Tu cursu Dea menstruo Metiens iter annuum.

μὴν μηνὸς, mensis, & μήνη, luna. *Redit in plenum*, rursus plena esse incipit. *Plenum*, pro, plenitudo. Virg. 2. Georg.

——*dulcesque à fontibus vnæ*
Ad plenum calcentur. Horat. oda 17. lib.1.

Manabit ad plenum. Ascon. in diuin. *ad plenum nosse caussas.* sic *invanum, intassum, invacuum*, & alia id genus.

VNDE *salo superant venti, quid flumine captet*
Eurus & in nubes vnde perennis aqua.]

Quærit in problematis Aristoteles, Cur venti è mari spirare soleant. Plutarch. in libro de Iside & Osiride; apud Ægyptios ait Iouem fingi ali humore. id est, ventum. vide Ennium apud Varr. 4. de ling. Lat. Plin. cap. 43. libr. 2. *Posse & aquis aera exspirantibus* (ventos gigni) *qui neque in nebulam denseetur, neque crassetur in nubes.* Legendus Arist. in probl. & 2. Meteor. & Seneca lib. 3. quæst. nat. *Vnde salum superant venti*, cur abundant, siue satis superque sunt venti in mari. Cur nunquam sit mare sine vento, cum sint fluuij quidam ἄναυροι, vt Nilus. Superare, superesse, abundare. Virg. 1. Georg.

Si superant fœtus pariter frumenta sequentur.

& 3. Georg.

Præterea superat gregibus dum læta iuuentus.

Plaut. Amphitr. *Num tibi aut accessit stultitia, aut superat superbia. Quid Eurus captet flamine*, quid & cui insidietur cum flare incipit: nam captare insidiantis est, vt eleg. 9. lib. 2.

Incipiam captare feras. Eurus autem delectatur naufragijs, quæ sunt *ludibria ventorum* Horatio, & Virg. 2. Georg.

Aut vbi naufragiis violentior incidit Eurus.

sic dixit eleg. 8. lib. 1. *Subsidere ventos.* vt hîc *Quid Eurus captet*, sic Virg. 1. Georg.

Quid cogitet humidus Auster.

In nubes vnde perennis aqua, quid aquam nubibus perpetuo suppeditet, vnde pluuia fiat. Virg. 5. Æneid. *Atque in nubem cogitur aër.* Aër ille coactus tollitur vi solis: Deinde vi frigoris deiicitur in terram. Arist. Meteor. Apul. libr. de Mundo. Plin. Seneca Nat. quæst. Liuius lib. 21. *Aqua leuata vento cum super gelida montium cacumina concreta esset.* Virg. 1. Æneid.

Vnde imber & ignes. vide illic Seruium. *Nubes dictæ* quod tegere solent cœlum. id enim est nubere: Donat. in Hecyr. Varro 4. de ling. Lat. *Neptunus* (quasi Nuptunus) *quod mare terram obnubit, vt nubes cœlum.* Charis. libr. 1. *Nubes*, νεφέλη. Vide Lucret. lib. 6. *Perennis* ab amne perpetuo fluente. vnde peremne auspicari, auspicato amnem aut aquam, quæ è sacro oritur transire. Ouid.

Amne peremne latens, Anna perenna vocor.

Alij quod per annos multos, aut omnes durat, vnde *prennare* Suetonio.

SIT *ventura dies mundi quæ subruat arces.*] id est, an sit in fatis affore tempus, &c. Alias pro *Sit*, legitur, *Si*, quod non ineleganter, pro an sumetur, vt infra hac eleg. *Si furit igne caput.* Porro venturam illam diem canit. Lucret. libr. 5.

Tres species tam dissimiles tria talia texta
Vna dies dabit exitio: multosque per annos
Sustentata ruet moles & machina mundi. Ouid.
Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit vna dies.

Idem 1. Met.

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Lucanus lib. 7.

A *Hos Cæsar populos si nunc non vsserit ignis,*
Vret cum terris, vret cum gurgite Ponti,
Communis mundi superest rogus, ossibus astra
Mixturus. Albinou. ad Liuiam.
Ecce notem intentam cœlo, terraque fretoque,
Casurum triplex vaticinatur opus.

vide Ciceronem de expyrosi ex sententia Stoicorum, Senecam ep. 72. pluribus verbis, & lib. de Consol. ad Marciam in fine, & ad Polyb. Varro κοσμοφθορία, περὶ φθορᾶς κόσμου apud Nonium in *Arces*, & in *Laus*. At Iuppiter apud Stat. 2. Thebaid. *Arcem æternam* vocat,

Arcem hanc æternam, mentisque sacraria nostræ
B *Testor*, inquit. & 7. Thebaid.

Ista per æuum Mecum æterna domus. Plato in Timæo negat mundum dissolui posse, nisi ab eo qui sit Architectus; sed eius ait bonitati consentaneum esse, vt sit æternus. Aristot. lib. 1. de Cœlo, & semper fuisse & semper futurum scribit. *Subruat*, subuertat, vt eleg. 9. infr.

Castraque Pelusi Romano subruta ferro.

Ouid. eleg 11. lib. 3. Trist.

Subruere est arces & stantia mœnia virtus.

Arces mundi, cœlum partem eminentissimam & minutissimam, vt sedem Deorum. Virg. 1. Æneid.

C —— *cœli quibus annuis arcem.*

Horat. oda 3. libr. 3. vocat, *Arces igneas*, Lucretius vero

—— *flammantia mœnia mundi.*

PVRPVREVS *pluuias cur bibit arcus aquas.*] id est, *purpureo varius colore*, vt de autumno dixit Horat. oda 5. lib. 2. & Virg.

Hic ver purpureum. in purpureo enim colore inest aquilum & nigrum aliquid, vnde eleg. 26. lib. 2. *Purpureos fluctus* vocat, & candidum, vnde *nix purpurea* & *purpurei colores*; & purpuræ sanguineus color & cæruleus. tres vero in arcu
D colores: puniceus, viridis, cæruleus. *Arcus, fornix*, inquit Nonius: *Arquus, qui in cœlo apparet, vnde arquati*; & ita scribitur apud Charis. lib. 1. *Arquus bibit aquas: concipit aquas*: Ouid. 1. Met. & Mart. epigr. 29. libr. 12.

Casuras alte sic rapit Iris aquas.

Sic Virg. 1. Georg. in prognosticis pluuiæ:

—— *& bibit ingens Arcus.*

Plaut. in Curcul. sc. 2. act. 1. *Ecce autem bibit arcus, pluet credo hercle hodie.* Vitruuius: *Per calorem videmus non minus aquæ vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari.* Stat. 4. Thebaid.

—— *raptasque alio de fonte refundit*
Arcus aquas. & lib. 9.
E *At pater arcano residens Ismenos in antro,*
Vnde auræ nubesque bibunt, atque imbrifer arcus
Pascitur. Lucan. lib. 4.
Hinc imperfecto complectitur aëra gyro
Arcus, vix vlla variatus luce colorem,
Oceanumque bibit, raptosque ad nubila fluctus
Pertulit. Tibull.
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

De Iride & quomodo fiat Arist. cap. 4. & 5. lib 3. Meteor. Plutarch. in lib. de Amore, & in lib. de Iside & Osiride. Lucret. lib. 6. Plin. cap. 59. libr. 2. & Seneca cap. 3. libr. 1. Nat. quæst. *Aquas pluuias. Cælestes*, Horat. Iurisconsultis

Aqua pluuia est, quæ de cœlo veniens crescit imbri.

A V T *cur Perhebi tremuere cacumina Pindi.*] id est, iuga, vertices. Horat. oda 10. epod.

Padus Matinu lauerit cacumina. vnde Virg.

—— Tum rigidas motare cacumina quercus.

& *cacumen floris*, Laberius. Lucret. pro perfectione posuit:

Donec olescendi summum tetigere cacumen.

Strabo libr. 9. Pindum ingentem montem Thessaliæ, ait ad Septentrionem habere Macedonum partem: ad occasum Perrhebos. Idem libr. 10. Perrhebos numerat in populis Ætoliæ. Plin. cap. 1. libr. 4. In ea (Epiro) Perrhebi, quorum mons Pindus. aiunt enim Perrhebos a Lapithis fugatos ad Pindum se recepisse. de maximo terræ-motu in Thessalia facto, quo abscissi cohærentes montes, Herodotus in Polyhymnia, & Strabo lib. 9. Virg. 2. Georg.

Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant.

vbi Seruius. Copiosissimè de terræmotibus, & eorum causis disputat. Arist. libr. 9. Meteor. cap. 7. & 8. & in libr. de Mundo cap. 4. Lucret. lib. 6. Plutarch. lib. 3. de placitis Phil. Plin. cap. 79. libr. 2. & seq. Virg. in Ætna cap. 5. & seq. lib. 6. Nat. Quæst.

S O L I S *& atratis luxerit orbis equis.*] Cum sol deficit lugere videtur, & tenebris atris, quasi atrata veste luctum significat. Virg. 1. Georg.

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit
Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.

Atrati solebant esse in luctu, ipse eleg. 7. lib. 4.

Denique quis nostro curuum te funere vidit?
Atram quis lacrymis incaluisse togam?

De Eclipsi solis Plutarch. in Nicia, & in libro de facie, quæ cernitur in orbe lunæ. Cic. 2. de Nat. Deor. Seruius ad illud 2. Georg.

Defectus solis varios, lunæque labores.

Deficit, inquit, vna tantum ratione cum luna soli è regione obiecta est, vt à nobis ille minus videri possit. Plin. cap. 10. 12. & 13. libr. 2. Solem interuentu lunæ occultari, inquit, & lunam terræ obiectu. *Orbis solis*, pro sole rotundo, vt eleg. 20. lib. 2. dixit *Orbita luna*. Horat. ep. 12. libr. 1.

Quid premat obscurum luna, quid proferat orbem.

Ouid. 13. Met.

—— solis tamen vnicus orbis.

ambiguè de oculo mundi; vnde orbi. *Atratis equis*, *nigris*, vt loquitur eleg. 15. libr. 2. vers. 32.

C V R *serus versare boues, & plaustra Bootes.*] Hoc inquit, quia non occidit nisi mane arctophylax. *Serus versare*, qui sero versat, vt *cupidus attingere* eleg. 19. lib. 1. & Lucillius *lentus soluere*. *Versare boues*, agere pro arbitrio. sic Seneca in in Agamemnone: *Lucida versat plaustra Bootes.* & Virg. ecl. 10.

Aethiopum versemus oues sub sidere Cancri. &
—— quoniam sors omnia versat.

id est fert agitque pro libidine. *Boues*, triones septem. Fest. in litura. *Septentriones quidam plaustrum dicunt quod id astrum Græci ἅμαξαν vocant.*

A

Varro 6. de ling. Lat. Has septem stellas Homerus vocat ἅμαξαι, & propinquum eius signum Βοώτην: nostri, boues, triones. addit Gellius ex Varrone, quod eæ stellæ ternæ ita sint sitæ, vt proximæ quæque inter sese faciant trigona, id est, triquetras figuras. cap. 21. lib. 2. vide plura hac de re adnot. ad eleg. 33. lib. 2. vers. 24.

P L E I A D V M *spisso cur coit igne chorus.*] Ita quoque vocatur ab Horatio oda 14. lib. 4.

Pleiadum choro Scindente nubes.

bene chorus, nam & cœtus stellarum, & eæ mouentur in numerum, cum orbium celestium concentu, vnde χορὸς ἀστέρων. Tibull. eleg. 1. lib. 2.

B

—— lasciuo sidera fulta choro.

Stat. 1. Achill.

—— risit chorus omnis ab alto
Astrorum. & alibi. *—— risit*
Siderei regina chori.

De Pleiadibus vide adnot. ad eleg. 8. libr. 1. vers. 10. & eleg. 16. libr. 2. vers. 51. *Spisso igne*, inquit, quia iunctus est è septem stellis, quarum sex conspicuæ, septima latet. *Igne*, quia igneæ stellæ Cic. Sic Virg. *Spisso igne coit via lactea.* *Spissum*, & densum & tenue: Seruius in illud 5. Æneid.

Spissa tacent reuolutus arena: tenui, inquit, quia

C

quanto quid minutius, tantò densius.

C V R V E *suos fines altum non exeat æquor.*] Horat. ep. 12. lib. 1.

Quæ mare compescant causæ; quid temperet annum.

hanc quæstionem tractant Lucret. libr. 6. & Arist. 2. Meteor. Aquarum est is locus, & elementa suis in locis manent. Aqua rotunda ex guttis vt constat, ideoque in se cogitur & conglobatur. *Altum æquor*, plenè: altum concisè, quia altius terra, vnde conscendere & exscendere.

P L E N V S *& in partes quattuor annus eat.*] Plenus annus, qui constat quatuor partibus, vere, æstate, autumno, hyeme. ex accessu & recessu

D

solis quatuor illæ fiunt tempestates & horæ: Cic. 1. & 2. de Nat. Deor. vnde ait apud Ouid. Sol. 4. Met.

—— ego sum longum qui metior annum.

Legendus Censorinus de varia anni mensura. Ouid. 15. Met.

Quid? non in species succedere quattuor annum
Adspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ. &c.

Inde Varro *Tetrachordon anni* vocauit apud Nonium in *Autumnitas*. *Plenus*, integer vt Horat. oda 18. lib. 3.

Si tener pleno cadit hædus anno.

E

Seruius ad illud 1. Æneid.

Triginta magnos voluendis mensibus orbes.

tria sunt, inquit, genera annorum. aut enim lunaris est annus 30. dierum: aut solstitialis 12. mensium: aut magnus qui tenet 12. millia quingentos & 54. secundum Tullium in Hortensio. Annus autem dictus quasi anus. id est, anulus, quod in se redeat, & in se sua per vestigia reuoluatur: vel ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, ab innouatione, quod semper recentetur. Festus: annus ex Græco venit, quem illi ἔνος dicunt; & quod nostri triennium, illi τρίενος. Varro 5. de

ling. Lat. Tempus à bruma ad brumam, dum Sol redit, vocatur annus, quod vt paruuli circuli, aonuli: sic magni dicebantur anni. Isidor. lib. 5. fere idem quod Seruius.

SVB *terris sint iura Deûm, & tormenta Gigantum.*] id est, Sintne inferi, & apud inferos iudices, qui pœnis impios afficiant. Virg. 6. Æn.

Nec verò hæ sine sorte datæ: sine iudice sedes.

ipse eleg. vlt. lib. 4.

Det pater hic vmbræ mollia iura meæ.

Aut si quis posita, &c. *Sub terris*, quia ibi inferi locantur, vnde & nomen habent. vnde iocus Plauti in Aulul. de cœna cocta in puteo: *Superi incœnati sint, cœnati inferi.* vide adnot. ad illud eleg. 18. lib. 2.

Illi sub terris fiant mala multa puellæ.

De inferis Cic. 1. Tusc. in Catilinam, pro Cluentio, & alibi. Sallust. in Catilinario in Orat. Catonis. Lucret. lib. 3. Ouid. 15. Met.

Quid Styga? quid tenebras? quid nomina vana timetis
Materiem vatum, falsique pericula mundi?

Plin. cap. 63. lib. 2. *Si vlli essent inferi: iam pridem eos profectò auaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent.* *Tormenta Gigantum*, pœnæ & cruciatus Gigantum, & Titanum in Tartaro. nam hos poëtæ sæpe confundunt, licet diuersi sint. Virg. 6. Æneid.

Hic genus antiquum terræ Titania proles,
Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloïdas. &c.

Gigantes, γηγενεῖς, terrigenæ. γίγαρ Græcis μέγας, ἰσχυρός. De iis Hesiod. in Theog. Macrob. cap. 20. lib. 1. ἀσεβεῖς fuisse interpretatur, qui cum Deos negarent eos de cœlo detrahere voluisse finguntur.

TISIPHONES *atro si furit angue caput.*] An armata colubris Tisiphone, & manibus & capite, vt pingitur & fingitur. vnde Virg. 5. Æneid. dicitur *Intentans angues*, & Græcis ὀφιοπλόκαμος. Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Tisiphoneq́ impexa (implexa) *feros pro crinib. angues*
Sæuit.

Sæuit, vt hic *furit*. vnde furiarum oomen. vide plura adnot. ad illud Catulli.

Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons &c.

AVT *Alcmeoniæ furiæ, aut ieiunia Phinei*:] id est, furiæ, quæ Alcmeona matricidam persecutæ dicuntur; nam Νέρων, Ορέστης, Αλκμαίων μητροκτόνοι. apud Sueton. in Nerone. Alcmæona fabulam scripsit Ennius, & de ea dictum est ad eleg. 16. lib. 2. vers. 29. *Ieiunia Phinei*, id est, fames qua cruciatus Phineus ab Harpyis, quasi eam adhuc apud inferos sentiat aut alij: nam Virg. dixit 6. Æneid.

Epulæque ante ora paratæ
Regificio luxu. furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas.

Nota fabula de Harpyis, Phineo, Zethe, & Calai ex Apollonij & Apollodori lib. 1. Seruio ad 3. Æneid. Fulgentio lib. 3. Ouid. initio 7. Met. & Palæphato lib. 1. io Phineus.

NVM *rota, num scopuli, num sitis inter aquas.*] De rota Ixionis dictum ad eleg. 9. lib. 1. vers. 20. Cum *scopuli* meminit an de Sisyphi saxo illud

A capiendum, de quo dictum ad eleg. 17. libr. 2. vers. 7. An vt Virg. 6. Æneid.

Et te Catilina minaci Pendentem scopulo.

De siti inter aquas, quæ Tantali pœna dictum ad eleg. 1. lib. 2. vers. 66.

NVM *tribus infernum custodit faucibus antrum*
Cerberus, & Tityo iugera pauca nouem.]

id est, seruat & excubat vt canis. vnde & *Tartareus custos* dicitur à Virg. 6. Æneid. sic *gemini custodes*, pro canibus 8. Æneid. & *bini custodes* apud Plaut. Milite act. 2. sc. 1. & Tibull.

—— Cerberus ore
Stridet, & æratas excubat ante fores.

B *Cerberus tribus faucibus*, dicitur vt vir magno capite. fingitur autem tres habere fauces & à Virgilio, & tria guttura pandere. At Horatius oda 19. libr. 2. & oda 11. libr. 3. trilingue os ei attribuit. Euripides vero in Ioue τρισώματον κύνα vocat. Sed ab Hesiod. πεντηκοντακέφαλον. & ab Horatio oda 13. lib. 2. *bellua centiceps* dicitur. Seruius in 6. Æneid. Cerberus quasi κρεοβόρος, est terra, quæ carmen consumit, & fingitur canis, quia ossibus incubat. vnde

Ossa super recubans antro semesa cruento.

De eo Hesiod. in Theog. & Higin. Apollodorus lib. 3. eum sic describit εἶχε δὲ οὗτος τρεῖς μὲν

C κυνῶν κεφαλάς, τὴν δὲ οὐρὰν δράκοντος: κατὰ δὲ τοῦ νώτου παντοίων εἶχεν ὄφεων κεφαλάς. *Tityo iugera pauca nouem.* id est, cui vix satis nouem iugera sunt porrecto. de Tityo dictum ad eleg. 20. libr. 2. vers. 31. Virg. 6. Æneid.

Per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur.

Homer. 11. Odyss. de Tityj pœna ob tentatam Latonæ pudicitiam.

——ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.

vide Apollod. lib. 1. Quid iugerum docet Varro 4. de ling. Lat. & cap. 10. libr. 1. de re rust. & Columella cap. 1. libr. 5. & Plin. cap. 3. libr. 18.

D AN *ficta in miseras descendit fabula gentes.*] *fabula* proprie quilibet sermo, vnde fabulari vt historia quælibet narratio, & sæpe de fabulosis dicitur, ideoque addit *ficta*, vt & Tibull. eleg. 4. libr. 3.

Non est in vanum fabula ficta iocum.

ergo *ficta*, μυθική: nam poëtarum est fingere. Proprie autem dixit *fabula descendit*, quia è cœlo capitibus hominum imminet superstitio; vnde & est dicta. Lucret.

Quæ caput è cœli regionibus ostendabat
Horribili super aspectu mortalibus instans.

Miseras autem *gentes* vocat, quia miserum est

E semper metu Deorum angi: & superstitio metus inanis Deorum est. de hac Cicero 1. de Nat. Deorum: *Imposuistis in ceruicibus nostris sempiternum dominum, quem noctes diesque timeremus.* vnde miserè rimere.

ET *timor haud vltra quam rogus esse potest.*] id est, non potest esse post cineres. Sic Cæsar apud Sallustium in Catilina. *Mortem*, inquit, *cuncta mortalium mala dissoluere, vltra neque curæ, neque gaudio locum esse.* Cui Cato respondet, & obiicit eum falsa existimare quæ de inferis memorantur. At Plin. lib. 7. *Vni* (omnium animantium) *homini data superstitio, & cura post se de futuro.*

futuro. Seneca in Consol. ad Martiam facit ad hunc locum poëtæ: *Luserunt ista poëta, & vanis nos agitauere terroribus. Mors omnium dolorum & solutio est & finis.* perturbationes morbi sunt; ergo intereunt.

Exitvs *hic vita superest mihi. Vos quibus arma Grata magis, Craßi signa referte domum.*]

id est, ætatem grauem in iis studiis consumam & finiam. at contra eleg. 26. lib. 2.

Exitus hic nobis non inhonestus erit.

Vos quibus arma Grata magis &c. id est, quibus bella magis placent. *Ite & Romana consulite historia*, vt dixit sup. De signis Crassi Plutarch. in Antonio ὅπως τῶν ἐκείνων πρὸς τούτοις τὰς σημαίας ἀξιῶν ἀναλαβεῖν. Horat. oda vlt. lib. 4.

Et signa nostro restituet Ioui
Direpta Parthorum superbis postibus.

Virg. 7. Æn. —— *Partosque reposcere signa.*

ipse eleg. 6. lib. 4.

Hic referat sero confessum fœdere Parthum
Reddat signa Remi, mox dabit ipse sua.

Vide Sueton. in Aug. cap. 21. & Ouid. 5. Fast.

AD ELEGIAM VI.

Dic *mihi, de nostra, quæ sentis vera puella.*] ex more quem tangit eleg. 22. lib. 2. hoc versu.

Et rursum puerum quærendo audita fatigat
Quem quæ scire timet, dicere plura iubet.

argumentum huius elegiæ est: sed per dialogismum. vt apud Horat. o. 12 *Donec gratus*, &c. & Anacreontem de columba. *Dic mihi.* idem initium Asinariæ Plauti. & *dic mihi* initio carminis, vt Odysseæ Ἄνδρα μοι ἔννεπε. & Theocr. Id. qui inscribitur, Battus: εἰπέ μοι ὦ Κορύδων τίνος αἱ βόες. dixi de hoc genere locutionis plura ad eleg. 32. lib. 2. vers. 55. *Dic mihi vera*, vt Plauti Pseud. *Dic mihi verum serio.* Est autem formula, *Dic veram.* qua & Martial. vsus epigr. 75. libr. 8. vel *vera* iungitur cum *sentis*, vt sit, quæ vera credis, vt qui citò scis, quasi id sensu perceperis. sic eleg. 14. lib. 2.

Hoc sensi prodesse malum.

Sic *tibi sint dominæ, Lygdame, dempta iuga.*] hoc genere sermonis aliquid impetraturi bene precamur, vel aliis, vel nobis. aliis, vt eleg. penult. lib. 1. *Sic te seruato poßint gaudere parentes.* vbi vide plura hac de re adnotata. Nobis, vt eleg. 15. infra. *Sic ego non vllos* &c. *Lygdame.* huius fit mentio eleg. 7. & 9. lib. 4. sed ita vt nescias Propertijne seruus, an Cynthiæ fuerit. eo se nomine Tibullus appellat cum ait: *Lygdamus hic situs.* est apud Herodotum Lygdamus quidam Naxius Pisistrato adiutor in recuperanda Tyrannide. *Dominæ dempta iuga*, ambigoè. *Dominæ*, vel heræ tuæ Cynthiæ, vel heræ tuæ & meæ Cynthiæ; quia cum sim illius, & tu, qui meus es. vel *dominæ*, amicæ. id est, ita semper liber sis ab amoris imperio. vt lib. 2.

Hostis si quis erit nobis amet ille puellas.

Iuga, pro iugo & seruitio, cuius symbolum est iugum. sic eleg. 5. lib. 2.

—— *iniusto subtrahe colla iugo.*

Demere iugum, vt Horat. oda 6. lib. 3.

Et iuga demeret bobus fatigatis.

A demimos enim molesta, vt Virg.

Curas his demere dictis. & Horat.

Quæ lædunt oculos festinas demere.

Nvm *me lætitia tumefactum fallis inani,*
Hæc referens, quæ me credere velle putas?]

id est, Num me falso iactas gaudio renuncians & mihi narrans, quæ mihi grata esse auditu arbitraris, quia opto? *Tumefactum lætitia*, vt Cicero pro Murena: *Cum Italiam spe atque animis inflatam peteret. Lætitia inani*, falso gaudio Terentius dixit, & Virgilius 6. Æneid. Cic. 4. Tusc. *Inanis alacritas.* id est, lætitia gestiens. Idem ibid. *Lætitia est opinio recens boni præsentis, in quo efferri*
B *rectum videatur.* An pro spe vt contra spes pro lætitia? Sic *spes inanes* apud Virgilium. *Quæ me credere velle putas*, quia vt ait P. Syrus, *Amans quod suspicatur, somniat.* & Ouid.

Credula res amor est.

Omnis *enim debet sine vano nuntius esse,*
Maioremque timens seruus habere fidem.]

An id ait, Seruo timenti maiorem habendam esse fidem? vt eleg. 23. infra:

Qui non signatas iussit habere fidem.

& Ouid. eleg 10. lib. 3. Trist.

Vix equidem credar. sed cum sint præmia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem.

C id est, ei est credendum. An *habere maiorem fidem* dicitur, qui fidelior est. sic enim eleg. 24. lib. 2.

Sed multos non habuisse fidem.

fidelior, inquit, qui timet Dominum, quam qui eum falso lactat gaudio, qui metuere potius, quam sperare iubet. Sic & eleg. 18. lib 1.

Tenere fidem, est fidelem & taciturnum esse. Muretus aliter legit hunc locum, quem vide.

Nvnc *mihi, si qua tenes, ab origine dicere prima*
Incipe, suspensis auribus ista bibam.]

Sic Virg. 1. Æneid.

O Dea si prima repetens ab origine pergam.

D & 3. Georg.

Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

& 4. Georg. —— *altius omnem*
Expediam prima repetens ab origine famam.

Ouid. 1. Met.

Primaque ab origine mundi. Varro, apud Nonium in *exodium. Vitæ cursum vt cognoscere possem, atque seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ducta.* Catull. eodem sensu dixit.

Vltima ex origine. vet. gloss. *Ab origine*, ἀπὸ ἀρχαιογονίας. *Suspensis auribus*, attentis, sed non sine animi quadam fluctuatione. sic cape & illud Virg. 4. Æneid.

Pendetque viri narrantis ab ore. apertè Tibull.

E *Suspensa timore.* & Virg. 2. Æneid.

—— *timor excitat omnis*
Suspensum. *Suspensus*, inquit Nonius, *sollicitus.*

Auribus bibere, vt Virg. 4. Æneid.

Vocemque his auribus hausi. Horat. od. 13. lib. 2.

Densum humeris bibit aure vulgus. Ouid. el. 5. l. 3. Trist. *Ore meo lacrymas, auribus illa* (verba) *bibi.* eadem translatione Cicero ep. 14. lib. 2. ad Attic. *Fac venias ad sitientes aures.* & Bion in epitaphio Adonidis ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα. & Virg. 1. Æneid. *Longumque bibebat amorem.*

Plaut. in Pœnulo: *Oculis epulas dare.* In Aulul. *Nimirum libenter edi sermonem tuum.* In Cystell. *Istic*

mihi cibus eſt quod fabulare. Artius in Aſtyanacte, apud Nonium in *veſci*, pro, videre: *Priuſquam infans* (eſſes) *facinus oculi veſcantur tui.* Martial.

Inſpexit molles pueros, oculiſque comedit.

Varro Eumenid. apud Nonium in *ebriis*: *Et alteri ſartis auribus dape atque ebriis.* [illegible] *conſurgimus ieiunis oculis.* Iuuenal. ſat. 7.

—— miſeram vinoſus inebriet aurem.

SICCINE *eam incomptis vidiſti flere capillis?*] Iudicium mœroris & luctos inornati, paſſi, ſoluti, ac iacentes crines, vt el. 15. lib. 1. verſ. 11. adnot.

ILLIVS *ex oculis multa cadebat aqua?*] pro, lacrymæ manabant? ſic & de ſudore dixit eleg. 22. libr. 2.

Frigida de tota fronte cadebat aqua.

NEC *ſpeculum ſtrato vidiſti, Lygdame, lecto?*] an in lecto ſtrato nullum erat ſpeculum? an cum lecto ſtrato? vtrumque nec ſpeculum in lecto, nec lectum ſtratum fuiſſe iudicium probæ feminæ. nam ſpeculum ad commendationem formæ pertinet; & lectus aulæis, purpuraue ſtratus ad luxuriam. vnde Salmacis apud Ouid. 4. Met.

Et quid ſe deceat ſpectatas conſulit vndas.

nam lympida aqua eſt ſpeculi vice. De ſpeculi vſu Apuleius apologia priore. *Strato lecto*, Sternitur & lectus, vt oſtendi ad Catulli Ariadnam, & ipſa veſtis, vnde *ſtragula veſtis.*

ORNABAT *niueas nullaue gemma manus?*] *ue* defendi poteſt. nam diſiunctis, pro, coniunctis & contra ſumi Iuriſconſulti docent. Paulus l. *Sæpe, de verb. ſign.* vt in 12. tab. *Super tabula pecuniaue.* & ipſe eleg. 8. lib. 2.

Munera quanta dedi, vel qualia carmina feci.

ſic apud Ouid. eleg. 5. lib. 3. Triſt. dixit *Neue*, pro, ac ne. *Gemma*, pro, annulus. de gemmis annulorum Ouid. eleg. 15. lib. 2. Amor. & Plin. cap. 1. lib. 33. Tibull.

Sæpe velut gemmas eius, ſignumque probare.

id eſt, annulum ſignatorium. Gemmas ſæpe cum lapillis & margaritis poëtæ confundunt. Vlpian. ex Seruio Iuriſconſulto diſcernit l. *cum aurum.* §. *perueniamus.* D. *de aur. & argent. leg.* Petit vero hic an Cynthia gemmam geſtarit in eburneis ſuis digitis, quia ea in luctu ornamenta ſolebant ponere. vt apud Liuium lib. 10. & 43. de Cynthiæ gemma ipſe agit eleg. 7. libr. 4. *Ornabat manus*, vt eleg. 3. lib. 4.

Cryſtallusue tuas ornet aquoſa manus.

Inde *ornamenta muliebria* l. 26. de aur. & arg. leg. vt inaures, gemmæ, armillæ. Sed Tertull. in lib. de habitu muliebri; cultum in mundo muliebri ponit, ornatum in cura capillorum, & aliarum rerum ſimilium.

AC *mæſtam teneris veſtem pendere lacertis?*] Totus hic locus ſimilis eſt illi Terentiano *in Phorm.* ſc. 3. act. 2.

Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus:
Mediocriter veſtitam veſte lugubri:
Sine auro tum ornatam, ita vt quę ornantur ſibi.
Nulla mala re eſſe expolitam muliebri.
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter. *Mæſta veſtis*, quæ mœrentem decet, vt mox, *Triſtis domus.* ſic *mæſti*

A *fletus* Catullo, &, *mæſta lumina.* Virg. 3. Æn.

—— ſtant manibus aræ
Cæruleis mæſta vittis. ſic valua mœrere dicitur eleg. 31. lib. 2. *Pendere*, demiſſam eſſe negligenter. *Lacertis*, humeris. Virg. 6. Æneid.

Sordidus ex humeris nodo pendebat amictus.

SCRINIAQVE *ad lecti clauſa iacere pedes?*] hoc quoque indicium eſt inornatæ & incultæ. nam ſignificat nihil vnguentorum, & fucorum depromere inde voluiſſe. Iſidorus: *ſcrinia*, inquit, *vaſa in quibus ſeruantur libri, vel theſauri, vnde ſcriniarij apud Romanos, qui libros ſacros ſeruant.*

B Suidas: [illegible]: vnde & ſæpe in codice: *ſcrinia libellorum, memoriæ epiſtolarum.* Horat.

Calamum & chartas & ſcrinia poſco. Item.
Me ne Chryſippi ſcrinia lippi Compilaſſe putes.

Catull.

Nam ſi luxerit ad librariorum Curram ſcrinia.

Sed hic ſcrinia vnguentorum; vt apud Plin. cap. 1. libr. 13. de ſcrinio vnguentorum Darij. Plaut. in Moſtell. act. 1. ſc. 3. *arculam* vocat.

Cedo mihi ſpeculum, & cum ornamentis arculam.

Ad pedes lecti; vbi etiam nunc collocari ſolent. ſic Gell. cap. 15. lib. 10. *Apud fulcrum lecti capſu-*

C *la.* Apul. lib. 5. *Ante lectuli pedes iacebat arcus & pharetra.* *Pedes lecti*, κλινόποδα. gl. vet. *lecti pedes*, κλινόποδες. Pedes lectorum & menſarum, qui lectos & menſas ſuſtinent. Iuriſconſulti D. de ſupell. leg. Dixi hac de re plura ad illud Catulli *Candido pede lectuli.*

TRISTIS *erat domus? & triſtes ſua penſa miniſtræ Carpebant? medio nebat & ipſa loco?*] id eſt, Tecta ipſa & parietes lugere videbantur? Nam non loquitur de familia cum ſequantur miniſtræ. Sic Virg. *Triſtis ſine ſole domus.* contra Catull.

Queis permulſa domus iucundo riſit amictu.

D *Miniſtræ*, famulæ, anculæ, ſiue ancillæ. quia anculare, miniſtrare: Feſt. *Carpebant penſa.* id eſt, deducebant & trahebant. vt eleg. 11. infra.

Tam dura traheres mollia penſa manu.

ſic apud Horat. oda 27. libr. 3. *Carpere penſum.* Virg. 1. Georg.

Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ.

Carpitur quod legendo, vel trahendo paulatim minuitur, vt lana, iter, ætas, flores, *Penſum*, inquit Iſidor. cap. 29. lib. 19. *à pendendo dictum.* obſcurè. Lanam ſcilicet appendebant ancillis heræ, quam eodem pondere redderent in filo, deductis burrhis & quiſquiliis. Titinius fullo-

E nibus apud Nonium in *putare.*

Date penſam lanam; qui non reddet tempori
Putatam rectè, facite vt multetur malo.

Per tranſlationem ſæpe Plautus: *penſum facere*, accurare & abſoluere. *Nebat & ipſa medio loco.* Lanificij peritam fuiſſe Cynthiam didicimus ex eleg. 3. libr. 1. verſ. 41. *Medio loco*, qui honoratiſſimus, vt docui eleg. 31. lib. 2. verſ. 38. ſic apud Virg. 4. Georg.

Eam (Cyrenem) *circum Mileſia vellera Nymphæ*
Carpebant. Ouid. 2. Faſt. de Lucretia.

Ante torum calathi, lanaque mollis erat.
Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant,
Inter quas tenui ſic ait illa ſono.

Liuius lib.1. de eadem: *Nocte sera deditam lanę, inter lucubrantes ancillas, in medio ędium sedentem inueniunt.*

HVMIDAQVE *impressa siccabat lumina lana?*] id est, vdos oculos tergebat. vt Ouid.13.Met.

—— manuque simul lacrymantia tersit

Lumina. & Apul. lib.4. Asini aurei: *Et puellā nuperam deterget lacrymas ipso suo flammeo.* & lib. 5. *Lacrymas eius suis crinibus detergens. siccare lumina*, vt eleg.19.lib.1. *Lacrymas siccare cadentes.* Ouid. in epist. Herûs.

Dumque queror lacrymę per amātia lumina manāt,
Pollice quas tremulo conscia siccat anus.

Stat. in Genethl. Lucani lib.2. Sylu. id dixit:

—— leniterque decidentes
Abrasit lacrymas nitente plectro.

Sed hîc lanâ, quæ ad manum erat, & facile combibebat lacrymas. vnde *Lanoculus, qui lana*, vt inquit Festus, *vitium oculi tegit. Impressa*, ad oculos admota nitendo & fulciendo. nam mollia cum imprimuntur, manu incumbimus in ea. Id σίζειν Medicis veteribus. Cornelio Celso lib.7. fulcire: περὶ κιρσίας ὄρχεων. *Quod vbi incidis linamenta super non fulcienda: sed leniter ponenda sunt.* vbi fulcire τὸ πιέζειν.

RETTVLIT *& querulo iurgia nostra sono?*] id est, dixit, memorauit, vel iterum & sæpius dixit, nec semel de me quæsta est. *Iurgia*, querelas & conuicia, vt eleg.3. lib.1.

Expertę metuens iurgia sęuitię.

Iurgia verba aspera sæuè dicta. Festus: *Iurgatio, iuris actio.* ideo iurgium leuior res, quam lis, & illud inter beneuolos & amicos, hæc inter inimicos dissensio. Cicero 4. de rep. apud Nonium. *Nostra iurgia*, quibus nos insectari, & increpare solet. vel *nostra*, nobis aduersa, vt eleg.1. lib.1. *Nostra Venus.* sed legitur *nota*, vt eleg.3. lib.1. *Iurgia experta sęuitię. Querulo sono*, mœsta voce dixit Virgil.

—— & mœstis latè loca vocibus implet.

ipse *querulam vocem* vocauit eleg.7. lib. 4. ergo sonus, hic, pro, voce, vt & alias sæpe.

HÆC *te teste mihi promissa est, Lygdame, merces?*] hoccine mihi miseræ pollicitus est Propertius fidei præmium? Similis conquestio apud Virg.1. Æneid. *Hic pietatis honor?* Ouid. 2. Met.

—— hunc fertilitatis honorem
Officijque refers?

Plaut. Rudent. sc.3. act.1. *Hanccine ego partem capio, ob pietatem pręcipuam? Merces* in deteriorem partem, vt pretium, præmium. Virg.7. Æneid.

Hac gener atque socer coëant mercede suorum.

id est, pœna. & in Sileno: *Huic aliud mercedis erit. Promissa*, arguit perfidiam. sic eleg.5. lib. 2.

Hoc merui sperare. Te teste, quasi diceret: Seruum testem negligit ille, sed non impune. Dij enim vlciscentur. vt Catull.

Si tu oblitus es, at Dij meminere, at meminit fides.
Quę te vt pœniteat postmodo facti faciet tui.

Serui autem in iure ciuili pro nullis habentur L. *quod attinet.* D. *de reg. iur.* Ideo in testamento seruus testis esse non potest. Instit. *de Testam, §. Testes.* Præterea non licet seruo in iudicio consistere aduersus dominum, nisi ex

A certis causis. l. *vix certis.* D. *de Iudiciis.* Sed hic iuris gentium ratio habetur, non ciuilis, ob fidem commune vinculum societatis humanæ.

EST *pœnę seruo rumpere teste fidem.*] Alij libri habent, *In puna*, pro impune, est ironia. *Esse pœna*, vt esse laudi, gloriæ, infamiæ, malo. *Pœna*, inquit Varro 6. de ling. Lat. *à puniendo, vel pœnitendo, quod post peccatum sequitur.* Pœna autem à periuris, & fidem violantibus diuina, exitium: humana dedecus. Cicero. 2. de leg.

ILLE *potest nullo miseram me linquere facto?*] id est, Tam durus est, vt me linquat? sustinet id facere? sic eleg.12. infra:

B *Postume plorantem potuisti linquere Gallam?*

vtitur sæpe hoc verbo, vt ostendi ad eleg. 8. lib.1. vers. 5. *Miseram*, amantem & innocentem. *Nullo facto*, nullo meo merito. factum in deteriorem partem, vt eleg.18. lib.1. vers.26.

ÆQVALEM *nulla dicere habere domo?*] Scaliger legit. *Ac qualem*; & sic exponit. Ille potest se dicere habere domi suæ amicam, qualem nulla domo alius habere possit. Libentius legerem: *Et qualem nullas discet habere domos.* vel *disces habere domo.* pro, se habiturum domo, vt eleg.24. lib.2.

Imprimus vna discas amare domo.

C An *æqualem*, parem mihi, & *ducere*, habere: nam & ducitur, & habetur scortum.

GAVDET *me vacuo solam tabescere lecto:*] Acerbè dictum in maleuolum ingenium, vt eleg.8. libr.2. dictum ad illud.

Interitu gaudeat illa suo. Sic: Amor lacrymis, Mars cæde, fortuna sæuo est læta negotio. *Tabescere*, veluti tabe paulatim carpi, & consumi. *Tabes amoris*: Virg.6. Æneid.

Et quos durus Amor crudeli tabe peredit.

vide adnot. ad eleg.15. lib.1. vers.20.

Vacuo lecto, vnde abest quem amo. dixi ad eleg. 15. lib.1. vers.18.

D SI *placet insultet, Lygdame, morte mea.*] τὸ, *Si places*, sæpe cum stomacho, vt adnot. ad eleg. 9. lib. 2. vers.37. *Insultet morte mea*, me mortuum calcet, & pedibus proterat, quo nihil insolentius & scelerarius. vide adnot. ad eleg. 5. libr.2. vers.7. *Morte mea*, pro morti, sextus casus, pro tertio, vt eleg.18. lib. 1.

—— vt non altera nostro
Limine formosos intulit vlla pedes.

Si legitur, *mea*, dictum vt à Lucillio

Esuriente leoni ex ore exsculpere pręadam.

Mors mea, pro ego mortuus. vt adnot ad eleg. 13. lib.2. vers.22.

E IMPROBA *non vicit me moribus illa, sed herbis:*] versus hic placet ita dimensus, vt in vet. lib. *Non me moribus illa sed herbis improba vicit.* vt singulribus interpellatam orationem referat. vt eleg.1. lib. 2.

Cum te iussit habere puellam cornua Iuno.

Improba, & scelesta & impudica, vt identidem adnot. *vicit*, vt el.8. lib.2. *Vinceris aut vincis &c. Non moribus*, non ingenio & morigeris modis, ac obsequiis. Lucret.

Nam facit ipsa suis interdum femina factis,
Morigerisque modis. Cynthiæ autem modo faciles, & gratos mores tribuit, vt eleg.10. lib.2.

Quod si nec nomen, nec me tua forma teneret,
Posset seruitium mite tenere tuum.

Modo duros, vt eleg. 5. lib. 2.

Nec mihi tam duris insultet moribus.

Sed herbis, veneficiis, vt adnot. ad eleg 4. lib. 2.

Non hic herba valet, &c. & eleg. 1. lib. 2.

Circæo gramine.

STAMINEA *rhombi ducitur ille rota.*] vt non amplius suæ spontis sit, sed vi veneficiorum ire eo cogatur. *Ducitur*, vt eleg. 6. lib. 2.

Vxor me nunquam, nunquam me ducet amica.

Theocr. Φαρμ.

Ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

sic Lucan. lib. 6.

—— quos non concordia mistis
Alligat vlla toris, blandæque potentia formæ,
Traxerunt torti magica vertigine fili.

Rota rombi, an quia rotatur rhombus, & voluitur? nam *ῥόμβος ἐπὶ τρόχος χάλκεος*, vt adnot. ad eleg. 18. libr. 2. vers 35. vbi de eo pluribus disserui. *Staminea*, quia filo & licio circumdari & vinciri rhombum constat exemplis citatis ad elegiã prædictam. vnde sunt qui putent apud Virg. significari his verbis.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circumdo.

ILLVM *turgentis ranæ portenta rubetæ,*
Et lecta ex sectis anguibus ossa trahunt.]

Sic infra eleg. 11.

Et trahit addictum sub sua iura virum.

vide prouerbium: *Iynge trahi. Portenta ranæ*, vt *monstrum hominis*, rana portentosa. Sic Virg. 1. Georg.

Inuentusque cauis bufo, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt.

Quid proprie portentum dicetur ad eleg. 22. infra. vers. 28. De rubeta Plin. cap 31. libr. 8. *Ranæ quoque rubetæ, quarum & in terra & in humore vita pluribus referta medicaminibus, deponere ea quotidie, ac resumere à pastu dicuntur, venena tantum sibi reseruantes.* Idem cap. 5. lib. 32. *Sunt quæ in vepribus tantum viuunt, ob id rubetarum nomine, quas Græci Phrynos vocant, grandissimæ cunctarum; geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum.* deinde multis enumeratis etiam amorem iis conciliari scribit. Meminit & alibi sæpe. vet. gloss. *Rana rubeta, φρύνος.* Iuuenal. sat. 5.

—— quæ molle Calenum
Porrectura viro miscet sitiente rubetam.

& sat. 6.

At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ.

& sat. 3. *—— funus promittere patris*
Nec volo, nec possum: ranarum viscera nunquam
Inspexi.

Ouid. eleg. 6. lib. 3. Amor.

Aut te traiectis Ææa venefica ranis
Deuouet; aut alio lassus amore venis.

Horat. oda 5. epod.

Et oua turpis vncta ranæ sanguine.

Turgentis, intumescentis veneno, vel quia rubetæ grandissimæ cunctarum, vt ait Plin. loco citato. *Ossa lecta è sectis anguibus*, an sublata cum iacerent, vt eleg. 24. lib. 2. *Qui legat ossa die.* Seneca cap. 12. de Consol. ad Matt. *Medicorum lacerationes ossa viuis legentium.* An ossa electa, quia non quorumlibet anguium ossa rei apta

A sint. Secti angues, vt ossa extrahantur per anatomen. Serpentum & anguium vsus in sacris magicis, vnde *Angitia*, siue *Angustia* Medæa, quod, vt ait Seruius, eos angeret carminibus. Idem Seruius angues ait esse aquarum, serpentes terrarum, dracones templorum. Plin. cap. 4. lib. 29. de variis remediis ex anguibus etiam viuis compræhensis. & cap. 5. lib. 30. de remedio ex eorum adipe, vel cinere, vel medios edendo abscissis vtrimque artubus.

ET *Strigis inuenta per busta iacentia plumæ.*] Alludit ad bustuarias veneficas. Hesychius, *τυμβάδας ἔλεγον τὰς φαρμακίδας, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ τοὺς τύμβους ἀφανίζειν.* *Per busta iacentia*, inter sepulchra,
B vbi versantur striges & veneficæ: Horat. sat. 8. libr. 1. *Iacentia busta*, diruta, & euersa, ac mali ominis, & quia veneficæ rimantur ossa mortuorum. sic eleg. 3. lib. 4. dixit: *Illa*
Traxit ab euerso lumina nigra rogo.

& Virg. *Troia iacet.* An iacentia, humilia, vt Virgilio, *terrasque iacentes*? an legendum *latentia*, id est, deuia & occultata: ea enim loca sectantur veneficæ? *Plumæ strigis inuentæ.* Horat. oda 5. epod. *Plumamque nocturnæ strigis.* ipse eleg. 5. lib. 4.

Consulmitque striges nostro de sanguine.

Ouid. eleg. 12. lib. 1. Amor.

C *Vulturis in ramis & strigis oua tulit.*

quas idem describit. 6. Fast. Addit mox:

Est illis strigibus nomen: sed nominis huius
Causa quod horrenda stridere nocte solent.

Plaut. Pseud. sc. 2. act. 3. *Non condimentis condiunt, sed strigibus Viuis conuiuis intestina quæ exedunt.* Inde maleficis mulieribus, quas volaticas fingebant inditum nomen: Fest. in *Striges.* vide Plin. cap. 39. lib. 11. Apul. lib. 3. *Infelicium nauium durantibus damnis.* lego *auium*; & damna interpretor, demptas iis plumas. Seneca Medea: *Mæstæque cor bubonis, & raucæ strygis exsecta viuę viscera.* Petron. *Quæ striges comederunt neruos tuos? aut quod purgamentum in nocte calcasti?*

D CINCTAQVE *funesto lanea vitta viro.*] vittæ à viendo opinor, vincula; vel sacerdotum, vt 3. Æneid. *—— vittasque resoluit*
Sacrati capitis.

vel virginum, vt ipse eleg. vlt. libr. 4. *Cinxit & aspersas altera vitta comas.* vel hostiarum, vt 2. Æneid.

Vittæque Deûm quas hostia gessi.

vel ararum, vt 3. Æneid. *Stant manibus aræ*
Cæruleis mæstæ vittis.

Isidor. cap. 31. libr. 19. Vittæ sunt quæ crinibus innectuntur, & quibus fluentes religantur capilli: dictæ quod vinciant. Item: vitta qua corona vincitur: Tænia
E extrema pars vittæ. Cum igitur vittarum vsus fuerit in funeribus & sacris Deorum Manium, vt 3. Æneid. *Stant manibus aræ*
Cæruleis mæstæ vittis. & 5. Æneid.
Puniceis ibant euincti tempora tæniis.

Festus autem tænias ornamentum laneum capitis coronati interpretetur: proferatque istuc ex Cæcilij Androgyne: *Sepulchrum plenum tæniarum, ita vt solet.* An vt coronati mortui lana, & laneis vittis sepulchra, sic & funus prosequentes? *funestus* igitur *vir*, qui funeratur, & alios funestos facit, vt funestum omen, auis funesta.

vel ipsi quos funus incestauit, & egent lustratione. vide Festum in *Aqua*, & Cic. 2. de leg. *Quæ funesta familia finis*. In Vatin. *Te funestum in templum intulisti*. id est, atratum, & ex funere redeuntem, necdum expiatum. Beroaldus funestum virum, cæde contaminatum, & incinctum vitta sacerdotali exponit, vel ad laqueum & vinculum strangulati refert. neutrum rectè. De vitta lanea ipse eleg. 6. lib. 4.

Terque focum circa laneus orbis eat.

& Virg. ecl. 8.

——— *& molli cinge hæc altaria vitta.*

id est, lanea. & 3. Georg.

Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aras,
Lanea dum niuea circumdatur infula vitta. &c.

vbi tamen alias, *Linea*. Plin. cap. 2. libr. 24. Lanæ religiosam ait apud Rom. auctoritatem fuisse, quod ea postes à nubentibus augerentur. Tæniarum lanearum in sepulcris quas Græci μαίνας vocant meminit. sic Scaliger. & Varro 6. de ling. Lat. *Cum ad sepulchrum ferunt frondes ac flores, addunt nunc lanas*. vnde Lucan. libr. 2.

Obsita funerea celatur purpura lana.

Si *non vana canunt mea somnia, Lygdame, testor*
Pœna erit ante meos sera, sed ampla pedes.]

id est. Si non falsa, vt solent, prædicunt. qua de re Tibull. eleg. 4. libr. 3. & Cic. 2. de diuin. Somnia sua solebat Cynthia deferre ad coniectorem, vt eleg. 29. lib. 2.

Ibat & in casta narratum somnia veste.

& eleg. 7. lib. 4. ipsa Cynthiæ vmbra:

Nec tu sperne piis venientia somnia portis,
Cum pia venerunt somnia pondus habent.

vide Plut. in Sylla, de fide somniorum. *Vana*; falsa, vt eleg. 3. lib. 1. de eadem re,

Obstupui vano credulus auspicio.

& hac eleg.

Omnis enim debet fine vano nuncius esse.

Vana canunt, vt contra Tibull. eleg. 5. lib. 2. *Vera cano*, &c. an legendum, *cadunt*, id est, accidunt, euadunt, eueniunt. sic cadere, pro euenire, vbique M. Tullius. *Testor*, te appello, & eius rei meminisse volo. dicebant, *Testis esto*. Festus in *Contestari*. & ipse eleg. 22. libr. 2. *Testis eris* &c. *Pœna sera sed ampla*. quia sera ideo ampla, siue magna & grauis, vt eleg. 25. lib. 2. *Si qua venit serò magna ruina venit*. Stat. 5. Thebaid.

Lentoque irrepunt agmine pœnæ.

Horat. oda 2. libr.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Consulendum prouerbium; *Dij laneos habent pedes*. Cæsar. 1. belli Gallici: *Lento quidem gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, sed tarditatem supplicij grauitate compensat*. vide Plutarch. de sera numinis vindicta, & in problematis. & Valer. Max. cap. 2. lib. 1. de neglecta religione. *Ante pedes*, an in promptu, & in potestate mea, vt victoris ante pedes prostrati victi & supplices, vt eleg. 11. infra:

Et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes.

Putris *& in vacuo texetur aranea lecto*.] *Putris*, an vetus araneæ tela, & pœne consumpta

A situ. vt eleg. 25. lib. 2.

Putris, & in vacua requiescat nauis arena.

An quia ipsæ araneæ putredine, & situ nascuntur. *putris aranea*, vt Virg. 3. Georg.

——— *nec telas possunt attingere putres.*

araneæ, pro telis, Titinius Gemina apud Nonium. *Euerrite ædes, abstergete araneas*. vulgo *abstergite*. genus autem prouerbij est de re deserta situque pereunte. Lucian. in Pseudologista ὑφαίνει ἡ ἀράχνη μίτον. vide plura hac de re adnot. ad eleg. 6. libr. 2. *Texetur*, id est; opus araneæ & tela fiet. nam aranea pro tela araneæ. alioqui non texitur aranea, sed texit.

B Noctibus *illorum dormiet ipsa Venus*.] id est, in eorum voluptatibus nocturnis, cum vna iacebunt. vt eleg. 28. lib. 2.

Votiuas noctes & mihi redde decem:

Dormiet, vt Iuuenal. sat. 2.

Vbi nunc lex Iulia? dormis? Varro sexagesi apud Nonium. *O stulta nostri pectoris dormitio*: id est, stupor. sic *Dormiant ferulæ*. Mart. epigr. 62. lib. 10. & Plaut. Curcul. *Viden, vt dormiunt pessuli pessumi*. Ergo, *Dormiet*, languebit iners, vt apud Plaut. *Vigilans dormis*. & *dormitator* & *dormitat Homerus* apud Horat. & Terent. Phorm. sc. vlt.

C *Inde filiam suscepit vnam, dum tu dormis.*

Quæ *tibi si veris animis est questa puella*.] id est, verè & ex animo, non ficta & simulata mente. An *animis*, ira? vt eleg. 5. lib. 2.

Parce tuis animis vita nocere tibi.

est autem enallage numerorum, pro, vero animo, id enim est quod dixit eleg. 18. lib. 1.

——— *neque arguto ficta dolore queri.*

& Catull. *Vera gemunt*. *Queri aliquid alicui*, vt apud Ouid. 5. Fast.

Ibat vt Oceano quereretur facta mariti.

Questa est, vt supra hac elegia.

D *Rettulit & querulo iurgia nostra sono.*

Hac *eadem rursus, Lygdame, curre via*.] id est, Reuertere eandem viam, qua venisti. *Rursus curre*, vel recurre, vel retrò curre. id enim est rursus, retrouersus, inquit Donat. vide Nonium. Sic eleg. 29. lib. 2.

Atque ita me iniecto duxerunt rursus amictu.

exprimit autem illud Græcorum παλινδρομεῖν.

Et *mea cum multis lacrymis mandata reporta*.] id est, mandata & lacrymas, vt eleg. 26. lib. 2.

Quæ tum ego Neptuno, quæ tum cum Castore fratri.

vbi vide adnot. de eo sermonis genere. & ambiguè, *cum multis lacrymis*, & meis & tuis etiam, vt non tantum verbis, sed re quoque

E fidem facias. Sic Virg. 4. Æneid.

Talesque miserrima fletus Fertque refertque soror.

Mandata, commissa verba, velut manui & fidei tradita, vt eleg. 23. lib. 2.

Commissa sua verba ferat dominæ.

Iram *non fraudes esse in amore meo*.] id est. Me iratum illi fuisse, non perfidum. Itaque iram statim deponit, vnde eleg. 5. lib. 2.

Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus vndæ,
Nec dubio nubes vertitur atra noto:
Quam facile irati verbo mutantur amantes.

Fraus sæpe pro scelere, vnde pro perfidia, vt contra *scelus*, pro, dolo. Virg.

A *—— scelerumque inuentor Vlysses.*

sic eleg.10. lib. 2.

Quidue mea de fraude Deos insana fatigas?

Vlpian. l. *aliud.* D. *de verb. sign.* & l. *Cum autem* §. *excipitur. De adil.ed.* & Seru. *In amore meo,* in me amante. vt *Amor Herculis.* id est, Hercules amans. eleg. 13. lib. 1.

M E quoque consimili impositum torquerier igni
Iurabo, & bis sex integer esse dies.]

Id est, Pari doloris & desiderij ardore cruciari affirmabo Deo teste. *Impositum igni*, vt Virg.

Impositique rogis iuuenes. Item.

B *Ignibus imponit sacris libamina prima.*

Cic. 5. Tusc. *In rogum imponitur. Ignis*, amor, desiderium, vt eleg. 9. lib. 1. *Vero nec tangeris igni.* vide illic. *Consimilis*, pro, simili: Plaut. vbique item Lucret. pro *Torquerier* Palmerius legit *torrerier.* & sic ipse eleg. penult. infra:

Correptus saeuo Veneris torrebar aëno.

& Horat. *Me torret face mutua.* &,

Si torrere iecur quæris idoneum.

eodem sensu Apul. libr. 2. Asini: *Quid istuc, inquam? cum sim paratus, vel vno basiolo interim recreatus, super istum ignem porrectus assari?* Sed nihil mutandum. nam eodem auctore Apuleio igni torquebantur serui in quæstionibus libr. 3. *Nec mora cum ritu Graciensi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.* & libr. 10. in formula auctoramenti. *Vri, vinciri, verberari.* Nullis verberibus ait, ne ipso quidem succubuit igni. Ouid. 3. Met.

—— & dum crudelia iussa
Instrumenta necis, ferrumque ignisque parantur.

Iurabo. nam iureiurando purgatio & satisfactio fieri solebat. Plaut. Amphitr. *Aut mihi satisfaciat, atque adiuret insuper.* mox. *Mane arbitratu tuo iusiurandum dabo. Integer esse*, vt Ouid. eleg. 4. lib. 2. Amot.

Spemque dat in molli mobilis esse toro.

Cic. pro Milone. *Liberatur non profectus esse.* Plaut. Bacchid. sc. 2. act. 1. *Eia, nunc ego esse opinor Herculem, tu autem Linus.* Ita vet. libr. vatic. Arnob. libr. 1. *A quo ipsam deitatem fortiti esse sentiunt.* Horat.

Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratis.

Ita vet. lib. Cic. ep. 15. libr. 12. *Veniebant in suspicionem nos demoratos esse.* Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Acceptum refero versibus esse nocens.

& 13. Met. *—— sed enim quia rettulit Aiax*
Esse Iouis pronepos.

Catull. Ait fuisse nauium celerrimus. *Integer*, qui aliam puellam non attingit. Horat. oda 4. lib. 2.

Integer laudo. Bis sex dies, duodecim dierum spatio me iurabo castum fuisse, quo tempore tamen tibi iratus fui. eleg. 10. lib. 2.

Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba.

Q V O D mihi si tanto felix concordia bello
Exstiterit, per me, Lygdame, liber eris.]

Felix concordia, quia pax felices reddit. Ao alma & fecunda, vt contra *Infelix Lolium.* Sallust. *Concordia parua res crescunt, discordia maxime dilabuntur.* elegia tamen 8. infra contra ait:

—— in te pax mihi nulla placet.

Tanto bello, sic Terent. Eunuch. act. 1. sc. 1.

In amore hæc omnia insunt vitia: iniuria,
Suspiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum.

Exstiterit, repente euenerit. Cic. pro Quintio: *Hic Crassi omnes cum Antonius existant. Per me liber eris*, quod habeo summum pretium persoluam tibi: & faciam è seruo sis vt libertus mihi: Terent. Andria. *Liber eris*; alludit ad manumissionis formulam. *Liber esto*, de qua Terent. Adelph. & Plaut. Menech.

Mea quidem causa liber esto, atque abito quo voles.

Per me. id est, opera mea, meoque beneficio. vt eleg. 28. lib. 1.

—— per magnum est salua puella Iouem.

& eleg. 17. infra.

Per te iunguntur, per te soluuntur amantes.

in vtramque partem; vt eleg. prox. seq.

Per te immaturum mortis adimus iter.

Sic Cicero seruum donauit libertate, quod sibi dilatum quoddam iudicium nunciasset: Plutarch.

AD ELEGIAM VI.

C ERGO *sollicita tu causa, pecunia, vitæ es.*] ὦ *Ergo* stomachantis; vel conquerentis, vt dictum ad eleg. 8. libr. 2. vers. 13. pecuniam autem poëta alloquitur, vt Iuuenal.

—— quamuis funesta pecunia templo
Nondum habitas.

Cic. libr. 2. de Rep. apud Nonium, in *pecuniosos*, eos à pecore deducit quod in eo tum opes, vt à locorum possessione locupletes. & à pecu ac pecore, pecunia. Varro 4. de lingua Lat. *Pecunia sacrificium fieri dicebatur, cum fruges fructusque offerebantur, quod iis pecunia apud antiquos constares*: Festus. Columella in præfatione lib. 6. Ouid. 1. Fast.

Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.

D Vlpian. l. *pecuniæ.* 178. & Hermogenianus altera lege, *pecuniæ.* 222. D. *de verb. sign.* ad omnia prætendunt id verbi, quæ in patrimonio sunt. Plin. cap. 3. libr. 33. addit olim nota pecudis signari solitam pecuniam; & confirmat Plutarch. in Publicola, quod in vetustissimis nummis suis ouis, bouis signum cerneretur. *Tu causa sollicitæ vitæ*, inquietam, anxiam ac miseram vitam efficis, quia *Crescentem sequitur cura pecuniam.* vnde dixit elegia 5. supra.

Nec miser æra peto classe Corinthe tua.

E *Sollicitari*, inquit Festus, est solo. id est, loco citari, quod quia molestum, ideo solliciti, anxij.

P E R *te immaturum mortis adimus iter.*] id est. Tu nos ad mortem ducis, sed præcocem & acerbam. hypallage, pro, adimus mortem immaturam: *adire iter mortis*, quod vno verbo *obire.* vide Festum in *ob*, pro, ad. *Adire iter*, vt ire viam, & redire viam. *Iter mortis*, vt eleg. 11. infra.

Et trahere occultum membra soporis iter.

eleg. 27. libr. 2.

Concessum nulla lege redibit iter.

Catull. vocat: *iter tenebricosum.* Ipse eleg. 17. libt. 3.

Est mala, sed cunctis ista terenda via est.

Virg. *Nec via mortis erat simplex.* Horat. & *calcanda semel via leti.* Idem, *mortis gradum* vocat. *immatura mors*, vt Catull.

Certè non tantum mors immatura dolori est
Quintiliæ. Horat.
Maturo propior desine funeri.

Virg. *Et funere mersit acerbo.* Ipse eleg. vlt. lib. 4.

Immatura licet tamen huc non noxia veni.

Translationem aperit Cicero de senectute: *Quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si cocta & matura, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert; senibus maturitas.* Hinc Virg.

Aeui maturus Acestes. Horat. *Maturusq. senex.*

T v *vitijs hominum crudelia pabula præbes.*] id est, vitia nutris & auges, vt eleg. 21. infra:

Ipse alimenta sibi maxima præbet amor.

Virg. 3. Georg.

—— alitur vitium, viuitque tegendo.

vide adnot. ad eleg. 12. lib. 1. vers. 5. *Præbes pabula*, vt Plaut. Rudent. *Piscibus ex alto, credo, præbent pabulum.* Lucret. lib. 4.

Nam fugitare decet simulacra & pabula amoris
Absterrere sibi. Cic. in Catone: *Pabulum studij & doctrinæ.* Idem in Acad. *Pabulum ingeniorum*, vt alibi: *Pastus animorum. Crudelia pabula*, quæ animum pascendo crudeliter lacerant, & crudelitati causam præbent. nam *quid non mortalia pectora cogit Auri sacra fames.* Sic ipse el. 15. lib. 2. dixit *Crudele ferrum.* Stat. 9. Thebaid.

Ibitis æquoreis crudelia pabula monstris.

De auaritiæ malo quæ crudelitatem docuit bene Tullius scripsit pro Sex. Roscio: videlicet ex luxuria auaritiam, & ex aoaritia existere audaciam; inde omnia nasci scelera. *Vitijs*, an curis, vt eleg. 17. infra:

Tu vitium ex animo dilue Bacche meo.

S e m i n a *curarum de capite orta tuo.*] id est, causæ & initia curarum. Sic Ouid. 5. fast.

Est Deus in nobis agitante calescimus illo,
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Cic. 2. Philipp. ex Demosthene: *Vt in seminibus causa est arborum ac stirpium: sic huius luctuosissimi belli, semen tu fuisti.* Idem in Catil. *Stirps ac semen malorum omnium.* Stat. 4. Theb.

Scelerumque ingentia semina mouit.

Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

—— ludi quoque semina præbent Nequitiæ.

Sic Varro apud Nonium: *Hoc* (vinum) *hilaritatis dulce seminarium.* Horat. oda 24. l. 3. eodem sensu dixit: *Eradenda Cupidinis Praui sunt elemẽta.* An *de capite semina*, quia in quibosdam capitibus & scaphis inclusa semina, vt in papaueribus? *De capite orta tuo*, id est, origo to malotum & fons. Ex tuo fonte in hominum vitam nauarunt curæ. Proprie, *de capite*, vt eleg. 15. lib. 2. adnot.

Fluminaque ad caput incipient reuocare liquores.

vnde translatum Virg. 12. Æneid.

—— caput horum & causa malorum.

Cicer. 1. de legib. *Caput exitiorum.* & pro Sex. Roscio: *Caput maleficij.* & sæpe; *à capite arcessere.*

T v *Pætum ad Pharios tendentem lintea portus*
Obruis insano terque quaterque mari.]

Pœti ab oculorum vitio dicti, vt Pompeius
A Strabo, & Appius Cæcus. Horat. *Strabonem*
Appellat Pætum pater, & pullum male paruus
Si cui filius est. vbi Acron & Porphyrio: *Pæti deprauatis oculis, & sursum elatis.* Hinc Venus pœta, limis oculis. Ouid.

Si pæta est, Veneri similis.

Inde Ælij, Papirij, & Arrij Pœti Romæ. Ac nescio, an hic sit Atrius Pœtus, de quo exstat Catulli epigramma, cuius initium *Chommoda dicebat*, &c. Nam in Syriam eum nauigasse, & in Ionio mari submersum ibidem ait Catollus. *Tendentem lintea ad Pharios portus*, vela dirigen-
B tem in Ægyptum, nauigantem Alexandriam. Sic *Aegæo ducere vela salo*, eleg. 6. lib. 1. *Tendere vela*, explicare ventis, à qoibus tenduntur cum implentur. Virg. 3. Æneid.

Tendunt vela noti. & 7. Æneid.
Tendit iter velis, portumque relinquit.

Lintea, vela, de quibus dictum eleg. 4. supra vers. 7. *Pharij portus*, de quibus eleg. 1. sup.

Littora capta Phari. Lucanus:
—— Pharos insula quondam
In medio stetit illa mari. Describitur à Cæsare lib. 3. belli ciuil. à quo ponte coniuncta
C est Alexandriæ. vide Hircium de bello Alexandrino. *Obruis mari*, submergis fluctibus oppressum. vt infra:

Et quacunque meum degrauat vnda caput.

Virg. 1. Æneid.

—— submersasque obrue puppes.

& 6. Æneid.

Quas simul à Troia ventosa per æquora vectos
Obruit Auster. Ouid. ep. 1.
Obrutus insanis esset adulter aquis.

Insana aqua, vt hic *insanum mare.* Idem in ep. Didus: *Quid si nescires insana quid æquora possent.* Sic ipse dixit: *Vesani ponti* eleg. 8. lib. 1. vers. 5. vbi vide adnot. *Terque quaterque*, & dilogiam, &
D *obruis terque quaterque*, & *terque quaterque insano.* Virg. 1. Æneid.

Ast illam ter fluctus ibidem Torquet.

Ibid. *O terque quaterque beati*, vt Homer.

τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις.

N a m *dum te sequitur primo miser excidit æuo.*] id est, dum te captat, vt eleg. 16. lib. 2.

Cynthia non sequitur fasces. Cic. *Sequi lucrum & quæstum.* Nam cupidi sequuntur res cupitas. *Miser*, & auarus, vt eleg. 5. supr. vers. 6. & quia acerba morte. vnde infra: *Miseros primæ lanuginis annos*; & quia *Naufragium*, vt ait Ouid. *Genus est miserabile leti. Excidit*, in mari periit. bene Virg. 6. Æneid. *Excideras puppi.* Plaut. Rud. sc. 3.
E act. 1. *Etiam quæ mecum vecta in scapha est, excidit.* Sic Græcis ἐκπίπτειν. Et Euripidi in Helena ἐκπεσὼν est qui excidit, sed tamen viuus in littus peruenit: Ναυαγὸς ἐκπεσών, οὐ πολλοὶ φίλοι. Lõgè autem aliud est eleg. 2. sup. *Ab æuo Excidet.* Potest & τὸ *æuo* iungi cũ *excidit*, vt apud Ouid. 2. Metam. *Excidit ansis.*

E t *noua longinquis piscibus esca natat.*] id est, fertor arbitrio & impetu fluctuum etiam exanimus, vt eleg. 25. lib. 2.

Cum sæpe in portu fracta carina natet.

Noua esca, quia recens cibus gratior est, & quia nuper periit. *Esca* τὸ δέλεαρ. piscatus verbum,

Galliceè *amorce.* est & verbum aueopij. Plaut. Asin. *Esca est meretrix, amatores aues.* vnde inescare. *Esca piscibus*, vt Varro apud Nonium, *Pollis escam*, quandam satyram inscripsit. & Stat. 9. Thebaid.

——pelagi crudelibus ibit Præda feris.

Item Ouid. eleg. 2. lib. 1. Trist.

Et non æquoreis piscibus esse cibum.

Piscibus longinquis, eius maris quod procul à domo, vt eleg. 9. lib. 2.

Quod si longinquos retinerer miles ad Indos.

Ouid. in Ibin:

Nostraque longinquus viscera piscis edet.

E T *mater non iusta pia dare debita terræ,*
Nec pote cognatos inter humare rogos.] id est, persoluere iusta funeri, exequias & inferias. Cur autem iusta non pote facere? quia fieri non possunt sine aliquo eius mortui membro: Festus in *membrum.* Dicuntur etiam iusta exequiarum & funerum. Cic. 2. de leg. *Sepultura, & iustis exequiarum caruere.* Ibid. *Iusta funeris, & iusta facere, & conficere.* Idem pro Sex. Roscio: *Qui nondum paterno funeri iusta persoluisset.* dicitur & *iusta ferre.* Ouid.

Hanc quia iusta ferunt dixere feralia lucem.

Dare & facere Iurisconsultis pro soluere. id est reddere. *Debita iusta*, διὰ τὸ αὐτό. vt el. 16. l. 1.

Debitaque occultis vota tuli manibus. & hic *Ligata vincula. Pia terra.* An est hypallage, pro ipsa mater pia? an pia terra, iusta, vt eleg. 19. lib. 1. *Tellus iusta.* vbi plura notauimus. & pietas iustitiæ species est. An pia terra, manes sancti & boni, vnde nomen habent, quia dicturus est; *Portabat sanctos alueus ille Deos? Pote*, supple, fuit, id est potuit. sic eleg. 1. lib. 2.

Qua pote quisque in ea conterat arte diem.

Donat. in illud Adelph. *Nihil pote supra.* subauditur est, vel quid simile. & dicitur potis ac pote, vt magis, mage: fortassis, fortasse. Sic dicebant *potesse, potestur, poteratur*: Festus, Ennius. *Humare*, homo tegere, sepelire, quoquo modo condere. De hoc verbi dictum alias. *Inter cognatos rogos.* sic Auson.

Quæ Numa cognatis solemnia dedicat vmbris.

Cognatos rogos, cognata sepulchra, vt apud Valer. Max. *Sepulchrum Lutatiæ gentis.* Caius Iurisconsultus l. *familiaria.* D. *de Relig. & sumpt. fun. Familiaria sepulchra quæ quis sibi familiaque sua constituit. Hereditaria, quæ heredibus.* contra plebi cōmunia sepulcra Horat. Cognatos itaq. rogos, id est, inter cineres & ossa propinquorum in gentilitio sepulchro. *Rogi*, pro cinere & manibus, vt eleg. 8. lib. 2. vers. 20.

S E D *tua nunc volucres adstant super ossa marina.*] An intelligit ossifragas, aquilarum genus Plinio? an mergos de quibus Horat. oda 10. Epod.

Optima quod si præda curuo littore
Porrecta mergos iuuerit?

Ouid. in ep. Ariadnæ:

Ossa superstabunt volucres inhumata marinæ,
Hæc sunt officijs digna sepulchra tuis.

& 3. de arte amandi:

Quantum ad te Thesen volucres Ariadna marinas
Pauit. Petronio dicuntur *Pelagiæ volucres. Ecce*, inquit, *per antennam pelagiæ conside-*

A *rant volucres.*

N V N C *tibi pro tumulo Carpathium omne mare est.*] Carpathium mare à Carpatho insula, quæ è regione Ægypti est, inter Rhodum & Cretam. vide aduor. ad eleg. 5. lib. 2. vers. 11. *Mare pro tumulo*, vt Varro 4. de ling. Lat. *Tiberis priscum nomen Albulam mutatum propter Tiberinum regem Latinorum, qui illic interierit: nam hoc eius, vt tradunt, sepulchrum.* sic Attius Atreo: *Natis sepulchrum ipse est parens.* apud Ciceronem.

I N F E L I X *Aquilo, rapta timor Orithyiæ,*
Quæ spolia ex illo tanta fuere tibi.] *Infelix*, aut sæue, vt infra: *At tu sæue Aquilo.* aut inauspicate,

B aduerse, vehementior, vt Virg. 4. Æneid.

Et medijs properas Aquilonibus ire per altum.

aut scelestè, vt eleg. 23. lib. 2.

Infelix hodie vir mihi rure venit.

& eleg. vlt. lib. 4.

Infelix humeros vrgeat vrna meos.

Aquilo dictus à vehementissimo volatu instar aquilæ, quæ & ipsa ab acutè volando nomen habet. An quod aquili & nigri fluctus eo flante appareant? vnde Virg. 5. Æneid.

——fluctusque atros Aquilone secabat.

Quod & Gellius confirmat ex Aristotelis problematis. *Rapta timor Orithyiæ*, id est, timoris

C causa, vt infra: *Audaci tu timor esse potes.* Ouid. 1. fast. *Cacus Auentinæ timor atque infamia syluæ.* & *timor* tum cum rapiebatur, nam postea assuerat, vt eleg. 26. lib. 2.

Crudelem & Boream rapta Orithyia negauit.

De raptu Orithyiæ dictum est eleg. 20. lib. 2. vers. 31. Pro *timor*, vet. lib. habent *memor.*

——Spolia ex illo tanta,
Scilicet ista tuo victoria digna triumpho.

Si Deus ex vnico adulescentulo spolia & laudem petisti. Simile illud Virgilij:

Egregiam vero laudem & spolia ampla refertis, &c.

D A V T *quidnam fracta gaudes Neptune carina?*] id est, Quid tibi ex naufragio euenit emolumenti? *Gaudes*, de hoc verbo dictum el. sup. vers. 23. Sed Neptuno maritimi mores, & eius liberi immanes.

P O R T A B A T *sanctos alueus ille viros.*] *Alueus* συνεκδοχικῶς, pro naui. Virg. 6. Æneid.

——simul accipit alueo Ingentem Æneam.

vbi Seruius ridicule de alueo fluminis exponit. Sane molliter acceptus esset, vt el. 14. lib. 1.

Tu licet abiectus Tiberina molliter vnda.

Iuuenal. sat. 12.

Cum plenus fluctu medius foret alueus.

E Ouid. 3. fast.

Assiliunt fluctus, imoque à gurgite pontus
Vertitur, & canas alueus haurit aquas.

vet. gloss. *Alueus, σκάφη.* Alueus alio nomine nauia, siue linter: Festus. *Nauia ex vno ligno exsculpto* (id est cauato) *vt nauis; quo vtuntur alueo in vindemia.* At ille alueus vindemiæ aptus, *linter* dicitur Tibullo.

Tum mihi seruabit plenis in lintribus vuas.

Idem Festus: *Alueolum tabula aleatoria.* Varro 4. de ling. Lat. *In alueo expositi* (Romulus & Remus.) Isidor. cap. 6. lib. 20. *Labrum vasis genus, alio nomine alueum.* Inde dictus Alueus fluuij. Pacuuius Niptris, apud Festum in *Serilla:*

A *Nec vlla subscus cohibet compagem aluei.*
id est, nauis. Apul. lib. 11. quod nauem dixerat, mox alueum vocat. Liuius lib. 21. *Alueos informes raptim faciebant.* id est, nauiculas. *Portabat.* id est, vehebat vna cum Pœto. sic el. 5. supr.

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas.

Sanctos viros, integros, scelerisque puros, & innocentes, quibus tu parcere debuisti. nam sic sanctum etiam accipi docet Macrob. & Cicero vbique ita loquitur. Neptunus autem, si improbos nactus esset, iactaret, quia *fastidiosus adilis est*, inquit Plautus Rudente, *merces improbas iactat.*

B POETE *quid ætatem numeras? quid cara natanti*
Mater in ore tibi est? non habet vnda deos.] id est, quid te parum vixisse quereris, & quod primo miser excidis æuo, vt dixit supra. Albinouanus ad Liuiam:

Quid numeras annos? vixi maturior annis
Acta senem faciunt. hæc numeranda tibi.

Ouidius:

Parcite natales timidi numerare Deorum
Cæsaribus virtus contigit ante diem.

Sic dicebatur: *Numera senatum*, de paucis. *Cara mater.* vt dulces liberi, ita cari parentes. vt eleg. 11. lib. 1.

C *An mihi sit maior caræ custodia matris?*

Virg. 1. Æneid.

Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.

Sappho:

Γλυκεῖα μᾶτερ ὔτοι δύναμαι κρέκεν τὸν ἱστὸν,
Πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς; ῥαδινὰν δι' Ἀφροδίταν.

Stat. 9. Thebaid.

Vltimus ille sonus moribundo emersit ab ore
Mater: in hanc miseri ceciderunt flumina vocem.

In ore tibi est, sæpe à te appellatur in extremo discrimine, vt fieri solet præsertim à naufragis. vt adnot. ad eleg. 26. lib. 2. vers. 12.

D *Non habet vnda Deos.* Dij enim boni natura & benefici, ac hominum vota exaudiunt. sæuus Neptunus, barbarum mare, surdi venti; de quibus infra: *Dij maris Ægæi.* Soleut autem irati negare Deos esse, vt el. 6. lib. 1. vers. 8.

Et queritur nullos esse relicta Deos.

NAM *tibi nocturnis ad saxa ligata procellis*
Omnia detrito vincula fune cadunt.]
An nauis ipsa ad saxa religata fuit, & scopulos in medio mari? vt eleg. 1. lib. 4. dixit:

— *hærentes ad pia saxa rates* (licet alia sententia) vincla, quibus ligata nauis, ad saxa cadunt, id est, iuxta scopulos, quibus nauis alliditur: nam dicturus est:

E *Ah miser Alcyonum scopulis affigar acutis.*

An pro *ligata*, *dicata* legendum? vt sit *dicata procellis*, quæ ventis debent ludibrium. *Vincula ligata*, vt sup. *Iusta debita*, δὶς τὸ αὐτό. Sed & dicitur *Nectere vincula.* & *Nexa vincula* Albin. ad Liuiam. & *tibi* vel iungitur cum *vincula.* vt sit, *Tibi vincula.* id est, tua, vs eleg. 26. lib. 2.

Sed tibi vexata per multa pericula vita.

id est, tuæ. vel ornatus causa; vt sæpe Ciceroni & Terentio. sic eleg. 3. lib. 3.

Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.

vel *tibi ligata.* id est, à te. *Nocturnis procellis*, noctu sæuientibus. vt eleg. 16. lib. 1.

A *At mea nocturno verba cadunt Zephyro.*

Quid procella dictum ad eleg. 17. lib. 1. vers. 7. *Detrito fune.* Vinculis rudentum naues quassatas tempestate nautæ solent constringere; quæ & ipsa tandem detrita, vel rupta in mare cadunt; & nauis soluitur. qua de re Pacuuius apud Festum in *Sirilus*:

Nec vlla subscus cohibet compagem aluei,
Sed suta lino & sparteis serilibus.

Sed aliud est; vt constat ex Festo. An idem Persius: — *tibi torta canabe fulto*
Crena sit in transtro?

SVNT *Agamemnonias testantia sidera curas.*

B *Qua natat Arginni pœna minantis aquæ.*] A rebus mutis petit testimonium, vt aliàs sæpe. Sic Catull. in Phaselo:

Et hoc negat minacis Adriatici *Negare littus.*

Littora, pro ripa Cephisi amnis, in quo submersus ille puer amatus à rege. sic eleg. 2. lib. 1.

Eueni patriis filia littoribus. *Testantia curas*, solliciros amores. vt eleg. 10. lib. 1.

— *curas sanare recentes.*

Quà certum situm loci designat, vt eleg. 3. sup.

Bellerophontas quà fluit humor equi.

Natat, fertur aquis & mortuus fluitat, vt supr.

Piscibus esca natat. An *natat*, pro natauit, C vt eleg. 22. infra:

Qua rudis Argoa natat inter saxa columba.

An legendum *quæ* (littora) *notat pœna Argyni.* id est, infamia reddit, vt Horat. *Infames scopulos.* An *quas* (curas) *notat*, id est, testatur & signat. *Argenni pœna*, Argennus ipse morte, communi hominum pœna, affectus. Lucan.

Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur.

& Cic. 11. Philip. *Mors naturæ pœna est.* Sic eleg. 20. libr. 2.

Atque inter Tityi volucres mea pœna vagetur.

Dictum vt *mors mea, pyramidum sumptus*, &c. *Pœ-* D *na aquæ minantis*, quam aqua sæua inflixit Argyno; quia in aqua Cephisi submersus. Imo *littora aquæ minantis*, id est, iratæ, quia minari solent irati, vt eleg. 10. lib. 1.

Nec meminit iustas ponere læsa minas.

id est, iram. participium pro nomine, *Minans*, pro minax, vt apud Horat. oda 12. lib. 2. *Minax vnda.* Atque ita crudelem vocat Ascanium el. 20. lib. 1. ob ereptum Herculi Hylam, vt hic minantem aquam ob Argyni interitum. Turneb. cap. 33. lib. 26. aduers. conatur hos versus explicare. A Polluce Ἄργεννος vocatur: à Stepha- E no Ἀργυνος, à Plutarcho Ἄργιος, in libro, quo animalia bruta vti ratione docet, aitque Agamemnona perlustrasse totam Bœotiam peruestigando eum puerum, qui se fugiebat, eique moræ prætexebat aduersos ventos. ac demum se in lacu Copaide abluit si forte ardorem suũ vna eluere posset. hæc ille. Mart. ep. 14. lib. 7. ad Arginnum puerum:

Quis puer hic nitidis adsistit Hyantidos vndis?
Et fugit ad dominam Naida? numquid Hylas?
O bene quod sylua colitur Tirynthius ista,
Et quod amatrices tam prope seruat aquas!
Securus licet hos fontes Argyne ministres.
Nil facient Nymphæ, ne velit ipse, caue.

Hæc fabula recitabatur à Stephano, voce

κηρινός, vt nos monet Parrasius, qui Stephani integro codice vsus est. nam vulgo ea parte mutulus circumfertur.

Hoc *Iuuenc amisso classem non soluit Atrides.*] id est, Argino adempto & mortuo, vt el. 13. lib. 2.

Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico.

Atrides classem non soluit, mille naues illas coniuratas in Aulide manere iussit, dú amores suos quæreret. Atrides maior, Agamemnon; minor Atreus. Catullo: *Perturi Pelopis tertius heres* Atrida dicitur. Hæc vera causa manendi in Aulide, non aduersi venti ob iram Dianæ, vt caussabatur Agamemnon. *Soluit classem*, qui è portu in altum prouehi vult, quia fune religatur nauis, vnde *soluere nauem*, & *oram*, & *soluere* tantum, & *soluere funem.*

Pro *qua mactata est Iphigenia mora.*] ob quod spatiú, quod frustra terebatur in Aulide. Iphigenia immolata est Sequitur vero eorum opinionem, qui mactatam volunt Iphigeniam, vt Virg. 2. Æneid.

Sanguine placastis ventos & virgine cæsa.

Quamuis ambiguè *virgine*, etiam cerua. Alij enim subditam ceruam ferunt, vnde eleg. 22. infra: *Nec soluit Danaas subdita cerua rates.* & eleg. 1 lib. 4. vt hic Iphigeniam immolatam indicat:

Idem Agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ
Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.

vide Euripidem in Iphigenia in Aulide. Higin. fab. 98. & 261. Lucretius vocat eam Iphianassam lib. 1.

Aulide quo pacto triuiai virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine fœdè
Ductores Danaûm, &c. Horat. sat. 3. lib. 3.

& Cic. 3. offic. *Mactare* & *immolare* sacrorum verba, & εὔφημα sunt. de verbo *Mactare* multa Nonius. Seruius in 4. Æneid. ad illud

—— mactant lectos de more bidentes.

Mactare, inquit, est magis augere, vt adolere κατ᾽ εὐφημισμόν. Isidor. lib. 10. *Mactus, magis auctus gloria, & est nomen tractum à sacris: quoties enim tus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant, Mactus est taurus vino vel ture.* Hoc est, cumulata est hostia, & magis aucta. verbenis, floribus, auro, mola salsa, ture, vino, & vittis augebatur. Festus: *Mactus, magis auctus.*

Reddite *corpus humo positaque in gurgite vita*
Pætum sponte tua vilis arena tegas.] Sic vetus Poëta apud Cic. 3. Tuscul. *Reddenda terra terræ.* Virg. 2. Æneid. *Corpusq. exangue sepulcro Reddidit.* Cic. 2. de leg. *In sepultura corpus terræ redditur.* Altera lectio: *Reddat corpus hyems.* id est, tempestas. Virg. *Sæpe illos aspera ponti Interclusit hyems. Posita vita*, vt eleg. 26. lib. 2.

Quod mihi si ponenda tuo sit corpore vita.

In gurgite, quia re vera gurges eum hausit, vel pro mari, vt eleg. 17 lib. 1.

Innite gurgite fecit iter. *Vilis arena*, ob immensam copiam, vt eleg. 2. sup. *Vilia tura. Arena* loco terræ, vt eleg. 16. infra:

Aut humet ignotæ cumulus vallatus arenæ.

Petron. *Aut præteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit: aut quod vltimum est, iratis etiam fluctibus imprudens arena componet.* Quæ postrema verba his respondent, *Sponte tua tegas*, *Humo, arena tegas*;

A humo arenosa; vt sit quasi humatus & humo tectus. Arenam alloquitur, vt el. vlt. lib. 1.

Tu mihi præcipuè puluis Etrusca dolor.

Et *quoties Pæti transibit nauta sepulcrum,*
Dicat; & audaci tu timor esse potes.] transibit iuxta nauigans, & littus legens. sic el. 1. lib. 2.

Et tua transibit contemnens ossa viator.

Dicat, vt eleg. 1. lib. 2.

Muta iace verba fauillæ.

Et audaci tu timor esse potes, id est, exemplo tuo etiam audaces deterrebis à nauigatione. τὸ, &, vel aut etiam. vt eleg. 10. lib. 2.

In magnis & voluisse sat est.

B *Timor*, timoris causa, vt, *capta timor Orithyiæ.* sic el. 1. lib. 4. *—— Acron*

Roma tuis quondam finibus horror erat.

Audaci. De nauigantium audacia Horat. oda 3. lib. 1. & Plin.

Ite *rates curuæ, & leti quoque texite causam.*] Lipsius cap. 10. lib. 2. Antiq. ex vet. lib. legit:

Ite rates curuæ, & leti texite causam. vt hiulcus sit versus, quemadmodum infra hic:

Sed Thyæ thalamo, aut Oricia terebintho.

& eleg. 9. infra:

Hæc curent pueri; hæc curent scripta puellæ.

C Quod si verum est: rates ipsas alloquetur, vt videtur quoque affari eleg. 4. sup.

Ite, agite, expertæ bello date lintea proræ.

Sed ego puto legendú per insignem dilogiam:

Ite, rates curuas, & leti texite causam.

Vt neminem certum alloquatur. Est autem insultantis & reprehendentis, vt el. 29. lib. 2.

I nunc & noctes disce manere domi.

Petron. *Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectus implete. Ite cauti, & opes fraudibus captas per mille annos disponite.* Amara concessio & εἰρωνεία. *Curuæ rates*, à forma. Virg. 2. Æneid.

—— curuis secum aduexere carinis.

D & 6. Æneid.

—— littora curuæ Prætexunt puppes.

τὸ *Texite* ad rates proprie refertur, ad causam impropriè, vt *Anchora te teneat, quem non tenuere penates.* sic Plaut. Curc. *Tace, occultemus vocem & lumen. Texere*, de nauibus dici adnotaui ad illud Catulli: *Pinea coniungens inflexæ texta carinæ.*

Letum, à leo, inquit Prisc. *Quod omnia morte deleantur*, quo ipse allusit eleg. 7. lib. 4.

Sunt igitur manes, letum non omnia finit.

Festus contra: *Letum*, inquit, *ab obliuione, quam Græci λήθην vocant, dictum.* Varro 6. de ling. Lat. *Cum dicunt Olli leto datus est, id est, λήθῃ, obliuioni.*

E Scaliger, *Causam leti*, exponit letum ipsum, vt Iurisconsultis dicitur *causa bonorum*, pro, bonis ipsis.

Ista *per humanas mors venit acta manus.*] τὸ *ista* δεικτικῶς, quæ naufragio contingit. vt eleg. 8. libr. 2.

Quamuis ista mihi mors est inhonesta futura.

Per manus humanas, pro arte & manibus fabrorum, vt eleg. 9. infra:

Onerare tuam fixa per arma domum.

& eleg. 28. lib. 2.

At tibi vexata per multa pericula vita.

& eleg. 18. infra:

Et per maternas omnia gesta manus.

Acta mors p. m. b. id est, coacta, vel adacta, impulsa & festinata, vt eleg. 28. lib. 2.

Quod si forte tibi properarint fata quietem.

vide odam Horatij 3. lib. 1.

Semotique prius tarda necessitas
Leti corripuit gradum.

Plin. in hanc sententiam in procemio lib. 19. *Audax vita, scelerum plena aliquid sers* (linum vnde vela) *vt ventos procellasque recipiat,* &c. *Ac tot modis prouocari mortem.*

TERRA *parum fuerat, fatis adiecimus vndas.*] Ouid. eleg. 7. lib. 3. Amor. eadem sententia:

Quid tibi cum pelago, terra contenta fuisses.

τὸ fatis, iterandum, & *parum fuerat fatis.* id est, ad fata acceleranda. &, *fatis adiecimus vndas.* uam iu terra multæ fatorum & mortis viæ, incendia, roinæ, latrocinia, bella, supplicia, morbi. Lucan. lib. 3. —*fatisque per illam*
Accessit mors vna ratem.

FORTVNÆ *miseras auximus arte vias.*] id est, plures vias aperuimus fortunæ, easque malas & peruiciosas, quia occasionem ei damus, vt in nos sæuiat. nam tempestates sæpe nullo certo siguo, sed occolta causa commouentur, vnde ab Horatio dicitur *Domina æquoris.* Ipse eleg. 17. lib. 1.

Nullane placata veniet fortuna procella?

Ergo, *vias*, rectè; quia *venit fortuna, redit, abit.* vt eleg. 20. lib. 1. *Occurrit.* & Cicero: *Transuersa incurrit.* & apud eundem de nauigatione; *Fortuna rudentibus apta.* Via forruuæ, vt Virg.

—*fata viam inuenient.* Tibull.

Nunc mare, nunc leti mille repente via.

Misera via, quæ nos miseros efficiunt. vt eleg. 2. lib. 1. *Misera luxuria.*

Anchora te teneat, quem non tenuere penates?] Varro (apud Priscianum lib. 1.) l. 1. de ling. Lat. ait à multis scribi agcora (quia scilicet Græcis est ἄγκυρα.) Ergo male aspiratur. Isidor. cap. 2. lib. 19. Anchora quod quasi χεὶρ, & hominis manus, dens ille ferreus compræheudat scopulos, vel arenas: & apud maiores, inquit, non aspirabatur. Seruius tameu in 1. Æneid. apud Latinos ait aspirari; cum apod Græcos aspirationem non habeat; quorom tamen aspiratio sit propria. *Teneat te*, nauem tuam firmet adoersus tempestatem; quod Virg. 1. Æneid.

—*hic fessas non vincula naues*
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu.

& 6. Æneid. —*Tum dente tenaci*
Anchora fundabat naues.

vnde ipse pro anchoris, *retinacula* dixit eleg. 22. lib. 2. Est autem dilogia in verbo *tenere.* nam alio modo anchora, alio penates tenent; id est, dulcedine sui retiuenr. Tenemur autem vel inuiti, vt teneri morbo, carcere: aut volentes, vt eleg. 20. lib. 2.

Quod si nec nomen, nec me tua forma teneret:
Posset seruitium mite tenere tuum.

Penates, domus, coniugis, liberorom & soli natalis amor.

QVIU *meritum dicas, cui sua terra parum est.*] id est, nonne quouis malo dignum deputes eum, qui sua terra contentus non est. vt loquitur Tereut. *Iud.* act. 1. sc. 1. Plaut. milite sc. 6. act. 2. *Metuisse me maximum fateor malum.*

A Terent. alibi: *Quid meritus est crucem.* Vetus Poëta apud Charis. lib. 4.

Thesprote si quis sanguine exortam tuo
Prolem inter aras sacram sacras immolet;
Quid meritus hic sit an dubium cuiquam siet.

Sua terra, vel elementum homini proprium, vel solum natale. Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor.

Et felix dicas quem sua terra tenet.

Est aotem hic apostrophe ad absentem & obiurgatio.

VENTORVM *est quodcunq. paras, haud vlla carina*
Consenuit, fallit portus & ipse fidem.] *Venturum est*, illic venti regnant, vel ventis debetur.
B dicetur ad illud infra: *Dij maris Aegæi*, &c. *Quodcunque paras*, an nauem & vela; vt el. 17. l. 1.

Ah pereat, quicunque rates & vela parauit.

Et Plaut. milite. *Ego mihi nauem paro.* an subauditur, adire; vt apud Ciceronem iu epistolis. *Cogito Romam.* scilicet ire. & *cogitabam cras.* scilicet proficisci. *Consenuit, Senio confecta quieuit*, vt Ennius ait de equo. Ipse eleg. 23. lib. 2.

Putrit & in vacua requiescit nauis arena.

Quod ait: *Fallit portus & ipse fidem*, iam iam dixit: *Cum sæpe in portu fracta carina natet.* Sic apud Virgil. in littore naufragium facit Tarcbon.
C Græcorum prouerbia duo contraria: vnum; ἐν λιμένι πλεῖν. alterum; ἐν λιμένι ναυαγεῖν. Nilus Græcus quidam auctor: μὴ ἐπαίρου, μή πως τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι ὑπομείνῃς. Cic. 1. de Orat. *Nauiculam duorum scalmorum in portu euertere. Fallit fidem.* vt eleg. sup. *Rumpere fidem.* vnde Virg.

Statio malefida carinis.

NATVRA *insidians, pontum substrauit auaris.*] τὸ *auaris* iterandum, & *insidians auaris*, & *substrauit auaris.* Substernere, est male stratum æqualiter & tranquillum reddere, vt inuitet ad naoigandom. Virg. eclog. 9.

Et nunc omne tibi stratum silet æquor.

idem 5. Æneid.
D —*placidi strauerunt æquora venti.*

Ibid. —*tumidumque sub axe tonanti*
Sternitur æquor aquis. & lib. 8.
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset.

Ooid. in epist. Didûs:

Iam venti ponent, strataque æqualiter vnda.

Hinc *æquor* & *marmor* dicoutur. hoc spectat illud Lucretij lib. 2.

Infidi maris insidias, viresque dolumque
Vt vitare velint, neue vllo tempore credant,
Subdola cum ridet placidi pellacia ponti.

vide apophtegma eius, qui iacturam fecerat & in littore placidum mare spectabat: *Tu*, inquit, *iterum merces postulas; sed alium tibi quærito.*
E Ouid. eleg. 10. lib. 1. Trist.

Nam simul insidijs hominum, pelagique laboro.

vide ad eleg. 5. sup. *Quid flamine captet Eurus. Insidians*, dolum struens. alias legitur, *Insidiat.* forte, vt *damnas.*

VT *tibi succedas vix semel esse potest.*] pro, vix potest tibi semel succedere. sic Horat. oda 1. lib. 3. *Est, vt viro vir latius ordinet*
Arbusta sulcis. & ep. 12. lib. 1.
Non est vt copia maior
Ab Ioue donari possit.

Terent. Hecyr. act. 5. sc. 3. *Si est, vt velis reducere vxorem, licet.* Sic Græci: ἔστιν ὡς, & ἔστιν ὅπως. *Succedas*, prospere

eueniat. id est, vt ex animi sententia nauiges. vide ad eleg. 13. lib. 1. vers. 27.

SAXA *triumphales fregere Capharea puppes.*] Capharea saxa. *Cautes Euboica.* Virg. 11. Æneid. De iis vide adnot. ad eleg. 26. lib. 2. vers. 38. *Capharea*, pro Caphareia, vt Virg. 1. Æneid.

Vos & Cyclopea saxa Experti. Horat. explicat hanc fabulam, oda 10. Epod.

Quietiore nec feratur æquore
Quam Graia victorum manus,
Cum Pallas vsto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.

Pacuuius in Duloreste apud Priscianum in *Pleros: Pater Achæos in Caphareis saxis pleros perdidit.* *Puppes triumphales*, classem victricem, ex eo quod sequitur id quod præcedit. Sic quod Ouidius dixit: *Ite triumphales circum mea tempora lauri*; Tibull. *At te victrices lauros*, &c.

NAVFRAGA *cum vasto Græcia tracta salo est.*] Græcia hyperbolicῶς, & metonymicῶς, pro Græcis ipsis fere omnibus, vt eleg. 6. lib. 2.

Aliemus iacuit Græcia tota fere.

& eleg. 1. lib. 4.

Et natat exuuijs Græcia pressa suis.

Naufraga patheticῶς, vt solet Tibullus energeticῶς: *Naufraga quem vasti tunderet vnda maris.* *Tracta*, pro distracta, disiecta, dissipata, vt el. 8. libt. 2.

Viderat ille fuga tractos in littore Achiuos.

id est, distractos & palantes. sic eleg. 1. lib. 4. *Græcia pressa*, pro depressa. *Vasto salo*, & immenso & sæuo mari. Virg.

——— *vastumque caua trabe currimus æquor.*

id est, magnum, inquit Nonius. Idem exponit, desertum, incultum, horrens, asperum & ingens. Festus: *Vastum, magnum, vel inane.* Seru. ad illud 3. Æneid.

Terra procul vastis colitur Mauortia campis.

Aut vastatis, aut magnis exponit.

PAVLATIM *sociûm iacturam fleuit Vlysses.*] id est, luxit amissos sensim & quasi gradatim, quia eos non simul amisit, sed alios aliis temporibus & periculis, vt apud Cyclopem, & ob solis boues: apud Læstrigonas, apud Circen, & Lotophagos. *ni*, *paulatim*, non modo cum *fleuit*, sed etiam cum *iacturam* cohæret. an *paulatim*, citò, vt parumper. vide eleg. 12. infra: vbi Vlyssis mala colligit. *Iacturam sociûm*, hîc proprie de rebus & corporibus amissis in mari. Sallustius aut quis alius oratione posteriore de rep. ordinanda. *L. Postumius & M. Fauonius mihi videntur quasi magnæ nauis supernacanea onera esse: vbi salui peruenere, vsui sunt: si quid aduersi coortum est, de illis potissimum iactura fit, quia pretij minimi sunt.* Iacturam tribus locis describit Iuuen. sat. 12. de ea vide plura ad eleg. 32. lib. 2. vers. 21. *Sociûm*, pro, sociorũ, vt equûm, virûm, fabrûm, nummûm, &c. de quibus Cicero in Oratore. Virg. 5. Æneid.

Oblitus decorisque sui, sociûmque salutis.

IN *mare cui soli non valuere doli.*] an *soli*, pro, insoliti, vt Afranius bis *insolum* dixit, pro insolitum apud Nonium? sed syllaba contumax repugnat. Melius ergo veteres libri, *Soliti*, & Lips. è coniectura cap. 10. lib. 2. Antiq. id est,

A assuetæ artes & fraudes Vlyssis. Auratus & Muretus legunt *solum*. *In mare non valuere*, aduersus Neptunum sibi infensum nihil profuere, quia malus in improbum & Cretensis in Cretensem inciderat. De maris perfidia dictum supra. *Valere in mare*, vt eleg 7. lib. 4.

In scelus hoc animum non valuisse suum.

De Vlysse Cicero 3. de Orat. *Mare Tuscum in quo ipse quoque Vlysses errasset.* scilicet qui πολύτροπος Homero, *duplex* Horatio. vnde *Vlyssee*, pro versuto Plaut. Pseud. *Viso quid rerum meus Vlysses egerit.*

QVOD *si contentus patrio boue verteret agros.*] di-
B logia. *Contentus boue*, & *boue verteret.* vt el. 3. sup.

Contentus niueis semper vectabere cygnis.

Scilicet. *Contentus cygnis*, & *vectabere cygnis.* *Patrio boue*, suo atque hereditario, non conducto, vt ille apud Virg. 12. Æneid.

Conductaque pater Tellure serebat.

Ergo per bouem patrium, hereditariam villam fundumque significat: vt Horat. oda 2. Epod.

Paterna rura bobus exerces suis.

Vertere agros, arare. Iuuenal. sat. 7.

——— *& littus tenus versamus aratro.*

Virg. 1. Georg. ——— *quo sidere terram*
Vertere Mecœnas, &c. & alibi sæpe. Horat.
C oda 6. lib. 3. *Docta ligonibus Versare.* Sed & qui terram occat, versat. vnde vet. gloss. *Occo, βωλοκοπῶ.*

VARBAQVA *duxisset pondus habere mea.*] id est, & quod si existimasset monita mea grauia esse & fide digna. sic Cicer. ep. 4. lib. 15. fam. *Verborum Catonis tanta esse pondera*, &c. vide adnot. ad el. 25. lib. 2. vers. 22. *Ducere*, pro existimare. Nonius in *ducere*. Cicero, vbique:

VIVERET *ante suos dulcis conuiua penates.*] viueret, qui nunc mortuus. Ouid. 13. Met.

Viueret, aut certè letum sine crimine haberet.

D vel *viueret*, lætus ageret. vt apud Catull.

Viuamus mea Lesbia. Mart.
Sera nimis vita est crastina, viue hodie.

Ante penates, quia ante focum sacrum Penatibus cœnabant, maximè hyberno tempore. Virg. eclog. 5.

Et multo imprimis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, si frigus erit, si messis, in vmbra.

Varro lib. 1. de vita Pop. Rom. apud Nonium in *cortes*: *Ad focum hyeme, ac frigoribus cœnitabant: æstiuo tempore in propatulo.* Ouid. 6. fast.

Ante focos olim scamnis considere longis
Mos erat, & mensæ credere adesse deos.

E *Dulcis conuiua*, vel commodus & suauis, vt referatur ad mores, quia conuiuia decet hilaritas & suauitas. vel *dulcis conuiua*, qui dulcibus epulis vescitur, vt el. 10. inf.

Dulciaque ingratos adimant conuiuia somnos.

PAVPER, *at in terra nil vbi flere potest.*] pauperem dixit, quia agricola, vt qui mercaturis rem non quæreret. sic pauperem dicit, cui tamen & pecus & fines. lib. 2.

Et pecus & fines pauperis agricolæ. *ni at*, est in vet. lib. Mem. & Corb. & Palmer quomodo etiam legisse Beroaldus videtur, quia sic exponit. Pauper quidem, sed citra periculum & fletum. vulgo legitur, *& flere nil*, vt el. 12. infr.

Neue ali-

Neue aliquid de te flendum referatur in vrna.
In terra, loco tuto, comparatione maris. Ouid. eleg. 11. Amor.
Et felix, dicas, quem sua terra tenet.
Potest, enallage temporis ac modorum, pro posset, quia respondet verbo, *viueret*.

NON *tulit hic Pætus stridorem audire procellæ,*
Et duro teneras lædere fune manus.] sic Cic. 3. de Orat. *Non tulit Philippus, & grauiter exarsit.* Ipse eleg. 8. lib 1. *Non tulit illa preces.* Sic eadem eleg. *Tune audire potes vesani murmura ponti. Hic*, tunc. vet. lib. *Hinc*. Scaliger legit ex coniectura. *Non tulit huic pectus*, &c. & de Vlysse exponit. *Stridorem procellæ, Sibilum austri.* Virg. & Pacuuius: *Rudentisibilum.* Virg. 1. Æneid.
—— stridens aquilone procella.
Ouid. eleg. 10. lib. 1. Trist.
Nunc quoque contenti stridens Aquilone rudentes.
Duro fune, aspero rudente. sup. hac eleg.
Omnia detrito vincula fune cadunt.
Lædere, corrumpere, vt eleg. 15. infra:
—— corrumpit dura catena manus.
Solent autem etiam vectores arma nautica tractare. Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor.
Ipsa tua moueas turgida vela manu.
Iuuenal. sat. 6.
—— & duros gaudet tractare rudentes.

SED *Thya thalamo, aut Oricia terebintho.*] id est, lecto pretioso ex Thyæ arboris ligno, quam eandem volunt esse cum citro. De ea Plin. cap. 15. & 16. lib. 13. & de eius vsu in supellectile. Homerus. θύον vocat. *Thalamus* & cubiculum & cubile; hic cubile, vt eleg. 15. lib. 2. vers. 14. *Oricia Terebintho.* id est, Epeirotica. nã Oricos portus, & oppidum Epeiri de quo dictum ad eleg. 8. lib. 1. vers. 20. Meminit Horat. oda 7. lib. 3. *Ille notis actus ad Oricum.* & Cæsar 3. de bello ciuili. Seruius in illud 10. Æneid.
Inclusum buxo, aut Oricia Terebintho.
Oricos, inquit, ciuitas est Epeiri, iuxta quam nascitur Terebinthus, nigrum lignum, habens folia in buxi speciem. τερμινθος Græcis dicitur: Latini ergo pro τερμινθος siue τερέμινθος dixere Terebinthus. Plin. cap. 6. lib. 13. Materiem eam laudat, vt eximij nigerrimique splendoris, & fidelem ad vetustatem. Meminit & cap. 41. lib. 16. Hiat autem versus vt in illo Virgiliano quem protuli: *Inclusum buxo.* vide hac el. vers. 29.

ET *fultum pluma versicolore caput.*] Siue legas: *Et fultum*, siue *effultum*, eadem est sententia. *Fultum* masculino genere; dicitur enim: *Fultus caput*, vt eleg. 3. lib. 1.
Nixa caput manibus. Ouid. 6. fast.
Sicut erat positum, cespite fulta caput. Virg.
Ille latus niueum molli fultus hiacyntho.
Pers. *—— ærumnis cor luctificabile fulta.*
Stat. 8. Thebaid.
Effultum gemina latera inclinantia parma.
Fultus caput pluma, cuius caput in pluma reclinatum est, eique incumbit. vide Apul. lib. 10. de puluillis tumentibus pluma, quibus fultum caput. Turneb. cap. 1. libr. 20. Aduers. citat hunc versum, vt illud Persij exponat è sat. 5.
Tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transtro.

A Id est, sedenti super rudentes. Item adfert è Plaut. Sticho sc. 2. act. 1. *Mane puluinum. A. Bene procuras; satis hic fultum est mihi. Pluma versicolore.* Insanus luxus, quasi culcitra plumea delicatior, & mollior fiat colore ipso. Lamprid. in Heliogabalo: *Nec cubuit in accubitis facile, nisi in ijs, quæ pilum leporinum haberent; aut plumas perdicum subalares, sæpe culcitras mutans.* vnde versicolorem plumam, perdicum hic Beroaldus exponit: & sanè id confirmari videtur eleg. 13. infra: *Aut variam plumæ versicoloris auem.* sic Cic. in Lucullo: *Pluma versicolores columbis.* & versicolore veste vti prohibitæ mulieres lege Op-
B pia. At *versicolor pluma*, picta, vt Virg.
—— Versicoloribus armis. Tibull.
Nam neq. tũ plumę, nec stragula picta soporem, &c. vbi *picta stragula* ridiculè, vt hic, ad somnũ cõciliandum Dicitur autem & versicolor & versicolorius, vnde *versicoloria vestis in l. 32. §. Titia. D. de auro & arg. leg.* & *versicoloria lana* apud Paulum lib. 3. Sent Tit. 6. Versicolorium autem appellatione ea contineri aiunt. Iurisconsulti quæ tincta sunt, & neta, neque detexta, neque contexta. velut purpura, coccum, & alia id genus. Quæ vero natiuo colore vel al-
C ba, vel nigra sunt, versicoloribus non adnumerantur *l. 70. §. versicoloribus, & l. 78. §. coccum. de leg. 3. & l. 32. §. Titia. de auro & arg. leg.* Baifius. Versicolor vestis, *de changeant, ou de plusieurs couleurs.* contra Ouid. 11. Met.
At medio torus est, ebeno sublimis in antro
Plumeus vnicolor.

HVIC *fluctus viuo radicitus abstulit vngues.*] Palmer. *Viuos*, legit & Auratus, qui sic & Horatius. Ego, *Viuo*, expono, sentienti & videnti, vt Q. Cic. de petit. consul. *Viuo stanti collum dextra sua secuerit.* An *viuo radicitus*, id est, penitus ad viuum. significat tabulam teneri fir-
D miter, cui inhæserat, vngues ablatos. nam naufragi ea firmissimè tenent, quæ semel arripuere. Scaliger ad hunc locum adfert absurda, & aliena à mente Propertij.

ET *miser inuisam traxit hiatus aquam.*] Palmer. & Lips. cap. 10. lib. 2. antiq. legunt *Niger*, vt μέλαν κῦμα. Sed fallitur vterque. Scaliger: prouerbium est, inquit, πικρὸς κῦμα χάσκει, & vetus Poëta in catalectis nostris, capite de naufragio:
Illic immanes mors obsita soluit hiatus.
Hæc ille, nihil ad rem. vet. lib. & liber Scaligeri, *Inuisam.* vnde lego:
E *Et miseri vitam traxit hiatus aqua.*
Hiatus aquæ, Virg. 1. Æneid. *Vnda dehiscens.* & ipse infra sui est interpres:
Substrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.
Substrahit, traxit: torta vertigine fluctus. hiatus. Traxit, vt eleg. 20. lib. 2.
Prolapsum facili leuiter traxere liquore.
Miseri vitam, vt Cato: *Vita Deûm immortalium!* pro, Dij immortales! vbi Statilius Maximus: Ἐκφώνησις, inquit, ἀρχαϊκή, ὡς ὦ ποι. Hæc Charis. lib. 2. Ipse infra: *Miseros primæ lanuginis annos.* Si *Inuisam* legimus, ita loquitur, quia inuisa sunt quæ perniciem aut laborem adferunt.

HVNC *paruo ferri vidit nox improba ligno.*]

Scaliger de Vlysse exponit, qui tandem enatarit cum Pœtus non potuerit. *Nox improba*, quia inuerecunda & pudore caret. Ouid. eleg. 10. lib. 1. Trist.

Improba pugnat hyems: indignaturque, quod ausim
Scribere se rigidas incutiente minas.

Et sæua & crudelis, vt *Amor improbus* eleg. 1. l. 1. Noctem improbam, Scaliger ait, eam esse, quam Apollonius ait κατουλάδα νύκτα dici solitam suis temporibus. *Vidit*, vt Dea licet in tenebris. sic Tibull. eleg. 6. lib. 2.

Ipsum etiam solem defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos.

Cic. 3. Philipp. *Quis hoc non videt, quod ipsa fortuna, quæ dicitur cæca vidit.* Ibid. in ep. Antonij: *Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitauit; ne videret vnius corporis*, &c. & *Nox siderea* dicitur eleg. 20. infra, & *Sidera sunt oculi mundi. Ferri*, agi fluctibus, vt eleg. 26. lib. 2.

Me licet vnda ferat, te modo terra tegat.

Paruo ligno, exigua tabula & nauis fragmine, vt solent naufragi. Ouid. 11. Met.

——*alij partes & trunca carina*
Membra tenent: tenet ipse manu quæ sceptra solebat
Fragmina naufragij Ceyx. & alibi:
Cumque ego quassa meæ complectar membra carinæ,
Naufragij tabulas pugnat habere mei.

Scaliger putat paruum lignum esse ὀλίγον Homero, *calanticam* vertit Ausonius. Fallitur Scaliger:

POETVS, *vt occideret, tot coiere mala.*] *Tot*, pro, multa; scilicet tenebræ, procellæ, fulgura, scopuli, montes vndarum. sic eleg. 2. sup.

Carmina erunt formæ tot monimenta meæ.

Coiere, conuenere in vnum, & conspirauere in Pœti perniciem. Sic Vlp. l. *Nautæ, caup. stab. coire cum furibus.* vnde, *coitio hominum* Ciceroni pro Plancio, & de Arusp. Resp. & *cœtus* 1. in Catil.

FLENS *tamen extremis dedit hæc mandata querelis.*] id est, quamuis fleret, tamen hæc mandauit, dixitque nouissima verba. vt Virg. ecl. 10.

Tristis at ille, tamen, cantabitis Arcades, inquit.

vide adnot. ad eleg. vlt. lib. 2. vers. 50. *Extremis querelis*, post quas nihil questus est, quia submersus. Extremum ad mortem sæpe refertur, vt adnot. ad eleg. 19. lib. 1. vers. 2. Catull. in Ariadna: *Atque hæc extremis mœstam dixisse querelis.* Mandare vero & mandata dare solent morientes, vt discedentes à nobis, idque testamento. Ouid. 5. fast.

Atque aliquis moriens hoc breue mandat opus.

Virg. ecl. 5. *Mandat fieri sibi talia Daphnis.*
& 6. Æn. *Idem orans mandata dabat.* vide plura ad Catulli Ariadnam:

CVM *moribunda niger clauderet ora liquor.*] *Liquor niger*, vt Horat. oda 27. l. 3. *Aequoris nigri fremitum.* & oda 5. lib. 1. *Aspera nigris æquora ventis.* Virg. 5. Æneid.

——*fluctusque atros aquilone secabat.*

Ouid. 11. Metam.

Et modo cum fuluas ex imo vertit (pontus) *arenas*
Concolor est illis; stygia modo nigrior vnda.

Græcis ita μέλαν κῦμα, & μέλαν ὕδωρ. & Il. π.
Κρήνη μελάνυδρος; βαθεῖα, σκοτεινή. *Clauderet ora*

A *moribunda*, vlterius loqui vetaret. Ouid. 2. de arte amandi de Icaro, cum mari periret, patrem inuocante:

Clauserunt virides ora loquentis aquæ.

Moribunda ora, morti proxima. De eiusmodi nominibus in bundus Gell. c. 15. l. 11. Apud quem Cesellius vindex nihil differre putat ab aliis, vt ludibundus à ludens: errabundus ab errans: certè hic moribundus, est moriens. Virgil. 5. Æneid. *Fulua moribundum extendit arena.* At 6. Æn. *Terreniq. hebetant artus, moribundaq. membra.* id est, morti obnoxia. Seruius tamen morientibus similia, semper veluti morientia, exponit.

B DII *maris Aegæi, quos sunt penes æquora, venti.*] sic Virg. 5. Æneid. *Dij quibus imperium pelagi*, &c. Est autem anastrophe, vt apud Horat. ad Pisones: *Quem penes arbitrium est*, &c. Fest. in *Apud*; *Apud personam cum loco significat, penes dominium ac potestatem, & trahitur à penitus.* Idem Iurisconsulti traduut *l. 63. de verb. sign.* Imperium maris penes ventos est. vnde supra hac eleg.

Ventorum est quodcunque paras.

Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Lucra petituras parentia per freta ventis
Ducunt instabiles sidera certa rates.

C Et ipse eleg. 20. infra eos vocat *Vndisonos Deos.* Virg. & Horat. tempestatibus, id est, ventis, ve Diis, agnam immolant. Vetus Poëta apud Ciceronem 5. Tusc. *Te Apollo sancte, fer opem, teque omnipotens Neptune inuoco. Vosque adeo venti.* Virg. 5. Æneid. ——*ventosque in vota vocauit.*
& 11. Æn. ——*vos ô potius miserescite venti*, &c.
——*volens vos Turnus adoro.*

Aegæi maris Dij. quasi aliis aquis alij præsint. Sic Horat. *Notus arbiter Adriæ & dux.* De mari Ægæo dictum ad eleg. 6. lib. 1. vers. 2.

ET *quæcunque meum degrauat vnda caput.*] sic eleg. vlt. lib. 4.

D *Et quæcumque meos implicat vnda pedes.*

Degrauat, quod Ouid. 11. Met.

——*rupta mersum caput obruit vnda.*

Liuius lib. 4. *Etiam peritos nandi lassitudo & vulnera & pauor degrauant.* Ouid. 4. fast.

Hæc gremium, laxos degrauat (florib.) *illa sinus.*

Ipse eleg. 26. lib. 2. dixit:

Nec tam humore graues tollere posse comas.

QVO *rapitis miseros primæ lanuginis annos.*] scilicet, an in profundum, & in loca ignota, & inuisa? Horat. *Quò me Bacche rapis?* Idem:

Quo me cumque rapit tempestas, &c.

E *Miseros primæ lanuginis annos.* id est, me iuuenem miserum, vt eleg. 6. lib. 1.

At tua non ætas, &c. Pathos ab ætate, quæ infelix, cum felix esse in aliis soleat, vt contra *Mala ætas*, senectus. supra dixit, *Primo miser excidit æuo. Anni lanuginis primæ.* id est, pilare incipientes, siue pilos emittere; Afranius & Nouius apud Nonium. Virg. 10. Æneid.

Tu quoque flauentem prima lanugine malas.

Pacuuius apud Festum in *Genæ*:

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

ἴουλος dicitur Theocrito in Pharm. vnde ἰουλίζω, pubesco. vide Macrob. in somnium Scipionis de barbæ initio, & Censorinum de die natali. Sueton. in Othone cap. 12. Id insti-

tuisse à prima lanugine, ne vnquam barbatus esset. & in Nerone cap. 34. Lanuginem à propinquis soliram excipi ait.

ATTVLIMVS *longas in freta vasta manus.*] id est, venimus cum longis manibus, vt el. 6. l. 4.

Non ille attuleras crines in colla solutos:

Laberius apud Macrob. *Quid in scenam affero? decorem formæ? an dignitatem corporis?* Cicero pro Quintio: *Adferre gratiam in iudicium.* *Longas manus*, formosas explicant, vt eleg. 2. lib. 2.

Fulua coma est, longaque manus.

vbi notatum. aliter Ouid. in epist. Helenæ:

An nescis longas regibus esse manus.

Sed altera lectio placet. *A. l. i. f. vestra moras.* id est, diu cunctati sumus, nec nauigare statim voluimus, & longum morati sumus. sic el. 9. infra: *Tota sub exiguo flumine nostra mora.* id est, nos qui moramur. vel, cum vos reueriti sumus morando, parcite. Scaliger priorem lectionem retinet, & exponit, quem vide.

AH miser, *Alcyonum scopulis affigar acutis.*] id est Impingam in scopulos, vbi nidificant Alcyones, ibique hærebo confixus. De iis Ouid. 11. Metam. *Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis.* vnde *pendentibus* nisi è scopulis? *Affigi scopulis* dictum, vt à Virg. 1. Æneid.

Scopuloque infixit acuto.

vbi etiam legitur, *infixit*, vt hic, *affigar*.

IN *me cæruleo fuscina sumpta deo est.*] pto, à Deo cæruleo. Est autem periphrasis Neptuni, vt Ouidius 1. Metam. *Cæruleus frater* (Iouis) & el. 2. lib. 1. Trist. *Cæruleum regem*, &c. Stat. 2. Sylu. in Surrentino:

—— tumida moderator cærulus vnda.

& 6. Theb. *Ceruleus pater.* sic eleg. 26. l. 2. *Cærula Cymothoë. Sumpta est*, hic est minantis, vt in Amphit. Plauti. *Si ego fustem sumpsero.* Virgil. 2. Georg.

Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.

Fuscina, τρίαινα, tridens Neptuni & Tritonis, qua vterque sæuit & commouet mare. Cic. l. de Nat. Deor. *Dant Deo clypeum, hastam, fuscinam, fulmen.* In Priapæis: *Fulmina sub Ioue sunt. Neptuni fuscina telum.* Attius: *Aut forte Triton fuscina euertens specus.* Piscatores fuscina consingunt anguillas cœno mersas & extrahunt. Vtebantur & fuscina gladiatores: Sueton. Martial. Palæphatus ob triplicem vim aquæ tridentem air dari Neptuno, quod liquida, quod fœcunda, quod apta potioni. Tridente auxiliatur Troianis Neptunus Æneid. 1. Turneb. cap. 33. lib. 26. Ex Strabone Neptunum tridente abrumpere partes terræ notat ad huuc locum. vet. gloss. *Fuscina*, τρίαινα.

AT *saltem Italiæ regionibus euehat æstus.*] sic Ouid. eleg. 3. lib. 3. Trist.

Vt saltem patria contumularer humo.

Donat. in Adelph. *Saltem*, τὸ ἔσχατον, *natumque à captiuis, qui nihil aliud præter salutem à victore petant.* Idem in Andr. *Desperatis rebus solam petentes salutem hoc verbo vtimur*, vt Virg.

Extremam hanc oro veniam. Hic tamen non est salutem & vitam, sed sepulturam petentis. Seru. in illud 4. Æn. *Saltem si qua mihi*, &c. *Sermo tractus à captiuis, qui cum tenerentur ab hostibus, dice-*

A *bant: sublatis omnibus salutem concede.* Inde per syncresim natus est hic sermo, vt in contemptu rerum multarum, petituri aliquid, saltem dicamus. Gell. c. 14. l. 12. Idem scribit plurib. verbis quod Seruius & Donatus, & ex Nigidio alteram notationem verbi adfert; saltem dictum, pro, si aliter fieri non potest, & tamen neutram etymologiam valdè probat. *Æstus, est & solis & aëris feruor. Item marinus impetus & cõmotiones:* Nonius. *Æstuaria*, inquit Festus, *qua mare tum accedit, tum recedit.* Isidor. c. 18. l. 13. *Æstus est cũ mare accedit, vel recedit.* Cornel. Fronto: *Æstus à nimio calore nomen accepit.* Plaut. Asin. *Quum magis te in*

B *altum capessis, æstus te in portũ refert.* vbi refert *æstus*, vt hic *euehat*. *Æstus* itaque feruor maris, tempestas ipsa, freta æstuosa, & fluctuum reciprocatio. *Euehat*, vehendo eiciat, & euoluat: nam vehuntur corpora aquis, vt eleg. 3. sup.

Saucia mœrenti corpora vectet aqua.

Euehere, extra vehere. Varro 4. de ling. Lat. *Sirpea quæ virgis sirpatur & colligatur, in qua stercus, aliudue quid euehetur.* & 1. de re rust. *Euehere aut inuehere in prædium aliquid.* De hac autem euectione & eiectione cadauerum Petron. *Video corpus humanum circumactum leui vortice ad littus deferri, ac statim os fluctus conuertit in terram.* Ouid. 11.

C Met. in fabula Ceycis:

—— fluctibus actum Fit propius corpus.

mox: *Iam iamque propinquat Admotum terræ.* *Regionibus Italiæ*, ad oras Italas.

Hoc *de me sat erit, si modo matris erit.*] Genus istud sermonis, *de me*, explicauimus eleg. 12. infra ad eum versum:

Neue aliquid de te flendum referatur in vrna.

Sat erit, dixi ad eleg. 4. supra vers. vlt. *Si modo matris erit.* id est, venerit in matris manus, vt sepeliat. vt supra:

Et mater non iusta piæ dare debita terræ.

D & Virg. 10. Æneid.

Istic nunc metuende iace, non te optima mater Condet humi. In verbis autem, *Si modo, dum modo, postmodo*, τὸ *modo* productio verbi, vt eleg. 18. libr. 1.

Si modo sola queant saxa tenere fidem.

& alias sæpè.

SVBSTRAHIT *hac fantem torta vertigine fluctus.*] sic sup. *Et miseri vitam traxit hiatus aqua.* vt hic, *Substrahit fluctus torta vertigine. Vertigo torta*, vt vortex, & aqua se torquens, & circumagens. Virg. 1. Æneid.

—— ast illum ter fluctus ibidem

E *Torquet, agens circũ, & rapidus vorat æquore vortex.* Petron. Arb. *Et illum quidem vociferantem in mare ventus excussit, repetitumq. infesto gurgite procella circumegit, atque hausit. Substrahit*, ex oculis raptim aufert, & subducit. Virg. 1. Æneid.

—— neque aspectu ne substrahe nostro.

Scaliger huc torquet versus Homeri ex Odyss. 5. sed absurdè.

VLTIMAQVE *hac Pæto noxque diesque fuit.*] τὸ nox, ambiguè, & tenebræ ipsæ in medio die, & tempus nocturnum: ideo dixit, *Nox q. dies q.*, quia dies ille sine sole nox; & nox mors. *Vltima nox*, suprema Virgilio 6. Æneid.

Namque vt supremam falsa inter gaudia noctem

Egerimus nostri. Ibid. *Mihi fama suprema Nocte tulit.* & lib. 2. *Venit summa dies.*
Alias hic legitur *Vltima quæ Pæto*, &c. An *nox, quæ fuit noxque diesque vltima, substrahes torta vertigine fluctus*, vt *fluctus* sit gignendi casus? Et, pro, *Noxque*, legitur &, *voxque*, quam lectionem amplectitur Dousa pater.

O *centum æquoreæ Nereo genitore puellæ.*] sic eleg. 17. lib. 1.

At vos æquoreæ formosa Doride natæ.

Centum vero esse credebantur inquit Plato in Critia. Virg. 4. Georg.

Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores
Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant.

Ouid. 6. fast.

Excipit illæsum Panope, centumque sorores.

& eleg. 5. lib. 3. Amor.

Tu centum aut plures inter dominabere Nymphas;
Nam centum aut plures flumina nostra tenent.

Albinouanus ad Liuiam:

Consortesque Deæ centum, longæuaque magni
Oceani coniunx, Oceanusque pater.

Euripidi tamen in Iphigenia in Aulide dicũtur: πεντήκοντα κόρας Νηρῆος. Et in Iph. in Taur. vocat πεντήκοντα Νηρῄδων χοροί. Rursus ibid. ὅπου πεντήκοντα κοῦραι τῶν Νηρῄδων μέλπουσι. & in Ione: αἱ πεντήκοντα κόραι Νηρέως. Apollod. tamen lib. 1. Terna millia Nereidum facit. *Puella Nereo genitore*, vt eleg. 30. lib. 2. *Bacchus docta cuspide.* Sic Virg. 3. Æneid.

Sum patria ex Ithaca comes infelicis Vlyssei,
Nomine Achæmenides, Troiam, genitore Adamasto
Paupere, mansissetque vtinam fortuna, profectus.

E*t tu materno tacta dolore Thetis.*] id est, quæ sensisti eum luctum & dolorem, quo matres afficiuntur amissis liberis. tangimur & bonis & malis. bonis, vt eleg. 2. sup.

Gaudeat, vt solito tacta puella sono.

Malis, vt hic, & Virg.

—— *nec solos tangit Atridas Iste dolor.*

Tangi ira; Lucret. Sed ver. hic habent, *tracta*, vt & eleg. 11. infra vers. 60. vbi vulgo legitur, *gloria fracta.* de Thetidis luctu Ouid. in Epicedio Tibulli:

Memnona si mater, mater plorauit Achillem,
Et tangunt magnas tristia fata Deas.

Albinouanus ad Liuiam:

Illi (Achilli) *cæruleum Panope matertera crinem*
* *Soluit; & immensas fletibus auxit aquas.*

Et Thetis ante omnes. Stat. in Genethliaco Lucani: *Sic fixum Paridis manu frementis*
Peliden Thetis horruit cadentem.

Plaut. Truc. *Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio. Thetis*, vocandi casu atticè.

V*os decuit lasso supponere brachia mento.*] id est, debuistis & par fuit subleuare natatorem subiectis mento manibus, quod vulgo dicitur, *Soustenir le menton.* Ouid. eleg. 3. lib. 2. de Ponto:

Mitius est lasso supponere brachia mento
Mergere quam liquidis ora natantis aquis.

& eleg. 6. eiusdem libri:

Brachia da lasso potius prendenda natanti:
Nec pigeat mento supposuisse manum.

Isidor. lib. 11. *Mentum dictum, quod inde mandibula oriantur, vel quod ibi iungantur.* ridicule. Mentum Virgilius & bubus tribuit, & hircis méta.

A N*on poterat vestras ille grauare manus.*] id est, Etiamsi vellet, grauis esse ille tam tener & leuis, non poterat. Hinc corrigendus Apul. in extremo lib. 7. Asini Aurei: *Non prius me desiit obtundere, quam victus fessusq. viribus, suopte pondere degrauatus* (vulgo degrauatus) *manibus eius fustis esset elapsus.*

A*t tu, sane Aquilo, nunquam mea vela videbis.*] id est, veliferam carinam, vt eleg. 6. lib. 1.

Ducere vela salo. *Aquilo videbis*, vt supr. hic. *Vidit nox.* vers. 53. Venti Dij finguntur & videre & audire, vt & nox. & *Terra videbit*
B apud Virg.

A*nte fores dominæ condar oportet iners.*] videlicet, quia hoc fatum meum est. vt eleg. 8. li. 2.

Mecum moriaris oportet.

& eleg. 6. libr. 1.

Hanc animam extrema reddere nequitia.

& eleg. 14. lib. 2.

Vestibulum iaceam mortuus ante tuum.

Condar, sepeliar, vel humer. *Iners.* propriè, quia à naui, nauus, & iners, ignauus, qui non nauigar, vt eleg. 8. lib. 1. vers. 10. dictum. vel *iners*, nequam, & turpi fractus amore, quia amor
C est inertia, & nequitia. Est & inèrs, qui nihil potest in re Venerea. vt Horat.

—— *quærenti taurum monstrauit inertem.*

& Ouid. *Taurus iners iacuit.*

AD ELEGIAM VIII.

D*VLCIS ad hesternas fuerat mihi rixa lucernas.*] id est, iucunda mihi fuit contentio tecum, & tamen hesterno in conuiuio. Genus oxymori, *dulcis rixa*, vt apud Catull.

Dulcia nocturna portans vestigia rixa.

Et rationem adfert infra: *Aut in amore dolere volo*, &c. & *In te pax mihi nulla placet.* & quia, vt
D Terent. *Amantium iræ amoris redintegratio. Dulcis rixa*, iucunda & grata. Sic Stat. 9. Theb. dixit:

—— *prima bona iurgia noctis.*

& 1. Achill. *Dulcibus armorum furijs. Fuerat*, pro, fuit; Enallage temporis, vt eleg. 29. lib. 2. *Sed nudi fuerant*, pro, erant. *Ad lucernas*, in nocturno conuiuio; quia cœnabant ad lucernas. Horat. oda 27. lib. 1.

Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat. oda 8. lib. 3.

—— *vigiles lucernas Perfer in lucem.*

& oda 21. lib. 3. *Viuæque producent lucernæ.* Virg.

—— *dependent Lychni laquearibus aureis.*

Lucret. lib. 2.
E *Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur.*

Mart. lib. 14. in Lemmate: *Lucerna polymyxos.*

Illustrem cum tota meis conuiuia flammis:
Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

De nocturnis conuiuiis Seneca ep. 123. *Ad lucernas, Appositis lucernis*, vt loquitur eleg. 15. l. 2. sic Sueton. in Cæsare cap. 37. *Ascenditque capitolium ad lumina.* & in Calig. cap. 45. *Ad lumina reuerti.* Plin. cap. 34. lib. 9. *Vt neptis eius Lollia Paulina quadringenties operta spectaretur ad lucernas. Hesternas*, vt eleg. vlt. lib. 2. *Hesternis corollis.* vers. 59.

V*ocis & insana tot maledicta tuæ.*] *Conuicia*

vocat infra hic, vers. 11. & *Iurgia* eleg. 6. sup. vers. 18. & eleg. 3. lib. 1. vers. 18. *Vocis insana*, qualis esse solet insanorum. Sic Plautus: *Quid insane clamas?* monet autem Horatius, vt eiusmodi clamor procul sit à conuiuio: *Procul omnis esto clamor & ira.* & , *Lenite clamorem sodales. Vocis insana maledicta*, vt infra: *Rabida iactat conuicia lingua.*

C V M *furibunda mero mensam propellis, & in me*
Proijcis insana cymbia plena manu.] id est, furentis in morem. vide Gell. cap. 15. lib. 11. de nominibus in *bundus*. gloss. vet. Θυμικὸς, *animosus, furibundus. Furibunda mero*, quia vinum insaniam parit, vt est eleg. 33. lib. 2. *Mensam propellis*; id est, porro pellis, vt mox, *Proijcis*, porro iacis. Horat.

Nido laborum propulit inscium.

Ipse eleg. 29. lib. 2.

Opposita propellens suauia dextra.

id est, procul repellens. Mensam autem propellunt & euertunt irati in conuiuio. Ouid. 12. Met. *Protinus euersæ turbant conuiuia mensæ.* & 6. Met. in fab. Terei:

Thracius ingenti mensas clamore repellit.

Sueton. in Neron. cap. 43. *Literas prandenti sibi redditas concerpsit, mensam subuertit, duos scyphos gratissimi vsus solo illisit. Proijcis*, non significat pertulisse ictum, sed irrita cecidisse pocula, vel porro iacis. vt Virg.

——*proiecto cum pede læuo Aptat se pugnæ.*

Et *proiectaque saxa Pachyni.* Macrob. cap. 4. l. 6. & Nonium in *Proiectum* ex Cicerone. *Cymbia plena* duplex insania, & *Cymbia* & *plena*. poculi genus, cymbium, de quo Macrob. cap. 25. l. 5. sat. Athenæ. lib. 11. & 10. Festus & Nonius in, *Cymbium*. & Seruius in illud 5. Æneid.

Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis.

Pocula, inquit, *ad formam cymbæ nauis.* De ebriorum pugna quæ committitur poculis dictum ad eleg. 6. lib. 2. De proiectis scyphis ab ebriis Plin. in fine lib. 14. Iuuenal. sat. 5.

Iurgia proludunt: sed mox & pocula torques
Saucius & rubra deterges vulnera mappa.

Insana manu, & irata & furenti. vide adnot. ad eleg. 6 lib. 1. vers. 16.

T V *vero nostros audax inuade capillos.*] pro, At tu vltra sexum audax inuola in crines meos. Ouid. lib. 2. de arte:

Ille ego sum cuius laniet furiosa capillos,
Ille ego sum teneras cui petat vngue genas.

Terent. Eunuch. sc. 2. act. 5. *Vix me contineo quin inuolem in capillum.* vbi Donat. *Mina fœminarum in alios vnguibus sæuientiũ.* Horat. *prœlia virginum*
Sectis in iuuenes vnguibus acrium.

E T *mea formosis vnguibus ora nota.*] id est, niueis manibus & eburneis digitis lania vultus, carpe faciem, & rade genas. eleg. 9. lib. 4.

Phyllidis iratos in vultum conijcit vngues.

Ibid. *Et mea peruersa verberat ora manu.* vbi hac de re pluta & eleg. 6. lib. 1. vers. 16.

T V *minitare oculos subiecta exurere flamma.*] ipse eleg. 9. lib. 4.

Phyllidis iratos in vultum conijcit ignes.

ita vet. lib. Plaut. Menecb. act. 5. sc. 2. *Ecce Apollo mihi ex oraculo imperat, Vt illi exuram oculos*

A *lampadibus ardentibus.* V.

Perij, mi pater, minatur mihi oculos exurere.

Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Et mihi sunt duræ leges: laudare nec vllam
Possum, quin oculos appetat illa meos.

Tu minitare, neque tamen id facies.

F A C *mea rescisso pectora nuda sinu.*] id est, lacera vestem meam, vt nudum pectus appareat. *Facere nudum*; pro, nudare, vt eleg. 18. lib. 2.

Et faceret scissas languida ruga genas.

vbi vide id genus exempla. est autem rixæ amãtium vestem lacerare, eleg. 5. lib. 2.

Nec tibi periuro scindam de corpore vestes.

B Terent. Adelph. *Discidit vestem, resarcietur. Rescindere*, pro scindere, vt renunciare. pro, nunciare. vt rescindere vallum & scindere. Virg.

——*rescindere cœlum.* Horat.
——*au male parta*
Gratia nequicquam coit & rescinditur.

Sinus, pars vestis; pro, veste sinuosa; vt ad el. 2. l. 1. *Et tenues Coa veste mouere sinus.* el. 4. l. 4.

Strymonis abscisso fertur aperta sinu.

N I M I R V M *veri dantur mihi signa caloris.*] scilicet, ex eo conijcio me ex animo amari. Inde intelligo non simulatos ignes, nec fictũ amorem. Sic infra:

C *Has dedici certas sæpe in amore notas.*

Signa dare, vt Virg. 1. Georg. *Sol tibi signa dabit.* Ibid. —— *æquora ponto Signa dabant.*

Verus calor, vt eleg 9. lib. 1. *Vero nec tangeris igni. Verus amor*, eleg. 15. lib. 2. vers. 30.

N A M *sine amore graui fœmina nulla dolet.*] nulla irascitur alicui mulier, quem non vehementer amet. Dolere, pro irasci, ex eo quod præcedit, id quod sequitur, quia dolorem sequitur ira, & querela. eleg. 18. lib. 1.

Quamuis multa tibi dolor hic meus aspera debet,
Non ita sæua tamen veneris ira mea.

D vide adnot. ad eleg. 5. lib. 2. vers. 10. *Graui amore*, acri & vehementi. sic eleg. 21. infra:

Vt me longa graui soluat amore via.

Horat. oda 11. Epod.

Amore percussum graui. Virg.
At regina graui iamdudum saucia cura.

Huc pertinet epigramma Catulli 81.

Lesbia mi præsente viro, &c.

& epigramma 90.

Lesbia mi dicit semper male, &c.

Q V Æ *mulier grauida iactat conuicia lingua,*
Et Veneris magna voluitur ante pedes.] id est, ea grauiter amat quæ maledicta sæpe iacit. E *Iactat conuicia*, vt Virg. 10. Æneid. —— *querelas*
Haud iustas assurgis & irrita iurgia iactas.

Sic *iacies verba* eleg. 8. lib. 2. *Grauida lingua*, plena & quasi fœta maledictis: vt grauida sagittis pharetra: Horat. Sed melius Scaliger è coniectura *Rabida*. inde enim rabulæ dicti. Apul. l. 1. Florid. *Quæ enim facilior res, quam lingua rabies. Rabida lingua conuicia*, vt sup. *Vocis insana maledicta.* vnde Hecuba canis fingitur, totaq. vagatur. Vrbe furens. el. 16. l. 1. dixit: *Petulantia linguæ. Et voluitur*, Eclipsis, pro hæc, & voluitur ante pedes Veneris, ab ea scilicet vltionem expetens, vt eleg. 4. lib. 1.

Nullas illa suis contemnet fletibus aras.

Tibull. eleg. 4. lib. 1. de Venere:

Supplicibus miseris, flentibus illa fauet.

& lib. 4. eleg. *Nulla tuum*, &c.

Sed Veneris sancta considam vinctus ad aras.
Hæc notat iniustos, supplicibusque fauet.

Ante pedes, vt Ouid. eleg. 13. lib. 2. Amor.

Ipse feram ante tuos munera vota pedes.

vide adnot. ad eleg. 28. lib. 2. verf. 45. Volui ante pedes, vt aduolui genibus dicuntur supplices. Stat. 11. Theb.

—— sic orat, humique Voluitur.

& 5. Syluarum in Abscantij pietate:

—— effuso dum pectore prona sacratos
Ante pedes auidè domini tam magna merentis
Volueris.

Ritus hic priscæ religionis, de quo Plin. cap. 28. lib 2. *In adorando dextram ad osculum referimus: totum corpus circumagimus, quod in læuum fecisse Galliæ religiosius credunt.* Leg. Plutarch. in Numa, Camillo, & Marcello. Plaut. Curcul. sc. 1. act 1. *Quò me vortam nescio.* P. *Si deos salutas, dextrouorsum censeo.* Lucret. lib. 5.

Nec pietas vlla est velatum sæpe videri
Vertier ad lapidem.

Ouid. 3. fast.

Atque aliquis modo trux visa iam vertitur ara.

Sueton. in Vitellio cap. 2. *Neque aliter adire ausus est, quam capite velato, circumuertensque se, deinde procumbens.* *Veneris magnæ*, sic Tibull. el. 2. lib. 1.

C *Num Veneris magnæ violaui numina verbo?*

Eadem ratione Virg. *Magni Iouis, Iunonis magnæ: magna Ceres: magnus Apollo.* & ipse el. 10. lib. 4.

Magnam Pallada. & alibi: *Magnus Amor.*

CVSTODVM *gregibus, seu cũ se stipat euntem,*
Seu sequitur medias, Mænas vt acta, vias:] *Stipat se*, circumdat. Stipare, & stipatores, custodes corporis, à stipe quam accipiunt, & quia cingunt denso agmine: Festus. Varro tamen inde stipem deducit, quia stipum, densum, & æs graue densè coodebatur, 4. & 6. de lingua Lat. Virg. 4. Æneid.

D *Tandem progreditur magna stipante caterua.*

Horat. sat. 3. lib. 1.

Rex ibis, neque te quisquam stipator ineptum
Præter Crispinum sectabitur.

Custodes mulieribus aut à maritis addebantur, vt eleg. 13. lib. 2.

Custodum & nullo septa timore placet.

Aut ab ipsis mulieribus adhibebãtur, vt acrius vrerent amantes, nec esset conueniendi copia. vt infra eleg. 14.

At nostra ingenti vadit circumdata turba.
E *Nec digitum angusta est inseruisse via.*

Greges vocat, quam hic *ingentem turbam.* & *stipare*, quod hic, *circumdare.* *Grex*, inquit Donat. *& bonorum & malorum, sed leuium.* Sic *ancillarum greges* Terentio: & Ciceroni. *Grex Catilinæ.* & Plauto: *Grex venalium.* Suetonio: *Grex scænicorum.* Seru. in 3. Georg. *Armenta sunt equorum & boum: Greges capellarum & ouium.* Sed etiã Grex generis nomen est; vnde Cicero: *Cecidit greges armentorum.* Virg.

Aut aliquem è magno sequitur grege.

Seu sequitur vias medias, per mediam vrbem fertur furentis more. vt 4. Æneid.

—— incensa per vrbem. Bacchatur; quod est proiecti pudoris. *Sequimur vias*, quia viæ nos

A ducunt, & ferunt. An medias vias. id est, per medias vias? vt eleg. 28. lib 2.

Io etiam prima terras ætate vagata est.

Et sequitur amatorem, quod est intemperantiæ. vt dictum ad illud:

Colchis & ignotum nonne secuta virum?

Mænas, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, ab insaniendo, propriè sacrificulæ Bacchi. Ouid. 4. fast.

Mentis inops rapitur, vt quas audire solemus
Threicias fusis Mænadas ire comis.

Sed infra eleg. 13. ponitur Phœbade verf. 64. *Acta*, agitata furore. Virg. 5. Æneid.

—— ecce etiam Troianis matribus actis
B *Exussit fœde puppes.*

Aliàs, *Icta*, quod confirmatur Ouidij testimonio. 2. de arte am.

In ferrum flammasque ruit; positoque decore
Fertur, vt Aonij cornibus icta Dei.

id est, percussa Thyrso Liberi.

SEV *timidam crebo dementia somnia terrent.*] sic Virg. 4. Æneid.

Quæ te suspensam insomnia terrent?

Somnia, ἐνύπνια: vnde ipse el. 25. lib. 2.

Cum satis vna tuis insomnia portet ocellis.

ἀϋπνία quoque, id est, insomnia feminino genere demeotes reddit. Cæcilius Plocio apud Non. in *insomniæ*: *Consequitur comes insomnia; ea porro insaniam adfert.* Insomniam quoq. in amoris malis commemorat Plaut. in Mercat. De visis nocturnis Cynthiæ, el. 3. lib. 1.

Portarent visa timores. vbi vide adnot. *Timidam terrent.* id est, natura timidæ metum maiorem & coucurientem addunt: & dictum vt à Virg. *Labantem impulit. incensum inflammauit.* & 8. Æneid. *Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes.* Ouid. 5. Metam.

Immissusque dies trepidantes territat vmbras.

Plaut. Amphit. *Eadem nos formido timidos terrore impulit.* Huc facit illud Apollonij lib. 3.

Δειλὴ ἐγών; οἷόν με βαρεῖς ἐφόβησαν ὄνειροι.

SAV *miseram in tabula picta puella mouet.*] id est, male habet & turbat & amanrem & sollicitam & Zelotypam puella picta apud amantem. De Zelotypia ex picturis & tabulis, eleg. 6. lib. 2.

Me Iuuenum facies pictæ, me nomina lædunt.

HIS *ego tormentis animi sum verus aruspex.*] id est, ira & Zelotypia. perturbationes animi tormenta duobus modis dicũtur, aut quia torquent & cruciant animum, vt inuidia Horat. ep. 2. l. 1. *Inuidia Siculi non inuenere Tyranni*
Maius tormentum.

Aut quia, vt in tormentis & equuleo, earum opera veritas exprimitur, vt ira Horat. ep. 18. lib. 1.

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam,
Commissumque teges, & vino tortus & ira.

Hic de ira agitur. *Animi* per dilogiam, & *tormentis animi*; & *animi aruspex*, qui diuinat & sentit quid sit in animo cuiusque. Cicero in Topicis: *Facit etiam necessitas fidem, quæ ab animis est, aut corporibus. à corporibus quia verberibus torti, & in igni fatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere. ab animis, vt à perturbationibus eorum, dolore, iracundia, metu,* &c. Isid. lib 5. *Tormenta, quod torquendo mentem inueniant.* ridiculè. & lib. 19. cap. 4. *Tormentum funis in nauibus longus, quo prora ad*

puppim extenditur, quo magis constringantur. Tormenta autem à tortu dicta sunt restes funesque. Sunt & tormenta, bellicæ machinæ, atque etiam ipsa tela, quæ torquentur & mittuntur apud Cæsarem. *Vetus aruspex*, qui bene coniicio, ideoque vates perhibeor optimus. Sic eleg 9. lib. 1.

Non me Chaonia vincant in amore columbæ.

Haruspex, ab haringa inspicienda, id est, hostia in hara includi solita. Donat. in Phorm. Varroni 4. de ling. Lat. *aruiga* dicitur, vbi tamen Scaliger legit *arunga*. Hesichius: *ἀρυγα, ἀρὴν ϑρέμμα.* id est, aries. Festus: *Harunga dicebatur hostia, cuius adhærentia inspiciebantur exta.* Idem Fest. *Prodigiatores, haruspices, prodigiorum interpretes.* qui vulgo vani & mendaces. vnde *vanus aruspex* infra eleg. 13. & Cato apud Cic. 2. de diuin. *Mirari se aiebat, quod non rideret aruspex, cum aruspicem videret.*

H AS *didici certo sæpe in amore notas.*] *Veri signa caloris* dixit hîc sup. *Nota*, τεκμήρια Rhetoribus. an σημεῖα, σύμβολα? Ductum à notis vini, vel pecoris, vel iis quibus defossa notantur. sic à Cicerone in Lucullo: *Nota veri & falsi. Verus amor*, vt eleg. 8. lib. 1.

Riualis certos subduxit amores.

N ON *est certa fides, quam non iniuria versat.*] id est: fidelem amatorem iniuriæ, & repulsæ, & fastus ostendunt. Nota sententia. Ouid.

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Enoius: *Amicus certus in re incerta cernitur.* P. Mimus: *Amicos res opima parant, aduersa probant.* Sic eleg. 24. lib. 2.

Nil ego non patiar: nunquam me iniuria mutat.

vbi multa in eam sententiam, & *iniuria* vt hic: *Fastus iniqui*, & *inuisa repulsa. Versat*, agitat, exercet in omnem partem, & male habet. propriè eleg. 14. lib. 1.

Et miserum toto iuuenem versare cubili,

Plaut Pers. act. 5. sc. 2. *Quid ais trux? stimulorum tritor Quid me hodie versauisti.*

H OSTIBVS *eueniat lenta puella meis.*] vide prouerb. *Si quid mali in Pyrrham.* Sic Ouid. in ep. Paridis.

Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

eleg. 10. lib. 2. Amor.

Hostibus eueniat vita seuera meis. alibi.
Hostibus eueniat vacuo dormire cubili.

& 3. Fast.

Eueniat nostris hostibus ille color. scilicet fuscus. Horat. oda 27. lib. 3. *Hostium vxores*, & ibi Lambinus. *Lenta puella*, quæ irasci & commoueri nequeat. vnde Ciceroni *lentitudo*, ἀοργησία. vel vt Tibull. eleg. vlt. lib. 2.

Illius vt verbis sis mihi lenta veto.

id est, sæua & difficilis.

I N *morso æquales videant mea vulnera collo,*
Me doceat liuor mecum habuisse meam.]

Sic eleg. 9. lib. 4.

Imponitque notam collo, morsuque cruentat.

& eleg. 3. lib. eiusd.

Hæc noceant potius, quam dentibus vlla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas.

Ouid. eleg. 7. lib. 1. Amor.

A *Aptius impressis fuerat liuere labellis:*
Et collum blandi dentis habere notam.

& eleg. 8. lib. eiusd.

Factaque lasciuus liuida colla notis.

& eleg. 13. libr. 3.

Collaque conspicio dentis habere notam.

Plaut. Pseud. *Teneris labellis molles morsiunculæ.* Varro apud Nonium in *Morsicatim*: *Sicut pulli sic incedunt, & in labellis morsicatim lusitant.* Catull. epigr. 8.

Quem basiabis? cui labella mordebis?

Horat. oda 13. lib. 1.

—— siue puer furens
Impressit memorem dente labris notam.

B Tibull. eleg 6. lib. 1.

Tunc herbas succosque dedi, queis liuor abiret,
Quem facit impresso mutua dente Venus.

& eleg. 8. lib. eiusd.

Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oscula, & in collo figere dente notas.

Legati Regis Demetrij, apud Plutarch. in Demetrio: Cum Lysimachus Rex iis ostentaret cicatrices ex ore & vnguibus leonis, cui obiectus erat ab Alexandro; *Et noster* (dixêre) *Rex Demetrius feræ Lamiæ morsus in collo gestat.* Erat autem nobilis meretrix nomine Lamia: cum Lamiæ sint etiam in fabulosis monstris, vt C Empusæ. Idem Plutarch. in Pompeio: Floram meretricem, iam anum, scribit de Pompeio dicere solitam, ὡς οὐκ ἦν αὐτῷ ἀπελθεῖν ἐκείνῳ συγκαταδακοῦσαν. Cic. 7. Verr. *Metuendum ne cicatrices Pop. Rom. adspiciat, ex mulierum morsu vestigia libidinis atque nequitiæ.* Lucret. lib. 4.

Quod petiere premunt arctè, faciuntque dolorem
Corporis, & dentes illidunt sæpe labellis. Ibid.
Affigunt auidè corpus, iunguntque saliuas
Oris, & inspirant pressantes dentibus ora:

Nequicquam &c. *Liuor*, color ille plumbeus, qualis in contusis partibus corporis apparet. *Doceat*, ostendat, monstret. Cic. 3. de leg. *Docuit se, quoad vixit, vt opprimeret C. Popilium nocuisse* D *Reip. Meũ habuisse meam.* me cum amica limasse caput. Habere & haberi verba sunt eius rei. Aristippus apud Laërtium: ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. quod Cic. ep. vlt. libr. 9. fam. vertit: *habeo*, (Laïden) *non habeor* à Laïde. vide Muret. cap. 7. lib. 6. Var. Lect. *Meam*, eleganter, pro amica mei solius, vt eleg. 14.

At nostra ingenti vadit circumdata turba. In Diris: *Luna tua est tecum, cur non est & mea mecum?* Horat. oda 14. lib. 1. *Non hoc pollicitus tuæ.*

A VT *in amore dolere volo, aut adire dolentem,*
Siue meas lacrymas, siue videre tuas.]

E Catull. *Verbosa gaudet Venus querela.*

Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Non bene, si tollas prælia, durat amor.

& 2. de arte amandi.

Felicem de quo læsa puella dolet.

vnde, *dulcis rixa*, initio huius elegiæ. Legendus Ælianus libr. 2. de Pausania & Agathope. *Audire dolentem.* id est, de me querentem amicam. audiuntur querelæ: videntur lacrymæ. inde aurium & oculorum voluptas. de lacrymis quibus delectatur amor dictum ad elegiam 12. libr. 1. vers. 16.

TECTA *superciliis si quando verba remittis:*
Aut tua cum digitis scripta silenda notas.]
Remittis verba, reddis, respondes. nam mittere verba, loqui, vt eleg.17. lib.2.

Nunc per rimosas mittere verba fores.

Sic Virg 12. Æneid.

Et vocem latè nemora alta remittunt.

Tecta superciliis. Sub nutu superciliorum quasi latentia, arcana, tacita, occulta. Cic.9. fam. *Tectus verbis sermo.* & alibi: *Tectus vir*, callidus & versutus. Superciliis quasi loquimur cum annuimus iis. Ouid. eleg. 4. lib.1. Amor.

Verba superciliis sine voce loquentia dicam:
Verba leges digitis, verba notata mero.

& eleg.5. lib.2.

Multa supercilio vidi vibrante loquentes.
Nutibus in vestris pars bona vocis erat.
Non oculi tacuere tui, conscriptaque vino
Mensa, nec in digitis littera nulla fuit.
Sermonem agnoui (quid non videatur amanti?)
Verbaque pro certis visa valere notis.

& eleg.10. lib 3.

Quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus,
Verbaque compositis dissimulata notis.

& lib.1. de arte amandi:

Multa supercilio, multa loquare notis.

Apul. libr. 10. Asini: *Sitiensque, pocillatore respecto, ciliis alterna conniuens bibere flagitarem.* C Supercilium, inquit Festus, quod supra cilium sit. id est, integumentum oculi superius. Idem docet esse supercilia in Iunonis Lucinæ tutela. & Isidor. lib.11. Supercilium pro ripa, Virg. 1. Georg. & apud Liuium, *Supercilium montis aut tumuli.* Plin. cap.37. libr.11. *Supercilia homini, & pariter, & alternè mobilia; in iis pars animi.* & Cic.1. Offic. ex iis colligi habitum animi dicit. *Notas*, compendio & breuiter scribis. Sueton. in Aug. cap. 64. *Nepotes & literas, & notare docuit.* vnde *notarij*.

ODI *ego quos nunquam pungunt suspiria somnos.*] D id est: non placent. vt Græcis μισῶ. μισῶ μοιά-μορα, μισῶ σοφιστήν. *Odi*, ingrati mihi sunt illi somni, quos suspiria non stimulant, & interrumpunt: nam, *Quos*, melius, meo iudicio, legitur, quam, *Quæ*. Eiusmodi somnus Cynthiæ eleg.3. lib.1.

Et quoties raro duxti suspiria motu.

Si legamus *Quæ suspiria*, ficta intelliget. de quibus Lucret. lib. 4.

Nec mulier semper ficto suspirat amore.

Pungunt, vt Cic.2. Tusc. *Pungit dolor.* & 5. Tusc. *Aliquid pungit.* id est, conscientia. & sæpe in epistolis: *Pungit me.* id est, molestum est. E

SEMPER *in iratam pallidus esse velim.*] id est. Pallore metum testari ob iram amicæ, ne in me sæuiat. Pallor in Propertio duplex. vnus ex amore, isque perpetuus, de quo eleg. 5. lib. 1.

Nec iam pallorem toties mirabere nostrum.

alter ex metu, de quo eleg.9. lib. 4.

Palluerantque ipsi labra soluta mero.

Pallidus in iratam, vt Ouid.1. de arte amandi:

Pallidus in Lyricen syluis errabat Orion.

Dictum de hac sententia eleg.10. lib. 1.

Tu caue ne tristi (iratæ) cupias pugnare puellæ.

DVLCIOR *ignis erat Paridi, cum grata per arma*
A *Tyndaridi poterat gaudia ferre sua.*]
id est. Iucundior amor. *ignis*, pro amore vt adnot. ad eleg.9. lib.1. vers.17. sic *Dulcis amor.* Catull. Virg. & Horat. *Grata arma*, quia mallebat pugnare, quam reddere Helenam. eleg.3. lib.2. *Nunc Paris tu sapiens.* &c. Sed vet. libr. *Grata.* & Palmetius *Graia*, vt eleg.9. lib. 4.

Graia salina legendum, pro grata. Et *Graia arma* exponit Martem Graiis fauentem, quia sequitur. *Dum vincunt Danai.* *Per arma*, inter bella. vel, Cum per bella ei liceret. Respicit ad locum Homeri Iliad. 3. vbi Paris Menelao à Venere Helenæ ferr gaudium. An *gaudia* os-
B cula tantum? an id quod osculis est improbius. vt eleg.4. lib. 1. ——— *& quæ*

Gaudia sub tacita ducere veste libet.

De osculis Ouid. eleg.5. lib.2. Amor.

Quid facis exclamo? cui nunc mea gaudia defers?

Ferre gaudia, vt *ferre oscula* eleg.18. lib.2.

Et canæ toties oscula ferre comæ.

An *per arma* ferre gaudia, est osculari per galeam? sic Virg.12. Æneid.

Summaque per galeam delibans oscula fatur.

& Ouid. in ep. Laodamiæ:

Arma dabit, dumque arma dabit, simul oscula sumet.

sed sequentia repugnant.

C DVM *vincunt Danai, dum restat barbarus Hector.*] id est. Dum superiores Græci in pugna. Aut victoriam Menelai significat, de qua 3. Iliad. Aut eam pugnam, in qua referentes pedem Troiani rursus per Hectorem confirmantur lib.13. Iliad. Virg. quoque communem illum Martem attingit 1. Æneid.

Hac fugerent Graij. &c. *Barbarus*, Phryx:
Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

Restat, resistit, repugnat. Ouid. 2. Fast.

Quomodo victa cades, melioribus Ardea restas.

vide adnot. ad eleg. 21. lib. 2. vers. 17. An *restat*, superest, adhuc viuit, quo adempto leuiora
D tolli Pergama. Sane in Hectore præsidium genti suæ. Virg.11. Æneid.

Quidquid apud magna cessatum est mœnia Troiæ
Hectoris &c.

ILLE *Helenæ in gremio maxima bella gerit.*] id est. In sinu, & amplexu amicæ arma Veneris tractat, vt solent homines nequam. vide adnot. ad eleg.4. sup. vers.15. *Maxima bella.* irrisio, quia *militat omnis amans.* & *arma τὰ αἰδοῖα* vocat eleg.3. lib.1. vers.16. vbi vide adnot.

AVT *tecum, aut pro te mihi cum riualibus arma.*
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet.]
id est. Aut arma mihi tecum erunt, aut tu fu-
E tura belli causa; quod ad te attinet pacem odi, & dulcis mihi rixa. de riualibus dictum ad eleg.8. lib.1. vers. penult. Sitis amor est, vnde translatio. Ouid. in Fab. Narcissi:

Dumque sitim sedare cupit, sitis altera creuit.

In te, vt eleg.20. lib.2.

In te ego & aratas rumpam, mea vita, catenas.

GAVDE, *quod nulla est æque formosa: doleres*
Si qua foret. nunc sis iure superba licet.]
Nullam esse quæ forma cum Cynthia possit comparari ipse ait eleg. 4. libr. 1. ab eo versu *Tu licet Antiopa.* & eleg.2. & 3. lib. 2. *Doleres*, ægrè ferres, & inuideres, vt eleg.26. lib.2.

Et tibi præ inuidia Nereides increpitarent.
τὸ *nunc* autem dissimilitudinem notat. vt eleg. 9. libr. 1.

Quod si non esset facilis tibi Cynthia. nunc tu
Insanus, &c.

Sis iure-superba, tuo iure potes superbire, & merito gloriari. quod Horat.

Sumere superbiam quæsitam meritis.

formæ vero comes superbia. Ouid.

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.

vnde eleg.1. lib.2.

Gaudet laudatis ire superba comis.

Iure-superba, vt *iure triumphat.* eleg.8. lib.2.

A T *tibi, qui nostro tendisti retia lecto.*] formula imprecantis. Virg 2. Æneid.

At tibi pro scelere, &c. ipse eleg.vlt. infra.

At te celatis ætas grauis vrgeat annis.

Tendisti retia lecto. Cicero id *insidiari somno maritorum* dixit. & ipse vocabit mox, *furari.* An alludit ad Martis, Veneris & Vulcani fabulam? non opinor. Sed allegoricōs dixit, Qui mihi & amori meo insidiatus es & dolo auertere Cynthiam. sic eleg.32. lib.2.

Tendis iners docto retia nota mihi.

Diomedes autem lib.1. & Prisc. lib. 10. (quod admonuit Fruterius) non *tendisti*, sed *nexisti* hîc legit, à præsenti necto. sic Horat. ep. penult. lib.1.

Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.

Lecto, amori, coniugio, amicæ. vt eleg.vlt.lib.1.

Lecto te solum, lecto te deprecor vno.

S I T *socer æternum, nec sine matre domus.*] Cur illi hoc imprecatur? An quia soceri generis plerumque sunt iniquiores, & ad eos de maritis querelas deferunt, vt in Menæchmis Plauti? an quod diu, vel semper viuens socer exspectatione hereditatis frustretur generum? an quod huic riuali morosus & difficilis socer contigerat? Similis imprecatio apud Plautum: *Vxor tibi superstes ætatem vt siet.* & apud eundem vir de vxore queritur: *Viuit, victura est, est immortalis.* Terent. Hecyr. *In animum induxerunt socrus omnes esse iniquas.* Græcis vxoris pater πενθερός. de Soceri appellatione Iurisconsultus *l. 4. de gradibus. Æternum*, aduerbium, vt Virg. *Sedet, æternumque sedebit.*

Nec sine matre domus. Altera imprecatio, aut quod ei dura mater erat: aut quod liberis grandioribus molestæ sunt, & apud eos imperare volunt. Horat. *Vt piger annus*

Pupillis quos dura premit custodia matrum.

sic Virg.

Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca.

Cic. pro Cluentio de matre in filium crudeli: & in Asin. Plauti, mater arctè & contentè filium habet. *Nec sine matre*, cum matre, vt eleg. 8. lib. 2. *Non sine matre duces.* legitur & *Marte.* an rixa, pugna, discordia? non probo.

C V I *nunc siqua data est furanda copia noctis.*] id est, oblata occasio noctis mihi surripiendæ. sic enim *surripere operam* in Amphitr. Plauti. id dixit supra: *Tendere retia lecto. surripere suauiolum & basia:* Catull. & *furta*, adulteria. *Data copia*, vt Virg. 9. Æneid.

—— *data copia matri.*

A Alio modo eleg.20. lib. 2.

Interdum lecti copia facta tui.

Imo eodem modo dicitur *data copia noctis.* &, *facta lecti copia*: nisi quod τὸ furandæ præteriti esse deberet temporis, pro furatæ, vt eleg. 13. infra. *Mænas habenda malis.* pro habita. & *voluendi menses*, pro volutis. *furari noctem* dicitur, vt à Gell. *furari otium*, cap. vlt. lib.20. Cicero pro Balbo: *furari ciuitatem.*

I N F E N S A *illa mihi, non tibi amica dedit.*] id est. vt me vlcisceretur, cui irata erat, non quod tibi bene vellet. Venusta antithesis *In-*
B *fensa amica, mihi, tibi.* Seruius ad illud 2. Æn.

Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.

Infensus, inquit, *plus est quam inimicus.* Beroaldus hîc istud *infensa* reposuit, cum prius esset *Offensa. Offendere*, inquit Nonius, *lædere, vel percutere.* ergo offensus, iratus, quia læsus dolet. Vnde offensio, cum impingitur, ab ob & fendo. Sueton. in Claudio, *In pontificatu pontificibus offensior.* id est, iratior. apud eundem sæpe accipitur & pro inuisus. Est ergo translatio vel à capitis, vel pedis læsione cum impingit, vt Ouidij 2. Fast.

Ille iacens pronus, matri dedit oscula terræ,
C *Creditus offenso procubuisse pede.*

Sed & idem de naui in scopulos impingente eleg. 14. lib. 2. de Ponto.

Ad veteres scopulos iterum deuertor, & illas
In quibus offendit naufraga puppis aquas.

AD ELEGIAM IX.

MÆCENAS *eques Hetrusco de sanguine regum.*] in clientela fuisse Mæcenatis & Propercium constat ex eleg.1. lib.2. in cuius extremo:

Mæcenas nostræ spes inuidiosa iuuentæ.

eum equestri ordine contentum fuisse notum
D est, ideoque eques sæpe dicitur. Horat. od.20. lib.1. *Care Mæcenas eques.* & oda 16. lib.3.

Mæcenas equitum decus. Mart.

Risit Tuscus eques. Hetrusco de sanguine regum, è gente Cilnia, vnde reges Etruriæ: nam Arretiæ genus Cilnium præpotens. ita vet. libr. Liuij. libr. 10. quamuis & Licinij Cæcinæ Etrusci; vnde reges, è quibus oriundus Mæcenas Horat. oda 1. lib. 1.

Mæcenas atauis edite regibus.

oda 29. libr. 3.

Tyrrhena regum progenies. & sat.6. lib.1.

Non, quia Mæcenas Lydorum quidquid Etruscos
E *Incoluit fines, nemo generosior est te*
Nec quod auus tibi maternus fuit, atque paternus
Olim qui magnis legionibus imperitarint.

Mart. ep.4. lib.12.

Mæcenas atauis regibus ortus eques.

Albin. in obitum Mæcenatis:

Regis eras genus Etrusci; tu Cæsaris almi
Dextera. Velleius patereulus posteriore volumine: *Tunc vrbis custodiis præpositus C. Mæcenas equestri & splendido genere natus; vir, vbi res vigiliam exigeret, exsomnis, prouidens, atque agendi sciens.* & mox. *Quippe vixit angusto claui penè contentus.* vide Dionem lib.55. Scaliger in Catalecta: Menodori filius fuit Mæcenas, qui

Cæfari contra Pompeium affuit: Menodoro Menippus pater: Menippo Cæcina Rex Etrufcorum; atauus Mæcenatis. fane apud Macrob. in ep. Augufti ad Mæcenatem cap. 4. lib. 2. *Lafer Aretinum* dicitur, vt conftet gente Etrufcum, domo Aretinum fuiffe. & ad eius ortum videtur alludere Silius Italicus libr. 7.

Cilnius Areti, Tyrrhenis ortus in oris,
Clarum nomen erat.

De fanguine, Sic Virg. 10. Æneid.

Tufco de fanguine vires. & 7. Æneid.
Rex ipfe Iouis de gente fuprema.

Hetrufco, in ver. lib. & lapidibus fine afpiratione. Seru. tamen in illud 11. Æneid.

Hetrufcique duces. Hetruria, inquit, dicta quod eius fines erant vfque ad ripas Tiberis, quafi ἑτερουρία, & per fyncopen ἑτρουρία: nam ἕτερος, alter; & ὅρος finis.

I N T R A *fortunam qui cupis effe tuam.*] Qui vis te continere intra fines fortis, condicionis, & ordinis tui. Sic Ouid. eleg. 4. lib. 3. Trift.

Crede mihi bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quifque manere fuam.

Horat. fat. 1. lib. 1.

Vel dic quid referat intra Naturæ fines viuenti.

Idem eft fat 6. lib. eiufd.

——— quoniam in propria non pelle quieffem.

Perfius:

Tecum habita, vt noris, quam fit tibi curta fupellex.

Cupis effe, pro es cupidè, & libenter manes. vt eleg. 10. lib. 1.

Tu caue ne trifti cupias pugnare puella.

Q V I O *me fcribendi tam vaftum mittis in æquor.*] id eft. Iubes me in mare ingens fcribendi ingredi, id eft, tractare immenfam materiem rerum geftarum Augufti? de hac tranflatione dictum ad eleg. 3. fup. ad illud, *Cymba ingenij.* Sic *mare bonorum & malorum* in prouerbiis, & apud Catullum de poffeffionibus & latifundiis Mamurræ. *Cetera funt maria.* Æquoris quoque nomen conuenit ipfis cæteis tabulis. Titinnius apud Charif. lib. 1. *Velim ego offe arare campum cereum.* id eft, offeo ftylo. Liuius etiam initio lib. 3. vfus hac tranflatione: *Iam prouideo animo, velut qui proximis littoris vadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quidquid progredior in vaftiorem me altitudinem, ac velut profundum inuehi: & crefcere pene opus, quod prima quæque perficiendo minui videbatur.* & Horat. oda vlt. lib. 4.

Ne parua Tyrrhenum per æquor
Vela darem.

N O N *funt apta mea grandia vela rati.*] Sic Ouid. 3. de arte.

Conueniant cymbæ vela minora meæ.

Rates, id eft, minutæ naues & cymbæ minutis velis & remis aguntur. vnde eleg. 17. libr. 2.

Cernat & inferna triftia vela ratis.

id eft cymbæ. in eadem tamen naui & maius & minus velum: minus quod in prora ponebatur, dicebatur *Mendicum*: Feftus. Plin. in Prooemio lib. 19. *Sed quamuis amplitudini antennarum fingulæ arbores fufficiant, fuper eas tamen addi velorum alia vela: præterque alia in proris, alia in puppibus pandi: ac tot modis prouocari mortem.* bene *grandia*: nam & *grande carmen* dicitur & *Gran-*

A *diloqui poëtæ.* eadem allegoria Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trift.

Sæpe dedi noftra grandia vela rati.

& initio 2. Faft.

Nunc primum velis elegi maioribus itis.

T V R P E *eft quod nequeas, capiti committere pondus.*] Temeritatis eft ac ftultitiæ fupra vires niti. vnde Virg. 10. Æneid.

Quo moriture ruis, maioraque viribus audes?

Horat. in arte poëtica:

Sumite materiam veftris, qui fcribitis, æquam
Viribus & tentate diu quid ferre recufent,
Quid valeant humeri. & Mart. in fine lib. 12.
B *Qui fua metitur pondera, ferre poteft.*

Committere pondus capiti, mandare & tradere ferendum, vt eleg. 18. lib. 2.

Credam ego narranti noli committere famæ.

Sic *epiftola commiffa* Afranio, tradita ferenda. & coniunctum eum periculo, vt fe itineri, & viæ committere. Non tantum vero humeris & ceruice, fed etiam capite quædam geftantur. Ouid. 2. Met.

Illo forte die, cafta de more puellæ
Vertice fuppofito, feftas in Palladis arces
Pura coronatis portabant facra canifris.

C Iuuenal. fat. 3.

——— vix ferret tot vafa ingentia, tot res
Impofitas capiti, quas recto vertice portat.

ipfe eleg. 4. lib. 4.

Vrgebat medium fictilis vrna caput.

vide Feft. in *Arculum.* Ouid. eleg. 8. libr. 3. de Ponto:

Suppofitoque grauem vertice portat aquam.

Nequeas ἀπεμφατικῶς, vt Terent. Eunuch.

Atqui audieram illos amatorum effe maximos,
Sed nihil poteffe.

E T *preffum inflexo mox dare terga genu.*] *Preffum*, pro, oppreffum onere per aphærefim, vt el.
D 15. lib. 2. *Et preffi multo membra iacere mero.*

Dare terga, id eft, pronum cadere: nam vt dat terga & oftendit, qui fugit, fic qui cadit pronus. Aufon. epigr. 115.

Fauftulus infidens formicæ, vt magno elephanto
Decidit, & terræ terga fupina dedit.

ex Græco Lucillij.

Ἱππεύων μύρμηκι κατέστραφε, ὡς ἐλέφαντι
Δύσμορος, ἐξαπίνης ὕπτιος ἐξετάθη.

Virg. 6. Æneid. de Cerbero iacente:

——— immania terga refoluit
Fufus humi. *Genu inflexo*, poplite labante & fucciduo. Lucan. ad Pyfones eodem modo dixit, *Et tremefacta cadunt fuccifo poplite membra.*

E Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trift.

Iam fera Cæfaribus Germania, totus vt orbis,
Victa poteft flexo fuccubuiffe genu.

licet aliter hoc explicari poffit de fupplice.

O M N I A *non pariter rerum funt omnibus apta.*] pro, Omnes res æquè omnibus non conueniunt. Sic *futura rerum præfagire* Apul. Apologia 1. & *abdita rerum.* Horat. in arte. & *Cuncta terrarum* od. 1. lib. 2. *æterna rerum.* Seneca cap. 25. de Confol. ad Mart. *Omnia omnibus*, vt Virg.

Non omnia poffumus omnes. vide Fab. toto cap. 9. lib. 2. & cap. 10. lib. 12.

F A M A *nec ex æquo ducitur vna iugo.*] Idem

nomen eademque laus non manat ex eodem fonte. *Ducere famam ex iugo*, translatum ab aquis quæ ducuntur & deriuantur in locis superioribus. Ipse eleg.11. infra.

Duxit & Eufraten medium. Cicero 3. Offic. *A quatuor fontibus honestatis officia ducimus.* frequens est sermo: *Ducere riuos & ducere aquam. Iugum* pro origine, fonte, principio, quia flumina oriuntur ex montium iugis. de quibus eleg.19. lib.2.

Nec vaga muscosis flumina fusa iugis.

Cicero 3. de Orat. *Vt ex Appennino fluminum, sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia.* Inde *coniugata* Rhetoribus & Philosophis, quæ ex eodem iugo & capite ducta varie inflectuntur. Lips. autem cap. 17. libr. 3. var. pro *vlla* rectè correxit *vna*, cui vetus liber assentitur. Idem ibidem exponit, *ex aequo iugo*, id est etiam ex eadem arte non vnam nec eandem famam ad artifices peruenire. & adfert ex Ciceronis Oratore. *Vna fingendi ars est, in qua præstantes fuerunt Myron, Polycletus, Lysippus. qui omnes inter se dissimiles fuerunt; sed ita tamen, vt neminem sui velis esse dissimilem. Vna est ratioque picturæ, dissimillimi tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles, neque eorum quisquam est cui quicquam in arte sua deesse videatur.* Sic Horat. oda 1. lib.1. Alios alio studio teneri & diuersis viis ad laudem tendi ostendit.

GLORIA *Lysippo est, animosa effingere signa.*] *Gloria* cum tertio casu, vt eleg.3. lib.2.

Gloria Romanis es tu nata vna puellis.

De Lysippo statuario, (nam & alter pictor fuit) & eius operibus Plin. cap.7. lib.34. Horat. ep. 1. libr. 2.

Edicto vetuit ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.

quod & refert Plin. cap. 37. libr. 7. *Effingere*, quod Horatio, *Ducere æra simulantia vultum.* & Virg. *Viuos ducent de marmore vultus.* *Effingere*, siue cœlo, siue penicillo exprimere formam aliquam, vnde *effigies* dictæ. Sic Cicero 1. de leg. *Tum speciem ita formauit oris, vt in ea reconditos mores penitus effingeret. Signa*, inquit Festus in lituta, *vt rerum ita res sculpta ipsa, aut lapides, aut ferrum, & si qua sunt eiusmodi, quæ sculpantur: & pocula, & simulacra ad hominum effigiem conformata. Animosa*, spirantes animos mittentia eleg.7. lib. 4. Virg. 2. Georg.

Quos animosi Euri assiduè franguntque feruntque.

id est, valde spirantes. ipse eleg.1. lib.4.

Quid valeant pisces animosaque signa leonis.

sic signa quædam & animata, & virtutem spirantia, vt Alexander Lysippi. vide notata ad illud eleg 31. lib.2. *Viuida signa boues.* vet. gloss. *animosa, animalis*, ἔμψυχος.

EXACTIS *Calamis se mihi iactat equis.*] Plin. cap.7. lib.34. *Duo pocula Calamidis manu calata.* & cap. seq. *Ipse Calamis & alias bigas quadrigasque fecit, equis sine æmulo expressis.* meminit & cap. 5. lib.36. & Pausan. Corinth. & Eliac. Ouid. eleg. 1. lib.4. de Ponto:

Vindicat & Calamis laudem, quos fecit, equorum.

Se mihi iactat, se venditat, & ambitiosè com- A mendat opere non verbo. Afran. epistula apud Nonium in *tristis*, pro iratus:

Iactabit sese (vulgò iactauit) *iactet, mihi erit tristior.*

Exactis equis, ad vnguem factis. ἐξ[illegible]. Ouid.

Non exacta satis rudibusque simillima signis.

vide notata ad eleg.1. sup. vers.8.

IN *Veneris tabula summam sibi ponit Apelles:*] De Apelle dixi ad eleg.2. lib.1. vers.22.

Ponit sibi summam, statuit in ea præcipuam artis suæ laudem; hoc esse vult caput omnium operum suorum. Sic Lucill. apud Lactantium: *hic omnia ponit. Summa*, τὸ κεφάλαιον, τὸ σύμπαν, ductum à rationibus. Terent. Phorm. act. 2. sc. B 2. *Ad te summa rerum redit.* Cicero 5. de fin. *In homine summa omnis animi est.* id est, cætera leuia. & 4. de fin. *Quibus summa est in voluptate.* Pro Quinctio: *In hoc summa iudicij consistit*, & sæpe alias. Ouid. 5. Fast.

Romulus hoc vidit, selectaque corpora patres
Dixit: ad hos vrbis summa relicta nouæ.

De Venere, quæ ἀναδυομένη vocatur, quam è mari exeuntem pinxit Apelles, Ouid. 3. de arte amandi:

Si Venerem Cois nunquam pinxisset Apelles,
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

Meminit Cic. 1. fam. ep.41. & 2. ad Attic. ep. C 53. Auson. epigr.104. ex lib. 4. [illegible]. Pinxit & aliam Venerem Cois Apelles etiam superaturus illam priorem: sed inuidit mors peracta parte: Plin.

PYREICVS *parua vindicat arte locum.*] Pyreicum humilia secutum, & summam humilitatis laudem adeptum esse scribit Plin. libr. 35. cap.10. sed vet. libr. omnes *Parrhasius*: & Beroaldus se fatetur mutasse, approbante Pico Mirandula. Plin. tamen ibidem & summam subtilitatem Parrhasio tribuit, quæ fortasse hîc paruitas dicitur Horat. oda 8. libr. 4.

—— artium
D *Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas.*

Nota subtilitas eius lintei picti, qua Zeuxin fefellit. *Vindicat locum*, sibi deberi laudem inter pictores contendit, & sibi asserit famam bene pingendi. Vindicare dictum à iure ciuili, & iniectione manus, cum hac voce meum est: Iurisconsulti, Ouid. Cic. Fest. *Locum*, ordinem, numerum, dignitatem. Q. Cicero vbique, & Nonius in *locus.* ductum ab ordine sedendi, vel accumbendi, vel ambulandi quia medius locus honoratissimus. vt eleg.3. lib.2.

Romano accumbes prima puella loco.

ARGVMENTA *magis sunt Mentoris addita* E *forma.*] de opere Mentoreo ipse eleg.14. lib.1. vers.1. *Argumenta*, vel fabulæ, pictæ, sculptæ, textæ vel historiæ dicuntur. Virg.7. Æneid.

At leuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat; iam setis obsita iam bos
Argumentum ingens.

Cic.6. Verr. *Argumenta erant in valuis*, quod quid sit intelligitur ex eleg.31. lib.2. *Et valua Lybici*, &c. *Sunt addita*, sic adiuncta & adposita vt eximi possent. opinor ergo & credo emblemata significari, quæ vasis detrahi ita poterant, vt pura remanerent, sine cælatura & argumento vt constat ex 6. Verr. Cic. multis locis. an vt

Virg. 1. Æneid.

Quale manus addunt ebori decus?

Formæ, operi formato, & ficto, vt poculo, vel signo. sic eleg. 2. lib. 4.

At tibi Mamurri formæ cælator ahenæ.

id est statuę. Ennius apud Ciceronem.

Aspicite ô ciues senis Ennij imaginis formam.

sic *species* apud Cic. 1. de diuin.

AT *Myos exiguum flectit acanthus iter.*] Plin. Myos argenti cælatoris meminit, cuios venatio in scyphis magnam famam habuerit Mart.

Quis labor in Phiala docti Myos, anne Myronis.

Idem: *Archetypum Myos argentum te dicis habere.* Meminit Pauſ. in Arcad. *Acanthus*, herba topiaria, ἀκανθα ἢ μελάμφυλλον, vulgo, branca B vrsina cælabatur in poculis. Theocr. Id. 1.

παντᾶ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος.

Plin. herbam esse ait, quæ in Ægypto nascatur. adhibetur & pingendis vestibus aeu Phrygia. vnde flexum acanthum ipsum Virg. vocat 4. Georg *Flectit iter*, flexuosè errat per poculum ansas amplectens. vt Virg. ecl. 3.

Et molli circum est ansas amplexus acantho.

Sic Virg. 5. Æneid. *Flectit viam velis.*

Exiguum, quia breue spatium & angustum poculi, vbi non longius errat, sed in se reflectitur.

PHIDIACVS *signo se Iuppiter ornat eburno.*] C hunc *Iouem Eleum* vocat eleg. 2. sup. De Phidiæ Ioue Olympio Plin. cap. 58. libr. 7. & cap. 8. libr. 34. Iouem Olympium factum ait à Phidia ex ebore & auro, quem nemo sit imitatus. De eo simulacro Sueton. in Calig. cap. 22. Cic. in Orat. *Phidiæ simulacris nihil in eo genere perfectius.* Auson. in occasionis signo.

Cuius opus? Phidiæ, qui signum Palladis, eius

Quique Iouem fecit, tertia palma ego sum.

De Phidia & Plutarch. in Pericle, & Pausan. in Eliacis, qui sculptas ab eo horas, ait, & gratias. Mart. epigr. 55. lib. 7.

Phidiaco si digna Ioui dare templa parauit,

Has petat à nostro Pisa sua ante manus.

D vnde & Stat. 4. Sylu. in Hercule Epitrapezio.

—— quid ebur Pisæ pollice rasum.

& 3. Sylu. in Hercule Surrentino:

—— hos nec Pisanis honores

Iuppiter, aut Cyrrhæ pater aspernatur opacæ.

Se ornat, induit eam formam, vt augustior videatur. Summa laus artificis ex eius opere ornamentum ipse quærat Iuppiter. Sic Coquus Plautinus in Pseudolo: *Eum odorem cœnat Iuppiter quotidie.* & Cic. in Bruto: *Iouem si Græcè loquatur Platonis sermone loqui.*

PRAXITELEM *Parius vindicat arte lapis.*] id est; Eum sibi artificem postulat marmor Parium, nec vult ab alio sculpi ob eius artis præstantiam. Ita malo exponere quam per hypallagen: Praxiteles vindicat lapidem Parium. Periphrasis marmoris Parij candidissimi, Parius lapis. vnde Virg 3. Æneid. *niueam Paron* dixit. Plin. cap. 5. lib. 36. *Praxiteles*, inquit, *marmoris nobilitate superauit etiam semet.* & cap. 38. libr. 7. *Praxiteles marmore maximè nobilitatus est, Gnidiaque Venere.* & alibi in Catalect. *Non me Praxiteles, Scopasue fecit.* vide libr. 4. Anthologiæ de eius

A Venere. Pro *Parius* legitur etiam *propria*, quia ea laus Praxitelis, in qua omnes illi eefferunt, & se ipse superauit, vt ait Plinius. Sed τὸ *lapis* postulat *Parius.*

SVNT *quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ.*] Sic Horat. oda 1. lib. 1. *Sunt quos curriculo*, &c. *Concurrit*, significantius quam conuenit, quia concursus certamen & frequentiam indicat. Cic. 2. de diuin. *Somnia casu nonnumquam temere concurrunt.* An est hypallage pro quadriga concurrit palmæ. id est, ad palmam & victoriam ludorum Olympicorum? *Elea quadriga*, quæ Pisam Elidis venit ad ludos Olympicos, qua de re eleg. 8. lib. 1.

Et quas Elis opes ante-pararat equis.

Quadriga autem singulari numero, vt eleg. vlt. lib. 2. vers. 38. adnot. *Elea quadriga*, vt Stat. 10. Theb. de equo.

Natus ad Eleas melior quis surgere palmas.

Palma autem commune omnium certaminum præmium, etsi aliud alij proprium: Plutarch. sympos. vide Gell. cap. 6. lib. 3.

SVNT *quibus in celeres gloria nata pedes.*] id est, qui eam habent laudem à natura, vt velocitate pedum omnibus præstent, & optimi sint cursores, vt Achilles, Camilla, Ladas, Talus. *Natus in rem*, vt Horat. oda 27. lib. 1.

Natis in vsum lętitię scyphis Pugnare, &c.

Celeres pedes, vnde Celeripes apud Cic. 9. ad Attic. Græcis ὠκύπους. Stat. 9. Thebaid. eleuat hanc laudem cursus pedum. Iuuenal. sat. 13.

Qui lenim velocis gloria plantę

Præstat, & esuriens Pisæ ramus oliuę?

HIC *satus ad pacem, hic castrensibus vtilis armis.*] sati ad pacem poëtæ. *Satus ad pacem natura quietus homo* dicitur à Cicerone de Petit. Consul. Serere dicuntur auctores vitæ, vt natura, & parentes. Iode *Sator Diuûm Iuppiter* Virgilio. & *Sate sanguine Diuûm.* & *Satu*, pro generatione Attius Pelopidis: *Ait me heredem ex tuo esse conceptum satu.* Idem in Telepho: *Profectò haud quaquam est ortus mediocri satu.* id est, genere & sanguine. Cic. 1. de leg. *Extitisse quandam maturitatem serendorum hominum.* Ibid. & agit de seminibus deciduis è cœlo, vnde homines. Orestes apud Euripid. in fabula sui nominis, vbi se plus debere patri quam matri contendit:

πατὴρ μὲν ἐφύτευσέ με, ἡ δ' ἔτικτε παῖς,

τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα.

Item in Phœnissis: ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα. notum Diogenis dictum quod est apud Laërtium: *Plantis hominem.* an ergo *satus*, à φυτεύω? De E se autem Propertius confitetur quod hic ait eleg. 6. libr. 1.

Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.

vbi, *Idoneus armis*, qui hîc, *vtilis armis castrensibus.* Ouid 2. Fast.

Nam puer impubes, & adhuc non vtilis armis.

Vtilem bello dixit Horat. oda 11. libr. 1. Addidit, *Castrensibus*, quia sunt & arma Veneris aliena à castris, de quibus ipse eleg. 3. lib 1. & alibi. & *arma oratorum* Ciceroni. & infra eleg. 21.

Demosthenis arma. & *arma Vlyssis* apud Virg. doli & fraudes.

NATVRÆ

NATVRÆ *sequitur semina quisque suæ.*] eo quisque fertur, quo rapit vis insita. suæ quisque patet naturæ, & ingenio. eo quisque tendit quo natura ducit. Demosthenes aduersus Pantænetam: φύσει μάχεσθαι οὐκ ἔνεστιν. Horat. *Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.* Cicero sæpe: *Sequi naturam ducem.* &, *Conuenienter naturæ viuere. Semina naturæ;* vt Cicero 1. de leg. 5. de fin. & 3. Tuscul. *Igniculos & semina* vocat *virtutum*, quæ habeamus à natura, quos tamen igniculos praua consuetudo, & opinio exstinguit 3. Tusc. *Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum.* & 3. de Nat. Deor. *Semina iniustitiæ, & intemperantiæ.* vide ad illud eleg. 7. sup. *Semina curarum de capite orta tuo.*

AT *tua, Mæcenas, vitæ præcepta recepi.*] id est, in animum admisi, vt hospitem, & recondidi tua præcepta, id est, *exempla*, vt mox vocat, & documenta re non verbis tradita. *Rationem vitæ* vocat Lucretius. sic Horat. 4. lib. 2.

Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

significat autem illud Epicuri dogma & decretum λάθε βιώσας. *Recepi*, plus quam accepi; nam & recondere simul notat, vt el. vlt. lib. 4.

—— *vbi portitor æra recepit.*

sic & *recipere ferrum* dicuntur gladiatores. & apud Horat. *Frenumque recepit.* pro, admisit.

C COGOR *& exemplis te superare tuis.*] id est. Mihi necesse est, tenuius viuere & humilius, & sequi parua: nam paruum parua decent. cum te magnum & nobilem hominem videam intra fortunam tuam manere, cui sim multo inferior & genere & fortuna. eò te supero quod tu Remp. aliqua ex parte attingas vrbis custos, & Augusti comes in bellis. *Exemplis tuis*, præceptis, supra dixit. Me doces quomodo debeam viuere, itaque te sequor. sic eleg. 15. lib. 2.

Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ.

aliter accipitur eleg. 3. lib. eiusd.

Hic dominam ponat in ante meam. Cogor, non vi ac minis; sed officio & ratione. cogimur etiam voluntate: Terent. & Donat. vtitur autem eo verbo poëta, vt adnot. ad eleg. 1. lib. 1. vers. 8.

CVM *tibi Romano dominas in honore secures,*
Et liceat medio ponere iura foro.]

id est, cum liceat tibi, vel Romæ vel in prouinciis esse cum imperio; liceat magistratus, imperia & triumphos assequi. *In honore*, magistratu, prætura vel consulatu. eleg. 16. lib. 2.

Cynthia non sequitur fasces, non curat honores.

vnde *Tergemini honores* Horat. oda 1. lib. 1. & identidem apud Cic. vt cum ait: *Consulatus est honorum populi finis.* & apud Iurisconsultos de Mun. & honor. Honor est administratio Reip. cum dignitatis gradu. *Ponere secures*; hic est statuere, vt faciunt lictores cum in foro cum securibus apparent. Nam aliter Horat. od. 2. l. 3.

Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.

Dominas, vim imperij præ se ferentes, vt *Domina Roma* Horatio & Martiali. Alio autem modo dixit *Ponere secures*, alio *Iura ponere*, id est statuere & condere leges, & ferre ac dicere ius, vel edicta proponere, quod est Æ-

A dilium, Prætorum, & Consulum. vt eleg. 10. lib. 4. *Ponis vix fictis tristia iura labris.* Sic Virg. 1. Æneid. per dilogiam vt hic dixit

—— *moresque viris & mœnia ponet.*

Medio foro, quia & in comitio & in foro ius dicebatur; & illic edicta proponebantur, vt & proscriptiones fiebant. Quid forum docet Fest. in *forum*. Sententia hæc de Mæcenate est apud Paterculum posteriore volumine. *Quippe vixit angusto claro pœne contentus: nec maiora consequi non potuit, sed non tam concupiuit.* Item apud Dionem lib. 55.

VEL *tibi Medorum pugnaces ire per hostes.*]

B Cum tibi liceat hostium cuneos perrumpere. genus sermonis simile illi flori poëtæ.

Ego nolo Cæsar esse: Ambulare per Britannos:
Scythicas pati pruinas. Horat. oda 16. libr 3.
Aurum per medios ire satellites, &c.

Hostes Medorum, pro hostes Medos: genitiuus pro epitheto. vt eleg. 10. lib. 2.

Iam negat Euphrates equitem post terga tueri
Parthorum. & Medi, pro Parthis, vt eleg. 12. infra. vers. 11. *Pugnaces*, bellicosos, vt Horat. oda 3. lib. 3. *Pugnaces Achiuos*, dixit.

ATQVE *onerare tuam fixa per arma domum.*] sic Ouid. 3. Fast.

C —— *vlcisci iusta per arma patrem.*

pro armis. *Onerare*, implere. Virg. 1. Æneid.

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes,

quia plena plus oneris habent, quam vacua. Virg. 12. Æn. *Cumulantque oneratis lancibus aras.* vel *onerare*, pro decorare. Varro 4. de ling. Lat. *Honos ab honesto honere. Itaque honestus dicitur, qui honeratus, & dictum bonus est honos, qui sustinet Remp.* Seru. ad illud 1. Æneid.

Spoliis Orientis honustum. Oneratus, qualicunque pressus pondere: honustus, cui onus ipsum honori est, vt si quis hostium spolia ferat. Sed oneratus aspirationem non habet, quia ab onere venit: honustus vero,

D *quia etiam ab honore descendit, retinet aspirationem.* Apul. lib. 11. *Sacrorum ritu variis me quisque muneribus onerantes.* & Ausonius:

Posses ornatus, posses honeratus haberi.

Quod hic *onerare domum*. id Plaut Trucul. act. 2. sc. 6. *Filium peperisti, qui ædes spoliis opplebit tuas.* Albin. ad Liuiam eadem de re.

Mœsta domus plangore sonat, cui figere latus
Parta sua dominus vouerat arma manu.

Virg. 5. Æn. *Et spolia illa tuis pendentia tectis.* & 7. Æn. *Multaque præterea sacris in postibus arma.* Cic. 2. Philipp. *Rostra & spolia in vestibulo domus Pompeij.* Tibull. eleg. 1. lib. 1.

E *Te bellare decet, terra, Messala, marique,*
Vt domus hostiles præferat exuuias.

vide Plin. cap. 2. lib. 35.

ET *tibi ad effectum vires det Cæsar, & omni*
Tempore tam faciles insinuentur opes.]

id est, ad id efficiendum. Ipse eleg. 23. infra.

Semper & effectus promeruêre bonos. Liuius lib. 34. *Motus sine effectu.* Plancus 10. fam. 16. *ad effectum consiliorum peruenire.* & Cicero sæpe. Liber Beroaldi, *affectum*; & exponit ad desiderium, vt ipse cupit. *Vires*, pro opibus, vt nerui; & potens dicitur diues: & *fortis familia* apud Nonium. & vires, pro potentia, Albin. ad Liuiam.

Nec vires errasse tuas, campoque foroque.
De hac re idem Albin. in obitum Mæcenatis:
Omnia cum posses tanta tam carus amico,
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Opes faciles, nullo labore parabiles, vt quæ vltro offerantur. vt eleg. 9. lib. 1. *facilis copia.* *Insinuentur*, clam velut in sinum non petenti recondantur. nam sinu gestari pecuniam dictum ad eleg. 16. lib. 2. *Ponderat illa sinus.* Nonius: *Insinuari, immitti, quasi sinu accipi.* Sisenna: *Agmen perturbatum pedites insinuant, ac loco commouent.* id est, obliquè inuadunt. Ennius apud Varro. 4. de ling. Lat.
Inde venit pullis dimissus insinuans se
Ipsa anima.

PARCIS *& in tenues humilem te colligis vmbras.*] Albinou. de hac re in obitu Mæcenatis:
Maius erat potuisse tamen, nec velle triumphos,
Maior res magnis abstinuisse bonis.
Parcere, pro abstinere, & parcè vti. Virg. 8. Æn. *Nec componere opes norunt, aut parcere parto.* Sed hîc ἀπλῶς, vt Virg. 6. Æneid.
Tuque prior, tu parce. *Colligis te*, contrahis & quasi collectis coactisque bonis tuis minorem te ostendis. vt minus multa in vita tua pateant, quæ fortunam feriant. Virg. 12. Æneid.
Alitis in paruæ subito collecta figuram.
& alibi. *in spiram se colligit anguis.* Ibid. *& se collegit in arma.* vnde alio transfertur, vt *colligere se*, & *animum*, quod Cicero 4. Tusc. exponit, *dissipatas animi partes in vnum cogere.* *Humilem*, paruum quasi humi serpentem. vt *humilis poeta* dicitur el. 7. lib. 1. *In tenues vmbras*, id est, ita te astringisque reducisque collecta cupiditate, vt non procul vmbram iacias. Translatum à conlucatione arborum. ad contractionem & amputationem cupiditatis & luxus. nam luxuriantes arbores maiorem vmbram iaciunt. Virg. 2. Georg.
Tum fortes latè ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
huc spectat quod Plin. cap. 12. libr. 36. Thaletem, ait, ex vmbræ mensura Pyramidum magnitudinem deprehendisse. ea hora qua corpori par vmbra esse solet.

VELORVM *plenos subtrahis ipse sinus.*] Alia translatio à re nautica: Cum vides, inquit, ventis secundis vela tua nimium tumentia, ea subducis, & inhibes cursum. Sic Horat. oda 10. lib. 2. ——*sapienter idem*
Contrahes vento nimium secundo Turgida vela.
Stat. 4. Sylu. In epulo Domitiani:
——*summittentemque modeste*
Fortunæ vexilla suæ. Et ventis nimium secundis nisi vela subducantur nauis perit. Ouid. 3. de arte amandi:
Sæpe perit ventis obruta cymba suis.
Cicero ep. 13. lib. 1. ad Attic. *Quæris ex me, contraxi vela, metuens inopiam iudicum.* pro, nolui vlterius progredi. *Sinus velorum*, quæ ipse *vela sinuosa* vocat eleg. 1. lib. 4.
Nec sinuosa cauo pendebant vela theatro.
Virg. 5. Æneid.
Vna omnes fecere pedem, pariterque sinistros,
Nunc dextros soluere sinus. *Plenos*, vt el. 6. l. 4.

A *Hinc Augusta ratis plenis Iouis omine velis.*
CREDE *mihi magnos æquabunt ista Camillos*
Iudicia, & venies tu quoque in ora virûm.
id est, sane parem te facient Camillis, & viris illis antiquis bello & pace maximis. De Camillo Cicero, Liuius, Horatius, Plutarchus. *Iudicia*, pro decreto animi, & proposito ac instituta vitæ ratione certo consilio. sic Cicero: *Iudicio suscipere aliquid.* *Aequabunt*, vt eleg. 1. sup. *Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas.* *Camillos magnos*, vt Virg. 2. Georg.
Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos
Extulit hæc Decios, Marios, magnosque Camillos.

B CÆSARIS *& famæ vestigia iuncta tenebis.*] Proximus ibis gloriæ Augusti, nec ab eo recedes. Ibis alter ab illo. *Tenere vestigia*, est firmiter insistentis. Virg. 5. Æneid.
——*vestigia presso Haud tenuit titubata solo.*
Paulò aliter dixit, *hæret pede pes.* Palmer. legit *fastigia*, è coniectura: sed male coniicit. Vestigium pedis humani veteres appellabant *pedam*: Festus. Quasi diceret, Secundus eris, nam à proximè sequendo secundus. Atqui de eodem dixit eleg. 1. lib. 2. ——*& tu*
Cæsare sub magno cura secunda fores.

MÆCENATIS *erunt vera tropæa fides.*] id est, virtutis tuæ monimentum verum & certum erit tua in Augustum fides. & *vera* C ambiguè! *vera tropæa*, & *vera fides.* verè triumphat qui vitia subegit, vnde hîc *tropæa.* De fide Mæcenatis Albinou. in obitum eius:
Fidus erat nobis. nam propter Cæsaris arma
Cæsaris & similem propter in arma fidem.
Sublesta tamen eius fides aliquando, vt videre est apud Sueton. in Augusto.

NON *ego velifera tumidum mare findo carina.*] De velis grandibus intelligendum, vt supra.
Non sunt apta mea gaudia vela rati.
& sequitur *tumidum mare.* id est, iratum, tumultuosum. Nam tumor indicium tempestatis. Virg. 1. Georg.
D ——*freta ponti Incipiunt agitata tumescere.*
de hac allegoria vide eleg. 3. sup. vers. 22.

TVTA *sub exiguo flumine nostra mora est.*] id est, Tutò moramur in fluuiolo. vide adnotata ad eleg. 3. sup. vers. 23. & 24. & eleg. 7. vers. 60. *Sub*, pro, In, vt eleg. 27. lib. 7.
Iam licet & Stygia sedeat sub arundine remex.
pro, *mora*, alij libri habent, *Ratis.*

NON *flebo in cineres arcem sedisse paternos*
Cadmi, nec semper prælia clade pari.]
Sic Stat. 3. Theb. *veteris cum regia Cadmi*
Fulmineum in cinerem monitis Iunonis iniquæ
E *Consedit.* *Sedisse in cineres*, collapsam esse, incendio absumptam. Alta, cum cremantur, collabuntur, & sensim subsidunt. hinc dictum sedere in cineres, vel in ignes. vt Virg. 9. Æneid.
——*an non viderunt mœnia Troiæ*
Neptuni fabricata manu, considere in ignes.
Tacit. libr. 3. hist. de excidio Cremonæ: *Cum omnia sacra profanaque in igne considerent, solum Mephitis templum stetit ante mœnia, loco, seu numine defensum.* *Arcem Cadmi*, partem vrbis Thebarum editissimam & munitissimam à conditore Cadmo Cadmeam dictam: Plu-

tarch. in Pelopida. Strabo libr. 9. Cadmeam illam ab Epigonis euersam cum vrbe tota scribit. Pausan. Corinth. eam arcem ait ab vrbe separatam fuisse. Sed quos dicit *Cineres paternos*? an Cadmi eius arcis conditoris, & velut parentis? Non liquet. An paterni cineres, patrij, quia patria ipsa deflagrarit vna cum arce. sic eleg. 2. lib. 4. *Accipe Vertumni signa paterna Dei.* An bustum Semeles? Stat. 10. Theb.

En cineres Semelaaque busta tenentur.

Ibid. *Tumulumque* (Semeles) *rebellem Disjice.* & Higinus Fab. 9. scribit Amphiona & Zethum muro cinxisse Thebas vsque ad Semelæ sepulchrum. Scaliger aliter, quem videsis. *Semper prælia clade pari.* an vno verbo *semper-prælia*, vt *semper-amor*, *semper-amans*? sic eleg. sup. prox. *Mihi cum riualibus arma Semper erunt.* Bella autem ex bellis apud Thebas, vel ante vrbem conditam, cum ex dentibus Draconis exorti armati mutuis vulneribus conciderunt. Deinde gestum bellum à septem ducibus, mox interempti fratres, & victi obsessores, postea eos vlti Epigoni. vide prouerbium: *καδμεία νίκη*, ad quod hic alludit. Meminit. Pausan. in Bœoticis in initio, vbi ait Cadmeam victoriam dici cum victores eadem, quæ victos, opprimit calamitas. Sed quidam lib. pro, *semper*, habent *fratrum*, de quibus dixi el. 9. l. 2. vers. 50.

Nec *referam Scæas, & pergama Apollinis arces.*] Scææ, portæ munitæ, arces dicuntur, quarum mentio apud Homerum, vt Iliad. 2.

Πᾶν δ' ὑπὸ μάρναντο ἀμφὶ σκαιῇσι πύλῃσι.

& alibi. Plaut. Bacchid. sc. 9. act. 4.

Ilio tria audiui fuisse fata, quæ illi forent exitio:
Signũ ex arce si perijsset: alterũ etiã est Troili mors:
Tertium cum porta scææ lumen superum scinderetur.

meminit & Virg. identidem, & Strabo.

Et *Danaûm decimo vere redusse rates.*] Virg. 12. Æneid. *Decimum quos distulit Hector in annum*, *Redusse*, non omnes, quia vt ait vetus poëta: *Plera pars pessumdata est.* & eleg. 7. sup.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes.

Moenia *cum Graio Neptunia pressit aratro.*] hypallage, pro, Impressit Graium aratrum mœnibus Neptuniis. Horat. enim eadem de re oda 16. lib. 1. *Imprimeretque muris*
Hostile aratrum exercitus insolens.

vbi vetus Interpres: *Et condendis & euertendis vrbibus aratrum inducebatur.* Modestinus *l. si vsusfructus. D. quibus modis vsusf. vel vsus amittitur. Si vsusfructus*, inquit, *ciuitati legetur, & aratrum in eam inducatur ciuitas esse desinit, vt passa est Carthago. ideoque quasi morte desinit habere vsumfructum. Pressit*, aphæresis de qua vers. 8. supra. *Mœnia Neptunia*, à Neptuno structa. Auson.

Iliaci Neptunia mœnia muri.

Ouid. in ep. Briseïdis.

Perdere quos melius possis Neptunia præbent
Mœnia. vide eundem 13. Metam. & Horat. oda 3. lib. 3.

Victor *Palladia ligneus artis equus.*] id est. Victoriæ causa. Sic Virg. 2. Æneid.

——*victorque Sinon incendia miscet.*

aliter idem dixit: *Victoresque ostentat equos. Artis Palladiæ*, quia Pallas Fabris & Architectis præ-

A est. ea de re Euripid. initio Troiadum:

——*ὁ γὰρ Παρνάσιος*
Φωκεὺς Ἐπειὸς μηχαναῖσι Παλλάδος
Ἐγκύμον' ἵππον τευχέων ξυναρμόσας
Πύργων ἔπεμψεν ἐντὸς, ὀλέθριον βάρος.

vide adnot. ad eleg. 5. sup. vers. 25.

Inter *Callimachi sat erit placuisse libellos.*] Satis erit, si lauder, & legar cum elegis Callimachi, quos per *libellos* intelligit, quia & grauiora scripsit Callimachus, vt hymnos & *αἴτια*, de quibus eleg. vlt. lib. 2.

Et non inflati somnia Callimachi.

B *Placuisse* dixit, vt eleg. 7. lib. 1.

Doctæ solum placuisse puellæ. & poëtis propositum id vt placeant. Terent. in prologo Andriæ: *Populo vt placerent quas fecisset fabulas.*

Et *cecinisse modis Coe poeta tuis.*] de Coo Phileta dictum eleg. 1. sup. vers. 1. Sed Scaliger legit *pure*: pro, *Coe. Tuis modis*, numeris, versibus, vt eleg 22. lib. 1.

——*seu varios incinit ore modos.*

Hæc *curent pueri, hæc curent scripta puellæ.*] id est, Curæ habeant, & voluptati. libenter & cupidè legant hæc *ἐρωτικά*. hic curam impendant. vt curare valetudinem, negotia. & el.
C 16. lib. 2. *Non curat honores.* Sed arbitror legendum: *Hæc vrant pueros, has vrant scripta puellas.* id est, amare doceant, & vri: nam id confirmatur eleg. 7. lib. 1.

Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulchro
Ardoris nostri magne poeta vale.

Meque *Deum clament, & mihi sacra ferant.*] his vtantur verbis me venerantes præ admiratione. *Deus ille.* vt Virg. in Daphn.

Ipsa sonant arbusta, Deus, Deus ille, Menalca.

& ecl. 1. *Namque erit ille mihi semper Deus.* Cicero 2. de Orat. *In qua* (dispositione) *tu mihi Deus videri soles.* Vide Plaut. Pseud. sc. 3. act. 1. &
D Athenæum lib. 7. cap. 13. *Mihi sacra ferant*, Me colant vt Deum, vt Ouid. in extremo libr. 2. de rem. Amor.

Postmodo reddetis sacro pia vota poëtæ
Carmine sanati femina, virque meo.

Sacra autem *ferre* dicimur duobus modis. vno, pro sacra ipsa tractare & iis præesse, cuius sermonis exempla multa supra adnotaui ad illud eleg. 1. *Itala per Graios orgia ferre choros.* Altero, pro sacrificare, vt hic & Virg.

Sacra Dionææ matri, diuisque ferebant.

nam sequitur, *Mactabant.*

Te *duce vel Iouis arma canam, cæloque minantem*
E *Cœum, & Phlegræis Oromedonta iugis.*] *ὡς* vel exemplum rei maioris, vt eleg. 28. lib. 2.

Hoc tibi vel poterit coniux ignoscere Iuno.

Iouis arma, in Titanas & Gigantes bellum, de quo dictum ad el. 1. l. 2. *Non ego Titanas canerem.* &c. *Cæloque minantem Cœum.* vt Virg.

Et coniuratos cælum rescindere fratres.

Apollod. libr. 1. Cœli & Telluris filios facit *ἑκατόγχειρας*. Briareum, Gyan. Cœum. & Paulo post ex iisdem parentibus. Oceanum, Cœum, Hyperiona, Crium & Iapetum Titanas. vide Hesiodi Theogoniam. At Oromedon, cuius hîc mentio, mihi quidem est, quod dicitur Terræ filius, quia ignotissimus. nomen tamen

Giganti, & fabulæ aptum possidet, *ὁ μέδων τῶν ὀρῶν*, quasi montibus imperaret, cum alios aliis imponeret. vide Hortibonum in Theocritum. *Phlegræis iugis*, verticibus montium Thessalorum, Ossæ, Pelij, Olympi. de quibos eleg. 1. lib. 2. Phlegra & Phlegræus campus duplex, vnus in ora maritima Italiæ iuxta Cumas, quam *oram Giganteam* vocat eleg. 20. lib. 1. Alter in Thessalia, de quo hîc, & eleg. 11. infra. & Euripid. in Hercule furente, & Apollodor. libr. 3. & Solinus.

CELSAQVE *Romanis decerpta palatia tauris*
Ordiar, & caso mœnia firma Remo.]

id est, caoere incipiam vrbis originem. Ordiri, verbum textorum. Nooius in *exordium. Ordiri dicitur vestis cum instituitur detexenda.* Idem in *Ordiri. Ordiri, est componere incipere.* Festus: *Ordiri est rei principium facere, vnde & vestes dicuntur exordita.* Isidor. cap. 29. libr. 19. *Ordiri, texere.* Plin. libr. 24. *Araneus ordiuntur telas, tantique operis materia vterus eius sufficit. Ordiar palatia* dixit, vt eleg. 1. lib. 4.

Mœnia namque pio conor disponere versu.

est vero enallage numerorum; nam Palatium vnus è septem collibus cæteris editior. Ipse eleg. 1. lib. 4.

Atque vbi nauali stant sacra palatia phœbo
Euandri profuga concubuere boues.

& eleg. 10. lib. eiusd.

Venit ad inuictos pecorosa palatia montes.

qui duo loci dum pecoris & boum mentionem faciunt tangunt etymon palatij, vt hîc, *decerpta palatia tauris.* Varro 4. de ling. Lat. *Quartæ regionis Palatium, quod Palantes cum Euandro venerunt. aut quod Palatini, qui & Aborigenes, ex agro Reatino, qui appellatur palatium, ibi consederunt. Sed hoc alij à Palatia vxore Latini putarunt. Eundem hunc locum à pecore* (Pecuscum) *dictum putant quidam. itaque Nauius Balantium appellat.* hæc ille. Festus: *Palatium mons Romæ appellatus est, quod ibi pascens pecus balare consueuerit: vel quod palare,* id est, errare *ibi pecudes solerent. Alij, quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaret, quæ ex Hercule Latinum peperit. Alij, quod Pallas ibi sepultus sit.* Inde *Palatina*, Dea quæ præest palatio, & *palatuar*, sacrificium pro palatio. Liuius & Dionys. vterque lib. 1. & Plin. cap. 6. lib. 4. *Decerpta tauris Romanis*, detonsa & depasta à tauris & pecore Romuli. nam nondum Roma erat. aut *Romanis*, pro Italis, quia *Itali boues* dicti. vel est prolepsis, vt Virg. 6. Æneid.

Portusque require velinos. Tibull. eleg. 6. lib. 2.
Carpite nunc tauri de septem montibus herbas
Dum licet: hîc magnæ iam locus vrbis erit.

& eleg. 5. lib. eiusd.

Sed tunc pascebant herbosa palatia vaccæ.

Sed Euandri boues in palatio commemorat libr. 4. eleg. 1. & Virg. ab Euandro conditam Romam scribit 8. Æneid. *Cæsa Remo mœnia firma.* Muros enim sanctos ea cæde præstitit, ac ita cauit ne quis violare auderet. ita sancti muri facti. qua de re Iurisconsultus *l. 1. & 8. de rerum diuis.* & Plutarch. in Romaicis Zonaras tono 2. Σάγκτα γὰρ ἔλεγον ῥωμαῖοι τὰ τείχη. *Mœnia* (etiam Mœoe singulari numero Ennio)

A muri, & alia mœnienda vrbis gratia facta. Item officia, Festus; Seruius in 11. Æneid. *Mœnia dicta à munitione ciuitatis, & abusiuè pro tectis, & domibus priuatorum.* Tibull. eleg. 5. lib. 2.

Romulus æterna nondũ firmauerat (alias fundaue-
Mœnia consorti non habitanda Remo. [rat) *vrbis*

Remo caso, vel à Romulo, quod malle videtur Liuius, vel à Celere tribuno, quod Plutarchus, interfecto. vide hac de Dionys. lib. 1. Plutarch. in Romulo. & Liuium lib. 1. Horat. oda 7. ep. & Ouid. 5. Fast. vtrique fratri nomen inditum putat Plutarchus à mamma lupæ, quæ *rumis* dicitur.

B EDVCTOSQVE *pares siluestri ex vbere reges.*] id est, nutritos. Varro de liberis educãdis apud Nonium? *Educit obstetrix: educat nutrix: instituit pædagogus: docet magister.* Sed Cicero, Terentius, & alij confundunt. sic Virg. 6. Æneid.

Educet syluis Regem. Donat. in illud Adelph. *Eduxi à paruulo. quod nos educare dicimus, inquit, veteres educere dixerunt.* propriè, *esleuer. Pares reges,* an quod simul initio regnarint? an heroas? Horat. oda 2. lib. 4.

Seu Deos regesque canit Deorum sanguinem &c.

Statius lib. 1. Achill.

C *Olim equidem Argoos pinus cum Thessala reges*
Huc veheret. & lib. 2.
——*ferroque & classe secutus*
Semideos reges, & ituram in sidera puppim.

An *pares*, pro geminis, duobus? Festus in *Paribus equis*, & in *Pararium æs*; at maxime in *fratrare.* vbi *fratres*, pro, paribus & contra *pares*, pro fratribus. & in *Sorarare.* Plaut. Menech. sc. vlt. *Aequè ambo pares.* mox, *gemini.* sic apud Virg. *Bina pocula*, pro paria. Virg. 8. Æn. de lupa. ——*geminos huic vbera circum*

Ludere pendentes pueros. Ipse eleg. 6. lib. 2.
Nutritus duro Romule lacte lupæ. & el. 4. lib. 4.
D ——*non quem, sine matris honore*
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.

vbi papilla, vt hîc vber. Festus: *Ruminalis ficus dicta, sub qua mammam lupa fratribus dedit; nam rumis* (rumin aliis) *mamma dicitur.* Seruius ad illud 1. Æneid. *Potens armis atque vbere glebæ. Vber*, inquit, *propriè fœcunditas.* & in illud 7. Æneid. *Diuitis vber agri.* pro *vbertas: vnde vbera mulierum à fœcunditate & copia lactis* ꝥ ex aurem vacat, vt eleg. 17. infra.

——*pangamque ex ordine colles.*

Syluestri, ferino lupino, quia lupi syluis gaudent. Virg.

His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis &c.

E sic *agrestes sues*, feros eleg. 19. lib. 2.

CRESCET *& ingenium sub tua iussa meum.*] vberior erit mihi vena, & amplior facultas pangendi carminis cum imperabis, vt scribam. Ao alludit ad illud Epicureorum apud Lucret.

Crescere sentimus pariterque senescere mentem.

Virg. eclog. 7.

Pastores edera crescentem ornate poëtam
Arcades. Horat. aliorsum oda vlt. lib. 3.
Vsque ego postera Crescam laude recens.

Sub tua iussa, vt eleg. 4. sup.

Sub tua iura fluent.

τὸ sub notat alienum imperium. vt eleg. 1. lib. 2.

Cæsare sub magno cura secunda fores.

PROSEQVAR *& currus vtroque à littore ouantes.*] comitabor currum Augusti triumphantis. nam prosequimur amicos officij gratia. sequebantur autem triumphantem milites sui. De qua re eleg. 1. sup. ad illud.

Scriptorumque meas turba secuta rotas.

An *prosequar* non pedibus meis, sed versuum meorum? Virg. 3. Georg.

—— quid pascua versu Prosequar.

an Ouantes καταχρηστικῶς? nam ouatio multum differt à triumpho. Plutarch. in Marcello. Seru. in 4. Æneid. *Ouatio*, inquit, *propriè minor triumphus. Qui enim ouationem meretur, & vno equo vitur, & à plebeiis, vel equitibus Ro. deducitur ad Capitolium: & de ouibus sacrificat: vnde & ouatio dicta.* Festus: *Ouantes, lætantes ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata O litera.* An tevera ouantes? nam Augusto principe primus Tiberius ouans curru vrbem ingressus est (contra morem) Sueton. in Tiberio cap. 9. *Ab vtroque littore*, Eoo & Hesperio. Virg. 3. Georg.

Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa:
Bisque triumphatas vtroque ab littore gentes.

sic Catull. *Quæcunque in liquentibus stagnis*
Marique vasta ferit vterque Neptunus.

Ouid. 1. Met.

Littora repleuit sub vtroque iacentia Phœbo.

Hinc Hispani, Cantabri, Britanni domiti: Inde Indi, Persæ, &c.

PARTHORVM *astutæ tela remissa fugæ.*]. de simulata Parthorum fuga dictum eleg. 4. sup. *Tela fugacis equi.* Asyndeton: *Prosequar* (versibus) *tela fugæ astutæ Parthorum*, eaque *remissa.* Canam vt tandem remiserint Parthi arcus & sagittas: pugnare desierint, vt Horat.

Cum Scythæ laxo meditantur arcu Cedere campis.

Idem & *remisso filius arcu.* Ergo *tela remissa*, quæ non amplius contenduntur, & diriguntur. sic Virg. *Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum.* *Tela fugæ Parthorum*, id est, eorum fugientium. vt eleg. 4. sup. *Tela fugacis equi.* An *Remissa tela fugæ.* id est, arma Romana retorta in fugam Parthorum? An *remissa*, retro missa? Virg.

Versisque sagittis. *Astuta fuga Parthorum*, vt el. 3. lib. 4. *Subdolus & versis increpat arcus equis.* Astu, astutus, astutiæ ab ἄστυ. id est, vrbe in qua versati, cauti, & acuti solent esse: Festus. An legendum: *Parthorum astutæ telane missa fugæ?* Au, *Parthorum ac tutæ tela remissa fugæ?* Ouid.

—— Parthis tutus ab hoste fuga est.

CASTRAQVE *Pelusij Romano subruta ferro.*] id est, subuersa, reuulsa, resracta Ro. armis. tamen Dio lib. 51. proditione capta scribit. Plutarch. in Antonio subdubitat. Ergo de industria dixit *ferro*, vt elueret maculam proditionis. *Pelusium*, inquit Seruius in 1. Georg. *esse vnum è septem ostiis Nili.* Sed fallitur. nam Pelusium est oppidum, vt ait Strabo lib. 17. paludibus einctum, & angustiis viarum: vnde hic *Claustra* legendum putat Palmerius, quod credibile sit Pelusiaco ostio Augustum esse ingressum Ægyptum. Petron.

A *Actiacosque sinus, & Apollinis arma tenentes*
Et Libyæ cerno & tua Nile gementia claustra.

Claustra Pelusij, vt vrbem Pataui, mare Adriæ, id est Pelusium ipsum, claustra Ægypti, quibus reuulsis patuit Augusto Ægyptus. Captum ab Augusto Pelusium scribit Plutarch. in Antonio. & vulgatam famam à Seleuco proditum ei iussu Cleopatræ.

ANTONIQVE *graues in sua fata manus.*] Plutarchus in Antonio, & Dio lib. 51. narrant vt sibi manus attulerit, cum idem fecisse Cleopatram ei falsò nunciatum esset, semianimis tamen ad illam delatus, & in eius

B complexu animam efflauit. *Graues in sua fata*, infestas & sæuiêtes in suam ipsius perniciem. dicitur grauis alicui, & in aliquem. vt eleg. 20. lib. 2. *Si fallo cinis heu sit mihi vterque grauis.* & el. 1. lib. 4. *Et graue Saturni sidus in omne caput.* *Fatum*, pernicies, pestis, vt eleg. 1. lib. 2.

Hunc misero fatum dura puella fuit.

& Ouid. eleg. 2. lib. 5. Trist.

Vt taceam strictas in mea fata manus.

MOLLIS *in cœpta fautor cape lora iuuentæ.*] id est. Regendam suscipe iuuentam, & ferocem ætatem quæ freno consilioque indiget. Ductum ab equite vel auriga, vt vox Isocratis de

C Theopompo & Ephoro in altero se strenis, in altero vti calcaribus. & Ouid. 1. Fast.

Si licet, & fas est vates rege vatis habenas.

& Cicero: *Repriment valida legum habenæ.*

Plaut. Mercat. act. 5. sc. 2. *Iam currum conscendi, iam lora in manus cepi meas.* Donatus in Adelphos. *Lora apud veteres laura dicebant à lauro triumphorum, sub qua mos erat captiuos vinciri, ducique per pompam.* Sed illic lora cædundis seruis, vnde lorarij. hîc vero *lora*, habenæ. vt Virg. 2. Georg.

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Charis. libr. 1. *Lora è corio vincula.* Varro 4. de ling Lat. *Lorica, à loris quod de corio crudo olim pe-*

D *ctoralia faciebant.* sunt & lora lignatorum Plauto & Ciceroni. *Mollis fautor*, benignus & facilis, vt eleg. 7. lib. 1. *Sint modo fata tuis mollia carminibus.* An *mollis Iuuentæ.* id est, teneræ? fautores autem qui fauitores Plauto, propriè in scena. vnde rectè dicitur Mæcenas fautor, qui faueat ingeniis. Horat. ep. 18 lib. 1.

Consentire suis studiis, qui crediderit te
Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum.

Cœptæ iuuentæ, ineuntis ætatis & primæ. eleg. 5. sup. *Me iuuat in prima coluisse Helicona iuuenta.* & el. 1. l. 2. *Mæcenas nostræ spes inuidiosa iuuêta.* An vt Virg. *Alter ab vndecimo iã tum me ceperat annus?*

E DEXTERAQVE *immissis da mihi signa rotis.*] Translatum à circo, vbi dabatur signum agitatoribus è carceribus proficiscendi, cum prætor mappam misisset. Mart.

Cretatam prætor cum vellet mittere mappam.

Ennius apud Cic. 1. de diuin.

Expectant veluti consul cum mittere signum
Vult, omnes auidi spectant ad carceris oras
Quam mox emittat pictis è faucibus currus.

Liuius libr. 8. *Quia L. Plautius prætor graui morbo forte implicitus erat, signum mittendis quadrigis dareo.* dabatur & tuba signum in commissione ludorum, vt Stat. 6. Theb. & Virg. 5. Æneid.

vbi etiam fignum nautis datur in nauali ludicro. *Dextera*, Fausta, ductum ab auspiciis, vt adnot. eleg. 2. sup.

—— nobis & Baccho & Apolline dextro.

vnde Stat. 1. Sylu. Epicedio in patrem.

Dextrum risere sorores Aonides.

Immissis rotis, alias *admissis*, quod idem est, concitatis, & effusis ad cursum. vt Albin. ad Liuiam. *Vade age, & immissis labere pronus aquis.* vide notata ad eleg. 1. sup. vers. 13. ipse eleg. 8. lib. 4. sic dixit: *Effusis per tua saxa rotis.* de hoc genere allegoriæ adnot. ad el. 3. sup. vers. 18.

HOC *mihi Mæcenas laudis concedis, & à te est*
Quòd ferar in partes ipse fuisse tuas.]

Hunc laudis campum Musæ nostræ aperis, & tibi debetur quod dicar te secutus in bello pro Augusto. vt eleg. 10. lib. 2.

Et Romana mei dicere castra ducis.

A te est, vt Cic. ep. 1. lib. ad Brutum. *Eius beneficij magna pars à te est.* Stat. in fine ep. libr. 2. Sylu. *à te publicum aspiciant. Ferar*, dicar cum laude, vt & eleg. 17. infra.

Victricisque tuæ Bacche poeta ferar.

In partes fuisse tuas, pro, in partibus. sic Plaut. Amphitr. *Nunc vero mihi in mentem fuit.* Terent. Eunuch. *Esse in tantum honorem.* Cicero pro lege Manilia, *Fuisse in prædonum potestatem.* & pro Q. Roscio: *In iudicium haberet.* & pro Quinctio: *Res esse in vadimonium cœpit.* & alibi. *Esse in possessionem.* Gell. cap. 16. libr. 13. *Institutio in bonas artes.* Ouid. in ep. Paridis.

Si tu venisses pariter certamen in illud,
In dubium Paridis palma futura fuit.

& in breuiario Augusti: *In colonias.* pro Coloniis. & *in sua municipia.* pro, municipiis. contra dicet eleg. 11. infra.

Quid raptem in crimine diuos. pro, crimen. *Partes* dicuntur, inquit Tullius 13. Philipp. propriè in foro. vbi male repræhendit Antonium, qui partes dixerit, de causa alterutra in bello cum ipse ita sæpe vsurpet. pleni exemplorum libri.

AD ELEGIAM X.

MIRABAR *quidnam misissent mane Camœnæ.*] Libenter elegiam orditur ab hoc verbo, vt eleg. 11. infra. eleg. 2. lib. 4. & eleg. 3. lib. 2. Virg.

Mirabar quid mæsta Deos Amarylli vocares.

ergo *τὸ nam παρέλκει*, vt eleg. 7. sup.

Aut quidnam fractæ gaudes Neptune carinæ.

Misissent. alij lib. *Iussissent.* An *risissent*: vt duo fuerint fausta signa risus & plausus Musarum. vt apud Horat.

Quem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris.

An alludit ad munera quæ mittebantur natalî die? An missa sibi à Musis somnia ait, vt Virg.

Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes.

& Tibull.

Ne tibi neglecti mittant mala somnia Manes.

Visus sum, inquit, mane (quo tempore vera sunt somnia Tibulli eleg. 4. lib. 3.) audire plausus Musarum. *Camœnæ*, Musæ. Macrob. cap. 3.

A lib. 2. In somnium Scipionis: *Musas esse mundi cantum etiam rustici sciunt, qui camœnas vocant à canendo quasi canenas.*

ANTE *meum stantes sole rubente thorum.*] Somniantes se putant obiectas imagines videre lecto suo imminentes. vt eleg. 7. lib 4.

Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro.

Ouid. 3. Fast.

Nox erat, ante torum visa est astare sororis
Squallentes Dido sanguinolenta coma.

& 11. Met.

Luridus, exanimi similis, sine vestibus vllis
B *Coniugis ante torum miseræ stetit.*

Tibull. eleg. vlt. lib. 2.

Ne tibi neglecti mittant mala somnia Manes,
Mæstaque sopitæ stet soror ante torum.

Sole rubente, exoriente; vt eleg. 13. infra.

Quos aurora suis rubra colorat equis.

quia sidera putabant ignea.

NATALIS *nostræ signum misere puellæ.*] vnde misere, nam stabant ante torum? sed mittere signum, est signum dare, vt vocem mittere, loqui. Virg. 1. Georg.

Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.

Seneca Thyeste: *Tertia misit buccina signum.*
C *Natalis nostræ puellæ.* Diem natalem amicæ celebrat, vt Tibullus suum, & Cherinthi, & Horatius Mæcenatis. vide Censorinum de die natali. fictum autem Cynthiæ natalem ipse commemorat eleg. 5. lib. 4.

Ingerat Apriles Iole tibi, tundat Amycle
Natalem Maijs Idibus esse tuum.

ET *manibus faustos ter crepuere sonos.*] id est, applausere feliciter, edidere sonos lætos. Crepare cum quarto casu, vt Horat. *Pauperiem crepat.* vide Non. in *Crepare.* Virg. 9. Æneid. dixit: *Sonitum increpat.* vt hîc, *crepare sonos. Crepuere ter manibus*, vt Ouid. in Ibin de eius natali:

D *Terque cruentatas increpuere manus.* &, *manibus*, addit; quia & pedibus plauditur. Virg.

Pars pedibus plaudunt choreas &c. sunt & alia genera plausus, de quib. Sueton. in Nerone. de hoc loco consule Turneb. cap. 12. l. 18. aduers.

TRANSEAT *hic sine nube dies, stent aëre venti,*
Ponat & in sicco molliter vnda minas.] *τὸ Transeat*, prætereat, vt Tibull. eleg. 4. lib. 1.

At si tardus eris, errabis, transiet ætas. Virg. 2. Æn.

Ternaque transierint Rutulis hyberna subactis.

Sine nube dies, Innubis Senec. Hercule furente. sic aër ἀνήνεμος Arist. de Mundo. *Stent aëre venti*, quiescant, nec agitent aërem. *Aëre*, pro in aëre, vt eleg. 6. lib. 4. *Stetit æquore moles Pinea.*
E & obiter venti naturam ostendit. quia ventus fluens & agitatus aër. Per stantes ventos, *ἠρεμίας ἀνέμων*; per vndarum minas positas *γαλήνην* significat. Plato in Conuiuio. Sic Virg. ecl. 9.

Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
Aspice, ventosi ceciderunt murmuris auræ.

Horat. oda 12. lib. 2.

Concidunt venti, fugiuntque nubes.
Et minax (sic Dij voluere) ponto vnda recumbit.

Ponat minas, detumescat, & penitus subsidat. nã tument irati, & iidem minantur. sic *Ponere iram* dixit Horat. in arte. Ipse el. 15. infr. eadẽ mente.

Ac veluti magnos cum ponunt æquora motus.

& Seneca Troade, & Medea. *Ventus abiecit minas.* & Stat. 2. Sylu.

Ponunt hic lassa furorem Aequora.

In sicco, sopple littore. Virg. 6. Æneid.

—— Misenum in littore sicco.

Idem 1. Georg.

In sicco ludunt fulicæ. Sed cur in littore vult poni minas? quia cum mare agitatur, sæuit in littus, & lõgius euagatur; cum desæuiit siccum littus manet, & placidè alluitur.

A S P I C I A M *nullos hodierna luce dolentes.*] id est, rideant omnes, neminem tristem videam, mœstum, iratum, inuidum. nam dolens latè patet. *Hodierna luce.* ἀεὶ τὸ αὐτό. vt Ciceroni: *Hodiernus dies.*

E T *Niobe lacrymas supprimat ipse lapis.*] id est, flere desinat, quæ antea Niobe, nunc lapis. Ergo non Niobe ipsa lapis, sed ipse lapis quondam Niobe. Appositio, vt eleg. 9. libr. 2.

Nedum tu possis spiritus esse leuis.

An *Nioba* secundo casu à recto Nioba? de Niobe dictum ad eleg. 20. li. 2. vers. 7.

A L C Y O N V M *positis requiescant ora querelis.*] id est, rostris & gutturi Alcyonum sit pausa quærendi. quasi fessæ & raucæ querulo cantu recreentur silentio Alcyones. Querelæ Alcyonum, ob infelicem fortunam Ceycis, & coniugis Alcyones. vnde Ouid. de med. faciei:

Addita de querulo volucrum medicamina nido:
Ore fugant maculas, Alcyonea vocant.

& in ep. Leandri:

Alcyones solæ, memores Ceycis amati,
Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.

Albin. ad Liuiam:

Alcyonum tales ventosa per æquora questus
Ad surdas tenui voce sonantur aquas.

Euripides Iphigenia in Tauris:

Ὄρνις ἃ παρὰ τὰς πετρίνας
Πόντου δειράδας ἀλκυὼν ἔλεγον οἶτον ἀείδεις,
Ξυνετὸν ξυνετοῖσι βοάν,
Ὅτι πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς.

Stat. 9. Thebaid.

Fluctiuagam sic sæpe domum, madidosque penates
Halcyone deserta gemit, cum pignora sæuus
Auster & algentes rapuit Thetis inuida nidos.

vide Arist. lib. 5. de hist. animal. & notata ad eleg. 17. lib. 1. vers. 2.

I N C R E P A T *absumptum nec sua mater Itym.*] id est, ne Progne resoner, sæpe canat & gemat flebiliter, lamentetur, & lessum faciat filio. *Increpare*, canere, inquit Nonius in *Crepare*. Turpilius Pedio: *Age tu Hymenæum increpa.* vide notata ad eleg. 17. lib. 1. vers. 6. Nec est obiurgantis, sed vicem suam & alienam dolentis. *Mater sua*, vt *suus pater* in 12. tab. & apud Ciceronem identidem. Terent. Hecyr. act. 4. sc. 4. *Mater quod suasit sua adolescens mulier fecit.* vbi Donatus *sua*, pro eius, male, nam cognationis est ea appellatio, vt *suus heres.* Plaut. Asin. sc. 1. act. 3. *Ait te facturum diuitem si moriatur mater sua.* & in milite sc. 1. act. 2. *Conijcit illam in nauem clam matrem suam.* *Absumptum*, & interemptum & comesum. vt Virg. 4. Æneid.

—— non ipsum absumere ferro
Ascanium, patrijsque epulandum apponere mensis.

A De Prognes, Philomelæ, Tereos & Ityos fabula ipse eleg. 20. lib. 2. vers. 5. & 6. & Ouid. 6. Metam. Apollod. lib. 3. & Higin. fab. 45. Pausan. Attic. & Phocicis, & Strabo lib. 9. & Homer. 19. Odyss.

T V Q V E *ô cara mihi felicibus edita pennis*
Surge, & poscentes iusta precare deos.] id est, luce magis dilecta, vt alibi:

Eripitur nobis iampridem cara puella.

An legendum *cura*, pro cara, vt simile sit illi eleg. 25. lib. 2.

Vnica nata meo pulcherrima cura dolori.

B & vt ad amorem ipsum alludat, vt el. 4. lib. 2.

Num tibi nascenti primis mea vita diebus
Aridus argutum sternuit omen amor.

Edita, nata, generata, vt Horat. oda 1. lib. 1.

Mæcenas atauis edite regibus. Ausoo.

Orta salo, suscepta solo, patre edita cælo.

ipse eleg. 1. lib. 4.

Vmbria me notis antiqua penatibus edit.

Pennis felicibus, bonis auibus, faustis ominibus & ad pennas Amoris alludit, vt iam dixi. *Pennæ*, pro auibus, vt eleg. 20. lib. 2.

Atque inter Titys volucres mea penna vagetur.

C Virg. 3. Æneid. *—— & præpetis omina pennæ.* id est, volucris. nam *aues præpetes* dicuntur in auguriis, non earum pennæ. licet idem dixerit 6. Æneid. *Præpetibus pennis*, &c. Nam *pennis*, ibi est, volatu; quomodo & hîc accipi potest, pro augurio ex volatu felici auium. Ouid. 1. fast.

Nec tamen hoc falsum est; nam Dijs vt proxima quæque est
Nunc penna veras nunc datis ore notas.

Poscentes iusta precare Deos. Ambiguè, & *poscentes iusta*, qui iusta & debita sibi exigunt, & *tu iusta*, quæ reddis suum cuique, igitur debitum Diis cultum. Sed melius: *Iusta precari*, petere à Diis honesta & recta. & *iniusta à iustis petere insipientia est*, inquit Plautus Amphit. Sic Ouid. eleg. 3. lib. 1. Amor. *Iusta precor.* & Plaut. *Ius bonum orat.*

D *Poscentes* vero per se stat. id est, annuentes, vt eleg. 1. lib. 2.

Seu cum poscentes somnus declinat ocellos.

Ductum à dominis qui nutu seruos potius, quam verbis poscunt, præsertim in cœna. Matutinas autem deorum salutationes tangit. nam & mane & vesperi precabantur. Arnob. & Horat. odar. lib. 4. *Illic bis pueri die.* Scaliger coniungit *Poscentes iusta*, & τὰ νόμιμα, τὰ ἐνάγισμα interpretatur vt *iusta funebria.* non persuadet. Quidam libri habent: *Præsentes.* id est, fauentes. Virg. eclog. 1.

E A C *primum pura somnum tibi discute lympha.*] an expergiscere & laua? nam somniculosi, cum vix surgunt, & nituntur, discutiunt somnum, vt somnus ipse apud Ouid. 11. Met.

Vix oculos tollens; iterumque iterumque relabens
Summaque percutiens nutanti pectora mento,
Excussit tandem sibi se. Sed melius. *Somnum discute*, visa nocturna, & somnia disijce, & procul amoue. nã somniis obnoxia erat Cynthia. vt eleg. 3. lib. 1. eleg. 29. lib. 2. & el. 7. lib. 4. & el. 6. sup. sic el. 26. lib. 2.

Cum mihi discussit talia visa metus.

Pura lympha, apta purgationi, & lustrationi,

fluuiali, vel fontana, siue *puro de fonte petita*, A
eleg. 1. sup. Sic eleg. 9. lib. 4.

——pura lumina tergit aqua.

& Virg. 6. Æneid.

Ter socios pura circumtulit vnda.

& Ouid. 4. fast.

Et manibus puram fluminis hausit aquam,
Ter caput irrorat, ter tollet ad æthera palmas.

De expiatione somniorum, quæ vel aspersione, vel ablutione fieret, ipse el. 4. lib. 4.

Sæpe illa immersæ causata est omina lunæ
Et sibi tingendas dixit in amne comas.

vbi de hac superstitione dicetur.

B Et *nitidas presso pollice finge comas.*] id est, come, pone in ordine. Virg. 4. Æneid.

—— mollique fluentem
Fronde premit crinem, fingens.

Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Et manibus canas fingere velle comas.

& Stat. 5. Thebaid.

Floremque genæ, & quas finxerat auro
Ipsa comas.

Inde *Fictor*, inquit Isidorus, *à componendo & fingendo: velut qui capillos mulierum linit, & pertractat, vngit & nitidat. Presso pollice.* an digitis quadam arte leniter admotis, vt eleg. 1. lib. 2. vt premat arte manus? an *presso*, restricto C & retento, ne lædat, vt Horat. & cubito remanete presso? an *pollice*, pro tota manu, vt eleg. 5. lib. 4. *Cum fallenda meo pollice clara forent.* & vtroque *pollice*, apud Horat. vtraque manu vt Acro & Porphyrio exponunt? an compresso intra manum, vt contraria significatione *verso pollice* infensus animus notatur? vt contra *Pollices, cum fauemus, premere prouerbio iubemur*, inquit Plin. cap. 2. lib. 28. *Pollex*, inquit Isidorus lib. 11. *Quod inter digitos virtute polleat & potestate. Nitidas comas*, vt Ouid. 3. fast. initio:

Et nitidas casside solue comas.

D Horat. ep. 4. lib. 1.

Quem tenues decuere togæ, nitidique capilli.

Virg. 4. Georg.

Cæsariem effusæ nitidam per candida colla.

Dein *qua primum oculos cepisti veste Properti.*
Indue, nec vacuum flore relinque caput.] id est, oculos meos, vt el. vlt. lib. 2.

Versu laudata Properti. Indue, inquit, eam vestem qua me tuum fecisti spectando. nam amantes capiunt, & capiuntur oculis inuicem, vt eleg. 1. lib. 1. *Me cepit ocellis. Veste*, ostrina tunica, vel casta, & candida veste, vt eleg. 29. lib. 2. vers. 26. & 27. vel *Coa veste*, vt eleg. 1. lib. 2. & E eleg. 2. lib. 1. Ouid. eleg. 6. lib. 5. Trist. de Natali vxoris:

Quæque semel toto vestis mihi sumitur anno
Sumatur fatis decolor alba meis.

Nec relinque caput vacuum flore. id est, caua caput vacet, & careat sertis. *Relinque vacuum*, vt Virg. 7. Æneid. *Nil linquere inausum. Vacuum flore*, vt eleg. 17. infra: *Vacuum seruitio.* & *flore*, pro floribus, vt eleg. 20. lib. 1. *Florem prætulit officio.* Floribus autem Genius colebatur à viris, vt apud Horat. *Piabant floribus & vino Genium*, & Apuleius Critiæ flores mittit in die natali. Et mulieres Iunonem (suum Genium) colebant floribus. Ouid.

Ferte Deæ flores, gaudet florentibus herbis
Hæc Dea, de tenero cingite flore caput.

Et *pete, qua polles, vt sit tibi forma perennis.*] an à Iunone Genio muliebri? an à Venere & amore? an à Iuuentute? an Ioue? *Petere*, orare, vt eleg. 7. lib. 4. *Petere ventos.* & Non. in *Famulanter.* sic sup. *Precare deos.*

Vt *sit tibi forma perennis.*] nunquam senescat, & defloreat. vt eleg. 2. lib. 2.

Hanc vtinam faciem nolis mutare senectus,

Sed id tamen fieri non potest. ipse el. 28. lib. 2.

Nec forma æternum aut cuiquam est fortuna perennis.

Qua polles, in qua vna tua omnis potentia consistit. sic eleg. 5. lib. 2. *Cynthia forma potens.* vbi vide adnotata.

Inque *meum semper stent tua regna caput.*] perpetuo mihi, licet superbè, imperes. *Stent regna*, firma maneant. vt Horat. *Stet capitolium fulgens.* ipse eleg. 5. sup. *Stant mihi prœlia. Regna*, vt el. 16. lib. 2. *Et subito felix nunc mea regna tenet. In meum caput*, in me liberum hominem, vt el. 8. lib. 8.

—— an vsque
In nostrum iacies verba superba caput?

Inde *coronatas vbi thure piaueris aras.*] vt *inde* ordinis est aduerbium, non loci, vt apud Virg. sæpe. *Piaueris*, placaueris, propitiaueris, vt eleg. 1. lib. 1.

Et labor in magicis sacra piare focis.

Aras, pro ipsos Deos, vt eleg. 20. infra:

Ergo qui pactas in fœdera ruperit aras.

Charis. lib. 1. *Aræ pro penatibus.* an ergo hic penates & lares, vt *Ornatum focum.* Ouid. 6. fast. & eleg. 6. lib. 5. Trist. de natali vxoris:

Et velet tepidos nexa corona focos?

Aras ait Macrob. cap. 2. lib 3. Satur. ex Varronis lib. 5. Rer. diuin. dictas esse, & asas tanquam ansas. Seru. ad 2. Æneid. *Superorum & aræ sunt & altaria: Inferorum tantum aræ, & eæ dictæ à precibus, quas Græci ἀρὰς dicunt.* Varro 4. de lingua Lat. *Ara quod pura, vt loca pura in vrbe areæ: vel ab ardore. Coronata aræ*, verbenis, floribus, vittis cinctæ. Horat. oda 11. lib. 4.

Ara castis vincta verbenis.

Apul. lib. 1. Florid. *Ara floribus redimita.* Ouid. eleg. 13. lib. 3. Trist. de natali:

Fumida cingatur florentibus ara coronis.

Virg. eclog. 8.

Sparge molam, & molli cinge hæc altaria vitta.

& 1. Æneid.

Ture calent aræ, sertisque recentibus halant.

vnde Stat. 10. Theb. de accensis in aris ignibus: *Ille coronatos iamdudum amplectitur ignes.*

Thure, vt Ouid. el. 13. l. 3. Trist. de Natali:

Micaque solenni turis in igne sonet.

& Tibull. lib. 4.

Magne Geni cape tura libens, votisque faueto.

Luxerit *& tota flamma secunda domo.*] Lætum auspicium flammæ cum sponte sua emicuit. Virg. eclog. 8.

Aspice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, &c.

& 4. Georg.

Ter flamma ad summum tecti sublapsa reluxit.

ipse el. 6. l. 4. *—— & nona flamma*
Luxit in obliquam ter sinuata facem.

Ouid. eleg. 9. lib. 4. de Ponto:

Surgat ad hanc vocem plena prius ignis ab ara:
Detque bonum voto lucidus omen apex.

& 10. Metamorph.

Flamma ter accensa est, apicemque per aëra duxit.

Tibull. lib. 4. ——*abditus ara*
Lætior eluxit structos super ignis aceruos.

vide Sueton. in Tiberio cap. 14. Plutarch. in Cicerone. & Virg. 2. & 7. Æneid. de Ascanio & Lauinia. *Flamma secunda*, læta, prospera à ventis secundis, vel repetitis auspiciis. sic *vela secunda* eleg. 17. infra. proprie *Flatus secundi* eleg. 25. lib. 2.

Sit *mensa ratio, noxque inter pocula currat.*] ratio habeatur conuiuij, curetur cœna, vt indulgeatur Genio natali die, sicuti consueuit. Horat. oda 11. lib. 4. Tibull. lib. 4. Censorinus & Plautus. *Nox currat*, decurrat, tota celeriter trāseat, & citius opinione dies illucescat potantibus. Nox enim curru vehitur, & nihil tempore celerius. Horat. oda 5. lib. 2.

Iam te sequetur, currit enim ferox ætas. Virg.
Talia secla suis dixerunt currite fusis.

vnde *fugaces anni*. *Inter pocula*, vt eleg. vlt. infra: *Inter conuiuia*. Catull. *In ioco & vino.* quod Horat. dixit: *Inter vina*. & *Inter iocosi munera Liberi*. Cicero: *Inter scyphos*. de nocturnis conuiuiis dictum ad eleg. 8. sup. vers. 1.

Et *crocino nares murrheus vngat onyx.*] Onyx, vas ex Onyche gemma, vt eleg. 5. sup. *Gemma*, pro poculo gemmeo, vers. 4. vide adnotata ad eleg. 13. lib. 2. vers. 30. *Onyx murrheus*, myrrha plenus, vt *myrrhea coma* Tibullo, & *myrrheus crinis* Horatio. sed addit, *Crocino*, quare *myrrheus onyx*, pro murrinus, vt *pocula myrrhea* el. 9. lib. 4. de quibus Plin. cap. 2. lib. 37. Sed potoria, non vnguentaria vasa myrrhina. quare *murrheus onyx*, vas vnguentarium vbi myrrha odor Arabicus recondi solita, & nunc erit crocinum. *Crocinum*, vnguentum quod ex aromatibos fiebat, & croco in oleo maceraro; vt ait Dioscor. lib. 1. Plin. cap. lib. 13. & cap. 20. lib. 21. vbi etiam *crocomagna* dicitur. Dictum à croco, crocinum, supple vnguentum, vt ab amaraco, amaracinum. Plaut. Curc. sc. 2. act. 1. *Tu stacte, tu cinamum, tu rosa, tu crocinum & casia es.* *Vngat nares*, vt propius odor sentiarur. vngi caput solitum, notum est, quod reprehendens ille Cynicus, pedes vngere maluit. De vnguentis in conuiuio Catull. Horat. Plaut. Onyx autem vngere nares dicitur, vt eleg. 17. infra:

Crater fundit vinum.

Tibia *nocturnis succumbat rauca choreis.*] id est, defessa sit canendo, & impar saltationibus deficiat tibicen ipse potius, quàm choreas ducentes. sic dixit eleg. 2. sup.

Et defessa choris Calliopea meis.

Succumbimus impares oneri, cum sub ipso labimur, quod expressit eleg. sup. prox. *Turpe est*, &c. *Succumbere choreis*, vt *Succumbere culpæ* Virg. & *Succumbere fortunæ & dolori* Ciceroni. nocturnæ choreæ, quæ ducuntur ad lumina, vt à Nymphis ad lunam. Horat.

Iam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna.

Erant & nocturnæ choreæ orgiorum. Adhi-

A bebantur autem & sacris & conoiuiis tibicines, vt nemo ignorat. Hîc igitur tibiæ locus, vbi & sacrum & conuiuium simul. *Rauca tibia*, querula, quia is tibiæ sonus, Horatio & Lucretio, & conquerendo raucessimus. vnde el. 16. lib. 1. *Rauca querela*. Seru. in 7. Æneid. Raucum esse ait, ὡς μέλος, quod scilicet iucundi soni, modo iniucundi sit. Ipse *rauco coran* el. 3. sup.

Et *sint nequitiæ libera verba meæ.*] sic Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Ipse Deus tacito permisit lena ministro
Ederet vt multo libera verba mero.

ipse eleg. 23. lib. 2.

B *Contra reiecto quæ libera vadit amictu.*

id est, sine pudore & metu. Næuius apud Festum in *Liberalia*: *Libera lingua loquemur ludis liberalibus.* Alio modo *libera verba* el. 9. lib. 1. vers. 2. Sententia est. Verba nupta, & obscœna tibi vsurpare liceat, vt nequam es, & lasciua. Ea fortasse verba intelligit eleg. 15. lib. 2.

Quam multa apposita narramus verba lucerna.

Dulciaque *ingratos adimant conuiuia somnos.*] sic Horat. oda 25. lib. 1.

Nec tibi somnos adimunt.

Virg. 4. Æneid. *Dat somnos adimitque*. Horat.
C oda 16. lib. dixit: *Auferre somnos*. *Dulcia conuiuia*, vt eleg. 7. *Dulcia conuiuia*, & Horat. *Dulces epulæ*. nisi libum significet. *Ingratos somnos*. an nihil sentientes, vt ingratus cinis? ipse el. 3. lib. 1.

Omniaque ingrato largibar munera somno.

An *iniucundos*, quia non liber tunc dormire, sed vigilare iucundius? an quia somnus immemores reddit?

Publica *vicina perstrepat ara via.*] Aræ quædam erant priuatæ. vnde Cicero: *Hîc aræ, hîc foci, hîc dy penates.* Aliæ publicæ, vt publici sacerdotes Augures, feriæ, sacra. Eiusmodi aræ publicæ quædam in via, vt in Mostellaria
D Plauti act. 5. sc. 1. *Aram in via Tranio occupat.* Idem in Mercat. act. 4. sc. 1. *Aliquid cedo qui hanc vicini nostri aram augeam.* & in Curcul. act. 1. sc. 1. *Ara Veneris ante Lenonis ædes.* & in Aulul. sc. 1. act. 4. *In ara hîc assidam.* & fortasse cum alicuius dies natalis esset vicinia in compitis saltabar. *Perstrepat*, personet cantu & plausu. Terent. Eonuch. act. 3. sc. 5. *Perstrepunt, ita fit, domini vbi absunt.* Sic Cicero pro Sex. Roscio: *Vt cantu vocum, neruorum, tibiarum, nocturnisq. conuiuijs, tota vicinitas personet.*

Sit *sors & nobis talorum interprete iactu.*] sor-
E tiamur talis, id est, sortium vicem nobis tali præbeant, quasi interpretentur sortes, & voluntatem Deorum. Talis sortiebantur regem in conuiuio. Horat. oda 4. lib. 1.

Nec regna vini sortiere talis.

Iure autem pro sorte talos esse vult Cicero 2. de diuin. *Quid enim est sors? idem quod micare, quod iacere talos, & tesseras.* Tali ergo velut interpretes sortinm, & ex eorum iactu diuinabant quid esset, fuisset, futurum esset. Quærebant aotem inter pocula, quis quá amaret, & quo successu.

Quem *grauibus pennis verberet ille puer.*] ille omnibus notus, sed mihi præcipuè Cithereæ puer ales (id est, Amor) cui sit iratus & infestus. Ductum ab auibus, quæ vt rostro & vn-

guibus, sic & alis sæuiunt, vt Virg. 12. Æneid.

——Turni se pestis ad ora
Fertque refertque sonans, clypeumque euerberat alis.

contra eleg. 9. lib. 2.

Nullus Amor cuiquam faciles ita prabuit alas.

& Ouid. 1. de rem. amor.

Debilibus pennis irritus exit amor.

Beroaldus hic videtur legisse, *granius.* id est, quis nostrum amet ardentius, quem amor magis vrgeat.

C V M *fuerit multis exacta trientibus hora.*] id est, postquam effluxerit tempus conuiuij. *Hora,* pro tempore, non pro 12. parte diei, aut noctis. nam dixit: *Noxque inter pocula currat.* sic Horat. oda 13. libr. 3.

Flagrantis atrox hora caniculæ.

& oda 29. lib. 3.

Quod fugiens semel hora vexit.

Exacta, præterita, vt eleg. 3. lib. 1. *Exactis sideribus.* & *exacta ætas. Multis trientibus.* longa potatione. Mart.

Setinum, dominaque niues, densique trientes.

Triens, vnciæ quatuor, id est, tertia pars assis: Festus in *Bes.* Triens igitur calyx continens quatuor cyathos. Pers. sat. 5.

——calidumque trientem Excutit è manibus.

An quod miscerent tot cyathos aquæ calidæ, vini quot essent? Mart. lib. 2.

Te conuiua leget mixto quincunce, sed ante
Incipiat positus quam tepuisse calix.

Vide Budæum de Asse, & Georg. Agricolam libro de põderibus & mensuris. Horatius tres cyathos iustam mensuram bibendi statuit intra sobrietatem. Ergo hic additur vncia singulis poculis. vide Lips. 3. antiq.

N O C T I S *& instituet sacra ministra Venus.*] id est, fieri præcipiet, vt Virg. eclog. 2. *Pan primus instituit.* id est, auctor fuit eius rei. & τὸ *Noctis* iterandum, & *ministra noctis*, & *sacra noctis.* Venus ministra noctis, quasi eius Deæ camilla; nam tenebras sequitur, &, vt ait Tibull.

Celari vult sua furta Venus. Sic ipse eleg. 22. lib. 2. Sol & luna cœlo ministrant. An *sacra ministra noctis*, quibus noctu operantur? *Sacra noctis* sunt quæ furta etiam dicuntur, & *sacra pigiaca* Petronio. Ausonius ea intelligit: *Etenim fabula de nuptijs est, & velit nolit aliter hæc sacra non constant.* Ipse eleg. 20. infra: *Sacra marita.* Veneris & noctis sacra, vt sacra Philetæ, & musarum orgia. & sacra Pseudoli apud Plautum sunt fraudes. Vetus Poëta apud Hephæstionem etiam *Veneris orgia* dixit.

A N N V A *soluamus thalamo solennia nostro.*] id est, reddamus ea tanquam debita, vt eleg. 28. lib. 2. *Votiuas noctes & mihi solue decem.* sic *iusta soluere. Annua solennia, die τὸ αὐτῷ*, vt eleg. 7. sup. *Iusta debita.* Nam in solenni annuum inest. vide adnot. ad eleg. 33. lib. 2. vers. 1. Sueton. August. cap. 53. de natali dixit: *Dies solennes.* At die natali id præstabatur, quod petit Virg. ecl. 3.

Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola.

& Horat. oda 11. lib. 4. Phyllida inuitat ad Mæcenatis natalem celebrandum. *Thalamo nostro*, coniugio & lecto tanquam iugali, vt eleg. 8. supra: *Nostro nexisti retia lecto.*

N A T A L I S Q V E *tui sic peragamus iter.*] potando & ludendo spatium illud diei & noctis conficiamus. vt eleg. 14. lib. 2.

Nec sic incolumem Minois Thesea vidit.

id est, tanto cũ gaudio. *Peragamus iter*, vt Ouid. eleg. 7. lib. 4. Trist. de sole:

Bisque suum tacta pisce peregit iter.

Iter, de spatio temporis, ipse eleg. 18. inf.

Phœbe morature contrahe lucis iter.

Sed hîc obscœnè, vt eleg. 15. infra: *Noscere amoris iter.* vide adnot. ad eleg. 33. lib. 2.

Noctibus his vacuum ter faciamus iter.

AD ELEGIAM XI.

QVID *mirare meam si versat fœmina vitam.*] sic Terent. in prologo ἑαυτ. *Ne cui sit vestrum mirum.* Ipse eleg. 2. lib. 4. sic exorditur, & Isocrates orationem: αὐτὸς φιλητόν. μὴ θαυμάσης, ὦ φίλοι. *Quid mirare*, & reprehendis: Donat. τὸ *femina* contemptim in sexum. Vetus Poëta: *Sed femineo vir, feminea intersinor manu.* Sueton. in Cæsare cap. 21. *Negante quodam facile hoc vlli femina fore* (molli Cæsari) *respondit, & in Asia regnasse Semiramin. Versat vitam meam*, ambiguè: & regit pro arbitrio, vt Virg. eclog. 9. *Fors omnia versat.* vt torquere, pro regere: & *versat*, male habet in omnes partes vertendo. vt el. 8. sup.

Non est certa fides, quam non iniuria versat.

Vitam meam, ætatem meam, me ipsum. vt el. 2. lib. 1. *——eris nostra gratissima vita.*

E T *trahit addictum sub sua iura virum?*] id est, cogit sibi parere. Ouid. in epist. Paridis:

Damnatumque sibi mada sub sua iura Cupido
Retrahit.

vide eleg. 4. vers. 4. supr. & eleg. 6. vers. 28. *Addictum*, mancipatum, iudicatum, damnatum & quasi traditum à prætore. Translatum à reis debendi, qui addicebantur creditoribus, & à verbis prætoriis, *Do, dico, addico.* vnde addicti, nexi Iurisconsultis vbique. Ipse infra hac eleg.

——addictos in sua regna patres.

Festus: *Addicere, est idem dicere propriè, & approbare. Alias addicere, est damnare.* Est & addicere verbum augurale. Nonius: *Addictum est quasi deuotum, & obnoxium.* Cic. 2. Tusc. *Qui certis quibusdam destinatisque sententijs quasi addicti, consecrati sunt.* Plaut. Capt. *Quasi fundum vendam meis me addicam legibus.* Dicitur & addici iudex, & arbiter Iurisconsultis, sed alia significatione. Legitur & *abdictum*, mendosè. Nam hoc augurij est, non iudicij. Varro 5. de ling. Lat. *Nefasti dies, per quos nefas fari prætorem, do, dico, addico.*

C R I M I N A Q V E *ignaui capitis mihi turpia fingis.*] id est, me hominem liberum insimulas inertiæ, & mollitiæ. vt eleg. 12. lib. 1.

Quid mihi desidia non cessas fingere crimen?

Ergo *crimina*, pro crimen per enallagen. De crimine desidiæ. vide adnot. ad locum antecitatum. addo Cic. 1. in Catil. *Sed me iam inertia, nequitiaque condemno.* Ideo *turpia* dicit, quia ignauia turpis. apud Plaut. in Captiuis: *Non igitur nos soli ignaui fuimus.* (quia alij quoque capti sunt) Capi & vinciri turpe est, vt eleg. 3. lib. 2.

Turpia perpessus vates est vincla Melampus.

Horat. oda 5. lib. 3.

Qui lora restrictis lacertis Sensit iners.

& mox: *O pudor*, &c. Ignauius dixit Virg. 3. Georg. pro negligentius & languidius:

Summas carpentem ignauius herbas.

Seruius in illud 1. Æn. *Ignauum fucos pecus. Inutile*, inquit, *nec aptum industriæ. nam gnauos, industrios dicimus.* Festus: *Nauus, celer, strenuus, à nauium celeritate.* Imo à nautarum industria. Donat. in Eunuch. Nauiter à naui, quia in alto nullum diuerforium est. vnde ignauire verbum. Attius Decio, apud Nonium: *Sæpe ignauit fortem in spe exspectatio. Mihi*, in me. sic Stat. 11. Thebaid.

Orbaque Parrhasiis vlulat mihi mater in antris.

Q v o u *nequeam fracto rumpere vincla iugo?*] id est, ipsas amoris pedicas perfringere, & euadere. Ouid. eleg. 10. lib. 3. Amor.

Scilicet asserui iam me, fregique catenas.

In eam sententiam tota elegia. Lucret. lib. 4.

Nam vitare plagas in amores ne iaciamur
Non ita difficile est, quam captum retibus ipsis
Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.

Pers. sat. 5. *Rupi iam vincula dicas.* Aliter ipse eleg. 15. lib. 1.

Sanguinis & cari vincula rupit amor.

& eleg. 20. lib. 2.

In te ego & aratas rumpam, mea vita, catenas.

An hic *vincula* intelligit, quibus clauditur iugum: Tibull. eleg. 1. lib. 2.

Soluite vincla iugis, &c. *Fracto*, plusquam excusso, quia iugum amoris hæret tenacius. Ouid. eleg. 2. lib. 5. Trist.

Substrahis & fracto tu quoque colla iugo.

V e n t v r a m *melius præsagit nauita noctem*
Vulneribus didicit miles habere metum.]

Hos coniungit eleg. 1. lib. 2.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oues.

Melius præsagit, facilius & doctius, quia nauita ventorum rationem, & siderum tenere dicitur. Virg. 1. Georg.

Nauita tum stellis numeros & nomina fecit.

& 5. Æneid. de Palinuro. *Præsagit*, præsentit, & præuidet. nam sagire est acutè sentire. Festus: *Præsagire est prædiuinare, præsipere. Sagax enim est acutus & sollers.* Idem: *Præsagitio dicta, quod præsagire est acutè sentire. vnde saga dicta anus, quæ multa sciunt, & sagaces canes, qui ferarum cubilia præsentiunt.* Cic. 1. de diuin. *Qui ante sagit, & sentit, quam res oblata est, dicitur præsagire.* Plaut. Bacchid. Præsagitur dixit, pro præsagit. notat Nonius. *Noctem*, tempestatem noctis comitem. vt el. 7. sup. *Sat tibi sit pœna nox*, &c. *Didicit*, cum malo coniunctum, vt adnot. ad eleg. 1. lib. 1.

Donec me docuit, &c. Ergo bene coniungit discere, & timere. sic Horat.

Tibicen didicit prius, extimuitque magistrum.

Habere metum, vt habere spem & fiduciam. Cicero pro Milone: *Adeste animis, & timorem, si quem habetis, deponite. Habere metum*, minus audax esse & cautius pugnare. Tirones autem solent audaciores esse veteranis, quia vsu carent.

I s t a *ego præterita iactaui verba iuuenta.*] id est,

A ita magnificè locutus sum. sic *iactare voces*. Cic. pro Cælio, & Virg. 2. Æneid. & quod iactatur, perditur. Ergo nequicquam locutus sum. *Præterita*, non plane exacta, sed superiore iuuenta, cum liber eram, & ferox. vt initio eleg. 1. lib. 1. & eleg. 13. lib. eiusd.

Nec tibi præteritos passa est succedere fastus.

T v *nunc exemplo disce timere meo.*] id est, fac alieno malo feliciter sapias. vide adnot. ad el. 7. lib. 1. vers. 14. Terent. ἑαυτ. sc. 2. act. 1.

C o l c h i s *flagrantes adamantina sub iuga tauros*
Egit, & armigera prælia fauit humo.] Medea

B apud Apollon. lib. 3.

Δοιώ μοι πεδίον τὸ ἀρήϊον ἀμφινέμονται
Ταύρω χαλκόποδε στόματι φλόγα φυσιόωντε
Τοὺς ἐλάω ζεύξας. Ouid. 7. Met.

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Æripedes tauri. *Egit sub iuga*, vno verbo subegit, subiugauit, domuit. Horat. oda 5. Epod. hac de re:

Ignota tauris illigaturum iuga
Perunxit hoc Iasonem. Apollon. lib. prædicto adamantinum aratrum, sed iugum æreũ fuisse scribit. Sed Higin. fab. 22. *Tauros*, inquit,

C *qui flammas naribus spirabant iungeret adamanteo iugo. Seuit prælia humo armigera*, sparsit dentes draconis, vnde nati armati, qui inter se dimicarũt. *Prælia*, prœliorum causas, vt eleg. 1. libr. 2. vers. vlt. *Fatum*, pro fati causa. Fabula autem hæc est apud auctores ante laudatos. Tangit & Ouid. ep. Hipsipyles:

Cur mihi fama prior quam nuncia littera venit
Isse sacros Martis sub iuga panda boues,
Seminibus iactis segetes adolesse virorum
Inque necem dextra non eguisse tua.
Peruigilem pecudis spolium seruasse draconem, &c.

C v s t o d i s q v e *feros clausit serpentis hiatus.*]

D Sopitus ille draco pharmacis & carminibus Medeæ Apollon. lib. 2. & 4. Ouid. 7. Met.

Peruigilem superest herbis sopire draconem
Qui crista, linguisque tribus præsignis, & vncis
Dentibus horrendus custos erat arboris aureæ.

Apud Charis. lib. 4. citantur hi versus, puto ex Ennij, vel Attij Medea:

Non memoro quod draconis sæui sopiui impetum
Non quod tauros (sic lego nou viros) *domaui,*
& segetis armata manus.

Verba Medeæ sunt sua Iasoni beneficia exprobrantis. *Feros hiatus*, ora metuenda draconis, qui hiabat, vt voraret. vt el. 16. infra:

Sæua canum rabies morsu aueret hiantes.

E & Virg. 6. Æneid.

Atris immanis hiatibus Hydra Sæuior.

I r e t *vt Æsonias aurea lana domos.*] id est, vt Iolchos aueheretur vellus aureum, vbi Æson pater Iasonis. Catull. *Auratam pellem* vocat in Ariadna, vbi vide plura hac de re adnot. *Iret domos*, vt el. 8. lib. 2.

Qua sine Thebanam noluit ire domum.

A v s a *ferox ab equo quondam oppugnare sagittis*
Mæotis Danaũm Penthesilea rates.] id est, belli Troiani tempore Græcorum classem impetere. *Ausa* præter sexum, & temeritatis infelicis est. Virg. 1. Æneid. de eadem:

—— audetque viris concurrere virgo.

& Æneid. 12.

Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus.

ipse eleg. 11. lib. 4.

Hic spolia ex humeris ausus sperare Quirini.

& hac eleg. infra: *Ausa Ioui nostro*, &c. *Ferox*, vt Virg. 1. Æneid. *Panthesilea furens. Ab equo* addit, quia sagittarij, vt plurimum, pedites. Sed Scythæ, & Parthi equites. *Ab equo*, vt Homer. 9. Odyss. —— ἐπιστάμενοι μὲν ἀφ' ἵππων

Ἀνδράσι μάρνασθαι. Sic Liuius lib. 1. dixit: *Ex equo tum forte Metius pugnabat.* & Virg. 5. Æn.

—— *oculosque suorum*

Lustrauere in equis. id est, equitando. *Mæotis*, Scythica à Mœotide palude. Sic Iuuenal. sat. 15. *Tale quid excusa Mæotide sæuior ara.* id est, Scythica, & Taurica. Ipse eleg. 3. lib. 2. *Mæotica nix.* De Panthesilea Diodor. lib. 2. cap. 12. Higin. fab. 112. qui Martis filiam ait fuisse, & occisam ab Achille. Ouid. in epist. Cydippes:

N o n *ego constiteram sumpta peltata secure,*

Qualis in Iliaco Panthesilea solo.] vbi datur ei securis, vt Amasonibus fit, cum tamen hic sagittis armetur quia Mœotica & ex Scythia.

A v r e a *cui postquam nudauit cassida frontem.*] id est, detexit. vt Virg. 1. Æneid.

Traiectaque pectora ferro Nudauit.

& Mart. epigr. 57. lib. 9. vers. 6. 7. & 8. Citat hunc versum Charis. lib. 1. in *Cassis* & *cassida*, & illum Virg. 11. Æneid.

Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati

Cassida. vbi tamen Seruius vult esse accusatiuum, pro nominatiuo. sed sic Varro apud Nonium in *viseum*, & *compedes*, *compedam* dixit, pro compede, & *Chlamyda*, pro Chlamys apud eundem in *Chlamys*. & *Itonida*, pro Itonis: Festus. dicebatur & *Cassila*: Festus. *l.* pro, *d.* & *Aurea* adiicit, vt Sueton. in Caligula cap. 19. *Cum aurea casside.* vnde Pallas χρυσοπήληξ. Callimacho εἰς λουτρὰ. vers. 43.

V i c i t *victorem candida forma virum.*] genus oxymori, vt apud Horat. ep. 1. lib. 2.

Græcia capta ferum victorem cepit.

& Virg. 2. Æneid.

Victoresque cadunt Danai.

vide prouerbium: *Mars communis.* Alludit autem ad potentiam formæ, de qua dictum el. 5. lib. 2. *Candida forma*, honesta & egregia & eximia pulchritudo. vt eleg. 29. lib. 2.

Heu quantum per se candida forma valet.

Sed Diodor. libr. 2. & Higin. Panthesileam congressam cum Achille scribunt, & ab eo interfectam nulla amoris mentione:

O m p h a l e *in tantum formæ processit honorem.*] id est, in tantam laudem & celeritatem formæ venit; vt ipse eleg. 24. lib. 2.

Qui sese in tumidum iactando venit honorem.

Donat. in Eunuch. *Procedere*, ait, *esse dignitatis.* Festus: *Procedere, vel succedere, vel porro cedere.* Virg. *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.* Cic. 3. de finib. *Processit aliquantum ad virtutis aditum.* & 4. de fin. Doctrina longè ad virtutem procedere. De Omphale Donat. in illod Eunuchi act. 3. sc. 8. *Qui minus quam Hercules seruiuit Omphale. Omphale*, inquit, *Lydiæ regina fuit, quæ Herculem sibi seruientem etiam ad lanificium compulit;*

A *cum ipsa calathum, colum, cultusque femineos sagittis, claua, & leonis tegmine mutasset.* Leg. Athenæus lib. 6. Plutarch. in Theseo. Ouid. 2. de arte, & in epist. Deianiræ. Apollod. lib. 2. & Palæphatus. Meminit & Pausan. in Atticis.

L y d i a *Gygæo tincta puella lacu.*] id est, regina Lydiæ, vt el. 5. sup. *Lydus Crœsus.* & puellam de regina dixit. vt eleg. 12. infra:

Et thalamum Ææ flentis fugisse puellæ.

id est, Nymphæ & Deæ. Tincta ergo, & puella, & Lydia, & mollissima, quæ tamen imperanit Herculi. Tincta, quæ se in eo lacu abluit, vt eleg. 20. lib. 1.

B *Siue Aniena suos tinxerit vnda pedes.*

Gygæus lacus, γυγαίη λίμνη Homero in catalogo nauium sub finem. Strabo lib. 13. Gygæum lacum, qui postea Colous dictus est, 40. stadia ab vrbe Sardibus abesse scribit Plin. cap. 29. lib. 5. Hyde ciuitas (Mœoniæ) clara stagno Gygæo. dictus à Gyge Rege lacus notissimo fabuloso illo anulo, de quo multum Herodotus, & Plato. sic *Gygæum Caystrum* vocat Propert. eleg. 22. infra.

V t *qui pacato statuisset in orbe columnas.*] Quia stantes manent, & ita ponuntur. vnde Horatius:

C *Iniurioso ne pede proruas Stantem columnam.*

De columnis Herculis Apollod. lib. 2.

Ἔστησε σημεῖα τῆς πορείας ἐπὶ τῶν ὅρων

Εὐρώπης, καὶ Λιβύης ἀντιστοίχους δύο στήλας.

Strab. lib. 3. & Plin. lib. 3. *Pacato in orbe*, purgato monstris ac tyrannis, vnde pax & tranquilla libertas consecuta. sic Virg. eclog. 4.

Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.

& Lucret.

Pacatumque nitet diffuso lumine cælum.

Sic *pacatæ prouinciæ*, & *regiones* Ciceroni vbique.

T a m *dura traheret mollia pensa manu.*] id est,

D lanam mollem carperet manu callosa laborioso Martis opere. Horat. oda 18. lib. 2.

Nec Laconicas mihi trahunt honestæ

Purpuras clientæ. Mollia pensa, ob mollitiem lanæ, vt Virg. 4. Æneid.

—— *dum fusis mollia pensa Deuoluunt.*

& est antithesis *Mollia, dura.* vt el. 1. sup.

Mollia Pegasides vestro date serta Poëtæ

Non faciet capiti dura corona meo.

& eleg. 10. lib. 4. vers. 46. 47. 48.

P e r s a r v m *statuit Babilona Semiramis vrbem.*] Primum Babilon Assyriorum, deinde Medorum, postremo Persarum fuit. Ergo re-

E tulit ad sua tempora, non ad vrbis conditæ. Semiramis statuit Babilona, vt restantur Q. Curtius libr. 5. Herod. libr. 1. Iustin. libr. 1. Suidas in verbo, *Semiramis*. Diodor. libr. 2. cap. 4. Solin. cap. 60. Plin. cap. 26. lib. 6. Plutarchus in Alexandro, Strabo libr. 2. & Ouid. 4. Metamorph. Sed Herodotus lib. 2. à multis Assyriorum regibus conditam paulatim ait. at Stephanus περὶ πόλ. à Babilone Medi filio. & Ammian. Marcell. lib. 23. Mœnia quidem à Semiramide fatetur structa, sed arcem à Rege Belo. vide prouerb. apud Iun. 23. cent. 2.

V t *solidum cocto tolleret aggere opus.*] τὸ vt, pro, ita vt

ita vt

ita, vt Plaut. Pœnulo sc. 2. act. 1. *Olent, falsa sunt, tangere vt non velis.* An vt idem Pseud. act. 1. sc. 5. *Vt rus item constitueram.* Et Gellius cap. 19. lib. 16. *Pecuniam dedisse, vt haberes. Solidum opus.* verbum castrense opus de magno molimine ad oppugnandum, vel muniendum. Cæsar vbique, Virg. 4. Æneid. *Pendent opera interrupta.* & 12.

Opera omnia rumpit. Festus in *Pluter: Crates quæ solent apponi militibus opus facientibus.* Varro 4. de ling. Lat. *Oppida, quia opere muniebant mœnia.* Opus ergo totum: agger pars. *Solidum*, durum ac firmum aduersus oppugnationem. Festus in *Solitaurilia.* Solida dicuntur quæ nulla *parte laxata, cauaque sunt.* vulgo, *massif.* vnde ad alia transfertur, quæ plena & integra: Donatus. *Solidum beneficium* Terentio. *Solidum infortunium* Plauto. *Agger*, inquit Isidor. lib. 15. cap. 9. *Propriè terra aggesta, quæ vallo facto propius ponitur. Sed abusiuè & muros, vt hic, & munimenta omnia aggerē dicimus. ultimus est agger viarum, & agger tumuli.* Hæc Isidorus ad verbum ex Seruio in 10 Æneid. Omnis aggesta terra, agger. Varro 4. de ling. Lat. *Quod exaggerabant, agger, & quid aggerem contineret, murus.* Ergo *le rampart.* Ouid. hunc locum explicat 4. Met. cum ait:

—— vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem.

Plin. cap. 15. lib. 35. *Calcis quoque vsum præbuit* (bitumen) *ita ferruminatis Babylonis muris.* Iustin. lib. 1. *Hæc* (Semiramis) *Babylona condidit, murumque vrbi cocto latere circumdedit, arenæ vice bitumine interstrato.* Q. Curtius lib. 5. *Coctili laterculo strati sunt* (Babylonis muri) *totum opus bitumine adstringitur.* Iuuenal. sat. 10.

Cum tamen à figulis munitam intrauerit vrbem
Sarcophago contentus erit. *Coctili latere munita vrbe, quem hodie dicimus ordinarium lapidem*, inquit Interpres. Lucan. lib. 6.

—— fragili circumdata testa
Mœnia mirentur refugi Babylonis Parthi.

vide prouerb. 24. cent. 2. apud Iunium. Herodot. lib. 1. Diodor. libr. 2. vet. gloss. *Later coctus*, Βῶλαξ. *Tollere*, educere, vt Virg. 3. Æn.

—— arcemque attollere tectis.

Et *duos in aduersum misit per mœnia currus.*] Fecit vt mitti & agi possent, tantum erat spatij. *Duo* pro duos. Virg. 11. Æneid.

Si duo præterea tales. Lucil. apud Macrob.
Illum sumina ducebant, atque altilium lanx.
Hunc pontes Tiberinu' duo inter captu' Catillo.

Charis. lib. 1. *Duo, pro duos:* Attius δύο ναυτι μάχη: *Martes armis duo congressos crederes.* Terent. Adelph. *Tu illos duo olim pro re tollebas tua.* Q. Curtius lib. 5. *Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus: spatium duorum & triginta pedum latitudinem amplectitur. quadrigæ inter se occurrentes, sine periculo commeare dicuntur.* Hic ergo *duo currus in aduersum*, quadrigæ inter se occurrentes. Diodor. lib. 2. ait agi potuisse sex currus per muri latitudinem. *In aduersum*, an vno verbo vt inante lib. 2. Certè Festus in *Mutini* dixit *aduersum murum*, pro è regione muri. Gell. cap 12. lib. 7. *Aduersum speculum ornari.* Terent. Phorm. *Exaduorsum tonstrina erat*, aliter eleg. 16. lib. 2.

Misit in aduersum pocula Pirithoum.

A Nam duo verba sunt, vt *in incertum* eleg. 26. lib. eiusdem:

Ne *possent tacto stringere ab axe latus.*] ita vt non possent prætereuntes se contingere, & in se leuiter incurrere, &c. *Stringere latus*, latus currus prætereundo detergere, & velut abradere. Id enim est stringere, Virg. 8. Æn. *Stringentem ripas.* quod Lucretius:

—— ripas radentia flumina rodunt.

& 10. Æneid.

Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.

& 12. *—— aurati partim stringentis corpus*
Alma Venus. & 1. *Stringere remos.* & in B Bucolicis: *Stringere frondes.* & Ouid.

Nec stringam metas interiore rota.

Stat. lib. 6. Thebaid. hac de re: *axibus axes*
Inflicti, radijsque rotæ.

Hoc est latus currus. & mox:

Multaque transuersis perstringitur vngula campis.

Latus currus, vt Ouid. 1. fast.

Ipse solum colui, cuius placidissima læuum
Radit arenosi Tibridis vnda latus.

Et *latus nauis* Horatio, & Virgilio. In latere currus modioli & extremi axes sunt qui prominent, & stringuntur in angustiore spatio. C τὸ *ab* autem vacat, vt eleg. 1. supra:

—— ab auo Excidet.

Dvxit *& Eufraten medium qua condidit arces.*] id est, induxit, immisit, vt influeret effecit, & quasi vrbem diuideret. sic *ducere aquam. aquæductus*, & *ducere riuos.* De Eufrate dictum eleg. 10. lib. 2. Q. Curtius lib. 5. *Eufrates interfluit, magnoque molis crepidinibus coërcetur.* Diodor. lib. 2. Non inductum Eufraten, sed constructas hinc inde domos, & ita conditam vrbem scribit. Herodot. lib. 1. Eufraten ait per mediam vrbem fluere, delapsum è montibus Armeniæ, & inde rapidissimè decurrere in mare rubrum. D *Quà.* id est, qua parte vrbis, & situm loci notat. *Condidit*, exstruxit, vt Virg. eclog. 2.

Pallas quas condidit arces, *Ipsa colat.*

Diodor. lib. 2. Cum Euphrati miræ magnitudinis pontem imposuisset, in extremo ponte, hinc & inde, geminas arces, ac regias condidit. & Q. Curtius arcem commemorat 20. stadia ambitu suo complexam, supra quam pensiles horti. Sed Herod. lib. 1. arcem & regiam in media vrbis parte ponit, alterius partis diuisæ à fluuio. Arcem à rege Belo conditam scribit Ammian. Marcell. lib. 23.

Ivssit *& imperio surgere Bactra caput.*] id est, E voluit præcipuam vrbem totius Imperij esse, alias inter vrbes caput efferre. *Surgere*, attolli vt eleg. 31. lib. 2.

Surgebat marmore templum. An *surgere*, pro assurgere Imperio Babylonis. *Caput*, vt *Orbis Roma caput* Ouidio, & Tacito *caput rerum*, vide adnot. ad eleg. 26. lib. 2. vers.

Non ego nequitiæ dicerer esse caput.

Bactra, capta à Nino Semiramidis astu. Diodor. lib. 3. vide adnot. ad el. 1. sup. vers. 16.

Nam *quid ego heroas, quid raptē in crimine diuos?*] aut anastrophe, pro, quidnam, vt el. 14. lib. 1.

Nam quis diuitijs aduerso gaudet amore?

Sic notat Donatus in Phorm. Nam quod dici

per anastropben, vel pro sed quid. Plaut. Amphit. *Nam quid ille reuertitur?* Virg. 4. Georg.

Nam quis te Iuuenum. *Raptem in crimine*, accusem. Raptare, pro, rapere, vt Virg. 3. Georg.

Sed me Parnaßi deserta per ardua dulcis
Raptat amor.

Sic Cicero in Lucullo: *Rapi in inuidiam.* & *rapere in odium* 1. ad Herennium. Et sæpe: *Vocare in crimen & odium.* Est autem archaismus *in crimine*, pro crimen, vt el. 14. inf.

Mißile nunc disci pondus in orbe rotat.

Liuius lib. 34. *In sua matresfamilias ius retinere.* Gell. cap. 6. lib. 17. *Committere pecuniam in potestate.* Plaut. Aulul. *In ædibus volo intromitti neminem.* Ipse eleg. 17. infra:

Vesanum in vite Lycurgum. & eleg 19.

Aequus in hoste fuit. & Tibull. el. 5. lib. 3.

—— nec totus Liber in illis.

& Stat. 6. Achill.

Cum primum in gurgite nostro
Rhetæa cecidere trabes.

Heroas, alios minores scilicet, vt Herculem supra, & Achillem eleg. 8. lib. 2.

IVPPITER *infamat seque suamque domum.*] id est, dedecore afficit se ac suos, vt Afranius apud Nonium: *Experiarabant, exsecrabant se ac suos.* & Terent. Heeyr. sc. 1. act. 2. *Quæ me & te & familiam dedecoras.* quia stuprum propriè est dedecus & infamia. sic eleg. 24. lib. 2.

Parcius infamant viles.

Infamat domum, vnde eleg. 19. infra:

Infamis stupro stat Pelopea domus.

Plaut. Mostell. *Capitalis ædis facta est.* id est, famosa. vet. gloss. *Capitalis,* ... de Iouis furtis vide eleg. 30. lib. 2. vers. 28. 29. 30. Ouid. 6. Metam. in fabula Arachnes. Plaut. prologo Amphit.

QVID? *modo quæ nostris opprobria vexerit armis.*] τὸ *Quid* stomachantis, & alio transeuntis elleipticâ, vt Virg. eclog. 10.

Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem
Audieram.

Plenè 1. Georg.

Quid dicam iacto qui semine cominus arua
Insequitur.

Quæ vexerit nostris armis opprobria. Id est, armis, virtutique Romanæ magnum dedecus attulerit bellum inferendo. Vehere opprobria, inuehere, & inferre. & alludit ad classem Cleopatræ. Horat. oda 29. lib. 3. *Quod fugiens semel hora vexit.* pro secum attulit. & Virg. 1. Georg.

Nescis quid serus vesper vehat.

Cic. 4. Tusc. *Quemcumque casum fortuna inuexerit.* Attius: *Nec tantum inuexit tristis Eurystheus mali.* vnde inuebi in aliquem, est nocere cupientis. *Opprobria*, dedecora, quia ob probrum alicui obiiciuntur. Horat.

Cecropiæ domus æternum opprobrium.

& oda 16. lib. 1. de maledictis:

Fias recantatis amica opprobrijs.

ET *famulos inter fœmina trita suos?*] *Et* iterandum. *& fœmina; & trita inter famulos suos.* Sed vet. lib. *Heu.* non dolentis sed indignantis. *Femina*, vt vers. 1. huius elegiæ & infra:

Si mulier patienda fuit. *Trita inter famulos*, quę se famulis, & Eunuchis suis substrauerit, & exercita stupro cum eis fuerit. Teri libidinis

A est, vnde tribades, & pædotribæ. Petron. *Inter anhelitus, sudoresque tritus* (puer) *quod volaerat, accepit.* Idem: *Inuado pectus amplexibus, & perfusum os lacrymis vultu meo contero.* Idem: *Basiis distriuit.* & alibi: *Mutuis libidinibus attriti derident solitudinem meam.* Plaut. Capt. act. 4. sc. 1. *Bona bonam terit. Liberorum quærendorum causa ei, credo, vxor data est.* & Rudent. sc. 4. act. 3. *Eos indigno quæstu conteres.* id est, prostitues. Ipse eleg. 20. infra:

Forsitan ille alio pectus amore terit.

Hinc explica Mart.

Culus tritior Aedili lucernis.

B vbi & τὸ *Aedili*, iterandum. *Famulos*, Eunuchos amatores mulierum maximos. Horat. oda penult. lib. 1.

Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum. & in Epod.
Et spadonibus seruire rugosis potest.

CONIVGIS *obscœni pretium Romana poposcit*
Mœnia, & addictos in sua regna patres.

Albinouanus in obitum Mœcenatis:

Hic modo miles erat, ne posset femina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.

Sed hîc leg. *Coniugij*: & alludit ad matrimonium per coëmptionem; quasi dotalem vr-
C bem ab Antonio petierit. Obscœnũ coniugiũ & mali ominis (nam omina & auspicia captabantur in nuptiis) & spurcum ac libidinosum. vide Festum in *Obscœnum.* Pretium, merces stupri, vnde meretrices. Sic Cicero ep. 13. lib. 1. ad Atticum: *Noctes certarum*, inquit, *mulierum iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.* Hac de re Eutropius lib. 7. *Hic* (M. Antonius) *quoque ingens bellum ciuile commouit, cogente vxore Cleopatra, regina Aegypti, dum cupiditate muliebri optat etiam in vrbe regnare.* Florus cap. 1. lib. 4. *Aegyptia ab Romano Imperatore pretium libidinum, Romanum*
D *Imperium petijt: & promisit Antonius, quasi facilior esset Partho Romanus.* &, *Poposcit*, quia *quidlibet impotens sperare dulci fortuna ebria*, vt Horat. *Addictos in sua regna patres*, id est, sibi mancipari, & adiudicari, suoque regno Senatum populumque Romanum volebat. Enallage numerorum, *Sua regna*, pro, suum regnum. Nisi dicamus regnũ Ægypti è pluribus conflatum. Addici in regna, vt Cæsar 2. de bello ciuili: *Qui verba atque orationem aduersus remp. habuissent, eorum bona in publicum addicebant.*

NOXIA *Alexandrina dolis aptißima tellus.*]
E id est, funesta nomini Romano. Sic Lucan. l. 8.

Noxia ciuili tellus Aegyptia fato.

vet. lib. *Alexandria.* i pro *ei.* vt eleg. 10. lib. 4. *Erythia.* & Priscian. notat Alexandria pro *ea* vel *eia* dici. & vrbem cum regione coniunxit, vt Virg. *Ilia tellus.* Nisi legamus, *Alexandrea*, vt apud Horat. oda 14. lib. 4. de ea vide auctorem de bello Alexandrino, Strab. libr. 17. qui totam describit, & Plin. cap. 10. lib. 5. Sunt aliæ multæ huius nominis vrbes, sed hæc omnium celeberrima nomen retinet hodieque. lege & Q. Curtium lib. 4. & Plutarchum in Alexandro. Sueton. in Cæsare cap. 35. *Solertißimum hostem* vocat *Alexandrinos.* Auctor belli Alexandrini. *Cum vno tempore & natio*

torum & natura cognoscatur, aptissimum esse hoc genus ad proditionem dubitare nemo potest. Idem Ibid. *Cæsar etsi fallacem gentem, semperque alia cogitantem, alia simulantem bene cognitam habebat, tamen petentibus dare veniam vtile esse statuit.* Seneca cap. 9. ad Elbid. *Ægyptus infida.* & cap. 17. Theocrit. Idyl. 15.

——ἀδὲν κακοεργὸς

Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί.

vnde Synesius in Encomio caluitij *αἰγυπτιάζειν* prouerbialiter dixit, pro dolosè agere. vide adag. Erasmi. hinc illa Martiali ep. 26. lib. 10.

Nunquid & hoc, fallax Nile, negare potes?

Aptissima dolis, vt eleg. 21. infra:

Armis apta magis tellus quam commoda noxa.

Et *toties nostro Memphi cruenta malo.*] Nam Gabinius armis reduxit Ptolemæum in regnum, multique milites illic remanserunt. Deinde Pompeius illic interfectus. Postea Cæsar Alexandriæ obsessus, & difficillimo implicitus bello. Postremo M. Antonius ibidem obsessus, multique Romanorum vtrimque cæsi. De Memphi Mart. lib. 1. ep. 1. Diodor. lib. 1. Strabo lib. 17. Plin. cap. 9. lib. 5. Herod. lib. 2. Hodie *le grand Caire. Cruenta malo nostro*, clade & pernicie Romanorum. Cruenti, & nostro, & alieno cruore: nostro, vt eleg. 9. lib. 2.

Et dominum lauit mærens captiua cruentum.

Alieno, vt eleg. 13. lib. 2.

Quam fuerant Phthij busta cruenta viri.

Tres *vbi Pompeio detraxit arena triumphos.*] Victus Pompeius, & fœdè interfectus in ipso littore omnem vitæ superioris laudem, & gloriam amisit. Itaque arena ipsa, & littus, vbi cæsus est, illi videtur triplicis triumphi gloriam detraxisse. Cicero pro Sextio: *Is qui tripartitas orbis terrarum oras tribus triumphis adiunctas huic imperio notauit.* An *donauit*? Lucan. libr. 7.

Quamque fuit læto per tres infida triumphos
Tam misero fortuna minor. & lib. 9.
Hunc ego maluerim quam ter Capitolia curru
Scandere Pompeij.

Plin. cap. 26. libr. 7. Ter triumphasse scribit Pompeium. Primum Sicilia recepta, & subacta Africa. Deinde in ditionem redacta Hispania. Postremo pacato mari, victo Mithridate, & oriente pœne subacto. Cic. pro Corn. Balbo. *Qui tot habuit triumphos, quot oræ sunt, partesque terrarum.* Petron. Arbitet huc respicit:

——modo quem ter ouantem
Iuppiter horruerat. & Varro apud Interpret. Persij sat. 2.
Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo,
Pompeius nullo. credimus esse Deos?

Et Albinus rerum Romanarum libr. 1. apud Priscian. lib. 7.

Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis
Sponte Deûm patuere: cui freta nulla repostos
Abscondere sinus: non tute mœnibus vrbes, &c.

vide & Velleium poster. vol.

Tollet *nulla dies hanc tibi Roma notam.*] Quia omnia delentur vetustate, dixit *nulla dies*, vt eleg. 15. lib. 2.

A *Velles vt nunquam solueret vlla dies.*

sic dixit eleg. 5. lib. 2.

Differtur nunquam, tollitur vllus amor.

Alludit autem fortasse ad herbam lepidium, qua notæ, & stigmata delentur. Columella de cultu hortorum.

Ponitur & lactis gustum quæ condiat herba
Deletura quidem fronti data signa fugarum.

Sic Cicero in Pompeiana: *Delenda vobis est illa macula.*

Issent *Phlegræo melius tibi funera campo.*] An *tibi funera*, pro tua funera, tua mors. Tu ipse honestius mortuus esses, & elatus & cre-

B matus in campo Thessalico, siue Pharsalico, siue Philippensi? de quo eleg. 9. supr. vers. 48. *Ire funera*, an vt mors venire dicitur? vt mens sit Poëtæ: Melius ad te funus & mors venisset. An vt *funera duci* dicuntur Virgilio & Ciceroni, & Terentio *funus procedit.* An significat morbum Pompeij in Campania, de quo Cicero 1. Tuscul. & Iuuenal.

Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas. Sed quæ hic sequuntur repugnant.

Vel *tua si socero colla daturus eras.*] id est, etiam si præbiturus ceruices & iugulum Cæsari. *Vel*,

C pro etiam, vt eleg. 28. lib. 2.

Hoc tibi vel poterit coniux ignoscere Iuno.

Lucan. de Pompeij cæde lib. 8.

Inuoluit vultus, atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput. & alibi:
——ne cæde pudori,
Auctoremque dole fati, quæcumque feriris
Crede manum soceri.

Socerum autem Pompeij fuisse Cæsarem notum ex Cicerone, Lucano, Catullo, Plutarcho, Virgilio 6. Æneid. *Daturus colla*, vt Seneca suasoria 6. de Cicerone: *Prominentis ex lectica, præbentisque immotam ceruicem, caput abscissum*

D *est.* Et paullo post: *Accede Veterane, & si hoc saltem potes rectè facere, incide ceruicem.*

Scilicet *incesti meretrix regina Canopi.*] in epigrammate Augusti Glaphyre dicitur. Erat autem scortum Glaphyra, mater Archelai, quem Antonius regem Cappadociæ fecit. Dio lib. 49. de Cleopatra autem Plin. cap. 35. lib. 9. *Vt regina meretrix eius lautitiam omnem, apparatumque obtrectans.* & *Meretrix regina*, vt apud Apul. apol. 2. *Puellæ meretricis blandimentis captus*, & apud Cicer. *Mulier meretrix. Incestus Canopus*, ob incestum regum Ægyptiorum, cum sorori-

E bus. Lucan. lib. 8.

Vltima Lagea stirpis, perituraque proles
Degener, incestæ sceptris cessure sororis.

Seneca in Octauia:

Hausit cruorem incesta Romani ducis
Ægyptus iterum. Seneca in mortem Claudij: *Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum.* Turneb. cap. 13. lib. 18. docet ex Philone apud Ægyptios licuisse *ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀδελφὰς ἄγεσθαι*: cū Athenis liceret ducere germanas, eodē patre natas; Lacedæmone vero vterinas tantum. *Incestus*, inquit Nonius, *flagitium in affines admissum.* Cognatos debuit dicere. Festus: *Incestus à Græco, nam illi facinus dicunt ἄγος.* Seru. in 12. Æn.

Incestus, est quæcunque pollutio.

Isidor. libr. 5. & libr. 10. *Incestum propter illicitam coniunctionem vocatur, quasi incastum.* Fulgentius Placiades in Glossis. *Incestum*, inquit, *puto a literam retinere debere, quia ab eo quod est incastum venit.* Cæstum dicunt Zonam Veneris pelliceam, quæ nuptias legitimas ligat. si quis ergo alieni legitimique coniugij iura violauerit, incæstum dicitur admisisse, id est, quasi castitatis vinculum, Zonam Veneris violasse. Lutat. in 2. Thebaid. scribit Venerem ad non castas nuptias non venire cum cæsto suo, vnde incestum dictum. Paul. lib. 39. de ritu nupt. *Incestum cõmittere intelligitur, qui ex his, quas legibus aut moribus prohibemur vxores ducere, aliquam duxerit.* Et Vlpian. Institut. Tit. 5. & Caius lib. 1. Instit. Tit. 5. & Papinian. in l. 38. §. 1. de Adult. *Canopi.* Seruius in illud 4. Georg.

Nam qua Pellæ gens fortunata Canopi.

Canopus ciuitas iuxta Alexandriam dicta à Canobo, gubernatore Menelai. Plinio cap. 31. lib. 5. Insula, vnde *Canopicum* ostium Nili, Straboni lib. 17. Auctori de bello Alexandrino est promontorium. De luxuria Canopi leg. Senec. ep. 51. & Iuuenal. sat. 15.

—— quantum ipse notaui,
Barbara famoso non cedit turba Canopo.

Famosum vocat, vt hic noster *Incestũ*. Iun. prou. 18. cent. 8. Beroald. hic errat, qui *incestum*, mollem exponit. Huc facit illud Statij in Genethliaco Lucan. 2. Syluarum:

Tu Pelusiaci scelus Canopi
Deflebis pius, & Pharo cruenta
Pompeio dabis altius sepulchrum.

V N A *Philippæo sanguine adusta nota.*] id est, infamia genti, & sanguini Philippi & Alexandri ita hærens, vt tolli nunquam possit. Translatum à notis quæ inuruntur, vel mancipiis, vel pecori, quod ipsum Festo dicitur *dignorare.* Virg. 3. Georg.

Continuoque notas, & nomina gentis inurunt.

Eadem translatione eleg. vlt. lib. 4.

Hac cura, & cineri spirat inusta meo.

Scaliger omnino hic legendum ait *Iniusta.* audacter. *Sanguine*, pro sanguini, vt eleg. 6. sup.

Si placet insultet Lygdame morte mea.

& Sanguis pro gente, & cognatione, vt el. 7. supr. *De Sanguine Regum.* Ridiculus Beroaldus qui *Philippaum sanguinem*, Romanum exponit, quod in Philippis Romani pugnarint. Interpretatio petenda est ex Q. Curtio lib. 9. *Ptolomæus saucius regis sollicitudinem in se conuerterat, sanguine coniunctus erat, & quidam Philippo genitum esse credebant. Certè pellice eius ortum constabat.* vide Mart. ep. 85. lib. 5. de Alexandrinis: & *Pelleus Canopus.* Virg. 4. Georg. *Vna nota*, non sola, sed insignis & præcipua: nam & alij degeneres Ægypti Reges. Cõtra & in laude dicitur vnus.

A V S A *Ioui nostro latrantem opponere Anubim.*] id est, quasi aduersum in acie collocare. In Actiaca pugna cõmissos Deos Romanorum, & Ægyptiorum significat, vt & Virg. 8. Æn.

Omnigenumque Deûm monstra, & latrator Anubis,
Contra Neptunum, & Venerem, contraq. Mineruam
Tela tenent. vbi Seruius: *Anubis canina*

A *facie quia Mercurium eo significant, quia nihil cane sit sagacius.* vnde Iuuenal. sat. 15. de cultu Canis:

Oppida tota canem venerantur, nulla Dianam.

Ouid. 9. Metam.

—— cum qua latrator Anubis, &c.

Lucan.

Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
Semicanesque Deos, & sistra mouentia luctum.

Legendus Plutarch. in libro de Iside & Osiride, & Euseb. lib. 2. Præpar. Euang. Diodor. Sicul. ait Anubim patrem Osirim ad bella secutum gestasse canis insigne in clypeo: Alij
B canem adiuuisse Isidem in Osiridis corpore inuestigando. de Anubi vide Iuuenal. sat. 6. huc facit & illud Ouid. 13. Met.

Præter erant vecti certatam lite Deorum
Ambraciam; versique vident sub imagine saxi
Iudices, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est.

Lite Deorum, inquit, Gyraldus, *quia ex parte Augusti Dei Romani, & Apollo inprimis: Antonij vero & Cleopatræ Dei Aegyptij. Iudices*, vel, *iudicis* legitur, quia, inquit, litem illam adiudicauit Augusto. Ego lego *Vindicis. Ausa*, solius voluntatis & impotentis est. vnde Virg.

C *Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.*

Opponere, vt Virg. 10. Æneid.

—— medias illis opponere turmas.

Ioui nostro, vel latio, vt eleg. 4. sup. vers. 6. vel fauenti. Iuuenal. sat. 12.

Hic nostrum placabo Iouem.

E T *Tyberim Nili cogere ferre minas.*] id est, superba pati Imperia, quod est seruorum, vt eleg. 7. libr. 1.

Iniustas sæpe tulisse minas.

Minæ sunt iratorum & sæuitium, vnde supra dixit eleg. 7. *Pœna minantis aquæ.* id est, sæuæ & iratæ. *Cogere*, solo conatu accipi debet, non etiam affectu. sic eleg. 4. lib. 1.

D *Mutatum domina cogis abire mea.*

R O M A N A M Q V E *tubam crepitanti pellere sistro.*] id est, superare sono, vincere & fugare, vt pelli dicuntur hostes & acies. sic Virg. 11. Æneid.

Pone animos, & pulsus abi. Tubam Romanam. Tuba quæ directa est appellatur. Veget. cap. 5. lib. 3. Plin. cap 56. lib. 7. *Aeneam tubam* (inuenit) *Pisæus Tyrrhenus.* Ergo eam ab Etruscis habuere Romani, vt fasces, & curules, & prætextas. & id testatur Strabo lib. 5. Liuius tamen lib. 25. Innuit Romanam tubam ab aliis diuersam fuisse his verbis: *Terrorem & tuba audita ex theatro faciebat. Nam & Romana erat à proditoribus*
E (Tarenti) *ad hoc ipsum præparata, & insciente à Græco inflata, quis aut quibus signum daret, incertum efficiebat. Crepitanti sistro*, arguto crepitaculo. Apul. lib. 11. *Nam dextra quidem ferebat æreum crepitaculum, cuius per angustam laminam, in modum baltei recuruatam, traiecta media pauca virgulæ, crispante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum sonum.* Sistrum describitur & à Plutarcho in libello de Iside & Osiride. Hesychius Cymbala interpretatur. vide Turneb. cap. 33. lib. 26. Sistrum ἀπὸ τοῦ σείειν. id est, ab agitando & concutiendo. Interpres Hephæstionis. Cuiusmodi fuerit videre est in Valentiniani

Imperatoris numis, vbi Onocephali, & ipsius
Valentiniani imago, & Ægypti. Iuuenal. sat.
13. *Isis & irato feriat mea lumina sistro.* Stat. in Pro-
pemptico Metij Celeris:

Excipe multisono puppem Mæotida sistro.

Seruius ad illud 9. Æneid.

Patrio vocat agmina sistro.

Per sistri motum quod gerit Isis in dextra, Nili
accessus & recessus ait significari. Isidor. au-
tem lib. 3. ait ab Iside inuentum, & eo conci-
tari ad bellum Amazones.

BARIDOS *& contis rostra liburna sequi.*] id
est, insequi & oppugnare naues liburnicas ro-
stratas; eleg. 8. lib. 2. *Sectetur & vmbras.* id est,
insectetur: vel assequi conari, & eorum æqua-
re cursum, vt 12. Æneid. Virg.

—— *ardua pennis Astra sequi.*

Contis, perticis longioribus, quibus altitudo
aquæ exploratur, & aguntur naüiculæ. vnde
Virg. 6. Æneid.

Ipse ratem conto subigit.

vnde *percontari* Festo, & Nonio. Est & contus
genus hastæ longioris: Nonius. *Baridos.* ge-
nus nauigij, & cymbæ apud Ægyptios Ba-
ris est, qua vehebantur ad sepulturam cada-
uera. Diodor. libr. 2. & Herodot. libr. 2. &
Æschylus Persis, vt notat Victor. cap. 9. lib.
10. var. lect. *Sequi liburna*, quia celerrima.
De liburnis, siue liburnicis nauibus etiam
Victor. loco antedicto ex Appiani lib. 2. de
bello ciuili. & Horat. oda 37. libr. 1. & oda
1. Epod. Est & liburnum genus vehiculi apud
Iuuenalem:

—— *& ingenti curret super ora liburno.*

Liburnicæ naues à Liburnis, qui populi inter
Istriam & Dalmatiam. Croaciam hodie vo-
cant.

FOEDAQVE *Tarpeio conopea tendere saxo.*] id
est, figere; quia restibus opus est, vnde dicta
tentoria, & tendere tantum. Virg. 2. Æneid.

—— *hic sæuus tendebat Achilles.*

Conopea, abiecto i. vt corripiatur vt eleg. 7. sup.
Capharea saxa. & Horatius oda 9. Epod.
corripuit, vt Propertius:

Inter signa turpe militaria
Sol adspicit conopeum.

Iuuenalis produxit sat. 6.

Vt testudineo tibi Lentule conopeo.

κωνωπεῖον, velum ad culices excludendos & ar-
cendos, quos *κώνωπας* Græci dicunt. vide In-
terpretem Iuuenalis à quo *Culicare* dicitur. He-
rodotus in Euterpe conopeis vti Alexandri-
nos ad arcendos culices scribit. & Plin. cap.
47. lib. 9. vt emendatur à Scaligero Conopei
meminit: Sed non loquitur de Conopeis Æ-
gyptiorum. Varro cap. 10. lib. 2. de re rust.
Fœtas nostras quæ in Conopeis iacent dies aliquot.
Tarpeio saxo, capitolio. Virg. 9. Æneid.

—— *capitoli immobile saxum*
Accolet. *Rupes Tarpeia*, etiam dicitur, &
saxum tantum, vnde, *de saxo deijci.* Hic *A duce*
Tarpeio mons est cognomen adeptus, vt ipse ait eleg.
4. libr. 4. Plutarchus in Romulo. *Tarpeius*
collis, deinde ab inuento illo humano capite
Capitolium: Dionys. Hal. lib. 3. inuidiosè au-

A tem dixit *Tarpeio saxo*, quasi diceret: non in fo-
ro, sed in arce. Horat. hac de re:

—— *dum Capitolio*
Regina dementes ruinas
Funus & imperio parabat.

& Lucan. lib. 10.

Terruit illa suo, si fas, capitolia sistro.

IVRA *dare statuas inter & arma Mari.*] ius da-
re, & dicere, idem est. sic eleg. vlt. lib. 4.

Det pater hic vmbra mollia iura mea.

Ius autem dat & dicit qui merum imperium
habet. & reges olim id palam faciebant. Virg.
1. Æneid. de Dido regina:

B *Iura dabat, moresque viris.*

& dat iura etiam victor, vt leges. Horat.

——*Triumphatisque possit*
Roma ferox dare iura Medis.

In *dare* autem posterior syllaba producitur ob
litteras sequentes St. vt apud Lucan. lib. 5.

—— *quippe stimulo, fluctuque furoris*
Compages humana labat.

Inter statuas & arma Mari. id est, in ipso ca-
pitolio; vbi Marij statuæ, armaque hostibus
erepta, & trophæa. De quibus Marianis mo-
nimentis à Cæsare in Capitolio repositis Plu-
C tarch. in Cæsare. & Sueton. cap. 11. *Trophæa*
de Iugurtha, Cimbris & Teutonis.

QVID *nunc Tarquinij fractas iuuat esse secures.*]
à contentione minorum. Si Tyranno super-
bo parendum, ferendus potius Rex Tarqui-
nius, quam superba femina & impudica. *Quid*
iuuat. Quid refert? quid prodest? vt eleg. 22.
lib. 2. *Quid iuuat in nullo pondere verba loqui!*
Fractas secures, fractum imperium. sic Horat.
oda 35. lib. 1. *Imperiumque frangas.* Virg. 3. Æn.

—— *opes fractæ Teucrum.*

Ipse hîc infra:

Et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes.

D & eleg. 6. lib. 4.

Fracta per Ionias scepta vehuntur aquas.

Interdum re vera fasces frangebantur, vt apud
Liuium videre est, & Cicer. in Pison. *In eo tu-*
multu fracti fasces. Regibus 12. fasces, totidem-
que lictores, more ducto ab Hetruscis, apud
quos regi creato, singuli populi è duode-
cim lictores singulos dabant. Liuius libr. 1.
& Strabo libr. 5. De fascibus regiis. Virgil.
6. Æneid.

—— *fascesque videre receptos.*

vide plura ad eleg. 9. sup. vers. 23.

NOMINE *quem simili vita superba notat.*]

E Legendum, *quam*, & mutanda interpunctio:

Quid nunc Tarquinij fractas iuuat esse secures,
Nomine quam simili vita superba notat,
Si mulier patienda fuit? cape: &c.

Nam de Cleopatra loquitur, non de Anto-
nio. Isidem vero sese ferebat Cleopatra: Plu-
tarchus in Antonio. Itaque nomen superbæ
merita, vt Tarquinius. *Notat nomine*, designat,
quia verba rerum notæ. vel infamat. Ouid.
2. fast.

Forsitan & quæras cur sit locus ille Lupercal,
Quæue locum tali nomine causa notet.

SI *mulier patienda fuit? cape Roma triumphum.*]
Virum non tulimus, feremus mulierem? & in

verbo inest flagitium. *Mulierem pati*, vt *pati muliebria. Cape triumphum*, accipe & admitte triũphum, ac triumphantem Augustum de Cleopatra. De Augusti triumpho Alexandrino, & eius magnificentia Dio lib. 51. & Sueton. in Aug. cap. 41.

Et *longam Augusto, salua, precare diem.*] id est, longum vitæ spatium. ipse eleg. 18. lib. 2.

—— cum sis
Ipsa anus haud longa curua futura die.

Similis precatio apud Horat. oda 2. lib. 1.

Serus in cælum redeas.

Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Optaui peteres cælestia sidera tardè. & Mart.
Esse velis, oro, serus conuiua Tonantis.

& ipse eleg. 4. sup.

Ipsa tuam prolem serua Venus: hoc sit in æuum
Cernis ab Aenea quod superesse caput.

Vixit autem annos 76. Imperauit 56. Ausonius: *Augustus post lustra decem sex prorogat annos. Salua*, seruata incolumis per eum. hic saluo Cæsare. vt eleg. 28. lib. 2.

—— per magnum est salua puella Iouem.

Fugisti *tamen in timidi vaga flumina Nili.*] ipse in Nilum fugisse ait & eleg. 6. lib. 4.

Illa petit Nilum cimba male nixa fugaci.

Tangit & hanc fugam Virg. 8. Æneid. cum ait: *—— & tota veste vocantem*
Cæruleum in gremium, latebrosaque flumina victos.

& ipse eleg. 16. lib. 2.

Externo quæret in orbe fugam.

Vaga flumina, errantia, exercita cursu. perpetuo epitheto, vt eleg. 20. lib. 1.

—— vago fluminis hospitio.

Nili timidi, vel quia timidi, & imbelles Ægyptij, vel quia consternati erant, vt solent victi. *Debilem* vocat el. 1. lib. 2. Virg. 8. Æneid. *Mœrentem.* Sane vt spes pro lætitia, cur non timor, pro mœrore. Virg. 6. Æneid.

Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.

Aliquando legendum esse putaui, *Tumidi.* ob incrementum Nili, & veterem superbiam. Horat. oda 3. lib. 3.

Quæ tumidus rigat arua Nilus.

Mens est. Licet superba, & minax, fugisti tamen, &c. vel *tamen*, pro, Tandem, vt el. 5. lib. 2.

Inueniam tamen è multis fallacibus vnam.

Accepere *tua Romula vincla manus.*] id est, Catenis Romanis vincta es & ducta in triumphum. Stat. 3. Sylu. in Propemptico Metij Celeris:

Anguiferamque domum, blando qua morsa veneno
Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.

Ergo Propertius non de ipsa Cleopatra; sed de eius effigie loquitur, quæ in triumphum ducta, vt scribit Dio lib. 51. Ipse quoque eleg. 6. lib. 4. *Hoc vnum iusso non moritura die.*

Dij melius, quantus mulier foret vna triumphus, &c.

Horat. oda 3. lib. 1.

Sæuis Liburnis scilicet inuidens
Priuata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho.

Accepere vincla, vt accipere frenum Virgil. 12. Æneid. Horat. ep. 12. lib. 1.

—— ius imperiumque Phraates

A *Cæsaris accepit genibus minor.* & accipere leges, plagam, iniuriam: Cicero. *Romula vincla*, vt Tibull. lib. 4.

Libera Romanæ subiecit colla catenæ.

Seneca de morte Claudij: *Dare Romuleis colla catenis iussit.* Horat. hac de re oda 17. lib. 1.

Daret vt catenis fatale monstrum.

Romula vincla, vt eleg. 4. lib. 4. *Romula hasta.* Horat. *Gens Romula.* Virg. *Romula Tellus.* Legitur & *Romule*, vt sit apostrophe ad Antonium, cum tyrannidis exprobratione, vt apud Catull. *Cinæde Romule.* Sed de Antonio nihil in eo triumpho.

B Brachia *spectaui sacris admorsa colubris.*] Dio lib. 51. effigiem Cleopatræ victam in triũpho scribit in culcitra, nihil de serpentibus. Plutarch. in Antonio effigiem illam ait fuisse cum aspide mordicus inhærente brachio, quod geminæ maculæ in brachio mortuæ apparuissent. vnde Virg. 8. Æneid.

Necdum etiam geminos à tergo respicit angues.

Horat. oda 37. lib. 1.

—— & asperas Tractare serpentes.

Velleius quoque posteriore volumine aspidis morsu interiisse scribit, & Florus cap. 11. lib. 4. & Plutarchus. Aspis autem Isidi sacra, & in
C pompa eius præferebatur. De qua Ouid. 9. Metamorph.

Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.

vide Apuleium lib. 11. & Plutarch. de Iside & Osiride. An *sacris*, diris? *Sacris cultros*, inquit ipse eleg. 22. lib 2. *Colubris.* Colubræ & colubri Nonius. *Coluber*, inquit Isidorus cap. 4. lib. 2. *dictus quod colat vmbras, vel quod lubricus sit, & facile labatur. Admorsa*, dente aspidis saucia. Plaut. Pseud. *Iam admordere hunc mihi libet.* Est autem enallage, *brachia*, pro brachium.

Et *trahere occultum membra soporis iter.*] id est,
D concipere, & combibere venenum, quod occulta, cæcaque via somnum letalem inducit. *Trahere*, vt ducere somnum. Horat. oda 14. Epod. *Pocula lethæos ducentia somnos. Occultum iter*, quia clam serpit venenum. sic eleg. 4. lib. 2.

Vnde tamen veniant tot mala cæca via est.

Soporis iter, soporem, vt eleg. 10. sup. *Natalis iter.* & eleg. 7. sup. *Mortis iter.* & el. 15. infra: *Amoris iter.* Soporis autem mentio ob aspidis naturam. Cinna in poëmatis apud Gell. cap. 12. lib. 9. *Somniculosam vt Pœnus aspidem Psyllus.* adde illud Ouid. 9. Met. quod supra laudatum. &
E Lucan. lib. 9.

Hic quæ prima caput mouit de puluere tabes
Aspida somniferam tumida ceruice leuauit,
Plenior huic sanguis, & crassi gutta veneni
Decidit; in nulla plus est serpente coactum.
Ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem
Sponte sua, Niloque tenus metitur arenas.

vnde & Stat. 3. Sylu. *Blando morsa veneno.* & Florus cap. 11. lib. 4. *Admotis ad venas serpentibus sic morte, quasi somno soluta est.* & ὑπναλὸ Aspidis genus Solino, quod soporem mortiferum inducit citra doloris sensum.

Non *hæc, Roma, fuit, tanto tibi ciue, verenda*
Dixit, & assiduo lingua sepulta mero.] id est, cum tantum ciuem habeas non fuit metuenda

Cleopatra. & modestè *Ciuem*, non ducem aut principem. Sed addit, *tanto*, vt eleg. 7. libr. 2. *at magnus Cæsar.* & Cicero in Vatin. de Pompeio: *Quem ciuem? quem virum?* Confundit autem vereri & metuere, quod tamen Cicero pro Quinctio, Donat. in Andriam, Liuius lib. 39 & Nonius distinguunt. aut id ait: Ne verenda quidem fuit, tantum abest, vt timenda. Beroaldus ait τὸ, *dixit*, & ad Antoniũ, & ad Cleopatram referri posse cuius mens lympbata Mareotico Horatij oda 37. lib. 1. An *dixit* superiorem versum, an duos qui proximi sequuntur? Palmerius ex vet. libr. *Bixit.* vnde legit *vixit.* & explicare conatur. sed altera lectio: *Et Ducis*, placet, si pro, *&*, legamus, *Nec. Nec ducis assiduo.* &c. Non fuit Cleopatra, inquit, timenda tibi, nec ducis lingua sepulta mero. id est, Minæ Antonij perpetuo ebrij, cui semper lingua & mens vino obruta. De Antonij ebrietate Cic. 2. Philipp. Plutarch. in Antonio, & Plin. cap. vlt. libr. 14. *Lingua ducis*, vt Cicero ep. 2. lib. 9. fam. *Vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus.* Liuius. lib. 33. *Si linguas Aetolorum retundere vellemus.* *Sepulta*, obruta, sine pulsu, motu, & sensu. Virg. 2. Æneid.

Inuadunt vrbem vino, somnoque sepultam.

Seneca ep. 12. *Sepelire se vino, & epulis.* Petron. *Inter sepultos Priamidas nocte & mero.*

Septem *vrbs alta iugis toto quæ præsidet orbi,*
Femineas timuit territa Marte minas.]

Indignatur vrbem tantam, tot rebus gestis feminam timuisse. *Vrbs alta*, quia caput inter alias vrbes tantum extulit,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

& Virg. 1. Æneid. *Atque altæ mœnia Romæ.* *Iugis*, collibus. Ouid. eleg. 7. lib. 3. Trist.

Dumque suis victrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum, Martia Roma leget.

Horat. in Carm. secul. *Dij quibus septem placuêre colles.* Quirinalis, Viminalis, Esquilinus, Cælius, Palatinus, Tarpeius siue Capitolinus, & Auentinus. quibus postea sunt additi Cœliolus, Ianiculus, Vaticanus. Cic. ep. 5. libr. 6. ad Attic. ἐξ ἄστεως ἑπταλόφου τυχῶν. vet. gloss. *Septimons*, ἑπτάλοφος. *Septimontium*, ἑπταόρειον. Dionys. lib. 4. Seruius Tullum quinque collibus duos addidisse scribit. Ouid. eleg. 4. lib 1. Trist.

Sed quæ de septem totum circumspicit orbem
Montibus, Imperij Roma, Deûmque locus.

Toto quæ præsidet orbi, præest, imperat, ius habet, vt in prouincias præsides. Virg. 6. Æneid.

—— quibus altus Apollo
Præsidet. id est, inquit Seruius, quibus præest & quas defendit. Cicero 2. Philipp. *Senatus ille qui quondam florens orbi terrarum præsidebat.* sic præsidere ludis, spectaculis, quæstioni. Interdum verbum est militare, vnde præsidium. est vero ἀρχαϊσμὸς *toto* pro toti. vt eleg. 20. libr. 1.

Quam supra nullæ pendebant debita curæ.

Charis. lib. 2. *Vllus, nullus, totus, vlli & nulli & toti veteres. Timuit territa Marte*, ὡς τὸ αὐτό. qua de formula adnotatum sup. eleg. 8.

Seu timidam crebro dementia somnia terrent.

Territa Marte, quia Terror & formido comites

A Martis. & apparatu tanto belli territos Romanos satis indicat Horat. oda penult. libr. 1. & oda 6. lib. 3. *Marte*, bello, vt eleg. 8. lib. 2.

Inferior multo cum sim, vel Marte, vel armis.

Femineas minas, impotentes quidem ac superbas sed inanes. sic ipse eleg. 9. lib. 4.

Et quantum femina sæuit. & supra hac eleg.
Nil minas.

Annibalis *spolia, & victi monimenta Syphacis*
Et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes]

Videntur hi duo versus qui mox sequuntur *Nunc vbi Scipiadæ* &c. collocandi ante *Annibalis spolia.* &c. *Annibalis spolia*, prædam & victo- B riam de Pœnis & eorum duce. In veteri inscriptione apud Aldum Pauli F. de Ortographia.

Luxuriantem animo Pœnum, ferroque ruentem
Vrbis in excidium, vix puber, ad arma, vocatis
Patribus, edocui certa superarier arte
Posse, olim inuicta, per nos Carthaginis arces
Insolitum subiere iugum, victoria nostra ?.
Anno (lego Hanno) *& Iberus atrox, inuictique*
arma Syphacis.
Maxima cunctarum victoria, victa voluptas.

Iuuenal. sat. 6.

Tolle tuum precor Annibalem victumque Syphacem.

C *Victi Syphacis*, Liuius libr. 30. quomodo victus & captus narrat & ductus in triumphum secundum Polybium. Ibidem tamen in libro extremo, eos sequitur qui ductum in triumphum negant, aitque mortuum Tibure, & ita substractum ei spectaculo. De eo rege Massesylorum Liuius à lib. 24. ad finem trigesimi. Valer. Max. cap. 2. libr. 6. de Scipione: Duorum regum Syphacis & Persæ ante triumphales currus catenatæ ceruices. & cap. vlt. libr. 6. exemplo vltimo. & cap. 1. lib. 5. Eutrop. lib. 3. Syphax Numidiæ Rex, (qui se Pœnis coniun- D xerat) captus, & cum infinitis spoliis (à Scipione) Romam missus. Ouid. 6. Fast.

Postera lux melior, superat Masinissa Syphacem.

Pyrrhi gloria fracta, laus militaris attonsa. Plutarch. in Pyrrho. Liuius libr. 29. de eo triumphauit Manius Curius. Cicero pro Murena, 3. Offic. & alibi. *Fracta gloria*, comminuta, contusa. Sic Horat. oda 7. lib. 2. *Fracta virtus.* Seneca de consol. ad Mart. vbi Athenarum potentia fracta. Laberius: *Floris cacumen nostræ famæ frangere.* Cic. 2. Offic. *Variatus Lusitanus, quem C. Lælius fregit, & comminuit. Ad pedes*, gestus victi supplicis, & insolentis victoris, vt eleg. 6. sup. *Pœna erit ante meos sera sed ampla pedes.*
E & eleg. 1. lib. 1.

Et caput impositis pressit amor pedibus.

Horat. oda 17. epod.

Postquam relictis mœnibus Rex procidit
Heu peruicacis ad pedes Achillei.

Curtius *expletus statuit monimenta lacunis*:] Cum mediũ forum in immensam altitudinem desedisset, responsum est compleri non aliter posse, quam ea re qua plurimum populus Romanus posset. Id M. Curtius de virtute & armis interpretatus, armatus, & equo insidens se in eam voraginem immisit, & ita hiatus terræ expletus. Liuius libr. 7. non longè ab initio.

Valer. Max. cap. 6. lib. 5. Varro 4. de ling. Lat. qui fusius narrat, & diuersius. Stat. in equo Domitiani lib. 1. Sylu. Ouid. in Ibin.

Atque eques in medij mergare voragine cæni,
Dum modo sint facti nomina nulla tui.

Suidas meminit, vbi noua & falsa historia adtexitur, vt est apud Scaligerum in Coniect. Quod ait: *statuit monimenta*, sic Valer. Max. interpretabitur: *Magna postea decora in foro Romano fulserunt, nullum tamen hac pietate erga patriam clarius obuersatur exemplum.* Liuius lib. 1. de altero Curtio; *monimentum eius pugnæ, vbi primum ex profunda emersus palude equus Curtium in vado statuit, Curtium lacum appellarunt.* & Varro 4. de ling. Lat. ait Curtium illic gentî suæ reliquisse moonimentum. Lacus Curtius in foro Rom. Pub. Victor in 8. regione vrbis. Ouid. 6. Fast.

Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.

Expletis lacunis, Terra pristinum habitum recuperauit. Valer. cap. 5. lib. 6. Varro 4. de ling. Lat. *locum coijsse.* Explendi verbo vtitur Plin. cap. 18. lib. 15. *Lacuna*, aquæ collectio, à lacu deriuatur, quam alij lamam, alij lustrum appellant. Varro 4. de ling. Lat. *Lacus*, lacuna magna, vbi aqua contineri potest. Valer. hiatum & profundum vocat, voraginem & specum Liuius.

A T *Decius misso prælia rupit equo.*] Liuius libr. 8. De patre Decio qui se pro exercitus salute deuouit, & de filio lib. 10. Cicero 1. Tusc. 3. de Nat. Deor. 1. & 2. de diuin. In Catone, & 2. de finibus tres Decios numerat. Valer. cap. 6. lib. 5. Manil. l. 1. *Certātes Decij votis, similesque triūphis.* Virg. 6. Æneid. *Rupit prælia*, an in mediam aciem hostium irrupit? an perrupit? an abrupit, & vi diremit cum discrimen, & ambiguam fortunam sustulit? Virg. 12. Æneid.

——— ac medio cursu media agmina rumpit.

Idem 10.

——— ferro rumpenda per hostes
Est via. *Misso equo*, admisso, immisso, & incitato in hostes. Cicero in Catone. *Decij ad voluntariam mortem equos incitauerunt.* Seneca ep. 68. *In medios hostes Decius concitato equo irruit.* &c. vbi de vtroque Decio. Iuuenal. sat. 8.

Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt
Nomina. Scaliger putat inoccsa verba pro *Admisso Decius* &c. Sed *misso equo*, vt eleg. 1. sup. *Missis habenis.*

C O C L I T I S *abscissos testatur semita pontes.*] Itavocat iter angustum sublicij pontis, quod Horat. solus occupauit. Liuius libr. 1. vocat *Primum aditum pontis.* propriè hic *semita.* at eleg. 11. lib. 1. vers. 2. impropriè sumitur, vbi vide adnot. Cocles dictus, quod alterum in pugna oculum amisisset, vt scribit Dionys. libr. 5. Varro 6. de ling. Lat. *Ab oculo cocles quasi ocles, & vnoculus, vt in Plauti Curcul. de Coclitum prosapia esse arbitor.* nam hi sunt vnoculi. vnde Ennius Arimaspos, quibus vnus in fronte oculus, vocat coclites. Plin. tamen cap. 37. lib. 11. Coclites, quibus parui vtrique oculi. Scaliger à κύκλωψ, cocles, vt ab ἀλώπηξ valopes, vulpes. Historia est apud Liuium lib. 2. Dionys. libr. 5.

A Valer. Max. cap. 2. lib. 3. Cic. 2. de legibus. Plin. cap. 5. libr. 34. & cap. 15. libr. 3. Virg. 8. Æneid. Festum in *Sublicium.* in litura. *Testatur*, monimentum exstat abscissi & interrupti pontis. sic eleg. 13. infra.

Terrida sacrilegum testantur limina Brennum.

Pontes, enallage. de eo ponte Plin. cap. 15. lib. 3. Festus in *sublicium.* Ouid. 5. Fast. *Pontem roboreum* vocat. *Abscissos.* Liuius libr. 2. interrumpendi & rumpendi verbo vtitur. Cic. 2. de legibus. *Interscisum pontem* dicit Virg. *Vellere*, pro reuellere, 8. Æneid.

B *——— pontem auderet quod vellere Cocles.*

E T *cui cognomen coruus habere dedit.*] De Valerij cum Gallo pugna, & coruo auxiliatore Liuius lib. 7. Gell. cap. 11. lib. 9. Plin. autem cap. 48. lib. 7. Centum annos eum vixisse tradit, & Valer. Max. cap. 14. lib. 8. Ouid. lib. 1. Fast.

Ex vno quidam celebres, aut torquis adempti,
Aut corui titulos auxiliaris habent.

Manil. lib. 1.

Et cum militia volucris Coruinus adeptus
Et spolia, & nomen, qui gestat in alite Phœbum.

Lege, *commilitia.* *Dedit habere*, vt Virg. 5. Æn.

Donat habere viro decus, & tutamen in armis.

C & 10. Æneid. *——— armaque Lauso*
Donat habere humeris. & alibi.
——— ille suo moriens dat habere nepoti.

Græca figura, inquit Seruius, Homer. Il. α.
Δῶκε φορῆναι ἐς φέρειν ἀνδρῶν.

Charis. lib. 1. *Prænomen est, quod nomini præponitur, vt Publius: nomen quod familiæ originem declarat, vt Cornelius: cognomen, quod nomini subiungitur, vt Scipio: agnomen, quod extrinsecus adijci solet, vt Africanus.* ergo hic cognomen, pro agnomen.

H Æ C *Dij condiderant, hæc Dij quoque mœnia seruant.*] lege *condiderunt.* Systole, vt eleg. 3. lib. 1.

Hæc tibi contulerunt cœlestia munera Diui.

D Romulus vero vrbis conditor tum Deus Quirinus, & auspicatò Diis auctoribus vrbem condidit. vnde eleg. 4. lib. 4.

——— murorum Romulus augur.

Horat. in Carm. sæcul. *Roma si vestrum est opus.* *Dij quoque*, Augustus ipse alter Romulus, & alter conditor: Sueton. Ipse eleg. 4. sup.

Deus Cæsar. & eleg. 6. lib. 4.

Quam (vrbem) *nisi defendes.* (ô Auguste.)

vel Deos indigetes, & tutelares vrbis intelligit, de quibus Virg. 1. Georg. *Dij patrij* &c.

V I X *timeat saluo Cæsare Roma Iouem.*] hyperbole vt eleg. 13. lib. 2.

E *Possum ego inimicitias tunc quoque ferre Iouis.*

Saluo Cæsare, vt Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Fas prohibet Latio quemquam de sanguine natum
Cæsaribus saluis barbara vincla pati.

Sueton. in Calig. cap. 6. *Salua Roma; salua patria; saluus est Germanicus.* Seneca cap. 7. de consol. ad Polyb. *Fas tibi non est saluo Cæsare de fortuna queri:* &c. Mart. ep. 59. lib. 7.

Quem (Iouem) *saluo duce* (Domitiano) *credimus tonantem.*

Horat. oda 5. libr. 4. *Incolumi Cæsare.* & oda vlt. *Custode ex Cæsare.* & oda 14. lib. 3.

Tenente Cæsare terras.

N V N C *vbi Scipiadæ classes? vbi signa Camilli?*]

id est Africani superioris oaualis exercitus vbi? quasi diceret. Fuit ista quondam in hostes virtus. P. Scipio, qui mox Africanus summa celeritate classem ædificauit, ornauitque, qua traiecit io Africam: Liuius libr. 28. sub finem. Plin. cap. 39. lib. 16. *Secundo punico bello Scipionis classis xl. die* (leg. xlv. ex Liuio) *à securi nauigauit. tantum tempestiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Signa Camilli.* signa Romanis adempta in prælio ad Alliam Camillus è Gallis recepit. Plutarch. io Camillo. Liuius lib. 5. Virg. 6. Æneid.

—— sæuumque securi

Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.

Avt *vbi Pompeia Bosphora capta manu?*] id est, vi & armis subacta. Virg. 11. Æneid.

—— sunt oppida capta Multa manu.

& 3. Georg.

Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa.

Plaut. Mostell. *Hospes necauit hospitem captum manu.* Ipse eleg. 16. lib. 2.

Illa quæ vicit condidit arma manu.

Pompeia manu, vt eleg. 32. lib 2. *Pompeia porticus.* sed aliàs legitur: *Aut modo Pompey &c. Bosphora capta.* Mutauit genus, vt el. 3. sup. *Horatia pila*, pro pilam Hotatiam. sic *Manala, Ismara, Tanara, Gargara, Taygeta.* vel alludit ad omnia maria pacata victis prædonibus. Bosphorum autem Cimmerium intelligit in ore Mæotidis paludis, qui ob vicinum pontum in ditione Mithridatis fuit. Cicero pro Murena Mithtidatē Bosphorum confugisse ait. & Rufus, Festus in Breuiario: *Mithridates cum vxore & duobus comitibus in Bosphoros fugit.* Geutes autem ad illum Bosphorum & Mæotio deuicit Pompeius. Plutarch. in Pompeio. de Bosphoris Thracio, & Cimmetio Apollod. libr. 2. à traiectu, & meato. Iiis bouis. Strabo libr. 7. Plin. cap. 12. lib. 4. & cap. 1. lib. 6. *à bubus & meabili transitu.* Horat. oda 4. lib. 1.

Insanientem nauita Bosphorum Tentabo.

& oda 13. *Nauita Bosphorum Pœnus perhorrescit.* Interpres Apollonij libr. 2. *Βόσπορος ὀνομάζεται διὰ τὸ διαβῆναι τὴν Ἰὼ βοῦν οὖσαν διαπερᾶσθαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου, ἢ Καλχηδόνος διάστημα, ἢ διὰ τὸ πεζοὺς τοὺς βοῦς περᾶσθαι, Βοσπόρους καλεῖσθαι.* Ausooius certè tres Bosphoros facit in Monosyllabis. *Threicium, & Libycum freta, Cimmeriumque secat bos.*

Levcadivs *versas acies memorabit Apollo.*] id est: Celebrabit & referet victoriam Augusti, cui interfuit ipse, & quam canere debet vatum optimus, & Deus poëtarum. quia caotu Phœbus prosecutus illam victoriam, eleg. 6. lib. 4. *Leucadius Apollo*, à Leucade Ambraciæ, & Epiri promontorio. Strabo lib. 10. vbi plurima scribit hac de re. & Leucas dicta ab albicanti colore petræ. Apud Plin. cap. 1. libr. 4. Leucadia peoinsula Epiri: Leucas oppidum: Leucates promontorium. Virg. 3. Æneid.

Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,

Et formidatus nautis aperitur Apollo.

& 8. *Feruere Leucaten.* Ouid. in epist. Sapphus:

—— Ambracia est terra petenda tibi.

Phœbus ab excelso, quantum patet, aspicit æquor.

Actium populi, Leucadiumque vocant.

Ibidem.

A *Cur tamen Actiacas miseram me mittis ad vndas,*

Cum profugum possis inde referre pedem.

Tu mihi Leucadia potes esse salubrior vnda.

Idem 5. Fast.

Tristia Leucadio sacra peracta Deo.

id est, Saturno. Sed vet. libr. *modo.* & eleg. 3. lib. 5. Trist.

Vel freta Leucadij mittar in alta Dei.

Lucan. lib. 4.

Ductor erat cunctis audax Antonius armis

Iam tum ciuili meditatus Leucada bello.

Iuuenal. sat. 8.

Quantum non Leucade, quantum

B *Thessaliæ campis Antonius abstulit.*

Stat. 4. Theb.

—— sic Ambracij per littora ponti

Nauticus in remis Iuuenum monstrante magistro

Fit sonus, inque vicem contra percussa reclamat

Teera, salutatus cum Leucada pandit Apollo.

vide Charis. & Higin. *Versas acies*, classem Antonij versam in fugam. eleg. 16. lib. 2.

Hunc infamis amor versis dare terga carinis

Iussit. Horat. oda 4. lib. 3.

Non me Philippis versa acies retro.

Virg. 3. Georg.

Quamuis ille fuga versos sæpe egerit hostes.

C Tantvm *operis, belli sustulit vna dies.*] id est Bellum vnius diei. vt eleg. 11. lib. 2. *Funeris dies. Sustulit*, omnino confecit. Cic. pro lege Manilia. Quia bellum voo adoentu Pompeij sublatum ac sepultum. An τὸ *Belli*, coniungendum cum, *operis. Tantum operis belli*, pro tantum opus belli. *Opus belli*, bellum operosum, ac difficile. *Vna dies*, vt sup. vers. 36. huius elegiæ:

Tollet nul la dies hanc tibi Roma notam.

At *tu siue petes portus, seu nauita linques:*] id est. Siue ibis, siue redibis, siue appellere voles, siue vela dabis. Petunt portum redeuntes, vt

D appellant: linquunt portum propellentes nauim. Virg. 1. Æneid.

—— quæ proxima littora cursu

Contendunt petere. Ibid. *Hinc portum petit. Linquere portus*, vt 3. Æneid.

Linquere tum portus iubeo & considere transtris.

vtroque modo & proficiscentes & redeuntes coronabant nauim, & Fausta omioa canebaot.

Cæsaris *in toto sis memor Ionio.*] *Memor*, gratus; quia eios beneficio tuto oauigas. De hoc Augusti beneficio Horat. oda 5. lib. 4.

Pacatum volitant per mare nauitæ.

ipse eleg. 6. lib. 4.

E *Actia Iulea pelagus monimenta carinæ,*

Nautarum votis non operosa via.

Augustus ipse in Breuiario rerum à se gestarum. *Mare pacaui à prædonibus.* Sueton. in August. cap. 98. *Nautæ candidati, coronatique* (de naui Alexandrina) *& tura libantes, Fausta omina, & eximias laudes congesserant, per illum se viuere, per illum nauigare, libertate, & fortunis per illum frui. In toto Ionio;* nam in eo mari Actium promontorium. ipse eleg. 6. lib. 4.

Est Phœbi fugiens Athamana ad littora portus

Qua sinus Ioniæ murmura condit aquæ.

De Ionio mari vide adoot. ad el. 26. l. 2. vers. 2.

AD ELEGIAM XII.

POSTVME *plorantem potuisti linquere Gallam?*] vide adnot. ad eleg. 6. sup. verſ. 21. *Poſtumus*, qui natus poſt mortem patris, & poſtuma. Varro 4. de lingua Lat. Plaut. Aulul. Virg. 6. Æneid. & Seruius. Feſtus in *poſtumus*. & ij omnes ſine adſpiratione. Gell. cap. 16. lib. 2. & Plutarch. in Sylla. *Gallam*, Læliam, infra verſ. vlt. *Coniugem*. verſ. 16. vocat. *Plorantem*, lacrymantem, vel etiam conquerentem & argutantem. Indicium amoris Virg. ecl. 3.

Nam me diſcedere fleuit.

MILES *& Auguſti fortia ſigna ſequi?*] expeditione in Parthos & Indos: eleg. 4. ſup.

Miles Auguſti, vt Albinouanus in obitum Mæcenatis:

Quid faceret? defunctus erat: comes impiger, idem
Miles & Auguſti fortis & vſque pius.

Sequi, vt Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Ferreus ille fuit qui te cum poſſet habere,
Maluerit prædas ſtultus & arma ſequi.

Virg. 10. Æneid.

Principio ſocius edicit, ſigna ſequantur.

Signa fortia, caſtra viris fortibus & ſtrenuis plena. ſic eleg. vlt. lib. 2.

Cæſaris & fortes dicere poſſe rates.

Horat. oda penult. lib. 1. *Sæuis Liburnis.*
Ouid. 1. Met.

Quidque tibi laſciue puer cum fortibus armis.

& 5. Faſt.

Iſque pudor manſiſſet adhuc, niſi fortibus armis
Cæſaris Auſonia protegerentur opes.

TANTINE *vlla fuit ſpoliati gloria Parthi.*] vide adnot. ad eleg. 6. lib. 1. verſ. 13. *Gloria*, laus inſignis parta de hoſte victo, & exuto. ſic eleg. 3. libr. 4.

Ne precor aſcenſis tanti ſit gloria Bactris.

Petron. *Hos gloria reddit honores.*

NE *faceres Galla multa rogante tua?*] Malo referre ad ſuperiora, *Ne faceres*, quam ad ſequentia. Terent. Andr. act. 4. ſc. 5. *Tanto magis dabit. non faciet.* & ſc. 5. act. 1. *Non faciam.* id eſt, non deſeram. *Multa rogante ne faceres.* id, ſupple. Multa, pro multum Virg. 9. Æneid.

Multa Deos orans. & 12. *Multaque ſe incuſat.*

Cæcina Ciceroni 6. fam. *Multa Deos venerari.*

SI *fas eſt, omnes pariter pereatis, auari,*
Et quiſquis fido prætulit arma toro.]

Non diſſimile eſt illud Tibulli:

O quantum eſt auri pereat, potiuſque ſmaragdi
Quam fleat ob noſtras vlla puella vias.

Si fas eſt, ſi licet, & verum & æquum eſt, vt eleg. 13. lib. 2.

Fas eſt præteritos ſemper amare viros.

vel fas, *θεμιτὸν*, vt eleg. 12. lib. 1.

Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere fas eſt.

Pariter, & ſimul & eodem leto. vt el. 5. ſup.

Victor cum victis pariter miſcebitur vmbris.

Auari, qui pecuniam anteponitis amori. *Et quiſquis* non auari tantum, ſed & *φιλόδοξοι*, & cupidi laudis & armorum ſimul. Virg. ecl. 3.

Et vitula tu dignus, & hic: & quiſquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.

A Ipſe ſæpius. *Et quicumque* &c. *Prætulit arma toro fido*, antepoſuit militiam coniugio caſto. ſic *fida Euadne* eleg. 13. infra. & eleg. 5. lib. 4.

Concordique toro peſſima ſemper auis.

TV *tamen iniecta tectus, veſane, lacerna*
Potabis galea feſſus Araxis aquam.]

Tamen, obſtinati animi, vt nihilominus. vide adnot. ad eleg. 8. lib. 2. *Tu moriere tamen.* *Veſane*, male ſane. Feſtus in *Vegrande*: veſanus, male ſanus, vt vecors, mali cordis, vegrande, male grande. vide Gell. cap. 12. libr. 5. *Iniecta lacerna*, quia ſuperponebatur togæ, inquit Baifius. Ipſe eleg. 29. lib. 2.

B *Atque ita me iniecto duxerunt rurſus amictu.*

Lacerna, veſtis militaris, vt eleg. 3. lib. 4.

Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis.

Iſidor. cap. 24. libr. 19. *Lacerna, pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites vtebantur.* vnde in diſtinguenda caſtrenſi, vrbanaque turba, hos togatos, illos lacernatos vocabant. Inde vero lacernæ, quaſi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis, vt ſunt penularum. Feſtus, in *Lacerare*. *Lacerna, à lacerando. id eſt, comminuendo, quod minus capitio eſt.* Interpres Iuuenal. *Lacerna, pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites velabantur, penula, pallium cum fimbriis longis.* Ouid.

C 2. Faſt. Lucretia loquitur:

Mittenda eſt domino, nunc nunc properate puellæ
Quam primum noſtra facta lacerna manu.

Iuuenal. ſat. 9.

Pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri craſſique coloris
Accipimus. &c. vnde fortaſſe *epitogium* Fab. cap. 9. libr. 1. Aptas lacernas peregrinantibus aduerſus iniuriam cœli ex Plinio, & Cicerone docet lexicon. In lacernis ſpectabant & ludos: Mart. in Apophor.

Amphitheatrales nos commendamur ad vſus;

D *Cum tegit algentes noſtra lacerna togas.*

vide Sueton. in Aug. cap. 40. in fine. Etiam domi erant lacernati. Ipſe eleg. 9. lib. 4.

Imperas & totas iterum mutare lacernas.

Senatores quoque lacernis vſos docet Lipſ. cap. 13. lib. 1. elect. *Potabis galea.* Apollon. lib. 3.

——ὁ δὴ ποταμοῖο ῥοάων
Αὐτὸς ἀφυσσάμενος κυνέῃ σβέσεν ὕδατι δίψαν.

Tibull. eleg. vlt. lib. 2.

Quod ſi militibus parces, erit hic quoque miles
Ipſe, leuem galea qui ſibi portet aquam.

Lucan. lib. 9.

——*conſpecta eſt parua maligna*
Vnda procul vena, quam vix è puluere miles

E *Suſtulit, & galea conuexum infudit in orbem.*

Albin. in obitum Mæcenatis:

Bacche coloratos poſtquam deuicimus Indos,
Potaſti galea dulce iuuante merum.

Q. Curtius lib. 5. *Ac dum galea hauſtam aquam ſorbet.* vnde *Galeola* genus vaſis Varroni: Nonius. *Feſſus*, ſitiens. Id quod præcedit, pro eo quod ſequitur, nam ex defatigatione ſitis. Catull.

Dulce viatori laſſo in ſudore leuamen (riuus.)

ipſe eleg. 10. lib. 4.

Pandite defeſſis hoſpita teſqua viris.

Fontis egens erro. Araxis, Armeniæ fluuij quem

videtur Augustus consttrauisse ponte, vnde Virg 8. Æneid. *Pontem indignatus Araxes.* & Stat.1. Sylu. in Soteriis Rutilij Gallici:

—— & patiens Latij iam pontis Araxes.

Plin. cap.9. lib.6. Araxem oriri eodem è monte ait, quo Euphrates, & cap. 13. lib. eiusdem. Item Strabo lib.11. & 15.

ILLA *quidem interea fama tabescet inani.*] An laude pudicitiæ, vana illa & sterili, tabescet, cura metuque torquebitur, ne &c.? vt eleg. 15. lib.1. *Argina fama pudicitia.* Quid enim ei proderit fama illa si nihilominus desiderio absentis tabescet? Sic Virg.4. Æneid.

Famamque fouemus inanem.

& coniunge: *Illa fama inani*, vt, ipsa mola manibusque piis. An ne tua virtus fama inani tibi sit amara. est enim ea ventosa gloria, vt à Virg. dicitur 11. Æneid.? An vano falso rumore de te sparso, vulneratum esse, vel ægrotum in castris? primum verum puto.

HÆC *tua ne virtus fiat amara tibi:*] Tabescet ne &c. vt eleg.7. lib.2. vers.2. & 3.

Flemus ni nos diuideret &c. Tabescet, inquit, ne hæc audacia tua & cupiditas gloriæ, magno tibi constet, & ne eam gemas. Vetus poëta apud Ciceronem ep.20. lib.2. ad Attic. *Virtutem istam veniet tempus cum grauiter gemas.* Ouid. in ep. Herûs.

Cum tibi clamabam, sic tu temerarius esto
Ne misera virtus sit tua flenda mihi.

& 4. Fast.

Stat mihi non paruo virtus mea; vulnera testor,
Armaque quæ sparsi sanguine sæpe meo.

Amara, vt eleg.16. lib.2. vers.29. *Donis amaris.* Apul. libr.5. Asini aurei: *Sed faxo te lusus huius pœniteat, & sentias acidas, & amaras nuptias istas.* Ouid.6. Fast.

Vadis? an expectas pretium pietatis amarum?

NEVE *tua Meda lætentur cæde sagitta.*] *Meda*, pro Patthæ, vt eleg.9. sup. vers.25. adnot. vel quia omnes eiusmodi populi sagittarij, Persæ, Medi, Parthi, Scythæ. Ipse eleg.6. lib.4..

Siue aliquid pharetris Augustus parcet Eois.

Lætentur cæde tua, tuum sitiant, & auidè bibant sanguinem. sic Plaut. Milit. sc.1. act.1.

Ne lamētetur (Machæra) *neue animum despōdeat.* Ibid. *Qua miserè gestit fartum facere ex hostibus.* sic eleg.6. sup. *Mæstam vestem* dixit. Virg.11. Æneid.

Virgineumque altè bibit acta (hasta) *cruorem.*

Petron. *Ex quo Syllanus bibit ensis. Lætetur cæde*, vt eleg. 8. lib. 2.

Interitu gaudeat illa tuo. Horat. oda penult. lib.4. *Te cæde gaudentes Sicambri.* vbi & cædes, pro sanguine, vt hîc Ouid.5. Fast.

Mars ades, & satia sceleratum sanguine ferrum.

sic Græcis *ἄρης φονίωι, & φονίωι ἄς.*

Ouid. eleg.4. lib. 4. Trist.

Ille quos audis hominum gaudere cruore.

FERREVS *aurato neu cataphractus equo.*] καταφράττειν, contegere, vnde equites cataphracti, & κατάφρακτοι ἵπποι, & κατάφρακτα πλοῖα; naues constratæ, ac tectæ. Sallust. libr.4. hist. apud Nonium. in *equites cataphracti. Qui prægrediebantur equites cataphracti, ferreâ omni specie.*

A Seruius in illud 11. Æneid.

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.

Cataphractum, inquit, *fuisse significat.* Cataphracti autem equites dicuntur, qui & ipsi ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habent. Sallust. *Equis parta operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ, adnexuerant.* hæc ille. Liuius lib.35. *Equites loricatos, quos cataphractos vocant.* Ipse eleg. 18. infra id videtur significare.

Ille licet cautus ferro se condat & ære.

& eleg.5. lib.4.

B *Te modo munito sericus hostis equo.*

Cataphracti postea dicti *Clibanarij*. Am. Marcell. libr. 16. vide *Crupellarij*, & *Clibanarij*, & *Margum* in vet. gloss. *Aurato equo*, in frenis & ephippiis, & cingulis ac bullis aureatis? Virg. 7. Æneid.

Aurea pectoribus demissa monilia pendent. & 9.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula. Malim tamen, *Aerato equo*, vt τὸ *arato* respondeat τῷ *ferreus*, vt eleg. 18. infra.
Ferro se condat & ære. Sic eleg. 20. libr. 2.
Aeratis nodis; aratas catenas; &c. legitur & *armato.*

NEVE *aliquid de te flendum referatur in vrna.*]

C An huc pertinet formula. *Si quid de me fuat*, apud Plaut. in Pœnulo. & Mercat. act. 2. sc.4. *Inuenietur*, (argentum) *exquiretur*, *aliquid fiet*. CH. *Enicas. Iam istuc, aliquid fiet, metuo.* (vt verba mali ominis.) Apuleius lib.10. Asini. *Aliquid de se tristius cogitare.* de nece. Ouid.12. Met. in fine. *—— & de tam magno restat Achille*
Nescio quid, magnam quod non bene compleat vrnam.
vide adnot. ad eleg. vlt. lib.2.

Nec si post stygias aliquid restauerit vndas.

& Turneb. cap.33. lib.26. In vrna referebantur cineres peregri mortuorum. Cornel. Tacit. initio libr. 3. Annal. de cineribus Germanici relatis ab Agrippina. & Albin. ad Liuiam.

D Ouid. eleg.3. lib.3. Trist.

Ossa tamen facito parua referantur in vrna.

de vrna dictum eleg.13. lib.2.

Accipiat manes paruula testa meos.

ergo *aliquid*, cineres.

SIC *redeunt, illis qui cecidere locis.*] id est. qui in acie & peregrina militia periere. *Sic redeunt*, referuntur, vt apud Plaut. Amphitr. *Auferere, non abibis.* Seneca in Hippolyto extremo.

Sic ad parentem gnatus ex voto redit.

Albin. ad Liuiam. *Nec tuus ille redit.* mox.

Frigidus ille tibi, corpusque refertur inane.

E Idem. *Sic ego te reducem digna videre fui.*

& Ouid.11. Met. de cadauere Ceycis, quod ad se volui in littus adspicit Alcyone. *Sic ô carissime coniux, Sic ad me miserande redis.*

TER *quater in casta felix, ô Postume, Galla.*] Asyndeton *ter quater*, vide eleg.7. vers.6. sup. *Ter quater felix*, τρισμάκαρ. *In* vacat. nam absque eo dixit eleg.10. lib.1.

Is poterit felix vna remanere puella.

Sic eleg.4. lib.2. *Gaudeat in puero.* aliter eleg. 33. libr. 2.

Semper in absentes felicior æstus amantes.

dictum eleg. 9. sop.

Et Danaûm decimo vere rediſſe rates.

Caſtra autem & exercitum ad Troiam in obſidione significat, & claſſem ac naualia ſimul, vt notant Seruius & Nonius. Ipſe eleg. 8. lib. 2.

Feruere & Hectorea Dorica caſtra rate.

Ciconum mons Iſmara, Homer. 9. Odyſſ.

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος, Κικόνεσσι πέλασσεν

Ἰσμάρῳ. Rectè ergo Propertius id primum poſt excidium Troiæ poſuit. Narrat illic Homerus vt infeliciter ſocij cum Ciconibus pugnarint, ſed poſtea expugnarint eorum vrbem. Tibull. lib. 4.

Nam Ciconumque manus aduerſis reppulit armis.

vbi vide adnot. *Calpe*, mons eſt in finibus Hiſpaniæ. Plin. in proœmio lib. 3. & cap. 1. Strabo lib. 3. Vlyſſem autem aiunt veniſſe in Hiſpaniam, & inde ad Calypſo. Teſtis vrbs Vlyſſea in Hiſpania, quam ab Vlyſſe conditam aiunt. nihil tamen hac de re Homerus. *Calpe* ad fretum Gaditanum etiam oppidum. hodie *Gibraltar*, vel *Gilbatar*. Iuuenal. ſat. 14.

—— *Sed longe Calpe relicto*

Audiet Herculeo ſtridentem gurgite ſolem.

Mox, deinde, ac paulo poſt. ordinem hic potius quam celeritatem temporis notat. *Exuſta gena*, terebratus tibi ſude præuſta, & effoſſus oculus. Virg. 3. Æn. *Telo lumen terebramus acuto*

Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat.

Exuſta, vt eleg. 8. ſup.

Tu minitare oculos ſubiecta exurere flamma.

Gena, inquit Plin. cap. 37. lib. 11. *Olim, quæ nunc malæ, vnde in 12. Genas ne radito. Sunt illic palpebræ, quarum extremus ambitus cilium dicitur.* longa illic diſputatio de Genis, quibus nictamus, & conniuemus. ergo licet vnus oculus, geminæ tamen Polyphemo genæ. Feſtus: *Genas Ennius palpebras putat, cum dicit, Pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum. alij eas partes putant genas dici quæ ſunt ſub oculis. Pacuuius genas putat eſſe, qua barba primum oritur, hoc verſu,*

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

hæc Feſtus. Iſidor. lib. 11. *Genæ ſunt inferiores oculorum partes, vnde barbæ inchoant. nam Græcè γένυς, barba; & Genæ, quod inde incipiant gigni barbæ.* Seruius ad illud 6. Æneid.

Effuſæque genis lacrymæ; *palpebris*, inquit. Ennius de dormiente: *Imprimitque genæ genam.* De Polyphemo plura dicta eleg. 2. ſup. verſ. 7. & eleg. 33. lib. 2. verſ. 32.

Et *Circæ fraudes, lotoſque, herbaque tenaces.*] De Circa vide adnot. ad illud Tibulli lib. 4.

Solum hæc doctæ verterunt pocula Circes,

Quamuis illa foret Solis genus. &c. *Circæ fraudes*, artes maleficæ, quia tota magia meræ præſtigiæ, vt adnot. ad illud eleg. 1. lib. 1.

Quibus eſt fallacia lunæ. Circæ, à recto Circa, vt Penelopa, Vrania. Sic *Dircam*, pro, Dircen Plaut. Pſeud. ſc. 2. act. 1. & *Andromeda* eleg. 22. infra. *Lotoſque herbæque tenaces*, hypallage, pro lotique herbæ tenaces. herbæ loti, vt Virg.

Graminis herba, & *herba frumenti.* vel alludit ad loton arborem, eandemque herbam. vide Plin. cap. 17. lib. 13. & cap. 21. libr. 22. De lotophagis dictum ad illud Tibulli lib. 4.

Non valuit lotos cœptos auertere curſus.

vide Iun. prou. 5. Cent. 4. *Apud Lotophagos hærere. Tenaces herbæ*, quia retinebant ſocios Vlyſſis. Tenax, qui non facile dimittit, quod ſemel arripuit. Horat. oda 2. epod.

Modo in tenaci gramine. Virg. 4. Georg.

Tenacia vincla. & 8. Æneid. *Tenaci forcipe.*

Scyllaque, *& alternas ſciſſa Charybdis aquas.*] De Scylla & Charibdi dictum eleg. 26. libr. 2.

Crede mihi nobis miteſcet Scylla, nec vnquam

Alternas reuomet vaſta Charibdis aquas.

Sciſſa aquas alternas, cuius aquæ alternis ſcinduntur, & diuiduntur. ſic Virg. 1. Æneid.

—— *quibus omnis ab alto*

Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.

eſt autem ſynecdoche poëtica: *Sciſſa aquas.* vt Virg. 9. Æneid. *Sciſſa comam.* ipſe eleg. 2. lib. 2.

Pectus operta.

Lampeties *Ithacis verubus mugiſſe iuuencos.*] Apud Heſiod. libr. 2. Theog. filiæ Solis Lampetie & Phaëtuſa. Higin. Fab. 154. vnam Heliadum Lampetien nominat. Homer. 12. Odyſſ. Inducit Lampetien patri Soli nunciantem boues ſuas mactatas. vbi narrat conſecuta prodigia, vt Higin. Fab. 125. Tangit hanc fabulam Tibull. lib. 4.

Non violata vagi ſileantur paſcua Solis.

Iuuenci, qui vituli eſſe deſierunt, & iam iuuare colonum poſſunt. Varro cap. 5. libr. 2. de re ruſt. Seneca & Plinius ſcribunt circa Meſſanam vrbem Siciliæ, mare expuere purgamenta fimo ſimilia. vnde orta fabula de Solis bubus, ibi olim ſtabula habuiſſe. *Ithacis verubus mugiſſe.* Homer. 12. Odyſſ.

Εἵρπον μὲν ῥινοί, κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει,

Ὀπταλέα τε καὶ ὠμά, βοῶν δ' ὡς γίγνετο φωνή.

Higin. Fab. 125. *Cum coquerentur carnes ex aëno dabant balatus. Ithacis verubus*, ſociorum Ithaci. id eſt, Vlyſſis non ipſius verubus. Sed Ouid. Ouid. eleg. 11. lib. 3. Amor.

Aeolios Ithacis incluſimus vtribus Euros.

id eſt. ipſius Vlyſſis.

Pauerat *hos Phœbo filia Lampetie.*] id eſt adſeruarat eos paſcentes Soli patri. Homer.

—— θεαὶ δ' ἐπὶ ποιμένες εἰσὶ

Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι φαέθουσά τε Λαμπετίη τε

Ἃς τέκεν ἠελίῳ ὑπερίονι δῖα Νέαιρα.

Paſcere alicui, vt Virg. ecl. 3.

Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.

& 7. Æneid. *Sacrum tibi paſtere crimen.*

Et *thalamum Aeææ flentis fugiſſe puellæ.*] id eſt, Reliquiſſe quaſi cum fugæ & proditionis flagitio. vt eleg. 17. lib. 1.

Et merito quoniam potui fugiſſe puellam.

Thalamum. dixi ſup. eleg. 7. verſ. 49.

Aeææ puellæ, deæ, Nymphæ, vt eleg. 18. lib. 2.

Cum ſene non puduit talem dormire puellam.

Ææa dicitur Circe, ab inſula quam incolebat, vt ſup. notaui ad illud eleg. 32. lib. 2.

Aut petis Aeæi mœnia Telegoni.

Sed ſupra de Circe loquutus eſt, & nunc de Calypſo, de qua eleg. 15. lib. 1.

At non ſic Ithaci digreſſu mota Calypſo,

Deſertis olim fleuerat æquoribus.

S S

Pseud. est & Arria Galla apud Cornel. Tacitum. & Mæuia Galla Macrob. cap. 2. libr. 2. Saturn.

AD ELEGIAM XIII.

QVÆRITIS *vnde auidis nox sit pretiosa puellis.*] id est, Cur auatæ puellæ noctem magno vendant. *Pretiosa*, muneribus empta beatis eleg. 20. lib. 2. sic *Thais pretiosa* eleg. 5. lib. 4. & Horat. oda 6. libr. 3.

Dedecorum pretiosus emptor. Contraria preciosæ nocti, *vilis nox*: eleg. 7. libr. 4. *Auidis*, auaris, licet Nonius discernat, quod Auidus sit etiam laudis, non Auarus. sic Horat. od. 28. lib. 1. *Exitio est auidis mare nautis.* *Auidus*, inquit Festus, *à non videndo, propter cupiditatem.* at idem in *Auere*, melius. *Auere, cupere, vnde auidi à praecipuè cupiendo.* *Auidus rogis* dixit eleg. 6. lib. 4. quod eleg. 28. libr. 2. *Ignis auarus.* De auiditate puellarum vide eleg. 16. lib. 2. ab eo versu. *Semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas.*

ET *Venere exhausta damna querantur opes?*] id est. Profusis in Venerem sumptibus exinanitæ, ad nihilum redactæ & absumptæ opes iacturam rei familiaris molestè ferant. vnde illud Lucretij lib. 4.

Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat.

Exhauriuntur propriè fontes & putei, & vasa: cum illis anima, id est, liquor intertrahitur, vt iocatur Plautus in Amphitr. Cic. 2. de Offic. *Largitio fontem ipsum benignitatis exhaurit.* & in Pison. *Exhaurire bonis ciuitates.* & 7. Vert. *Exhaurire ærarium.* & 2. de leg. *Stipum exactio exhaurit domos.* Sed 5. ad Attic. *exhaurire mandata*, pro conficere, vt Virg. 4. Æneid.

Exhausta bella. *Opes querantur*, dictum vt eleg. sup. *Laetentur caede sagitta.* tribuit sensum rei mutæ. *Damna*, vers. prox. seq. *Ruinas* vocat. *Damnum, rei: malum hominis.* Donat. à deminutione patrimonij & demptione. Alias legitur: *Et Venerem exhausta damna querantur opes.* quam lectionem sequitur & exponit Beroaldus.

CERTE *equidem tantis causa est manifesta ruinis.*] id dixit Ouid. *In promptu causa est.* *Certè equidem.* sic Plaut. Milite. sc. 5. act. 2. *Certè equidē noster sum.* & in Aulul. sc. 4. act. 1. *Certè equidem adepol.* & Pseud. sc. 3. act. 1. *Non adepol profectò.* Virg. *Certè equidem audieram.* Manifestus, quasi manu ferens; vnde fur manifestus, qui cum re furtiua, quam tenet, depræhenditur. vt ab inferendo, infestus. *Ruinis*, de maximis damnis, vt dicitur *euerti fortunis.* Cic. 1. in Catil. *Praetereo ruinas fortunarum tuarum, quas imminere proximis Idibus senties.* & 3. de Offic. *Emptorem pati ruere.* id est. In grauissimum damnum iocidere. sic *cadere in foro sub creditoribus.* Sueton. in Othone.

LVXVRIÆ *nimium libera facta via est.*] id est, aperta fenestra ad luxuriam & nequitiam. Nimium liberè luxuriam grassari mores sinunt. *facere viam*, aperire. (aliud est *iter facere.*) Virg. 2. Æneid. *Fit via vi, rumpunt aditus.* Libera nimium, quia it quo libet, & ei licet, cū libertas sit potestas viuendi vt velis. Horat. ep. 19. lib. 1.

A *Libera per vacuum posui vestigia princeps.*

Liberum iter, tutum ac munitum in carmine seculari.

INDA *canis aurum mittit formica metallis.*] Plin. cap. 31. lib. 11. cap. 10. lib. 37. cap. 4. libr. 33. initio, de formicis Indicis aurum è cauernis terræ egerentibus & Strabo lib. 2. & lib. 15. & Herodot. in Thalia. Ergo *Inda formica*, pro Indica, vt eleg. 8. lib. 1. *Indis conchis.* Sed Isidor. cap. 3. lib. 12. ait in Æthiopia esse formicas ad canis formam, quæ pedibus aurum egerunt. *Mittit*, non sponte mittit, nam eis surripitur. Sed mitti dicuntur, quæ aliunde veniunt. vn-B de vocat *munera peregrina* el. 2. l. 1. sic el. 23. l. 2.

Et quas Euphrates, & quas tibi misit Orontes.

Canis metallis, dixit, quas *cauernas terra* (aurifaræ) vocat Plinius. *Metalla*, pro ipsis fodinis. Isidor. lib. 5. *Metallum est, vbi exules deportantur ad eruendam venam, marmoraque secanda in crustas.* vnde *ad metallum damnare* Sueton. & Iurisconsultis. & Plinius *Metallum miniarium* vocat, vnde eruitur minium. Quid metallum, quotuplex & vnde dictum Isidor. cap. 16. lib. 16.

ET *venit è rubro concha Erycina salo.*] Turneb. cap. 22. lib. 17. per concham Erycinam hic putat vnionem significari, vt apud Tibull. eleg. C 4. libr. 2.

His dat auaritiæ causas, & Coa puellis
Vestis, & è rubro lucida concha mari.

simillimo huic loco & re & verbis. Turnebus ibidem ex Plinio & Seneca docet esse conchas quæ Veneriæ dicuntur. an alludit ad fabulam de Venere vecta concha? Tibull. eleg. 3. libr. 3.

Et faueas concha Cypria vecta tua.

Plaut. Rudente act. 3. sc. 3. *Te ex concha natam autumant caue harum conchas spreueris.* *Concha Cytheriaea* dicitur Martiali ep. 47. lib. 2. Plin. cap. 25. libr. 9. Certas conchas scribit apud Venerem Coidiotum coli, de Venere Erycina di-D ctum ad illud Catulli ex Ariadna:

Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Rubro salo, vt eleg. 14. lib. 1.

Et legitur rubris gemma sub aequoribus.

vhi vide adnotata. Margaritæ concharum partus. Plin. cap. 35. lib. 9. vbi de conchis multa.

ET *Tyros ostrinos praebet Cadmaea colores.*] De Tyro vrbe Phœniciæ conchilio, & purpura nobili vide adnot. ad illud eleg. 16. lib. 2.

Et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.

Tyros Cadmaea, Cadmi patria, filij Agenoris Regis Tyriorum. Ouid. initio 3. Met. Stat. r. Thebaid. qui sæpe Tyrium pro Cadmæo po-E nit: sic *Cadmea Theba* el. 7. lib. 1. *Colores ostrinos*, purpureos, eleg. 14. lib. 1.

Nec timet ostrino Tulle subire toro.

CINNAMON, *& multi pastor odoris Arabs.*] Genera luxuriæ quatuor, Aurum, gemmæ, purpura, odores & vnguenta. *Cinnamon*, quod & iuncto vocabulo Cinnamomum, in Æthiopia Troglodytica gigni scribit Plin. cap. 19. lib. 12. Diodorus Siculus ait nasci in Arabia. vnde hîc *Pastor Arabs.* & Seneca Oedipo. *Cinnamis syluas Arabum beatas Vidit*: & Tibull. eleg. 2. lib. 2.

Vratur odores Quos tener è terra diuite mittit Arabs.

& Apul. Florid. 1. *Odorum diuites Arabas.*

H Æ C *etiam clausas expugnant arma pudicas.*] id A est. Etiam castas sibi cogunt cedere domi inclusas vt Danaën. contra eleg. prox. sup. dixit.

Gallam non munera vincent. Cic. ep. 13. lib. 1. ad Attic. *In eo neque auctoritate, neque gratia pugnat, sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in qua modo asellus auro onustus posset ascendere.* vide Horat. oda 16. lib. 3. Cicero 1. Verrina. *Nihil tam munitum, quod non pecunia expugnare possit.* Apuleius libr. 9. *Certum quod pecuniæ cunctæ sint difficultates peruiæ, auroque soleant etiam adamantinæ perfringi fores.* hoc est quod dixit eleg. 3. lib. 1.

Neue quis inuitam cogeret esse suam. B

Arma, μηχανήματα: ea omnia quibus pugnatur siue clam, siue palam. vide ad eleg. 11. infra. *Demosthenis arma.*

Q V Æ Q V E *terunt Fastus Icarioti tuos.*] id est, contundunt illam tuam superbiam in repellendis procis. minuunt & atterunt tuam gloriam, Penelope, quia te vincunt fama pudicitiæ, vt eleg. 11. sup. *Pyrrhi gloria fracta.* & eleg. prox. seq.

Vincis Penelopes Lælia Galla fidem.

Laërtius in Diogene. πατῶ τὸν Πλάτωνος τῦφον, inquit Diogenes. Cui Plato, ἑτέρῳ γε τύφῳ, Διογένες. Plaut. Curcul. *Mea pugnæ præliares obtritæ iacent.* Et Sticho. sc. Mercurius. *Contundam facta* C *Thaltybij.* hic valde errat Turneb. cap. 33. lib. 26. *Icarioti,* Penelope. Icarius pater Penelopes. Ouid. ep. 1.

Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit. vnde & in Ibin vocatur Icaris:
Et velut Icaridos famulæ periere, procique.

De Icario patre Penelopes Apollod. libr. 3. & Higinus Fab. 256. hic patronimicum deduxit non ab Icarius, sed ab Icariotus. vt Ouid. eleg. 1. lib. 3. de Ponto. *Icariotide tela.*

M A T R O N A *incedit census induta Nepotum.*] Quam minus scilicet decet luxuria. quæ dicatur matrona adnot. ad eleg. 33. libr. 2. vers. 5. D vide & Ciceronē Topicis, & Boëtium in Topica. *Incedit,* in publicum prodit, vt gradiens segni gradu conspiciatur. nam incessus grauitatis est, vt dictum ad eleg. 1. lib. 2.

Siue togis illam fulgentem incedere Cois.

Census induta nepotum. Sic Plaut. Epidic. act. 2. sc. 2. *Quid istuc mirabile est? quasi non fundis exornatæ multæ incedant per vias.* Ibid. *Quid erat induta? Regillam.* vt hîc *Induta censu.* Seneca cap. 17. de vita beata. *Quare vxor tua locupletis domus censum auribus gerit?* Ouid. 3. de arte amandi.

Quis furor est census corpore ferre suos?

& 1. de rem. Am.

Auferimur cultu, gemmis, auroque teguntur
Omnia: pars minima est ipsa puella sui.

Plin. cap. 35. lib. 9. *vt Lollia Paullina quadringenties H-S operta* (decies centena millia aureorum) *spectaretur ad Lucernas.* Eleganter itaque Cicero de consulatu suo apud Nonium in *Censum* neutri generis. *Quorum luxuries fortuna censa peredit. Census,* inquit Theophilus §. vlt. Instit. de his qui sui vel al. iur. Charta vel tabula, in qua Romani facultates suas conscribebant, vt belli tempore pro ratione patrimonij tributum conferre possent. Suidas ita vocari scribit à Romanis τὴν ἐξέτασιν τῆς ῥωμαϊκῆς πλάσεως. id est. Recensionem & æstimationem Romanarum facultatum, & copiarum. *Nepotum census induta,* gerens fortunas omnes hominum luxu perditorum. *Nepotes,* inquit Festus, *luxuriosæ vitæ homines, quod non magis his rei suæ familiaris cura est, quam iis quibus pater, auusque viuunt.* Isidor. lib. 9. vnde *distinctus nepos* Horat. oda 1. epod.

E T *spolia opprobrij nostra per ora trahis.*] id est. Exuuias amantium turpiter partas, & plenas dedecoris, vt ab Horatio dicitur

Dedecorum pretiosus emptor. Spolia ex hoste, honesta: de amico amante, turpia. Plaut. Asin. sc. 3. act. 1. *Aliam orationem despoliato prædicas.* In Menæch. act. 1. sc. 3. *Quid hoc est? Induuiæ tuæ, atque vxoris exuuiæ.* vide Trucul. & eleg. 16. lib. 2. & eleg. 5. lib. 4. *Trahis,* ob syrma, & vestem longam. vnde Homerus vocat Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. Laberius de ariete apud Tertullianum de Pallio: *Reciprocicornem, lanicutem, vestitrabum. Trahis per ora,* vt Iustin. sub fin. lib. 16. *Captiuos senatores in triumphi modum per ora ciuium trahit.* Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trist.

Vehêris Purpureus populi rite per ora tui.

& ad Liuiam: *Pallida promissa flere per ora coma.* id est, ante. vt Virg. 4. Æneid. *Ante ora Deûm.* & *ante ora parentum,* 2. & 6.

N V L L A *est poscendi, nulla est reuerentia dandi.*] Nihil pudet, inquit, & meretrices procaces, ac rapaces, & nepotes amantes. Poscunt meretrices, vt adnot. ad eleg. 23. lib. 2. vers. 17.

Reuerentia, pudor & modus. vide adnot. ad eleg. 30. lib. 2. vers. 33. Stat. 1. Sylu. in Cal. Decemb. *Libertas reuerentiam remisit.* vnde Plaut. *Nouo modo amas, si quid te pudet.* & immodestiam idem amantibus tribuit. Virg.

Ecquis erit modus, inquit? amor non talia curat.

A V T *siqua est, pretio tollitur ipsa mora.*] id est. Redimenda est improba mulierum dilatio aliquo munere. nam solent promissis ducere amantes. Aut mora tollitur pretio. id est, ne amplius differat & frustretur dandum, etsi non petet. Hic poscere, & morari coniungit, vt eleg. 23. lib. 2. vers. 17. poscere & differre. An legendum *Pretio mora.* vt dicat dilationem improbam pro magno pretio esse. Ouid.

Grande mora pretium. Virg. aliter 9. Æneid.
Rem magnam, pretiumque moræ fore.

vide prouerbium: *Bis dat, qui cito dat.* & Senecam 1. de benef.

F E L I X *Eois lex funeris vna maritis.*] Quia scilicet fortunari ea lege. &, *felix,* est admirantis E alienam fortunam, vt & mox vers. 25. huius elegiæ. *Vna lex,* an quia alias leges non habeant? an certa quædam? an eximia, & singularis, vt eleg. 3. lib. 2.

Gloria Romanis nata es tu vna puellis.

Lex funeris, vt apud Cic. 2. de leg. sunt leges funerum. & 9. Philipp. edictum Ædilium curulium de funeribus. *Eois maritis,* orientalibus, Indis scilicet. vt eleg. 15. lib. 1.

Eois lapillis. Herodotus in Terpsichore idem quod hic Propertius scribit de Thracicis vxorib.

eorum qui supra Crestonios loca incolerent. Diodor. Sicul. libr.19. copiosissimè rem eam narrat, vt refertur à Camerario in 5. Ciceronis Tusc. & commemorat causam eius legis apud Indos. & hunc hodie illic durare morem narrant mercatores, ac nautæ Lusitani. Cic. 5. Tusc. *Mulieres vero in India, cum est cuiusuis earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt quam plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptę. quę est victrix, ea lęta, prosequentibus suis vna cum viro in rogum imponitur: illa victa, mœsta discedit.* Plutarch. in libello, quo differit ad infelicitatem satis esse vitia. *Ἰνδῶν δὲ φίλανδροι καὶ σώφρονες γυναῖκες, ὑπὲρ τοῦ πυρὸς ἐρίζουσι καὶ μάχονται πρὸς ἀλλήλας. τὴν δὲ νικήσασαν τεθνηκότι τῷ ἀνδρὶ συγκαταφλεχθῆναι, μακαρίαν ᾄδουσιν αἱ λοιπαί.* Strabo lib.15. Valer. Max. cap.1. lib.2. de Institutis antiquis.

QVOS *aurora suis rubra colorat equis.*] De situ Indorum multa Apuleius libr. 1. Florid. *Indi,* inquit, *gens populosa cultoribus, & finibus maxima, procul à nobis ad Orientem siti, prope Oceani reflexus, & solis exortus: primis sideribus, vltimis terris; super Aegyptios eruditos, & Iudaeos superstitiosos, & Nabathaeos mercatores, & fluxos vestium Arsacidas, & frugum pauperes Ituraeos, & odorum diuites Arabas.* &c. *Aurora rubra,* ignea, vt eleg. 10. sup. *Sole rubente.* & Virg. 12. Æneid. *Rubra aethra.* Varro 6. de ling. Lat. apud Attium, inquit, *Iamque auroram rutilare procul cerno. Aurora dicitur ante solis ortum, eo quòd ab igne solis tum aureo aër aurescit. ergo quod ait Rutilare, est ab eodem colore.* aurei enim rutili. Virg. 3. Æneid.

Iamque rubescebat stellis aurora fugatis.

vnde *pudericolor* Næuio apud Gell. cap. 7. lib. 19. Verus poëta apud Festum in *Obstenit* (ita lego pro obctinet.) *Sed iam se cœlo cādens aurora obstenit. Colorat suis equis.* Tibull. eleg. 3. lib. 2. nos docet quid sit *colorat*, cum ait:

Illi sint comites fusci, quos India torret:
Solis & admotis inficit ignis equis.

Cicero. 2. de Orat. *Cum in sole ambulem fieri natura vt colorer.* Apuleius de Philosophia: *Nec coloratos sole, nec exercitatione solidatos.* Interpres vetus Persij in sat. 4. *& assiduo curata cuticula sole; Curata*, inquit, *scilicet à Chromatiariis. nam Chromatiarij dicuntur Colorarij; vel quia toto die in arena sunt, vel in sole.* ver. gloss. *colorator, ἰνδαλμάτωνς. Colorator, σιλβωτής. Coloratus, σίλβεος.* Itaque Indi colorati Virgilio 4. Georg. & Albinou. in obitum Mæcenatis. Ouid. eleg. 9. lib. 3. Amor.

Falce coloratas, subsecuitque comas.

De Cerere. id est, spicas sole coctas, & maturas. De Æthiopibus & Indis an à Sole, an ab aquis fuscentur vide Strab. libr. 12. Ipse eleg. 3. lib. 4. *Vstus & Eoa decolor Indus aqua.*

de equis auroræ dictum eleg. 18. lib. 2. vers. 10. Adde quod Pegasus auroram vehat apud Lycophron. citat Scaliger in Catull.

NAMQVE *vbi mortifero iacta est fax vltima lecto*] id est. Simulac ferali lecto subiecta, subdita, supposita fax est. vt eleg. 13. lib. 2.

Deinde vbi suppositus cinerem me fecerit ardor.

Fax vltima, quia quidquid ad mortem perti- A net, vltimum & extremum vocat: vt eleg. 17. libr. 1. *Vltimus & posito staret amore lapis.* Ouid. 4. Fast. *Vltima plorato est subdita flamma rogo.* De ea face ipse eleg. vlt. lib. 4.

Detraheret lecto fax inimica caput.

& Virg. 6. Æneid.

Subiectam more parentum Auersi tenuere facem.

Lecto mortifero, quo mors nixa. id est, cadauer eleg. 13. libr. 2.

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. Virg.
Tum membra toro defleta reponunt.

Legend. Stat. 6. Theb.

VXORVM *fusis stat pia turba comis.*] Turba, B inquit, quia plures vni solent esse nuptæ. Valer. cap. 1. libr. 2. hac de re: *More patrio eidem complures nuptæ esse solent. pia*, vt mox, *pia Penelope.* & pietas, pro fide. *Stat*, adstat, præsto est ante rogum. *Fusis comis*, solutis crinibus vt in luctu. vide adnot. ad el. 13. lib. 2. vers. 56.

ET *certamen habent leti, quæ viua sequatur*
Coniugium: pudor est non licuisse mori.]

Contendunt inter se de morte ipsa. est illis inter se certamen. *Certamen habere*, vt litem habere, & quæstionem. Ouid. 13. Met.

Ergo operum quoniam nudum certamen habetur.

C Certamen leti, vt iudicium capitis, vel pecuniæ. Nisi quis τὸ *leti* coniungat cum *coniugium* per hypallagen, pro letum coniugij, & coniugem ipsum letatum, pro *leti*. Lips. cap. 10. lib. 2. Antiq. legit *latæ. Quæ viua sequatur*, modo ne liberos habeat, aut grauida sit: Diodor. lib. 19. *Sequatur*, comes erat marito sub vmbras, vt Virg. 12. Æneid.

—— *& misero fratri comes ire sub vmbras.*

Horat. oda 17. lib. 2. *Ibimus, ibimus*
Vtcunque pręcedes, supremum
Carpere iter comites parati.

est vero verbum solenne funeris. Seru. in 3. D Æneid. *Vale, nos te ordine, quo natura permiserit, cuncti sequemur. Viua sequatur*; nam ei viuæ ac videnti funus ducitur, & viua, vidensque perit. vt Apuleiana Psyche suis pedibus it ad Orcum, elata coniugis per ignes. *Coniugium*, coniugem. Turneb. cap. 11. libr. 27. Ita Liuij libr. 21. *Præconium missum.* id est, præconem. Horat. ep. 6. libr. 1. *Remigium vitiosum Ithacensis Vlyssei.* Iuuenal. sat. 6.

Labente officio crudis donanda. id est iis qui officij causa conuenerant. Virg. 2. Æneid.

Coniugiumque, domumque, patres, natosque videbit.

Catull. ad Manlium:

Ereptum vita dulcius atque anima Coniugium.

E Attius Oenomao apud Nonium in Itiner. *Coniugium eisit patere ad te itiner tendere. Pudor est*, eas pudet, iis turpe videtur. nam pudor è rebus turpibus oritur. Donat. in Andriam. *Pudor est mali facti: verecundia recti & honesti.* Diodorus lib. 19. victam in eo iudicio, quæ vterum ferebat, quod ita lege excluderetur scribit cum eiulatu discessisse, capitis ornatum dilaniantem, & crines euellentem. *Non licuisse*, per iudices eius controuersiæ, qui eam laudem vni alteri addixerunt. Alioqui mori licet, vt apud Suetonium iocatur Patronus in Claudio. *Mortuus est, credo, licuit.*

ARDENT *victrices, & flammæ pectora præbent.*] id est. quas iudices cariores marito fuisse pronunciarunt. pro *Ardent*, an leg. Gaudent? Cicero 5. Tusc. *Quæ victrix est ea læta prosequentibus suis, vna cum viro in rogum imponitur. Præbent pectora*, vltro offerunt ignibus cremanda. Seneca Medea.

Viuus ardenti recubans in Oeta
Præbuit sanus sua membra flammis.

sic Cic. pro Sexto Rosc. *Præbere os alieni.* & alibi: *Præbere ceruices, præbere caput* (ad libidinem.) bene *pectora*, quia aduersi componebantur, & duplici igni pectora vruntur, amoris & rogi.

IMPONVNTQVE *suis ora perusta viris.*] sic Ouid. 12. Met. ——*oraque ad ora*
Admouet, atque animæ fugienti obsistere tentat.

Nam vt pectora pectoribus, sic oribus ora admouent. Virg. 8. Æneid.

Componens manibusque manus, atque oribus ora.

Perusta ora, valdè & penitus vsta, & absumpta flammis. Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Quæ legat in mæstos ora perusta sinus.

HIC *genus infidum nuptarum, hic nulla puella.*] id est, apud nos Romæ, quia *Luxuriæ Roma magistra suæ. Infidum genus*, vt Tibulli el. 4. lib. 3.

Ah crudele genus, nec fidum femina nomen.

Genus nuptarum, vt genus hominum, luporum & canum. Ouid. 1 Fast. de auibus.

Assuetum syluis innocuumque genus. & 3. Fast.
Græcia facundum, sed male forte genus.

pro, *hic*, vet. lib. habent *hinc*, vt eleg. 29. lib. 2. vers. vlt. *Ex illo* &c. *Nulla puella nec.* &c. duæ negationes pro vna. vt eleg. 19. lib. 1.

Nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras.

NEC *fida Euadne, nec pia Penelope.*] *Fida*, vt eleg. sup. *Et quisquis fido prætulit arma toro.* De Euadnes vxoris Capanei pudicitia eleg. 15. lib. 1. *Coniugis Euadne miseros elata per ignes.*

Pia Penelope. fida. Ouid. 3. de arte amandi:

Est pia Penelope lustris errante duobus,
Et totidem lustris bella gerente viro.

Plaut. Amphitr. act. 3. sc. 1. *Piam & pudicam esse vxorem vt scias.*

FELIX *agrestum quondam pacata iuuentus*, id est. Felices syluicolæ iuuenes amantes, nam syluicolas mox appellabit. Virg. 1. Georg.

Et vos agrestum præsentia numina Fauni.

Iuuentus, cuius amare proprium est, vt eleg. 3. libr. 2.

Hac ego nunc mirer si flagret nostra iuuentus.

Pacata, in pace & otio degens. Ouid. de aureo seculo: 1. Met. ——*sine militis vsu*
Mollia securæ peragebant otia gentes.

DIVITIÆ *quorum messis, & arbor erant.*] Opes illæ propriè quas ops fundit. id est, terra. vnde Virg.

O fortunatos nimium bona si sua norint
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo victum facilem iustissima Tellus.

Inde laus & gloria vocata est *adorea*, quod gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret. Ergo illis veræ diuitiæ fruges, & fructus, non aurum, gemmæ, purpura. Seneca Hippolyto: *Syluæ natiuas opes, & opaca dederant*
A *antra natiuas domos.* Iuuenal. sat. 13.

——*Licet ipse videret*
Plura domi fraga & maiores glandis aceruos.

(quæ diuitiæ veterum.) *Arbor*, pro pomis. Metonymia, vt *Iouem*, pro Capitolio eleg. 20. libr. 1. dixit. *Arbores fœtus*; Virgil.

ILLIS *pompa fuit decussa Cydonia ramo,*
Et dare puniceis plena canistra rubis.]

Translatum à ludorum, sacrorum & triumphorum vel funerum ferculis, quæ in pompa cum specie magna feruntur. de quibus eleg. 13. libr. 2.

Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa.
B & mox. *Desit odoriferis ordo mihi lancibus.*
quod statim explicat.

Sat sit magna mei si tres sint pompa libelli:
Quos ego Persephonæ maxima dona feram.

vbi & pompam & dona dixit. vide Plaut. Curcul. sc. 1. act. 1. vbi pompa vocatur Sinus vini, & cereus, qui fertur ad amicæ fores. ἀπὸ τοῦ πέμπειν. Id est, à mittendo pompa. *Decussa*, quatiendo arborem deiecta, vel pertica feriendo. Sic *Papauerum capita summa baculo decutere.* Liuius lib. 1. Virg. 1. Georg.

Frigidus aut syluis aquilo decussit honorem.

Poma vero, aut matura decidunt, aut leguntur
C & auelluntur, aut decutiuntur pertica, aut concussa arbore excutiuntur, vt apud Virg.

Concussaque famem in syluis solabere quercu.

Cydonia, quæ Cato *Cotonea* vocat, Galli, *coings & coingnasses*, de quibus Plin. cap. 11. lib. 15. Serenus. *Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris.* quorum è genere *Chrysomela* dicata amoribus. vnde eleg. 3. lib. 1. & vlt. lib. 2.

Pomis parantur amores. Virg ecl. 2.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.
& 3. ecl. *Syluestri ex arbore lecta*
Aurea mala decem misi, eras altera mittam.

Canistra, vasa viminea, de quibus eleg. 8. libr. 4.
D *Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.*
nostri rectè *panaria* vocant; nam illis olim, & & nunc quoque panes gestantur. Virg 1. Æn.

——*Cereremque canistris* *Expediunt.*

Deducit Varro 4. de ling. Lat. à Græco κάνεον. Festus: *Cana dicunt Græci, nos canistra, & per diminutionem canistella.* Isid. cap. 9. lib. 20. *Canistrum fissis cannis contexitur, vnde & nuncupatur: alij Græcum afferunt.* Palladius, salignis virgultis fieri canistros præcipit, quia hoc genus oleum adiuuare creditur. *Rubis*, id est. moris, quæ rubi ferunt, vt sup. *arbor*, pro arboreo fœtu. sic Lucret. lib. 5. *Arbuta*, pro ipso fructu posuit. &
E puniceum colorem illis tribuit, vt videantur hic rubi, pro arbutis. versus eius plures huc pertinentes adscribam.

Quod Sol, atque imbres dederant, quod terra crearat
Sponte sua, satis id placabat pectora donum.
Glandiferas inter curabant corpora quercus
Plerumque: & quæ nunc hyberno tempore cernis
Arbuta puniceo fieri matura colore,
Plurima tum Tellus, etiam maiora, ferebat.

Ibid. de amorum munusculis:

Vel pretium glandes, atque arbuta, vel pyra lecta.

Ouid. 1. Met.

Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.

Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis.
Si legitur: *Rosis puniceis*, sic Horat. oda 10. l. 4.
Puniceæ flore prior rosæ. & Auson.
—— *rutili coma punica floris.*

NVNC *violas tondere manu, nunc mixta referre*
Lilia, virgineos lucida per calathos.] id est, manu decerpere, non forcipe & ferro. vt eleg. 20. lib. 1.
Quæ modo decerpens tenero pueriliter vngui.
Tondere, vt Virg. 4. Georg.
Ille comam mollis iam tum tondebat Acanthi.
Violas autem maximè luteas amantes pro munusculis legunt. Virg. eclog. 2.
—— *Tibi candida Nais*
Pallentes violas, & summa papauera carpens.
Horat. oda 10. lib. 3.
Et tinctus viola pallor amantium.
Plin. cap. 6. lib. 21. *Sunt in violis & luteæ.* Ouid. 1. fast.
Si quis erat, factis prati de flore coronis
Qui posset violas addere, diues erat.
Referre, domum scilicet, vel τὸ re abundat. vt eleg. 6. lib. 1.
Et vetera oblitis iura refer sociis.
Sic *retinere* & *renunciare*. pro, Tenere & nuntiare. *Lilia mixta*, vt Virg. 12. Æneid.
—— *aut mixta rubent vbi lilia multa*
Alba rosa. *Lucida per calathos*, in calathis pellucentia ob viminea interualla. vel candicantia, vt Tibullo, *Lucidum femur.* & ipse eleg. 1. lib. 2. *Lucida ouis.* & eleg. 4. lib. 2. *Lucida concha.* *Per*, pro inter, *à trauers*, vt Virg.
Summaque per galeam delibans oscula. Idem:
—— *vidisse putat per nubila Phœbum.*
& 1. Georg.
—— *ora secta per ambas.* id est, inter. Seruius. Ipse eleg. penult. lib. 1.
Per medios ereptum Cæsaris enses.
Mart. ep. 67. lib. 8.
Femineum lucet sic per bombycina corpus.
Calathos virgineos, puellares, vt el. 8. lib. 4.
Virginis in manibus canistra.
Aliis placet, *Vimineos*, vt in Virgilij Cupa:
Et quæ virgineo libata Acheloïs ab amne
Lilia vimineis attulit in calathis.
Sed alij libri, *virgatos*, vt apud Catull.
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera, virgati custodibant calathisci.
Virgatum quod Græci ῥαβδωτόν. Calathi Græcè; Latinè quasilli. Festus: proprie vbi ταλάσια. id est, tinctas lanas reponebant. Sed & flores, vt hic. sic eleg. 2. lib. 4.
Sirpiculis ferre rosam.

ET *portare suis vestitas frondibus vuas.*] id est, tectas adhuc pampinis, quibus à solis, & cœli iniuria vuæ muniuntur. Virg. 1. Georg.
Heu male tum mites defendit pampinus vuas.
Cicero in Catone. (vitis) *vestita pampinis, nec modico tepore caret, & nimios solis defugit ardores.* Idem 2. de nat. Deor. *Vestita terra floribus.* Ibid. *Vestitus viridissimi speluncarum: & vestitus densissimi montium.* Vuæ autem in amatoriis muneribus. Ouid. 13. Metam.
Sunt auro similes longis in vitibus vuæ;
Sunt & purpureæ: tibi & has seruamus & illas.

A Tibull. eleg. 5. lib. 1.
At mihi seruabit plenis in lintribus vuas.
Ergo *portare*, vt supra, *Referre.* & Virg. 10. Æn.
—— *hæc tibi porto* *Dona.*

ET *variam plumæ versicoloris auem.*] Perdicem interpretantur, vt eleg. 7. sup.
Effultum pluma versicolore caput.
Variam, varij coloris, vt eleg. 14. lib. 1. *Variis serica textilibus.* sic Ouid. 5. fast.
—— *variæ conticuistis aues.*
Eiusmodi aues ποικιλόχροα Græci vocant. Athenæus lib. 2. τῶν δὲ βασιλίδων καλουμένων, ὁ μὲν ἄῤῥην
B κατάχαρος, apud Turneb. cap. 22. lib. 15. Aues etiam in amatoriis muneribus, Plautus.

HIS *tum blanditijs furtiua per antra puellæ*
Oscula syluicolis empta dedere viris.] id est, blandis muneribus: nam blanditiæ, vel verborum sunt, vel rerum. vide adnot. ad eleg. 9. lib. 1. *Per antra* dixit, quia, vt ait Ouid. 1. Met.
—— *domus antra fuerunt.* Iuuen. sat. 6.
—— *cum frigida paruas*
Præberet spelunca domos.
Furtiua antra, furtis & amoribus conuenientia, vt eleg. 3. lib. 1.
C *Nunc furtiua cauis poma dabam manibus.*
Sic *Venus furtiua* Tibullo, quem *amorem subreptitium* vocat Plaut. Curcol. Antra & speluncæ eis furtis aptæ, Iuuenal. sat. 6. Virg. 4. Æneid. ipse eleg. 30. lib. 2.
—— *libeat tibi Cynthia mecum*
Rosida muscosis antra subire iugis.
& eleg. 32. lib. eiusd.
Cum quibus Idæo legisti poma sub antro.
Puellæ, illæ agrestes aurei seculi. *Dedere oscula empta*, non auro, gemmis, & purpura; sed pomis. vt el. vlt. lib. 2.
Felix qui viles pomis mercaris amores.
Quod hîc *antra* & *Syluicolas*, Lucret. libr. 5.
D hac de re:
Sed nemora, atque cauos montes, syluasque colebant.
Et Venus in syluis iungebat corpora amantum.
vnde *syluicolæ*. Attius Bacchis apud Macrob.
Syluicolæ ignota inuisentes loca. Næuius ibid.
Syluicolæ homines, bellique inertes.
Virg. 10. Æneid.
Syluicolæ Fauno, Driope quem Nympha crearat.
Catull. in Aty. dixit, *Cerua syluicultrix, & aper nemoriuagus. Syluicolas* supr. vocauit, *agrestes* vers. 25. *Viris*, amatoribus, vt el. 6. lib. 2.
Multis facta beata viris.

ATQVE *Inuli pellis totos operibat amantes.*]
Scaliger delet τὸ *Atque.* & legit *Hinnulei pellis.*
E vt apud Horat. oda 23. lib. 1.
Vitas Hinnuleo me similis Chloë.
Varro tamen lib. 8. de lingua Lat. Ex equo & asino Hinnuli. sed in lib. de re rust. dicuntur Hinni. Hinnuli autem, siue Hinnulei, sunt Damarum, ceruorum & caprearum fœtus. *Vn faon* Græcè νεβρός. vnde νεβρίς, tegmen Baccharum. Hic *u exteritur*, vt in ver. gloss. *Enulum*, νεβρόν. *e*, pro, *i*, *Pellis totos operibat.* Pelliti, inquit, erant illi prisci, vt & Romani. eleg. 1. lib. 4. Ouid. 2. Metamorph.
Illud erat tempus quo te pastoria pellis
Texit. & de Getis:

Pellibus, & lexis arcent mala frigora Bracchis.
Lucret. tamen contra lib. 5. de priscis illis:
Necdum res igni sciebant tractare, nec vti
Pellibus, & spolijs corpus vestire ferarum.
Totos amantes. an caput, humeros, manus, & pedes? an vtrosque cum iacebant vna? prior verior. sic Virg. 8. Æneid.
—— quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens vnguibus aureis.
De equo. *Operibat*, amiciebat, tegebat, vt eleg. 2. lib. 2. *—— pectus operta comis.*

ALTAQVE *natiuo creuerat herba toro.*] id est, procera surrexerat in vsum tori. *Natiuus torus.* ita natura factus, non manu & arte. vt eleg. 2. lib. 1. *Natiuus capillus.* Ouid. 3. Metam. vim verbi explicat:
Cuius in extremo est antrum nemorale recessu
Arte laboratum nulla simulauerat artem
Ingenio natura suo: nam pumice viuo
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
Toro & *herba*, aperit etymon tori. Seru. ad illud 5. Æneid.
Proximus, vt viridante toro consederat herbæ.
Verbum de verbo, inquit, *nam torus ab herbis tortis dictus.* quod Varro tradiderat lib. 1. de vita Pop. Rom. apud Nonium in *Toral.* Sic lecti à collectis foliis ad cubitandum, inquit Festus. Et eo respexit Virg. eclog. 1.
—— requiescere nocte Fronde super viridi.

PINVS, *& incumbens latas circumdabat vmbras.*] id est, imminens iacentibus. vt Horat. oda 22. lib. 3. *Imminens villæ tua pinus esto.* vnde ipse eleg. vlt. lib. 2. *Subter pineta Galesi.* Metuenda tamen poma Cybeles iacentibus. *Latas vmbras*, ob parulos ramos & longè diffusos. An *lætas*? id est, gratas aspectu, & simul luxuriantes, vt *lætæ segetes* Virg. 1. Georg. & alibi: *Lætis in herbis. Lucus lætissimus* vmbra. *Gramine læto. Læta palmite.* Alij libri, *lentas*, vt *lentum vimen.* & *lentus in vmbra.*

NEC *fuerat nudas pœna videre deas.*] pro, erat. vt eleg. 29. lib. 2. *Sed nudi fuerant*, &c. Ipse hac de re eleg. 10. lib. 4.
Magno Tiresias aspexit Pallada vates,
Fortia dum posita Gorgone membra lauat.
vide Festum in *Obstitum*, & in *Lympha*, de iis qui furore corripiuntur, quod speciem Nymphæ in fonte viderint. & nota est fabula Actæonis in ceruum mutati, quod Dianam vidisset nudam. Ouid. 4. fast.
Nec Dryadas nec nos videamus labra Dianæ.
Nam vt Petron. ait: *Neque enim quisquam, quod non licuit aspexit.* vide Callimachi λουτρά. Catullus de felici illo, & innocenti seculo:
Illaque hautque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore Nymphas. Item:
Præsentes namque ante domos inuisere castas
Sæpius, & sese mortali ostendere cœtu
Cælicolæ nondum spreta pietate solebant.
vide Athenæum cap. 13. lib. 8. Lipsi. cap. 10. lib. 2. Antiq. legit. *Et fuerat nudas pœne videre deas.* sed non persuadet.

CORNIGER *Idæi vacuam pastoris in aulam*
Dux aries saturas ipse reduxit oues.] alteram lectionem: *Cornigerique dei*, &c. Sic Palmerius

A explicat. *Et in ipsius*, inquit, *Panos antro* (is est Deus corniger) *greges stabulabantur. Sine autem pastorem Deum, sine pastoris oues accipias, nihil interest.* Hæc ille. Sed hæc lectio: *Corniger Idæ*, recta est. nam corniger aries, & Idæus pastor, Paris. sic *corniger Ammon* dicitur, arietis specie. & Lucretij l. 2. *hœdi Cornigeras norunt matres.* & lib. 3. *Corniger incursum ceruus.* τὸ, *Pastoris*, est iterandum, & *aulam pastoris*, & *vacuam pastoris*, id est, quæ sine pastore erat, quia Patis agnitus iam à suis; vel amori dabat ludum cum Oenone. Sic Virg. 4. Georg.
Dede neci, vacua melior sine regnet in aula.

B Et *aula* hyperbolicῶς, vt 1. Æneid.
Illa se iactet in aula Aeolus.
Et *Casa regia*, de antro. & 3. Georg.
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.
Alij aulam Dei cornigeri, fanum & antrum Panos exponunt, *Aula*, inquit Isidor. cap. 15. lib. 3. *domus regia, siue speciosum habitaculum, porticibusque quatuor conclusum.* αὐλὴ Græcis, propriè prima pars ædium. vet. gloss. αὐλή, *atrium.* &, *Stabulum*, αὐλὴ τῶν προβάτων. αὔλιον est Theocrito. citat hic Scaliger. *Dux ipse aries*, sic Ouid. 5. Metamorph.

C *Duxque gregis, dixit, fit Iuppiter, vnde recuruis*
Nunc quoq; formatus libs est cum cornibus Ammon.
& 4. fast.
De duce lanigeri pecoris, qui perdidit Hellen
Sol abit. *Ipse*, αὐτομάτως. vt Virg. eclog. 7. *Vir Gregis ipse caper deerrauerat.* & ecl. 3.
Ipse aries etiam nunc vellera siccat.
& ecl. 4. *Ipse sed in pratis aries*, &c. & *Ipse*, sponte sua. sine pastore. Virg. 4. eclog.
Ipsæ sponte sua referent distenta capellæ
Vbera. *Reduxit*, domum scilicet à pastu. Id propriè dicitur, redigere apud Ouidium: *Oues saturas*, pastas dixit Horat. oda 2. Epod.

D sic Virg. 8. Æneid.
Cum iam stabulis saturata moueret
Amphitruoniades armenta.

DIQVE *deæque omnes, quibus est tutela per agros.*] id est, quorum in fide sunt agri. qui agros, & agrestes tuentur. Sic Virg. 1. Georg.
Dique deæque omnes studium quibus arua tueri.
& 5. Æneid.
Dij quibus imperium est pelagi.
Ennius Cresphonte 2. Rhet. ad Herennium:
Dij quibus est potestas motus superûm, & inferûm.
sic apud Ouid. 3. fast. Picus & Faunus loquuntur:

E *Dij sumus agrestes, & qui dignemur in altis*
Montibus. *Quibus*, pro, quorum, datiuus pro genitiuo, vt eleg. 22. infra:
Nec cuiquam absentes arserunt in caput ignes.
Tutela, vis ac potestas ad aliquem tuendum, vt Iurisconsulti definiunt, in capite libero. Horat. *O tutela præsens Italiæ, dominæque Romæ.* & *Tutelæ nauium*, dij tutelares. & *Tutelina*, dea: Deusque *Tutanus*, Varr. apud Nonium. Ipse eleg. 8. lib. 4.
Lanuuium antiqui vetus est tutela draconis.
& eleg. 4. *Vesta Iliacæ felix tutela fauillæ.*

PRÆBEBANT *vestris verba benigna iocis.*] Dij, inquit, olim se conspiciendos ostendebant

etiam nudos, vt Pallas Achilli, Venus Æneæ; & mortales dignabantur alloquio. *Præbere verba*, pro affari, vt Virg. vbique, *dare dicta*. (nam dare verba aliud est) sic Plaut. sc. 3. act. 1. *Longè aliam præbes orationem atque olim*. Ibid. *Alia verba præbibeas*. *Verba benigna*, vt eleg. 10 lib. 1.

Nec tibi pro vano verba benigna cadant.

Vestris focis, in vestris focis, ô agrestes. id est, aris & fanis, quæ Diis exstruxistis, Dij præsentes vos alloquebantur. An in vestris casulis, & antris. Palmer. è coniectura legit, *tesqis*. id est, desertis & incultis. lego *vescis*. id est, paruis & exiguis, Festus: & Gell. cap. 5. lib. 16. sic Tibull. eleg. 10. lib. 1.

Stabat in exigua ligneus æde Deus.

Scaliger legit *Versis*, à vertendo. Pro *focis* an leg. *Iocis*. id est, ludicris?

Et *leporem quicunque venis venaberis hospes,*
Et si forte meo tramite quæris auem.] verba Fauni aucupij præsidis, eleg. 2. lib. 4. vers. 34. *Quicunque venis*, vel quicunque es, vel accedis huc. *Hospes*, sic ignotos & peregrinos compellabant. vt eleg. 1. & 10. lib. 4. *Venaberis leporem*, cane scilicet. sic canis Vertagus, Mart. lib. 14. lemmate 200.

Non sibi, sed domino venatur vertagus acer;
Illæsum leporem qui tibi dente feret.

Leporem verò, & auem coniunxit, de venatione & aucupio. quasi diceret. Siue venator, siue auceps es. vt Horat. oda 2. Epod.

Pauidumque leporem, & aduenam laqueo gruem.

Lepus, leuipes. Fab. cap. 10. lib. 1. *Meo tramite*, via, regione, sylua cui præsideo. vt eleg. 2a. infra: *Clitumnus ab vmbro Tramite*. quia è sylua oritur. Varro 6. de ling. Lat. *Trames, à transuerso*. Isidor. cap. vlt. lib. 5. *Tramites, transuersa in agris itinera, siue recta via, dicti quod transmittant*. ego à trameando.

Et *me Panos tibi comitem de rupe vocato.*] verba Panos benignè alloquentis agrestes, suique copiam facientis, vt venatio, vel aucupium succedat, Deo comite. Comes etiam inferioris, vt eleg. 2. sup. *At musæ comites*. Gratius de venatione, vbi Deos eius præsides inuocat, scribit:

——— *& Latij Faunus qui cultor amœni.*

De rupe. ambiguè. nam incertum an ipse Pan in rupe & monte, an venator de rupe vocaturus sit, vt longius exaudiatur. Pastores capellarum maximè rupibus proximi. Virg. ecl. 1.

Non ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe videbo.

Sive *petas calamo præmia, siue cane.*] sic Ouid. 1. de rem. amor.

Aut lino, aut calamis præmia parua sequi.

quod alibi: *Decidit in casses præda petita meos*. vide adnot. ad eleg. 4. lib. 2. vers. 15. *Calamo*. ambiguè, vel de aucupio, vel de piscatu. Ipse eleg. 19. lib. 2. *Structo figere auem calamo*. & eleg. 2. lib. 4. *Suppetat hoc pisces calamo prædabor*. Glossarium: *Amites, σάλιτες, ἰξόβολοι κάλαμοι*. aucupatorij calami. ad τὸ *calamo* refer ergo τὸ *auem*. ad, *Cane, leporem*. vnde κυνηγεσία dicitur Græcis venatio, quæ fit per canes. De Panos canibus Callimachus hymno Dianæ, vers. 90. & seq.

At *nunc desertis cessant sacraria lucis.*] cessat, quod non colitur. Virg. 1. Georg.

Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum.

Ouid. 4. fast.

Mutantesque domum, tectis agrestibus ignem
Et cessatura supposuisse casæ.

id est, Desertæ futuræ. Ibid.

Largaque prouenit cessatis messis in aruis.

Donat. 10 Eunuch. *Cessat desidiosus: requiescit defessus*. Ergo *cessant sacraria*, vacua sunt, iacent & frigent, ea occupant araneæ, vt eleg. 6. lib. 2. in hanc sententiam:

Sed non immerito velauit aranea fanum,
Et mala desertos occupat herba Deos.

Sacrarium, inquit Isidor. cap. 5. lib. 15. *Locus vbi sacra reponuntur*. Apud Sueton.* in Aug. cap. 5. & Tiberio cap. 51. Sacrarium dicitur pars domus consecrata. *Ad sacrarium spicas ferre* (Cereri:) Festus in *Floriferum*. & *Sacrarium Opis*, in *Præfericulum*. & *Sacrarium Martiale*, in *Oletum*. Cic. in Catil. *Sacrarium aquilæ domi constitutum, quam venerari solebant*. Iuuenal. sat. 6.

——— *iamque exspectatur in hortis,*
Aut apud Isiaca potius sacraria lena.

Gallicè, *Chappelle*. At Virg. 12. Æneid. Latinus testatur:

Vimque Deûm infernam, & diri sacraria Ditis.

id est; Orci templa & ipsos manes. *Desertis lucis*, vacuis cultoribus, vt el. 19. lib. 2.

Atq. ibi (in agris) *rara ferens inculto dona sacello.*

Lucos desertos, ipse eleg. 10. lib. 4. vocat, *Tesca*. *Lucus*, inquit Isidor. cap. 8. lib. 14. *Est locus densis arboribus septus solo lucem detrahens. Potest & à collucendo crebris luminibus dici, quæ ibi propter religionem gentilium, cultumque fiebant*. & cap. 6. lib. 17. *Lucus dictus per antiphrasin*. Seruius in 1. Æn. *Lucus dictus quod non luceat; non quod ibi sint lumina causa religionis, vt quidam volunt*. Idem ibid. *Vbicumque à Virgilio ponitur lucus, sequitur consecratio*. Idem in 3. Æneid. *Lucus nunquam ab eo ponitur sine religione, quia ibi habitant Lares viales, animæ Heroum, & piorum*, vt in 6. Æneid.

Nulli certa domus lucis habitamus opacis.

Cic. 2. de leg. *Lucos in agris habento & Lariũ sedes*. Respondet hic versus illis præcedentibus:

Felix agrestum quondam pacata iuuentus, &c.

Nam vtraque particula *at* & *nunc*, & temporis & rerum & hominum dissimilitudinem notat.

Avrvm *omnes victa iam pietate colunt.*] omnibus inquit, aurum pro Deo est, pulsa & fugata religione. sic Iuuenal. sat. 3. *Omnia Romæ Cum pretio*. & ipse eleg. 1. lib. 4.

Nunc pretium fecere deos. vnde *Regina pecunia* Horatio. contra Iuuenal. sat. 4.

——— *funesta pecunia templo Nondum habitas.*

D. Augustin. commemorat Deam *Pecuniam*, & *Aesculanum* & *Argentinum* Deos. *Victa pietate*, religione pedibus subiecta. Lucret. Ouid. 1. Met.

Victa iacet pietas. Cicer. 1. de Nat. Deor. *Pietas & iustitia aduersus Deos.*

Avrea *nunc verè sunt sæcula, plurimus auro*
Venit honos, auro conciliatur amor.] hi duo versus sunt Ouidij 2. de arte amandi, & absunt ab aliis omnibus libris Propertij. sic idem Ouid. eleg. 7. lib. 3. Amor.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores.
Inde grauis iudex, inde seuerus eques.

AVRO *pulsa fides, auro venalia iura.*] sic Catull. *Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt.* *Fides*, dictotum factorumque constantia & veritas. Cic. 1. offic. *Iustitiæ soror*, Horatio *Auro venalia iura*, magistratus iura nundinantur. vnde *Nummarij iudices* Ciceroni. Nota vox Iugutthæ: *Vrbem venalem, si emptorem inueneris.* Petron. *Venalis populus, venalis curia patrum.*

AVRVM *lex sequitur, mox sine lege pudor.*] Seneca cap.11. de vita beata. *Sequi parentis est.* Ergo lex pecuniæ quasi pedissequa, & auro ancillatur. Horat. epist. 10. lib.1.

Imperat, aut seruit regina pecunia cuique:
Tortum digna sequi, potius quam ducere funem.

vel *sequitur*, captat, vt eleg.7. supra vers.7.

Mox sine lege pudor. Cum lex sequatur aurum, pudor ipse & pudicitia lege soluta. legis exemplo tamen, pudor exlex. Pudor etiam, pro pudicitia, eleg. 9. lib.2.

Tunc etiam felix inter & arma pudor.

TORREDA *sacrilegum testantur lumina Brennum.*] exemplum victæ pietatis. *Torrida lumina*, exustæ genæ, eleg. sup. prox. *Torridus*, hîc *πυρώδης*, vt *aër torridus*, eleg. 28. lib.2. & *Torrida lumina*, quia fulminibus crebris petiti de cœlo Galli. Pausan. in Atticis. Tetigit hanc historiam eleg.31. lib.2.

Altera deiectos Parnaßi vertice Gallos, &c.

vbi vide adnot. *Testantur sacrilegum.* & arguunt, & detestantur & eo exemplo monent ceteros, vt 6. Æneid.

——*magna testantur voce per vmbras.*

Isidor. lib.5. *Sacrilegium est rerum sacrarum furtum, scilicet à sacris legendis; id est, rapiendis.* vt apud Horatium sat.3. lib.1.

Et qui nocturnus Diuûm sacra legerit.

Seru. in eclog.9. *Vel quæ sublegi, &c.* id est, *Furatus sum*, inquit. *vnde sacrilegus, qui sacra legit. id est, furatur.* quod etiam repetit in 10. Æneid. Paulus *L. Sacrilegi ad l. Iuliam peculatus. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilauerunt; nam qui priuata, minus quam sacrilegi, & amplius quam fures.* De Brenno vide & Callimach. hym. In Delum, à vers. 73. & Scholiasten, qui historiam explicat, & Valer. Max. cap.2. lib.1. & Pausan. in Phocicis. Strabo lib. 4. Delphici templi à Gallis direpti meminit, & auri Tolosam auecti.

DVM *petit intonsi Pythia regna Dei.*] id est, aggreditur, & inuadit Delphos spe & animo diripiendi. vt eleg. vlt. lib.4.

Cerberus & nullas hodie petat improbus vmbras.

Pythia regna, Delphos, quibus altus Apollo præsidet. Est enim Pytho vrbs Phocidis, alio nomine Delphis, à Delphiæ serpente dicta, cui etiam nomen Python. vnde Tibull.

Delos vbi nunc Phœbe, tua est? vbi Delphica Pytho?

Hinc & ab vrbe, & à serpente Pythius Apollo. *Regna*, vbi quis dominatur, & præsidet, vt not. sup. eleg. 10.

Inque meum semper stent tua regna caput.

Intonsi Dei. ἀκερσεκόμην Græci vocant. Horat. oda 21. lib.1. *Intonsum pueri dicite Cynthium.* & oda 15.

A Epod. *Intonsosque agitaret Apollinis aura capillos.* vide Lilium Gyraldum.

AT *mons laurigero concussus vertice, duras*
Gallica Parnaßi sparsit in arma niues.] Plin. cap. vlt. lib.15. *Laurus spectatißima in monte Parnasso.* vbi lanriferam illam Tellurem vocat, Delphicam scilicet. vnde Virg.2. Georg.

Parnaßia laurus. Aliter, *Laurigera manus* Phœbi dicitur, eleg. 6. lib.4.

Ducam laurigera Iulia rostra manu.

id est, victrici, quod laurum manu gererent triumphantes. quamuis etiam alibi, quam in capite laurum Phœbus gestet. Ouid.1. Met.

B ——*semper habebunt*
Te coma, te cythara, te nostra, laure, pharetra.

Concussus vertice. quod Virg. 2. Æneid. Concusso vertice. *Vertice*, an altero tantum, an vtroque? Nam notum geminum esse verticem Parnassi, Helicona, & Citherona. *Parnaßi mons*, pro Parnassus, vt Virg. *Vrbem Patani.* Cic. ep. 18. lib. 5. ad Attic. *In oppido Antiochiæ.* De Parnasso dictum eleg.31. lib.2. vers. 13. *Sparsit niues duras*, scilicet astrictas gelu, &, vt Horatius loquitur, *Duratas solo.* oda 24. lib. 3. Si *diras* legimus, vt vet. lib. *Diræ niues*, Deorum ira immissæ, & horrendæ. vt idem Horat. oda 2. lib.1.
C *Diram grandinem* vocat. vnde Callimach. hym. in Delum vers. 93. Παρνησὶς νιφόεσσα vocat. vbi vide Scholiasten & Seneca Oedipo. *Gemina Parnaßi niuales arx trucem sonitum dedit.* Pausan. autem ait diuinitus auulsa de Parnasso saxa Gallorum magnam partem obruisse cum crebris fulminibus. *Sparsit in arma Gallica*, effudit in milites Gallos, & exercitum. Sic Virgil. 2. Æneid.

Ipse pater Danaos in Dardana suscitat arma.

TE *scelus accepto Thracis Polymnestoris auro*
Nutrit in hospitio non, Polydore, pio.] exem-
D plum pulsæ fidei. *Scelus Polymnestoris Thracis.* id est, Thrax scelestus Polymnestor. sic Plaut. Curcul. act.5. sc.2. *Quam ab lenone abduxisti modo scelus viri?* & *Rana portenta rubetæ*, eleg. 6. supr. De Rege Thracum Polymnestore, & eius in Polydorum scelere Euripid. in Hecuba. Ouid. 12. Met. Virg.3. Æneid. vt autem hîc iungit fabulam Polydori cum fabula Eriphylæ. sic Ouid. de Nuce:

Præda mala, Polydore, fuit tibi: præda nefandæ
Coniugis Aonium misit in arma virum.

Accepto auro, à Priamo accepto auri magno pondere. Virg. 3. Æneid. *Nutrit*, enallage, pro
E nutriebar, vel nutriit, vt eleg.4. lib.4.

Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.

& eleg. 7. lib. 2. *Flemus vterque diu.* pro fleuimus. *Hospitio non pio*, plus quam impio. polluto Virg. 3. Æneid. Sic eleg.32. lib. 2. *Non bonus rumor.* & eleg. 6. *Non inhonestus.* & eleg. 13. lib.1. *Non tepidas faces.*

TV *quoque vt auratos gereres Eriphyla lacertos*
Dilapsis nusquam est Amphiaraus equis.

De Eriphyla & eius monili dictum eleg. 16. l.2.

Aspice quid donis Eriphyla inuenit amaris.

Gerere lacertos auratos, habere ornatos eo monili, quod Ouidius aurum fatale vocat:

Donec enim coniux fatale poposcerit aurum.

vt Horat. oda 8. lib. 1.

Neque liuida gestat armis brachia.

Virg. 1. Æneid.

Virginis os, habitumque gerens.

& 2. Æneid. *Vulneraque illa gerens.* id est, ostendens. *Lacertos*, pro humeris, collo & pectore, vnde pendent monilia. Virg. 1. Æneid.

——colloque monile Baccatum.

& 7. Æneid.

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

sic eleg. 6. sup.

Ac mœstam teneris vestem pendere lacertis.

nisi ita locutus est de monili, tanquam de armillis. nam χλιδὼν Græcis & armilla, & monile. at αἱ χλιδῶνες gerebantur lacertis. Athenæus ait Samios gestasse χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι. cap. 9. lib. 12. *Auratos lacertos*, vt *aurato equo* eleg. supr. prox. Alias *auratum*, aureum, vt el. 33. lib. 2. *Aurato calyce.* *Dilapsis equis*, qui hausti terræ hiatu euanuerunt, vt ne vestigium quidem exstaret. sic Horat. *Dilapsam in cineres facem.* Virg. *——& omnis*

Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

& 4. Georg.

Aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Bion apud Laërtium: πῶς τὸν τὰ χωρία καταδηδοκότα; τὸν μὲν Ἀμφιάραον, ἔφη, ἡ γῆ κατέπιε· σὺ δὲ τὴν γῆν. *Nusquam est.* Interiit. Plaut. Mercat. CH. *Si neque hic, neque Acherontis sum, vbi sum.* E. *nusquam gentium.* id est, plusquam mortuus. Ouid. 1. Metam. *——nescit, vitane fruatur,*

An sit apud manes, sed quam non inuenit vsquam

Esse putat nusquam. Stat. 10. Thebaid.

——nusquam capita ardua belli.

id est, periere duces Argiuorum. Mart. epigr. 16. libr. 4.

Non tamen hoc poterit vino genitore probari:

Iam nusquam pater est, Galle, nouerca domi est.

Gell. cap. 8. lib. 7. *At ille amans vbi sæpe ad littus solitum aunauit, & puer qui in primo vado aduentum eius operiri consueuerat, nusquam fuit, desiderio tabuit.* paulo ante dixerat. *Morbo affectus obijt suum diem.* Velleius Paterc. poster. vol. *Nusquam erat Pompeius corpore, adhuc vbique nomine.* Stat. 5. Theb.

——& nota vocabula paruo

Nequicquam ingeminas: nusquam ille.

Loquitur de Hypsipyle necatum à serpente Archemorum vocante. & 9. Thebaid.

——quid ô noua iussa recusas

Infelix sonipes? nusquam tibi dulce superbi

Regis onus. De heto equi occiso. Ibid.

Armaque, & alipedem notum, comitesque videbat,

Nusquam ipsum.

Idem valet apud Albin. ad Liuiam:

Gloria confecta nunc quoque matris vbi est?

Heu modo tantus vbi est?

& Seneca Troiade:

——nec amplius

Iuratos superis qui tetigit lacus Vsquam est.

PROLOQVAR, *atque vtinam patriæ sim vanus aruspex.*] ne patriæ, Romæque ipsi, & Italiæ, videar male ominari, malim argui mendacij quam vera dicere. sic Virg. 10. Æneid.

Nunc manet insontem grauis exitus: aut ego veri

Vana feror, quod vt ô potius formidine falsa

Ludar. Iuuenal. sat. 6.

Nos vtinam vani, sed clamat Pontia, feci.

& Stat. 9. Thebaid.

Simque (vtinam) *augur cassa futuri.*

Ipse eleg. 9. lib. 1.

Me dolor & lacryma merito fecere peritum.

Atque vtinam posito dicar amore rudis.

eleg. 1. lib. 4.

Vera, sed inuito contigit ista fides.

Proloquar, apertè & ingenuè dicam quod sentio. Varro 5. de ling. Lat. *Prolocutum dicimus eum, qui in animo quod habuit, extulit loquendo.* Terentio & Plauto est tamen loqui. *Proloquium* Varroni apud Gellium, sententia est, in qua nihil desideratur. hic videtur esse profari, & prædicere, & vaticinari, quemadmodũ Virg. 1. Æneid. de fatis fandis. *Hic tibi fabor enim.* Proloqui, προφητεύειν, vt prædicere diem, & proludere. Sic *Promenerueat* in Saliari carmine apud Festum, id est, promouet. & Petron. Arbit. *Cum Delio profante casi vertices Ida trahuntur.* Virg. 6. Æneid. *——quoniam omnis verè*

Heu nimium de te vates Misene locuta est.

id est, prolocuta. Est & *Proloquus* Plauto, vti prologio. *Vanus aruspex*, mendax, vt not. ad eleg. 6. supr.

Omnis enim debet sine vano nuncius esse.

Si, *verus*, legas, verus aruspex, est merus & mendax, vt aruspices omnes.

FRANGITVR *ipsa suis Roma superba bonis.*]

Sic Horat. oda 16. Epod. eadem de re:

Suis & ipsa Roma viribus ruit. & oda 7.

Sed vt, secundum vota Parthorum, sua

Vrbs hæc periret dextera.

De Roma magnitudine sua laborante, & luxu obruta Sallust. in Catil. Lucan. lib. 1. Petron. Arbiter, Plinius. *Frangitur*, eneruatur, corrumpitur. franguntur dura & inuicta; vt supr. eleg. 11. *Pyrrhi gloria fracta.* vbi vide adnot. sed & sine armis luxuria eneruat, vt apud Liuium *Capua* dicitur *fregisse Annibalem.* *Superba*, vel alta, antiqua, nobilis, maxima. vt el. 11. lib. 4.

Hinc Pheretri dicta est ara superba Iouis.

vel victrix, & insolens, vt Horat. *Superba triũpho.* & Lucan. lib. 1. *Cumque superba foret Babylon.* vel superba, delicata & nimium diues vel beata. Horat. lib. 3. oda 29.

Omitte mirari beata fumum, & opes, strepitumque Romæ. vnde addit bonis. nam bona dicta, quod beant Iurisconsultis. *Suis bonis*, nimiis opibus. Tibull.

Quid tenera tibi coniuge opus tua si bona nescis

Seruare? ipse eleg. 3. lib. 2.

Ita decem menses non peperere bona.

Cicero ep. 6. lib. 1. ad Q. fratrem: γνῶθι σαυτὸν, interpretatur, *vt bona nostra norimus.*

CERTA *loquor, sed nulla fides: neque enim Ilia quondam*

Verax Pergameis Mænas habenda malis.]

Sic Plaut. Amphit. sc. 2. act. 2. *Vera dico, sed nequicquam, quoniam non vis credere.* Papin. 2. Theb.

——ille licet præuiderat omnia doctus

Aëris, & nulla deceptus ab alite Mæon

Nec veritus prohibere ducem: sed fata monentem

Priuauere fide. *Mala pergamea*, Troiæ labores

& funcra: Virg. Alludit autem hic ad prouerbium *ἰλιὰς κακῶν.* vt & Cicero ep. 11. lib. 8. ad Attic. *Tanta malorum impendet Ilias.* *Exitiûm examen* dixit vetus Poëta apud Cic. 1. de diuin. *Ilia mænas, vates pergamea* eleg. 1. lib. 4. vers. 51. *Mænas*, pro femina furore correpta, vt eleg. 8. supr. *Seu sequitur medias Mænas vt icta vias.* Hîc pro Phœbade vet. lib. *Phœbus.* leg. *Phœbas.* Ouid. el. 1. lib. 2. Trist.

Teque Mycenæo Phœbas amata duci.

Ilius ab Ilus, vt a Dardanus, Dardanius. Virg. 11. Æneid.

Contigimusque manum qua concidit Ilia Tellus.

Ipse eleg. 1. lib. 4. *Ilia tellus viuet.* Attius Telepho apud Priscianum:

Quantam Tyndareo gnato & Menelai domus
Molem excitaris belli, pastorque Ilius.

vetus Interpres Virgilij adnotat à Plauto dictum *Hector Ilius*, pro Iliensis. Apul. de Deo Socratis. *Sed omnes auscultant aut ignota auguria Heleni, aut non credita vaticinia Cassandræ.* Ipse eleg. 1. lib. 4.

Aut si Pergameæ serò rata carmina vatis
Longæuum ad Priami vera fuere caput.

Legendus Lycophron in Cassandra. Apollod. lib. 3. Higin. fab. 93. & 108. Euripides in Andromacha. Virg. 2. Æneid.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei iussu non vnquam credita Teucris.

Cic. ep. 11. lib. 8. ad Attic. *Non ariolans*, vt illa, cui nemo credidit: *Iamque mari magno, &c. Habenda verax*, pro habita fuit verax. Verax est, quæ verum dicere solet. Tibull. el. 2. lib. 1.

Nec tamen huic credet coniunx tuus, vt mihi verax
Pollicita est magico saga ministerio.

Et *habenda*, pro habita, vt eleg. 8. sup.

Furandæ copia noctis.

SOLA *Parin Phrygiæ fatum componere, sola*
Fallacem patriæ serpere dixit equum.]

sic Virg. 3. Æneid.

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

Euripid. in Andromacha: Ὅτ' ἐν θεσπίῳ δάφνᾳ βόασε Κασσάνδρα κτανεῖν Μεγάλαν Πριάμου πόλεως λώβαν. Quoniam ipsum (Patin) apud diuinam laurum Cassandra clamauit interficiendum, magnam vrbis Priami noxam. Ergo λώβαν, quod Propertius *fatum*: vnde Horat. oda 3. libr. 3.

Ilion Ilion fatalis, incestusque index. (Paris)

Ouid. in ep. Paridis:

Quo ruis? exclamat (Cassandra) *referes incendia tecum.*
Quanta per has nescis flamma petatur aquas.

Fatum componere, perniciem & exitium machinari, struere, moliri, vt eleg. 9. lib. 2.

Sed vobis facile est verba, & componere fraudes.

Sola. anadiplosis, vt el. 24. lib. 2.

Quid fles abducta grauius Briseide? quid fles?

Dixit, prolocuta est, prædixit, vt eleg. 1. lib. 4. vers. 87. & 89.

Serpere equum fallacem patriæ.

Fatalis equus dicitur Virg. 2. Æneid. &,

Ipse doli (dolosi equi) *fabricator Epéus.* &,
Aut vlla putatis Dona carere dolis Danaûm.

&, *Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui:*

A *Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,*
Inspectura domos venturaque desuper vrbi:
Aut aliquis latet error. equo ne credite Teucri.

Horat. oda 6. lib. 4. ——*equo Mineruæ*
Sacra mentito, male feriatos
Troas, & lætam Priami choreis
Falleret aulam.

De eo equo vide plura adnot. ad eleg. 1. supra vers. 25. & eleg. 9. vers. 42. *Serpere*, quia sensim tanta moles promouebatur. Virg. 2. Æneid.

——*pedibusque rotarum*
Subijciunt lapsus. Item:
Illa subit, mediæ minans (máchina) *illabitur vrbi.*

B Sic dicitur *Serpit tumor* à Cicerone pro Mur. & *Serpit iniuria* 4. Verr. & Virg. 2. Æneid.

Dono Diuûm gratissima serpit. (quies)

ILLE *furor patriæ fuit vtilis, ille parenti:*] Superstitiosa ariolatia illa salutaris esse potuit, si ei creditum esset, patriæ & Priamo. vel habetur ratio conatus, vt eleg. 3. lib. 2.

Cognitus Iphicli surripuisse boues.

vel *fuit*, pro erat, vel fuisset. De furore Cassandræ Lycophron, & Cicero 1. de diuin. vbi etiã *Rabere* dicitur Virg. 2. Æneid.

Infelix qui non sponsæ præcepta furentis Audierat.

EXPERTA *est veros irrita lingua Deos.*] vel
C veram suam vaticinationem experta malo suo, quia capta, & aucta, & necata. vel vera sibi prædixisse Apollinem, cum negauit quemquã fidem habiturum eius vaticiniis. *Deos*, pro Deo, vt eleg. 7. lib. 1. *Nostros euolasse Deos.* *Irrita lingua*, quæ frustra vaticinatur, quia ei nulla fides. contra eleg. 1. lib. 4.

Pergameæ serò rata carmina vatis.

Irritum, quod ratum non est, & firmum. Seru. in illud eclog. 4. Virg.

Signa manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

D *Ad nihilum redacta*, inquit. Plaut. Amphit. *Ego istæc feci verba virtute irrita.* Gell. cap. 14. lib. 13. Docet esse verbum augurale eum ait: *Aues irritas habuit Remus.* nam & *Ratum facere* Ciceroni est augurij. *Experta*, coniunctum sæpius cum malo, vt eleg. 3. lib. 1.

Experta metuens iurgia sæuitiæ.

& eleg. 21. lib. 2.

Experta in primo stulta cauere potest.

AD ELEGIAM XIIII.

E MVLTA *tuæ Sparte miramur iura palestræ.*] id est, spectamus cum admiratione, & laudamus. In laudem, vt eleg. 1. lib. 2.

Miramur faciles vt premat arte manus.

Terent. & Cic. etiam in deteriorem partem. *Iura*, commoda, morem & ritum optabilem, vt vers. penult. huius elegiæ:

Quod si iura fores, pugnasque imitata Laconum.

Tibull. eleg. 3. lib. 2.

Ab pereant artes, & mollia iura colendi.

id est, mos malus. Ius est, quod licet. quod more fit & instituto, licet. Ergo iura, fas & instituta. eleg. 15. lib. 1.

Sæpe ego multa tuæ leuitatis iura timebam.

id est, ea quæ licere solent leuibus. morem leuium.

leuium. eleg. 5. lib. 2.

At tu per dominæ Iunonis dulcia iura.

(priuilegia vulgo.) Cic. 1. in Catil. *Ciuium iura tenere.* Virg. 2. Æneid.

——sed iura, fidemque Supplicis erubuit.

Iura, commoda iure, moreue concessa. vt ius trium liberorum. *Palæstra*, Palæstra interdum pro loco ipso, vt apud Plautum & Terent. Phorm. act. 3. sc. 1. Virg. 6. Æneid.

Pars in gramineis exercent membra palæstris.

Isid. de Palæstra lib. 18. dictam ait ἀπὸ τῆς πάλης, *à luctatione. vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, à concutiendo & percellendo.* Seru. ad illud 2. Georg.

Corporaque agresti nudant prædura palæstra.

ἀπὸ τῆς πάλης, *à luctatione. vel ἀπὸ πάλλειν, à mouenda vrna, quia ducti forte luctabantur.* vide Budæum in adnot. in Pandect. Athletarum nomine gymnicos omnes intelligi docet Pollux, inquit ibid. Bud. Hi sunt παλαισταὶ, luctatores: δρομεῖς, cursores: πύκται, pugiles: δισκοβόλοι, qui discum in sublime iaculantur: ἁλτικοί, qui saltus pernicitate contendunt. vide Plaut. Bacchid. act. 3. sc. 3. Cic. 2. Tusc. Palæstræ inuentor fuit Mercurius: Horat. & Higin. In *Sparte* mutauit ι in ε longum, vt infra vers. 19. *Helene.* contra *Circa, æ.* eleg. 12. supr. *Et Circæ fraudes*, &c. Dicta

C Sparta ab vxore Regis Lacedæmonis Sparta, Eurotæ filia: Pausan. initio Laconicorum. alij à Spatto Phoronei filio dictam putant, vt Eusebius.

S E D *mage virginei tot bona gymnasii.*]
sic eleg. 8. lib. 4.

Causa fuit Iuno, sed mage causa Venus.

Horat. oda 13. lib. 2.

Vtrumque sacra digna silentio
Mirantur vmbræ dicere: sed magis
Pugnas, &c.

Tot bona, tot commoda præsertim amantibus.

D ἀγχωμαλα. eleg 18. infra:

Tot bona tam paruo clausit in orbe dies.

& vers. vlt. huius elegiæ:

Carior hoc esses tu mihi Roma bono.

Gymnasii, loci vbi nudæ puellæ exercebantur. Isid. lib. 15. cap. *Gymnasium generalis exercitiorum locus, & omnium artium.* idem cap. 17. lib. 18. vbi gymnici exercentur. & narrat nescio quam historiam; *Antea cinctos exerceri solitos; sed cum relaxato cingulo examinatus esset quidam cursor, Hippomenes tunc ἄρχων permisit vt nudi postea exercerentur.* Cic. 2. de Orat. *Gymnasia exercitationis & delectationis causa multo ante sunt inuenta, quam in iis Philosophi garrire cœperunt.* Est gymnasium, & ipsa exercitatio, & locus. adde etiam à Plauto de

E homine dici per iocum: *Gymnasium flagri.* De gymnastica, & quid eo nomine continestur. vide Platonem lib. 7. legum. meminit & Arist. 8. Polit. *Virgineum gymnasium*, quia *Inter luctantes nuda puella viros.* vbi vide adnot.

Q V O D *non infames exercet corpore laudes.*] an est hypallage pro, exercet corpus non infame (cum) laude? an *laudes* dixit ἀρετὰς. id est, artes? sic laus Virg. 1. Æneid. virtus.

——sunt hic etiam sua præmia laudi.

& Cic. 2. legum. *Earumque laudum* (pietatis & fi-

A dei) *delubra sunto.* an *laudes*, ea quæ ad virtutem pertinent & laudem militarem? vt eleg. 6. libr. 1.

Non ego sum laudi, natus idoneus armis.

An *laudes* τὸ μένος, vt palmæ Cic. & Terentio. & Terentius Adelph. *Ornatus esses ex tuis virtutibus.* Sed vet. libr. *Laudas.* vnde viri docti legunt, *ludos.* quibus assentitur Scaliger in Titium. Exercere ludos, vt Virg. 7. Æneid.

Exercent patrias oleo labente palæstras.

& 6. Æneid:

——exercent membra palæstris.

B Additum *corpore*, quia etiam animo exercemur, vt notum est. An dictum, vt *corpore quæstum facere.* &, *corpore effugere.* id est, motu corporis. *Non infames*, addidit, quia quidem Athletas infames putabant, quibus Vlpianus refragatur. *L. Athletas. De his qui not. infam.* quia virtutis causa, non quæstus id faciant. alij autem ludi, vt Scœnici infames, & arenarij. Sic Palfurius consularis, sub Nerone, in agone luctatus est cum virgine Lacedæmia Interpr. Iuuenal. in sat. 4.

I N T E R *luctantes nuda puella viros.*] sic Ouid.

C in ep. Parid.

More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra
Ludis, & es nudis mixta puella viris.

Peleus apud Euripidem oburgans Menelaum in Andromacha:

——οὐδ' ἂν εἰ βούλοιτό τις
Σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη
Αἳ ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους
Γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμένοις
Δρόμους, παλαίστρας τ' οὐκ ἀνασχετὰς ἐμοί,
Κοινὰς ἔχουσι.

Ad quem Euripidis locum omnino allusit. Mart. epigr. 55. lib. 4.

Thebas carmine cantes, aut Mycenas,

D *Aut claram Rhodon, aut libidinosæ*
Ledææ Lacedæmonis palæstras.

Lycurgus apud Plutarch. in Apophtegm. respondit ei qui illud institutum improbabat noluisse se feminas viris inferiores. & Plato in libris de leg. & rep. vult iisdem artibus mulieres exerceri, quibus viros, quia vtriusque sexus eadem natura sit. Cicer. 3. Tuscul. *Itaque illi, qui Græciæ formam rerum publicarum dederunt corpora iuuenum firmari labore voluerunt: Quod Spartiatæ etiam in feminas transtulerunt, quæ cæteris in vrbibus mollissimo cultu parietum vmbris occuluntur, illi autem voluerunt,*

Nihil horum simile (esse) apud Lacænas virgines:

E *Quibus magis palæstra, Eurotas, sol, puluis, labos*
Militia in studio est, quam fertilitas barbara.

Hæc postrema sunt veteris alicuius Poëtæ versus, vt ostendit Scaliger. Athenæus libr. 13. cap. 7. Spartanos ait solitos virgines peregrinis denudare, & in Chio insula in Gymnasiis iuuenes luctari consueuisse cum puellis. Itaque apud Comicos Φαινομηρίδες vocabantur Lacænæ, quòd crura, & coxas nudarent. Plutarchus in Numa. Legendus idem in Lycurgo. & Iunius in prouerbio. Doricè incedere 47. cent. 1. *Inter viros*, vt eleg. 11. supr.

Atque inter famulos femina trita suos.
Et, *viros*, vel mares, vel amatores.

Cvm *pila veloces fallit per brachia iactus.*] Scaliger legendum censet. *Cum pila veloci f. p. b. iactu. Fallit*, κατ' ἔλλειψιν. vt eleg. 4. lib. 1.

Hoc magis accepta fallit vterque fide.
Ego legendum puto:
Cum pila velocis fallit per brachia iactus.
Secundo casu. id est, quæ velociter iacitur, & emittitur. & ita dictum, *fallit iactus*, vt eleg. vlt. lib. 2. —— *& ipsa suas decipit vnda rates.*
& Ouid. 6. fast.
—— *conuolat omnis*
Turba, per infestas effugit ille manus.
vt sit, *fallit per brachia.* effugit inter manus. sic ferè Virg.
Insignis iaculo, & longè fallente sagitta.
& in Cyri: *Cum lapsa è manibus fugit pila.* De pilæ variis generibus & exercitationibus. vide Mercurialem lib. 2. & 5. de arte gymnastica, Plutarchus in Alexandro, & quæ adnot. ad el. 24. lib. 2. vers. 12. Ouid. eleg. 12. lib. 3. Trist.
Nunc pila nunc celeri vertitur orbe trochus.
Pila vel *datatim* ludebatur, vt in Curcul. Plauti. & Varro apud Nonium; & Ennius apud Isidorum: vel *expulsim*, vt Varro apud eundem Nonium: vel *sparsim*, vt apud Petronium Arbitrum, vbi *sparsina pila*, siue *sparsiua* dicitur. *Veloces iactus.* Ouid. 3. de arte amandi:
Sunt illis celeresque pilæ, discique, trochique.
Horat. sat. 2. lib. 2.
Seu pila velox, Seu te discus agit.

Increpat *& versi clauis adunca trochi*] De trocho Horat. oda 24. lib. 3.
—— *ludere doctior,*
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
& in arte Poëtica:
Indoctusque pilæ, discine, trochine quiescit.
vbi rotam Acro interpretatur. alij male turbinem putant. vetus lexicon: *Trochus rota genus ad ludum.* Item: *Trochus, ludentium rota.* Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.
Hic artem nandi præcipit ille trochi.
Mart. lib. 11. epigr. 22.
Lydia tam laxa est equitis quam culus aheni,
Quam celer arguto qui sonat ære trochus.
& lib. 14. Lemmate, Trochus. 168.
Inducenda rota est: das nobis vtile munus.
Iste trochus pueris. at tibi canthus erit.
(sic legendum. nam male editur, *cantus.* & est *canthus*, ferrum ambiens, & muniens curuaturam rotæ. vet. Gloss. *Vrus*, κανθὸς τροχοῦ.) & lemmate sequenti.
Garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur?
Cedat vt argutis obuia turba trochis.
Turneb. cap. 33. lib. 27. profert Ammiani Marcellini locum ex lib. 21. *Cum apud Parisios adhuc Cæsar Iulianus quatiens scutum exerceretur in campo, axiculis, quibus orbis erat compaginatus in vanum excussis, ansa remanserat sola, quam retinens valida manu stringebat.* quem locum cum ad trochum vult accommodare, ridiculissimus est. nam de scuto loqui, planum est. vide Mercurialem de arte Gymnastica lib. 3. Sed quid *clauis*

A *trochi*? Suspicor eam intelligi, qua trochus compactilis aperiebatur immittendis anulis, de quibus diximus, & claudebatur. *Adunca* vero, & hamata, quia huiusmodi figura clauium. *Versi trochi clauis increpat*, crepitum edit, & sonitum. Sic eleg. 3. lib. 4. coniunxit & versis: *Increpat & versis subdolus arcus equis.* pro dum vertuntur. *Versi*, pro vertentis, vt contra vertens, pro verso, & voluens.

Pvlvervlenta qvæ *ad extremas stat femina metas.*] δρόμος, & cursum significat, vt & vetus Poëta apud Cic. 3. Tusc. vt adnotatum ad vers. 4. huius elegiæ. Cic. 5. Tusc. *Labor in*
B *venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis.* & Horat. oda 1. lib. 1.
Curriculo puluerem olympicum Collegisse.
Puluerulenta, id est, non indecoro puluere sordida, vt diceret Horatius. sic Seneca cap. 7. de vita beata. *Virtutem inuenies stantem puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus.* & Higin. lib. 3. Astron. de Perseo, ait dici ab Arato Κονιόμενον (puluerulentum) *quod Aetoli* κονίεσθαι *dicunt decurrere*, quia in cursus puluis colligitur.) *Stat ad extremas metas*, cursu scilicet confecto, & quia vltra non progrediendum. sic eleg. 2. lib. 4.
Vltima meta. Horat. in arte:
C *Qui cupit optatam cursu contingere metam.*

Et *patitur duro vulnera Pancratio.*] sic Virg 6. Æneid.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.
& 3. Georg. *Vulnera lenta pati.* vnde, *Patiens Lacedæmon*, Horatio; etsi scio referri ad puerorum verbera. & Plauti iocus Captiuis sc. 1. act. 3. *Nihil morantur iam Lacones imi subsellij viros Plagipatidas.* de parasitis, vt etiam de canibus. *Duro pancratio*, vt *durum bellum*, & *durus Mars* Virg. & Gallo in poëmatis *durum rus.* Turneb. autem cap. 8. lib. 27. docet è Plutar-
D cho errasse Propertium in eo quod scribit de Pancratio, & cæstu apud Spartanos, eo quòd Lycurgus ea certaminum genera prohibuerit ἐν οἷς χεὶρ ἀνατείνεται; in quibus manus tollitur. & Seneca lib. 5. de beneficiis cap. 3. *Lacedæmonij vetant suos pancratio, aut cæstu decernere, vbi inferiorem ostendit victi confessio.* Budæus adnot. in Pandect. *L. qua actione. ad legem Aquil. Si quis in colluctatione, aut pancratio*; docet Pancratium esse certaminis genus, vbi aduocari omnibus corporis viribus certatur, calcibus, cubitis, pugnis: cum solis pugnis vtantur pugiles. τὸ δὲ παίειν ἀλλήλους ὀρθοστάδην παγκρατιάζειν λέγομεν,
E inquit Lucianus, καὶ γυμνάζειν, id est, ferire vicissim concertatione arrectaria. addit multa ex eodem Luciano, & Fabio cap. 9. lib. 2. & Gellio cap. 26. lib. 13. neque valde probat eos, qui pancratium, pentathlon interpretantur. Festus *Quinquertium* vocat: πυγμὴν, δρόμον, ἅλμα, δίσκον, πάλην. Meminit Pancratij & Varro apud Nonium in *Bellus.*

Nvnc *ligat ad cestum gaudentia brachia loris.*] ad hanc rem Virg. 5. Æneid.
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Ibidem:
Terga boum plumbo insuto, ferroque rigebant.
Ergo *ligat brachia loris*, innectit palmas vinclis

è coriu bubulo, plumbo & ferru insutu. Apollonius vocat ῥινὰς βοῶν, terga boum, lib. 2. Homer. lib. 23. Iliad ἱμάντας. &, quod hîc, *ligat*, illîc, ζωσάμενω. id est, accincti. vide Theocrit. Stephani in Dioscuris Id. 22. p. 177. in fine. Adde & Statium 6. Theb. vbi describitor illud certameo, & Valer. Flaccum, lib. 4. *Brachia gaudentia*, vt eleg. 3. lib. 1. *Ebria vestigia*. *Ad castum*. Festus: *Castus vocantur & ij, quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus*. Seruio 5. Æneid. *Castus per diphtongum pugilum arma; sine diphtongo, & singularis tantum numeri, balteum Veneris*. Fulgeotius: *Sculponeas dici volunt castus plumbo ligato*. ὁ *Lorus* autem iteraodum.

Missile *nunc disci pondus in orbe rotat.*] id est, in sublime torquet, vbi circumagitur. vnde vet. gloss. *Roto*, δινεύω. *In orbe*, pro in orbem. vide adnot. ad eleg. 11. sup.

Quid raptem in crimine diuos.

De disco vide Ouid. 10. Met. in fabula Hyacinthi, vbi & *pondus* & *orbis* dicitur, & describitur ille ludus. & in Ibin:

Aera si misso vacuum iaculabere disco,
Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.

Stat. in Hercule Surrentino 3. Sylu.

—— seu nubila disco
Findere, seu volucres Zephyros praeuertere telo.

& 5. Sylu. Epicedio in patrem:

Illic Oebalio non finderat aera disco
Graiorum vis vlla virûm.

& 6. Theb. vbi certamen disci describit, vocat, *Ahena pondera massa*. &, *orbem*, & *iaculabile pondus*. & 7. Thebaid.

—— sonat orbe recusso
Discus, & Oebalij coëunt ad praelia castus.

& 2. Achill.

Iam procul Oebalios in nubila condere discos
Et liquidam nudare palen, & spargere castus
Ludus erat. De gestu iaculantis Fabius.

Rotat, sic Stat. 6. Thebaid.

Ipse super se rotat (discum) *atque in nubila condit.*

Pondus disci, discus grauis. sic Martial. lib. 14. Lemmate 164.

Splendida cum volitent Spartani pondera disci.

& ipse eleg 1. lib. 1. *pondere rami*, vet. lib. vulgo, *vulnere*. & Ouid. ad Liuiam:

Certat onus lecti generosa subire iuuentus.

Gyrum *pulsat equis, niueum latus ense reuincit.*] Mirum genus loquendi, *Pulsat gyrum equis*, pro pulsando & verberando cogit in gyrum flecti. An est hypallage, pro equos pulsat gyro, impellit & incitat in gyrum. vet. lib. gyro, equo. An, *gyro pulsat equos*? & *pulsat*, pro pellit & impellit, vt *pressantes pedes*, pro prementes, eleg. 17. inf. & contra eleg. 1. supr. *Pulsat arces*. de hac re vide adnot. ad illud Tibulli lib. 4.

Seu libeat curuo breuius contendere gyro.

& eleg. 3. supra vers. at. *Niueum latus ense reuingit*. id est, formoso lateri ensem accommodat. sic Virg. eclog. 6.

Ille latus niueum molli fultus Hyacintho.

Bion in Epitaphio Adonidis: Οἱ ὑπ' ὤμοισι χαῖται... Ἀδώνιδι ... Ad latus autem, vt nunc, gerebant ferrum. Virg. 2. Æneid.

—— Lateríque Argiuum accommodat ensem.

A Varro 6. de ling. Lat. *Latrones, quia ad latera habebant ferrum*. *Reuincit*, pro vincit, vt retinere, renunciare, resoluere. Notat Donat. re saepe abundare. Virg. 2. Æneid.

Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum.

Notus Ciceronis iocus in generum suum, *Quis generum meum ad gladium alligauit?* Lucanus ad Pison.

Et galea miles caput, & latus ense resoluit.

vbi allusit ad hunc locum contrario sensu.

Virgineumque *cano protegit aere caput.*] id est, munit, vel simpliciter tegit, vt eleg. 3. libr. 4.

B *Et texit galea barbara molle caput.*

sic *percutit*, pro quatit. eleg. 16. infra Cic. pro Caec. *Armorum alia esse ad tegendum*. (vt galea, lorica, scuto) *alia ad nocendum*. (vt gladius hasta, sagitta.) *Protegit caput*, vt Virg. 8. Æneid.

—— scutis protecti corpora longis.

Cano aere, galea aerea. Virg. 7. Æneid.

Tegmina tuta cauant capitum.

5. Æneid. *—— deiectamque aere sortem*
Accepit galea. sic Ouid. 12. Met.
Cum vero faciem dempto nudauerit aere.

ipse eleg. 18 infra:

C *Ille licet ferro cautus se condat, & aere,*
Mors tamen inclusum protrahet inde caput.

Aliud est 3. Æneid.

Dat signum specula Misenus ab alta.

Aere cano, tuta. & Varr. Sesquiulysse apud Nonium in *Explicare*. *Vtas stellis eras aiberis* explicans *aere cano*. Festus: Prulato aere, clypeo. vide illic.

Qualis *Amazonidum nudatis bellica mammis Thermodonteis turba lauatur aquis.*] Scaliger mutat ordinem, & hoc distichon sequi debere ait illud: *Et modo Taygeti*. vt hic Amazona, & virginem Spartanam coniungit; sic. D Virg. 1. Æneid.

Virginis os, habitumque gerens, & virginis arma
Spartanae: vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce. & 11. Æneid.
Qualis Threiciae cum flumina Thermodontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.

vbi Seruius, Amazones digressas ab amne Tanai, ait, in Thraciam, ad fluuium Thermodoonta se contulisse. vnde ipse eleg. 4. lib. 4.

Illa ruit celerem, qualis prope Thermodoonta
Strymonis abscisso fertur aperta sinu.

Stat. lib. 1. Sylu. Kal. Decemb. Saturn.

Credas ad Tanain, ferumque Phasin
Thermodontiacas calere turmas.

E Plin. cap. 3. lib. 6. in descriptione Cappadociae: *Thermodoon fluuius, praeter radices Amazonij montis lapsus, & oppidum eiusdem nominis.* Diodor. lib. 3. Amazonas prope Thermodoonta habitasse scribit. & alias Amazonas in Lybia lib. 4. Pausan. Attic. & Lacon. de Amazonibus quem eum fluuium accoluerunt. Et in Boeoticis commemorat torrentem eios nominis. Strabo lib 12. Themiscyrum (campum) ait sedem Amazonum fuisse, vbi flumen Thermodon. Homeri Interpres. Αἱ δὲ Ἀμαζόνες λέγονται τοῦ Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης θυγατέρες. ᾤκησαν ... Θερμώδοντι ποταμῷ τῆς Σκυθίας. ...

ἀλλὰ τὸν δεξιὸν μαζὸν ἐκτέμνεσθαι αὐτάς, ὡς ἐμποδίζοντα ἐν τῷ τοξεύειν. Seru in 12. Æneid. Amason, quasi ἄνευ μαζοῦ. sine (dextera) mamma: ideo eas Titianus vocat *Vnimammas*, vt Græcis μονόμαζοι dicuntur. Q. Curtius lib. 6. de Thalestri regina Amazonum: *Altera papilla intacta seruatur, qua muliebris sexus liberos alant. Aduritur dextera, vt arcus facilius intendant, & tela vibrent.* Amazonides, pro Amazones, vt Virg. 1. Æneid.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens.

Sed Stephanus à Nympha Amazonide dictas scribit. *Nudatis mammis.* id est, exertis papillis. & alludit ad nomen Amazonum. iungitur autem, *Nudatis mammis* cum *turba*, non cum *lauantur*. nam non solum nudant mammas cum lauantur, sed totum corpus. Sic eleg. 11. sup.

Lydia Gygæo tincta puella lacu.

E T *modo Taygeti crines aspersa pruina*
Sectatur patrios per iuga longa canes.] in Taygeto monte vicino Spartæ venatur. Lacænæ virgines ibidem etiam Bacchabantur, vnde δύσμαιναι appellabantur. Hesychius; Δύσμαιναι, αἱ ἐν Σπάρτῃ χορίτιδες βάκχαι. vnde Virg. 2. Georg.

—— virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

vbi Seru. *Mons Laconum Baccho consecratus.* Mons ille Straboni lib. 8. Spartæ & Amyclis imminet. vnde Spartiatæ responsum hospiti quærenti de pœna adulterij apud Spartanos; Nulla sunt, mi hospes. Quid si essent? bos tam magnus foret pro multa, vt è monte Taygeto in Eurota biberet. At fieri non potest hoc. nec illud. Plutarch. in Lycurgo. Notat autem Pausan. in Laconicis in qualibet parte Taygeti loca esse venationi aptissima, ob caprearum, aprorum, ceruorum, & vrsorum copiam. *Crines aspersa pruina.* Synecdoche Poëtica, vt eleg. 13. lib. 2. *Pectus lacerata.* quid pruina dixi ad eleg. 8. lib. 1. vers. 7. *Sectatur*, verbum est venationis. Virg. eclog. 3.

Si, dum tu sectaris apros, ego retia seruo.

Horat. sat. 2. lib. 1.

Leporem venator vt alta
In niue sectatur. Hic vero est simpliciter sequi præcurrentes canes. Tibull. eleg. 1. libr. 1.

Ipse suas sectatur oues, at filius agnos.

Ita ferè eleg. 19. lib. 2. dixit, *Monere canes. Canes patrios*, Laconas, præstantissimos. Virg 3. Georg.

Veloces Spartæ Catulos. Ibidem:
Armaque. Amyclæumque canem, &c.

Ibidem: *Taygetique canes.* Ouid in fab. Actæonis; *Prævalidusq. Lacon.* Varro de re Rust. videndum cap 9. lib. 2. *Videndum, vt boni seminij sint (canes) itaque à regionibus appellantur, Lacones, Epirotici, Sallentini.* vide & Callimach. in hymno Dianæ vers. 94. & Scholiasten. *Per iuga.* Ouid. 10. Metamorph.

Per iuga, per syluas, dumos & saxa vagatur,
Hortaturque canes. & in ep. Phedræ:
Hortatur celeres per iuga summa canes.

In iugis apri. Virg. eclog 5.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.

& capræ: idem 4. Æneid.

Deiectæ vertice capræ Decurrere iugis.

Q V A L I S & *Eurota Pollux & Castor arenis.*] sic Stat. 4. Sylu. in Epulo Domitiano:

—— sic lubrica ponit
Membra Terapnæa resolutus gymnade Pollux.

Ouid. el. 10. lib. 1. Amor.

Qualis ab Eurota Phrygijs euecta carinis.

De Eurota dictum ad illud Catulli:

Quales Eurota progignunt flumina myrtos.

Arenis Eurotæ. id est, in ripis arenosis Eurotæ, quia arena & puluere opus est luctantibus & certantibus. vnde Ouid. eleg 6. lib. 4. Trist.

Fortior in fulua nouus est luctator arena.

& ipse eleg. 9. lib. 4.

Nec cum lasciuum sternet arena forum.

Alias legitur, *habenis.* vt & ad lora pugilum & equorum habenæ referantur.

H I C *victor pugnis, ille futurus equis.*] sic Ouid. 5. fast.

Tyndaridæ fratres hic eques, ille pugil.

& eleg. 2. lib. 3. Am.

Pollucem pugiles, Castora placet eques.

Horat. sat. 1. lib. 2.

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem
Pugnis. & in arte Poëtica:
Et pugilem victorem, & equum certamine primum.

Homer.

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

Ergo *hic*, Pollux victor pugnis, *ille*, Castor equis, contra grammaticos canones, vt adnot. ad el. 1. lib. 2. vers. 38. sic Ouid. el. 2. lib. 1. Trist.

Quocumque aspicias nihil est nisi pontus & aer,
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

Tamen & Pollucem equitem faciunt, vt dicetur ad eleg. 22. infra vers. 26. Legendus Theocrit. in Dioscuris Id. 22. & Apollon. lib. 2. in certamine Pollucis & Amyci. Castoris & Pollucis mentio fit, & el. 2. lib. 1. vers. 15. & apud Mart. epig. 56. lib. 7.

Castora de Polluce Gabinia fecit Achillam.
Pyx agathos fuerat, nunc erit hippodamus.

I N T E R *quos Helene nudis capere arma papillis*
Fertur, nec fratres erubuisse deos.] sic Stat. 4. Sylu. ad Menectatem:

Qualis maternis Helene iam digna palæstris
Inter Amyclæos reptabat candida fratres.

Charis. *Dicitur Helene & Helena. Fertur capere arma.* id est, cepisse. enallage, vt eleg. 7. sup.

Vineret aut suos dulcis conuiua penates.

Nudis papillis, sic Iuuenalis:

——Mæuia Tuscum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

ipse eleg. 3. lib. 4.

Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla.

& eleg. 15. lib. 2.

Ipse Paris nuda fertur periisse Lacæna.

Aristophanes Lysistrata: Ὁ γ' ὦν Μενέλαος τᾶς Ἑλένας τὰ μᾶλά πα γυμνᾶς παρενιδὼν ἐξέβαλ' οἰῶ τὸ ξίφος. Igitur Menelaus Helenæ mammas olim nudæ intuitus proiecit credo ensem, *Nec erubuisse fratres*, nec pudore deterrita fuisse à gymnade illa, quia turpis non erat; & rubor ac pudor tantum è re turpi: Aristot. *Fratrum reuerentia non mouit ei ora.* vt loquitur eleg. 30. libr. 1. Erubescere cum agendi casu, vt Virg. 2. Æneid.

—— *sed inter fidemque Supplicis erubuit.*
Sic eleg. 15. lib. 1. *Pallere colores.*

Lex *igitur Spartana vetat secedere amantes.*] *Intra palæstra* vocat supra. & *Inter Laconum* infra. Lycurgus autem nullas leges scriptas reliquit. Plutarch. in Lycurgo. neque νόμος, sed ῥήτρα dicebatur; quasi decretum, & institutū quoddam. Plutarch. Ibidem. *Vetat secedere*, quia iubet vna conuenire. vt dixit

Inter luctantes nuda puella viros.

Alterum ex altero vult intelligi. Sic el. 13. l. 2.

Hic me tam graciles vetuit contemnere Musas.

pro, iussit sectari & amplecti.

Et *licet in triuijs ad latus esse suæ.*] id est, in compitis vbi ternæ viæ (id est, in oculis omnium) lateri hærere; latus amicæ regere. Mart. epig. 76. lib. 6.

Ille sacri lateris custos.

Tibull. eleg. 7. lib. 2.

Cum telis ad latus ille volet.

idem eleg. 5. lib. 1.

Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit
Semper, & in tenero fixus erit latere.

Ouid. eleg. 10. lib. 3. Amor.

Quando ego non fixus lateri spatiantis adhæsi?
Ipse tuus custos, ipse vir, ipse comes.

Inde latrones, qui circum latera regi erant, & ad latera habebant ferrum. Varro 6. de lingua Latina. *Ad latus*, vt ad remum serui. Vernæ ad pedes. Pueri ad Cyathum. Inde *ab latere* dicuntur, cari Liuio libr. 24. & Curtio libr. 5. Mart. epigr. 68. lib. 6.

Inter Baianas raptus puer occidit vndas
Eutychus, ille tuum, Castrice, dulce latus.

Nec *timor, aut vlla est clausæ tutela puellæ.*] vide adnot. ad illud eleg. 23. lib. 2.

Nec dicet, timeo. propera iam surgere, quæso.
Infelix hodie vir mihi rure venit.

Timor, cognatorum, inuidorum, riualium. *Aut Tutela*, custodia. Varro 6. de ling. Lat. *Tueri, seruare*, vnde ædituus. Hinc tutores seruandis rebus pupillorum. eleg. supr.

—— *quibus est tutela per agros.*

Clausæ puellæ. vide eleg. supra vers. 9. & eleg. 3. vers. 49.

Nec *grauis austeri pœna cauenda viri.*] sic dixit *ampla pœna* eleg. 6. supr. *Grauis*, atrox, vt el. 9. sup. *Antoniique graues in sua fata manus.* *Austeri viri*, rigidi mariti, vt eleg. 3. supra vers. 50. De pœnis Mœchorum Plautus Milite in fine vbi dicitur *abdomen adimere*. Idem Pœnulo: *Facio quod manifesto mœchi haud ferme solent. Quid id est? refero vasa salua.* Horat. sat. 2. lib. 1.

Hic se præcipitem tecto dedit, ille flagellis
Ad mortem cæsus. fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam; dedit hic pro corpore nummos.
Hunc perminxerunt calones. quinetiam illud
Accidit, vt cuidam testes, caudamque salacem
Demeteret ferrum.

Virg. de pœna Deiphobi 6. Æneid.

Nvllo *præmisso de rebus tute loquaris*
Ipse tuis, longa nulla repulsa mora.]

id est, non ante misso internuncio, vel puero tuo, vel tabellis, vel puellæ seruulo, aut ancilla, aut lena, aut aquariolo, quibus interpreti-
A bus conciliatur amor. Virg. 9. Æneid.

Interea præmissi equites ex vrbe Latina.

& 11. Æneid.

—— *equitum leuia improbus arma*
Præmisit.

De rebus tute loquaris ipse tuis, id est, narrare possis amicæ res tuas, id est, amores, qui *Veneris res* dicuntur Lucretio. & *res* tantum. Auson. *Impetum, litem, venerem vna nouerit res.* & *Rem habere cum muliere.* *Tute ipse*, parelcon, & *Hic* τὸ αὐτό; vt *Tutemet*: Donat. in Andriam. Tute tunc dicitur cum pronomen ad eam reuoca-
B tur personam à qua sumitur. Verbi gratia, cum dicimus. Tu lege; ille respondeat, cur tute non legis? Idem in Adelph. Tute, ἐμφατικῶς, & tutemet, & tutemet ipse. Charis. libr. 2. Te & met adiectamenta verborum vocat. Seruius ad illud 1. Æneid. *Durate & vosmet. Hæ particulæ, met, piam, te, ornatus causa ponuntur, vt tutemet, quispiam.* Virg. eclog. 3.

Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius.

Est vero hic apostrophe, vt elegiæ huius vers. antepenult. *Inuenias, &c.* *Longa nulla repulsa mo-*
C *ra*, cito negatur si dare non vult, quod pene beneficium est, nec ducitur promissis amator. vel si qua repulsa est, non est longæ moræ. nam mora cruciat amantes. Repulsa verbum ambitionis & campi. Horat. ep. 1. lib. 1.

Exiguum censum, turpemque repulsam.

& oda 2. lib. 3.

Virtus repulsæ nescia sordidæ.

vide eleg. 4. lib. 2. vers. 2.

Non *Tyriæ vestes errantia lumina fallunt.*] id est, perstringunt oculorum aciem splendore suo. De fulgore purpuræ dictum ad eleg. 1. lib. 2. vers. 5. & eleg. 3. lib. 4. vers. 51. *Tyriæ vestes*, è purpura Tyria, & Sarrano ostro dictum
D eleg. prox. supra vers. 7. *Errantia fallunt.* *Hic* τὸ αὐτό, vt eleg. vlt. lib. 2.

—— *Phrygiis fallax Mæandria campis*
Errat, & ipsa suas decipit vnda vias.

Petronius:

Nocte soporifera veluti cum somnia ludunt
Errantes oculos.

Aliter, *Errantes oculos*, dixit Virg. 4. Æneid.

Est *neque odorata cura molesta domi*] id est, molesti non sunt serui & ancillæ, quibus commissa cura domus; vt 1. Æneid.

Quinquaginta intus famulæ; quibus ordine longo
Cura penum struere.

E Id *securis domi* Terentio Eunuch. & *Videre domi.* Varr. 6. de lingua Lat *Quem volumus curare domum (tueri & seruare) dicimus: Tu domi videbis.* *Odorata domi*, suaueolentis ob vnguenta, corollas, & ex odoratis lignis flammam. vt eleg. 10. lib. 4.

Putris odorato luxerat igne casa.

& Catull. in Ariadna:

Queis (floribus) permulsa domus iucundo risit odore.

vide Plautum Men. sc. 3. act. 2. vers. 2. & 3. Liber Beroaldi. *Adorata*, quia amatores limina & ianuas venerabantur, vt notum ex eleg. 16. lib. 1. & Scaliger ita legit, & exponit. Neque

ita se continet domi, vt ibi adoranda sit, tanquam νηὸν ἱερὸν. legitur & *odorata*. an *obirata*? & ita cura amatori molesta et domi propter obiratam sibi dominam. Liuius lib. I. A

Fortuna abstraxit curam reliquerant Deûm.

Canterus legit è conjectura: *Odorata coma*. probo. sic eleg. 3. lib. I.

Crines perfundere myrrha.

Ouid. sub finem lib. 2. de arte amandi:

Sertaque odorata myrtea ferte coma.

At *nostra ingenti vadit circumdata turba*.] id est, stipata gregibus custodum. vers. 23. eleg. 8. sup. vbi vide adnot. & *vadere* verbum est confidentiæ. *Circumdata*, vt el. I. lib. 2. B

—— circundata colla catenis.

Ingenti turba, magna, frequenti. Festus: *Ingens dicitur augendi consuetudine, vt in lamare, inuocare. quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valdè magnum.*

Nec *digitum angusta est inseruisse via.*] Non est, non licet. ἐκ τοῦ ἔστι. vide adnot. ad eleg. 10. lib. 2. vers. 21. *Inseruisse digitum*, non manu præhendisse, sed vel digito contigisse. sic eleg. 5. sup.

Musarumque choris implicuisse manus.

vide illic adnot. *Inseruisse*, pro inserere. enallage, vt eleg. I. lib. I. *Potuit domuisse*, Terent. Eaul. sc. 3. act. 3. *Vtdine ego te modo manum in sinum huic meretrici inserere.* Sueton. in Galba cap. 20. *Miles (quia capillo præ caluitio arripere non poterat) inserta pet os pollice ad Othonem detulit.* caput Galbæ.) *Angusta via*, quia custodum & comitum turba arctam faciunt. Tibull. eleg. 5. lib. I. C

Pauper in angusto fidus comes agmine turbæ
Subyicietque manus, efficietque viam.

aliud est Virg. I. Georg.

Angustum formica terens iter.

& 12. Æneid. *Angusta viarum.*

Nec *qua sint facies, nec qua sint verba rogandi*
Inuenias: cæcum versat amator iter.] id est, ne de facie quidem nosse potes, vel quia operta, vel quia fucata, & personata. *Nec inuenias*, quilibet iouenerit. ἄδηλον πρόσωπον. vt Virgil. 4. Æneid. *—— migrantes cernas*, &c. *Verba rogandi*, verba precantia Ouidio. Ea verba sunt eleg. 30. lib. 2. *Libeat tibi Cynthia*, Rogare verbum amatorium, vt eleg. 5. lib. I. D

—— Illa rogata venit.

verba autem deesse solent amantibus vt notatum ad illud eleg. 5. lib. I.

Et quæcunque voles fugient tibi verba querenti.

Cæcum versat amator iter, rectam non instat viam. Errat inops animi & rationis, quæ lux est mentis. it & redit, & sæpe reuertitur per viam cœcam, & ignotam. Allegoricè. quia videre non licet, quod amat. Eadem allegoria est eleg. 14. lib. 2. vers. 17. *Cæcum iter*, vt el. 27. lib. 2. vers. 6. *Cæca pericla*. vbi vide adnotat. *Occultum* dixit eleg. 11. sup. vers. 54. E

Quod *si iura fores, pugnasque imitata Laconum.*] id est, secuta exemplum certaminum Spartanorum. Quid *Iura* dixi ad vers. I. huius elegiæ, *Pugnas*, certamina ludicra. vt Virg. 5. Æneid. *Equemus pugnas*. vel quia patienda vulnera Pancratio, vt supra dixit. vel quia pugil à pugno. & pugnis olim & calcibus certabant. Donat.

Carior *hoc esses tu mihi, Roma, bona.*] cum sis mihi iam cara (quippe omnes omnium caritates patria complexa est) esses carior cómodo virginei Gymnasij. Si quid ergo ad caritatem patriæ potest, illud esset. sic el. 8. lib. I.

Illi carus ego, & per me carissima Roma.

Iura deinde *bona*, vt vers. I. & 2. huius elegiæ.

Cum tu alt i tam multa habeas. (vt eleg. sup.

Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.)

Tamen ob hoc bonum omnibus locis anteponereris.

AD ELEGIAM XV.

Sic *ego non vllos iam norim in amore tumultus.*] De hoc genere sermonis dictum supr. el. 6. vers. 2. Est adiurantis. *Norim*, sentiam & experiar. in vtramque partem dicitur. In meliorem eleg. vlt. lib. 4.

Omnes iam norunt quam sit amare bonum.

In deteriorem eleg. 5. lib. I.

Infelix properas vltima nosse mala.

Tumultus, pro turbis. vt contra *turbam* dixit, quod Horatius *tumultus* vocat, eleg. 3. sup.

—— medio maxima turba mari est.

vel, *prælia dura cum domina*. el. 5. sup.

Nec veniat sine te nox vigilanda mihi.

Sic fere Ouid. eleg. 3. lib. 3. Trist.

Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.

Tibull. eleg. 2. lib. I.

Cum fletu nox vigilanda venit.

vide plura eleg. 4. supra vers. 5. *Sine te nox*, vt eleg. 8. lib. I.

—— sine me dulcia regna negat.

Vigilanda, vt eleg. 20. infra:

Non habet vltores nox vigilanda Deos.

Ouid in ep. Medeæ:

Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ.

& 5. fast.

In multa nox est peruigilata mero.

Tibull. eleg 8. lib. I.

Est mihi nox multis euigilanda malis.

Vt *mihi prætexta pudor est velatus amictu.*] Scaliger legit, *exuelatus*. quod sanè eandem vim habet quod aliæ lectiones ad oram libri. *Est folutus. Est sublatus.* exuelare, vt exuere, exdorsuare, dorsum eximere: exfilare, exinfulare. Postquam, inquit, exui pudorem vna cum prætexta pueril. oam prætexta concessa pueris, vt ex purpuræ rubore, ingenuitatis pudore regerentur, inqoit Macrob. cap. 6. lib. I. Saturn. vbi multa de origine, vsque prætextæ. Ea à Thuscis. Festus in *Sardi*. Dionys. lib. 3. Straho lib. 5. Ita dicta quod ei purpura prætexeretur, vnde Græcis περιπόρφυρος dicitur. Prætextati vero erant magistratus, sacerdotes, pueri & puellæ ingenuæ, magistri vicorum. Tarquinius Priscus instituit, vt pueris prætexta & bulla daretur; quæ vtraque ponebatur sumpta virili toga, vt dicetur ad el. I. lib. 4. Prætextæ puellaris meminit el. vlt. l. 4.

Mox vbi iam facibus cessit prætexta maritis.

eius periphrasis apud Catullum in Ariadna:
——*vestis Candida purpurea talos incinxerat ora.*
Ostrum puerile vocat Statius 5. Syl. in Protreptico ad Crispinum.

Nec saltem teneris ostrum puerile lacertis
Exuit, albentique humeros induxit amictu.

Et *data libertas noscere amoris iter.*] Libera sumpta toga liberior mihi potestas viuendi fuit, quam ante cum ætas, metus, magister prohibebant. Sic Pers. sat. 5.

Totáque impune Suburra
Permisit sparsisse oculos mihi candidus vmbo.

Libertas noscere, vt eleg. 1. lib. 1. *Libertas loqui.* *Noscere iter*, vt eleg. 1. lib. 1.

Qua non vlla meum femina norit iter.

An adire, vt el. 6. lib. 1. *Adria mare noscere.* *Iter amoris*, vt Cicero ep. 2. lib 6. ad Att. *Nulla esse potest tanta* (occupatio) *vt interrumpat iter amoris nostri, & officij mei.* Plautus initio Persæ. *Qui amans egens princeps ingressus est amoris vias.* sic *mortis iter*, eleg. 7. sup.

Illa *rudes animos per noctes conscia primas*
Imbuit, heu nullis capta Lycinna datis.]

ꝏ *Illa*, vt de nota inter eos, qui loquuntur, licet subiiciat nomen. Dictum eleg. 6. sup.

Improba non vicit me moribus illa.

Conscia, & testis & particeps furtorum ac gaudiorum, vt eleg. 12. lib. 1. *Conscia Roma.* *Imbuit rudes*, me tyronem in amore eius rudimenta docuit. ductum à vasis nouis, humore primum imbutis, vt Horat. ep. 2. lib. 1.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu. Idem in arte:
Hæc animos aruo & cura pericli
Cum semel imbuerit. ipse el. 11. lib. 4.
Imbuis exemplum primæ tu Romule palmæ.

vide Nonium in *imbuere* duobus locis. *Imbutum, quod rei cuiuspiam succum bibit. vnde infantibus, an velint bibere, dicentes, Bu syllaba contenti sumus.* *Rudes animos*, Imperitos rei venereæ, vt eleg. 9. libr. 1.

Atque vtinam posito dicar amore rudis.

sic Ouid. 4. Fast. *iuuencam*
Mactarunt operum coniugiique rudem. Ibid.
Illa rudes animos hominũ cõtraxit in vnũ. (Venus)

huc facit illud Mart. ep. 79. lib. 10.

Ergo suburranæ tyronem trade magistræ.
Illa virum faciet, non bene virgo docet.

Per noctes primas, primis congressibus huius militiæ. *noctes*, concubitus, vt notatum eleg. 6. sup. *Noctibus illorum dormiet ipsa Venus.* *Per noctes*, pro noctibus, vt eleg. 7. sup.

Ista per humanas mors venit acta manus.

ꝏ *Heu* non est dolentis, sed admirantis, & laudantis, vt eleg. 29. lib. 2. vers. 30. Sic Io, & lætantis est, & dolentis. *Capta datis*, victa muneribus. significat noctes gratuitas fuisse, vt eleg. 10. libr. 2.

Nec mihi muneribus nox vlla est empta beatis.

Capta datis, vt Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Muneribus meus est captus puer. Ibid.
Diuitiis captus si quis violauit amorem.

Lucret. *Capi promeritis.* Ouid.

Carminibus doctæ, pretio capiuntur auaræ.

Datis, muneribus. Plaut. Asin. sc. 1. act. 1.

A *Non suppetunt dictis data.* & sc. 3. act. 1. *Hac lege dum superes datis.* & sc. 2. act. 3. *An verba blanda aurum esse rere? dicta docta pro datis.* & Pseud. sc. 3. act. 1. *Nemo est vsui amator, nisi qui perpetuat data.* Auson. *Vince datis ambas.*

Tertius, *haud multo minus est cum ducitur annus.*] Sic Seneca ad Marciam: *Tertius iam præterit annus, cum &c.* *Haud multo minus est*, paulo minus, circiter. sic Plaut. Trinum. *Minus quindecim dies sunt. quod &c.* *Cum*, ex quo. vide eleg. 20. lib. 2.

Septima iam plena deducitur orbita luna,
Cum de me &c. vbi, *deducitur.* vt hic *du-*

B *citur*, id est, vertitur, vt eleg. 25. lib. 2.

Quam caræ semel in toto nox vertitur anno.

ex hoc loco ætas Propertij cum hæc scriberet, sumpta virili toga anno 14. amauit Lyciniam fere vnum aut alterum; deinde fuit triennium cum Cynthia. vix igitur natus annos 21.

Vix, *memini, nobis verba coisse decem.*] Sic Ouid. in ep. Hermionæ:

Et longæ noctes, & iam sermone coimus.

Coire, coniungi, conuenire, vt el. 7. sup.

Tot coiere mala. vt ergo conuenire, pro colloqui, sic *coire verba dicuntur*, vt *serere*, & *conserere verba*, vnde sermo. Plaut. Curc. *Mihi sermonem serat seruus.* sic Corn. Tacit. *Consociare vo-*

C *cem.* *Nobis*, inter nos, vt eleg 10. sup.

Sit sors & nobis. ꝏ *decem.* id est, pauca.

Cuncta *tuus sepeliuit amor; nec femina post te*
Vlla dedit collo dulcia vincla meo.]

id est. Ea omnia interierunt, & amplius nulla sunt. post te nulla femina me amplexa est artissimè hærens ceruici. vt Catull.

Tecum vna tota est nostra sepulta domus.

Plaut. Mostell. *Vbi somnum sepeliuit omnem.* & Cistell. *Vt facias stultitiam sepelibilem.* & Amphitr. *Spes & opes sepultæ.* Terent. Phorm. *Nullus sum.* mox. *sepultus sum.* Cic. pro lege Manilia. *Bellum aduentu Pompeij sublatum ac sepultum.*

D & 2. Tusc. *Amittenda fortitudo est, aut sepeliendus dolor.* contra Virg. 4. Æneid.

Viuit sub pectore vulnus. & Plaut. *Viuit infamia.* *Nec vlla femina &c.* Nam eleg. 12. lib. 1.

Cynthia primo fuit, Cynthia finis erit.

Post te, vt eleg. 15. lib. 1.

Hipsipyle nullos post illos sensit amores.

Dedit vincla dulcia collo, Sic Horat. oda 9. libr. 3.

Brachia candida ceruici iuuenis dabat. Dare, pro circumdare iniicere. *Vincula*, vt eleg. 13. lib. 1.

Vidi ego te toto vinctum languescere collo.

Dulcia, vt eleg. 30. lib. 2. *Dulcia furta.*

Testis *erit Dirce tam vero crimine sæua*

E *Nycteos Antiopen accubuisse Lyco.*]

Fabula est apud Apollod. lib. 3. vt grauida compressu Iouis ad Epopeum cõfugerit cui nupsit; Nycteo patre ei comminante, & vltionem Lyco mandante nouissimis verbis, qui Epopeo interfecto Antiopen habuit in vinculis, vbi eius vxor Dirce eam torquebat. & Higin. Fab. 7. & 8. Plaut. Pseud. sc. 2. act. 1. *Tam sæua*, valdè sæua, & acerbè tractans pellicem, vt eleg. 9. sup. *Tam faciles insinuentur opes.* *Crimine*, stupri accusatione. Crimen, pro stupro eleg. 6. lib. 2. *Tu criminis auctor.* vide illic. *Nycteos An-*

tiopen, vnde *Nyctëida* vocat eleg.2. lib.1. vide Pausan. *Accubuisse Lyco*, cum eo composuisse latus, vt loquitur eleg.2. lib.2. vers.12. Pro *Lyco* alij libri habent, *Ioui*; quod verum est ex fabula, nam ex eo peperit geminos, vt mox dicturus est. Sed Higin. Fab.7. hanc lectionem confirmat his verbis. *Antiopa stuprata ab Epopeo à Lyco viro suo eiecta est. hanc viduam Iuppiter compreßit. at Lycus Dircen in matrimonium duxit, cui suspicio incidit, virum suum clam cum Antiopa* (captiua) *concubuisse*. &c. Lycus Thebanorum Rex Higin. & Apollod. locis antedictis. Frater Nycteos, cui & regnum reliquit. Higin. Fab.8. ab Amphione & Zetho interfectus est.

Ah *quoties pulchros vßit regina capillos*.] id est. Sæuiit in pellicem etiam flammis, capillos vrendo. vt eleg. 8. sup. *Oculos exurere.* vbi & *Inuadere capillos*. Tibull. eleg.vlt. lib.1.

Illic percußisque genis, vstoque capillo.

eleg. 9. lib. eiusd.

Iam mihi persoluet pœnas, puluisque decorem
Detrahet, & ventis horrida facta coma.

Vretur facies: vrentur sole capilli. Ouid. in ep. Briseid. *Nunc meos coram scindi patiare capillos.* Cum inquit *Pulchros capillos*, εὐπλόκαμον & καλλίκομον significat.

Molliaque *immites fixit in ora manus*.] id est. Teneram eius faciem & genas vnguibus appetiit. sic eleg.9. lib.4.

Phyllidis iratos in vultum coniicit vngues.

Immites, duras: nam mite, molle. vnde sæuas vult intelligi. sic eleg. vlt. lib.4.

Non minus immites habui Cornelia Parcas.

Proprie Horat. *Tolle cupidinem Immitis vuæ.* idem translatè: *Memor immitis Glyceræ.* vide Nonium in *Mitis.*

Ah *quoties famulam pensis onerauit iniquis*.] Id est. Lanam ei putandam dedit maioris ponderis, quam vt opus diurnum facere posset. Sic eleg.7. lib 4.

Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis.

Onerare pensis, vt eleg. 30. libr. 2. *Onerentur legibus aures.* Terent. Andr. *Onerare iniuriis.* Cic. 2. Philipp. *Onerare contumeliis.* & in ep. *Onerare mendaciis.* *Iniquis pensis*, vt Virg. 1. Georg. *& iniquo pondere rastris.* & 3. Georg.

Iniusto sub fasce viam dum carpit. Ipse eleg.7. lib.1. *Iniustas minas*, graues. sic Tibull. eleg. 3. lib.1. *At circa grauibus pensis affixa puella.*

Famulam, captiuam. nam expugnata Sicyone, quo confugerat, Lycus abduxit captiuam. *Famel* Oscè, seruus. vnde *Famuli*, & *familia*, & *famulitium* Festo. & *famulitas* Nonio. itaque sequitur mox.

Si Deus es, tibi turpe, tuam seruire puellam.

Et *caput in dura ponere iußit humo*.] Id est. Coëgit humi iacere, vbi dura illi, & inqoieta quies. *Iußit*, coëgit. dixi ad eleg. 33. libr.2. vers.9. *Ponere caput.* est dormiturientis. Virg. 5. Æneid.

Pone caput, fessosque oculos furare labori.

& 3. Æneid. *Ceruicem inflexam posuit.* Plaut. Curc. *Caput deponit, condormiscit.* *In humo dura*, vt Ouid. eleg 10. lib. 3. Am.

Ergo ego sustinui foribus tam sæpe repulsus
Ingenuum dura ponere corpus humo.

ea est *dura quies* eleg.18. libr.1. vers.28. Seneca cap 10. de Consol. ad Elbid.

Maiores nostri quibus terra cubile erat.

Sæpe *illam immundis passa est habitare tenebris*.] Id est. Esse in obscuro & squallido sustinuit, vt erat duro ingenio. vt contra eleg.18. libr. 2.

At non Tithoni spernens senectam
Desertum Eoâ passa iacere domo est.

Immundis tenebris, tetro & pædido carcere, vt Virg.6. Æneid. *Clausi tenebris, & carcere cæco.* Sic eleg.5. lib.4. *Immundo pallida mitra situ.* Quia autem hic ait, *Immundis*, & sup. *Ponere caput in dura humo*; id respondet verbis Pacuuij in Antiopa apud Charis. lib.1. *Perdita illuuie, atque insomnia.*

Vilem *ieiunæ sæpe negauit aquam*.] Aquam negare immane est. *Vilem*, propter copiam, alioqui eius vsus pernecessarius, vnde ἄριστον ὕδωρ Pindaro. Sic Horat. sat.5. lib.1.

—— *venit vilißima rerum Hîc aqua.*

Tiboll.el. vlt. l.2. *Leuem gales qui tibi portet aquam.* Id est, vilem. Plaut. Rud. sc. 4. act. 2. *Cur tu aquam grauare, amabo, quam hostis hosti commodat.* Virg.7. Æneid.

—— *& cunctis vndamque, auramque patentem.*

Plato in Euthydemo. Τὸ γὰρ σπάνιον, ὦ εὐθύδημε, τίμιον· τὸ δὲ ὕδωρ εὐωνότατον ἄριστον ὄν, ὡς ἔφη Πίνδαρος, Rarum enim, ô Eothydeme, pretiosum. aqua tamen parabilissima est, & vilissimi pretij, licet optima, vt ait Pindarus. Idem lib.8. de leg. Aquam petendi à vicini ius nulli concedit, nisi qui in suo solo puteum foderit vsque ad cretam, & figulinam terram. vt hîc *vilem aquam*, ita & eleg.10. lib.2. *vilia tura* vocat. vbi vide adnot. dixit *Ieiunæ*, quia ieiunij comes sitis, & famelicos sitis torquet magis, quam incdia. vide el.5. lib.4. vers.4.

Iuppiter *Antiopa nusquam succurris habenti*
Tot mala? corrumpit dura catena manus.]

Id est. Opem non fers ferenti tot mala? *Nusquam*, pro non. Plaut. Terent. Donat. vt eleg. 12. libr. 2.

Euolat è nostro quoniam de pectore nusquam.

Succurrere, proprie subuenire, vt el.5. lib.1.

Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.

& eleg.16. lib.2. vers.13. *Habenti mala*, vt Plaut. Amphitr. *Magnum malum habebis, si hic suum officium facit.* & ibidem. *Habendum, & ferendum hoc onus cum labore.* Gell. cap. 9. libr.17. *Oculos ægros habere.* Catull. *Hunc habet morbum.* Ipse eleg. 1. lib.1. *Aduersos semper habere Deos.* & eleg. 11. lib.3. *Habere metum.* *Tot mala.* vnde Pacuuius apud Persium sat.1.

Antiopa ærumnis cor luctificabile fultu.

Corrumpit manus, vt eleg.4. lib.2.

Et sæpe immeritos corrumpas dentibus vngues.

Cæsar de bello cioili. *Corrupti equi macie.* Ipse sic dixit eleg.7. sup.

Et duro teneras lædere fune manus.

Dura catena. vt Ouid.

Ianitor indignè dura religate catena.

Catenam paulo post *Manicas* vocat.

Si *Deus es, tibi turpe, tuam seruire puellam*.] Id

est. Amicam tuam ancillari, & captiuam esse turpe tibi; nam diceris ancillam amasse. *Si Deus es*, cum Deus sis. Ouid. 13. Met.

Quæ, si Dij sunt, non vana precaris.

Virg. 1. Æneid.

Dij tibi, si qua pios respectant numina.

Deum autem Iouem non esse tacitè indicauit eleg. 1. sup.

Idæum Simoënta Iouis incunabula parui.

vt Horat. de Quirino:

Quæque carent ventis, & solibus ossa Quirini

Nefas videre &c. Iouem autem suum solet irridere, vt eleg. 11. supra. vers. 28. & 66. eleg. 3. vers. 12. eleg. vlt. libr. 2. vers. 18. & eleg. 24. infra vers. 20. Qui ancillas amat dicitur *Ancillariolus* apud Mart. libr. 12. ep. 58. de eo Horat. oda 4. lib. 2.

Ne sit ancillæ tibi amor pudori.

Turpe, vt Ouid. eleg. 17. lib. 2. Am.

Si quis erit, qui turpe putet seruire puellæ;
Illo conuincar iudice turpis ego.

INVOCET *Antiope, quem nisi vincta, Iouem?*] Id est. Cuius opem imploret, nisi Iouis amatoris sui, & ex quo geminos peperit, vt ab eo soluatur?

SOLA *tamen, quæcunque aderant in corpore vires,*
Regales manicas rupit vtraque manu.]

Higin. Fab 7. contra. Postquam partus instabat, effugitè vinculis Iouis voluntate in montem Cytheronem. & Apollod. lib. 3. τῶν δεσμῶν αὐτομάτως λυθέντων. vinculis vltro solutis, & ad filiorum, ait se domicilium contulisse. *Sola tamen*, subaudi Quamuis. vt eleg. 7. sup.

Flens tamen extremis dedit hæc mandata querelis.

Quæcunque, pro quantulæcunque, quia vires attritæ erant vinculis, & inedia. Sic eleg. 4. libr. 1.

Quid me non pateris vitæ quodcunque sequetur.

Id est, quantulumcunque. *Rupit manicas*, vt eleg. 20. lib. 2.

Aerratas rumpam, mea vita, catenas.

Manica à manu. Plaut. Asin. *Vbi manus manicæ complexa sunt.* Non. in *Manica*. *Regales*, Inditas sibi Regis & Reginæ iussu. Coro. Fronto: *Regium, quod regis est; Regale, quod rege dignum.* Sic *Mensæ regales. Regalis luxus. Regalia arma* eleg. 4. libr. 4. *Vtraque manu*, vi summa. vide adnot. ad eleg. 3. sup. vers. 36.

INDE *Cytheronis timido pede currit in arces.*] Id est, Iuga & vertices, quia inde arceri hostes facilius possunt. vt eleg. 5. sup. *Mundi arces*, cœlum ipsum altissimum vocat. Virg. 2. Georg.

Septemque vna sibi muro circundedit arces.

quæ ipse eleg. 11. sup. *Septem iuga* vocat. Idem 4. Georg. *Rhodopeiæ arces*, montes Thracij, Hæmus & Ismarus. & 3. Æneid. *Caulonisque arces. Timido pede*, ipsa timida, vt eleg. 25. lib. 2. *Inuitus ipse redit pedibus.* De Cytherone dictum eleg. 2. sup. vers. 5.

NOX *erat, & sparso triste cubile gelu.*] Sic Ouid. 1. Fast.

Nox erat, & vino somnum faciente iacebant.

Nox erat. Ideo fugæ maior occasio. *Triste cubile*, durum & frigidum, ipsa terra. sub Dio enim iacere cogebatur. sic sup. Iussa erat po-

A nere caput in dura humo. hoc triste & durum cubile, cui accessit etiam gelu, quod tristes homines reddit, vt Virg. *Tristem hyemem* vocat.

Et cum tristis hyems etiamnum frigore saxa
Rumperet. Ao loquitur de ipso solo montis? Sic Virg. 3. Georg. de tauro: —— *& inter*
Dura iacet pernox instrato saxa cubili.

Idem 9. Æneid.

—— *durumque cubile Inarime.*

Triste cubile, vt *Tristis domus* sup. eleg. 6. *Gelu*, vt eleg 6. lib. 1.

Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

Sparso, vt Ouid. in ep. Ariadnæ:

B *Tempus erat vitrea quo primum terra pruina*
Spargitur. An est hypallage, pro, Sparsum cubile tristi gelu? Attius Prometheo apud Nonium. *Tum profusus flamine hyberno gelus.*

vt hîc *Sparsum.* Afranius epist.

Quæ in et ventoso in loco
Soleatus intempesta nocte, sub dino
Aperto capite, silices cum findat gelus.

Palmerius legit, *passo gelu*; quia passa & arida facit omnia. vt *passi senes* Lucillio. & Horatio

Rugosus frigore campus.

SÆPE *vago Asopi sonitu permota fluentis.*] Id

C est, perterrita. Permotiones Ciceroni perturbationes in quibus metus & terror. Est autem hypallage, *Vago sonitu Asopi.* pro, vagi Asopi. nam vaga flumina, vt eleg. 20. lib. 1.

Vago fluminis hospitio. Sonitu fluentis, labentis cum murmure. vnde *fluentisonus*. Catull. in Ariadna. sic Virg. 12. Æneid.

Stagnis qua, fluminibusque sonoris
Præsidet. Homer. Il. 6. ποταμὸν κελάδοντα. Theocrit. in Encomio Ptolomæi:

Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.

In Sibyllæ acrostich. Σὺν πηγαῖς ποταμοὶ καχλάζοντες λείψουσι. Asopus autem Straboni lib. 8 flu-

D uius est præter Thebas fluens, & Cytheronis radices alluens, vt idem ait libr. 9. & libr. 8. plures eiusdem nominis enumerat. vide Callimachum hymno in Delum vers. 78. & Schol. fluuij Asopi filia Antiopa. Pausan. Corinth.

CREDEBAT *domina ponè venire pedes.*] Id est. Credebat, licèt falso, ipsam dominam Dircen à tergo venire. vel, Credebat illum sonitum fluminis esse pedum dominæ venientis, & sequentis, vt retraheret fugitiuam. Virg. 2. Æneid.

Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum. Ibid. *Subito cum creber ad aures*
Visus adesse pedum sonitus. Ennius Thyeste

E apud Nonium in *Crepare*, pro ferire.

Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat.

Ouid. 5. Met. In fabula Arethusæ:

Vidi præcedere longam
Ante pedes vmbram, nisi si timor illa videbat.
Sed certè sonitusque pedum terrebat.

Tibull. eleg. 6. lib. 1.

proculque Cognoscit strepitus me veniente pedum.

& eleg. 8. —— *quodcunque mouetur,*
Illius credo tunc sonuisse pedes. vide Horat. oda 23. libr. 1. de inani terrore. *Pone.* ὄπισθεν. Modo præpositio est, vt in Plauti Curcul. *Nequeo quod pone me est seruare.* Ibid. *Pone ædem*

Castoris. modo aduerbium, vt hîc. & Virg. 2. Æneid. *Pone subit coniux.* &, *Pars cætera pontum Pone legit.* id est, retro, inquit Seruius. Apud Festum. *Pone graui sono antiqui vtebantur pro loci significatione. Dixit & Cato pone versus, & pone versum.* Charis. lib. 2. *Venire pedes* vt eleg. 12. lib. 2. *Molliter ire pedes.*

> E t *durum Zethum, & lacrymis Amphiona mollem*
> *Experta est stabulis mater abacta suis.*]

Si τὸ *lacrymis* iterandum est; ita *durum lacrymis* cum tertio casu, vt Virg.

> *Scipiadas duros bello,*

& significat, qui vix flere posset. vel *durum* simpliciter, sæuum; eo enim fuit ingenio Zethus, vt Amphion miti; Ille pastor, hic Citharœdus. Apollodor ζῆθος ἐπιμελεῖτο βουφορβίων: curam gerebat armentorum, siue Armentarius erat. Horat. ep. 18. lib. 1.

> *Nec cum venari volet ille poëmata panges,*
> *Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque*
> *Zethi dissiluit, donec suspecta seuero*
> *Conticuit lyra, fraternis cessisse putatur*
> *Moribus Amphion.*

Mollem lacrymis: qui facile casibus aliorum illacrymaret, ingenio mitem ac misericordem. vulgo, *Tendre à pleurer.* ἀρίδακρυς Αμφίων, ζῆθος ἀδάκρυτος Exstat Græcorum prouerbium apud Zenodotum: Αγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. boni viri lacrymabiles. Contra Horat. od. 14. lib. 2.

> *Illacrymabilem Plutona.* vocat. & Virg 4 Æn.
> *Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?*
> *Nũ lacrymas victus dedit? aut miseratus amãtem est?*

Homer. od. δ. ἄκλαυτον vocat, eum qui non plorat. & Il. ν. ἀδακρυτόν. *Mollis lacrymis*, vt eleg. 7. lib. 1. *Fata mollia carminibus.* & *mollis ad arma* eleg. 3. lib. 2. Ouid. 4. Fast.

> *Flent pariter molles animis virgoque, senexque.*

& r. de rem. Am.

> *Mollibus est oculis, quod fleat illa refer.*

Iuuenal. sat. 15. *mollissima corda*

> *Humano generi dare se natura fatetur,*
> *Quæ lacrymas dedit.*

Experta, sensit. eleg. 13. sup. vers. vlt. *Abacta stabulis.* at recepta & admissa non est. nam Zethus recipere noluit, quia fugitiuam arbitraretur. Higin. Fab. 8. ergo dictum vt *Deiectus* apud Cic. pro Cæcina, qui non ingressus in fundum, & *exclusus*, qui prohibitus ingressu. *Abacta*, vt de armento loquitur eleg. 10. lib. 4. *Egerat à stabulis.* Abigere verbum furti pastoritij. vnde *abigei*, & *abactores*, & *abigeatus crimen.* Donat. in illud Adelph. *Abigam hunc rus: vt pecudem*, inquit, *dixit abigam, non hominem.* Sed & *abactus*, prohibitus, vt Horat. od 5. epod.

> *Abacta nulla Veta conscientia.*

& sat. 2. lib. 2. *Necdum omnis abacta*

> *Pauperies epulis regum.*

Abigere partum etiam excludere, & necare Iurisconsultis & Sueton. at Virg. 8. Æn. *Medio iam noctis abacta Curriculo.* id est exactæ. De hac re Pacuuius Antiopa, apud Nonium in *Amolior. Nonne hinc vos properè stabulis amolimini.* verba Zethi opinor matrem ignotam repellentis. & apud eundem Nonium in *Mitiabiliter*: *Mitiabiliterque mereparc dictis sauis incipit.* *Suis.* vel illorum: vel

A quia filia Regis Thebanorum Nycteos, & vxor quondam Lyci.

A c *veluti magnos cum ponunt æquora motus.*] Id est, cum moueri desinunt, & tranquillantur. dixit eleg. 10. sup.

> *Ponat & in sicco molliter vnda minas.*

vbi vide adnot. *Motus*, Horat. æquoris fremitum. & Ægæos tumultus dixit. Ouid 2. Fast.

> *Vt solet à magno fluctus languescere flatu.*

E v r v s *in aduersos desinit ire notos.*] Id est, congredi & præliari nam ire in aduersos id significat, vt Virg. 11. Æneid.

> *Imus in aduersos, quid cessas.*

B De prælus ventorum Horat. oda. 9. lib. 1.

> *Strauere ventos æquore feruido*
> *Depræliantes.*

Aduersos, pro diuersos posuit. Nam Euri & noti affines, vnde Euronotus. de Euro vide plura el. 5. lib. 3. vers. 30.

L i t t o r a *sic tacito sonitus rarescit arena.*] Scaliger legit. *Littore si tacito*, nec explicat. *Littore tacito*, nam littora in tempestate sonant. vnde Virg. 1. Georg. *Resonantia latè Littora misceri.* Et Catull. *Littus vt longè resonans.* τὸ *Sic* non est aduerbium similitudinis, nam alterum *Sic* sequitur. sed vel temporis pro tunc: vel qualitatis pro omnino. Donat. in Andr. docet sic interdum esse αὔτως, pro ὄντως;
C leuiter, negligenter, languidè. ipse el. 20. lib. 2.

> *Quid quereris nostram sic cecidisse fidem?*

pro Adeo, & prorsus. ita accipitur pro valdè el. 10. sup.

> *Natalisque tui sic peragamus iter.*

id est, hilare el. 12. sup.

> *Errorisque sui sic statuisse modum.*

pro tandem. *Rarescit sonitus.* rarius fit murmur in arena fluctibus iam sedatis. Contra Virg. 2. Æneid. *Crebescunt sonitus.*

S i c *cadit inflexo lapsa puella genu.*] Id est, Liquitur, defecta viribus & defessa ruit, vt eleg. 3. lib. 1. *Fessa concidit.* Mira comparatio, vt desinente tempestare fluctus fracti, & fessi
D cadunt, & venti: sic fessa cadit Antiopa. διὰ τὸ αὐτὸ, *Lapsa cadit*, vt el. 4. lib. 4.

> *Ipsaque in Oceanum sidera lapsa cadunt.*

Vetus poëta apud Cic. 3. Tusc. *Vt scias quãto è loco, Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna occidit.* Furius apud Macrob. *Lapsusque in humum defluxit.* *Genu inflexo*, vt el. 9. sup. vbi vide adnot. vers. 6.

S a r a , *tamen pietas, natis est cognitus error.*] Vide adnot. ad el. 4. sup. vers. 5. *Pietas*, officium in matrem, in ea agnoscenda, & vlciscenda eius iniuria. *Cognitus error*, Intellexerunt se deceptos.

E D i g n e , *Iouis natos qui tueare, senex;*] Eadem formula loquendi Cic. 3. Offic. *Dignus qui cum in tenebris mices.* *Tueare*, educes & custodias. *Senex*, pastor scilicet, qui reperisti paruulos, educasti, & certiores fecisti eos, Antiopen esse illorum matrem. Higin. fab. 8. sic *vester senex*, de Epicuro el. vlt. lib. 2. *Iouis natos.* Διὸς κούρους. apud Pausan. Corinth. Iouis & Epopei filij dicuntur ea Antiopa. *Duo gnati Iouis* vocantur à Plauto in Pseud.

> T v *reddis pueris matrem, puerique trahendam*
> *Vinxerunt Dircen sub trucis ora bouis.*]

Sic Plaut. Pseud. sc.2. act.1.

-eras te quasi Dircen olim (vt memorãt) duo gnati Iouis
Ad taurũ deuinxêre, sic hodie te stringam ad carnariũ.
Id tibi profectò taurus fiet. Hig. Fab. 7. *Qui postquam matrem agnouerunt Dircen ad taurum indomitum deligatam vita priuarunt; ex cuius corpore fons in Cytherone natus est, qui Dirceus est appellatus. Libero beneficio, quod eius baccha fuerat.* Idem Fab. 9. *Dircen ad taurum crinibus religatam necant.* Apollodor. libr. 3. τὴν δὲ Δίρκην ἔδησαν ἐκ ταύρου θανοῦσαν ῥίπτουσιν εἰς κρήνην τὴν ἀπ᾽ ἐκείνης καλουμένην Δίρκην. Ouid. in Ibin.

Perque feros montes tauro rapiente traharis,
Vt tracta est coniux impetiosa Lyci.

Tu reddis, restituis, vt è periculo, & vt rem caram copieotibus. Donat. io illud Eunuch. *Vt suis restitutam, ac reddam: Restituimur iis quibus nos volumus: Reddimur ijs qui nos volunt. Restituimus volentem: Reddimus volentibus.* Cic. 2. ad Att. *Te vacuum redde nobis.* Horat. sat. 1. lib. 1.

——Medium roget, vt te
Suscitet, ac reddat natis, carisque propinquis.

Pueris pro liberis, vt *Semeles puer* Horat. quæ significatio addeoda ad tres quas commemorat Paulus l. *Pueri.* De verborum sign. huc pertinet versus Pacuuij ex Antiopa apud Nonium in *propages:*

Salucte gemini mea propages sanguinis.

Sub trucis ora bouis, ad ceruices indomiti tauri vt vocat Higin. Plautus simpliciter taurum, & Apollodor. & Ouid. locis antecitatis. *Trucis bouis.* vide adnot. ad eleg. vlt. lib. 2. vers. 50.

ANTIOPE *cognosce Iouem, tibi gloria Dirce*
Ducitur in multis mortem habitura locis.]

Id est, vim numinis & opem agnosce, & fatere Iouem Deum esse. &c. sic Virg. ecl. 1.

Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.

& lib. 12. Æneid. *Accipio agnoscoque Deos.* & 2. Georg.

Fortunatus & ille Deos qui nouit agrestes.

Cognoscere, inquit Donatus, *est plena perspicacia. Tibi gloria Dirce ducitur*, tibi veluti triomphus de hoste. & *gloria* cum tertio casu, vt adnot. eleg. 9. sup. vers. 9. & τὸ *tibi* iterandum. *Tibi gloria, tibi ducitur.* id est, in vltionem iniuriæ tuæ. *Ducitur*, pro rapitur & trahitur, ἄγεται. sic Iuuenal. sat. 10. *Seianus ducitur vnco.* Contra eleg. 3. lib. 4. *Tractu*, pro doctu. Ducuntur autem iudicati & damnati, vt Cic. 2. de Orat. *Qui iudicatum duci videbat.* Ducitur & ad supplicium, & in triumphum, vt eleg. 6. lib. 4. *Ductus erat per quas ante Iugurtha vias.*

Mortem habitura in multis locis, vel interitura multis in locis: vel cuius mors, id est, funus lacerum mille locis spargetur. De morte pro funere dictum ad eleg. 13. lib. 2.

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

Cic. pro Mil. *Mortem lacerari.* Virg. 9. Æneid.

——aut qua nunc artus, auulsaque membra,
Et funus lacerum Tellus habet. & 4. Georg.
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.

& 8. Æneid.

Raptabatque viri mendacis viscera Tullus
Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.

Ouid. 3. Met. *Mille lacer sparsere locis.*

A & eleg. 9. lib. 3. Trist.

Atque ita diuellit, diuulsaque membra per agros
Dissipat, in multis inuenienda locis.

Mortem habitura, vt sup. *habentis tot mala.* & Ouid. 13. Met.

Viueret, aut certè letum sine crimine haberet.

PRATA *cruentantur Zethi, victorque canebat*
Pæana Amphion rupe, Aracynthe, tua.]

At in Cytherone tracta Higino, & Ouidio in Ibin. *Per feros montes*, locis antecitatis. Beroaldus videtur legisse *Zetho*, quia exponit, à Zetho. *Prata Zethi*, in quibus armenta pascere solebat. *Cruentantur*, cruore inficiuntur. vt el.

B 9. libr. 4.

Imponitque notam collo, morsuque cruentat.

Victor canebat Pæana, quamuis

——nullum memorabile nomen
Feminea in pœna; nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas.

Ipse autem suæ victoriæ Amphion præco, vt galli gallinacei apud Plin. cap. 21. libr. 10. qui statim io victoria canunt, seque principes esse testantur. Ciceroni hoc turpe videtur ep. 12. libr. 5. ad fam. & Neroni apud Sueton. *Pæana canebat*, vt Virg. 2. Æneid.

Lætumque choro pæana canentes. vbi Seru. *laudes*

C *Apollinis*, inquit, *Propriè: abusiuè omnium Deorum.* Varro libr. 15. rer diuin. apud Macrob. lib. 3. Saturn. *Quod Græci παιανίζειν, Latini vitulari, quod est voce & cantu lætitiam testari.* Ideo Virg. dixit *lætum pæana.* & vitula, victoria. Suidas Pæanum duo genera facit: vnum quod Marti ante victoriam canebatur: alterum post prælium Apollini. Plato vero libro 2 de legibus Pæana testem veritatis dictorum ac factorum iubet à secundo choro inuocari. Iul. Pollux & in auersione & depulsione malorum, & in victoria docet Pæana cani solitum Apollini. qui παιὰν dicitur vel ἀπὸ τοῦ παίειν, à feriendo

D & configendo Pythone. Dicitur & παιωνίζειν quod Aristophanis interpres explicat ὕμνον παιᾶνα ᾄδειν. aliis dicitur Pæan ille hymnus ἀπὸ τοῦ παύω, cessare facio, quod in sedenda peste caneretur, quasi παύαν vnde nostris genus choreæ, *la pauane. Rupe, Aracynthe, tua.* vt eleg. 30. lib. 2. *Scopulis herere sorores, Et canere.* & apud Virg. ecl. 1. de rupe pastor videt capras. Aracynthus mons Bœotiæ mari proximus, vnde dicta Minerua *Aracynthia*: Stephan. πρὸς παλαιῶν. Plin. cap. 2. lib. 4. Aracynthum in Acarnania ponit Ætoliæ parte. Virg. ecl. 2.

Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

E Alloquitur hîc poëta Aracynthum vt eleg. 5. sup. *Clade, Corinthe tua.*

AT *tu non meritam parcas vexare Lycinnam.*] Id est. Innocentem parcius vexes: vel omnino vexare, & male habere desinas. vt eleg. 15. lib. 1.

Oblitos parce mouere Deos.

Non meritam. Sic Ouid. el. 6. lib. 1. Trist.

Sic ego non meritos, mecum peritura, libellos
Imposui rapidis, viscera nostra, rogis.

Ipse eleg. 29. lib. 2.

Hæc te non meritum totas exspectat in horas.

NESCIT *vestra ruens ira referre pedem.*] Id est, vos iratæ nescitis &c. vt el. 19. infra.

Nescitis captæ mentis habere modum.

Vestra ira, vt eleg.9. lib.2.

Quam cito fœminea non constat fedus in ira.

Catull.

Dum tibi me purgo, nec possum flectibus vllis
Tantillum vestra demere sæuitiæ.

Ouid. in ep. Penelopes. paulo aliter:

Hæc ego dum stultè meditor, quæ vestra libido est:
Esse peregrino captus amore potes.

Vestra ira, vos iratæ. vt eleg.18. lib.1.

Non ita sæua tamen venerit ira mea.

Ruens ira, quæ cæco fertur impetu, & præceps, & impotens. De iræ impotentia Horat. oda 16. B lib.1. & Ouid.2. de arte am.

Sed neque fuluus aper media tam sæuus in ira est,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes.
Nec lea cum catulis lactentibus vbera præbet,
Nec breuis ignaro vipera læsa pede.
Femina quam socij deprensa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum, flammasque ruit, positoque decore
Fertur, vt Aonij cornibus icta Dei.

Ciceroni sæpe ruere, est præcipitem ferri. & *præceps sermo*, est qui referre pedem, & reuocare non potest. *Nescit referre pedem*, non potest reuocari iræ impetus. Ita Virg. *Reuocare gradum.* C & 4. Georg.

Ille pedem referens casus euaserat omnes.

& 11. Æneid. *Vestigia retulit.* vt *ferre pedem*, ingredi: Referre pedem, redire.

FABVLA *nulla tuas de nobis concitet aures.*] Ipse eleg.32. lib.2.

Nuper enim de te nostras me lædit ad aures
Rumor, vbi *Rumor de te*, vt hîc, *fabula de nobis*: & *lædit ad aures*, quod hîc, *aures concitet*. *Fabula*, populi sermo, & inuidorum, & fictum crimen. ipse el.13. l.2. *Populi confusa valeto fabula.* *De nobis*, vt el.20. lib.2. quæ tota io hanc sententiam: *De te quodcunq; ad surdas mihi dicitur aures.* D *Concitet aures*, commoueat, conturbet, incendat iracundia, vel zelotypia te audientem. Sic Cic. pro Murena. *Si nullius aures voluntatemque violauit.* Virg. *Aures vulneret.*

TE *solam & lignis funeris vstus amem.*] Sic eleg. 7. lib.1. *Tu mihi sola places.* &c.

Vstus lignis funeris, crematus, mortuus, rogo consumptus. ipse eleg.13. lib.2.

Cum cinerem me fecerit ardor. De lignis, quibus rogus exstruitur. Virg.6. Æneid.

Principio pinguem tædis, & robore secto
Ingentem struxere pyram.

Vstus, crematus vnde *vstrina*, & *vstor*, & *bustum.* E *Et amem*, pro, etiam amare possim. vel enallage pro, amabo. hac de re eleg.19. lib.1.

Illic (apud inferos) *quidquid ero semper tua dicar*
Traiicit & fati littora magnus amor. [imago.

Ibidem. *Non adeo leuiter noster puer hæsit ocellis*
Vt meus oblito puluis amore vacet.

& eleg.15. lib.2.

Huius ero viuus, mortuus huius ero.

AD ELEGIAM XVI.

NOX *media, & dominæ mihi venit epistola nostræ,*
Tybure me missa iussit adesse mora.]

A Sic Ouid. 2. Fast.

Noctis erat medium? quid non amor improbus audet?

Vet. gloss. *Media nox*, μεσονύκτιον. & alibi. *Media nox. Nox intempesta*, μεσονύκτιον. Varro apud Nonium? *Repente noctis circiter meridiem.* Virg. 4. Æneid. latè describit:

Nox erat; & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras; syluæque & sæua quierant
Æquora, cum medio voluuntur sidera lapsu. &c.

vide adoot. ad eleg.10. lib.1. vers.8.

Dominæ mihi venit epistola, Allatæ ad me æ sunt litteræ Cynthiæ. Stat.4. Sylu. ad Menea:

Protinus ingens non venit nuncia cursu
Littera. Iuuenal. sat.4.
Tanquam diuersis partibus orbis
Anxia præcipiti venisset epistola pinna.

& sat. 10.

Verbosa & grandis epistola venit A Capreis.

Ouid. in epist. Briseid.

Quam legis à rapta Briseide littera venit.

Cic. 2. ad Att. *Littera Capuam volare dicuntur.* & 6. ad Att. *volent mihi obuiam tuæ litteræ.* & ἐπιστέλλειν mitere est, vnde epistola. Et *venit Tibure*, & *Tibure iussit adesse.* Iubebant venire ad se rus amicæ. vnde Ouid.2. de arte amandi.

Rure erit, & dicet, venias. Amor odit inertes.
Si rota defuerit, tu pede carpe viam.

Dixit *adesse* non venire, vt celeritatem ostenderet & imperium: vnde *Ades ad imperandum.* Plautus. *Iam illic ero cum hîc me censebis esse.* Sic eleg.23. infra.

Aut dixit, venias, hodie cessabimus vna.

Tibure, vbi tum erat, & quo frequenter ibat Cynthia eleg.32. lib.2.

Curue te in Herculeum deportant esseda Tibur.

& illic sepulta Cynthia eleg.7. libr.4. vers.85. De Tibure. vide Stat. 1. Sylu. in Tiburtino Manlij. *Missa mora*, omissa omni cunctatione. Ouid. 2. Fast. dixit:

Posita venit vterque mora. Sic Virg.1. Æneid.
——mæstumque timore Mittite.

pro, omittite. Sic dicitur:

Rebus relictis aliquid facere.

CANDIDA *quà geminas ostendunt culmina turres*, Situm loci indicat, vt eleg.5. sup.

Quà venit exoriens. &c. *Candida culmina* Beroaldus Cynthiæ columbaria exponit, quod in turribus columbæ nidificent, iisque candidis. ridetur à Scaligero. fortasse Tiburis arcem eminentem geminis, caodidisque turribus significat. Iuuenal. sat.14.

Ædificator erat Centronius: & modo curuo
Littore Caietæ, summa nunc Tiburis arce:
Nunc Prænestinis in montibus alta parabat
Culmina villarum. & sat.3.
Aut proni Tiburis arce. Virg.7. Æneid.
Tela nouant Atina potens, Tiburque superbum.

Id est, altum. Strabo libr.5. Tibur & Tusculum scribit esse in Romæ conspectu. ergo cum videntur culmina candicantia, turres ipsas murorum è longe indicant. *Culmina*, summa ædificiorum, vt Virg. *Villarum culmina fumant.* Seruius quod culmo teguntur, ad illud Virg.

Congestum cespite culmen. Varro 4. de ling. Lat. *Turres à torvis, quod hæ prospiciunt ante alios.* Isidor. ib.15.

libr. 15. *Turres quod teretes procul videantur, etiamsi* A *quadratæ sunt.* πύργος Græcis, & ambitum muri significat, & πύργον & πύργωμα. Lapidem autem Tiburtinum commendat Strabo libr. 5. nescio an ex illo lapide candor culminum Tiburtinorum.

Et *cadit in patulos lympha Aniena lacus.*] Sic eleg. 20. libr. 1.

Siue Aniena tuos tinxerit vnda pedes.

Virg. 4. Georg.

Vnde pater Tiberinus, & vnde Aniena fluenta.

Id est, ipse fluuius Anio. Voluitur autem Anio, & præcipitat in lacus, & stagna subiecta. Stat. in Tiburtino Manlij: (Anienos) *Aut ingent in stagna cadit.* Ipse eleg. 7. lib. 4. B

Ramosis Anio qua pomifer incubat aruis,

Et nunquam Herculeo numine pallet ebur.

Horat. od. 7. lib. 1.

Et preceps Anio, & Tiburti lucus.

Strab. libr. 5. Τίβουρα μὲν ἐστι τὸ Ἡράκλειον ἔχον καὶ ὁ καταράκτης, ὃν ποιεῖ πλωτὸς Ἀνίων ἀφ' ὕψους μεγάλου καταπίπτων εἰς φάραγγα βαθεῖαν, ἢ κατάλσῆ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει. vide & Dionys. Halic. lib. 5. De Aniene præcipitante ad Tibur. Ouid. eleg. 5. libr. 3. Amor.

Nec te pretereo, qui per caua saxa volutus,

Tiburtis Arges soumifer arua regas. C

Patulos lacus, longè latéque patentes. Seru. ad illud ecl. 1. *Patulæ fagi. Patulum quod naturaliter per se patet, vt arbor, nares. patens quod aperitur & clauditur, vt ostium. Patulis quadris* Virg.

Pectinibus patulis Horat. Varro 4. de ling. Lat. *Patulus locus, cauum ædium. Patuli boues*, & *Patales*, quorum cornua in diuersum supra modum patent: Fest.

QVID *faciam? obductis committam mene tenebris.*] Sic Terent. Eun. sc. 1. act. 1. *Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem cum accersor vltro?* per dialogismum, inquit Donat. (in cōsilij inopia) & apud Menandrum sic notat. τί δ' ποιῶ. D Virg. *Heu quid agam?* sic ecl. 1. *Quid facerem?* & 4. Georg. *Quid faceret?* 9. Æn. *Quid faciat.* *Committam.* verbum periculosæ fiduciæ. vt in Eunoch. Terentij. *Ouem lupo commisisti.* Cic. ep. 8. lib. 16. *Te rogo ne te tam longæ nauigationi, & viæ per hyemem committas.* Seneca Troiade, *Victoria commissa nocti.* Ouid. 15. Met.

Ire per excubias, & se committere nocti.

Virg. 9. Æneid. *Fidere nocti.* Catull. ep. 51. *Audacter committe, crede luci*, prodi in lucem, vt Scaliger correxit. *Obductis tenebris*, tectis, cæcis, obscuris circumfusis. ipse eleg. 5. lib. 4.

Terra tuum spinis obducat lena, sepulchrum.

Horat. oda 13. epod.

Obducta soluatur fronte senectus.

id est, obscura. Virg. 10. Æneid.

Obductum verbis vulgare dolorem.

& 2. Æneid. *Obducta tuenti Nubes.* Cic. in Lucullo. *Conatus est clarissimis rebus tenebras obducere.* & 2. de Nat. Deor. *Animantes pluma, vel squama obducta.* An *obductis*, pro obducentibus & tegentibus omnia? *Mene*, Sæpe irati est, vel querentis. Virg. 1. Æneid.

Mene incœpto desistere victam.

hac de re Ouid. eleg. 6. lib. 2. Amor.

At quondam noctem, simulacraque vana timebam.

Mirabar, tenebris si quis iturus erat.

VT *timeam audaces in mea membra manus?*] Id est. Ita vt latronum tela formidem? *Vt*, pro, ita vt vide eleg. 11. sup.

Vt solidum cocto tolleret aggere opus.

Manus, vel dextras & vires, vel factiones & globos latronum. Ouid. el. 6. lib. 1. Amor.

Nec mora venit amor, non vmbras nocte volantes,

Non timeo strictas in mea fata manus.

Audaces in, vt Ouid. 10. Met.

——— *in Audaces non est audacia tuta.*

In mea membra, meipsum. vt eleg. 20. lib. 2.

Sint mea vel Danaes condita membra domo.

AT *si distulero nostræ mandata timore.*] Id est. Si moram mandatis fecero metu latronum. Obiectioni occurrit. hinc metus latronum, illinc metus & imperium dominæ. *Distulero*. nam antea dixit *Missa mora. Mandata* inquit quia præcessit, *Iussit. Mandata*, ergo iussa dominæ literis commissa vt eleg. 3. lib 4.

Hæc Arethusa suo mittit mandata Lycotæ.

NOCTVRNO *fletus sæuior hoste mihi.*] Id est. me magis cruciabit fletus. nam latrones interdum parcunt, vnde Cic. *Beneficium latronum.* At fletus minimè. De fletu peruigilanda nocte diximus ad eleg. sup. prox. *Nocturnu hoste.* Periphrasis latronum noctu grassantium. nam

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.

Sic *Fur nocturnus* Ciceroni & Virgilio. & hostem, pro latrone posuit, cum à Iurisconsultis distinguatur. l. *hostes. De Capt. & postlim. reu. & l. Caius. & l. quos nos hostes.* Nam ij sunt hostes, quibus publicè Pop. Rom. bellum indixit; ceteri latrunculi, & prædones. Sallust. in epist. Mithrid. *Latrones omnium gentium Romanos.* pro hostes, sed contumeliosius.

PECCARAM *semel, & totum sum pulsus in annum.*] Cum tamen primo peccato venia debeatur. Virg. 10. Æneid.

Si periisse semel satis est, peracsse fuisset Ante satis. & *Semel* iterandum. *Pulsus*, exclusus, iussus abire domum. *In annum totum.* vt eleg. 1. lib. 1.

Toto furor hic non deficit anno. Sic *In dies. In horas.*

IN *me mansuetas non habet illa manus.*] Id est. Mihi non solet parcere, sed in me mano sæuire. vt eleg. 8. sup. *In me*

Proijcis insana cymbia plena manu.

& el. 9. lib. 4. *Et mea peruersa sauciat ora manu.* & eleg. sup. prox.

Mollesque immites fixit in ora manus.

E In me, vt eleg. 1. libr. 1. In me tardus Amor. *Habet manus*, vt eleg. 17. libr. 2.

Infectas sanguine habere manus. & Cic. 1. Offic. *Pratorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos habere abstinentes.*

NEC *tamen est quisquam sacros qui lædat amantes.*] Sic Tibull. eleg 2. lib. 1.

En ego cum tenebris tota vagor anxius vrbe.

Securum in tenebris me facit esse Venus.

Nec sinit occurrat quisquam qui corpora ferro

Vulneret, aut rapta premia veste petat.

Quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque

Qualibet, insidias non timuisse decet.

VV

Albin. in obitum Mæcenatis.

Num tibi nam tutas fecit in vrbe vias?
Nocte sub obscura quis te violauit amantem?
Quis tetigit ferro, durior ipse, latus?

Ladat, violet, vt eleg.15. lib.2. vers.48. *Sacros*, in Amoris scilicet & Veneris tutela. *Amantes*, Amatnres vocat vers.2. infra hac elegia.

Scironis *media sic licet ire via.*] Id est, per mediam viam infestam latrociniis. Scyron siue Scyron latro famosus obsidens viam, quæ ab Isthmo in Atticam & Megara ducit, vbi angustæ rupes, quæ ab eo *Scironides petræ*, vbi Sciron viatores iubebat sibi pedes abluere, qui dum proni ad id ministerium accingerentur, eos pede percussos præcipitabat in mare. Plutarch. in Theseo. Diodor. lib.5. Strabo libr.9. Pausan. in Atticis. Iunius penu. 17. Cent. 9. Stat. 12. Theb.

Et sæuum velles Scirona creatum. Ouid.7.Met.
Tutus ad Alcathoën Lelegeïa mœnia limes
Composito Scirone patet: sparsisque Latronis
Terra negat sedem, sedem negat ossibus vnda,
Quæ iactata diu fertur durasse vetustas
In scopulos: scopulis nomen Scironis inhæret.

Idem in epist. Phyllidis:

Cum fuerit lectus Sciron, toruusque Procustes.

& in Ibin.

Et Sinis, & Sciron, & cum Polyphemone natus.

Seneca Hippolyto:

Et scelere petræ nobiles Scironides.

Σκιρωνίδες πέτραι dicuntur & Euripidi in Hippolyto. ipse el.22. vocat: *Non hospita Graiis Saxa.* *Media via.* vide eleg.4. sup. vers.vlt. *sic* amando scilicet. vt eleg.25. lib.2.

Quantum sic cruciat lumina vestra dolor.

Licet, dimittentis est, vt eleg.1. lib.4. vers.148.

Qvisqvis *amator erit Scythicis licet ambulet oris,*
Nemo adeo vt noceat barbarus esse volet.]

Id est. Nemn tam ferus & immanis erit, vt lædat amatorem, licet iter faciat in extrema Scythia, vbi gentes maximè barbaræ, & inhumanæ. vnde Cicero in Pisonem. *Quis hoc fecit in Scythia tyrannus.* & 2. de Nat.Deor. *Scythiæ barbaries.* Ouid. in libr. de Ponto. Æschines περὶ παραπρεσβείας: Scytham malum, de pessimo homine dixit. Erasmus in prouerbio: *Scytha malus.* Et prouerbium est Σκυθῶν ἐρημία. & Σκυθῶν ῥῆσις. ob feritatem gentis, de qua Athenæus libr.12. *Ambulet.* Sic Florus poëta:

Ambulare per Britannos, Scythicas pati pruinas.

quem hîc, *barbarum*, mox, *improbum* vocat.

Lvna *ministrat iter, demonstrant astra salebras.*] Vide adnot. ad eleg.22. lib.2.

Aspice vti cœlo modo Sol, modo Luna ministret.

Stat.3. Syluar. in lacrymis Hetrusci.

Seruit & astrorum velox chorus, & vaga seruit
Luna, nec iniussa toties redit orbita lucis.

Luna, quia Endimiona amauit. *ministrat iter*, id est, viam præbet facilem siue viam præstat eunti ministerio lucis suæ. sic Ouid. in epist. Leandri.

Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti:
Vt comes in nostras officiosa vias.

& Petron. *Luna innumerabilibus comitata sideribus etiam feras ducit ad pabulum.* vide adnot. ad illud eleg. 18. libr. 2.

Inuitum & terris præstitit officium.

& *Sidera demonstrant salebras*, lumine suo scilicet, vt vitetur. *Salebræ*, ἐκρήγματα. ῥωχμοί. ῥήγματα γῆς. *Lieux aspres, pierreux & raboteux.* vet. gloss. Salabræ. ἰχνῶν ὁδοῦ ἀνωμαλίαι, ἢ βόθυνοι. Nonius dictas à saltu putat. scilicet quod saliendo transire necesse sit. Salebræ in fluuiis quibus interrumpitur cursus amnis, & aqua exsilire cogitur. vnde Cicero. in Orat. *Alter* (Herodotus) *sine vllis salebris quasi sedatus amnis fluit: alter* (Thucydides) *di: bellicis rebus canit quodammodo bellicum.* & *Haret in salebra* 5. de fin. Martial. lib.11.

Carmina nulla probas, molli, quæ limite currunt:
Sed quæ per salebras, altaque saxa cadunt.

Ibidem.

Scriptores tetrici salebrosum ediscite Santram.

Ipse *Amor accensas percutit ante faces.*] Huc facit epigramma Valerij Æditui apud Gell. cap.9. libr. 19.

Quid faculam præfers Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus: hoc lucet pectore flamma satis.
Istam non potis est vis sæua extinguere venti,
Aut imber cœlo candidu' præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa,
Nulla est quæ possit vis alia opprimere.

& Apuleius: (Cupidines) *Velut nuptiales epulas obituræ dominæ coruscis prælucebant facibus.* vide plura hac de re adnot. ad eleg.3. libr.1. vers.10. *Perculit*, simpliciter permouit, non verberauit, vt eleg.16. libr.1.

vocula *Percussas dominæ vertat in auriculas.*

Sæva *canum rabies morsus auertit biantes.*] Sic *Indomita rabies* Horatio od.12. ep. *Rabies canum*, canes rabidi, vt Virg. *Odora canum vis.* sic Horat. od.3. lib.1. *Rabies noti.* Rabies, canum est propria. Horat. ep.2. lib.2.

Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.

Auertit morsus biantes, ora biantia, & iam morsura alio confert. sic el.9. l. 4. *Morsuque cruentat.* Id est, dentibus. *Auertit morsus*, vt contra Virg. 7. Æneid.

Consumptis hic forte aliis vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

Hvic *generi quouis tempore tuta via est.*] Id est, Semper tutò ire licet amatnri, quocunque libet. Sallust. apud Seru. in illud. *Fortissimè gentis: Romani generis disertissimus.* sic eleg.13. sup.

Hîc genus infidum nuptarum.

Quouis tempore, vt eleg. 21. lib.2.

Nos quocunque loco, nos omni tempore tecum.

Tuta via, vt Virg.5. Æneid. *Currit iter tutum.*

Sangvine *tam paruo quis enim spargatur amantis Improbus? exclusis fit comes ipsa Venus.*]

Id est. Quis tam sæuus & crudelis, qui contaminare manus, & scelerare, & maculare velit sanguine amantis, præsertim tam paruo? cum repulsi sunt amantes, nec admissi, & pernoctant in limine, Venus illis adest, & solatur miseros. Spargimur aut nostro, aut alieno sanguine. Nostro, vt eleg.8. lib.2. *Sparsas cæde iacere comas.* alieno, Attius Ægistho. *Cui manus materno sordet sparsa sanguine.* aut vtroque. vt eleg.32. lib.2.

Spargereque alterna communes cæde penates.

Amantes autem exangues, & Amor tanquam hirudo. qua de re eleg.12. lib.2.

Assiduusque meo sanguine bella gerit.
vbi vide adnot. De exclusis amantibus. vide adnot. ad eleg. 5. lib. 1. vers. 20. *Comes Venus*, quia comes etiam est qui se inferiorem sequitur, vt dictum eleg. 13. sup. vers. 45. Sic Tibull. comitem Amorem Macro tribuit: eleg. 7. lib. 2.

Castra Macer, sequitur, tenero quid fiet amori?
Sit comes. Ouid. eleg. 6. lib. 1. Amor.

Ergo Amor, & modicum circum mea tempora vinum
Mecum est, & madidis lapsa corona comis.
Hunc ego si cupiam nunquam dimittere possum,
Ante vel à membris diuidar ipse meis.

Q V O D *si certa meos sequerentur funera casus.*] Id est, præsens pestis & exitium. Sic Virg. 2. Æneid.
Seu certa occumbere morti. Ibid. *Vadimus haud dubiam in mortem. Sequerentur*, manerent, vt eleg. 22. libr. 2.

Me licet & Thamyre cantoris fata sequantur.
vbi vide adnot. *Sequi*, pro contingere, quia futura sunt à tergo. Ideo Virg. 4. Æneid. dixit,
Si modo quod memoras factum fortuna sequatur.
Meos casus, pericula viæ nocturnæ, cui me committo. Ouid. eleg. 12. lib. 1. Amor.

Flete meos casus. Ipse eleg. 13. lib. 1.
Tu, quod sæpe soles, nostro lætabere casu.

T A L I S *mors pretio vel sic emenda mihi.*] Id est. Tam amplo proposito præmio, fructu scilicet amoris mei, mortem bene videar empturus. Sic Virg. 9. Æneid. ——— *& illud*
Qui vita bene credat emi quo tendis honorem.
Horat. oda 4. lib. 3.
Morte venalem petijsse laurum.
Ouid. eleg. 10. lib. 2. Amor.
Induat aduersis contraria pectora telis
Miles, & æternum sanguine nomen emat.
Terent. in Phorm. act. 1. sc. 3. *Ita me dij bene ament; vt mihi liceat, tam diu quod amo frui, Iam depecisci morte cupio.* quod Virg. 5. Æneid. dixit:
Vitamque volunt pro laude pacisci.
& 12. Æneid.
Letumque sinas pro laude pacisci.
Cic. ep. 8. lib. 3. ad Q. fratrem. *Quid enim erat quod discessu nostro emendum putaremus?* Id est. Tanti nihil fuit, vt discederemus.

A D F E R E T *huc vnguenta mihi, sertisque sepulchrum*
Ornabit custos ad mea busta sedens.]
Veniet cum aromatis, & floribus decorabit sepulchrum meum. τὸ *huc*, incerti loci: vbicunque moriar. vt *illic* el. 21. infra, vers. 25. *Vnguenta. Syrium munus, & odoriferas lances* vocat eleg. 13. lib. 2. Vnguenta geminos ad vsus, & vngendo corpori & spargendo. de vnctione corporis ex pollinctoris officio, Virg. 6. Æneid.
Corpusque lauant frigentis & vngunt.
Albin. ad Liuiam:
Tene mea poterunt vngere, nate, manus? Ennius:
Tarquinij corpus bona femina lauit, & vnxit.
Horat. oda 17. epod. *Vnxere matres Iliæ.* hinc iocus Martial. in Fabullum ep. 12. lib. 3.
Qui non cœnas, & vngitur Fabulle,
Hic verè mihi mortuus videtur.
& Pers. sat. 3.
Crassisque lutatus amomis. & sat. 6.
Ossa inodora. id est, sine vnguentis, inquit interpres. De odoribus rogi eleg. 13. lib. 2.

A *Desit odoriferis ordo mihi lancibus.*
vbi vide adnot. Tibull. eleg. 3. lib. 1.
Non soror Assyrios cineri quæ dedat odores.
Ornabit sepulchrum sertis. Cic. pro Flacco: *Damnatione C. Antonij Catilinæ sepulchrum floribus ornatum.* Virg. 5. Æneid. vbi parentat Æneas Anchisæ: *Purpureosque iacit flores, ac talia fatur,*
Salue sancte parens. & 6. Æneid. Anchises parentans Marcello.
——— *manibus date lilia plenis*
Purpureos spargam flores, animamque nepotis
His saltem cumulem donis. & in Copa.
B *Quid cineri ingrato seruas beneolentia serta?*
Ouid. eleg. 3. lib. 3. Trist.
Deque tuis lacrymis humida serta dato.
(extincto.) & 2. Fast.
Tegula porrectis satis est (manibus) *vallata corollis,*
Et sparsæ fruges, paruaque mica salis.
Inque mero mollita Ceres, violæque solutæ. Ipse eleg. 17. libr. 2.
Molliter & tenera poneret ossa rosa.
Tibull. eleg. vlt. lib. 2.
Illa mihi sancta est, illius dona sepulchro,
Et madefacta meis serta feram lacrymis.
& eleg. 4.
C *Atque aliquis senior veteres veneratus amores*
Annua constructo serta dabit tumulo.
Iuuenal. sat. 7.
Dij maiorum vmbris tenuem, & sine pondere terram:
Spirantesque crocos, & in vrna perpetuum ver.
Plin. cap. 3. libr. 21. In funus Scipionis flores sparsos ait à Pop. Rom. & initio eiusdem libri ait flores nos admonere mortis. Sueton. in Nerone cap. vlt. *Verno æstiuisque floribus cumulum eius ornarent. Custos sedens ad busta*, adsidens busto, & hærens. enallage numerorum. Petron. Arb. *In conditorium etiam persecuta est defunctum, positumque in hypogæo Græco more, corpus custodire, ac flere totis noctibus diebusque cœpit.* Papinianus: *Titio centum relicta sunt, vt à monimento meo non recedat.* Lucan. lib. 8.
——— *procul adspicit ignes*
Corpus vile senis nullo custode cremantes.
vide adnot. ad eleg. 19. lib. 1. vers. 21. & 22. Lucian. de luctu. & Tertull. de anima. *Sedens*, vt in luctu qua de re dictum ad eleg. 15. libr. 1. vers. 10.

D I I *faciant mea ne terra locet ossa frequenti.*] Sic eleg. 9. libr. 2.
Dij faciant isto capta fruare viro.
Ouid. in ep. Parid.
E *Dij facerent pretium magni certaminis esset.*
Virg. 10. Æneid.
Sic pater ille Deûm faciat. Plaut. Amphitr. *Quod ille faciat Iuppiter.* & Aulul. *Dij ita faxint.* & Capt. *Ita Dij, Deæq; faxint. Locet ossa*, ponat, componat eleg. 17. lib. 11. vbi id officium quoque mandat Cynthiæ. vers. 22. & 12. & eleg. 24. libr. 2. vers. 35. *Frequenti terra*, humo locoque celebri, quod exponit vers. prox.

Q V A *facit assiduo tramite vulgus iter.*] viam publicam significat ad quam monimenta. Varro 5. de ling. Lat. *Monimenta à monendo, & ideo secundum viam, vt prætereuntes admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales. Assiduo tramite* hîc pro itu

rediruque, & veftigiis ac tranfitione. Irer genus: rrames fpecies. vidè adnot. ad eleg.13.fup. verf.44. *Qua vulgus facit iter*, affiduè commeat. vnde *femita vulgi* eleg.23. lib.2. *Via publica*, de qua *l.2.§.viarum. Ne quid in loco publ.*

Post *mortem tumuli fic infamantur amantum*:] Id eft. Poft obitum, poft cineres, ab exequiis differuntur rraducuntur, fiunt fabula vulgi. Dictum eleg 11. fup. verf.28. vnde eleg.4. lib.4.

Tarpeia turpe fepulchrum.

Ma *tegat arborea deuia terra coma.*] vt eleg.6. libr. 1.

In quorum numero me quoque terra legat.

& *Me*, meum corpus, vt fup. hac eleg. verf. 23. *Mihi. Arborea coma.* vt eleg.19.lib.2.

Et vitem docta ponere falce comas.

Cornelius Seuerus apud Interpretem Perfij fat. 1. *Pinea frondofi coma murmurat Appennini.* Horat. oda 3. lib.4. *Et fpiffa nemorum coma.* Virg. 2. Georg.

Et tremefacta comam concuffo vertice nutat.

Stat.4. Sylu. in Lyrico ad Senetum:

Nunc cuncta veris frondibus annuis
Crinitur arbos. Erat & *Capillata*, vel *Capillaris arbor*, in qua Capillum tonfum fufpendebant. Feft. in *Capillatam.* De hac coma arborum tegendo fepulchro. eleg.13. lib.2.

Et fit in exiguo laurus fuperaddita bufto,
Qua tegat extincti funeris vmbra locum.

Avt *humer ignota cumulis vallatus arena*,] Sic eleg.7. fup.

Petum fponte tua vilis arena tegas.

& eleg. 17. lib. 1.

Haccine parua meum funus arena teget?

Cumulus arenæ, aceruus, agger. magis tamen probo alteram lectionem:

Aut humer ignota cumulis vallatus arena.

Vallatus, circundatus tanquam vallo. Lucan. libr.4. *Nullis vallarent oppida muris.* *Vallatus cumulis arenæ*, vt Virg. 1. Æneid.

Atque aggere cingit arena.

Ignota arena, in littore ignoto, & folo. vt Virg. 5. Æneid.

Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Apul. lib. 1. Afini: *Defletum pro tempore comitem mifellum arenofa humo in aruis vicinia fempiterna contexit*, vbi *Arenofa humo*, vt hîc, *arenæ cumulis.* Cumulus in modio, quod fupra menfuram, vel pondus iuftum adiicitur. Feftus in *Auctarium*, quod idem cum cumulo. Cumulum altitudinem Seruius exponit ad illud 1. Æneid.

Infequitur cumulo præruptus aquæ mons.

& 2. Æneid.

Fertur in arua furens cumulo.

augmento, inquit. & 1. Georg.

Cumulofque ruit male pinguis arena.

vide adnot. ad eleg.7. fup. verf.12.

Non *iuuat in media nomen habere via*:] & nomen incidi fepulchro, & celebrari. vt eleg. 4. libr 1.

Cynthia non illas nomen habere finat.

De nomine in fepulchro dictum eleg.1. lib.2.

Et breue in exiguo marmore nomen ero.

Media via, qua fecundum viam humabantur vt ante dixi.

A

AD ELEGIAM XVII.

Nvnc *ô Bacche tuis humiles aduoluimur aris.*] Vide eleg.6. lib. Tibulli, quæ eft eiufdem argumenti. Ouid. lib.1. de arte am.

Ecce fuum vatem Liber vocat, hic quoque amantes
Adiuuat, & flamma, qua calet ipfe, fauet.

Nunc. difficili tempore fcilicet. *humiles*, quafi humi abiecti, vt dictum eleg. 9. fup. verf.29. *Aduoluimur aris tuis*, procumbimus ante pedes fimulacri tui. vt eleg.8. fup.

Et Veneris magnæ voluitur ante pedes.

B Adde Stat.5. Sylu. in Abfcantij pietate.

Dum nocte, dieque fatigas
Numina, dum cunctis fupplex aduolueris aris.

Apul. lib.6. Afin. *Tunc Pfyche pedes eius*, (Cereris) *aduoluta, & vberi fletu rigans deæ veftigia humumque verrens crinibus fuis.* & lib. 11. *Prouolutus denique ante confpectum deæ, & facie mea diu terfis veftigiis eius.* & Apolog. 2. *Vt ante pedes noftros aduolutus veniam poftulares.*

Da *mihi pacato vela fecundo pater.*] In futurum confertur. *Pacato*, tranquillo animo. Auratus legit, *Pacatus*, & Doufa pater, quidam libri habent, *Baccato.* vnde Palmerius legit, *Bacchato. Da*
C *vela fecunda*, vt Ouid.3. Faft.

Mite caput pater huc, pacataque cornua vertas,
Et des ingenio vela fecunda meo.

Vela fecunda, quæ aguntur fecundis ventis. *Felicia lintea*, vocat eleg.21. infra. *Candida vela* eleg. 17. lib.1. eodem fenfu Virg.1. Georg.

Da facilem curfum, atque audacibus annue cœptis.

Tv *potes infanæ veneris compefcere faftus.*] Id eft; Coërcere amicarum fuperbiam, & faftidia, & repulfas. vt eleg.18. lib.1.

Vnde tuos primum repetam mea Cynthia faftus.

Legitur & *fluctus.* vt Catull.

Amoris æftus.
D & *curarum fluctuat vndis. Veneris infanæ*, vel quæ infanos reddit: vel magnæ. fic eleg. 14. libr. 2.

Scilicet infano nemo in amore videt.

& *furor*, pro amore, & *furiæ*, & *furiofa libido.*

Cvrarvmqve *tuo fit medicina mero.*] Tibull. eleg.2. lib.1.

Adde merum, vinoque graues compefce dolores,
Occupet vt feffi lumina victa fopor.
Neu quifquam multo percuffum tempora Baccho
Excitet, infelix dum requiefcit amor.

& elegia 5.

Sæpe ego tentaui curas depellere vino.

E & eleg.6. lib.3.

Aufer & ipfe meum pariter medicando dolorem.

Varro apud Nonium in *Coagulum*,

Vino nihil iucundius quidquam eluis,
Hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt,
Hoc hilaritatis dulce feminarium;
Hoc continet coagulum conuiuia.

Ouid.2. de rem. Am.

Aut nulla ebrietas, aut tanta fit vt tibi curas
Eripiat, fi qua eft inter vtrumque nocet.

Tuo mero, à te inuento. vnde infra, *Tuis donis* verf.13. *Medicina fit*, vt Cicero pro Quintio, & in ep. *Medicinam facere.* formula apud Feftum

est io *Meditrinalia. Vetus nouum vinum bibo, veteri nouo morbo medeor.*

Per *te iunguntur, per te soluuntur amantes.*] *Iunguntur*, quia, vt Ouid. 2. de rem. Am.

Vina parant animos Veneri, nisi plurima sumas.

Iunguntur, vt eleg. 15. lib. 2.

Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ.

Soluuntur, diuiduntur, quia rixæ, & discidia ex vino. *Soluuntur*, vt eleg. vlt. lib. 2.

Polluit ille Deus cognatos, soluit amicos.

Tu *vitium ex animo dilue Bacche meo.*] rem duram emolli, & tolle, vt maculæ eluuntur. Ouid. lib. 1. de arte am.

Cura fugit, molli diluiturque mero.

Horat. oda 12. lib. 3. *Dulci mala vino lauere:* & oda 12. lib. 4.

Amaraque curarum eluere efficax.

In epod. od. 13.

Illic omne malum vino, cantuque leuato

Deformis ægrimoniæ, & dulcibus alloquiis.

& oda 9. epod.

Curam, metumque Cæsaris rerum, iuuat

Dulci Lyæo soluere.

Diluere, vt abstergere ægritudinem. vnde Tibull. eleg. 1. lib. 2. *Securum* uocat *vinum*. Horat. *Obliuiosum*. Græci λαθικηδὲα vocant, obliuionem mœrorum adferens; & παυσίλυπον, molestiis modum & finem imponens; & νηπενθὲς, luctum adimens. *Vitium*, pro, cura, quæ mentem vitiat, & corrumpit, vnde Horat. oda 16. lib. 2. *vitiosa cura.* vel pro amore ipso, vt eleg. 16. lib. 2. *Dolor hic vitiis nescit abesse suis.*

Te *quoque enim non esse rudem testatur in astris,*

Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.]

Higin. Fab. 224. inter eos, qui ex mortalibus immortales facti, numerat Ariadnam, quam à Baccho liberam vocatam ait. vnde Propertius hîc innuit ipsam Ariadnam in cœlum vectam. Ceteri de eius corona id tantum scribunt. Horat. oda 19. lib. 2.

Fas & beatæ coniugis additum Stellis honorem.

Apollon. libr. 3.

——μέσσῳ δέ οἱ αἰθέρι τεκμάρ

Ἀστερόεις στέφανος τόν τε κλείουσ' Ἀριάδνης.

Catull. in Coma Berenices:

Scilicet in vario ne solum limite cœli

Ex Ariadnæis aurea temporibus

Fixa corona foret. Seneca Oedipo, de Ariadna, *Ducitur magno noua nupta cœlo.* vbi celebratas Liberi & Ariadnæ nuptias memorat. Scaliger in Manil. libr. 5. eius versibus etiam designari putat non solum coronam, sed & Ariadnam in cœlum relatam. Ouid. 3. Fast.

Protinus aspicies venienti nocte coronam;

Gnossia Theseo crimine facta Dea est.

& 5. Fast.

Bacchus amat flores; Baccho placuisse coronam

Ex Ariadnæo sidere nosse potes.

vide eundem Ouid. 8. Met. & 1. & 3. de arte amandi vbi tota fabula. & 10 epist. Hipsipyles; & Higin. 2. Astronom. in *Corona.* & Interpretem Germanici. *Non esse rudem.* vide eleg. 15. supra. vers. 5. *Vecta Lyncibus.* sic Horat. oda 19. lib. 2.

Hac te merentem Bacche pater tuæ

Vexere tigres.

A sic Virg. 6. Æneid.

——*aut ardens euexit ad æthera virtus.*

De Lyncibus Plin. cap. 21. libr. 8. Ouid. 4. Met. de Baccho:

——*Tu biiugum pictis insignia frenis*

Colla premis Lyncum. Phornut. Pardales ei tribuit, quod vino fera mansuescant. *In cœlum.* εἰς τὸν αὐλόν. *In astris, In cœlum*, vt eleg. 11. libr. 1. vers. 11. & 12.

Hoc *mihi quod veteres custodit in ossibus ignes*

Funera sanabunt, vel tua vina malum.]

At id negat eleg. 19. lib. 1.

Non adeo leuiter nostris puer hæsit ocellis

B *Vt meus oblito puluis amore vacet.*

& mox.

Traiicit & fati littora magnus amor.

& Virg. 6. Aeneid.

Curæ non ipsa in morte relinquunt.

Apud Auson. ep. 90. Venus amanti quærenti remedium consulit quod fecerunt Phædra & Elyssa, *Quod Canace, Phyllisque, & fastidita Phaoni. Funera sanabunt hoc malum*, Mors huic malo, id est, amori, siue amoris vulneri medebitur. sic eleg. 10 lib. 1.

Et possum alterius curas sanare recentes.

C & eleg. 7. lib 4.

Sic mortis lacrymis vita sanamus amores.

Quod veteres custodit in ossibus ignes, inclusos seruat inueteratos amores, ideoque difficiliores curatu. nam, vt Ouid. 1. de Rem. Amor.

Principiis obsta, sero medicina paratur

Cum mala per longas conualuêre moras.

Veteres ignes, vt Virg. 4. Æneid. *Veteris Vestigia flammæ.* & Catull.

Cum desiderio veteres renouamus amores.

vnde el. 5. lib. 2. *Flebis amata diu.* & vlt. infrà:

Quinque tibi potui seruire fideliter annos.

Contra, eleg 4. lib. 4.

D *Nescia se flammis accubuisse nouis.*

In ossibus. vt Virg. 3. Georg.

Quid iuuenis magnum cui versat in ossibus ignem

Durus amor? & 1. Æneid.

Atque ossibus implicat ignem.

& 4. Æneid.

Est molles flamma medullas.

vide adnot. ad eleg. vlt. lib. 2. vers. 68.

Semper *enim vacuos nox sobria torquet amantes.*] De noctis malis dictum ad el. 1. lib. 1.

In me nostra Venus noctes exercet amaras.

Nox sobria, abstemia, & temeto carens, ideo peruigilaoda. Sic *nox non ebria* Mart. ep. 47. l. 10. Donat. in Andr. *Sobrius quasi sebrius*, id est ab

E ebrio separatus. Sic Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Sæpe mero somnum peperi tibi, at ipse bibebam

Sobria supposita pocula victor aqua.

Idem & *Sobria aqua* eleg. lib. 2. Stat. 4. Sylu.

Vitifero sub palmite nudos

Vmbrauit colles, & sobria rura Lyæus.

Id est in quibus vinum ante non nascebatur. Sic Plaut. *Facite cœna ne ebria sit.* & *Sobrius vicus* Festo. & *Memores noctes* eleg. 11. lib. 1. & eleg. 20. libr. 2. *Sollicito Sipylo.* *Torquet*, cruciat vt alibi *Impositum torquerier igni.* *Amantes vacuos* vel solos vt eleg. 6. sup.

Gaudet me vacuo solam tabescere lecto.

vel otiofos. quia otiofotum eft morbus amot, A vt eleg.1. lib. 1.

Et nullo vacuus tempore defit amor.

SPESQVE *timorque animos verfat vtroque modo.*] Id eft, exercet, & male babet, opinione boni fpes, mali metus, vt fup. eleg. 8.

Non eft certa fides, quam non iniuria verfat.

Spes etiam cruciat, quia fufpenfos homines tenet: blaodius tamen eft malum, quam metus. Virg. 1. Æneid. *Spemque metumque inter duby.* Ouid. 3. Faft.

Sollicitæ mentes fpeque metuque pauent.

De fpe amantum Tibull. eleg. 7. libr. 2. ab eo verf. *Iam mala finiffem leto.* & Ouid. eleg. 19. B lib. 2. Amor.

Speremus pariter, pariter metuamus amantes.

& 3. de arte amandi. *Incertus pectora verfat Amor.* Si legitur, *animum verfat vtroque meum.* vel *Animos verfat vtroque meos.* *vtroque* erit in vtramque partem.

QVOD *fi Bacche tuis per feruida tempora donis*
Accerfitus erit fomnus in offa mea.]

Id eft, Aduocatos venerit fomnus in venas, medullafque, & interiora corporis vino, quod hominibus donafti. vt apud Ouid. 1. Faft.

Nox erat, & vino fomnum facieute iacebant.

Nam accerfere & arceffere cum effectu accipitur, vt Plaut. Pfeudolo. *Pfeudole accerfe victimas.* C Vocabant autem fomnum Mart. ep. 39. lib. 1.

Et quia nulla venit, tu mihi fomne veni.

Stat. 5. Sylu. ad Somnum.

At nunc, heus aliquis longa fub nocte puella
Brachia nexa tenens, vltrò te fomne repellet.

Inde veni. Ab Accio, Accerfo: ab arcio, quod idem eft, arceffo. Agrætius tamen, & Charif. libr. 3. Arceffere, accufare: accerfere, vocare. Contra Virg. 4. Georg.

Quemque fibi tenues nafcentem arceffere vitas.

Donis, vt Virg. 2. Georg.

Huc pater, ô Lenæe, tuis hîc omnia plena
Muneribus. & Ibid. *Baccheia dona* tulerunt.

D Horat. od. 18. lib. 1. *Munera Liberi.*

Per feruida tempora. ea enim pars maximè occupatur, & incalefcit mero. Tibull. eleg. 2. lib. 1.

—— multo perfufum tempora Baccho.

Horat. oda 7. lib. 1. *Vda Lyæo tempora.* Ignea vero natura vini, vnde *ignigena Bacchus* fingitur Horat. oda 11. epod.

Simul calentis inuerecundus Deus
Feruidiore mero arcana promorat loco.

& fat. 8. libr. 2.

Feruida quod fubtile exfurdant vina palatum.

vnde *vino incalefcere* Liuij libr. 29. quod Horat. oda 21. lib. 3. *Mero calefcere.* Aufon. *Mero feruere.* E

IPSE *feram vites, pangamque ex ordine colles.*] Sic Tibull. el. 1. lib. 1.

Ipfe feram teneras maturo tempore vites Rufticus.

Inde vifitator, Attius Bacchis apud Macrob. *O Dionyfe pater optime vitifator.* *Pangere*, figere. vnde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur. & verfus pangi, cum figuntur in cera: Feftus. Plaut. *Qui vult cubare, pangit faltem fuanium.* Sueton. in Galba cap. 1. *Pangere ramos lauri.* *Pangere colles* dixit, vt *conferere arua* dicimus. & *Colles* dixit, quia, vt ait Virg. 2. Georg.

Apertos Bacchus amat colles. *Ex ordine.* ex vacat vt eleg. 9. fup.

Eductofque pares fyluestri ex vbere reges.

fic Virg. 4. Georg.

Septem illos totos prohibere ex ordine menfes.

De ordine ponendarum vitium Virg. 2. Georg.

Indulge ordinibus, nec fecius omnis in vnguem
Arboribus pofitis fecto via limite quadret. &c.

& ecl. 1. *Pone ordine vites.* vide & Plin. cap. 11. lib. 17. & Cic. in Catone maiore, de arbuftis in quincuncem digeftis.

QVOS *carpant nullæ me vigilante feræ.*] Rodant & adtondeant me cuftodiente diligenter, fiue circitore, fiue fraxatore. *Feræ*, maximè capræ. Capræferæ, capreæ. nam à carpendo dictæ, & *Omnicarpæ* Varr. 4. de ling. Lat. an *Feræ*, vt Lucretio, *Fera pecudes.*

DVMMODO *purpureo fpument mihi dolia mufto,*
Et noua preffantes inquinet vua pedes.]

Ex vtraque lectione; *Numerem*, & *fpument*, an legendum *fuperent*? Spumat vinum nomini, vt generofius el. 33. lib. 2.

Spumet & aurato mollius in calice.

Virg. 2. Georg.

Spumat plenis vindemia labris. *Dolia.* olim ante inuentum nomen Dolij dicebatur *Calpar.* Varro apud Non. libr. 1. de vita Pop. Rom. Ifidor. cap. 6. lib. 20. *Dolia etiam cupas, & cupas vocabant, vnde caupones.* Sanè quod *vinum doliare* vocat Vlpian. *l. 1. §. Si doliare.* *De periculo & commodo rei venditæ;* Cic. in Bruto, *De dolio haurire* (vinum nouum.) & in Pifonem, *de cupa.* Ex doliis in amphoras & cados diffundebatur vinum. *Proculus l. vinum de tritico, vino, oleo legato.* vbi negat dolia effe in vafis vinariis; (ad vfum fcilicet) quia diffufo vino vtebantur. De vino in doliis Cato cap. 148. de re ruft. *Purpureo mufto*, vt Ouid. 2. de arte amandi.

Sæpe fub autumnum cum formofiffimus annus,
Plenaque purpureo fubrubet vua mero.

& *purpureo*; quia funt & *candida mufta.* Tibull. & Plin. Muftum, inquit Nonius, quidquid nouellum eft. vnde Næuio *Mufta virgo.* Muftum autem Libero facrificabant. Feftus in *Sacrima.* Ifidor. *Muftum eft vinum, è lacu ftatim fublatum.* deinde addit ridiculam etymologiam. *Noua vua*, vel recens lecta; vel ex qua vinum fit recens. *Inquinet*: fædet, inficiat Virg. 2. Georg.

—— nudataque mufto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

Ouid. 4. Faft.

Venerat autumnus calcatis fordidus vuis.

Tiboll. eleg. 6. lib. 2.

Oblitus & mufto feriat pede rufticus vuas.

Plin. *Feris & autumnum fordidum.* *Inquinare*, à cunire, ftercus facere: Feftus in *Cunire.* Idem in *Aucunulenta*, feminæ menftruo tempore appellantur, vnde inquinamentum. Catull.

Non vnquam digitum inquinare poffis.

Preffantes pedes pro, prementes, calcantes. vt contra eleg. 1. fup. *Pulfas arces*, pro pulfatas. Plaut. Afin. fc. 3. act. 3. *Quin tradis huc crumenam preffatum herum.* & Perfa. *Vomica eft, preffare caue.* & Virg. *Preffabimus vbera.* Ouid. eleg. 6. lib. 4. Trift.

Dissiluit nudo pressa bis vua pede.

& Tibull. el. 1. lib. 2.

Aurea tunc pressos pedibus dedit vua liquores.

QVOD *superest vitæ, per te, & tua cornua, viuam.*] id est, reliquum vitæ traducam. Sic Horat. ep. 18. lib. 1.

Sit mihi quod nunc est, etiam minus, vt mihi viuam
Quod superest æui; si quid superesse volunt Dij.

Per tua cornua. Diodor. lib. 3. Cornua bina Bacchu tribui scribit, vt duplex eius natura significetur & ob inuentionem vomeris, & aratri. Festus: Cornua Liberi simulacro adiiciuntur; quod homines nimio vino truces fiant. Ouid. in epist. Laudamiæ:

Vt quos pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur. & 1. de arte amandi:
Purpureus Bacchi cornua pressit Amor.

Scribit etiam Diodor. Ammonem Dionysi patrem habuisse pro insigni galeæ arietinum caput; & re vera veluti cornua gestasse, vnde & eius filio tribuuntur. vnde Euripid. in Bacchis ταυρόκερων θεὸν vocat. Apollodor lib. 3. Scribit Iouem vertisse Dionysium in hœdum, vt Iunonis vinceret insidias. Lambin. addit ex Athenæo lib. 2. Tauro similem & pardali, seu pardo fingi Bacchum, quod poti ad vim se conferant, sintq. iracundi, proterui & petulci, vt Tauri. Eustat. in 2. Iliad. Ταῦρον κερασφόρον, quod ebrij ad arma parati. & Iliad. 13. apud Cizycenus κερατηφυῆ, eundemque taurum fingi quod ebrij audi pugnæ, vel quod antiqui cornibus pro poculis vsi. Ταυρομέτωπος dicitur ab Orpheo in hymnis.

VIRTVTISQVE *tuæ, Bacche, Poeta ferar.*] id est, memorator tuæ laudis, numinis ac beneficentiæ tuæ præco. vt el. 7. lib. 1.

Ardoris nostri magne Poëta vale.

Ferar, perhibebor, celebrabor. vt el. 9. vers. vlt.

DICAM *ego maternos Aetnæo fulmine partus.*] Duplices enim partus, materni & paterni. Nam primum Semele fulmine percussa abegit conceptum, & abortum eiecit. deinde Ioui insertum, Iuppiter iterum edidit in lucem. vnde Bimatrem vocat Ouid. Euripid. in Bacchis: Νηδύος ἔκβολον μάτηρ ἔτικτε λιποῦσ᾽ αἰῶνα κεραυνίῳ πλαγᾷ. Fabula Semeles est apud Ouid. 13. Met.

—— *corpus mortale tumultus*
Non tulit æthereos, donisque iugalibus arsit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrioque tener si credere dignum est,
Inseritur femori, maternaque tempora complet.

Meminit ipse eleg. 28. lib. 2. vers. 27. Fornutus: Ignis opera dicitur (Bacchus) prodiisse vtero matris. vnde πυρογενής. Ouid. 3. fast.

Nec quod nos vris mirum facis: ortus in igne
Diceris, & patria raptus ab igne manu.

Aetnæo fulmine partus. supple, cum. vel per Ætnæum fulmen, & eius opera. *Aetnæum fulmen*, quod in Ætna Cyclopes fabricare finguntur. vnde *Aetnæi Cyclopes* Virgilio dicuntur 8. Æn. de hoc fulmine Ouid. 3. Met.

Est aliud leuius fulmen, cui dextra Cyclopum
Sæuitia, flammæque minus, minus addidit iræ.
Tela secunda vocant superi: capit illa, domumque
Intrat Agenoream.

INDICA *Nysæis arma fugata choris.*] id est, Indorum acies pulsas, & domitas. vt eleg. 13. sup. *Gallica arma.* Plin. cap. 2. lib. 8. Primum Bacchum ait victa India triumphasse iunctis elephantis. Seru. in illud 3. Æneid. *Bacchatamque iugis Naxon.* in Naxo, ait, Bacchum egisse de Indis triumphum. vide Plutarch. in Alexandro. Ouid. 1. de arte amandi:

Nunc quoq. qui puer es, quantus tum, Bacche, fuisti
Cum timuit Thyrsos India victa tuos.

& 3. fast.

Interea Liber depexos crinibus Indos
Vincit, & Eoo diues ab orbe redit. Ibid.
Bistonas, & Scythias, longum est narrare triumphos,
(Bacchi)
Et domitas gentes turifer Inde tuas.

& 4. Metamorph.

——*Oriens tibi victus, adusque*
Decolor extremo qua cingitur India Gange.

& libr. 15.

Victa racemifero Lyncas dedit India Baccho.

Albin. in obitum Mœcenatis:

Bacche coloratos postquam deuicimus Indos.

Mart. ep. 26. lib. 8.

Nam cum captiuos ageret sub curribus Indos
Contentus gemina Tigride Bacchus erat.

Nysæis choris. Noti sunt chori Satyrorum, & Thyrsi, Silenorumque & Mænadum comitum Bacchi ex iis quæ dicta sunt ad el. 32. lib. 2. vers. 38. Nysæi; quia *Nysigena Silens* Catullo in Ariadna. Apollodor. lib. 3. Mercurium ait Iouis iussu detulisse Bacchum recens natum ad Nymphas, quæ Nysam vrbem Asiæ incolebant; & & eas nutrices postea à Ioue stellatas, & appellatas hyadas. Higin. fab. 167. Nyso cuidam datum educandum Bacchum scribit, vnde Dionysus dictus sit. Plin. cap. 13. lib. 5. Nysam vrbem iuxta Arabiam à nutrice Bacchi ibi sepulta dictam scribit, cum antea Scythopolis diceretur. Idem cap. 21. lib. 6. *Nysam vrbem Indiæ adscribunt, montemque Merum, vbi Liber educatus.* Strab. lib. 15. Nysam montem Libero sacrum commemorat ex Sophocle, vbi nutritus esse dicatur. Diodor. lib. 3. & in vrbe Nysa filia Aristæi scribit. vnde Ouid. 4. Met. *Nysæus* dicitur.

VESANVMQVE *noua nequicquam in vite Lycurgum.*] pro, vesanientem, furentem, & sæuientem in vitem. nomen, pro participio, vt eleg. vlt. lib. 2. *Memorem Musis.* pro, memorandum. & *in vite*, pro, in vitem. vide adnot. ad eleg. 11. sup. vers. 27. Apollod. lib. 3. Lycurgum Dryantis filium regem Edonorum Bacchum affecisse contumelia scribit, & eiecisse; vnde furorem illi obiectum. Dryantem filium bipenni interfecit, cum se vitis palmitem crederet amputare. & à suis in vincula coniectus, equis demum laniatus interiit. Homer. Iliad. 6. Lycurgum ait fugasse nutrices Bacchi, & ipsum perterritum in mare compulisse, atque ita ira Deorum sibi exitium creasse. Lege in eum locum Eustath. vbi Homerus excæcatum à Ioue ait. Higin. fab. 131. In monte Thraciæ Rhodope Pantheris à Baccho obiectum fuisse ait, cum sibi alterum pedem excidisset pro vite. vites autem voluisse excidere, quod malum diceret medicamentum ferre. Seruius in illud 3. Æneid.

Acri quondam regnata Lycurgo, fibi air, crura pro vitibus amputaiſſe. re vera tamen abſtemium fuiſſe, quod genus hominum acrioris eſt oaturæ. Exſtant fragmenta quædam apud Grammaticos ex Næuij Lycurgo. Ouid. 4. Met.

Penthea tu venerande, bipenniferumque Lycurgum
Sacrilegos mactas. & lib. 3. faſt.
Inque tuum furijs acte Lycurge genu.

& el. 4. lib. 5. Triſt.

Oſſa bipenniferi hic ſint male preſſa Lycurgi.
Impia nunc pœna Pentheos vmbra vacet.

Noua, vel nuper teperta, vel nooella, & teneta. Virg. eclog. 3.

Atque mala vites incidere falce nouellas.

Nequicquam, incaſſum, fruſtra, quia ſibi, ooo viti nocoit; vt eleg. 4. lib. 2.

Nequicquam perfuſa meis vnguenta capillis.

PENTHEOS *et triplices funera grata greges.*] Meminit Penthei Hotat. oda 19. lib. 2. ep. 16. lib. 1. Apollodor. lib. 3. Higin. fab. 184. Euripides & Theocritus in Bacchis. Plaut. Metcat. act. 2. ſc. 4. Virg. 4. Æoeid. Pauſan. Corinth. ipſe el. 22. verſ. 33. Tibull. el. 6. lib. 3.

Quales his pœnas Deus hic, quantaſque minetur
Cadmea matris præda cruenta docet.

Funera, membra lacerata: *Funera nec funera*. Catull. quia multis in locis mortem habuit, vt ſupr. dixit eleg. 15. *Grata in greges*; vt Cicero ep. 22. lib. 2. ad Attic. *In vulgus gratum eſſe ſentimus*. *Greges*. Thyaſi, cœtus. vt el. 8. ſup. *Cuſtodum gregibus*. Tres greges, Inus & Autonoës, matertetatum: & Autonoës matris. Ooid.

Prima ſuum miſſo violauit Penthea Thyrſo
Mater, & ô gemina, clamauit, adeſte ſorores.

Legitur & *Tracta*: quod etit diſtracta, diſcerpta, vt eleg. 1. lib. 4.

Naufraga cum vaſto Græcia tracta ſalo.

an legendum *rapta?*

CVRVAQVE *Tyrrhenos Delphinum corpora nautas*
In vada pampinea deſiluiſſe rate.] de Tyrrhenis nautis viginti, qui Bacchom excipere conati vt venderent, quorum nouemdeeim mutati in Delphinas. Ouid. 3. Met. ſub finem. Apollod. lib. 3. ait, Conduxiſſe Liberum nauim prædatotiam Tyrrhenorum, vt ex Icaria inſola Naxon tranſmitteret. illos relicta Naxo voluiſſe aſportare io Aſiam vt venderent; ſed futore actos in mare deſiluiſſe, & Delphinas factos. vnde *Tyrrhenus piſcis*, pto Delphine Senecæ in Agamemn. vide Higin. fab. 134. & lib. 2. Aſtron. in *Delphin*. Ouid. 3. faſt.

Ecce libet ſubitos piſces, Tyrrhenaque monſtra
Dicere, ſed non eſt carminis huius opus.

Dicti λῃσταὶ, θύρρηνοι, prædones, Tyrrheni. vide hymnom Hometicum cui titulus: Διόνυσος ἢ λῃσταί. Bacchus aut Latrones. & Seru. ad illud 1. Æneid. *Tyrrhenum nauigat æquor*. Appoſitio, *Nautas, corpora Delphinum*. vide adnot. eleg. 3. ſopr. verſ. 31. *Corpora Delphinum*, pro, Delphines. Ennius apud Cic. 1. de diuin.

Cedunt ter quatuor de cœlo corpora ſancta
Auium. Idem Medea apud Nouium;
Saluete optima corpora. Ouid. 5. faſt.
Romulus hoc vidit, ſelectaque corpora patres
Dixit. Virg. 6. Æneid. *Corpora natorum.*

A *Curua*, panda, quæ forma Delphinum. Ouid. el. 10. lib. 3. Triſt.

Tunc neque ſe poſſunt pandi Delphines in auras
Tollere, conantes dura coërcet hyems.

& 3. Metamorph.

——Truncóque repandus in vndas
Corpore deſilit, falcata nouiſſima cauda eſt.

& 5. faſt.

Inde, fide motus, tergo Delphina recuruo
Se memorant oneri ſuppoſuiſſe nouo.

Pacuuius apud Fab. cap. 9. lib. 1.

Nerei repandi roſtrum, incurui ceruicum pecus.

Deſiluiſſe. Homerida illic in hymno Bacchi &
B latronum. Leonis & vrſæ ſpecie tertitos, ſe præcipites dediſſe ſcribit. Higinus metu Leonum, & Pantherarum tetritos ait. Homer.

Πάντες ὁμῶς πήδησαν, ἐπεὶ ἴδον, εἰς ἅλα δῖαν.
Δελφῖνες δ' ἐγένοντο.

Pampinea rate, quæ tota pampino veſtita, & edera fuit. Apollodorus & Ooidius ederæ tantum meminere. ſed Homerida.

Αὐτίκα δ' ἀκρότατον παρὰ ἱστίον ἐξετανύσθη
Ἄμπελος ἔνθα καὶ ἔνθα, κατεκρημνῶντο δὲ πολλοὶ
Βότρυες. *In vada*, maria. elattoſis. vt el. 1. lib. 2. verſ. 22.

ET *tibi per mediam beneolentia flumina Naxon.*]
C Apud Higin. fab. 134. Liber rogat nautas Tyrrhenos, vt ſe Naxon deuehant, & apud euodem Naxos intet Cycladas numeratur. Meminit & lib. 2. Aſtron. In *Aquila*, & in *Delphine*. vbi Naxica dicitur ſcripſiſſe Aglaoſthenes. Virg. 3. Æoeid. *Bacchatamque iugis Naxon*. vbi Seru. *Illic Bacchus egit triumphum de Indis, quæ & Dia dicitur, & Libero ſacra eſt*. Plin. cap. 12. lib. 4. ait ſtrongylen dictam olim Naxon, poſt Diam; poſtremo Dionyſiada, à vinearum fettilitate. Hinc ergo fabulæ occaſio de fluminibus vini. De ea & Strabo lib. 10. Sunt & Naxij popoli Siciliæ Pliu eap. 8. lib. 3. (Sed non hæc *turba Naxia*) &
D Naxos ibidem oppidum. *ubi tibi* vel iungi poteſt cum *Naxon*, pro, toam. vel cum *flumina*, pro tua. Er dicam pet mediam tuam Naxon beneolentia flumina. ſic *tibi*. pro, tuus el. 20. lib. 2. verſ. 17. *Beneolentia flumina*, ob odorem ſoauiſſimum vioi. Sic Homerida in Hymoo Bacchi & Latronum:

Οἶνος μὲν πρώτιστα θοὴν ἀνὰ νῆα μέλαιναν
Ἡδύποτος κελάρυζ' εὐώδης, ὤρνυτο δ' ὀδμὴ
Ἀμβροσίη Horat. oda 19. lib. 2.

Fas pervicaces eſt mihi Thyadas,
Vinique fontem, lactis & vberes
Cantare riuos.

E Ex Euripidis Bacchis vbi Thyrſo coniecto alia vini fontem, alià lactis, alià mellis excitat. Ouid. 1. Met.

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.

Scaliget hic legit, *Beneolenti flumine*, & poſt *merum*, incidit, vt decurrat io tertium verſum. noo eſt opus.

VNDE *cum potant Naxia turba merum.*] id eſt, E quibus fluminibus à te diuioitus profuſum merum potant incolæ Naxi. *Naxia turba*, vt eleg. 2. libt. 4. *Turba togata*. *Turba potant*, vt Ouid. 1. ep.

Turba ruunt in me luxurioſa proci.

CANDIDA *laxatis onerabo colla corymbis.*] id est. Implebo colla niuea corymbis fluxis. sic Plaut. Capt. *Onerare amœnitate. Onerare Letitia.* quod dolce onus. est & onerate, ornare, vt el. 9. sup. *Onerare domum per arma. Corymbus.* vnde *Corymbifer Bacchus*, vt adnot. eleg. 30. verf. 39. *Laxatis*, pro laxis, & vagis, ac pendentibus. participium pro nomine.

CINGET *Baßaricas Lydia mitra comas.*] id est, velabit & vinciet caput Bacchi mitra Mœonia. Mitratus erat Bacchus, vt mollis. ipse eleg. 2. lib. 4. *Cinge caput mitra, speciem furabor Iacchi.* Stat. 1. Achill. de Baccho:

Serta comis, mitramque leuat.

B vnde μιτρηφόρος vocabatur Diodoro, & Eoseb. in 2. præp. Euang. quod ebriis caput nutare soleat, & mitra ligaretur sub mento, ne decideret. Orpheus:

Νυκτέλι' ἀδώνιε, μιτρηφόρε, θυρσοτινάκτα.

de mitra vide adnot. ad eleg. 29. lib. 2. verf. 15. *Baßaricas comas.* Bacchicas. nam Bacchus intonsus Tibullo, & βασσαρεὺς dicitur Orpheo:

Ἐλθὲ μάκαρ Διόνυσε, πυρίσπορε, ταυρομέτωπε

Βασσαρεῦ. Cornutus Grammaticus ad illud Persij: *Baßaris, & Lyncem mœnas flexura corymbis.* Bassarides, inquit, Bacchæ, & Bacchus Bassareus, à genere vestis, qua Liber pater vtitur demissa ad talos, quam Thraces Bassaram vocant. vel à vulpibus, quarum pellibus Bacchæ succingebantur, vt & Lyncum pellibus, & pantherarum. vulpes inde Thraces Bassares dicunt. Acron & Porphyrio, à genere vestis, cui nomen Bassaris, quæ vestis, inquit Acron, ad pedes vsque demissa, dicta à Bassara loco Lydiæ vbi fit. Pollux & Hesychius vestem esse affirmant Bassarum. Phornutus tamen ἀπὸ τοῦ βάζειν deducit, à dicendo, vel clamando, & vnico S. scribit.

LÆVIS *odorato ceruix manabit oliuo.*] sic Catull.

Seruis, ac Syrio flagrans oliuo.

Callimachus hymno in Apollinem:

Αἱ δὲ κόμαι θυόεντα πέδῳ λείβουσιν ἔλαια.

Læuis ceruix, vt verf. 13. eleg. 3. lib. 2. *Leuia colla*, vbi vide adnot. Læues etiam depiles & vulsi. Ouid 1. de arte amandi:

Femina quid faciet cum sit vir leuior ipsa?

Bacchus autem imberbis, & inuestis fingitur. *Manabit oliuo odorato*, diffluet vnguento, stillabit Tibullo:

Stillabat Syrio myrrhea rore coma. Festus: *Manare dicitur cum humor ex integro, sed non solida nimis per minimas suas partes erumpit. quod ex Græco trahitur: quia illi non satis solidum μανὸν dicunt.* apud eundem actiuè. *Manalis lapis qui aquas manat.* fundit, & manat Sol cum radios ab Oriente iacit, quia eius liquidum numen, quo spargit terras. *Manabit oliuo*, vt Cic. 1. de diuin. *Herculis simulacrum multo sudore manauit. Oliuo odorato*, periphrasis vnguenti. nam oliuum vnguentis componendis adhibetur. vnde Virg. 2. Georg.

Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui.

Plin. cap. 2. lib. 15. Oleum aptissimum esse ait ad odores conseruandos. & ex Balsamo, Balsamium oleum vocat. *Odorato*, multi & suauis

A odoris, vt el. 3. lib. 4.

Raptaque odorato carbasa lina duci.

ET *feries nudos veste fluente pedes.*] id est, cum incedes vestis talos feriet ad eos demissa. quod Tibull. eleg. 4. lib. 3. dixit:

Imo videbatur talis illudere palla.

Nam & ludere, batuere. *Veste fluente*, & laxa & demissa. vt Virg. 1. Æneid.

Vestis talos defluxit ad imos.

Inde *vestifluus Lydus*, Petroo. vbi Turneb. male legit: *Septifluus.* Auson. in Monosyllabis: *Iam pelago volitat mercator vestifluus Ser.* & apud Florid. 1. *Vestium fluxos Assacidas.* & Tacit. de moribus Germanor. *Non fluitante veste, sicut Sarmatæ & Parthi, sed stricta, & singulos artus exprimente.* Tibullus de Baccho el. 7. lib. 1.

Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.

Albin. in obitum Mœcenatis:

Et tibi securo tunica fluxere soluta.

Stat. 1. Achill.

Si decet aurata Bacchum vestigia palla

Verrere. Ea vestis dicta Bassaris, vel Bassarus, vel Bassara vt noto ad illud sup. *Baßaricas.* alij syrma intelligunt. Euripid. in Bacchis:

——κ' οὐχ' ἑξῆς πέπλων

Στολίδες ὑπὸ σφυροῖσι τείνουσιν σέθεν.

C Neque rite vestium plicæ ad talos demissæ sunt tuos. *Nudos pedes.* Atqui cothurnatus fingitur, vt probat Turneb. cap. vlt. lib. 25. Aduers. Sed interdum detrahit cothurnos. Virg. 2. Georg.

——*nudataque musto*

Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

Sed ad premendum vinum, & tunc sine veste. Ouid. eleg. 6. lib. 4. Trist.

Dißiluit nudo pressa vix vua pede.

quale malim legere, *nitidos.*

MOLLIA *Dircea pulsabant tympana Thebæ.*]

D *Dircæa*, Bœoticè à Dirce fonte. dixi ad el 15. sup. *Pulsabunt*, plaogent, quatiét Catull. io Ariadna:

Plangebant alij proceris tympana palmis.

Mollia tympana, quæ molles decent feminas, & cinædos, vt Sueton. in Aug. *Viden vt cinædus orbem digito temperat?* Plaut. Trucul. act. 2. sc. 7. *Mœchum, malacum, cincinnatum, vmbraticolam, tympanotribam.* Et Pœnul. sc. 5. act. 5. *Cur non adhibuisti dum istæc loquere tympanum, nam te cinædum te arbitror magis quam virum.* vnde in hymnis in Cybeleo, τυμπανόδουπος, & τυμπανοτέρπης.

CAPRIPEDES *calamo Panes hiante canent.*] De Pane comite Bacchi ipse eleg. 3. sup.

E *Et calami Pan Tegeæe tui.* Seru. in ecl. 2. *Caprinos pedes habere Pan fingitur ob terræ soliditatem.* Captipedes Panes vno verbo *Ægipanes. Panes* numero multitudinis, & Fauoi, Sileni, Lares. Virg. in Culice:

——*viridi ludentes Panes in herba.*

Calamo hiante dixit, vt Lucret. lib. 4. de Pane:

Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes.

& Phornuto satyri ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι, ab hiando & *calamo*, pro calamis.

VERTICE *turrigero iuxta Dea magna Cybelle, Tundet ad Idæos cymbala rauca choros.*] iuxta, quia sacra Liberi patris, Cereres & Cybeles communia multa habent. Strabo lib. 10. ipse eleg. 7. lib. 4.

Qua numerosa fides, quaque æra rotunda Cybeles,
Mitratisque sonant Lydia plectra choris.
Dea magna. Lucret. lib. 2.
Quare magna Deûm mater, materque ferarum,
Et nostri genitrix hæc dicta est corporis vna.
Catullus:
Dea magna, Dea Cybele, Dea domina Dyndimi.
Stephan. περὶ πόλεων in verbo Δύμος, ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρὸς ῥεῖ. vnde Megalesia, eius sacra. Strabo lib. 10. *Cybelle*, sic dicta à monte Phrygiæ. Stephan. περὶ πόλεων. Strab. lib. 10. Festus, & Seruius, & Vibius Sequester de montibus, in Phrygia montem Cybelum & Gallum fluuium commemorat. Alij ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλὴν, à capitis rotatione, id enim Galli faciunt. B Seru. in 3. & 10. Æneid. At Capella à cubo ei sacro Cybelen dictam putat. nomina eius vide apud Ouid. 4. fast. *Turrigero vertice.* sic Lucan. de Roma:
Turrigero effundens canos à vertice crines.
Virg. 6. Æneid.
——*Qualis, Berecynthia mater*
Ingreditur curru Phrygias turrita per vrbes.
Ouid. 6. fast.
Turrigera frontem Cybele redimita corona.]
ipse eleg. vlt. lib. 4.
Claudia turritæ rara ministra Deæ.
Claud. 5. de raptu Proserpinæ:
Turrigeramque petit Cybelen.
Ouid. 4. fast. de Cybele:
At cur turrifera caput est onerata corona?
An primis turres vrbibus illa dedit?
Virg. 10. Æneid.
Alma parens Idæa Deûm, cui Dyndima cordi,
Turrigeræque vrbes. A Græcis πυργοφόρος, dicitur. *Tundet*, feriet, quatiet, *Pulsabit*, sup. Horat. in arte: *Tundet pede terram.* Ouid. 4. fast.
Ibunt semimares, & inania tympana tundent,
Æraque tinnitus ære repulsa dabunt.
Cymbala. Aera rotunda vocat ipse eleg. 7. lib. 4. vers. 61. *Concaua æra.* Ouid. 4. Metam. vnde vet. gloss. *Aeneatores*, Κυμβαλισταί. Cymbali formam intelligimus ex herba Cotyledone, inquit Turneb. cap. 33. lib. 26. Scribonius Largus: *Item mentastrum, vel radicem κυμβάλου. quæ herba folia similia cymbalis habet.* Virg. 4. Georg.
Et matris quate cymbala circum. vbi Seruius: *Quæ in eius tutela sunt: ideo quod similia sunt hemicyclis cœli, quibus cingitur terra, quæ est mater Deorum.* Varro Eumenidibus apud Nonium in *præter*: *Eundo domum præter matris Deûm ædem exaudio sonitum.* Isidor. lib. 3. *Cymbala & acetabula quædam sunt, quæ percussa inuicem se tangunt, & sonum faciunt, dicta autem cymbala, quia cum ballematica simul percutiuntur. Ita eum dicunt cymbala, ballematica.* hæc ille. Inde *Cymbalissare*, cymbala quatere apud Nonium, & *Cymbalum mundi* Appion Grammaticos vocatus à Tiberio Cæsare. *Rauca*, graui sono, & querulo, vt not. ad eleg. 10. supra vers. 23. *Ad choros Idæos*, apud choros & cœtus Gallorum, vt *mitratos choros* Mœnadum dixit el. 7. lib. 4. *Ad*, vt eleg. 3. lib. 4.
Et crepat ad veteres herba Sabina focos.
Choros Idæos, vt Virg. 9. Æneid. *Idæique chori.* Galli matris Idææ.

A *Ante fores templi crater antistitis auro*
Libatum fundens in tua sacra merum.]
De valuis templorum dictum ad eleg. 31. lib. 2. vers. 12. Hic autem locos docet libationes fieri ante fores templi. Sic Tibull. eleg. 3. lib. 1.
Vt mea votiuas persoluens Delia voces
Ante sacras lino tecta fores sedeat.
& el. 1. eiusd. lib.
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Ouid. el. 4. lib. 4. Trist. —— *ad aram*
Quæ stabat geminas ante cruenta fores.
vet. gloss. *Ante templum*, πρόναος. *Crater antistitis auro.* Deest, ex. vt eleg. 31. lib. 2. vers. 11. adnot. Festus: *Creterre vocabulum trahitur à cretere, quod est vas vini.* Isidor. cap. 5. lib. 20. *Cratera, calix est duas habens ansas. Græcè crater, Latinis cratera.* Fiebant autem primũ à connexionibus virgultorum, & dictæ ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, quod inuicem se teneant. Macrob. lib. 1. in Somnium Scipionis: *Crater Liberi patris inter sidera.* Græci deducunt à κεράννυμι. id est, misceo. Homero vbique vas vinarium, etiam aptum sacris. Virg. in Daphn. & 6. Æneid. Crateres etiam, quibus funditur oliuum. *Antistitis.* Antistitem olim præstitem vocabant. Festus in *Præstitem.* Antistare, præcellere. Fulgent. De prisco sermone: πρωτεύων, C præcipuus inter sacerdotes. vnde *Iustitiæ antistes.* &, *Antistes sapientiæ Plato*; Gellius. *Libatum fundens merum*, quia degustabant antequam funderent, & Deum inuocabant. Virg. 2. Georg.
Stetque cratera coronant; *Te libans Lenæe vocat.*
& 5. Æneid.
Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
Fundit humi.
Libantes dicebant: *Macte hoc vino inferio esto.* Cato cap. 134. de re rost. & Arnob. Xiphilin. in Nerone, de Thracea venis incisis manus tollente: Σοὶ τοῦτο τὸ αἷμα, ὦ Ζεῦ Ἐλευθέριε, σπένδω. & Tacit. D lib. 15. de Seneca. *Postremo stagnum calidæ aquæ introijt, respergens proximos seruorum addita voce libare se liquorem illum Ioui liberatori.* Isidor. lib. 6. Libare, propriè fundere est: ductum à Libero & degustari, qui vsum vini reperit. Sed λείβω Græcum est. & libare est leuiter degustare. Virg. eclog. 5. —— *nulla nec amnem*
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
& 4. Georg.
—— *& flumina libant Summa leues.*
& 1. Æneid.
Dixit & in mensa laticum libauit honorem:
E *Primaque libato summo tenus attigit ore.*
Crater fundens merum dicitur, vt Ouid. 2. de arte amandi:
Mihi fundat auitum Testa paterna merum.
& Tibull eleg. vlt. lib. 1.
Funderet vt nato testa paterna merum.
& ipse el. 10. sup. *Nares vnguet onyx. In tua sacra*, pro in tuis sacris, vt eleg. 9. supr. *In partes fuisse.* vers. vlt. An in tuum honorem:
Hæc ego non humili referam memoranda cothurno,
Qualis Pindarico spiritus ore tonat.]
Διὰ τὸ αὐτὸ *Referam memoranda. Cothurno*, stylo grauiore, qualis tragicorum est. vnde τραγῳδεῖν, & *paratragœdiare* Plauto. vide not. ad eleg. vlt.

lib. 2. verſ. 41. *Qualis ſpiritus*, vis ac facultas pangendi carminis, vt ipſe *biare carmen*, & *hiſcere*. & Horat. ep. 1. lib. 2.

Nec ſpirat tragicum ſatis.

& in arte Poëtica:

Quod acer ſpiritus, ac vis
Nec verbis, nec rebus ineſt.

Lucan. ad Piſones:

Quod ſi tam validæ mihi robur mentis ineſſet,
Et ſolidus primos impleret ſpiritus annos.

Fab. cap. 1. lib. 10. *Poetico ſpiritu*. Idem: *Nouem Lyricorum Pindarus princeps, ſpiritus magnificentia. Animam* ipſe vocat eleg. 10. lib. 2. verſ. 11. *Spiritus tonat*, forti horrendaque voce canit. vide adnot. ad eleg. 1. lib. 2. verſ. 40. *Pindarico ore*, vt Horat. *Profundo Pindarus ore*. & Velleius. *Niſi Thebas vnum os Pindari illuminaret*. Pindari meminit vt optimi acerrimique Poëtæ, & inimitabilis Horatij iudicio oda 2. lib. 4. & quia etiam Dithyrambos ſcripſit. Horat. ibid.

Tv *modo ſeruitio vacuum me ſiſte ſuperbo.*] formula eſt condicionis adiectæ: faciam, tu modo id facias vt eleg. 11. lib. 1. verſ. 27. *Siſte me*, redde & præſta. & eſt verbum iuris in obeundo vadimonio, de quo Cicero ſæpe pro Quintio. & 3. offic. *Vas factus eſt ſiſtendi eius*. & alibi paſſim. Gell. cap. 1. lib. 7. de vadimonio: *Siſtant ſe in illo loco perendie*. & cap. 10. lib. 18. *Siſtas hunc ſanum*. Virg. 2. Æneid.

Numquam abero, & tutum patrio te limite ſiſtam.

& 4. Æneid. *Huc ſiſte ſororem*. Plaut. Curcul. ſc. 3. act. 1. *Siſto ego tibi me*. Et toto tit. *Si quis cautionibus*. Siſtere in eadem cauſa aliquem maximè l. 11. & l. vlt. de verb. ſign. Plus eſt in iudicio ſiſtere quam exhibere. nam exhibemus etiam in alia cauſa: ſiſtimus in eadem. Eſt & ſiſtere verbum augurij. vnde *Siſtere fana* Feſto, eſt in vrbe condenda certa loca futurorum fanorum conſtituere. Item ſacrorum Virg. 8. Æneid.

Et cum grege ſiſtit ad aram. (ſuem)

Vacuum ſeruitio ſuperbo, liberum iniuſta & inclementi ſeruitute. vt eleg. 10. ſup. *Vacuum flore caput*, quod vacat; id eſt, caret flore. *Superbo ſeruitio*, contrarium eſt *Seruitium mite* el. 20. lib. 2. verſ. 20.

Atqve *hoc ſollicitum vince ſopore caput.*] an pro vinci, vt *vincire mentem Lyæo*, el. 5. ſup. Sed *vince*, doma & opprime; vt Tibull. el. 2. lib. 1.

Adde merum, vinoque graues compeſce dolores:
Occupet vt feſſi lumina victa ſopor.

Virg. 9. Æneid.

—— multoque iacebat Membra deo victus.

vnde ab Homero dicitur πανδαμάτωρ ὕπνος. vide Orphei hymnum in Somnum *Sopore*, ſomno per te accerſito. ſup. verſ. 14. *Hoc ſollicitum caput*. id eſt, anxium me, & confectum curis. vide eleg. 4. ſup. verſ. 19. & 20.

AD ELEGIAM XVIII.

Clavsvs *ab vmbroſo qua ludit Pontus Auerno*
Humida Baiarum ſtagna tepentis aquæ.]

Baiarum ſitum deſcribit & deſignat Auerno, Miſeno, & via Herculea. Strabo lib. 5. docet in Cumano littore, proximum Cumis eſſe Miſe-

A num, deinde ſub rupe lacus, mox ſinum Baianum, vbi aquæ calidæ, & amœnæ, & ſalutares. continuus lacus Lucrinus, intra quem Auernus, eſt, vbi χερρόνησος, & ἰσθμὸς paucorum ſtadiorum, id eſt, peninſula, & collum quoddam freta diuidens. Legendus Seru. in 2. Georg. ad illos verſus:

An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra
Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor,
Iulia quà Ponto longe ſonat vnda refuſo,
Tyrrhenuſque fretis immittitur æſtus Auernis?

Plin. cap. 5. lib. 3. *In ora* (maris) *Cumæ Chalcidenſium, Miſenum, portus Baiarum, Bauli, lacus Lucrinus & Auernus*. B *Quà ludit*. Auratus legit *Alludit*. id eſt, alluit ludendo, vt Ouid. lib. 4. Met.

—— & in alludentibus vndis
Summa pedum, taloque tenus veſtigia tingit.

Stat. 9. Theb. *Extremis alludunt æquora plantis*. Cicero Topicis: *Aquilius definiebat littus eſſe qua fluctus alluderet*. Fab. cap. vlt. lib. 5. *Iuriſconſulti littus audent eſſe dicere, qua fluctus alludit*. id eſt, ludendo procedit. vt ſit quidam vndarum ludus & fluctuum, vt Æſchylus dixit & adnotaui ad illud Catulli:

C *Procedunt, leniterque ſonant plangore cachinni.*

Seneca Oedipo:

Per te, pater Neptune, qui fluctu breui
Vtrinque noſtro geminus alludis ſolo.

Ductum à gladiatorum acceſſu & receſſu. Si, *ludit*, erit aphæreſis. *Pontus*, Cumanum mare ad Tenedum. *Pontus*, mare dicitur proprie à paludibus Mœoticis, vt alias notaui. *Clauſus*, quia Auernus efficit clauſtra ponti. Scaliger legit, *Plauſus*, vt Virg. 12. Æn. *Pectora plauſa*. *Ab Auerno vmbroſo*, ſyluoſo, ſyluis opaco. Virg. 3. Æneid.

—— & Auerna ſonantia ſyluis.

Ibi olim denſæ ſyluæ Strabo lib. 5. *Humida ſtagna Baiarum*. Scaliger legit, *fumida*. non placet. D *Humida*, liquentia Catullo. Sic ὕδατος ὑγροῦ, Callimacho hymno in Delum verſ. 21. Virg. 5. Æn.

Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando
Carpathium, Libycumque ſecant. & 3. Georg.
Cæduntque ſecuribus humida vina.

Epitheton otioſum, vt *Iucunda voluptas* eleg. 10. lib. 1. & *demens furor*. *Fontes liquidi*. & *liquens fluuius*. *Stagna*, vel à ſtando, quòd illic ſtet aqua: vel à Græco στεγνόν, quod contineat aquam ille locus: Feſtus. Varro 4. de ling. Lat. Seru. in 1. Æn. *Stagnum, ſtans aqua, vel profundum maris*. Vlpian. l. vnica. *Vt in flu. pu. na.* Stagnum eſt, quod temporalem continet aquam ibidem ſtagnantem, quæ plurimum hyeme cogitur. *Baiarum*. de iis dictum el. E 11. lib. 1. verſ. 1. & vlt. *Tepentis aquæ*, pro, calidæ. vt eleg. 33. lib. 2. *Nilo tepente*.

Qva *iacet & Troiæ tubicen Miſenus arena.*] vide adnotata de Myſeno ad eleg. 11. lib 1. verſ. 4. *Iacet Myſenus*, ſepultus dicitur in littore vicino promontorio. *Tubicen Troiæ*, vel eſt genitiuus, pro epitheto, vt *Mons Parnaſſi* el. 13. ſup. vel *Troia*, pro regione. Seru. in 1. Æneid. Feſtus: *Miſenum*, inquit, *promontorium à Miſeno tubicine Aeneæ ſic appellatum*. Sed à Stat. 4. Sylu. in Lyrico ad Max. Iun.

Non tamen portu retinent amœno
Deſides Baiæ, Liticeine notus
Hectoris armis.

à Virgilio pariter *liticen* dicitur, non *tubicen*, A vt hic.

Et *fonat Herculeo ftructa labore via.*] De hac via fiue aggere ipfe el. 11. lib. 1.

Qua iacet Herculeis femita litteribus.

vbi vide adnot. *Structa*, exftructa & munita. Fab. cap. 14. lib. 2. fic dixit: *Stratum militari labore iter. Labore Herculeo*, ab Hercole laborioso. Sic Horat. oda 3. lib. 2.

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

Sonat, vel ob frequentiam populi viam celebrãtis, vt el. 9. 4.

Omnis & infana femita nocte fonat.

vel ob fluctuum ftrepitum, vt el. 10. lib. 4. B

Fontis egens erro, circoque fonantia lymphis.

vnde & *refonantia littora* Virgilio.

Hic *vbi mortales dextra cum quæreret vrbes*

Cymbala Thebano concrepuere Deo] Beroaldus *Quæreret* mutauit in *conderet*, quia in Campania condidit Herculaneum, & Pompeios. Scaliger *Quæreret* dictom putat, vt nos dicimus, *conquereir.* id eft, redigeret in poteftarem. quod cõfirmatur τῷ *dextra*: fic el. 10. lib. 4.

Bis mihi quæfita, bis mea præda boues.

Virg. 7. Æneid. *Quæfita fanguine dotes.* Donat. in Phorm. *Acquifita bello longè ab Italia regiones prouincia dictæ.* vbi *Acquifitæ regiones*, vt hic *quæreret vrbes*. Quærere fæpe parare eft, el. 2. fup. C

Ingenio quæfitum nomen. *Vrbes mortales*, quia & ipfæ ciuitates intereunt, com tot oppidorum proiecta funera iaceant. vide notara ad illud eleg. 21. lib. 1. *Patria tot nota fepulcra.* vel eft hypallage, pro, mortalis ipfe. oifi omnino, *mortalis*, fcribendum fit. id eft, cum adhuc inter homines effet, cui refponder quod fequitur, *Deo*. Expugnauit autem plerafqoe vrbes Hercoles, maximè vbi Tyranni erant. ideo addidit *dextra*. id eft, vi & armis, vt Æneid. lib. 2.

——— *fi Pergama dextra Defendi poffent.* D

& 6. Æneid. *Inuictaque bello dextera.* fic *manu*, fæpe. *Deo Thebano.* Herculi ioterpretatur Beroaldus. Rectè: nam duo uumina præcipua Thebanorum, Liber & Hercules. Stat. io Thebaide. τῷ *Deo*, pro, Deo mox futuro, vt Ouid. ad Liuiam:

Cum fuit impofito membra cremata Deo.

Ait idem Beroaldus folitum coli Herculem à Campanis cymbalis, quia in ea regiooe viciffet gigantes in Phlegræis campis. *Concrepuere cymbala*, id eft, crepitum edidere, cum pulfarentur, vt el. fup. prox. *Pulfabunt tympana.* Petron. Arbiter. *Cum intrans cymbaliftria, & concrepans æra omnes excitauit.* Mart. ep. 17. lib. 11. E

Et Tarteffiaca concrepat æra manu.

Ouid. 5. faft.

Rurfus aquam tangis, Temefæaque concrepat æra.

ver. gloff. *Concrepat*, συνηχεῖ, συμπαταγεῖ.

At *nunc inuifa magno cum crimine Baiæ,*

Quis Deus in veftra conftitit hoftis aqua?] Diffimilitudinis eft. Antea inuifæ quidem Baiæ, fed paroo com crimioe, ftupri fcilicet, vnde dixit eleg. 32. lib. 2.

Sin autem longo nox vna aut altera lufu

Confumpta eft, non me crimina parua mouent.

& eleg. 11. lib. 1.

Ah pereant Baiæ crimen amoris aquæ.

& eleg. 30. lib. 2.

Hoc fi crimen erit, crimen amoris erit.

vbi & *Communem culpam* vocat. *Magno crimine*, quia confceleratæ morte Marcelli cum magna inuidia, & infamia earom, vt el. 28. lib. 2.

Tam formofa tuum mortua crimen erit.

Quis Deus, dictum vt à Catull.

Quis Deus tibi non bene aduocatus, &c.

Deus hoftis, vt Virg. 12. Æneid.

Dij me terrent, & Iuppiter hoftis.

& 2. Æneid.

Hic mihi nefcio quod trepido male numen amicum

Confufam eripuit mentem.

Conftitit in aqua, pedem pofoit vt lauaret, vel pro confedit, & aliquaodiu manfit, vt aquas inficeret, vt el. 15. lib. 1.

Hypfipyle vacuo conftitit in thalamo.

His *preffus ftygias vultum demifit in vndas,*] Mentitus eft illic Marcellum periiffe, cum cõfter contra ex Dioοe φαρμακείᾳ interiiffe, vt hic oftendit Scaliger: *His preffus.* Supple, vndis, qoia fequitur *vndas.* fic el. 10. fup.

Deum qua primum oculos cepifti vefte Properti

Indue. *Preffus*, vt Ouid. el. 11. lib. 2. Amor.

Ergo funeftas preffa bibiffet aquas.

& el. 1. lib. 2. Trift.

Preffere hoc fluctus Oceanufque caput.

vide adnot. ad el. 9. fup. verf. 6. Sic dicit Ouid. ad Lioiam: *Mergi aqua ftygia.* *Vultum demifit.* Languentis geftus, & morieoris, vt Virg. 9. Æn.

Purpureus veluti cum flos fuccifus aratro

Languefcit moriens, laffoue papauera collo

Demifere caput. Vultum demittit, qui fubmergitur grauato capite. At hoc etiam de mortuis Ouid. in Epicedio Tibulli:

Hunc quoque fumma dies nigro fubmerfit auerno.

Sed & *Demitti Orco* & morti dicuntur θνῄσκοντες. Virg. 2. Æneid.

Multos Danaûm demifimus Orco. & 5. Æneid.

——— *infefto fulmine morti*

Si mereor demitte.

In vndas Stygias, vt Narciffus apud Ouid.

Se poftquam eft inferna fede receptus

In Stygia fpectabat aqua. Et alludit hic ad Auernales aquas lacus proximi Baiis.

Errat *& in veftro fpiritus ille lacu.*] extremum halitum fignificat pene adhuc fpirantis mortui. Virg. 4. Æneid.

Extremus fi quis fuper halitus errat

Ore legam. An vmbram ipfam, vt de Cynthia el. 7. lib. 4.

Spirantefque animos, & vocem mifit, &c.

Spiritum, vmbram non audeo interpretari, quia non poffum confirmare exemplis. fed tamen vmbræ infepulto corpore errant ceotum aonos Virg 6. Æneid. & inultæ, Lucanus:

Vmbraque erraret Craffus inulta.

Sed & omnes vmbræ noctu vagãtur. vt el. 7. l. 4.

Nocte vaga ferimur. &c.

Spiritus ille. ψυχή, vt el. 3. lib. 2.

Cecidit fpiritus ille tuus. *Lacu.* fup. hac el. verf. 2. *ftagna* vocauit. quid lacus dixi ad el. 3. v. 42. fop.

Qvid *genus aut virtus, aut optima profuit illi,*

Mater, & amplexum Cæfaris effe focos?]

Similis

Similis conquestio est eleg. vlt. lib. 4.

Quid mihi coniugium Paulli? quid currus auorum
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Num minus immites habui Cornelia parcas?

Ouid. in Epicedio Tibulli;

Quid pater Ismario, quid mater profuit Orpheo?

Albin. ad Liuiam:

Quid tibi nunc mores prosunt, actumque pudicè
Omne æuum? & tanto tam placuisse viro?

Virg. 3. Georg.

Quid labor aut benefacta iuuant?

Quid genus profuit? id est, auita nobilitas gentis Claudiæ quid aduersus vim fati Marcello profuit? Genus non curat mors, neque parcit nobilibus. Horat. oda 7. lib. 4.

B

Non Torquate genus, non te facundia, non te
Restituet pietas. ipse eleg. 5. lib. 3.
Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro.

de virtute Marcelli. Virg. 6. Æneid.

Heu pietas, heu prisca fides, inuictaque bello
Dextera! non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato, &c. *Optima mater,* Octauia maximè pia. Virg. 10. Æneid.

——— *non te optima mater Condet humi.*

Cicero 6. de Rep. *Pater sanctissime, atque optime.* de optimis moribus Octauiæ Plutarch. in Antonio. Albin. ad Liuiam: *Marcellum Octauia fleuit.* *Amplexum Cæsaris esse focos*, arctissimo vinculo coniunctum fuisse cum gente Iulia & Cæsaris domo. vet. lib. *Amplexus*, vt παθητικῶς accipiatur, vt Cic. pro Sex. Roscio. *Quo vno scelere omnia scelera complexa esse videantur.* Scaliger intelligit adoptatum à Cæsare, quia adoptationes ante Larem familiarem fiebant, & libera toga sumebatur. Ego vero malo referri ad arctissimum vinculum affinitatis cum Cæsare, quia ei nupsit Iulia Cæsaris filia, vt scribit Dio lib. 53. Albio. ad Liuiam de Augusto:

Condidit Agrippam, quo te, Marcelle, sepulcro:
Et cepit generos iam locus ipse duos.

Sueton. in Aug. cap. 63. *Focos.* penates, domum vt eleg. 1. lib. 2.

Restituit proprijs Androgeona focis.

& ibid. Ver. 29.

AVT *modo tam pleno fluitantia vela theatro.*] de velis theatrorum Plin. cap. 2. lib. 19. vbi ait etiã hunc Marcellum, & sine ludis velis forum inumbrasse, vt salubrius litigantes consisterent. Sueton. in Calig. cap. 26. *Reductis flagrantissimo sole velis.* ipse eleg. 1. lib. 4.

Nec sinuoso cauo pendebant vela theatro. Mart.
Quamuis non modico caleant spectacula sole,
Vela reducuntur cum venit Hermogenes.

Lucret. libr. 4.

Et vulgo faciunt id, lutea russaque vela,
Et ferrugina cum magnis intenta theatris
Per malos volgata, trabesque trementia flutant.

Ita Turneb. *Fluitantia*, pendentia & laxa, ideoq. vento facile agitanda. vt eleg. sup. prox. *Veste fluente.* Virg. 10. Æneid.

Quos & fluitantia vela Impediunt.

In mari. & *aeris mare* dicitur Lucretio. Ouid. 11. Metamorph.

Vela tamen spectant summo fluitantia malo.

Horat. sat. 3. lib. 2.

A *Mobilia & cæca fluitantia sorte.*

Pleno theatro, referto turba spectatorum. Marcelli theatrum struxit & dedicauit Augustus. Sueton. in August. cap. 29. & 43. Tacit. 3. Annal. Ammian. lib. 14. Plutarch. in Romulo Lãprid. in Commodo. Dio lib. 43. Vitruuius præfatione lib. 10. Lips. cap. 17. Amphit. & cap. 18.

ET *per maternas omnia gesta manus.*] id est, ab Octauia administrata & tractata. Commendatio à pietate, quod ædilitatis suæ curam matri commiserit. *Per manus.* pro, manibus, vt adnot. ad eleg. 7. sup. vers. 30. *Gesta*, vt gerere, bellum, & iurisconsultis gerere negotium, bona, patrimonium.

OCCIDIT, *& misero steterat vigesimus annus.*] Seruius falsum annorum numerum recenset, qui ait Marcellum incidisse in valetudinem anno decimo sexto, & periisse anno decimo octauo. Virg. absorbet eius ætatem, cum ait:

Ostendent terris hunc tantum fata, nec vltra
Esse sinent. Neque Dio lib. 53. neque Plutarchus in Marcello ætatem numerant. & Cornelius Tacit. lib. 2. Annal. *Marcellum, inquit, flagrantibus plebis studijs intra iuuentam ereptum. Breues & infaustos Pop. Rom. amores. Occidit*, leto datus est. sic eleg 28. lib. 2.

C

Et quæcunque erat in numero Romana puella
Occidet. *Et misero*, & quia mortuus, & quia primo æuo, miserum vocat vt eleg. 7. sup.
Primo miser excidit æuo. sic Virg. Æneid. lib. 6. de eodem: *Heu miserande puer*, &c. *Steterat vigesimus annus.* enallage, pro. stabat, vt el. 31. lib. 2.

Atque aram circum steterant armenta Myronis.

vel, pro, stetit. id est, currere desiit, & procedere illi ætas. vt el. 8. sup.

Dulcis ad hesternas fuerat mihi rixa fenestras.

TOT *bona tam paruo clausit in orbe dies.*] sic vetus epitaphium apud Aldum de Orthographia:

D

Cæsius Atquidicus tam tenuum vixerat annos:
Felices annos tot tulit hora breuis.

Lucret. libr. 3.

Miser, ô miser, aiunt, omnia ademit
Vna dies infesta tibi tot præmia vitæ.

ipse eleg 11. sup.

Tantum operis belli sustulit vna dies.

Clausit, inclusit, finiuit. vt eleg. 15. lib. 2.

Forsitan includet crastina fata dies.

Ouid. 3. fast.

Mamurius morum fabræue exactior artis,
Difficile est illi dicere, clausit opus.

In orbe clausit, inclusit tam paruo annorum spatio, & circumscripsit. nam mensis, orbis lunæ;

E

& orbis solis, annus. vnde orbis temporis Horat. in carm. secul.

Certus vt denos decies per annos
Orbis, & cantus, referatque ludos.

Virg. 6. Æneid.

Donec longa dies perfecto temporis orbe. & 5.
Annuus exactis completur mensibus orbis.

Ouid. 1. fast. & orbem, pro die posuit.

Est quoq. (dies) qui nono sẽper ab orbe redit, nonæ.

I *nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos.*]
sic Ouid. in epist. Deianiræ:

I nunc, tolle animos, & fortia facta recense.

I *nunc.* est insultantis & reprehendentis, vt

dictum eleg. 7. fupr. verf. 29. *Tolle animos*, fpe fcilicet magnarum rerum. Horat. oda 16. lib. 3.

Latè confpicuum tollere verticem.

Cic. pro domo fua. *Efferre animos infolentia dominatus.* contra. *Animos cadere*, & *Animos demittere.* de finibus. Terent. Hecyra. *Sublati animi funt.* vbi Donatus exponit elati; & dici ait de feris, quæ pro animi qualitate efferunt corpora. Virg. 3. Georg.

Ingentes tollent animos, prenfique negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

& 2. Georg: *Animos tollent fata.* id eft, vberius, & validius crefcent. ductum à magnitudine animi. *Finge tecum triumphos*, fpem triumphorum concipe. nam qui cupiunt ipfi fibi fomnia fingunt. Fingere eft cupientium & fperantium, & fibi blandientium, vt Tibulli eleg. 8. lib. 1.

Dum mihi venturam fingo, &c.

ipfe eleg. 20. infra:

At tu ftulta Deos, tu fingis inania verba.

Tecum, vt mecum, fecum. Secum eft apud fe, inquit Donatus, & in animo fuo, ac mente.

STANTIAQVE *in plaufum tota theatra iuuent.*] id eft, cuncti fpectatores. Cic. 3. de Orat. *At in his, fi paulum modo offenfum eft, theatra tota reclamãt. Iuuent*, quia *hominis leuis plaufus, immortalitas, fibilus, mors.* Cicero pro Sextio. *Stantia*, quia affurgebant honoris caufa plaufum daturi: Plutarch. in Cicerone, & de lege Rofcia. Auctor de caufis corruptæ eloqientiæ. *Auditis verfibus Virgilij populus furrexit vniuerfus, præfentemque, vt Auguftum, veneratus eft.* Cicero in Lælio. *Stantes plaudebant in re ficta: quid arbitramini in vera effe facturos?* & ep. 19. lib. 2. ad Attic. *Inimici erant equitibus, qui Curioni ftantes plauferant.* deinde maioris beneuolentiæ fignum ftantes plaudere. *In plaufum.* pro, ad. vt el. 9. fup.

—— in celeres gloria nata pedes.

& eleg. 3. fupr.

Exercent teneras in fua dona manus.

ATTALICAS *fupera veftes, atque omnia magnis*
Gemmea fint ludis: ignibus ifta dabis.] intellige veftes Phrygias, & aulęa auro intexta, de quibus vide adnot. ad eleg. 13. lib. 2. verf. 22. Attalicarum autem veftium meminit, quia & aulœa in fcœna. Virg. 3. Georg.

Vel fcena vt verfis difcedat frontibus, vtque
Purpura intexti tollant aulæa Britanni.

Ouid. 3. Metam.

Sic vbi tolluntur feftis aulæa theatris
Surgere figna folent. Cic. pro M. Cœlio.

Gemmea, tota ex gemmis. Cic. 6. Verrina. *Trulla gemmea*, ex folida gemma. hyperbole. *Ludis magnis.* nam ædiles ludos curant. Cic. 7. Verrina, & 3. de legibus, & ædilis curulis erat Marcellus, & Pontifex maximus: Corn. Tacit. 1. Annal Seru. in 6. Æneid. Dio lib. 53. Feftus: *Magnos ludos, Romanos ludos appellabant, quos in honorem Iouis, quem principem Deorum putabant, faciebant.* Cicero 2. Verrina Romanos ludos vocat, vbi Afcon. *Romani ludi fub regibus inftituti funt, magnique appellati, quod magnis impenfis dati funt. Tunc enim primum ludis impenfa funt ducenta millia nummûm. Alij ideo magnos ludos dictos putant, quod Confo, confiliorum fecretorum Deo, id eft Neptuno Lartium regi, & rerum conditarum, & Diis magnis*, id eft, *Laribus vrbis Romæ, dati funt: quibus aiunt raptas Sabinas effe, vt videatur dicere Virgilius* (8. Æn.) *magnis circenfibus actis. nam & magni, & Circenfes ijdem funt.* Hæc Afconius. vide Seru. in 8. Æn. Ciceroni 1. de Orat. *Romani* vocantur, & *antiquiffimi* dicuntur. quod & repetit 7. Verrina. & in Pifonem, *ludi magni.* Liuius multis locis Ioui ludos magnos votos commemorat. *Ignibus ifta dabis*, ifta omnia tecum ardebunt, & in ignem rogi tui mittentur; nam pretiofiffima quæque folebant cum mortuo cremari. vt el. 11. lib. 2.

Omnia, crede mihi, tecum vno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies.

vide Virg 6. Æneid. Stat 6. Thebaid. in funere Archemori, & Sueton. in Cæfare cap. 84. *Dare ignibus*, quod Virg. 4. Æn. *Permittere flammæ*, eft in ignem mittere. Virg. 2. Æneid.

—— corpora falui
Ad terram mifere, aut ignibus ægra dedere.

Catull. in Annales Volufij:

Electiffima peffimi Poetæ
Scripta tardipedi Deo daturum.

Albin. in obitum Mœcenatis:

Illum pifcofi viderunt faxa Pelori
Ignibus hoftilis reddere ligna ratis.

SED *tamen huc omnes: huc primus, & vltimus ordo.*] fic Albin. ad Liuiam:

Fata manent omnes, omnes exfpectat auarus
Portitor, & turbæ vix fatis vna ratis.
Tendimus, huc omnes, metam properamûs ad vnam
Omnia fub leges Mors vocat atra fuas.

Horat. oda 3. lib. 2.

Omnes eodem cogimur, &c. oda 1. lib. 3.
Omne capax mouet vrna nomen.

Sed tamen, vt el. 25. lib. 2.

Sed tamen obfcura teritur rubigine mucro.

Albin. in obitum Mœcenatis:

Illa rapit Iuuenes prima florente iuuenta,
Non oblata rapit, fed tamen illa fenes.

id eft, atque etiam. *Huc*, pro, *Illuc vnde negant redire quemquam.* nam dixit eleg. 19. lib. 1.

Illic quidquid ero, &c. fic vfus & Albin. loco paulo ante citato: *Tendimus huc omnes. Omnes*, fupple, ibimus. Stat. 8. Theb.

Ne propera (ô mors) *veniemus enim quo limite*
Qua licet ire via. (*cuncti*,

Huc primus & vltimus ordo. fic el. 5. fup.

Lydus Dulichio non diftat Crœfus ab Iro.

Ordo primus, princeps ordo Ciceroni, Senatorum, & Patriciorum. *Vltimus* plebeiorum. Allufum ad ordines ciuitatis Romanæ. *Ordo conditionem fortunæ fignificat, vt locus natalium.* Donat. in Eunuch.

EST *mala, fed cunctis ifta terenda via.*] id eft, odiofa eft via ad inferos, quia & mors vulgo malum habetur. Catull.

At vobis male fit malæ tenebræ
Orci, fic *vias malas* de nauigatione dixit Ouidius el. 11. lib. 2. Amor. *Ifta via*, iter mortis el. 7. fup. verf. 2. *Eft cunctis terenda*, fiue reges, fiue inopes erimus coloni. de verbo terere dixi ad el. 3. fup. verf. 18.

EXORANDA *canis tria funt latrantia colla.*]

id est, eblandiandus, ne allatret, Cerberus, qui A *canis tergeminus* dicitur el. 7. lib. 4. vers. 52. & ab Ænea sopitur 6. Æneid. & apud Horat. oda 19. lib. 2. *Tria colla latrantia canis*, pro, triceps canis, vt eleg. 5. supr.

Nunc tribus infernum custodit faucibus antrum
Cerberus.

Superstitio veterum Cerberum mulcere cupientium. Stat. 5. Syluarum:

—— sanas vtinam exorare liceret
Eumenidas, timidaque auertere Cerberon vmbra.

& eodem libro. Epicedio in patrem:

—— Tedas auferte, comasque
Eumenidum, nullo sonet asper Ianitor ore.

& in Abscantij pietate:

B

Nempe times ne Cerbereos Priscilla tremiscat
Latratus: tacet ille pijs.

& 3. Sylu. in lacrymis Hetrusci:

Longè furiarum sibila, longè Tergeminus custos.

ipse eleg. vlt. lib. 4.

Cerberus & nullas hodie petat improbus vmbras.

SCANDENDA *est toruus publica cymba senis.*] id est, ingrediendum in cymbam Charontis: nam scanduntur naues, quia altum dicitur mare, & etiam in fluuio naues altiores ripa. Horat. oda 16. lib. 2.

Scandit aratas vitiosa naues Cura.

C

Cymba publica, quæ omnibus populis patet, non vni pop. Rom. quomodo publicum Iurisconsulti definiunt. sic *publica materies* Horatio in arte, communis: contra, *priua triremis*, eadem Horatio. Cymba hæc *arundo stygia* vocatur el. 27. lib. 2. & *Ratis fati* eleg. 28. libri eiusd. & *inferna ratis* eleg. 3. sup. *Torui senis.* alias legitur *Curui*, quod minus placet, quia cruda ei viridisque senectus. sic tamen el. 18. lib. 2. *Curua anus. Torui senis*, & Stat. 2. Sylu. in Epicedio in Glauciam:

Auida trux nauita cymbæ.

Tibull. eleg. vlt. lib. 1.

Non seges est infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus, & stygiæ nauita turpis aquæ.

Virg. 6. Æneid.

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squallore Charon. &c.

Theocrit in Encomio Ptolemæi vocat στυγνὸν πορθμῆα καμόντων. Tristem portitorem defunctorum. Euripid. in Alceстide. Charon loquitur. Θάνατος δὲ τοῖς ἐμοῖς ἔπεις. Apollo: ἐχθροῖς γε θνητοῖς, & θεοῖς στυγουμένοις. *Toruus Charon*, vt *Toruus aper* eleg. 3. lib. 2. & Stat. Theb. 11.

Si torua patiantur aues. & Iuuenal. sat. 13.
Et sicula toruus cum coniuge Pluton.

nam aspectus toruus feritatis indicium.

ILLE *licet ferro cautus se condat, & ære.*] sic fere Sallustius in oratione Lepidi: *Omnibus vnum finem vel ferro septus statuit.* Alludit ad cataphractum, de quo 12. sup. vers. 12. τὸ *Ille*, incertæ personæ, pro quilibet, hic vel ille. vt sup. huc *Cautus*, timidus, prouidus & sua opinione callidus. eleg. 5. supra:

Ille parum cauti pectoris egit opus.

Condat se, abscondat, tegat. vide adnot. ad eleg. 14. supr. *Protegit ære caput. Ferro & ære*, vt el. 20. lib. 2. vers. 11. & 12.

MORS *tamen inclusum protrahet inde caput.*] id est, mors eruet inde caput, & porro trahet ad sepulchrum. Ouid. in Epicedio Tibulli:

Mors grauis à templis in caua busta trahit.

Inclusum, tectum ferro & ære. vt Virgil. 11. & 12. Æneid. *Suras incluserat auro.* Protrahuntur autem latentia: Virg. 2. Æneid.

Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios.

Liuius libr. 27. *In occulto gliscens facinus per indicium protractum.* Simile illud Martial.

—— Scit te Proserpina canum
Personam capiti detrahet illa tuo.

NIREA *non facies, non vis exemit Achillem,*
Crœsum aut Pactoli quas parit humor opes.

Formosis mors non parcit, nam, vt ipse eleg. 28. libr. 2.

Sunt apud infernos tot millia formosarum.

De eximia Nirei forma Homer. Iliad. lib. 2.

Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα.

Non vis, id est, robur, vires, viuida vis animi. Horat. oda 4. lib. 3. *Vis consili expers.* vel iracundia. vt oda 16. lib. 1. *Insani leonis vim. Exemit*, eximium habuit, excepit. Horat. od. 2. lib. 2.

Redditum Cyri solio Phraaten
Dissidens plebi, numero beatorum eximit virtus.

Sic Cic. ex reis, vinculis ætariis eximere. vulgo: *Rendre exempt.* de Crœso, cuius conflatas fuisse ait Plinius, & Strabo diuitias ex Pactoli aureis arenis, vide adnotata ad eleg. 5. supr. versu 1. & eleg. 6. lib. 1. vers. 32. *Parit opes*, vt Plauti Asinaria sc. 2. act. 2. *Maximas opimitates heris suis vna mecum pariet. Opes* pro auro, quia opes auro æstimantur. sic el. 23. infra: *—— donabitur auro.*

Quis pro diuitiis ligna retenta velit?

Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro.

vnde & *diues aurum* eidem.

D

HIC *olim ignaros luctus populauit Achiuos.*] id est, idem & eiusmodi luctus. Comparat luctum populi Romani de morte Marcelli cum luctu Græcorum ob amissos tot socios graui pestilentia. Virg. 6. Æneid.

Quantos ille virum magnam Mauortis ad vrbem
Campus aget gemitus.

Populauit Achiuos, pene exhausit Achaica castra funeribus. qua de re el. 6. lib. 4.

Egestisque auidis Dorica castra rogis.

Populare & populari idem. vulgo, *depeupler. Ignaros autem luctus* dixit, quia nesciebant vnde E illa pestilentia, antequam edocti à Calchante. Homer. 1. Iliad.

ATRIDÆ *magno cum stetit alter amor.*] id est, emit magno illum amorem Briseidos tot suorum amissis irato Achille. qua de re dictum el. 8. lib. 2. vers. 31. *Stare magno*, vt Virg. 2. Æneid.

—— magno mercentur Atridæ.

& 3. Georg. *Quamuis Milesia magno*
Vellera mutentur.

id est, ingenti pretio comparentur, inquit Seru. 10. Æneid.

Turno tempus erit magno cum optauerit emptum
Intactum Pallanta.

Ibid.

Haud illi stabunt Æneia paruo Hospitia.

Iuuenal. sat. 3.

Magno hospitium miserabile: magno

Seruorum ventres (stant:) *& frugi cœnula magno.*

Ouid. 2. fast.

Heu quanto regnis nox stetit vna tuis.

& 4. fast.

Stat mihi non paruo virtus mea.

& 12. Metamorph.

Commissaque prælia magno Stant Danais.

ipse eleg.10.lib. 4.

Magno Tiresias aspexit Pallada vates.

Alter amor. nam amarat Arginum eleg. 7. sup. vers. 21. 22. 23. sic el.3. lib.2.

Acrius vt mordat veneris alter amor.

AT *tibi nauta pias hominum qui traycis vmbras*
Hac animæ portent corpus inane tuæ.]

Tibi vocat vt el. 17. sup.

Et tibi per medium beneolentia flumine Naxon.

& 7. supr. *Nam tibi nocturnis ad saxa*, &c. Sic Ciceroni, Terentio, Virgilio ornatus caussa ritum. *Qui trajicis*, vehis in alteram ripam. *transportas.* Virg. verbum nauticum, vt el.16. lib.1.

Traycit & fati littora magnus amor.

Pias vmbras hominum, piorum hominum, per hypallagen. Pios autem Charon separatim vehit. Virg. 6. Æneid. *Secretosque pios.* & ipse eleg. 7. libr. 4. *Turbaque diuersa remigat omnis aqua.*

Hac portent, vehant. vt el. 7. sup.

Portabat sanctos alueus ille viros.

Corpus inane. id est, lumine cassum. Ouid. in Epicedio Tibulli:

Ardet in extructo corpus inane rogo.

An *corpus inane* dixit, pro, vana corporis imagine, vt Horat. *Non vanæ redeat sanguis imagini.* Imo corpora ipsa inania re vera Charon vehebat apud Ægyptios ad sepulturam certum in locum. vnde Poëtæ totam illam fabulam confinxerunt. Diodor. Sicul. lib.3. Eoque respexit etiam Virg. 6. Æneid.

Huc omnis turba ad ripas effusa iacebat,
Matres, atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimûm heroum. & ibid.
Corpora viua nefas stygia vectare carina.

Ergo fas mortua. *Anima tua.* an venti, qui vela cymbæ tuæ impellant. Horat.

Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Imo vmbræ, quas tu vehis, & quæ remigant. eleg 27. lib. 2.

Stygia sedeat sub arundine remex.

QVA *Sicula victor telluris Claudius, & quà*
Cæsar ab humana cessit in astra via.]

Ouid. 4. fast.

Vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis
Claudius, & bello te quoque cepit Eryx.

ipse eleg. 11. lib.4.

Claudius à Rheno traiectos arcuit hostes.

M. Claudius Marcellus scilicet, cuius de rebus in Sicilia gestis Liuius lib. 24. & seq. & Plutarch. in Marcello. Cicero sæpe in Verrem. Velleius in posteriore volumine. Ascon. in Orat. pro M. Scauro. Fuerunt duæ familiæ Claudiæ; plebeia Marcellorum: patricia Pulchrorum. & Sueton. in Tiberio cap.1. ab Appio Clauso scilicet. Virg. 7. Æneid.

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmen agens Clausus, magnuq. ipse agminis instar:
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens,

A *Per Latium postquam in partem data Roma Sabinis.*

Plebeij Claudij non minus illustres, & potentes, quam patricij. Sueton. ibid. *Claudius*, quia ex ea gente natura. *Cæsar*, quia in Iuliam familiam adoptatus Marcellus. Seru. in 6. Æneid. *Victor Siculæ telluris*, insulæ, ac maximè Siracusarum. Virg. 1. Æneid.

Vix è conspectu Siculæ telluris.

Ab humana via. quasi certa via sit in terris, qua in cœlum ascendatur. Eo allusit Seneca in mortem Claudij, quia Appia via Claudiorum scilicet in cœlum iit. *Velis nobis necesse est et omnia vi-*
B *dere quæ in cœlo agantur. Appia viæ curator est, qua scis, & Diuum Augustum, & Tiberium Cæsarem ad Deos ysse.* Sed quo Charontis cymba portabit Marcellum? quia campi Elysij, sunt aëris campi. Virg.6. Æneid. & Auson. in Cupidine crucifixo. Charon autem in Elysium vehit pios. Hic sup. & el.7. lib.4. *Cessit*, pro concessit, discessit. vt el.3. lib. 1. *Cedente carina. In astra cessit*, quia factus est astrum. Horat. oda 12. lib. 1.

——*Iulium sidus.* Virg. ecl.9.

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Ouid. in extremo Metamorphoseon. ipse eleg.
C 6. libr. 4. *At pater Idalio miratus Cæsar ab astro.* Sueton. in Iulio cap.pen. & Plin. cap.25. lib.2. ex verbis ipsis Augusti.

AD ELEGIAM XIX.

OBIICITVR *toties à te mihi nostra libido.*] id est, exprobratur virorum incontinentia. ve eleg.30. lib.2. *Mî nemo obijciat. Toties*, vt eleg.29. lib.4. id à Cynthia obiicitur Propertio:

Me similem vestris moribus esse putas?

Nostra libido. sic Ouid. in epist. Penelopes:

Quæ vestra libido est. id est, virorum. sic ve-
D *stra ira* el.15. sup. vers. antep.

CREDE *mihi, vobis imperat ista magis.*] profecto vos ei magis seruitis, & deditæ estis nobis. Interpres Iuuenal. in sat 6. *Vna vncia est libidinis in masculis, vndecim in feminis.* Ouidius 1. de arte amandi:

Parcius in nobis, nec tam furiosa libido
Legitimum finem flamma virilis habet.

& mox:

Omnia feminea sunt ista libidine mota.
Acrior est nostra, plusque furoris habet.

Seneca cap. 14. lib. 2. de tranquillitate vitæ *Impudens animal est* (mulier) *& nisi scientia accessit, & multa eruditio fere cupiditatum incontinens.* Ari-
E stophan. Lisistrat. Οὐκ ἔστ' ἀνὴρ Εὐριπίδου σοφώτερος ποιητής· οὐδὲν γὰρ οὕτω θρέμμ' ἀναιδές ἐστιν, ὡς γυναῖκες. Non est vir Euripide sapientior Poëta. nihil enim sic animal impudens est vt mulieres. *Imperat vobis*, vt eleg. 9. lib.1.

Et tibi nunc quæuis imperat empta modo.

Cic. 2. Tuscul. *Cum præcipitur, vt nobis imperemus.* id est, vt ratio coërceat cupiditatem. Horat. ep.2. lib 1. *Animum rege, qui, nisi paret, imperat.* Plaut. Asin. *Quiduis egestas imperat.* Huc pertinet respõsum Sophoclis apud Ciceronem in Catone maiori, quærenti: vtereturne adhuc rebus Venereis; *Dij meliora*, inquit, *libenter vero*

istinc tanquam à Domino agresti & furioso profugi.
Vos *ubi contempti rupistis frena pudoris.*] id est, mulieres postquam perfregistis pudoris repagula, quibus libido vestra coërcebatur. ductum à tenacibus equis, & indomitis. sic Virg. Ruptis obiicibus, & aggeribus. Horat. epist. 14. lib. 1.
Amat spatijs obstantia rumpere claustra.
sat. 7. lib. 2. ——*Tolle periclum*
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.
Cato apud T. Liuium lib. 34. *Date frenos impotenti naturæ.* de mulieribus. Iuuenal. sat. 18.
Pone iræ frena, modumque. Cic. 13. Philipp. *Inijcere alicui frenos furoris.* & Tusc. 4. *Libido effrenatam appetentiam efficit.* & pro Cluentio: *O libidinem effrenatam & indomitam.* *Vos*, vt el. 33. lib. 2.
Est quiddam quod vos quærere cogat amor.
Gallicè: *Entre vous femmes. Contemti pudoris*, spreti, læsi, violati, vt contemnere Deos, & leges, & aras. sic Virg. 4. Æneid. *Soluitque pudorem.* quid pudor dixi eleg. 13. sup. vers. 52.
Nescitis *capta mentis habere modum.*] sic dixit eleg. 24. lib. 2. *Non habuisse fidem.* id est, infideles fuisse, vt non habentes modum, immodestæ. Plaut. Pœnulo act. 1. sc. 2. *Modus muliebris nullus.* Terent. Eunuch. sc. 1. act. 1. de amore. *Quæ res in se neque consilium, neque modum habet vllum. Capta mentis*, cæcæ amentia, & rationis expertes. Captæ nominandi casu, vel vocandi, numero multitudinis, vt dicitur à Virgil. *Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.* Festus: *Mente captus, cui mens ex potestate abijt.* & Sueton. in August. cap. 53. *Captum oculis* dixit, pro cœco. & Ouid. 6. fast.
O nimium faciles, ô toto pectore captæ.
Flamma *per incensas citius sedetur aristas.*] hyperbole, vt eleg. 15. libr. 2. vers. 31. & seq. & eleg. 32. eiusd. lib. vers. 49. *Flamma per aristas*, quæ maturam segetem corripuerit. Virg. 2. Æneid.
In segetem veluti cum flama furentibus austris
Incidit. Ouid. 12. Met.
Correpti rapida veluti seges arida flamma
Arserunt crines. *Sedetur*, restinguatur, vt sedare sitim. Cic. 3. de leg. *At aliquando incenditur, & quidem sæpe sedatur.* & 1. de diuinat. *Illa etiam animi parte sedata, atque restincta.* ep. 8. lib. 13. ad Att. sedare minus est, quam restinguere. *Sermunculum omnem aut restinxerit, aut sedarit.* Neutrum est. sed absolutum Gellio cap. 12. lib. 18. *Postquam sedauit tempestas. Aristas.* Seruius in finem 7. Æneid. Aristæ primæ spicæ partes, quod primæ arescant. Varro cap. 47. 1. de re rust. Granom, quod intimum solidum: Gluma, qui est folliculus eius: Arista, quæ, vt acus tenuis, longa eminet è gluma agnas pennatas, & impennatas in saliari carmine significare spicas cum aristis & sine aristis ait Festus in *Pennatas.* Arista pro segete Virg. 1 Georg.
——*pinguis glandem mutauit arista.*
& pro messibus el. 1.
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.
Flvminaqve *ad fontis sint reditura caput.*] vide adnot. hac de re eleg. 15. lib. 2. vers. 33.
Et *placidum Syrtes portum & bona littora nautis*

A *Præbeat hospitio sana Malea suo.*] Sic Seneca Hippolyto: *Ignibus iunges aquas & amica ratibus ante promittet vada. Incerta Syrtis.* Syrtes quid dixi ad eleg. 9. lib. 2. vers. 33. *Placidum portum*, tranquillum & quietum. vt Ouid. eleg. 4. lib. 4. Trist. *Nec placidos portus hospita nauis habet.* ipse eleg. 20. lib. 1. *Placidis vt constitit oris.*
& eleg. 8. eiusd. lib.
——*placidis Oricos æquoribus.*
Sana Malea. Stat. 4. Thebaid.
Et dubijs Malea vitata carinis.
& 1. Sylu. in Tiburtino Manlij:
Si Malea credenda ratis.
B & 6. Thebaid.
Et rauca circumtonat ira Maleæ.
& 1. Achill.
Vndisona quos circuit vmbo Malea.
Virg. 3. Æneid.
Maleaque sequacibus vndis.
vbi Seru. Promontorium est Laconiæ. Ouid. eleg. 16. lib. 2.
Nec timeam vestros curua Malea sinus.
Homer. Odyss. 1. ἀγναμπτὸν τε μαλέας. circumflectentem se Maleam dixit. vide Pausan. in Laconicis, & Strab. lib. 8. item prouerbium: *Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere. Sana*, quia
C infesta nautis. *Præbeat.* exhibeat. verbum officij. vt eleg. 7. supr. *Præbet pabula.* & *præbuit alas*, eleg. 9. lib. 1. *Hospitio suo*, sede quieta, vbi interim bene accipiantur, & commorentur ad tempus. sic Virg. 4. Georg.
Hospitiis teneat (apes) *frondentibus arbos.*
& 1. Æneid.
Hospitio prohibemur arenæ. & 3. Georg.
Itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitijs, tantum campi iacet.
& 3. Æneid.
Quo tutior hospita lustres Aequora.
D & 7. Æneid. *Terra hospita.* & 3. Georg.
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes
Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris.
contra, *Inhospita Syrtis.* & *Inhospitalis Caucasus.* & *Inhospita littora* Ouidij eleg. 11. lib. 3. Trist. ipse eleg. 21. lib. 1. *Fluminis hospitio. Et bona littora nautis*, apta, fida, amica, commoda. vt Virgil. 2. Georg. *Bona bello cornus.* & 2. Æneid.
——*Littora cursu Tuta petunt.*
sic el. 7. lib. 4. *Melior*, pro, fidelior. vers. 13.
Qvam *possit vestros quisquam reprehendere cursus.*] id est, femineos retinere impetus. Terent. in prologo Adelphorum. *Furtumne factum existimetis, an locum reprehensum.* id est, retentum, re-
E sumptum, inquit Donat. & sc. 4. act. 4. *Sed me reprahendi tamen, ne quid garrulę illi dicerem.* id est, retinui. Plaut. Pseud. sc. 2. act. 1. *Reprahende hominem.* id est, retrahe & retine. & in milite sc. 1. act 1. *Vel quæ here pallio me reprahendere.* Suet. in Callig. cap. 45. *Insecutus veluti profugos, ac reprehensos in catenis reduxit. Vestros*, vt eleg. 15. sup.
Nescit vestra ruens ira referre pedem.
Et *rapidę stimulos frangere nequitiæ.*] id est, domare aculeos libidinis quibus illa incitatur. vt el. 33. lib. 2. *medię nequeant te frangere noctes.* & eleg. 11. sup. *Pyrrhi fracta gloria. Stimulos nequitiæ*, vt Virg. 3. Georg.

Sed non vlla magis vires industria firmat
Quam Venerem, & cæci stimulo auertere amoris.

& 7. Æneid. *Stimulis agit vndique Bacchi.* & Cic. pro Cælio: *Erant apud eum illecebra libidinum: erant etiam stimuli industriæ & laboris.* Rapidam vero nequitiam vocat, quæ ita fertur & rapitur, vt ei nihil obstet. Virg. hac de re 3. Georg.

Illas ducit amor trans Gargara, &c.

sic *rapida procella* eleg. 16. lib. 2. Rapidus ignis, torrens, vortices. Virg. an *Rabida*, vt dicitur efferari libidine?

TESTIS *Cretai fastus qua passa Iuuenci*
Induit abiegnæ cornua falsa bouis.]

Fabulam attigit, eleg. 32. lib. 2.

Vxorem quondam magni Minois, vt aiunt,
Corrupit torui candida forma bouis.

Vbi plura adnotaui. de hac fabula vide & Pausan. in Attic. Isocrat. in Helenes Encomio: Euseb. lib. 5. Præparat. Euang. *Testis.* sic eleg. 15. vers. 11. sup. *Cretæ Iuuenci*, vt *Cressa bos* el. 7. lib. 4. sic *Cretaa rate.* hac elegia, infra. *Niueum Iuuencum* vocat Virgilius; alij taurum. *Passa fastus*, quæ sæpe tulit repulsam, quia fastidiebat eam taurus. Virg. 6. Æneid.

Ah virgo infelix tu nunc in montibus erras.
Ille latus niueum. &c.

Pati fastus, vt Virg. eclog. 2. *Pati fastidia.* & eleg. vlt. infra:

Exclusa inque vicem fastus patiere superbos.

sic *ferre fastus* eleg. 5. lib. 4. vers. 42. *Induit cornua.* vel à Dædalo iussit boui aptari, si *bouis* legimus: vel ipsa cornua bouis induit, quod magis placet, se texit forma bouis, tanquam veste. sic Virg. 1. Georg.

Contemplator item cum se nux plurima syluis
Induet in florem. vestiet se floribus. & 4.

Georg. *Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbos*
Induerat. & 1. Æneid.

——— & notos puer indue vultus.

& 7. Æneid.

Quos hominum è facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.

& *Cornua bouis*, bos cornuta & vacca. vt eleg. 4. lib. 4. *Prodita quid narrem fraterni cornua monstri.* id est, monstrum cornutum. sic est in aliis libris. vide adnot. ad el. 3. lib. 1. vers. 20. *Falsa*, ficta & simulata, quia tauro ligneo cornua illa Dædalus affinxerat. Ouid. eleg. 3. lib. 1. Amor.

Quaque super pontum simulato vecta Iuuenco,
Virginea tenuit cornua falsa manu.

Alias, *vara.* & 3 de arte amandi:

Perque fretum falso Sidoni vecta boue. & 5. fast.
Præbuit vt taurus Tyriæ sua terga puellæ
Iuppiter, & falsa cornua fronte tulit.

Abiegnæ, ligneæ propter materiam præstantem abietis, vt notamus el. 1. sup. vers. 25. Nam vt Ouid. 8. Met.

Quæ toruum ligno decepit adultera taurum.

vide el. 7. lib. 4. vers. 58. At idem 1. de art. am.

Hanc tamen impleuit vacca deceptus acerua
Dux gregis, & partu proditus auctor erat.

TESTIS *Thessalico flagrans Salmonis Enipeo.*]

Duo fluuij Enipei, vnus Achaiæ. de quo Strabo lib. 8. cuius amore capta Tyro Salmonei filia: alter Thessaliæ, de quo idem Strabo lib. 9. qui

A labitur in Apidanum. huic Propertius tribuit, quod illius est, vt adnotaui ad eleg. 13. libr. 1. vers. 21.

QVÆ *voluit liquido tota subire Deo.*] id est, tota prolui, non pedibus & crinibus. Subire furti est, & concubitus, vt subigi, succubare, succuba, succuboneus. *Substernere se* Catullo in Ariadna. Ouid. in ep. Helenæ: *——— potestque*

Velle sub amplexus ire puella tuos.

Iuuenal. sat. 2.

Hyppo subit iuuenes, & morbo pallet vtroque.

In Priapæis post Petronium:

Naiadas antiqui, Dryadasque habuere Priapi:
B *Et quo tenta Dei vena subiret, erat.*

Apud Festum in *Suillum*, vt subare, sic & subire legitur. Sed docti legunt *Surire.* & *voluit subire.* pro, libenter subiit. vt eleg. 9. sup.

Intra fortunam qui cupis esse tuam.

Liquido Deo. Periphrasis fluuij in quem Neptunus transformatus. vt el. 7. sup. *Caruleus Deus.* contra Ouid. el. 5. lib. 3. Amor.

Siccus vt amplecti Salmonida posset Enipeus,
Cedere iussit aquam, iussa recessit aqua.

CRIMEN *& illa fuit patriæ succensa senecta*
Arboris in frondes condita Myrrha nouæ.]

C id est, infamis & scelesta habita. vt el. 5. lib. 1. *Rumor eris.* & el. 28. lib. 2. *Crimina cæli.* & *Tuum mortua crimen eris.* Ouid. el. 9. lib. 4. Trist.

Perpetua crimen posteritatis eris.

Patriæ succensa senecta, flagrans amore patris senis Cinyræ. vt eleg. 18. lib. 2.

At non Tithoni spernens aurora senectam.

Fabula est apud Apollodor. lib. 3. Ouid. 10. Metam. vbi multis versibus describitur. & 1. de arte:

Myrrha patrem, sed non vt filia debet, amauit,
Et nunc obducto cortice pressa latet.

& in Ibin:

D *Sanguine probra luas, vt auo genitore creatus,*
Per facinus soror est cui sua facta parens.

Hesiodus 1. Theog. Higin. fab. 58. vbi Smyrna dicitur, & Fulgentius 3. Mythol. *Nouæ arboris*, sui nominis, quæque non ante exstiterat, & fert myrrham. Ouid. lib. 10. Met.

Tanti noua non fuit arbos.

NAM *quid Medeæ referam, quo tempore matris*
Iram natorum cæde piauit amor?]

Ouid. el. 1. lib. 2. Trist.

Nam quid de tetrico referam domitore Chimæræ?

Nam quid, pro, quid autem, vt eleg. 11. sup.

Nam quid ego heroas? *Medeæ*, supple nequitiam
E & scelus, quod notissimum, vt el. 24. lib. 2.

Iam tibi Iasonia nota est Medea carina.

Matris iram natorum cæde piauit amor. vt Virgil. eclog. 8.

Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus.

Ouid. hac de re 2. de arte amandi:

Coniugis admissum, violataque iura mariti,
Barbara per natos Phasias vlta suos.

& 7. Met. *——— vtroque*

Sanguine natorum perfunditur impius ensis.

& el. 1. lib. 2. Trist.

Tingeret vt ferrum natorum sanguine mater
Concitus à læso fecit amore dolor.

Horat. in arte.

Nec pueros coram populo Medea trucidet.

Legendus Euripides in Medea, & Seneca. Auson. in epigr. *Cæde piauit*, id est, Geminorum nece, dictum vt eleg. 10. sup. *Ture piaueris aras.* *Iram*, conceptam ex pellice Creüsa.

Q V I O V E *Clytæmnestræ, propter quam tota Mycenis Infamis stupro stat Pelopæa domus.*] Quidue referam Clytemnestræ crimen, cuius ob libidinem, adulterio tota familia Pelopis fœdata & diffamata. Tyndarei & Ledæ tres liberi, Timandra, Philonoë, Clytemnestra. Apollod. lib. 3. ea nupsit Agamemnoni, & solita cum Ægystho. vnde eleg. 7. libr. 4.

Vna Clytemnestræ stuprum vebit.

vide Homer. 4. & 9. Odyss. & Virg. 11. Æneid. vt dolo Ægysthei & Clytemnestræ Agamemnon perierit. Item Sophoclem in Electra. Euripid. in Oreste. Higin. Fab. 117. Ouid. 2. de arte amandi.

Dum fuit Atrides vna contentus, & illa
Casta fuit. vitio est improba facta viri.

Domus Pelopæa, vt Horat. oda 6. lib. 1.

Nec sæuam Pelopis domum. Tantalus Pelopis: Pelops Atrei, & Thyestæ: Atreus Agamemnonis & Menelai pater. Infamis Atreus & Thyestes stupro. Agamemnon Clytemnestræ adulterio, & amore Cassandræ, & Briseidis & Argini. Menelaus adulterio Helenæ. vnde *Pelopidæ*, abiere in prouerbiũ. vsurpat aliquoties M. Tullius in epistolis hunc versum, quem esse puto ex Attij Pelopidis. *Vbi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Noxitudo Pelopidarum*: Attius Armorum iudicio, apud Nonium in *Noxitudo*. *Stat*, est, vel manet. vt eleg. 4. sup.

Stant mihi cum domina prælia dura mea.

Infamis. vide adnot. eleg. 16. sup. vers. 28. *Stupro*, pro libidine & adulterio, quo nihil turpius. nam stuprum propriè dedecus & turpitudo: Festus. vide notata ad eleg. 32. libr. 2. vers. 41. *Mycenis*, vrbe Peloponesi Regia Agamemnonis, vnde Virg. 6. Æneid. *Mycenos Agamemnonias* vocat.

T V Q V E *ô Minoa venundata Scylla figura.*] Id est. Quæ te Minoi prostituere voluisti, non capta pretio, sed eius forma. Scylla ipsa apud Ouid. 8. Met. *Premia nulla peto, nisi te*, inquit Minoi. de forma Minois Ouid. ibid. *Venundata figura*, vt eleg. 2. libr. 1. *Vendere muneribus*, vbi vide adnot. vers. 4. *Minoa.* Ouid. in Ibin.

Si tua contigerit Minoas puppis arenas.

Stat. 1. Achill. *Quanto circumdata nexu*
Ruperit Aegeides Minos brachia tauri. Auson.
Non sum ego Minoa machina Pasiphaa. Virg.
Minoia regna.

T O N D E N S *purpurea regna paterna coma.*] Insignis dilogia in *Tondens*. propriè tondere comam, & crinem, translatè tondere regnum, pro spoliare & diripere. Sic eleg. vlt. lib. 4.

Sub quorum titulis Africa tonsa iacet.

Homer. Od. χ. ——— οἱ δὲ ἰκνεῦν.
Κτήματα ἐμὰ κείρεσκε. Qui ipsi totonderunt (Vlyssi) rem familiarem in ædibus (proci.) hinc & lucem capit iocus Plaut. Bacchid. *Metuo si senex resciuerit, ne vlmos parasitos faciat, quæ vsque attondeant.* vide plura huiusmodi adnot. ad illud Tibulli lib. 4.

A *Tondeturque seges maturos annua partus.*

& Propert. eleg. 16. lib. 2.

Pleno vellere carpe pecus. bene *tondens*, nam inde *Ciris* dicta. tondeo, κείρω. *Regna paterna.* Megara. *Purpurea coma.* cum subaud. de ea conca, Virg. in Ciri. & 1. Georg.

Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Ouid. 1. de arte amandi:

Filia purpureos Nisi furata capillos
Puppe cadens celsa facta refertur auis.

& 1. de rem.

B *Impia si nostros legisset Scylla libellos*
Hæsisset capiti purpura, Nise, tuo.

Tota fabula est lib. 8. Met. & Apollodor. lib. 3. qui πορφυρέαν ἐν μέσῳ τῇ κεφαλῇ τρίχα vocat. Higin. Fab. 198. Pausan. Atticis. Similis Fabula de Pterelai crine apud Apollodorum lib. 2.

Hanc igitur dotem virgo desponderat hosti?

Patris & patriæ proditionem tradito fatali crine. sic eleg. 4. lib. 4.

Dos tibi non humilis prodita Roma venit. Ibid.
Hæc virgo officiis dos erat apta tuis.

Ouid. 8. Met.

Cœpta placent, & stat sententia tradere mecum
C *Dotalem patriam.* *Igitur*, est indignantis vt eleg. 8. lib. 1. vers. *Tune igitur demens?* *Desponderat.* promiserat sine auctore. Donat. in Adelph. *Despondet puellam, qui petit: spondet à quo petitur.* hîc aliter. Varro 5. de ling. Lat. Qui spoponderat filiam, despondisse dicebatur, quod de sponte eius exibat. Sed l. 7. de verb. sign. Sponsio, omnis promissio. præterea non legitima hæc sponsalia.

N I S E, *tuas portas fraude reclusit amor.*] Id est, Portas aperiri iussit Nisææ vrbis, vt Pausanias: Nisæam enim condidit Nisus. Strabo lib. 9. vel Alcathoës, vt Ouid. initio 8. Met.

D *Præteritaque sui vires Mauortis in vrbe*
Alcathoë, quam Nisus habet.

Est autem proditionis aperire portas hosti, vt eleg. 4. lib. 4.

Prodiderat portaque fidem, patriamque iacentem.

Virg. 2. Æneid.

Caduntur vigiles, portisque patentibus omnes
Accipiunt socios. Ouid. loco prædicto.
Omnia tradentur, portas reserabimus hosti. Ibid.
Cur suus hæc illi reseret mea mœnia Mauors?
Et non noster amor? Ibid. *Aeratas hosti recludere portas.* *Amor reclusit*, quia vt Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

E *Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos*
Ni patrium crimen desecuisset amor.

Fraude, scelere, & proditione, vt adnot. ad eleg. 6. sup.

Iram non fraudes esse in amore meo.

A T *vos innuptæ felicius vrite tedas,*] Sic in ep. Demophoontis.

E S T Q V E *tibi pectus cuiusquam accendere tedas.*] Id est. Cuiquam nubere. At 4. Fast. aliter.

Et si tura aberunt, vnctas accendite tedas.

Felicius vrite tedas, lætioribus auspiciis nubite. nam nubentibus tedas præferri notum est Catulli epithalamio. vbi vide adnot. *Vrite tedas*

vt eleg. 1. lib. 2. *Vrat aena focis.*

Pendet *Cretaa tracta puella rate.*] sic Ouid. 8. Met. *Puppimque amplexa recuruam*
Per freta longa trahar. & mox,
Gnosiacaque haret comes inuidiosa carina.
Virg. in Ciri.
Tum suspensa nouo ritu de nauibus altis,
Per mare caruleum trahitur Nisεia virgo.
Apollodor. καὶ τὴν κόρην τῆς πρύμνης τῶν ποδῶν ἐκδή-σας ὑποβρύχιον ἐποίησε. Id est. Puellam è puppi pedibus vinctam submersam effecit. id est, submersit. At Higin. Fab. 198. Mutatam in piscem Cirim vocatum ait; quem haliæetus, quoties natantem conspicatur, vnguibus raptum dilaniat. *Tracta* ergo quia arripuerat puppim nauis, & ita trahebatur, non vehebatur. Ao pro, districta, & vincta, vt Virg. *Radijsque rotarum Districti pendent?* *Cretaa. Minoa.* vers. 11. sup. hac elegia.

Non *tamen immerito Minos sedet arbiter Orci.*] τὸ *Tamen*, pro igitur, ergo. vero epiphonematicῶς vt *sed* eleg. 6. lib. 2. vers. 35.
Sed non immerito. &c. de Minoe iudice apud inferos Virg. 6. Æneid. & Homer. Iliad. λ.
Ἔνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον, Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν
Ἥμενον· οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο ἄνακτα
Ἥμενοι. Plato in extremo Gorgia tres ait ab Ioue iudices ad inferos constitutos: duos ex Asia Minoëm & Rhadamantum: vnum ex Europa, Æacum. hunc de Europæis: illos de Asiaticis iudicare. vide eundem Platon. in Minoë. Horat. oda 7. lib. 4.
Et de te splendida Minos fecerit arbitria.
Sedet. quia sedere iudicum est. Cic. vbique. ipse eleg. vlt. lib. 4.
Aut si quis posita Iudex sedet Aeacus vrna.
vnde & *Minoida sellam* vocat el. vlt. lib 4. *Orci arbiter*, pro iudice apud inferos: nam olim confundebantur. Festus: Arbiter dicitur iudex, quod totius rei habeat arbitrium, & facultatem. Cicero, pro Roscio Comœdo, tamen, Arbitria solutoria esse, & liberiora iudiciis bonæ fidei ait.

Victor *erat quamuis, aquus in hoste fuit.*] Quamuis, inquit, victor qui iniquus, superbusque, ac insolens solet esse, æquus tamen Minos fuit, vltus & aspernatus proditricem, vltus quoque vicem proditi Nisi, licet hostis. vt Darium vltus est Alexander, & Tatius Tarpeiam. Ergo & in Niso seruauit æquitatem, quia vltus est eum. & in Scylla, quia vltus proditionem & auersatus scelus. de æquitate Minois Plato in Minoë. Ouid. in Fabula Nisi 8. Met.
Dixit, & vt leges captis iustissimus auctor
Hostibus imposuit, classis retinacula solui
Iussit. de Iustitia etiam in hostes seruanda Cicero 1. Offic. *Aequus in hoste*, pro, in hostem, vt sup. *Vesanum in vite*, eleg. 17. vers. 23. Sic Ouid. eleg. 2. lib. 5. Trist.
Sape suo victor lenis in hoste fuit.
& eleg. 7. libr. 1. Amor. *Tydides saeuus in hoste fuit.* in Venerem. & Velleius poster. vol. *Odium in victis.* pro, in victos. Virg. 2. Æneid.
Talis in hoste fuit Priamo. Æquum Propertius

A Minoëm facit, contra Catullus in Ariadna:
Attigit iniusti regis Gortinia tecta.
Sed ver. lib. *Inuicti.*

AD ELEGIAM XX.

Credis *eum iam posse tua meminisse figura.*] Increpat vt credulam. sic eleg. 21. lib. 1.
Tu nimium credula sola iaces. & ibidem:
Ah nimium faciles aurem prabere puella.
Credis & contra oculos tuos sentis? *Eum.* prætorem, fortasse, de quo eleg. 16. lib. 2. aut Pan-
B thum, de quo eleg. 21. lib. 2. *Iam*, amplius, vt eleg. 5. libr. 1.
Nec iam pallorem toties mirabere nostrum.
Iam posse tua meminisse figura, nondum oblitum esse tui formosæ. quandiu memoria, tandiu amor. vt eleg. 19. lib. 1.
Non adeo leuiter nostris puer hasit ocellis,
Vt meus oblito puluis amore vacet.
& eleg. 20. lib. 2.
Possum ego natura non meminisse tua?

Vidisti *à lecto quem dare vela tuo?*] Id est. Ab ipsa recenti voluptate, adhuc pene de lecto surgentem, & statim oblitum tamen. quid
C ergo facturus procul, & diu abfuturus? *Vela dare*, vela facere, vt eleg. 4. sup.
Ite, agite, experta bello dare lintea prora.
eleg. 21. libr. 2. quæ est in riualem, vt huius initium.
Sic à Dulichio iuuene est elusa Calypso,
Vidit amatorem pandere vela suum.

Durus *qui lucro potuit mutare puellam.*] Ferreus, qui sustinuit amicam formosam relinquere, vt spem prædæ sequeretur. *Durus potuit*, vt eleg. 12. sup. *Potuisti linquere Gallam.* mox.
Duritiaque tua non erit illa memor.
Mutare puellam lucro, lucrum malle quam puel-
D lam. nam non mutamus, nisi quod minus volumus. vide adnot. ad eleg. 32. libr. 2. vers. 31. ad hanc sententiam. Tibull. eleg. 2. lib. 1.
Ferreus ille fuit, qui te, cum posset habere,
Maluerit pradas, stultus, & arma sequi.

Tantine *in lacrymis Africa tota fuit?*] vide adnot. ad eleg. 12. sup. vers. 3. Mentio Africæ, opinor ob purpuram, & puniceum colorem, vt eleg. 3. lib. 4. *Pænis ostris.* vel ob copiam frumenti, vnde ille lucrum captabat, nisi & feras Africanas, aut marmor Numidicum significet. Si legitur, vt omnes fere libri habent, *Tantisne.* Sententia erit. Africam olim cum à Scipioni-
E bus diriperetur non tantum lacrymarum fudisse, quantum Cynthia. Si, *Tanti. in lacrymis*, præcisè. pro, cum in lacrymis esses. omnino non intelligo.

At *tu stulta Deos, tu fingis inania verba.*] Id est, Persuades tibi esse Deos, quos ille fallere non audeat, cum nullos esse putet. Sic eleg. 28. lib. 2. *Intereat qui nos non putat esse Deos.* (vltores perfidiæ.) & hîc infra:
Non habet vltores nox vigilanda Deos.
Stulta, credula, quia temerè credere est stultitiæ. *Fingis*, tibi persuades esse, quod non est, vt eleg. 18. sup. *Et tecum finge triumphos.*
Inania verba. Pondere carentia promissa, fidem-

demque irritam, vt eleg. 8. lib. 1.

Quin ego, vita, tuo limine verba querar.

Id est, fidem leuem. & eleg. 22. libr. 2. vers. 44. An interpungendum:

At tu, stulta, Deos tu fingis, inania verba.

vt Horat. ep 17. libr. 1.

Aut virtus nomen inane est. & ep. 6.

Virtutem verba putas, vt lucum ligna.

Ouid. in ep. Ariadnæ:

Et data poscenti nomen inane fides.

Brutus apud Dion. libr. 47. moriens. ὦ τλῆμον ἀρετὴ. λόγος ἄρ᾽ ἦσθα. ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν. σὺ δ᾽ ἐδούλευες τύχῃ. sic λόγοι apud Comicum.

FORSITAN *ille alio pectus amore terit.*] τὸ *Forsitan*. Id est, fieri potest, aptum mouendæ suspicioni, vt eleg. 9. lib. 2.

Forsitan & de me verba fuêre mala.

Ille. contemptim, vt eleg. 21. lib 2. vers. 4. & 10. *Terit pectus*. an animum conficit & consumit? Imo pectus pectore premens arctius amplectitur aliam. nam in hoc certamine aduersis pectoribus pugnatur, nec terga vertuntur. eleg. 7. libr. 4.

Sæpe Venus triuio permixta est pectore mixto.

Terere verbum libidinis, vt notatum eleg. 11. sup. 30. *Alio amore*, alia amica, vt eleg. 3. lib. 2. *Venerit alter amor.* Alium & aliam quærere verba mutati amoris, & adulterij.

EST *tibi forma potens, sunt castæ Palladis artes.*] *Forma potens*, vt eleg. 10. sup.

Et pete qua polles, vt sit tibi forma perennis.

Castæ Palladis artes, quia Cynthia nendi perita, vt noto ad eleg. 6. sup. *Media nebat & ipsa loco.* Præterea artes Cynthiæ, doctrinæ, literæ, versus, canere lyra. eleg. 2. & 3. lib. 1. eleg. 1. 3. & 13. lib. 2. Minerua ingeniis præest, & ingeniosa, capitalisque Dea. Ouid 3. Fast.

Ipse vides manibus peragi fera bella Mineruæ,
Num minus ingenuis artibus illa vacat? Ibid.
Pallada nunc pueri, teneræque ornate puellæ:
Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

vnde Horat.

Tu nihil inuita dices, faciesue Minerua.

Casta Pallas, quia perpetua virgo fingitur ob ignis naturam, eademque Vesta. Horat.

Castaque damnatum Mineruæ.

Notum responsum Demosthenis cum Demades dixisset. *Demosthenes corrigere me vult. Sus Mineruam. At ista*, inquit, *Minerua in adulterio nuper deprehensa est.*

SPLENDIDAQVE *à docto fama refulget auo.*] Id est, fulgorẽ accipit, & splendorẽ ab auo, quem ipsa reddit. id enim refulgere. Virg. 9. Æneid.

Radiisque aduersa refulsit. (galea.) Ouid. 2. de arte. *Vt sol in liquida sæpe refulget aqua.*

Interdum refulgere est ex aduerso, & contra fulgere, vt apud Horat. *Te Iouis impio*
Tutela Saturno refulgens eripuit. Illustrem auum Cynthiæ doctrina fuisse significari monuimus eleg. 13. lib. 2.

Nec si qua illustres femina iactat auos.

Illustres enim à luce, inquit Varro, vnde hic *refulget*. Hostius autem de bello Istrico scripsit. Festus in *Tesqua*, & Macrobius. & Hostia proprio nomine dicebatur Cynthia. vt notaui ad

A eleg. 1. lib. 1. vers. 1.

FORTVNATA *domus, modo sit tibi fidus amicus:*] vt Catulli Epithalamio:

En tibi domus, & potens, Et beata viri tui.

vide adnot. eleg. 2. sup. vers. 17. domus, vbi eius mater; vt el. 15. lib. 2. *Ostendes matri.* &c. *Fidus amicus*, vt el. 12. sup. *Fido toro.* & *Amicus* amator vt eleg. 13. lib. 2.

Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico.

FIDVS *ero, in nostros curre puella toros.*] Id est, Certus tibi ero, veni properè in sinus & amplexus nostros. Tibull. eleg. 3. lib 4.

Et celer in nostros ipse recurre sinus.

B *Curre.* Sic ipsam Cynthiam ad se venire iubet. eleg. 25. lib. 2. vers. 2. & eleg. 9. lib. 4. *Toros* dixit, vt sup. hac elegia vers. 2. *lecto*.

TV *quoque, qui æstiuos spatiosius suis exigis ignes,*
Phœbe, moratura contrahe lucis iter.]

longiorem enim circulum lustrat sol æstate; & accessu, recessuque efficit tempestates. *Exigis*, agis, ducis. vt eleg. 16. sup. *Percutit faces*, pro, quatit. est exigere, agere ad extremum, vt exigere ætatem. & Nonius illud è Captiuis Plauti: *Hanc ærumnam exigo*: ago, exponit. Exigere, pro, ante se ex aliquo loco agere. Varro 4. de

C ling. Lat. *In palatio porta Mucionis, à mugitu; quod ea pecus in bucitatum antiquum oppidum exigebant. Ignes æstiuos*, orbem suum igneum ardentiorem æstatis tempore. Tibull lib 4.

Seu propior terris æstiuum fertur in orbem.

vbi vide adnot. *Contrahe iter lucis*, breuiorem redde diem gradiens breuiore itinere. vel *Iter lucis*, pro, luce; vt amoris iter, soporis iter, Natalis iter. Contrahere, corripere, vt *contracto cupidine* Horatio, & *contracta æquora.* & Virg. 1. Georg. *Tibi brachia contrahit ardens Scorpius.* Cic. Paradoxis. *Lucubratum opus contractioribus noctibus.* & *Contracta eloquentia* dialectica. id est,

D coarctata, adstricta. Sic Ouid. 5. Fast.

Quid? quod & Orion, & cetera sidera mundo
Cedere festinant, noxque coarctat iter.

Moratura, longæ & tardæ futuræ, vt eleg. 3. lib. 1. *Moraturis luminibus.* & Horat. od 7. lib. 2.

Cum quo morantem Sæpe diem mero fregi.

NOX *mihi prima venit, primæ data tempora noctis.*] Scaliger hoc Distichon anteponit huic: *Tu quoque qui.* &c. *Quæ nox prima*: nam ex el. 14. & 15. lib. 4. constat iam vna aut altera nocte potitum amica fuisse? ergo priorum oblitus; vel, quod verius est, velut redintegratus amor hic, & nouus, quia sequitur:

Et scribenda mihi lex in amore nouo. Item.

E *Contineant nobis omina prima fidem.*

Beroaldus amicam putat nouam hîc significari ad initium elegiæ. Sanè: forma potens, Palladis artes, aui fama referuntur ad Cynthiam. *Venit*, mihi instar, vt eleg. 8. lib. 1. vers. 44.

Prima data tempora noctis, Oblata facultas & occasio potiendi amica noctu. sic eleg. 3. lib. 1.

Namque vbi longa meæ consumpsi tempora noctis.

Data tempora, vt Virg. 6. Æneid.

Et fors omne datum traherent per talia tempus.

Noctis, vt eleg. 8. sup. *Furanda copia noctis.*

LONGIVS *in primo Luna morare toro.*] Vt solem properare vult contrahendo diei; sic Lu-

nam motari producendæ nocti. Sed quid *in toro primo?* an Lunam orat, vt tardius surgat, cum in prima parte lecti sit ad surgendum, vt not. ad eleg. 17. libr. 2. *Fractus vtroque toro.* Sed malo simpliciter, pro nocte & complexu primo Propertij & amicæ, vt hîc supra versu secundo, & sit repetitio *noctis primæ, primo toro. Longius morare tempora noctis*, est longiora effice morando. & *longius*, pro, diutius. neque enim hîc loci, sed temporis. vt eleg. 28. lib. 2. vers. 58. adnot.

Foedera *sunt ponenda prius, signandaque iura.*] Translatum à iure publico ad priuatam pactionem, & condiciones legesque amatorias. vt eleg. 9 lib. 2.

Quam cito feminea non constat fedus in ira.

vbi vide adnot. *Federa ponenda*, id est, sancienda & statuenda. sic Cicero pro Cœlio: *Amorum turpissimorum federa ferires. Prius.* ἀντὶ τοῦ αὐλὸ. *Prius, antequam*, licet insertis tribus versibus. Sic Virg 4. Æneid.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemque profundam,
Ante, pudor, quam te violem. Apuleius Florid. 1. *Prinsquam tibias occiperet inflare, prius quadam de se & Apolline barbarè effutiuit.* Sic Turneb. Tomo 3. πρὶν πρὶν Homero geminari docet. *Signanda iura.* Ductum à iure Romano & tabulis, quæ cera, lino, & signis contrahentium testium anulo impressis obsignabantur. *Signare, signum anulo imprimere*: Festus. Cic. pro Quintio, *Tabulæ signis hominum nobilium consignantur.* & alibi sæpe. vnde signatores & obsignatores apud eundem, & apud Iurisconsultos de testibus, probationibus, testamentis, Plautum Pseud. & Bacchid. & Curcul. Sed maximè Sueton. in Nerone cap. 17. vbi docet quod solitæ obsignari aduersus falsarios. Iuuenal. sat. 2. de Nuptiis.

Signatæ tabulæ, dictum feliciter. Sat. 6.
Si tibi legitimis pactam, iunctamque tabellis
Non es amaturus. & sat. 10.
Veniet cum signatoribus auspex.

Plaut. Bacchid. act. 4. sc. 4. *Cedo tu ceram, ac linum actutum; age, obliga, obsigna* (tabellas) *cito. Iura.* pacta, genus pro specie. Ouid. eleg. 10. lib. 3. Amor. *Lecti socialia iura.* & in ep. Hypsipyles:

Heu vbi pacta? vbi connubialia iura?

Et *scribenda mihi lex in amore nouo.*] Lex pro condicionibus, vt sexcentis locis apud Catonem, Varronem & Plautum. Scribebantur autem leges, & incidebantur. vide Plautum Asinaria de his legibus amatoriis act 4. sc. 1. & ipsum eleg. 9. lib. 4. vers. 46. & 55. Scribere legem, est condere, quia tum literis mandatur, & proponitur scripta antequam feratur. sic Cic. 2. & 3. de legibus & sæpe alias. & scribere proprium Iurisconsultis. vnde lusus Ciceronis in Trebatium Iurisconsultum ep. 14. libr. 7. ad fam. nimis sæpe dantem literas. *Quia si scribere oblitus es, minus multi te aduocato caussa cadent.*

Hæc *Amor ipse suo constringit pignora signo.*] Id est, Obligat hæc pacta. sic enim el. 4. lib. 4.

Pacta ligas, pactis ipsa futura comes.

& quæ *federa, iura, leges* vocauit, nunc *Pignora*, cautiones certas. vt enim pignoribus cauetur

A debitori; sic adscriptis legibus iis, qui inter se contrahunt. eleg. vlt. lib. 4.

Nunc tibi commendo communia pignora natos.

quibus tanquam pignoribus cautum est amori, & fidei nostræ. Ibid. *Famæ pignora tanta meæ.* quia maiores mei me obstringunt famæ, & puduri. vt obsidibus in bello, prædibus & prædiis in publico; sic pignoribus, & hypothecis cauetur inter priuatos. Virg. ecl. 8.

Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui. & 3. Æneid.
Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus
Dat iuueni, atque animum præsenti pignore firmat.

B & 5. *Ferre sui dederat monimentum, & pignus amoris.* & 11. —— *Pacem te poscimus omnes*
Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus.

Id est, fedus & cautionem. vulgo vocamus *Seuretez.* Isidor. libr. 5. *Pignus est quod propter rem creditam obligatur, cuius rei possessionem solam ad tempus consequitur creditor.* Iurisconsulti l. plebs 238. de verb. sign. *Pignus, à pugno, & propriè rei mobilis.* Sed sæpe confunditur pignus, & hypotheca. Pignosa veteres dicebant, pro pignora: Festus. *Signo*, impresso nempe anulo.

Testis *siderea torta corona Deæ.*] Stellæ ipsæ, vt testes, adsunt signandis tabulis, vt eleg. 9. lib. 2. vers. 41. *Torta corona*, quia torqueri, viri,
C & plecti coronæ solent. Sed *Tota*, vet. lib. rectius. Coronam Ariadnes intelligit Beroaldus, de qua dictum eleg. 17. sup. vers. 8. vbi ex 3. Fast. Ouid. notaui Deam ipsam Coronam. *Deæ sidereæ*, noctis, quæ siderum mater. Tibull. eleg. 1. lib. 2.

Ludite iam nox iungit equos, currumque sequuntur
Matris lasciuo sidera fulua choro.

Euripides Electra: ὦ νὺξ μέλαινα χρυσέων ἄστρων τροφέ. vocant & νύκτα εὐστέφανον Græci. vnde hîc *Corona.* Apul. de Deo Socratis. *Radiantes Deos* (astra) *quibus cœli chorum comptum, & coronatum sudo tempestate visimus.*

Qvam *multæ ante meis cedant sermonibus horæ.*]
D Sic eleg. 15. lib. 2.

Quam multa apposita narramus verba lucerna.

& apertius eleg. vlt.

Et modo formosa quam multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

Gell. cap. 12. libr. 17. *Quam libens.* Cæsar 4. de bello Gallico. *Vt quam celerem motum haberet.* coniungitur & comparatiuo. Sed hîc est anastrophe: *Quam ante*, pro, antequam, vt eleg. 18. libr. 2.

Quam prius abiunctos sedula lauit equos.

Cedant sermonibus horæ. Prius, inquit, federis ta-
E bulæ signentur, quam congrediamur. Congressus autem duplex; vnus verborum, de quo hîc loquitur: alter rei, de quo versu proximo, & eleg. 15. libr. 2. vers. 3. *Cedant horæ*, abeant, prætereant, consumantur, vt eleg. 28. sup.

Cessit in astra. pro, concessit, abiit. sic eleg. 5. lib. 1. *Dum æs exigitur, dum mula ligatur,*

Tota abit hora. Scaliger & hoc Distichon proximè præcedenti anteponit.

Dvlcia *quam nobis concitet arma Venus.*] vt Martis arma tristia, sic contra Veneris blanda. Itaque *dulcem rixam* vocat eleg. 8. sup. vers. 1.

& verſ.32. *Helena in gremio maxima bella gerit.* & eleg.t. libr. 4.

Militiam Veneris blandis ſub armis.

Venus concitet arma, Moneat accendere Martem Venus miniſtra noctis ſacra inſtituens, eleg. 10. ſup. verſ.30. Sic *Concitare bellum* Ciceroni in epiſt. & Horat. *Ad arma concitet Ceſſantes.* ſic *Concitet aures*, eleg 15. ſup.

NAMQVE *vbi non certo vincitur fœdere lectus.*] Id eſt. Non conſignantur tabulæ matrimonij; non conſtringuntur pignora, ſupra. Inde vincla iugalia dicuntur. *Lectus*, pro coniugio, vt thalamus,& torus vbique. *Certo fœdere*, quo diſertè aliquid cautum & ſcriptum. Sic Virg. 1. Æneid. —— *Qui fœdere certo*

Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas.

Perſ. ſat.5. *Amborum fœdere certo Conſentire dies.* Horat. oda 24. lib.3. *Certo fœdere caſtitas.*

NON *habet vltores nox vigilanda Deos.*] Id eſt. Nox curis & lacrymis traducenda deſerto & prodito amanti: cuius miſerias Dij non vlciſcuntur, quia ad eum amorem firmandum teſtes non ſunt aduocati, ideoque non ſunt violati. *Vltores Dij*, in genere. Alias Nemeſis & Diræ. ſic *Cerberus vltor*, & 5. libr. 4. Horat. *Cæſaris vltor.* Vltor periurij Iuppiter ipſe qui fœdera fulmine ſaucit. Qua de re eleg.16. lib.2. verſ.49. & 53. Tibull. el,8. lib.1.

Hic Marathus quondam miſeros ludebat amantes
Neſcius vltorem poſt caput eſſe Deum. Non *habet Deos.* aliter eleg. 7. ſup. *Non habet vnda Deos.*

ET *quibus impoſuit ſoluit mox vincla libido.*] Id eſt vincla indidit, deuinxit, coniunxit. vt eleg.5. lib.4. *Imponere leges lunæ.* Imponuntur onera, & vincla onerant. Sic Indere catenas. Plautus Capt. ſc. 2. act.1. *His indito catenas ſingularias.* Quos, inquit, coniunxit libido, non verus amor conſtrinxit, eadem eoſdem ſtatim ſeparat, ac dirimit. Ariſtot. cap.3. lib.8. Ethic. Tria amicitiæ genera vnum ex vtilitate; Alterum ex voluptate, tertium ex honeſtate. Duo ſuperiora facile diſſoluuntur, cum ſcilicet vtilitas,& voluptas abſceſſerint. & de iuuenibus. Ideo cito fiunt amici, & deſinunt. ſimul enim cum voluptate amicitia mutatur. eiuſmodi vero voluptatis cita eſt mutatio. ἅμα γὰρ τῷ ἡδεῖ ἡ φιλία μεταπίπτει. τῆς δὲ τοιαύτης ἡδονῆς ταχεῖα ἡ μεταβολή.

CONTINEANT *nobis omina prima fidem.*] Id eſt, auſpicia primis in amoribus noſtris ac nuptiis captata ſeruent conſtantiam in amore coniugali & perpetuitatem. nam omina captabantur in nuptiis & auſpices adhibebantur. Ipſe eleg.3. lib.4.

Quæ mihi deducta fax omen prætulit. &c.

Cicero pro Clueotio. *Nubit genero ſocrus nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus omnium:* (Nam *feliciter* ſolebant acclamare. Iuuenal. *Signatæ tabulæ, dictum feliciter.*) Idem Cic. 1. de diuin. *Cum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare, exiſſe in quoddam ſacellum, ominis captandi cauſa, quod fieri more veterum ſolebat.* Valer. Max. lib.2. cap.1. De inſtitut. antiq. *Nuptiis*, inquit, *etiamnunc auſpices interponuntur; qui quamuis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia vſurpantur.* Virg.1. Æneid.

A *Cui pater intactam dederat, primiſque iugarat*
Ominibus. vbi tamen prima omina infelicia. Idem 4.

Diis equidem auſpicibus reor & Iunone ſecunda.

Horat. oda 11. lib.3. *I ſecundo omine.* quia interdum repetebant omina, vt Virg.2. Æneid.

Omina ne repetant Argis. Lucan. libr.2.

Contentique auſpice Bruto. Iuuenal. ſat.10.

Veniet cum ſignatoribus auſpex. Plaut. in prologo Caſinæ. *Vltro ibit nuptum, non manebit auſpices.* Tacit. lib.11. de Nuptiis Meſſalinæ & lib.15. de Nuptiis Neronis cum Pythagora, auſpices commemorat. & Plin. cap.8. lib. 10. ſcribit nuptia-
B libus negotiis fuiſſe proſperrimi augurij accipitris circi altero pede claudi aſpectum.

ERGO *qui pactas in fœdera ruperit aras.*] Id eſt. Violarit Deos per quos fœdera pepigerit. Hypallage. pro, ruperit pacta fœdera in aras. id eſt in aris ipſis; quia iurantes aras tangebant. vel ruperit aras in fœderibus pactis, id eſt, Deos, vide adnot. eleg. 10. ſup. verſ.19. De aris fœderum Virg.1. Æneid. & Seru. illic & 12. Æneid. initio. ſane rumpi fœdus dicitur. Horat. *Indigni fraternum rumpere fœdus.* vt *rumpere fidem* eleg. 6. ſup. Pactæ aræ, vel potius fœdera, vt el.3. lib.4.

Hæcne marita fides, & pactæ ſunt mihi noctes.

C Ouid. in epiſt. Hypſipiles.

Heu vbi pacta fides, vbi connubialia iura.

Virg.4. Æneid. *Pactoſque hymeneos. Exercemus.* Cicero pro Sextio. *Pacto fœdere prouinciarum.* Paco. is. & pacio. is. vnde paciſco Næuio apud Nonium, hinc paciſcor. Paco, is, pago. is. Inde pango, quod eſt figo, & in terram, firmiter vi ſit, demitto. Sed vet. lib. *Tactas.* quod apertum ex Virgilio & Macrobio.

POLLVERITQVE *nouo ſacra marita toro:*] Id eſt. Temerarit, violarit, vt eleg. vlt. lib.2.

Polluit ille deus cognatos. Sacra, Iura, fœdera. ſacrata iura militiæ Veneris. vide adnot, ad el.
D 10. ſup. verſ.36.

Noctis & inſtituet ſacra miniſtra Venus.

Ouid. in ep. Cydippes.

Nam quare toties ſocialia ſacra parantur.

Marita, pro maritalia & connubialia. Ouid. in ep. Paridis.

An pudet, & metuis venerem temerare maritam?

eleg.1. lib.3. de Ponto:

Exigit hoc ſocialis amor, fœduſque maritum.

& in ep. Medeæ:

Conſcia ſit Iuno ſacris præfecta maritis.

Horat. in Carm. ſec. *Proliſque nouæ feraci*
Lege marita. Nouo toro. Amore nouo. dixit ſup.
E verſ.16. huius elegiæ. *Lecto* verſ.2. & *toro* verſ. 10. & 14.

ILLI *ſint quicunque ſolent in amore dolores:*] ſubaudi eſſe. *Dolores*, vt curæ, ſuſpiria lacrymæ, inſomnia.

ET *caput argutæ præbeat hiſtoriæ.*] Id eſt famæ garrulæ; *Narranti* & 18. lib. 2. verſ. penult. hiſtoria quæuis narratio, etiam fabuloſa. dixi ad eleg.1. lib.2. verſ.16. *præbeat caput*, ſeipſum offerat. Præbere coniunctum cum ludibrio & contumelia. Cic. ep.15. libr.1. ad Attic. *Dignus qui Palicano, ſicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat.* 5. Verr. *Teſtibus tacitum os præbere.*

A *Linguam & vocem suam sceleri alterius præbere:* idem in Vatin. sic *Ceruices præbere.* & alia id generis passim apud eund. *Præbere ora contumeliis,* Tacito. Iuuenal. sat.3.

Et præbere caput domina venale sub hasta.

Præbere se aram in ludo pilæ, Plutarch. in Cicerone. In Catalectis, *Caput præbere* est infandæ libidinis. *Caput*, vt eleg.10. sup.

Inque meum semper stent tua regna caput.

vbi vide adnot.

N e c *flenti dominæ patefiant nocte fenestræ.*] De hoc more amantium dictum eleg. 19. lib.2. vers. 5. Ouid.3. de arte amandi:

B *Cum melius foribus possis, admitte fenestra.*

& inde opinor origo Terentiani prouerbij *Heaut.* act.3. sc.1. *Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.* Sueton. in Tiberio. cap.28. *Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis.* de calumniis.

S e m p e r *amet, fructu semper-amoris egens.*] Id est. Semper sitiat, nec sitim illam amoris possit extinguere. id est, semper miser sit. Sic apud Ouid. lib.3. Met. in Fabula Narcissi:

Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens:
Sic amet ipse licet, si non potiatur amator.

C Petron. contra. *Amare liceat, si potiri non licet.* *Egens*, vt Plaut. Asin. act.3. sc.3. *Cur me retentas? quia tui amans absentis egeo.* *Fructu amoris*, vt eleg. 15. lib. 2. *Hunc fructum ne desere vitæ.*

AD ELEGIAM XXI.

M a g n v m *iter ad doctas proficisci cogor Athenas.*] mihi necesse est eo tendere, si velim hoc morbo sanari. nam penè ingratiis discedit amator ab amica. *Proficisci*, in rem ægram ac difficilem Donat. in Andriam. Cæsar.1. de bello ciuili. Ad iter proficisci. *Magnum iter.* vel suspensè, vel proficisci iter, vt ire viam. *Ma-*

D *gnum*, longum. vt eleg.12. lib.1.

Marat via longa puellas. *Ad Athenas.* Antiquè. Virg. ecl.6.

Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Cic.2. Philipp. *Cum ad Aquinum accederet.* Fab. declam.333. *In Athenas misit.* Terent. *In Piræum conuenimus.* Plautus vbique. vide Fab. cap.9. lib. 1. *Doctas.* nam inde humanitas, doctrina, leges, fruges. Cic. in Orat. pro Flacco. Ouid. in ep. Phyllidis:

Atque aliquis iam nunc doctas eat, inquit, Athenas.

Horat. ep.1. lib.2.

E *Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ.*

id est, doctæ, ad discrimen aliarum Athenarum. vnde Plauto: *Atticæ Athenæ.* Varro libr. 7. de ling. Lat. *Cum trinæ fuerint Athenæ, ab vna dicti, Athenæi; ab altera, Athenienses; à tertia Athenæopolitæ.*

V t *me longa graui soluat amore via.*] Legendus hac de re Ouid.1. de Remedio. ab eo loco.

Tu tantum, quamuis firmis retinebere vinclis
I procul, & longas carpere perge vias.

& Seneca cap.16. de Consol. ad Elb. *Soluat amore.* dixi eleg. 17. sup. vers.5. *Graui.* sic Seneca in Hippolyto de amore. *Volitatque cælo pariter, & terris grauis.* dixi ad eleg. 8. sup. vers.10.

C r e s c i t *enim assiduè spectando cura puellæ.*] Vide adnot. eleg.1. lib.1. vers.1. & eleg.32. lib.2. *Qui videt is peccat.* *Crescit cura*, vt Virg. ecl.1.

Crescent illæ, crescetis amores. Ibid.
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Vetus poëta in peruigilio Veneris:

Crescit arbor, gliscit ardor. *Spectando*, dum spectatur. Virg.3. Georg.

Carpit enim vires paulatim, vritque videndo
Femina. & 1. Æneid. *Ardescitque tuendo.*

I p s e *alimenta sibi maxima præbet amor.*] vide adnot. ad eleg.12. lib.1. vers.5. Scitum illud Catonis huc facit: *Bellum se ipsum alet.* *Præbet pabula*, vt eleg. 7. sup.

Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes.

& Apuleij lib.8. *Odiosum amorem suum delectando nutrire.* & libr.10 *Quamdiu primis alimentis Cupido paruulus nutriebatur.* vulgo legitur, *elementis.*

O m n i a *sunt tentata mihi, quacunque fugari*
Possit: at ex omni me premit ipse Deus.]

Anacolonthon, *Omnia, quacunque.* vt el.13. sup.

Felix agrestum quondam pacata iuuentus
Diuitiæ quorum messis & arbor erant.

Omnia sunt tentata, vt Horat.

Nil intentatum nostri liquere poëtæ.

Virg.4. Georg.

En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum & pecudum custodia sollers
Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.

Terent. Andr. act.2. sc.1. *Omnia experiri certum est priusquam pereo.* & in Eunuch. act. 4. sc. 7. *Omnia prius experiri, quam armis sapiētem decet.* Cic. 7. ad Attic. *Omnia experiar & tentabo.* sic, *Omnem mouere lapidem.* *Vertere se in omnes formas.* *Quacunque*, supple, via vel ratione. Sic Horat. sat. 6. lib.1. *Quacunque libido est, Incedo solus.* Ouid. 4. Met. *Quacunque ingrederis.* Virg. ecl.9.

——— *Quacunque nouas incidere lites.*

Fugari, repelli, & procul amoueri tanquam hostis. vt eleg.3. sup. Lares fugantes Annibalem. *Ex omni.* supple, parte. vt Catull.

At pater, ex alia florens volitabat Iacchus.

Me premit, me vrget, mihi grauis instat amor. vt eleg. 1. lib.1.

Et caput impositis pressit amor pedibus.

& Horat. sat.6. lib.2.

Iam vino quærens, iam somno fallere curam:
Frustra: nam comes atra premit, sequiturque fugacē.

Ipse Deus, Amor. Tiboll. eleg.9. lib. 1.

Ipse Deus tacito permisit, lena, ministro
Ederet vt multo libera verba sono.
Ipse Deus somno domitos emittere vocem
Iussit. vide el.16. lib.2. vers.54.

V i x *tamen aut semel admittit, cum sæpe negauit.*] Id est. Vix me domum suam recipit vel semel, postquam sæpe exclusit. vt el.17. lib.2.

Vix decimo admittor nunc ego quoque die.

Alij: *adducit.* è coniectura. *Sæpe negauit*, vt el. 4. libr. 2.

Sæpe roges aliquid, sæpe repulsus eat.

Quid negate vide eleg.14. lib.2. vers. 20.

S e v *venit; extremo dormit amica toro.*] *Seu*, pro, aut si, vt vers. penult. huius elegiæ. Virg. 2. Æneid.

Substitit, errauitne via: seu lassa resedit Incertum.

Mallem

Mallem tamen hîc, *Sin. Venit*, vt el.25. lib.2.

Excludit quoniam sors mea sæpe venit.

Extremo toro. Horat. oda 3. epod.

Extrema in sponda rubet. dixi eleg.17. libr. 2. vers.4. Contra el. sup. prox. *Primo toro.* Ouid. 4. Fast. *Edidit à dextro talia verba toro.* id est, dextra parte. *Dormit amica.* Scaliger legit è coniectura, *Amicta.* probo, vt eleg.15. lib.2.

Vestita cubares.

V N V M *erit auxilium mutatis, Cynthia, terris:*] Id est. Medicina ei morbo & remedium. eleg. 1. lib. 1. *Quærite non sani pectoris auxilia.* Auxilia etiam altaria. Isidor. Apul. lib.11. *Mutatis terris.* vide Senecam ep. 28. de mutatione locorum, quam docet nihil prodesse vitiis tollendis, vt mœroti & amori. Et Ennium Iphigenia apud Gellium cap. 10. libr.19. & Lucret. libr. 3. *Se quisque fugit, sed nemo effugit.* Horat.

Cælum non animum mutant qui trans mare currunt.

Q V A N T V M *oculis, animo tam procul ibit amor.*] Quo magis recedes à conspectu amicæ, eo magis recedes ab eius memoria, vt facile obliuiscimur absentium. Athenæus libr. 4. hanc refert sententiam, vt ipse ait, μισανθρωποτάτην, inhumanissimam, τοῦ φίλου λάθοντος, οὐκ ἐστὶν φίλος. Procul degentes amici non sunt amici. vide Cicer. pro Plancio de absentium obliuione. *Quantum, tam*, vt eleg. 12. libr. 1. vers. 3. & 4. vbi vide not. *Procul animo.* Sic Ennius procul cum 6. casu iungit ap. Cic.7.fam. *Multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul.* Virg. 2. Georg. *Procul discordibus armis.* Horat. oda 2. epod. *Procul negotiis.* & sat.6. lib 1.

Ambitione procul.

N V N C *agite, ô socij, propellite in æquora nauem.*] Sic fere Virg. 5. Æneid.

Nunc nunc incumbite remis Hectorei socij. Ipse eleg.4. sup.

Ite, agite, experta bello date lintea prora.

Propellite, facite vt longius à portu feratur & prouehatur in altum. Ouid. ep. Hypsipiles:

Cærula propulsa subducitur vnda carina.

Cic. 4. Tusc. *Vela orationis pandere, vel remis Dialecticorum propellere.* Lucan. lib.3.

Propulit vt classem velis cedentibus auster

Incumbens, mediumque rates tenuere profundum.

Est & impellere verbum nauticum. Virg. 5. Æneid.

Triplici pubes quam Dardana versu Impellit.

dicitur & promouere. Virg.10. Æneid.

Ingentem remis centaurum promouet.

R E M O R V M Q V E *pares ducite sorte vices.*] Id est. Vicissim remigate alij aliis succedentes. Ducite remos vicissim eos sortiti per transtra. τὸ *Ducite* refertur, & ad *vices*, & ad *sorte*, & ad *Remorum*. ad *vices*, vt eleg.15. lib.1.

Annus & inuersas duxerit ante vices.

ad *sorte*, vt Virg. *Stat ductis sortibus vrna.* ad *Remorum*, vt Ouid. 1. Metamorph.

Et ducis remos illic vbi nuper ararat.

& 11. —— *reducunt*

Ordinibus geminis ad fortia pectora remos.

quod idem el.1. lib.4. Trist.

Quique refert pariter lentos ad pectora remos,

In numerum pulsa brachia versat aqua.

A Vbi *pariter*, vt hîc *pares vices.* quod Virg. 1. Æneid. —— *Operumque laborem*

Partibus æquabant iustis. Sorti vero committebant remigandi munus. Virg. 3. Æneid.

Sternimus optatæ gremio telluris ad vndam

Sortiti remos. vbi Seru. per sortem diuisi, inquit, ad officia remigandi, quis esset proreta, quis pedem teneret. Apollon. lib.1.

—— ἐπεπάλαχθι κατὰ κληῖδας ἐρετμά. Ibid.

Κληῖδας μὲν πρῶτα πάλῳ διεμοιρήσαντο. Ibid.

Οἳ δ' ἀνὰ σήματα βάντες ἐπισχερὼ ἀλλήλοισιν

Ὡς ἐδάσαντο πάροιθεν ἐρετμοῖσιν ᾧ ἐνὶ χώρῳ.

I V N G I T E Q V E *extremo felicia lintea malo.*] vt B eleg.17. lib.1. *Candida felici soluite vela choro.* Aptate, inquit, malo carbasa, quia malus sustinet vela. Catull. in Ariadna.

Inde infecta vago suspendam lintea malo.

Ouid. 11. Met.

Vela tamen spectat summo fluitantia malo.

Isidor. cap.2. lib.19. Malus arbor nauis, qua vela sustinentur, antennæ, lignum in malo transuorsum, vela sustinet. Plin. cap.55. libr. 7. *Vela Icarus: malum & antennam Dædalus reperit.* Inde Fabula.

N A M *liquidum nautis aura secundat iter.*] Ventus benignior secundam nautis præbet nauiC gationem, & cursum. Virg. 3. Æneid.

Rite secundarēt visus, omenq; leuarent. & 4 Georg.

Expediat morbi causam, euentusque secundet.

Ouid. in ep. Laodamiæ:

Blandaque compositas aura secundet aquas.

pro, *Nam*, Nonius legit, *Iam*, in *secundare.* *Liquidum iter*, vt Virg. 5. Æneid. de aëre,

Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.

Sic Homerus ὑγρὰ κέλευθα libr. 2. Odyss. vocat τὴν διὰ τῆς θαλάσσης ὁδόν. Plaut. Rudentis sc. vlt. act. 1. *Nempe equo ligneo per vias cæruleas estis vecta.* Virg. 6. Æneid. *Camposque liquentes.*

R O M A N Æ *turres, & vos valeatis amici.*] Sic D eleg.4. lib.4. Tarpeia:

Romani montes, & montibus addita Roma,

Et valeat probro vesta pudenda meo.

Neptunus apud Euripidem in Troiadib. Troia migrans.

Ἀλλ' ὦ ποτ' εὐτυχοῦσα χαῖρέ μοι πόλις

Ξεστόν τε πύργωμ'· εἴ σε μὴ διώλεσεν

Παλλὰς Διὸς παῖς, ἦσθ' ἂν ἐν βάθροις ἔτι.

Limina etiam amicæ iubet valere eleg. vlt. De turribus Romanis ipse eleg.11. lib. 4.

Hanc vides ante cauas vibrantem spicula turres Romulus. Iuuenal. sat.6.

Et stantes collina turre mariti. Fest. in *October*, E Maniliæ turris meminit.

Q V A L I S C V N Q V E *mihi tuque puella vale.*] Sic Ouid. eleg.6. lib. 1.

Qualiscunque vale, sentique abeuntis amorem:

Lente, nec admisso turpis amante, vale.

ὑγίαινε ita Græcis in deteriorem partem, & vale mortuis dicitur. *Qualiscunque*, formosa, sed impudica. adnot. ad el. 1. sup. vers.30.

E R G O *ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes.*] Indignatur & stomachatur, quia statuerat non nauigare. nam elegia 7. supra dixit:

At tu sæue Aquilo nunquam mea vela videbis.

Ergo. vide adnot. eleg.8. libr.2. vers. 13. *Rudis*. imperitus & insolens nauigationis, vt *Rudis pinus* eleg. prox. seq. vers. 14. 15. *Hospes*. vide adnot. eleg.19. sup. vers.8. Ouid.1. Fast.

Acta per æquoreas hospita nauis aquas.

& 4. Fast.

Vix tulit aduersas hospita nauis aquas.

Aequoris Adriaci. nam mari Adriatico nauigatur Athenas. ipse eleg. 6. libr.1. vers. 1. & 13. Horat. oda 3. libr. 1.

Finibus Atticis Reddas incolumem precor.

& mox. *Quo non arbiter Adriæ maior.*

Dicitur Adriacum,& Adriaticum. Horatius & *mare Adrianum* vocat.

COGAR *& vndisonos nunc prece adire Deos.*] Vide adnot. eleg.7. sup. vers.57. *Prece adire Deos*, est ad Deos salutandos accedere, & venerari, ac poscere aliquid. eleg. vlt. lib. 2.

Solum te nostros lætor adire Deos.

Plaut. Asin. sc.1. act.1. *Cum me adiit, vt pudentem gnatum decet.* id est, me orauit. Ibid. sc. vlt. *Dignos, indignos adire.* id est. iis supplicare. Albin. ad Liuiam:

Cur adeo fratres heu sine fratre Deos.

Lucret. libr. 5.

Num Diuûm pacem votis adit, ac prece quæsit
Ventorum pauidus paces, animasque secundas.

Seneca Hippolyto:

Nec adire castis precibus aut ritu pio
Adiudicata præsidem terræ Deam.

Lucillius apud Nonium in *Aduasa*. *Cum pacem peto, cum placo, cum adeo, & cum appello meam.* Idem apud eundem in *Appellare*: *Cum mei me adeunt seruuli, non dominam ego appellem meam?* *Adire Deos*, vt affari Virgilio,& veteribus poëtis.

DEINDE *per Ionium vectus cum fessa Lechæo,*
Sedarit placida vela Phaselus aqua.]

A mari Adriatico incipit mare Ionium, vt adnotatum ad eleg.26. vers.2. lib. 2. *Phaselus*, inquit Nonius, nauigium Campanum. Seruius breuem nauiculam interpretatur in 4. Georg. Baifius de re nauali docet ex Plutarcho, & Appiano interdum Myoparonas, & Phaselos eosdem esse, mixta forma ex naue oneraria, & longa trireme, qua forma vocamus galeones. fortasse, inquit, à Phaselide loco, vt Parones, & Rhodiæ. dicitur & Cic. Epicopus 14. ad Attic. *Cum sedarit*, quiescere fecerit, vt eleg. 16. libr. 2.

Nullane sedabit nostros iniuria fletus.

Vela fessa; longo itinere pene fracta, quasi vela sentiant laborem, vt Virg.1. Æneid. *Fessas naues.* & Ouid.1. Met.

In mare deducunt fessas erroribus vndas.

Placida aqua, quieta, vt eleg.8 lib.1.

Placidis Oricos æquoribus. *Lechæo*. Stat.2.Theb.

—— *Irataque terræ*
Curua Palæmonio secluditur vnda Lechæo.

& 2. Sylu. in Surrentino Pollij:

Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen ab Ionio fert semita tecta Lechæo.

Noti sunt gemini portus Corinthi Cenchreum & Lechæum, de quibus Pausan. Corinthiacis, qui illis promontoriis disterminati ait Isthmũ Corinthiacum. Strabo libr. 8. Lechæo ait vti, qui ex Italia nauigant, vt Cenchreo, qui ex Asia. & vtrumque describit. & Plin. cap. 4. libr. 4. Callimach. in Delum vers. 271. & Schol. alias legitur *Lyceo*. &, *Lychæo*.

QVOD *superest sufferte pedes, properate laborem.*] Alloquitur pedes suos, vt Plautinus Pseudolus. *Siccine hoc fit pedes?* *Quod superest.* Viam reliquam Athenas. vsque. vt eleg. 17. sup. vers. 19.

Quod superest vitæ. *Sufferte.* Virg.2. Æneid.

Nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre valent.

Terent. *Sufferre sumptus, & supplicium.* Cicero. *Sufferre pœnam, & mulctam.* Est & sufferre, supponere, vt Nonius docet exemplis. *Properate laborem*, accelerate, auidè exantlate laborem itineris, vt eleg.18. lib.2. *Properarint fata quietem.*

ISTHMOS *quà terris arcet vtrumque mare.*] Id est. Repellit & prohibet inter se misceri Ægæum & Ionium. Plin. cap. 4. libr. 4. *Isthmos*, Angustiæ vnde procedit Peloponessus vocantur inquit Plin. cap.4. libr. 4. & interuallum inter duo maria Ægæum & Ionium, & in illo medio interuallo fuit Corinthus, quæ ideo *bimaris* Horatio. de eius euersione Cicero in Rullum. Est & Isthmos Atho montis; item Thraciæ apud eundem Plin. Leucadiensium Isthmon commemorat, & Charis. ex Hygino. Hunc Isthmon Peloponessi, siue Achaicum, siue Corinthiacum Iulius,& Caligula, & Nero Cæsares perfodere cogitarunt, infelici exitu eorum Plin. & Sueton. Strabo lib. 1. Quæ prominentibus angustè frontibus distinguuntur loca inter duo maria vocat ἰσθμοὺς. γῆ ἀμφίθαλασσος. vide eundem Strab. lib. 8. de hoc Isthmo, vnde *Isthmius Neptunus*, & ludi *Isthmia*. Vetus poëta apud Senecam & Cic.

Ego impero Argis, regna mihi liquit Pelops
Qua Ponto ab Helles, atque ab Ionio mari
Vrgetur Isthmos.

Ouid.5. Met. de Theseo.

Qui virtute sua bimarem pacauerat Isthmon.

& eleg.10. lib.1. Trist.

At postquam bimarem cursu superauimus Isthmon.

Seneca Thyesta: *Et maris gemini premens fauces Corinthus.* Idem in Hippolyto:

Et quę duobus terra comprimitur fretis.

Ouid.6. Fast.

Et spatio contracta breui freta bina repellit:
Vnaque pulsatur terra duabus aquis.

Arcet, depellit. Horat. *Classes aquilonibus arcet* id est, Aquilones classibus. Virg.1. Æneid.

Finibus arcere.

INDE *vbi Piræi capient me littora portus.*] Id est, Postquam accipiet Piræus. nam *Isthmi angustiis Hellas incipit, in qua prima Attica*, inquit Plin. cap. 7. lib.4. & *Ab Isthmo quinquaginta millia passuum Piræus & Phalera portus, 2. M. pass. muro recedentibus Athenis iuncti.* vbi vide initium illius capitis, ad hoc iter Propertij intelligendum. Item Strab. libr. 9. & Pausan. in Attic. Porro quinque millibus passuum mare recessit à Piræo vt ait Plin. cap.85. libr. 2. Meminit & cap.12. lib. 4. & Plutarch. in Pericle, Themistocle, Alcibiade. Seruius Sulpicius Ciceroni ep.5. libr. 4. fam. *Post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus.* *Capient me littora.* alias, *capient mea lintea.*

SCANDAM *ego Thesęæ brachia longa viæ.*] sic appellat longos muros consilio Themistoclis ab vrbe ad mare vsque ductos 40. stadiorom spatio, vt Piræus vrbi coniungeretur. Thucydides libr. 1. & 2. Strabo lib. 9. qui veluti crura fuisse ait, non brachia, & Plutarch. in Themistocle. *Brachia* metaphoricè de situ loci ita porrecto, vt amplecti quid velle videatur. Sic Liui. libr. 38. *Superato brachio in vrbem penetrat.* & lib. 44. *Veluti per deuexum in mare brachium transitum tentaturus.* Sueton. in Claudio cap. 20. *Portum hostiæ exstruxit, circunducto dextra, sinistraque brachio.* Ouid. 1. Met.

—— Nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Iuuenal. sat. 12.

Porrectaque brachia rursum
Qua pelago currunt medio.

sic *Terga iugi* dixit eleg. 4. libr. 4. vers. 48. *Thesęæ viæ.* Beroaldus hîc ougatur de vicis & oppidis Atticæ à Theseo quasi sublatis, vt vnum concilium fieret, & vt in astu conuenirent. ego de via perpurgata, & liberata à latronibus Athenas vsque à Scironiis saxis intelligo. qua de re eleg. 16. sup. vers. 12.

ILLIC *vel studiis animum emendare Platonis*
Incipiam: aut hortis, docte Epicure, tuis.]

τὸ Illic, Athenis, etiamsi non expressit, vt eleg. 19. lib. 1. vers. 11. *Studiis*, vt eleg. 3. lib. 2.

Studijs vigilare seueris. *Emendare animum studijs Platonis.* id est, in syluis Academi quærere verum, & animum vitiis perpurgare studiis Socraticis. nam Socrates mores excoluit, & sapere docuit. *Quod tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ*, inquit Horat. in arte. Et expultrix vitiorum Philosophia Cicero. 5. Tusc. Sic *emendati mores* eidem in Lælio. *Emendatrix vitæ poetica.* in 4. Tusc. *Emendatrix vitiorum lex & commendatrix virtutum*: 1. de leg. Mendæ, animi vitia, vt corporis. Charis. libr. 1. *Mendum mendacij; menda operis, vel corporis.* *Hortis.* sic Stat. libr. 1. Syluin Tibortino Manlij: *Luxuque carentes*

Delicię, quas ipse suis digressus Athenis
Mallet deserto senior Gargettius horto,

Epicurus. vt in Surrentino Pollij: *Monitus quos dat Gargettius auctor.* Virg. initio Ciris:

Etsi me vario iactatum laudis amore:
Irritaque expertum fallacia præmia vulgi,
Cecropius suaues exspirans hortulus auras
Florentis viridi sophia complectitur vmbra.

Iuuenal. sat 14.

Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis.

& sat. 13.

Epicurum Suspicit exigui lętum plantaribus horti.

Cic. 1. de Nat. Deor. *Cur tantum Epicuri Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. Hortus habuerit licentiæ.* Ibid. & 12. ad Attic. *Quis nobilis Epicureus hortis præfuerit Athenis.* & 5. de fin. *In Epicuri hortis quos modo præteribamus.* Plin. cap. 4. libr. 19. *Primus in vrbe hortulos habere instituit Epicurus, otij magister.* vide Laërtium in eius vita. *Docte Epicure.* Sic Petron. *Ipse pater veri doctrinæ Epicurus in arce.* vbi alias: *Doctus Epicurus in arte.* Lucret. *Qui genus humanum ingenio superauit.* At ipse Cicero, maximè 1. de finibus negat satis

A politum Epicurum iis artibus, quas qui tenent eruditi appellantur.

PERSEQVAR *aut studium linguæ, Demosthenis arma.*] Acrem & constantem assiduamque operam nauabo eloquentiæ: tamen negat id sibi antea per Apollinem licuisse eleg. 1. lib. 4.

Apollo Et vetat insano verba tonare foro.

Persequitur, inquit in Andr. Donat. *qui non desinit sequi.* & in Hecyr. *Persequi est constantia.* Horat. oda 1. epod. *Persequemur otium.* Cic. 4. Tusc. *Persequi disciplinam bene viuendi.* & 1. de fin. *Eas artes persequeretur, viuendi artem relinqueret?* *Studium linguæ*, artem bene dicendi. lin-

B gua, pro oratione, vt el. 32. lib. 2. vers. 25. Horat. in arte.

Nec virtute foret, clarisue potentius armis
Quam lingua Latium.

Idem:

Seu linguam caussis acuis. *Demosthenis arma.* Apuleius lib. 4. Florid. *Prima cratera* (Musarum) *literatoris ruditatem eximit. secunda Grammatici doctrina instruit. tertia Rhetoris eloquentia armat.* vnde Gell. *Arma Rhetorica & disciplinarum* vocat cap. 3. lib. 7. Petron. *Ingentis quatiat Demosthenis arma.* Ouid. eleg. 12. lib. 3. Trist.

Iunctisque ex ordine ludis
C *Cedunt verbosi garrula bella fori.* 1. Fast.
Quæ sit enim cultu facundia sensimus oris
Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis.

eleg. 10. lib. 4. Trist.

Fortia clamosi natus ad arma fori. 4. Fast.
Et fora Marte suo litigiosa vacent.

& 5. Met.

Quem quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pugnat.

Lucan. ad Pisones: *Licet exercere togatæ*

Munera militiæ, licet & sine sanguinis haustu
Mitia legitimo sub iudice bella mouere.

Demetrius Phalereus apud Laërtium: *ὅσον ἐν πολέμῳ δύναται σίδηρος, τοῦτο ἐν πολιτείαις ἰσχύει.*

D Heraclitus apud Hermodorum. *ἐν ταῖς γλώτταις ἔχειν τὰ ὅπλα.* Hesychius scribit *γλωσσάσπιδας* dictos, qui lingua pro armis vterentur. & prouerbium est *γλώττῃ πολεμίζειν.* *Arma* metaphoricώs ea omnia quibus pugnatur, siue clam, siue palam. dixi ad eleg. 13. sup. vers. 9. Ouid. eleg. 5. lib 2. Amor.

Defensa est armis nostra puella suis.

id est. forma. & 2. de arte amandi:

Tractabat ceramque puer, pennasque renidens
Nescius hæc humeris arma parata suis.

Iuuenal. sat. 14.

Paruoque eadem mouet arma fritillo.

id est, talos & tesseras.

E LIBRORVMQVE *tuos, docte Menandre, Sales.*] hypallage, pro, Sales librorum tuorum, id est, comœdiarum. *Sales*, lepores, argutiæ, ioci. Donat. in Eunuch. *Sal neutraliter, condimentum; masculinè, sapientia.* Charis. lib. 1. *Sales, iocum* interpretatur. Item, *Sales, οἱ ἅλες.* & eod. libr. *Sal tantum pluraliter facetias significat.* Seruius: *Sales plurali tantum numero cum iocos significamus: sed tamen & salem, pro vrbanitate dixit Terentius.* hæc ille in illud 1. Æn. *Spumas Salis.* Plutarch. Symp. l. 4. quęst. 4. *Κινδυνεύουσι γὰρ οἱ ἅλες τῶν ἄλλων ὄψων ὄψον εἶναι, ἢ ἥδυσμα. διὸ καὶ χάριτας ἔνιοι προσαγορεύουσιν αὐτούς, ὅτι τὸ τῆς τροφῆς τὸ ἀναγκαῖον ἡδὺ ποιοῦσι.* vide eundem

quæst.10. libr. 5. Symp. & maximè in comparatione Aristophanis, & Menandri. & Plin. cap.7. libr. 31. notat Beroaldus. *Menandre*, à recto Menandrus, vt Euandre, Tymbre, Læandre. Menandri meminit ipse eleg.6. lib.2. vers. 3. & eleg. 5. libr.4. vers. 43 eius laus est apud Fab. cap.1. libr.10. Gell. cap.23. libr.2. Athenis Menandro statuam in theatro positam commemorat Pausan. in Atticis. & Plin. cap.30. lib. 7. Aduocatum classe, & per legatos ab Ægypti regibus scribit, nec ire ad eos voluisse. 80. Fabulas scripsit: Suidas. Ouid.2. Trist.

Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri:
Et solet hic pueris, virginibusque legi.

AVT *certè tabulæ capient mea lumina pictæ.*] id est. Saltem me spectantem oblectabunt pictæ ab Appelle, Zeuxi, Parrhasio tabulæ. vide adnot. ad eleg.24. infra vers.2. *Oculis meis.*

SIVE *ebore exactæ, seu magis ære manus.*] Manus pro opere ipso manu docta elaborato, & arte, vnde & *manu-pretium* dicitur. Mart. epigr. 51. lib.8.

Mentoris hæc manus est, an Polyclete tua.

Ouid. 3. Fast.

Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior irata Pallade mancus erit.

Solinus: *Ea ædes manus Dædali ostendebat.* *Ebore.* vt eburnum signum Iouis eleg.9. vers.15. sup. & Seneca cap.9 de Tranquillitate.

Nomen marmore, aut ebore captare.

Horat. ep.1. lib.2.

Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit.

(Græcia) *Exactæ.* dixi el.1. sup.vers.8. *Exacta ære*, artificè ductæ. Varro apud Nonium in *Aerificium*, & *ducere. Nihil sunt Musæ Polyclis vestri, quas ærificè duxit.* Myronis & Lysippi opera ænea. Horat.

Aut alius Lysippo duceret æra.

AVT *spatia annorum, aut longa interualla profundi*
Lenibunt tacito vulnera nostra sinu.]

Quod legitur, *aruorum*, mendosum est. nam non loquitur de geometria, & agrimensura: neque amplius fit mentio artium. Sed ait se temporis diuturnitate, vel interuallo locorum, tanto interiecto mari, vel certè morte ipsa amorem depositurum. *Spatia annorum. longinquitas temporis*, Seruio Sulpicio ad Cic. ep.5. libr. 4. & ep. 4. libr. 6. fam. Eamque *temporis Medicinam* vocat ep. 16. libr. 6. de qua sæpe alias. Auson.

Admittunt alij, solatia temporis, ægri:
Hæc grauiora facit vulnera longa dies.

Interualla profundi. Tantum maris, quod interiectum inter me, & amicam Sic Fab. cap. 17. lib. 2. *Interualla siderum.* Isidor. cap. 9. libr. 15. *Interualla, spatia sunt inter capita vallorum.* id est, stipitum, quibus vallum fit. vnde & cætera quoque spatia dicuntur interualla. *Profundi*, maris, quod porro sit à fundo summa aqua. Sueton. in Calig. cap.16. *Profundo mergere.* Vir.12. Æneid.

——penitusque profundo Vela dabit.

Lenibunt vulnera nostra, Minuent atque mollient, & pene sanabunt vulnera mihi facta telo Cupidinis. sic *lenire noctem* eleg 9. lib. 4. vers.5. *Lenibunt*, pro, lenient. vt Horat. *Mollibit.* Ennius, *Audibo* apud Nonium. Plaut. *Scibo*, & *venibo*, pro veniam: Nonius. *Expetibo*, Pacuuius. *Aperibo*, Pomponius. Idem *Paribit*, & *peruenibunt*, & *repetibitur.* Contra Tibull.

Errabis, transiet ætas. *Tacito sinu*, clanculum, nemine aduertente, & me id dissimulante. vt eleg. 25. libr. 2.

In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

SEV *moriar, fato, non turpi fractus amore.*] Aut si moriar, id lenibit malum, imo sanabit ἰαματικῶς. nam dixit eleg.17. sup.

Funera sanabunt, vel tua vina malum.

vel iterandum *moriar. Seu moriar, moriar fato. Moritur fato*, qui fatales annos expleuit, vt loquitur Tibull. eleg. 5. libr.1. Cicero in Bruto: *Hortensij vox extincta fato suo est, nostra publico.* hinc *fato functi*, & *fato concessisse* mortui dicuntur. vide adnot. ad illud Tibulli lib.4.

Seu maturę dies fato properat mihi mortem.

Turpi amore, quia vulgarem puellam amare turpe. eleg.16. lib.2. vers.36. & eleg. 11. sup. *Infamis amor*, vbi plura notata sunt. *Fractus amore*, quia amor vires carpit, exhaurit, & eneruat. vt eleg. vlt. libr. 2. vers. 34. & eleg.14. libr. 1. vers.17.

ATQVE *erit illa mihi mortis honesta dies.*] Tandem aliquando sapit. nam dixerat eleg.1. libr.2.

Laus in amore mori. & el.6. lib.1.

Multi longinquo periere in amore libenter.

& eleg.7. sup.

Ante fores dominæ condar oportet iners.

& sibi conscius mortis inhonestæ amantium canit el. 16. sup. vt extra viam humaretur, quia *Tumuli infamantur amantum. Honesta dies mortis*, vt Cicero pro Quintio: *Mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat. vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.*

AD ELEGIAM XXII.

FRIGIDA *tam-multos placuit tibi Cyzicus annos*
Tulle, Propontiaca quà fluit Isthmos aqua?]

Ad hunc Tullum eleg.6. lib.1.

Non ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum,
Tulle, neque Aegæo ducere vela salo.

vbi proficiscitur Cyzicum opinor, vt Cyzicenos regat, quibus adempta fuerat libertas ab Augusto, quam meruerant bello Mithridatico, ob ciues Romanos flagris cæsos, vt not. ad eleg. 6. libr. 1. vers.20. De Cyzico insula, & vrbe Propontidis iuncta continenti duobus pontibus Cicero pro lege Manilia, pro Murena, & Archia, Plutarchus in Lucullo, Strabo libr. 12. A Cyzico Rege Dolionum nomen habuit, quem imprudentes Argonautæ interemerunt: Apollon. libr. 1. Mela cap. 19. libr. 1. vbi etiam Cyzicum neutro genere vocat, vt & Plin. cap. 32. libr. 2. qui à Milesiis conditam innuit, insolamque iunctam continenti ab Alexandro. Idem cap.2. lib.31. ait Cyzici fontem fuisse Cupidinis dictum, in quo potantes amorem deponere tradat Mutianus. Cyzicenũ vnguentum memorat Pausan. Messenicis. τὸ *Placuit*, reprehendentis, ideo addidit, *frigi-*

da. Cum frigida sit, ideoque inamœna, placuit? vt el. 9. lib. 2.

Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam.

Tam-multos annos, vt eleg. 9. lib. 2.

Tam-multis facta beata procis.

sic *quam-multæ horæ* eleg. 20. & *Tam-graciles*, eleg. 13. *Tam magnus fontibus* eleg. 3. sup. *Tam pleno theatro* eleg. 18. sup. *Tam dura manu* eleg. 11. sup. *Propontiaca quà fluit Isthmos aqua.* hypallage, Qua aqua fluit Isthmo Propontiaco. non enim Isthmos fluit, nisi quis pro alluitur dictum putet. Sic eleg. 5. sup.

Bellerophontæi quà fluit humor equi. Isthmon autem Cimmerium intelligit, inter Euxinum, & Caspium mare, & Tauricam Chersonesum, vt superiore elegia Peloponesiacum, siue Achaicum. hunc Isthmon Seleucus Nicanor perfodere conatus. *Propontiaca aqua*, vt Ouid. eleg. 9. lib. 1. Trist.

Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris,
Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus.

Propontis vnda dicitur Varroni Marcipore, apud Nonium in, *Capere. Propontis vnda quem* (lege, *quam*. de ostreis) *liquenti cærulo natantem perfundit, cape.* Ægæum mare vbi coarctatur Hellespontus, mox vbi se laxat Propontis vsque ad Thracium Bosphorum. Plin. cap. 11. libr. 4. *Alius namque ibi Isthmos angustiæ simili est, eodem nomine, & latitudine: Illustrant duæ vrbes vtrimque littora; qua haud dissimili modo tenuêre, Pactya à Propontide, Cardia à Melane sinu.* vide eundem & cap. 12. lib. eiusd. & cap. vlt. lib. 5. Strab. lib. 13. initio, & Melam cap. 1. lib. 1. & cap. 9. lib. eiusd. Itali vocant, *Mar di marmora.* Vide prouerbium: *Isthmum perfodere.*

DINDYMVS, *& sacræ fabricata inuenta Cybeles:*] Strabo libr. 12. Dindyma montem imminentem Cyzico vocat, vbi Dindymenæ matris Deûm templum ab Argonautis ædificatum. Plin. cap. 32. lib. 6. *Cyzicum alio nomine Dindymis, cuius à vertice mons Dindymus.* Ouid 4. Fast.

Dindymon & Cybelen, & amicam frondibus Iden
Semper, & Iliacas mater amauit opes.

Apollon lib. 1. Argonauticωr.

Ἀσσοῖδη χεύαν τόδ᾽ ἱερὸν ἀξοσαῖζα
Δινδύμου ὀκρυόεντος ὑπέρτατον ἰνδάλλοιτο
Μητέρα συμπάντων μακάρων. *Fabricata inuenta Cybeles.* Reperio in vet. lib. *Dyndima quæ Argino* (alias, *Arginum.*) *& quæ sunt templa alia Cybeles.* An legendum:

Dindyma quæ Argiua sunt tēpla sacrata Cybelæ.

nam ex, *fabricata*, & *sacra*, feci, *sacrata*. & Argiui viri, id est, Argonautæ id templum dedicarunt Cybelæ: Strabo lib 12. vel

Dindyma quę sacrę fabricata in templa Cybelę.

Sed Scaliger sic locum explicat ἀξιοθεατικῶς. *Fabricata inuenta*, fabricæ ipsæ, quem vide. *Inuenta fabricata*, an pro, inuenta fabrilia? sic eleg. 27. lib. *Phœnicum inuenta.*

RAPTORISQVE *tulit quæ via ditis equos?*] At Cicero 6. Verrina, Ouidius, Higinus, Claudianus denique fere omnes raptam in Sicilia Proserpinam narrant: hîc in Propontide; quia ad Heracleam Ponti est Acherusia specus. Mela cap. 19. lib. 1. *In eo* (Euxino) *Mariandini vrbem*

A *habitant; ab Argino, vt ferunt, Hercule datam, Heraclea vocitatur. Iuxta specus est Acherusia, vnde extractum Cerberum existimant.* Idem Solinus, & obiter Ouid. 5. Met. de aconito è spuma Cerberi. Pausan. in Atticis raptam scribit Proserpinam in Eleusino agro ad Cephissum amnem. Idem in Corinthiacis ad Lernam in agro Argino. Auson. Theoni:

Qualis florstoma quondam populator in Aetna,
Virgineas inter choreas Deoida raptam
Sustulit, emersus stygiis fornacibus Orcus.

Phornutus raptum Proserpinæ à Plutone factum interpretatur de sterilitate terræ & fa-
B me, cum terra recepta semina non redderet. & Cic. 2. de Nat. Deor. περσεφόνη frugum semen, quod absconditum à Cerere quæri fingant. An Proserpinæ meminit, quia illic colebatur? sic inquit Scaliger ex epigrammate in Catalectis. *Qua tulit.* Alias legitur *Quæ.* sic Virg. 6. Æneid.

Hinc via tartarei quę fert Acherontis ad vndas.

sic & *via ducere* dicitur. *Equos.* Orphnæum. id est, obscurum: Æthona; vrentem: Nyctæum, nocturnum: Alastora, perniciosum. Claudian.

C *Orphneus crudele micans, Aethonque sagitta*
Ocior, & stygii crudelis gloria Nycteus
Armenti: ditisque nota signatus Alastor.

Inde Homero. Il. ε. κλυτόπωλος ἀΐδης. τοῦ ἵππους ἀθανάτους ἔχει. Ouid. 5. Met.

Raptor agit currus, & nomine quemque vocando
Exhortatur equos.

Ditis. Dis pater, quia omnia è terra oriantur, & eò recidant. Cic. 2. de Nat. Deor. Fabius cap. 10. lib 1. *Dis pater, quia minimè diues sit.* (quia nudi mortui.) *Raptoris.* de raptu Proserpinæ Ouid. 4. Fast. Higin. Fab. 146. *Pluto quadrigis venit, & eam* (Proserpinam) *rapuit.* Stat. 8. Theb.
D Pluto loquitur:

Ast ego vix vnum, nec celsa ad sidera, furto
Ausus iter, Siculo rapui connubia campo.

SI *te forte iuuant Helles Athamantides vrbes,*
Nec desiderio, Tulle, mouere meo.]

Id est. Oblectant & retinent vrbes Hellesponti, nec te cura nostri absentis tangit. De Hellesponto, angustiis maris Ægæi, & vrbibus ea in ora Plin. cap. 12. lib. 4. Strabo lib. 13. & Mela cap. 1. libr. 1. Hellespontus fretum est angustum inter Ægæum & Propontidem. vulgo, *El far de Gallipoli.* De Helle dictum eleg. 26. libr. 2. vers. 5. Athamantida vocat, quia filia fuit Athamantis, & Nepheles. vnde
E *Athamantidos vndas*, pro, Hellesponto dixit eleg. 20. libr. 1. Est & Athamantis fontis, vel fluuij nomen, de quo Ouid. 15. Met.

Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur minimos cum luna recessit in ortus.

Desiderio meo, vt eleg. 3. libr. 4.

E desiderio sit color iste meo, pro, mei. vide not. ad eleg. penult. libr. 1. vers. 4. sic Plaut. Amphitr. *Exsurgite qui terrore meo accidistis.* pro, mei. An *meo*, eodem quo ego.

TV *licet aspicias cælum omne Atlanta gerentem.*] Id est, vertice cœlum fulcientem, siue, vt poëta ait, axem humero torquentem stellis arden-

tibus aptum. Atlas Latinè Telamo, inquit Seruius in 4. Æneid. vt Nilos, Melo Descriptio eius est apud Herodotum in Melpomene. Virg. 4. Æneid. Ouid. 4. Met. Seruius Astrologum fuisse scribit, & Herculem Astrologiam docuisse. Plin. cap. 8. libr. 2. Sphæram ab eo repertam scribit. Idem cap. 56. libr. 7. Astrologiæ inuentorem fuisse ait, & Libyæ filium. est & mons eius nominis celsissimus: Pausan. in Attic. Idem in Eliacis non cœlum modo, sed & terram, ait, Atlantis humeris sustineri. Strabo lib. 17. à Græcis Atlantem eum muntem Mauritaniæ vocari scribit, à barbaris Dyrim. Higin. Fab. 150. Atlanti cœli fornicem super humeros impositum à Ioue scribit, quod dux Titanum fuisset in bello contra Iouem.

SECTAQVE *Persei Phorcydos ora manu.*] Amputatum Medusæ caput harpe, siue falcato ense. *Phorcydos.* Higin. initio Phorcum vnum Gigantum facit, ex quo, & Ceto natæ Phorcydes. Ideo facit Hesiod. in Theog & Virg. 5. Æneid.

Nereidum, Phorcique chorus. ab alijs Phorcys, vel Phorcyn dicitur, vnde Phorcynides eius tres filiæ, qua de re multa Palæpharus. Ouid. 5. Met. *Et in portem Phorcynida transtulit illam.* vide Higin. lib 2. Astron. in Perseo. Apollodor. lib. 1. Φόρκυ δὲ ἢ Κητοῦς φορκύδες γεγόνασι. supple, παῖδες. Idem lib. 2. Gorgonum sorores facit, & nominat; Enio, Pemphredo, & Dino. ab his oculum mutuum sumpsit Perseus iturus ad Gorgonas. Idem ibid.

GARYONÆ *stabula, & luctantum in puluere signa Herculis, Antæique, Hesperidumque choros.* [*signa Stabula*, pro armentis metonymicωs, vt Virg. 9. Æneid *Ouilia*, pro, ouibus. & ecl. 3.

Triste lupus stabulis. & 4. Georg *Stabuli custos.* id est, ouium. *Geryona.* De eo Hesiod. in Theogonia ab eo vers. Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικέφαλον Γηρυονῆα. Virg. 6. Æneid.

Forma tricorporis vmbræ. & 7.

Postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tirynthius attigit arua.

vbi Seruius. *Tricipitem eum finxerunt*, inquit, *& trimembrem, quia Rex Hispaniæ tribus insulis proximis præfuit, Balearica maiori, & minori, & Ebusa.* Idem Virg 8. Æneid. *Tergemini nece Geryonæ.* Plin. cap. penult. lib. 4. Pausan. Attic. Diodor. Sicul. lib. 4 Iustinus lib. vlt. Tres fratres tantæ concordiæ fuisse ait, vt animo vno Regi viderentur. vide & Apollodor. libr 2. Higin. Fab. 30 & Fab. 151. Strabo. libr. 3. Palæpharus tricipitem fictum, ait, quod ciuitatem τρικαρηνίαν dictam incoluerit. *Signa*, an statuas & simulacra? Plin. cap. 8. lib 3. à Polycleto factum memorat Herculem Antæum procul à terra sustinentem. Sed quia addit *in puluere; signa*, vestigia sunt palestræ, impressis pulueri pedibus, genibus, totoque corpore. nam puluis luctatorum est, & Stat. 6. Thebaid.

Tandem pressus humi, pronáque extensus in aluum
Sternitur, ac longo mæstus post tempore surgit,
Turpia signata linquens vestigia terra.

Ibidem.

Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn; cum fraude reperta,
Raptus in excelsum, nec iam spes vlla cadendi
Nec licet extrema matrem contingere planta.

Ouid. in Ibio:

Vt iacet Antæo luctator ab hospite fusus
Qui (mirum) victor cum cecidisset erat.
Vt quos Antæi fortes pressêre lacerti. &c.

Iuuenal sat. 3.

Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
Herculis Antæum procul à Tellure tenentis.

Ouid. 9. Met.

Sæuoque alimenta parentis Antæo eripui.

Plin cap. 1 lib 5. In Mauritania: *Lixos, vel fabulosissime ab antiquis narrata. Ibi Antæi cum Hercule certamen, & Hesperidum horti.* Strab. lib. 17. Gabinium Ro. scriptorem laudat, qui tradiderit esse in Mauritania Antæi sepulchrum, & tibiam cubitorum sexaginta. Apollodor. libr. 2. Antæum Neptuni filium ait hospites cogere solitum vt secum palæstra decertarent, quos enecabat. & ab Hercule sublimem elatum, ne terram contingeret, à qua vires maiores sumebat. Idem Higin. Fab 31. sed terræ filiũ facit, vt Hesiod. Mela in extremo l. 3. *In ora exteriore Mauritaniæ Antæus regnasse dicitur, & signum fabulæ clarum prorsus ostenditur collis modicus resupini hominis imagine iacentis: illius, vt incolæ ferunt, tumulus. vnde vbi aliqua pars eruta est, solent imbres spargi, donec fossa repleatur.* *Hesperidumque choros.* videntur circa illam arborem aurea mala ferentem Hesperides choros duxisse; sanè cecinisse ait Apollon lib. 4.

Αἱ δὲ Νύμφαι Ἑσπερίδες ποίπνυον ἱμερόεν ἀείδουσαι.

Chorus, est cœtus canentium, & saltantium æqualium Seru. Ipse eleg. 5. sup. *Pleïadum chorea.* & Pleïades sunt Hesperides, siue Atlantides. Pausan. in Eliacis, & Seruius ad illud 4. Æneid.

Hesperidum templi custos. reuera nobiles puellas fuisse ait. quarum greges abegerit Hercoles, earum pastore interfecto. vnde locus fabulæ de malis aureis Hesperidum. nam & μῆλα oues; & μηλονόμος, pastor. Mela in extremo lib. 3. in Atlantico mari ait insulas esse, quas Hesperides tenuisse dicuntur. Higin. Fab 31. Hesperidibus, siue Nymphis Hercules fractum cornu Acheloi donauit, quod illæ pomis repleuerunt, & cornu copiæ appellarunt. Palæphatus Hesperium Milesium, ait, duas habuisse filias, quæ Hesperides ab eo dictæ, quarum oues abduxerit Hercules. Apud Diodor. libr. 5. tres Hesperides, Arethusa, Hesperethusa, & Ægle, ab Hespero fratre Atlantis ita dictæ. Hesiodo in Theogonia, & Ciceroni 3. de Nat. Deor. filiæ Erebi & noctis sunt. Apollodor. lib. 2. Hesperidas quatuor nominat, Æglen, & Erythiam, Vestam, & Eruthesam. Hæ in hyperboreorum Atlante seruabant aurea mala, quæ Iuno Ioui donarat ipso nuptiarum die. Apud Apollon. libr. 4. Hesperides adoentu Argonautarum in terræ puluerem versæ, ac mox in arbores. vbi tres nominatur, Hespera, Eryrbeis, & Ægle. de hortis Hesperidum Plin. cap. 4. libr. 19. cap. 2. lib. 37. cap 1. & 5. lib. 5.

TVQVE *tuo Colchon propellas remige Phasin.*] Lege, *Colchum.* id est Colchicum, siue per Colchidem fluentem, vt Horat. oda vlt. libr. 2. de populo:

Me Colchus, & qui dißimulat metum
Marsæ cohortis Dacus, & vltimi
Noscent Geloni.

& in arte: *Colchus an Aßyrius.* sic *Perrhebus Pindus* vers. 33. eleg. 5. sup. Phasis est fluuius Colchidis, vt dixi ad eleg. 20. lib. 1. vers. 18. *Propellas.* non tantum remis nauis ipsa, sed etiam flumius incitari videtur. Sic Virg. 11. Æneid.

Cum flumina Thermodoontis Pulsant.

Ouid. 3. Metam.

Impellit properantibus æquora remis.

& Stat. lib. 1. Sylu. in Equo Domitiani:

Et ingenti propellit Strymona flatu. (equus Martis.) vt hîc, *Propellas,* sic Virg. 3. Æneid.

Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.

vide el. 2. lib. 4. vers. 8. *Tuo remige.* vide adnot. eleg. 12. sup. vers. 34.

PELIACÆQVE *trabis totum iter ipse legas.*] sic Ouid. 4. fast.

Ioniumque capax, Icariumque legit.

vide adnot. ad eleg. 20. lib. 1. vers. 7. *Totum iter,* de nauigatione, vt eleg. sup. *Magnum iter,* vers. 1. *Peliaca trabis.* vide adnot. ad illud Catulli:

Peliaco quondam prognata vertice pinus.

vbi & *Pinus,* pro naui, vt hic, *trabs.* vel, *trabes,* & apud Horat. oda 2. l. 1. *Trabe Cypria,* Virg. alios.

QVA *rudis Argoa natat inter saxa columba*
In faciem proræ pinus adacta nouæ.] de materia nauis Iasonis vide adnot. ad illud Catulli:

Peliaco quondam prognata vertice pinus.

Rudis pinus, vide adnot. ad el. 26. lib. 2. vers. 39. *Adacta in faciem proræ,* eo perducta, siue conuersa fabricando, vt formam nauis sumeret. nam adigere, est cogere adire, & eo impellere, vt *adigere arbitrum. Adigere ad insaniam.* Plaut. Bacchid. *Quis has huc oues adegit? Proræ nouæ:* nam ea *prima ratis* Ouidio. & prora pro naui. el. 4. sup.

—— date lintea proræ.

Natat, labitur, & fertur. & est enallage temporis, pro, natauit, non enim adhuc natat. sic eleg. 7. supr.

Qua natat Argynni pœna minantis aqua.

Natare etiam naues dicuntur. vt Virg. 4. Æn.

Natat vncta carina. *Saxa,* concurrentes cautes Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor. Symplegadas scilicet, de quibus vide el. 26. lib. 2. vers. 39. ad illud *duo littora. Argoa columba,* supple, cum; vt eleg. 3. sup.

Nec tibi sit rauco prætoria classica cornu
Flere. *Argoa,* vt Horat. oda 16. Ep.

Non hunc Argoo contendit remige pinus.

sic ab Ino, Inous. *Columba.* Phineus enim Argonautas monuerat, vt ad Symplegadas viæ ducem columbam emitterent, quod factum ab Euphemo. vide adnot. ad el. 26. lib. 2. vers. 40.

ET *qua Gygæi visenda est ora Caystri.*] Scaliger ait in suo libro legi: *Et si qua origa.* vnde legit: *Et si quadriga.* non valdè probo. Lipsius cap. 2. lib. 1. Var. è coniectura legit: *Cygnæ.* Nihil mutandum. nã *Gygæus Cayster,* Lidius à Gyge quondam Lydorum rege, de quo Herodotus lib. 1. & Cic. in lib. offic. Sic *Gygæus lacus* eleg. 11. sup. Sed in veteri restatur legi Beroaldus, *Olorigeri,* vt nulla fiat synalœpha, sed vocalis longa corripiatur ob sequentem. Virg. 7. Æneid. de Cy-

A gois: *—— sonat amnis* (Caystee) *& Asia longè*
Pulsa palus. Ouid. 2. Met.

Et quæ Mæonias celebrabant carmine ripas
Flumineæ volucres medio caluere Caystro.

Ab eodem alibi dicitur: *Caystrius ales,* pro, Cygno, de Caystro Sardeis alluente Plin. cap. 29. lib. 2. ab eo Caystrij campi iuxta lacum Gygæũ Strabo lib. 13. Mela cap. 17. lib. 1. *Ora Caystri,* regio illa non procul à mari, vt eleg. 20. lib. 1. *Ora littoris Gygantæ. Visenda,* spectanda, conspicua ob amœnitatem regionis, & nobilitatem vrbium: Virg 4. Georg.

B *—— visenda modis animalia miris.*

id est, digna spectaculo. Plin. cap. 44. lib. 16. *Ilex magnitudinis visenda.* id est, eximiæ, & dignæ quæ visatur.

ET *qua septenas temperat vnda vias.*] *vnda,* id est, fluuius, siue Rhesus, siue Nilus, siue Ganges, siue Tanais, nisi, *Vna,* legendum sit. *Vna* (via) *septenas temperat.* id est, cum in septem vias, & alueos vnus alueus diuiditur, cursum suum moderatur, & minus rapidum reddit. Septenæ viæ, vel Rhesi fluuij Phrygiæ, de quo Homer. Iliad. 2.

C *Ῥῆσός θ' ἑπτάπορος, Κάρησός τε ῥοδίος.*

Aut Nilum significat, de quo dictum el. 1. lib. 2. vers. 31. Aut Tanaim, de quo Seneca initio Troadis: *—— & qui frigidum*

Septena Tanaim ora pandentem bibit.

Aut Gangem potius, de quo Virg. 9. Æneid.

Cum septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges. nam quod, *sedatos amnes* vocat, id respondet verbis Propertij: *Septenas temperat vnda vias. Via,* cursus fluminum, vt eleg. 2. lib. 1.

Vt sciat indociles currere lympha vias.

OMNIA *Romanæ cedent miracula terræ,*
Natura hic posuit quidquid vbique fuit.] quæ-
D cunque, inquit, alibi mirantur homines, & visenda putant, ea in agro Romano. Sic Plin. cap. 15. lib. 36. Enumeratis plerisque orbis terræ miraculis: *Verum & ad vrbis nostræ miracula transire conuenit,* &c. Sic *septem orbis miracula* dixere, quæ Strabo & Plutarch. τὰ ἑπτὰ θεάματα vocant. Vitruuius in Proœmio lib. 7. *Septem spectacula.* Martial.

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.

Festus: *Miracula, quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus vtebantur.* Ouid. 3. Metam. *Ad quæ miracula, dixit, Verteris?* id est, monstra. Horat. in arte:

——Vt speciosa dehinc miracula promat,
E *Antiphatem, Scyllamque, & cum Cyclope Charybdin.*

& ep. vlt. lib. 2.

Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos Lemures, portentaque Thessala rides.

Gell. cap. 11. lib. 16. *Miracula medelarum faciunt Marsi.* Suet. in Calig. cap. 51. *Miracula locorum irridere.* vnde *Miracula,* mulieres deformes, à miris, id est, monstris. Varro 6. de ling. Lat. *Cedent,* se longè fatebuntur inferiora. contendere nolent cum ea. *Romanæ terræ. Romanus ager,* dicitur Varroni 4. de ling. Lat. *Nam 5. agrorum genera: Romanus, Gabinus, peregrinus, hosticus, incertus.*

ARMIS *apta magis Tellus, quam commoda noxæ.*] A
Apta armis, vt eleg. 11. sup.

—— dolis aptissima Tellus.

vnde Virg. 4. Æneid. de Italia:

Grauidam imperijs, belloque frementem.

& maximè, 2. Georg.

Hæc genus acre virûm Marsos, pubemque Sabellam
Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos
Extulit, hæc Decios, Marios, magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello.

Commoda noxa, accommodata, & in deteriorem partem, vt 11. Æneid.

Est curuo anfractu vallis accommoda fraudi.

& 4. Georg. B

Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.

Cōmodus à modo. id est, ratione: Festus. Cornel. Frontro: Commodus, qui aliis prodest. Seruius in 1. Æneid. *Vnius ob noxam*; pro, noxiam, inquit. nam noxia culpa est: noxa, peccatum, aut pro peccato pœna. Donat. in Hecyram, *Pro lenibus noxis*: id est, inquit, iniuriis, culpis. Idem in Eunuch. Noxiam & noxam docet permisceri. Quod autem Iustinianus Instit. Tit. de Noxalibus, Noxam putat dici corpus ipsum, quod noxuit: vaticinatur sine lauro & tripode, & noxiam ipsum delictum. Iurisconsulti enim noxam, noxiamque nocere interdum dicunt C coniunctim. Induxit eum in fraudem. Lex 1. si quadrupes. §. 6. vbi noxæ dedere, exponitur animal tradere viuum. Sed aliud est dedere noxæ. id est, ob noxam, vel ad noxam expiandam, & dedere noxam. id est, corpus. vt ille putat. Vlpian. de ædilitio edicto: *Noxa priuati delicti: fraus publici.*

FAMAM *Roma tua non pudet historia.*] non erubescit fama cum res à te gestas predicat, quia non potest argui mendacij. vt eleg. vlt. lib. 4.

—— nec vlla
Labe mea nostros erubuisse focos.

NAM *quantum ferro, tantum pietate potentes*
Stamus. victrices temperat ira manus.] quantum armis & bello, tantum religione, fide, & clementia valemus. sic Virg. D

Tu regere imperio populos Romane memento, &c.

& mox: *Parcere subiectis & debellare superbos.* Horat. carm. sæcul.

Imperet valente prior, iacentem Lenis in hostem.

Pietas & clementia iustitiæ partes. *Potentes ferro & pietate*, vt 7. Æneid.

Fata per Aeneæ iuro, dextramque potentem,
Siue fide, seu quis bello est expertus, & armis.

E Cicero pro Rege Deiotaro: *Per dexteram te istam, Cæsar, oro, quam hospes hospiti Deiotaro porrexisti, istam, inquam, dexteram, non tam in bellis, & in prælijs, quam in promissis, & fide firmiorem. Pius*, lenis; vt impius crudelis. Hinc *pietas* etiam pro clementia, species, pro specie. *Stamus*, & sumus, & futuri sumus. vt eleg. 2. sup.

Ingenio stat sine morte decus. Ennius:
Moribus antiquis res stat Romana, virisque.

VICTRICES *temperat ira manus.*] Lipsius cap. 2. lib. 3. Var. ex coniectura emendat, *Illa*, quam veram puto. vt eleg. 16. lib. 2.

Illa, qua vicit, condidit arma manu.

Ouid. 5. fast.

Victus vterque parens tamen est pietate sororum.
Illa dedit cælum, nomina fecit Hyas.

Temperat victrices manus, docet moderatè vti victoria, & victis parcere. nam victoria natura sua est insolens, vt notaui eleg. 19. sup.

Victor erat quamuis æquus in hoste fuit.

Temperat, lenit, moderatur, vt Virg. 1. Æneid.

Mollitque animos, & temperat iras.

Hinc temperantiæ nomen: Cicero. *Manus victrices*, vim ipsam victoris.

HIC *Anio Tyburte fluis, Clitumnus ab vmbro*
Tramite, & æternum Martius humor opus.] sic duos hos fluuios coniungit, eleg. 20. lib. 1.

Non tu siue legis vmbrosæ flumina syluæ,
Siue Amena tuos tinxerit vnda pedes.

Anio Tiburte. alij libri, *Tiburne.* nam & Tiburis conditor Tiburnus. Horat. ode 7. lib 1.

Et præceps Anio & Tiburni lucus.

Tamen vulgo legitur apud Virg 7. Æn. *Tiburtus.*

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburni dictam de nomine gentem. Sed & vet. lib. illic. *Tiburti*, & Seruius. Notum vt Catilus, Coras & Tiburnus Amphiarai liberi Tibur condiderint. vnde Horat.

Tibur Argæo positum colono. Item:
Circa mite solum, & mœnia Catili.

Tiburnus, pro Tiburtino, vt sup. *Colchus phasis.* *Ab vmbro tramite*, ab Vmbriæ sylua scilicet fluit Clitumnus. de quo eleg. 20. lib. 1. vers. 7. & eleg. 19. lib. 2. vers. 25. *Trames*, pro sylua, quia illic frequentes tramites, vt & eleg. 13. sup. vers. 44. *Vmber*, ex Vmbria, vt el. 1. lib. 4.

Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis.

Inde iocus Plauti in Mostellaria. *Hic vmbra nisi in puteo. Quid? sarsinatis ecqua est, si Vmbram non habet? Martius humor.* vide adnot. ad eleg. 11. supra vers. 14. *Aeternum opus.* Monimentū aquę ductus nunquam interiturum. dicuntur & hęc in laudem Augusti, qui ita de se in Breuiario rerum à se gestarum: *Aquam, quæ Marcia* (vulgo, *Maria*) *appellatur duplicaui fonte nouo in riuum eius immisso.*

ALBANVSQVE *lacus socij Nemorensis ab vnda.*] ita legit Scaliger ex vet. lib. quia Albanus, inquit ille, & Nemorensis ab iisdem fontibus. In nemore Albano lacus dictus Albanus, cuius aquæ intumescentis prodigio capti Veij. Liuius lib. 5. Plutarch. in Camillo, Valer. cap. 6. lib. 1. Strabo lib. 5. Albano monti proximus lacus Albanus. Virg. 9. Æneid.

—— iamque imprudens euaserat hostes,
Atque lacus, qui nunc Albę de nomine dictus
Albani. Iuuenal. sat. 4.

Vtque lacus suberant vbi quamquam diruta seruat
Ignem Troianum & Vestam colit Alba minorem.

Interpres Iuuenal. in sat. 3.

Egeria Nympha colebatur in Aricino lacu.

Alij *luco.* Socium Nemorosem (lacum) Albani vocat, vel sociam vndam, (nam & *socia* legitur) quia non longe abest. Strabo lib. 5. Mons Albanus habet lacum ampliorem eo, qui ad Artemisium montem iacet. id est, ad nemus Aricinum, de quo dictum eleg. 31. lib. 2. vers. 10. in illud 7. Æneid. *—— quo protinus omne*
Contremuit nemus,

Nemus, inquit, *locus est non longè ab Aricia, in quo lacus est, qui speculum Dianæ dicitur.* Illic & est fons Egeriæ. Ouid. 3. fast.

POTAQVE *Pollucis lympha salubris equo.*] id est, Iuturna fons, cuius aquam bibit Cyllarus. sic Ouid. 4. fast.

Tanto est Albula pota Deo.

Lympha salubris, vtilis etiam ægris. Corn. Fronto: *Salubre ad locum refertur, & ad cibum: salutare consilium est. ita salubre non nocet, salutare prodest consilio.* Sed & Apuleius *Salutares aquas* dixit alibi in Asino aureo. Virg. 1. Georg.

Balantumque gregem fluuio mersare salubri.

B Allusit vero ad notationem Iuturnæ. nam, vt ait Varro 4. de ling. Lat. *Ab aqua lapsu lubrico lympha. Nympha Iuturna, quæ iuuaret. Itaque multi ægroti propter id nomen, hinc aquam petere solent.* Eodem respexit Virg. 12. Æneid.

Quid nunc te tua, Turne, potest germana iuuare?

De Iuturnæ aquæ salubritate & Seruius in illud 12. Æneid.

——*stagnis quæ fluminibusque sonoris Præsidet.*

Iuturna, inquit, *fons est in Italia saluberrimus iuxta Numicum fluuium, cui nomen à iuuando est inditum. cum enim naturaliter omnis aqua noxia sit extraneorum corporibus; hic omnibus saluberrimus fons est.* de hoc autem fonte Romam ad omnia sacrificia aqua afferri consueuerat. Valer. Max. cap. 8. lib. 1. *Castorem & Pollucem excubuisse pro populo Romano cognitum est eum apud lacum Iuturnæ suum, equorumque sudorem abluisse visi sunt. Iunctæque fonti ædes eorum, nullius hominis manu referata, patuit.* Huius rei meminit Cicer. 2. de nat. Deor. & Tusc. 1. Dionys. Halic. lib. 6. Fontem viciuum templo Castorum ait monimentum esse olim eos illic apparuisse. Pub. Victor in regione 8. *Templum Castorum ad lacum Iuturnæ.* & in 9. *Ædes Iuturnæ ad aquam virginem.* Ouid. 1. fast.

Fratribus illa (templa) Deis, fratres de gente Deorū Circa Iuturnæ composuere lacus. ibid.

Te quoque lux eadem Turni soror ædc recepit Hic vbi virginea campus obitur aqua.

Pollucis equo. supr. eleg. 14. Pollucem pugilem facit, equitem Castora, vers. 16. & 17. De hoc equo vide adnot. ad eleg. 7. lib. 2. vers. 16. Mart. ep. 28. lib. 8.

An tua multifidum numeranit lana Timauum, Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit?

Auson in Grat. act. *Cyllarus atque Arion inter Argos Nemeamque senuerunt. Ipsi castrorum equi quod longissimum iter est (sic emendo) non nisi mutato vectore transcurrunt.*

AT *non squamoso labuntur ventre cerastæ.*] Isidor. cap. 4. lib. 12. *Cerastes serpens, dictus est, eo quod in capite cornua habeat similia arietum. Κέρατα enim Græci cornua vocant. Sunt autem illi quadrigemina corniculа, quorū ostentatione velut esca illiciens sollicitata animalia perimit. totum enim corpus arenis tegit: nec vllum indicium sui prabet, nisi ex ea parte qua inuitatas aues, vel animalia capit. Est enim flexuosus plusquam alij serpentes, ita vt spinam non habere videatur.* vnde intelligitur cur Lucan. dixerit lib. 9.

Spinaque vagi torquente cerastа. Plin. cap. 23. l. 8. *Cerastis corpore eminere* (vulgatum est) *cornicula sæpe quadrigemina, quorum motu, reliquo corpore occultato,*

A *sollicitent ad se aues.* Sunt & cerastæ Plinio vermes, à quibus eduntur ficus. Alij cerastæ etiam Ouidio 10. Metam. cornibus geminis insignes homines, quos, quia hospites necabant, Venus in tauros mutauit. Sunt & Cerastæ insulæ. de quibus Plin. cap. 9. lib. 5. *Labuntur*, repunt, serpunt. Virg. 2. Æneid.

At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. vbi Seruius, *Labi proprie*, inquit, *serpentium est.* Horat. oda 1. Epod. *Serpentium allapsus timet. Squamoso ventre*, quorum aluus squamis tecta. nam vt ait Plin. cap. 23. lib. 8. serpentibus: *alijs squama, alijs picturæ, omnibus exitiale virus.*

ITALA *portentis nec furit vnda nouis.*] id est, mare quod supra & infra Italiam alluit non commouetur & concitatur monstris & immanibus belluis, qualia cete, quibus expositæ Hesione, & Andromede. Sic eleg. 5. sup.

Tisiphones atro si furit angue caput.

Virg. 7. Æneid.

Exultantque æstu latices, furit intus aqua vit.

Portentis nouis, monstris ingentibus. & inusitatis & miris, vt in epigr. Veutidij apud Gell. cap. 4. lib. 15.

C *Concurrite omnes augures, aruspices, Portentum insusitatum conflatum est recens Nam mulos qui fricabat consul factus est.*

Et apud Horat. oda 2. lib. 1.

——*Noua monstra.*

Sic Virg. 3. Æneid.

Sola nouum, dictuque nefas, Harpyia Celæno Prodigium canit. Seruius sæpe apud Virg. notat nouum, pro magno accipi. Sic Ciceroni pro Ligario: *Nouum crimen.*

NON *hic Andromedæ resonant pro matre catenæ.*] vide hac de re adnot. el. 28. lib. 2. vers. 21. *Catenæ resonant*, tintinant, vel titinniunt: Næuius apud

D Fest. *Tantum vbi mala ereptum facitbant, tintinnabant compedes. Pro matre*, ob maternam superbiam, quia Cassiope se Nympbis præposuerat. Ouid. 4. Metam.

Illic immeritam maternæ pendere linguæ Andromeden pœnas iniustus iusserat Ammon.

Ipse eleg. 7. lib. 4.

Hac sua maternæ queritur liuere catenis Brachia. Ennius Andromacha:

Filijs propter te obiecta sum innocens Nerei.

Citat Prisc. lib. 7. in *filijs*, pro filiabus.

NEC *tremis Ausonias Phœbe fugate dapes.*] id est, horres, id quod sequitur, pro eo, quod

E antecedit, quia horrorem ex formidine tremor consequitur, vt *tremulus horror* eleg. 5. lib. 1. *Ausonias dapes*, epulas humanas, appositosque liberos parentibus, vt Ityos membra Tereo, de quo eleg. 10. sup. vers. 10. vel Thyesteam cœnam intelligit cuius speculum sol refugit. vnde Virg. 1. Æneid.

Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe.

vide Senecam Thyesta act. 4. choro. Mart. lib. 3.

——*Qui scribit prandia sæui Tereos, aut cœnam, crude Thyeste, tuam.*

Euripid. in Oreste act. 3. Ὅθεν ἔρις τὸ πτερωτὸν ἡλίου μετέβαλε ἅρμα. Horat. in arte:

Indignatur item priuatis, ac prope socco

Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.

Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Si non Aeropen frater sceleratus amasset
Auersos solis non legeremus equos.

in ep. Paridis:

Non dabimus certè socerum tibi clara fugantem,
Lumina, qui trepidos à dape vertit equos.

& 11. lib. 3. Amor.

Auersumque diem mensis furialibus Atrei.

& 1. de arte:

Non medium rapuisset iter, curruque retorto
Auroram versis Phœbus adisset equis.

Seruius in 1. Æneid. natam ex eo fabulam ait, quod primus Atreus solis eclipsin prædixerit.

Nec *cuiquam absentes arserunt in caput ignes, Exitium nato matre mouente suo.*] de fato Meleagri, fatalique eius titione; & matris Althææ impia pietate hi capiendi versus. Ouid. 8. Met. pluribus rem narrat. Homerus Iliad. 9. Meleagri meminit irati matri suæ; nihil de titione. vide Apollodor. lib. 1. qui & variè narrat de morte Meleagri, Higin. fab. 174. Apuleium extremo lib. 7. Asini aurei. Diodor. lib. 5. Attius Meleagro apud Nonium in, *Torris. Tum suum Vitæ finem, ac fati internecionem fore, Vbi torris esset interfectus flammeus.* Ouid. eleg. 6. lib. 1. Trist.

Vtque cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias, & melior matre fuisse soror.

idem 2. de Remedio Amoris:

Thestias absentem succendit stipite natum.

Cuiquam. datiuus pro genitiuo vt eleg. 13. sup.

Dijque Deæque omnes, quibus est tutela per agros.

Ignes arserunt. sic Horat. oda 4. lib. 1.

Vulcanus ardens. & sat. 8. lib. 1.

—— & imagine cerea
Largior arserit ignis.

Absentes, vt Ouid. 5. fast.

Respice Thestiaden, flammis absentibus arsit.

idem in Ibin:

Natus vt Althea flammis absentibus arsit,
Sic tuus ardescat stirpitus igne rogus.

In caput, in vitam & perniciem capitis vt eleg. 1. lib. 4. *Et graue Saturni sidus in omne caput.*

Mouente exitium, moliente necem filio suo Meleagro, vt Virg. 7. Æneid.

Maius opus moueo. Horat. oda 4. lib. 3.

Omne nefas animo mouentem. Liuius lib. 27.

Audendo aliquid mouere.

Penthea *non sana venantur in arbore Bacchæ*] Crudeles & infestæ Mœnades mater Agaue & duæ sorores non sectantur, & captum lacerant Penthea, quasi aprum. Θῆρα enim, id est, feram eum vocat Apollod lib. 3. & Euripides, ac Theocritus in Bacchis ἐπ' ἐλάτῃ, insidentem abieti facit & abiegnis ramis propulsantem Baccharum impetum, vbi & reuellunt abietem Bacchę, & ita miser lacerantur. vide adnot. ad eleg. 17. sup. vers. 24.

Nec *soluit Danaas subdita cerua rates.*] de hac fabula sup. el. 7. vers. 24. Tangit Ouid. 12. Met.

Supposita fertur mutasse Mycenida cerua.

& eleg. 4. lib. 4. Trist.

Hic pro supposita virgo Pelopeïa cerua.

Iuuenal. sat. 12.

—— & si qua est nubilis illi

A *Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi*
Non sperat tragicæ furtiua piacula ceruæ.

Mart. ep. 49. lib. 3.

Suppositam fama est quondam pro virgine ceruam;
At nunc pro puero mentula supposita est.

Euripides, subditum, ait, ἔλαφον ὑποβαλοῦσα.

Cornua *nec valuit curuare in pellice Iuno.*] vide adnot. el. 3. lib. 1. de hac re vers. 20. *Cornua curuare,* inflectere, & vnca ac recurua formare. vt Virg. 4. Georg.

Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur.

Pellex, inquit Nonius, *quasi Pallex, à Græco* παλλακή. Fest. Pellices, nunc alienis
B succumbentes non solum feminæ, sed etiam mares. olim proprie quæ vxorem habenti nubebat. cui generi mulierum pœna lege Numæ constituta. *Pellex Iunonis aram ne tangito* (quia Iunoni odio pellices) *si tanget, Iunoni crinibus demissis agnum feminam cædito.* vide Gell. cap. 3. lib. 4. Paulum l. 144. de verb. sign. Isidor. lib. 9. nugatur.

Avt *faciem turpi dedecorare boue.*] id est, formam humanam dehonestare, fœdare, & turpare vaccæ turpi forma. Virg. 3. Georg.

—— optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix.

C vbi Seruius: Turpe, magnum. vt *Turpes pascit sub gurgite Phocas. Agrestem figuram* vocauit el. 33. lib. 2. vers. 13. *Dedecorare,* vt Horat.

Dedecorant bene nata culpæ.

Donat. in illud Hecyræ: *Qua me, & te, & familiam dedecoras;* dedecoratur, inquit, quod honestum est: Turpatur, quod honestum est corporale. hic noster permiscuit.

Arboreasqve *cruces Scinis, & non hospita Saxa, & curuatas in sua fata trabes.*] (Gryp. Bene, *Cruces,* quia ex arboribus laceri pendebant, & excruciabantur atrocissimè cum diuel-
D lerentur. *Crux,* quidquid cruciat. Donat. Eunuch. act. 2. sc. 3. *Illis crucibus referam gratiam.* id est, meretricibus. vnde *Crucium vinum* Lucillio, & Carneadis iocus in vinum asperum. De crucibus patibulis, stipitibusque legendus Seneca cap. 19. de vita beata. Pausan. in Corinthiacis narrat vt Scinis flexis pinis alligarit homines, quibus in sublime renitentibus discerperentur. tangit historiam Stat. 12. Theb.

Non trucibus monstris Scinin, infandumque dedisti
Cercyona, & sæuum velles Scyrona creatum.

Ouid. in Ibin:

E *Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras,*
Aequoris aspectans huius & huius aquas.

& lib. 8. Met.

Occidit ille Sinis magnis male viribus vsus:
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram latè sparsuras corpora pinus.

& ep. Phyllidis:

Cum fuerit lectus Scyron, toruusque Procustes,
Et Scinis, & tauri mixtaque forma viri.

Legendus Plutarch. in Theseo, & Alexandro. Sed apud Plutarch. legitur, *Sinnis,* & apud Euripidem in Hippolyto. alius, *Sinis.* & Pausan. in Atticis Sinim propinquum Thesei fuisse ait ob auum maternum Pittheum. Vopiscus in Aureliano. *Militem qui adulterium cum hospitis*

vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemque subito dimitteret, vt scissus ille vtrimque penderet. qua res ingentem timorem omnibus fecit. *Non hospita saxa*, Scironidas petras significat, de quibus vide adnot. ad eleg. 16. sup. vers. 12. *Non hospita*, immania: summa enim immanitas in hospitio violando. Sic Horat. oda 22. lib. 1. *Inhospitalem Caucasum* dixit quem Æschylus ἄξενον, ἀπάνθρωπον. Contra Euripid. in Hippolyto: Λιθύα τὰ δ' ἐξηνόπαντι ναύταις. Portum hospitalissimum nautis. *Curuatas in sua fata trabes*, in suam ipsius perniciem flexas arbores. Nam ea pœna Scinin affecit Theseus, qua ipse alios affecerat. Pausan. Corinth. & Plutarch. in Theseo. & *trabes*, pro arboribus, vt Virg. 6. Æneid.

——sonat icta securibus ilex,

Fraxineaque trabes. & *sua fata*, vt el. 9. sup.

Antonique graues in sua fata manus.

H æ c *tibi, Tulle, parens, hæc est pulcherrima sedes.*] Sic Cic. 5. Philipp. *Patria parentes etiam continet, ideoque cognomini est anteponenda.* 1. de Orat. *Patria, communis est omnium nostrûm parens.* ep. 11. lib. 9. ad Attic. *Cum sit nefarium parentes non alere, nostri principes antiquissimam & sanctissimam parentem patriam fame necandam putant.* Idem multa de patria 1. offic. & 2. de leg. Varro quoque lege Mæuia apud Nonium in Eunuchare: *Si quis patriam maiorem partem extinguit, culeo insuatur.* *Pulcherrima*, vt Virg. in extremo 2. Georg.

——sic fortis Etruria creuit

Scilicet, & rerum facta est pulcherrima Roma.

Aurea, Martiali dicitur, Horat. *Regia, Domina, Beata.* Pulcrum à poliendo, vt à luo lucrum; fulcio, fulcrum; sepelio, sepulcrum. *Sedes*, domicilium. Alfenus l. in lege Censoria. de verb. sign. Domum ait esse, vbi quis sedes, & tabulas habeat, & rerum suarum constitutionem fecerit. Cic. pro Sylla: *Hæc vrbs, sedes omnium nostrum est, domicilium imperij.*

H i c *tibi pro digna gente petendus honos.*] id est, ambiendi capessendique magistratus, vt dignitas, & nobilitas gentis vestræ postulat. sic eleg. vlt. lib. 2. *Pro nostra amicitia.* Gens illa appellatur, quæ ex multis familiis constat, inquit Festus, & Gentiles, qui simili nomine appellantur. Suspicor hunc Tullum L. Volcatij Tulli, fratris filium fuisse, qui collega fuit in secundo consulatu Augusto, vt Dio scribit lib. 49. in fine. nam dixit eleg. 6. lib. 1.

Tu patrui meritas conare anteire secures.

Digna, eximia & nobilis sine adiectione vt in epigrammate Ludij pictoris in templo Ardeatium apud Plin. cap. 10. lib. 35.

Dignis digna loca picturis condecorauit

Reginæ Iunoni supremæ coniugi templum,

Marcus Ludius Elotas Aetolia oriundus,

Quē nunc, & post semper ob artē hāc Ardea laudat.

Ouid. 4. fast. de Venere:

Illa quidem totum dignissima temperat orbem.

H i c *tibi ad eloquium ciues, hîc ampla nepotum*

Spes, & ventura coniugis aptus amor.] id est, præsto erunt, qui tuam facundiam audiant & probent. Sunt hîc ciues quos eloquio tuo iuuare possis. *Ciues ad eloquium*, vt serui ad manum.

A eleg. 16. lib. 2. *Venales ad munus.* Si legitur *Cursus*, pro ciues, Sic Ouid. el. 9. lib. 4. Trist.

Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo.

Sic Cic. Cursus ad laudem, gloriam, voluptatem. *Ampla nepotum spes.* Sic Virg. 2. Æneid.

Quinquaginta intus thalami spes tanta nepotum.

Ouid. 1. Metam.

Spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.

Aptus amor. an facilis? eleg. 5. sup.

Optima mors parca quæ venit apta die.

Tibull. eleg. 7. lib. 1.

Sed chorus, & cantus, lenis & aptus amor.

An decens & conueniens? eleg. 10. lib. 4.

B *Et manibus duris apta puella suis.*

Festus in *Apex*: *Aptus, qui conuenienter alicui iunctus est.* Aptus amor est inter pares. *Ventura coniugis.* vel futuræ, vel quæ domum veniet, & arcessetur. Horat. *Ac domum dominam voca.* Donat. in Terent.

AD ELEGIAM XXIII.

Ergo *tam docta nobis periere tabella.*] vide initium eleg. 7. sup.

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ.

Tam docta, vt eleg. prox. sup. *Tam multos annos.* C vers. 1. vbi vide adnot. *Docta*, disertæ, infra *Tabellæ docta*, vt el. 30. lib. 2. *Docta tibia, & docta cuspide.* *Tabella periêre*, Codicilli, siue pugillares amissi sunt. de tabellis ipse el. 20. lib. 2.

Nec tu supplicibus me sis venerata tabellis.

Et Ouid. eleg. 11. & 12. lib. 1. Amor. Tabellas ad amicam mittit, & de iis queritur. *Nobis*, nostro incommodo. Cic. 1. ad Attic. *Pater nobis decessit.* Aut *nobis tabella*, pro nostræ, vt *nobis Aeschinus*, Terentio. vel *periere nobis*, non item aliis qui inuenere. *Periere*, vt el. 12. lib. 2.

Et leuibus curis magna perire bona.

& eleg. 21. *Tot noctes periere.*

D S c r i p t a *quibus pariter tot periere bona.*] Anastrophe, pro pariter quibus, & pariter, pro vna, simul, cum, iungiturque cum 6. caso, vt tertio Græcorum ἅμα. Nemesianus in Cynegetico: *Hos igitur genitrice simul, iam vere sereno*

Molli pasce sero. Tacitus Annal. 5. *Scauro Mamerco simul.* & alibi: *Simul magnetibus.* Liuius l. 45. *Pullo amictu simul filio Perseus.* Virg. 5. Æneid.

Et simul his dictis faciem ostentabat.

Potest & τὸ, In, subaudiri.

H a s *quondam nostris manibus detriuerat vsus.*] τὸ *Quondam* dicitur de rebus amissis, vel functis vita, vt el. 13. lib. 2. vers. 36.

E *Vnius hic quondam seruus amoris erat.*

An pro nuper, vt eleg. 7. lib. 2. vers. 2. dictum. *Nostris manibus*, meis & puellæ simul. *Detriuerat vsus.* vtendo enim omnia minuuntur, & consumuntur. vnde Ouid.

Ferreus assiduo consumitur anulus vsu.

Inde Varroni 5. de ling. Lat. *Detrimentum à detritu, quod ea quæ trita* (vsu) *minoris sint pretij.* Horat. ep. 1. lib. 2.

Quod legeret, tereretque vicissim publicus vsus.

Inde Cicero vsitatum & tritum verbum coniungit.

Q v i *non signatas iussit habere fidem.*] quia sæpe

manibus & Propertij, & amicæ terebantur, notæ ac familiares illis erant, ideoque facilius illis credebatur, vt notis ac fidis solet. Hinc iocus apud Cic. 2. de Orat. in seruum furacem: *Solum esse cui domi nihil clausum, & signatum esset.* De ratione signandarum tabellarum dictum el. 20 sup. *Signandaque mra. Habere fidem*, vt *habere pondus* el. 7. sup. id est, auctoritatem, & iis credi. habet fidem & qui credit, & cui creditur. eleg. 6. supr.

Maioremque timens seruus habere fidem.

vide illic. Creditur autem magis signatis tabellis, vnde Cic. 5. Tusc. prouerbiali figura dixit: *Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum.* vide eundem in Catilinam. Plaut. Bacchid. act. 4. sc. 8. *Aequum est tabellis consignatis credere.*

ILLÆ *iam sine me norant placare puellas.*] id est, Tabellæ supplices cum abessem didicerant iratas lenire & exorare. De Tabellis supplicibus, vide el. 20. lib. 2. vers. 33.

ET *quadam sine me verba diserta loqui.*] Loqui etiam dicuntur muta, cum significant, vt eleg. 1. libr. 4. *Et sibi commissos fibra locuta Deos.* Plaut. Pseud. sc. 1. act. 1. *Vt literarum harum sermonem audio.* Cic. 1 de leg. *Dum Latinè loquentur litera.* & ep. pen. lib. 7. fam. *Iucundus est mihi sermo literarum tuarum.* & ep. 11. lib. 5. fam. *Litera tua planius loquebantur.* & ep. 13. lib. 4. ad Attic. *Nunquam mihi epistola tua aut intempestiua, aut loquax visa est. Verba diserta*, apta ad persuadendum & demulcendum. facunda. Varro 5. de ling. Lat. Vt olitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus. Festus: Disertus à dissetendo dictus. Cic. 1. de Orat. & in Orat. *Diserti multi, eloquens nemo.* vt hic verba diserta tribuuntur tabellis, ita Auson. *Bipatens pugillar expedi, cui multa fandi copia.*

NON *illas fixum caras effecerat aurum.*] id est, Lamellæ aureæ affixæ pretiosas non reddiderant. aurum enim ceteris omnibus rebus pretium ponit, eoque citreæ, vel eburneæ tabellæ ornabantur.

VVLGARI *buxo sordida cera fuit.*] de ceris tabellarum Plaut. Curcul. Bacchid. & Pseud. Sueton. in Cæsare, & Nerone. vnde Titinnius apud Charis. l. 1. *Velim ego osse arare cāpum cereum. Cera sordida*, an turpis, vt Horatio: *sordidus Cupido*? an decolor, vt eidem, *Sordidus fumus*? an minimi pretij, vt vilis aqua, vilia tura? an quod cera alia purior, & candidior? vide Plin. cap. 14. lib. 21. Ouid. in fine el. 12. lib. 1. amor.

——— *vos cariosa senectus*
Rodat, & immundo cera sit alba situ.

Fuit buxo, supple. in vel cum. vel sum cum tertio casu iungitur pro sexto cum præpositione vt el. 7. lib. 4. *Lateri vestis adusta fuit.* & eleg. 30. lib. 2. *Capiti pendere.* id est, è capite. *Buxo*, inquit, quia ligneæ tabellæ, vnde Iurisconsulti. *Possessionem dari contra lignum*, & *lignea salus* dicitur in Pseudolo, quæ per tabulas mittitur. & apud Ouid eleg. 12. lib. 1. Amor. Tabellæ dicuntur *Inutile lignum*, & *vile acer*, eleg. 11. lib. eiusd. & Plaut. Persa. *Obsignata abies*, pro abiegnis tabellis act. 2 sc. 2. vide Mart. lib. 14. Apophoreto 3. & seq. Sed Interpres Iuuenal. sat. 11. *Codices lanionum*, inquit, *ex vlmis sunt omnes.* Per buxum & cerā significat totas tabellas, vt Plaut. Pseud. sc. 1. act. 1. *Per lignum & ceram. Vulgari buxo*, id est, vili & plebeia. Sic el. 13. l. 1. *Vulgares amores.*

QVALESCVNQVE *mihi semper mansere fideles*] id est, licet viles, semper tamen fidem mihi seruarunt. vide el. 1. sup. vers. 30. sic Ouid. eleg. 11. lib. 1. Amor.

Veneri, fidas sibi, Naso, tabellas Dedicat.

Contra el. 4. lib. 4. *Via perfida.* Virg. 12. Æneid. *Perfidus ensis.* & Brasidas Lacedæmonius cum quæreretur ex eo quomodo vulneratus esset, *Me*, inquit, *me clypeus meus prodidit.*

SEMPER *& effectus promeruere bonos.*] semper lętos & secundos rerum exitus consecutæ sunt, & merito suo. Seru. in 4. Æneid. Promeritam, præstitisse, bene se gessisse. *Promereri*, bene agere. *Commereri*, male agere. Donat. in Adelph. Bene promeruit, multum adiuuit, profuit. Cui contrarium est, commeruit. nam mereri, & promereri est præstare beneficium. Plaut. Trin. apud Nonium in *Promeres*, pro promereris;

Nam retinere nequeo quin dicam ea quæ promeres.

Idem in Amphit. in malam partem, inquit Nonius: *Here quid mali sum ex re tua promeritus.* Festus: Promeritum, præcipuum, præter ceteros meritum. *Promereri effectus*, vt Sueton. in Calig. cap. 3. Promerendi amoris studium. effectus & effecta Ciceroni. vide eleg. 9. sup. vers. 27.

FORSITAN *hæc illis fuerant mandata tabellis.*] τὸ *Mandata* non est nomen, sed participium, pro commissa, vt Auson. dixit: *Felicesque notas mandare libellis.* & *Mandare literis aliquid.*

IRASCOR, *quoniam es, lente, moratus heri.*] conuicium amatorium in tepentem vel frigentem in amore lente, vt eleg. 6. lib. 1.

Ah pereat si quis lentus amare potest.

Moratus es heri, venire distulisti, & fortasse intelligit quod scripsit eleg. 16. sup.

Tibure me missa iussit adesse mora.

& verba sunt puellæ, *Irascor*, &c.

AN *tibi nescio qua visa est formosior? an tu*
Non bona de nobis crimina ficta iacis?] contemptim, *Nescio qua*, vt adnot. el. 11. lib. 1. vers. 7. *Visa est formosior*, magis placuit & te detinet, vt el. 29. lib. 2. vers. 25. & el. 32. vers. 5. *Iacis crimina de nobis*, mihi maledicis & insimulas me probri. vide adnot. el. 1. lib. 2. vers. penult. & el. 11. sup. vers. 3. vnde petitum: *Hoc in me iacis. Non bona*, vt infra hac elegia, *Non stulta*, vide adnot. el. 32. lib. 2. vers. 24.

AVT *dixit, venies hodie cessabimus vna.*] τὸ *dixit*, quia vers. 6. huius elegiæ loqui ipsas tabellas ait. *Venies*, vt Ouid. eleg. 11. lib. 1. Amor.

Hoc habeat scriptum tota tabella, Veni.

& Mart. Lemmate 6. lib. 14.

Nunc triplices nostros non vilia dona putabis,
Cum se venturam scribet amica tibi.

Cessabimus vna, feriati erimus, & amori, id est, desidiæ operam dabimus. nam amor mera cessatio. Ipse el. 6. lib. 1.

Nam tua non ætas vnquam cessauit amori.

sic enim vet. lib. An *cessabimus vna*, quiescemus, dormiemus. Horat. epist. 2. lib. 1.

Ad strepitum Cithara cessatum ducere curam.

HOSPI-

HOSPITIVM *tota nocte parauit amor.*] sic Venus noctis sacra instituit el. 10. sup. vers. 30. & Plau. Trin. act. 3. sc. 2. *Insanum est malum in hospitium diuorti ad Cupidinem.* De hospite Cupidine Anacreon. *Parauit hospitium.* Cic. ep. 9. lib. 9. fam. *Vt scires hospitium vbi parares.* Mart. initio lib. 9. *Vale, & para hospitium. Hospitium,* locum liberum vbi facias oequam. *Tota nocte.* sic eleg. 14. lib. 2.

Tota nocte receptus amans.

ET *quæcunque dolens repecit non stulta puella.*] id est, vel irata, vel mœsta, vel Zelotypa, vt eleg. 8. sup. *Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem.* Reperit, quia natæ ad fraudes puellæ. el. 9. l. 2.

Sed vobis facile est verba & componere fraudes.

Præterea, vt ait Ouid. —— *Grande doloris*

Ingenium est, miserisque venit sollertia rebus.

& alibi: *Ingenium mala sæpe mouent. Non stulta,* cata, callida, vt *stulta*, nimium simplex & credula, eleg. 21. lib. 2. vers. 18.

GARRVLA *cum blandis ducitur hora dolis.*] si *Garrula* ad *puella*, refertur, est argota, procaxque, vt eleg. 23. lib. 2. *Nec poscet garrula*, &c. & Nonius exodio: *Totum diem argutatur quasi cicada.* Si ad *hora*; Tempus garrulum, quod garriendo consumitur. *Hora*, pro tempore, vt dictum el. 10. sup. vers. 29. *Ducitur*, vt eleg. 15. sup.

Tertius haud multo minus est cum ducitur annus.

An *ducitur dolis*, id est, producitur, & differtur fictis causis. *Dolis blandis*, blanditiis dolosis. nã blanditiæ fallaces. *Linguæ meretricum in melle sitæ, at lacte: Corda in felle atque acerbo aceto*: Plaut. Trucul. Donat. in Adelphos. *Mulierum proprium est cum loquuntur, aut alys blandiri, aut se commiserari.* Deinde & *Venus dolosa est.*

M a *miserum his aliquis rationem scribit auari.*] miseratur fortunam tabellarum, quæ auaro seruiant, vel auari seruo dispensatori & attiensi ignoto. Sic Plaut. Curcul. sc. 1. act. 1.

Lenonis hæ sunt ædes, scelestam seruitutem seruiunt.

Me miserum! Aduerbij vice, pro, hei mihi, se, vel alios commiserantis. Terent. Adelphis act. 3. sc. 1. *Me miseram! neminem habeo, solæ sumus.* Cic. 2. Philipp. *Bona (me miserum! consumptis enim lacrimis animo fixus inhæret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeij acerbissimæ voci subiecta præconis. Rationem scribit*, vtrumque verbum argentariorum, fœneratorum, & rei pecuniariæ, vt & ratiuncula. vnde *Ratio constat*, apparet, putatur, subducitur. *Ratio* & rationes ab eo quod ratæ esse soleant & firmæ: Festus in *Ratissima.* De verbo scribere, & rescribere vide Gell. cap. 18. lib. 5.

E T *ponit duras inter ephemeridas.*] id est, miscet diurnis, De Ephemeride vide Gell. cap. 18. lib. 5. qui historiæ genus facit. & ex eo Isidor. lib. 1. in fine. *Genus historiæ triplex, Ephemeris, vnius diei digestio; Latine diurnum: Calendaria, quæ in menses singulos digeruntur: Annales quæ in singulos annos.* Ascon. in 3. Verrin. *Moris fuit vnumquemque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribere*, &c. *Diurnos commentarios* vocat Sueton. in Augusto. cap. 64. Nos, *Papier iournal.* Plutarch. de Cæsaris commentariis: ὁ Καῖσαρ ἐν ταῖς ἐφημερίσιν γέγραφεν. Seru. in 11. Æneid. *C. Iul. Cæsar cum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus,*

A *equo eius portaretur armatus, occurrit ei quidam de hostibus qui eum nosset, & insultans ait, Cæcos Cæsar, quod Gallorum lingua dimitte significat; & ita factum est, vt dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit: vbi propriam commemorat felicitatem.* Citatur & Varro ex Ephemeride nauali apud Nonium in *Autumnitas.* Cicer. pro Quintio: *Discedens in memoriam redijt Quintius quo die in Galliam profectus sit; ad Ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis.* Cornel. Nepos in vita Attici: *Scimus ex eius Ephemeride non amplius terna millia æris expendisse in singulos menses.* Volunt Calendaria eadem esse, sed Gell. &
B Isidor. distingunt. vulgo, *Registrum. Duras*, vocat sæuas, quia fœnore trucidamur. Cicero pro Cœlio. vnde & Catoquærenti, *Quid fænerari?* Respondit: *Quid hominem occidere?* Cic. 2. offic. sic durus Tyrannus, durum sidus, duri mores.

Q V Æ *si quis mihi retulerit, donabitur auro.*] Sic Petron. Arbiter. *Si quis eum* (Gytona) *reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.* Plaut. Rud. act. 5. sc. 3. *Si quis perdiderit vidulum*, &c. Citat Brisson. in formula. *Si quis*, & morem illum confirmat ex Luciano in Demonactis vita. *Donabitur auro.* Accipiet mille nu-
C mos, id est, decem aureos. vt Turnebus docet aureum numis centum æstimatum. Sic Portunatianus lib. 1. Rhetor. dixit se daturum denarios mille ei, qui ad se seruum perduxisset. & Apuleius: *Cedo præmium. Mille numi deponentur tibi.* Εὕρετρα vocat Vlpian. l. falsos creditor. De furtis, quæ & μήνυτρα dicuntur, id est, præmia danda ei qui inuenerit, & reddiderit.

Q V I S *pro diuitijs ligna retenta velit.*] Simile illud Plauti Pseud. sc. 1. act. 1.

Pro lignea salute vis argenteam remittere illi.

Diuitys. id est, auro, vt *Opes* eleg. 18. supra vers. 28. Tiboll. eleg. 1. lib. 1.

D *Diuitias alius fuluo sibi congerat auro.*

sic & *diues aurum* dicitur, & Virg. 6. Æneid. *Diues ramus*, id est, aureus. & ibidem:

Aut qui diuitiis soli incubuere repertis.

quod 2. Georg.

Condit opes alius, defossoque incubat auro.

Pro diuitiis ligna, vt pro thesauro carbones. *Ligna*, ligneæ tabellæ. sup. *Buxum.* Ouid. eleg. 12. lib. 1. Amor.

Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ.

Velis retenta, pro Libenter retineat. vt *Nollem factum*: & verbum, *Retenta*, rem alienam non
E iure possessam notat. nam retinet, qui aduersum aliquem tenet, inquit Donat. in Adelph. Cic. 5. Verrina: *Quos de publico numos acceperat, retinuit omnes.* Idem pro Cluentio: *Pecuniam acceptam nomine iudicij retinere, atque supprimere.* Hæc duo tantum exempla reperi, licet ita vulgo loquamur.

I, *puer, & citus hæc aliqua propone columna.*] Lygdamum fortasse alloquitur de quo eleg. 6. supr. Pueros suos commemorat etiam eleg. 29. lib. 2. Horat. oda 14. lib. 3.

I, pete vnguentum, puer. & sat 10. lib. 1.

I puer, atque meo citus hæc subscribe libello.

Plaut. Asin. *I puere, pulta.* & Pseud. *I puere præ. Citus*, properus Virg. 1. Æneid.

Lybiæ citas astitit oris.

Nonius: *Citam, celere, vel diuisam.* *Propone.* Chirius Fortunatianus lib. 1. Rhet. *Edicto, vel præconio quomodo fit? Cum seruus fugerat, Libello proposito, vel per præconem nuncians dixit, Daturum se denarios mille ei qui ad se seruum perduxisset.* Vlpian. in l. falsus creditor. §. soleor. D. de furtis Tit. 2. lib. 47. *Solent plerique etiam hoc facere, vt libellum proponant, continentem inuenisse & redditurum ei, qui desiderauerit.* Proponi dicuntur quæ ita ponuntur, vt oculis omnium pateant. sic apud Iurisconsultos edicta, & actiones proponi, & leges dicuntur. vulgo, *Afficher.* *Aliqua columna*, quia columnæ in porticibus publicis, de quibus el. 31. lib. 2. vers. 3. Auson. in Gratiarum actione pro consulatu: *Has ego literas tuas si in omnibus pilis atque porticibus, vnde de plano legi possint, instar edicti, pendere mandauero.* An in columnis templorum. eleg. 14. lib. 2.

Magna ego dona tua figam, Citherea, columna.

Auson. *Nosce te.*

Quod in columna iam tenetur Delphica.

Erat *Columna Lactaria* in foro olitorio, quo infantes lacte alendos deferebant: Festus. Erat & *Columna aurea*, siue milliare aureum in foro Romano. &, *à Columna Menia reo*: Cic. 1. Verrina. Ascon. in Diuin. reos apud Columnā Meniam à Triumuiris puniri solitos ait. vnde *Columnarij*, qui iuxta columnas frequentes operas suas locabant. Cic. 8. fam. & στήλης apud Demosthenem: ἄτιμος, καὶ ἐν στήλῃ ἀναγεγραμμένος. vnde στηλιτικοὶ λόγοι, orationes infamatores & programmata ignominiosa. Iuuenal.

Consulit ante Phalas, Delphinorumque columnas
In circo.

Et *dominum Esquilijs scribe habitare tuum.*] nam in libellis propositis notabant habitationem. Sic Apuleij lib. 6. *Conueniat Meteneium prædicatorem retro metas Marcias.* Ipse autem Propertius hic, & el. 8. lib. 4. initio docet se Exquiliis habitasse. *Esquiliæ*, πῶς ἐν ῥήμη. Charis. lib. 1. Liuius lib. 1. Hunc collem à Rege Tullio vrbi adiectum scribit, & Dionys. lib 4. & Ouid. 6. fast. ipsum Seruium Tulliom sub Exquiliis, vbi erat sua regia, cæsum. In Esquilina regione figuli: Festus in *Salinum.* Idem in *Septimontio*; partem Esquiliarum ait iacere ad vicum patricium versus, vbi templum Mephitis. Varro 4. de ling. Lat. Puticulæ, locus vltra Esquilias. Ibid. Secunda regio Esquilina ab Esquiliis. alij has scripserunt ab excubiis regis dictas. alij ab eo quod excultæ à rege Tullio essent. Ibid. Esquiliæ duo montes habiti, quod pars eius Cispius antiquo suo nomine dicitur. Ibid. Esquilinus lucus: Esquilinus mons. Cicer. 2. de legib. Exquiliis ara fortunæ malæ. & in Pisonem Esquilina porta. Horat. sat. 8. lib. 1.

Nunc licet Esquiliis habitare salubribus.

Apud eundem *Esquilinæ alites*, &, *Esquiliæ Pontifex venefici.* Iuuenal sat. 11.

Cedere namque foro nunc non est deterius, quam
Esquilias à feruenti migrare suburra.

vbi Interpres. Exquiliæ, postea Diocletianæ. vide Onuphrium.

AD ELEGIAM XXIIII.

Falsa *est ista tua mulier fiducia formæ.*] hæc elegia, & sequens eodem est argumēto, quo Catulli epigramma 8. *Miser Catulle.* *Mulier.* conuicium hoc grauissimum mulieri cum suo nomine appellatur, vt sæpe, apud Plaut. in Amphit. sc. 3. act. 2. Terent. Heauton. act. 5. sc. 3. *Pergin mulier esse?* & Hecyr. act. 2. sc. 1. *Egone? Tu, inquam, mulier.* Plaut. Casin. act. 2. sc. 2. M. *Insipiens, semper tu huic verbo vitato abs tuo viro.* Cl. *Cui verbo.* M. I. *foras.* Cl. *Mulier es tu, tace.* *Ista fiducia tuæ formæ*, confidentia, arrogantia, impudentia. Terent. Andr. sc. 5. act. 3. *Qua fiducia id facere audeam.* Donatus, fiducia, inquit, modo impudentiam significat. Idem tamen sui oblitus. Ibidem: Confidentia, inquit, interdum in bona, interdum in mala significatione ponitur; fiducia semper in bona. Nonius: Fiducia, confidentia. Virg. 9. Æneid.

Cernis qua Rutilos habeat fiducia rerum.

Item audacia: Sallustius lib. 2. *Ita fiducia, quam argumentis purgatiores dimittunt.* Seruius in illud 1. Æn. *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?* Fiduciam, inquit, pro confidentia posuit, cum in malis sit confidentia, fiducia in bonis. sic 2. Æneid. *Quæ sit fidacia capto.* Est & fiducia Iurisconsultis, sed nihil ad hunc locum. De muliebri confidentia, Plaut. in Milite sc. 5. act. 2.

Neque eques, neque pedes profecto quisquam tanta
audacia est,
Qui æquè faciat confidenter, quam mulieres faciunt.

Falsa est, inanis, vt el. 8. lib. 1. *Falsa gaudia.*

Olim *oculis nimium facta superba meis.*] id est, cum antea non esses superba feci ipse, quia te dixi & scripsi mihi videri formosam, vt eleg. 7. lib. 2.

Tu mihi sola places, placeam tibi Cynthia solus.

Facta superba, vt eleg. 33. lib. 2. vers. 14. *Nimium.* licet modus non sit in vitiis, nimium tamen in iis est, & dicitur vt eleg. 8. lib. 2. *Nimium temerarius.* & eleg. 12. *Nimium credula.* sed & *Nimium pij* Horat. *Meis oculis*, mihi spectanti, vt eleg. 10. sup.

Dein qua primam oculos cepisti veste Properti
Indue.

Olim. eleg. prox. ante annos quinque. an pro nuper, vt eleg. 12. lib. 1.

Olim gratus eram.

Noster *amor tribuit tales tibi Cynthia laudes.*
Versibus insignem te pudet esse meis.]

sic Ouid. 3. de arte amandi:

Nos facimus placitæ latè præconia formæ:
Nomen habet Nemesis, Cynthia nomen habet.

vide eleg. 2. lib. 1. & el. 3. lib. 2. *Noster amor*, ego amans. *Tribuit tibi laudes*, impertitur tale decus formæ, & artium. *Versibus insignem.* carmine nobilem. Horat. ipse eleg. vlt. lib. 2.

Cynthia quinetiam versu laudata Properti.

Donat. in Eunuch. *Insigne magnum, & nobile interpretatur.* Idem ibidem: *Insigne & insignia armorum sunt.* & Varro 4. & 6. de ling. Lat. vnde *Insigniti milites*, qui certo signo in galeis conspicui. Nonius: *Insigne, magnum, præstans, vtile.* Festus: *Insignis tam ad laudem, quam ad vituperationem*

inflecti potest. Idem: *Insignes boues, qui album in fe-mine, aut in pede habent, quasi insignitis.* Insignis, *Ενί-σημος. Remarquable. Insignis deformitas* Gellio, & *Turpitudo insignis* Ciceroni. *Pudet.* supple, me. sic Tibull. el. 9. lib. 1.

Quinetiam attonita laudes tibi mente canebam,
Vt nunc me nostri, Pieridumque pudet.
Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma
Torreat, & liquida deleat amnis aqua.

M I X T A M *te varia laudaui sæpe figura.*] nam ad formam plura simul miscentur, vt candor cum rubore, fulua coma, longæ manus, oculorum geminæ faces, incessus, de quibus el. 3. l. 2.
B *Varia figura*, vt el. 15. lib. *Varijs serica textilibus.* an id significat, quod scribit eleg. 18. lib. 2. de forma Cynthiæ adulterina?

V T *quod non esses, esse putaret amor.*] id est, vt sibi persuaderet te esse pulchram & venustam, cum non esses. nam vt ait Theocrit. Id. 6.

——— ἔσωσ
Πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

vide prouerbium: *Suum cuique pulchrum.* &, *suam quisque sponsam.* vt vero nunc Cynthiæ formam, sic & doctrinæ laudem, quam suis ei versibus affinxerat detraxit el. 11. lib. 2.

E T *color est roseo toties collatus Eoo.*] id est, comparatus auroræ. nam Eous hic pro Aurora, quæ ἠὼς Græcis. vnde *Roseus Eous*, quæ Homero ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Næuio apud Gell. cap. 7. lib. 19. *Pudoricolor aurora.* vel Eous, pro lucifero, vt Cinna apud Seru. in 1. Georg.

Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paulo vidit post Hesperus idem.

Sic apud Virg. 8. Æneid. Pallas Euandri filius cum lucifero comparatur:

Qualis vbi Oceani perfusus lucifer vnda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resoluit.

Sed nusquam, quod sciam Propertius Cynthiam cum aurora, vel Lucifero contulit, nisi eleg. 3. lib. 2.

Vtque rosæ puro lacte natant folia.

C V M *tibi quæsitus candor in ore foret.*] *falsus candor* dicitur el. 2. lib. 1. *Quæsitus*, non natiuus, sed arcessitus. vt el. 15. lib. 1.

Longa faciem quærere desidia.

Ouid. 3. de arte amandi:

Scitis & inducta candorem quærere cera.

Interpres Iuuenal. sat. 6. Lacte Asinarum Poppea Neronis corporis candorem ait sibi prouocare solitam. & sat. 2. *Vt humecto pane faciem leniret (Otho) ad sollicitandum candorem.* Ea in re vsui Creta. Horat.

Nec illi iam manet humida creta colorque
Stercore fucatus crocodili. Petron.
Inter rugas malarum tantum erat cretæ,
Vt putares detectum parietem nimbo labare.

Martial. ep. 33. lib. 8.

Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ.

Vsæ videntur & gypso, vnde Ennius apud Cic. *Medeam manibus gypsatissimis* vocat. Plaut. Mostell. *Cedo cerussam.* N. *Quid cerussa opus est?* N. *Nam qui malas oblinam.* N. *Vna opera ebur atramento candefacere postules.*

Q V O D *mihi non patrij poterant auertere amici.*]

A sic Virg. 3. Georg.

Nec miseri possunt reuocare parentes.

Horat. sat. 3. lib. 2. de eo genere hominum, qui reuocari non possunt consilio amicorum:

Alterum, & huic vadum, & nihilo fermentius, ignes
Per medios, fluuiosque ruentis (stultitiæ genus) *clamat amica,*
Mater, honesta soror, cum cognatis pater, vxor,
Hic fossa est ingens, hic rupes maxima, serua.
Non magis audierit, quam Fusius ebrius olim, &c.

de ea re eleg. 1. lib. 1.

At vos qui sero lapsum reuocatis amici.

B *Amici patrij*, à patre relicti. nam amicitiæ & hospitia transeunt ad liberos. *Paterni necessarij*, Cic. pro Murena. & *Paterna necessitudo* sæpe in epistolis.

E L V A R E *aut vasto Thessala Saga mari.*] id est, expiare, me in mare vastum immergendo. Græcanica parœmia apud Eustath. 1. Iliad.

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Extat apud Euripidem in Iphigenia Taurica: Laërtius vero Euripidem Platoni comitem iuisse in Ægyptum, & morbo liberatum à sacerdotibus Ægyptiis mersum in mare ait fudisse eum
C versum. Cic. pro Sex. Roscio: *Ne, cum delati essent in mare ipsum polluerent, quo cetera quæ violata sunt expiari putantur.* Lucret. lib. 6. de vi eluendi, quam habet mare:

Non si Neptunus fluctu renouare operam det:
Non mare si totum velit eluere omnibus vndis.

Sed citra expiationem. vide Iun. prou. 58. cent. 4. Pausan. Bœoticis: Tanagræorum matronas primarias narrat in mare expiationis caussa descendisse, in eas Tritonem impetum fecisse; illas Bacchum implorasse, cuius sacris initiatæ essent, à quo Triton superatus, fugatusque sit. Virg. 6. Æneid. ——— *alijs sub gurgite vasto*

Infectum eluitur scelus. *Thessala saga.* nam
D Thessalia veneficiis infamis, vt dictum ad el. 5. lib. 1. vers. 6. *Saga*, mulier perita sacrorum: Festus in *Sagaces.* Nonius: *Sagæ ad libidinem virorum indagatrices.* Tibull. el. 5. lib. 1.

At tu quamprimum sagæ præcepta rapacis
Desere. id est, lenæ. *Saga anus, quæ multa scire volunt.* Cic. 1. de diuin. Ouid. el. 6. l. 3. Amor.

Sagaue Phœnicea defixit lumina cera, venefica.

H Æ C *ego non ferro, non igne coactus, & ipsa*
Naufragus Aegea verba fatebar aqua.] de hoc prouerbio vide adnot. el. 1. lib. 1. vers. 27. quod autem addidit hic mare, sic Horat. sat. 1. lib. 2.

Nec hyems, ignis, mare, ferrum.

& oda 16. lib. 1.

E *Tristes vt iræ, quas neque Noricus*
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sæuus ignis. Mens Poëtæ est: Neque

Igni, neque ferro tortus, neque in naufragij periculo constitutus cogi ante poteram ad hæc eloquenda verba, quæ nunc dixi; non esse formosam scilicet Cynthiam. Legendum tamen fortasse, *Vera*, pro, *verba.* nam fateri vera, dicimus, non verba. Mart. ep. 5. lib. 10.

Et cum fateri furia iusserit verum.

De naufragiis sua scelera fatentibus ipse el. 26. lib. 2. vers. 1. 2. & 3.

C O R R E P T V S *sæuo Veneris torrebar aheno.*]

vide adnot. ad illud eleg.6. sup.

Me quoque consimilis impositum torrerier igni.

alias, *torquerier*. *Abenum* vas aëneum coquendis vel carnibus, vel venenis, vt el. 1. lib. 2. vers. 54. An hic pro veru abeneo? nam torreri parum aptum vasi, cum tosta, assata potius, quam elixa intelligantur. Beroaldus de clauo cupidinis intelligit. vel metaphoricè serta vti, vt ea quæ in vasis aheneis coquuntur.

VINCTVS *eram versas in mea terga manus.*] id est, brachia mihi retorta, & adstricta erant post tergum Veneris nodo. ductum ex Captiuis. Tibull. el.8. lib 2.

Ipsa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit. Virg. 2. Æneid.

Ecce manus Iuuenem interea post terga reuinctum.

Horat. oda 5. lib.3.

Retorta tergo brachia libero.

ECCE *coronatæ portum tetigere carinæ.*] Id est, in vado res est mea. effugi omnes amoris procellas. *Coronatæ carinæ*. vt el.7. lib.4.

Ecce coronato pars altera vecta phaselo.

Ouid. 6. fast.

Ferte coronatæ iuuenum conuiuia lintres.

& el. 10. lib.3. Amor.

Iam mea votiua puppis redimita corona
Læta tumescentes æquoris audit aquas.

Allegoricωs, vt hic, & in fine 2. de rem. am.

—— fessæ date serta carinæ
Contigimus portum. ridiculè Cantberus de portu Athenarum exponit ex el. 21. sup.

TRAIECTÆ *syrtes, anchora iacta mihi est.*] id est, prænauigatæ, transmissæ. de hoc verbo nautico dixi ad el.18. sup. vers. 31. & *meretrix, mare* est Plauto in Asinaria. & Horatio oda 5. lib. 1. & *Charybdis* oda 27.

Syrtis patrimonij, & Charybdis bonorum.

Cic. 3. de Orat. vbi dura illi videtur translatio. *Anchora iacta*, Stat nauis in portu firma, vsus anchoræ, quamuis in medio etiam mari, tamen in portu est. Virg.3. Æneid.

Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

Hinc Græcorum prouerbium: Ἀλλ' αὐτίκα τὴν ἐπ' ἀγκύρας θεός. Sed anteuertit anchoræ iactum Deus. quia quando anchoram iacere parant in portu nautæ, sæpe referuntur in altum. vt autem *Anchoras iacere* de appulsu, sic *Anchoras tollere* de discessu dixit Varro cap. vlt. lib.3. de re rustica. *Si voles anchoras tollere, fortasse fit tribuum.* apud Euripidem in Hecuba tralatitiè & Polydorus vocatur οἴκου ἄγκυρα. Domus anchora, & & firmamentum familiæ.

NVNC *demum vasto fessi resipiscimus æstu.*] & respiramus fracti tempestate, & mentem recipimus. *Nunc demum* Donat. in Andriam exponit. Nunc denique. Idem ibidem. *Demum*, signū est tarditatis. & in Adelph. & Hecyr. Demum denique. postremo. Festus: *Demum quod significat post* (lege postremo) *apud Liuium, Demus legitur. alij demum pro duntaxat posuerant.* Seruius in 1. Georg. & 1. 6. & 12. Æneid. Nouissimè, ad postremum exposuit. *Fessi æstu*, vt Virg. ecl. 2.

—— fessis messoribus æstu.

Fessi rerum. Virg. 1. Æneid. *æstu*, vel agitatione maris, vel amoris ardore, vt el. 33. lib.2.

A *Semper in absentes felicior æstus amantes.*

vbi vide adnot. *Vasto*, vel ingenti, vel vastante, vt *vasta Charybdis*, eleg.26. lib.2. *Resipiscimus*, & respiramus fessi, & mentem recipimus. Terent. Andria act. 4. sc. 2. P. *Hanc nisi mors mihi adimet nemo.* C. *Resipisco.* id est, Spiritum reuocat sensus, inquit Donat. quia timebat, & desijt timere iis auditis verbis. At Heauton. act.4. sc.8. *Cum te intelligo resipisse.* id est, ad sanitatem rediisse. Cic. pro Sextio: *An quia cum esset ablatus, primumque resipuisset, non se referri iussit.* id est, ad se ex vulneribus rediisset. nam dixerat, *exanimatum*. & hic sequitur, *Vulnera*, qua-
B re male apud Cic. mutarunt in *Respirasset*.

VVLNERA *& ad sanum nunc coiere mea.*] Sic Plaut. Amphit. sc. vlt. act.4. *Vt primum coiit cicatrix rufula, sublurida.* Coin. Celsus lib. 5. id vocat, *glutinare vulnus*. *Ad sanum*, ad sanitatem vsque; vt eleg. 13. lib. 2. *Ad verum.* Liuius lib. 35. *Ad liquidum veritas explorata.* Quod ait *ad sanum coiisse vulnera*, repugnat ei, quod dixit eleg. 12. lib.2.

Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

MENS *bona (si qua Dea es) tua me in sacraria dono.*] de mente Dea D. Augustinus cap. 21. l.4. de Ciuit. Dei. Eique veteres supplicasse ait, vt
C bonam mentem haberent. Cic. 2. de leg. *Menti, Virtuti, Pietati, Fidei dedicata publicè templa.* & 2. de Nat. Deor. ait à Marco Æmilio Scauro Mentem dedicatam. Eius verba citat hic Beroaldus. Lactant. cap. 20. de falsa religione: *Eadem vanitate mentem inter Deos collocauit. Senatus, quam profectò si habuisset, eiusmodi sacra nunquam suscepisset.* Ouid. el.2. lib.1. Amor.

Mens bona ducetur manibus post terga retortis,
Et pudor, & castris quidquid Amoris abest.

& 6. fast.

Spem metus abstulerat, cum menti vota Senatus
Suscipit, & melior protinus illa venit.

D & 4. fast. ——*Procul hinc discedite, queis est*
Cura bonæ Mentis: qui bibit inde furit. Liuius lib.22. *Mentis ædem Atilius prætor vouit.* Idem l. 3. *Dedicatam ab Octacilio in Capitolio iunctam ædi Veneris Ericynæ, & canali vno discretam.* Petron. Arbiter. *Ac ne bonam quidem mentem, aut bonam valetudinem petunt* (templis) Seneca ep. 10. *Votorum tuorum, veterū licet, Dijs gratiam facias, alia de integro suscipe. Roga bonam mentem.* & ep.95. *Mens bona, & bona fortuna quasi contraria inter se, quia melius in malis sapimus. secunda rectum auferunt.* & ep.27. *Bona mens nec commodatur, nec emitur: & puto, si venalis*
E *esset, non haberet emptorem.* & alias. est & Persij sat.2. quæ de bona mente inscribitur:

Mens bona, fama, fides, hæc clare, & vt audiat hospes.

Si qua dea es, vt el. 15. sup. vers. 21. *Si Deus es.* vbi vide adnotat. *Tua me in sacraria dono.* vt eleg. 15. sup. *Addictos in sua iura patres.* & tradere in tutelam, fidem, custodiam· *Dono*, dedico, addico, & mancipo, vnde dona & donaria. Quid sacrarium dictum el. 13. sup. vers. 4.

EXCIDERENT *surdo tot mea vota Ioui.*] alias, *Exciderant*; vnde legendum puto, *Exciderunt.* vota, inquit, multa suscepi, sed Iuppiter eorum oblitus est, vel audire noluit, aut non potuit. sic eleg. 7. lib. 4.

Iamue tibi exciderunt vigilantis furta Suburræ.

Eadem sententia el. vii. lib. 4.

Te licet orantem fuscæ Deus audiat aulæ,
Nempe tuas lacrymas littora surda bibunt.

Surdi enim qui audire nolunt, & annuere, vt el. 5. lib. 4. vers. 48. el. 16. lib. 2. vers. 36. vt Iouem suum parum religiosè tractet Propertius adnotaui ad el. 15. sup. vers. 21.

AD ELEGIAM XXV.

RISVS *eram positis inter conuiuia mensis.*] Sic Ouid. 1. fast.

Omnibus ad lunæ lumina risus erat.

id est, fabula, ludus & iocus. vide alia eius generis exempla eleg. 21. lib. 2. vers. 7. *Inter conuiuia positis mensis*, in vino & epulis, vt eleg. 10. sup.

—— noxque inter pocula currat.

dic τὸ αὐτὸ Inter conuiuia & positis mensis. Mensis, vel ἐπὶ τραπέζαις, vel epulis ipsis. Mart.

Cur non mensa tibi ponitur à pedibus.

Horat. sat. 3. lib. 2.

Mensam poni iubet, atque
Effundi saccos nummorum.

Ouid. in ep. Paridis:

At mihi conspicerus posita tum denique mensa.

& 3. de arte amandi:

Nec somno tutum est posita succumbere mensa.

Iuuenal. sat. 15. —— *Ne magnæ gaudia cœnæ*
Sentirent, positis ad templa & compita mensis.

Plaut. Asinaria sc. 1. act. 5. *Pueri mensam apponite.* vt ponebatur, ita & auferebatur. Virg. 1. Æn.

Postquam exempta fames epulis, mensaque remotæ.

Plaut. Amphit. *Te dormitare aiebas, mensa ablata est.*

ET *de me poterat quilibet esse loquax.*] id est, argumentum satis magnum garriendi cuilibet præbebam, quia vt ait Ouidius:

In caussa facili cuiuis licet esse diserto.

Sic eleg. 20. sup.

Et caput argutę præbeat historiæ.

& ipse eleg. 20 lib. 2.

Cum de me & de te compita nulla tacent.

Loquax. Varro 5. de ling. Lat. Is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit. Hinc dictus *Loquax*, qui nimium loquitur. & *eloquens*, qui copiosè loquitur.

QVINQVE *tibi potui seruire fideliter annos,*] perferentis est, & obdurantis, vt el. 1. lib. 1.

—— potuis domuisse puellam.

Seruire, vt eleg. 4. lib. 1.

Hoc magis assueto viuere seruitio.

contra el. 26. lib. 2.

Nunc admirentur quod tam mihi pulchra puella
Seruiat. *Quinque annos.* el. 8. sup.

Ergo tam multos nimium temerarius annos
Improba qui tulerim teque tuamque domum.

Fideliter. Horat. ep. 18. lib. 1.

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Cic. 1. offic. *Fideliter viuere.* idem ep. 17. lib. 16. fam. repræhendit Tironem, qui scripsisset, valetudini fideliter inseruiendo. *Vnde*, inquit, *in istum locum fideliter venit? cui verbo domicilium est proprium in officio; migrationes in alienum multæ. nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest, vt sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda trãslatio.* Atqui Propertius fideliter seruire ita dixit, vt *fidelis seruus* dicitur, & inde transtulit Tiro. & dicitur dare operam valetudini. Fidelis autem opera Plaut. Capt. sc. 2. act. 2. *Vols te berus dare operam fideliter*, Quid quod Gellius, cap. 13. lib. 17. *Fideliter*, inquit, *constantiusque valent quartanam passi?* Si fideliter valere dicitur, cur non & fideliter inseruire valetudini. Sic & 13. Philipp. bis peccauit Cicero cum repræhendit *partes*, & *pyssimus*.

VNGVE *meam morso sæpe querere fidem.*] Id est valde tibi dolebit, quod iam fidelem amiseris tua culpa. *Vngue morso.* dentibus corrupto, eleg. 4. lib. 2. vers. 3. Sic *morso collo* eleg. 8. sup. vers. 21. Mordere vngues ac rodere gestus iratorum est, & dolentium, vt dicta el. 4. lib 2. vers. 3. adnot. lege & veterem Interpretem Horatij ad illud odæ 5. lib. epod. *Dente liuido Canidia rodens pollicem. Queri fidem*, non est hic fidem accusare; sed querelis testari dolorem. sic el. 7. lib. 4.

Et quererer lecti frigida regna mei.

Plautus Casina: *Nunc hinc meas fortunas eo questum ad vicinas.* Ipse el. 17. lib. 2. dixi:

Tum flebis cum in me senseris esse fidem.

& eleg 24. eiusd. libr.

—— Ossa, Properti,
Hæc tua sunt; eheu tu mihi certus eras.

NIL *moueor lacrymis, ista sum captus ab arte.*] tuæ me lacrymæ non flectunt. Sic Virg. 4. Æn.

Sed nullis ille mouetur fletibus.

Captus, deceptus & in fraudem inductus. Virg. 2. Æn. *Captique dolis, lacrymisque coactis.* Ouid. in ep. Phyllidis:

Credidimus lacrymis. an & hæ simulare docentur?
Hæ quoque habent artes, quaque iubentur eunt.

& in ep. Medeæ:

Vidi etiam lacrymas. an & est pars fraudis in illis.

idem eleg. 8. lib. 1. Amor.

Quinetiam discant oculi lacrymare coacti;
Et faciant vdas ille vel ille genas.

idem 3. de arte amandi:

Quo non ars penetrat? discunt lacrymare decenter,
Quoque volunt, plorant, tempore, quoque modo.

idem 2. de Remedio Amoris:

Neue puellarum lacrymis moueare caueto,
Vt flerent oculos erudiere suos.

De lacrymis inuitis vide adnotat. eleg. 15. lib. 1. vers. 40. *Arte*, dolo dixi el. 3. supr. vers. 50.

SEMPER *ab insidijs Cynthia flere soles.*] Sic Plaut. Asin. sc. 2. act. 5. *Aucupemus ex insidijs quam rem gerat.* & Menech. sc. 1. act. 4. *Ex insidijs aucupa.* & Aulul. sc. 1. act. 1. *Metuo ex insidijs ne mihi verba imprudenti dent.* De insidiis Cynthiæ, el. 32. lib. 2.

Nil agis insidias in me componis inanes.

Tibull. de insidiis Amoris el. 6. lib. 1.

—— an gloria magna est
Insidias homini composuisse Deum?

FLEBO *ego discedens, sed fletum iniuria vincit.*] sic eleg. 16. lib. 2.

Nullane sedabit nostras iniuria fletus?

vbi vide adnotata de iniuria lacrymas supprimente, & amorem soluente. *Discedens flebo*, vt Virg. eclog. 3.

vide adnot. ad illud eleg. 6. ſup.

Me quoque conſimili impoſitum torrerier igni. alias, *torquerier.* *Ahenum* vas æneum eoquendis vel carnibus, vel venenis, vt el. 1. lib. 2. verſ. 54. An hic pro vetu aheneo? nam torreri parum aptum vaſi, cum toſta, aſſata potius, quam elixa intelligantur. Beroaldus de clauo cupidinis intelligit. vel metaphoricè ſe ita vri, vt ea quæ in vaſis aheneis coquuntur.

VINCTVS *eram verſas in mea terga manus.*] id eſt, brachia mihi retorta, & adſtricta erant poſt tergum Veneris nodo. ductum ex Captiuis. Tibull. el. 8. lib 2.

Ipſa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit. Virg. 2. Æneid.
Ecce manus Iuuenem interea poſt terga reuinctum.

Horat. oda 5. lib. 3.

Retorta tergo brachia libero.

ECCA *coronatæ portum tetigere carinæ.*] Id eſt, in vado res eſt mea. effugi omnes amoris procellas. *Coronatæ carinæ.* vt el. 7. lib. 4.

Ecce coronato pars altera vecta phaſelo.

Ouid. 6. faſt.

Ferte coronatæ iuuenum conuiuia lintres.

& el. 10. lib. 3. Amor.

Iam mea votiua puppis redimita corona
Læta tumeſcentes æquoris audit aquas.

Allegoricè, vt hic, & in fine 2. de rem. am.

—— feſſæ date ſerta carinæ
Contigimus portum. ridiculè Cantherus de portu Athenarum exponit ex el. 21. ſup.

TRAIECTÆ *ſyrtes, anchora iacta mihi eſt.*] id eſt, prænauigatæ, tranſmiſſæ. de hoc verbo nautico dixi ad el. 18. ſup. verſ. 31. & *meretrix, mare* eſt Plauto in Aſinaria. & Horatio oda 5. lib. 1. & *Charybdis* oda 27.

Syrtis patrimonij, & Charybdis bonorum.

Cic. 3. de Orat. vbi dura illi videtur tranſlatio. *Anchora iacta,* Stat nauis in portu firma, vſus anchoræ, quamuis in medio etiam mari, tamen in portu eſt. Virg. 3. Æneid.

Anchora de prora iacitur, ſtant littore puppes.

Hinc Græcorum prouerbium: Ἀλλ' ἀγκύραν τὴν ἐν' ἀγκῶσι θεός. Sed animaduertit anchoræ iactum Deus. quia quando anchoram iacere parant in portu nautæ, ſæpe referuntur in altum. vt autem *Anchoras iacere* de appulſu, ſic *Anchoras tollere* de diſceſſu dixit Varro cap. vlt. lib. 3. de re ruſtica. *Si vultis anchoras tollere, fortitio fit tribuum.* apud Euripidem in Hecuba tralatitiè & Polydorus vocatur οἴκων ἄγκυρα. Domus anchora, & & firmamentum familiæ.

NVNC *demum vaſto feſſi reſpiſcimus æſtu.*] & reſpiramus fracti tempeſtate, & mentem recipimus. *Nunc demum* Donat. in Andriam exponit, Nunc denique. Idem ibidem. *Demum,* ſignũ eſt tarditatis. & in Adelph. & Hecyr. Demum denique. poſtremo. Feſtus: *Demum quod ſignificat poſt* (lege poſtremo) *apud Liuium, Demus legitur. alij demum pro duntaxat poſuerant.* Seruius in 1. Georg. & 2. 6. & 12. Æneid. Nouiſſimè, ad poſtremum expoſuit. *Feſſi æſtu,* vt Virg. ecl. 2.

—— feſſis meſſoribus æſtu.

Feſſi rerum. Virg. 1. Æneid. *æſtu,* vel agitatione maris, vel amoris ardore, vt el. 33. lib. 2.

A *Semper in abſentes felicior æſtus amantes.*

vbi vide adnot. *Vaſto,* vel ingenti, vel vaſtante, vt *vaſta Charybdis,* eleg. 16. lib. 2.

Reſpiſcimus, & reſpiramus feſſi, & mentem recipimus. Terent. Andria act. 4. ſc. 2. P. *Hanc niſi mors mihi adimet nemo.* C. *Reſpiſco.* id eſt, Spiritum reuocat ſenſus, inquit Donat. quia timebat, & deſijt timere iis auditis verbis. At Heauton. act. 4. ſc. 8. *Cum te intelligo reſpiſſe.* id eſt, ad ſanitatem rediiſſe. Cic. pro Sextio: *Aut quia cum eſſet ablatus, primumque reſipuiſſet, non ſe referri ſuſſit.* id eſt, ad ſe ex vulneribus rediiſſet. nam dixerat, *exanimatum.* & hic ſequitur, *Vulnera,* quare male apud Cic. mutarunt in *Reſpiraſſet.*

B VVLNERA & *ad ſanum nunc coiere mea.*] Sic Plaut. Amphit. ſc. vlt. act. 4. *Vt primum coiit cicatrix ruſula, ſublurida.* Corn. Celſus lib. 1. id vocat, *glutinare vulnus.* *Ad ſanum,* ad ſanitatem vſque; vt eleg. 13. lib. 2. *Ad verum.* Liuius lib. 35. *Ad liquidum veritas explorata.* Quod ait *ad ſanum coiiſſe vulnera,* repugnat ei, quod dixit eleg. 12. lib. 2.

Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.

MENS *bona* (*ſi qua Dea es*) *tua me in ſacraria dono.*] de mente Dea D. Auguſtinus cap. 21. l. 4. de Ciuit. Dei. Eique veteres ſupplicaſſe ait, vt

C bonam mentem haberent. Cic. 2. de leg. *Menti, Virtuti, Pietati, Fidei dedicata publicè templa.* & 2. de Nat. Deor. ait à Marco Æmilio Scauro Mentem dedicatam. Eius verba citat hic Beroaldus. Lactant. cap. 20. de falſa religione: *Eadem vanitate mentem inter Deos collocauit. Senatus, quam profectò ſi habuiſſet, eiuſmodi ſacra nunquam ſuſcepiſſet.* Ouid. el. 2. lib. 1. Amor.

Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis,
Et pudor, & caſtris quidquid Amoris abeſt.

& 6. faſt.

Spem metus abſtulerat, cum menti vota Senatus
Suſcipit, & melior protinus illa venit.

D & 4. faſt. *——Procul hinc diſcedite, queis eſt*
Cura bona Mentis: qui bibit inde furit. Liuius lib. 22. *Menti ædem Attilius prætor vouit.* Idem l. 3. *Dedicatam ab Octacilio in Capitolio iunctam ædi Veneris Erycinæ, & canali vno diſcretam.* Petron. Arbiter. *At ne bonam quidem mentem, aut bonam valetudinem petunt* (templis) Seneca ep. 10. *Veterum tuorum, veterũ licet, Dijs gratiam facias, alia de integro ſuſcipe. Roga bonam mentem.* & ep. 95. *Mens bona, & bona fortuna quaſi contraria inter ſe, quia melius in malis ſapimus. ſecunda rectum auferunt.* & ep. 27. *Bona mens nec commodatur, nec emitur: & puto, ſi venalis*

E *eſſet, non haberet emptorem.* & alias. eſt & Perſij ſat. 2. quæ de bona mente inſcribitur:

Mens bona, fama, fides, hæc clare, & vt audiat hoſpes.

Si qua dea es, vt el. 15. ſup. verſ. 21. *Si Deus es.* vbi vide adnotat. *Tua me in ſacraria dono.* vt eleg. 11. ſup. *Addictos in ſua iura patres.* & tradere in tutelam, fidem, cuſtodiam: *Dono,* dedico, addico, & mancipo, vnde dona & donaria. Quid ſacrarium dictum el. 13. ſup. verſ. 4.

EXCIDERENT *ſurdo tot mea vota Ioui.*] alias, *Exciderant,* vnde legendum puto, *Exciderunt.* vota, inquit, multa ſuſcepi, ſed Iuppiter eorum oblitus eſt, vel audire noluit, aut non potuit. ſic eleg. 7. lib. 4.

Iamue tibi exciderunt vigilantis furta Suburræ.

Eadem ſententia el. vlt. lib. 4.

Te licet orantem fuſcæ Deus audiat aulæ,
Nempe tuas lacrymas littora ſurda bibunt.

Surdi enim qui audire nolunt, & annuere, vt el. 5. lib. 4. verſ. 48. el. 16. lib. 2. verſ. 36. vt Iouem ſuum parum religiosè tractet Propertius adnotaui ad el. 15. ſup. verſ. 21.

AD ELEGIAM XXV.

RISVS *eram poſitis inter conuiuia menſis.*] Sic Ouid. 1. faſt.

Omnibus ad luna lumina riſus erat.

id eſt, fabula, ludus & iocus. vide alia eius generis exempla eleg. 21. lib. 2. verſ. 7. *Inter conuiuia poſitis menſis*, in vino & epulis, vt eleg. 10 ſup.

—— noxque inter pocula currat.

διὰ τῶν δυοῖν *Inter conuiuia & poſitis menſis. Menſis*, vel τραπέζαις, vel epulis ipſis. Mart.

Cur non menſa tibi ponitur à pedibus.

Horat. ſat. 3. lib. 2.

Menſam poni iubet, atque
Effundi ſacros nummorum.

Ouid. in ep. Paridis:

At mihi conſpicerus poſita tum denique menſa.

& 3. de arte amandi:

Nec ſomno tutum eſt poſita ſuccumbere menſa.

Iuuenal. ſat. 15. *—— Ne magnæ gaudia cœnæ*
Sentirent, poſitis ad templa & compita menſis.

Plaut. Aſinaria ſc. 1. act. 5. *Pueri menſam apponite.* vt ponebatur, ita & auferebatur. Virg. 1. Æn.

Poſtquam exempta fames epulis, menſaque remotæ.

Plaut. Amphit. *Te dormitare aiebas, menſa ablata eſt.*

ET *de me poterat quilibet eſſe loquax.*] id eſt, argumentum ſatis magnum garriendi cuilibet pręebebam, quia vt ait Ouidius:

In cauſſa facili cuiuis licet eſſe diſerto.

Sic eleg. 20. ſup.

Et caput argutæ præbeat hiſtoria.

& ipſe eleg. 20 lib. 2.

Cum de me & de te compita nulla tacent.

Loquax. Varro 5. de ling. Lat. Is loquitur, qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit. Hinc dictus *Loquax*, qui nimium loquitur. & *eloquens*, qui copiosè loquitur.

QVINQVE *tibi potui ſeruire fideliter annos,*] perferentis eſt, & obdurantis, vt el. 1. lib. 1.

—— potuit domuiſſe puellam.

Seruire, vt eleg. 4. lib. 1.

Hoc magis aſſueto viuere ſeruitio.

contra el. 26. lib. 2.

Nunc admirentur quod tam mihi pulchra puella
Seruiat. *Quinque annos.* el. 8. ſup.

Ergo tam multos nimium temerarius annos
Improba qui tulerim teque tuamque domum.

Fideliter. Horat. ep. 18. lib. 1.

Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.

Cic. 1. offic. *Fideliter viuere.* idem ep. 17. lib. 16. fam. repræhendit Tironem, qui ſcripſiſſet, valetudini fideliter inſeruiendo. *Vnde*, inquit, *in iſtum locum fideliter venit? cui verbo domicilium eſt proprium in officio; migrationes in alienum multæ. nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis*

A *dici poteſt, vt ſit, quomodo Theophraſto placet, verecunda trãſlatio.* Atqui Propertius fideliter ſeruire ita dixit, vt *fidelis ſeruus* dicitur, & inde tranſtulit Tiro. & dicitur dare operam valetudini. Fidelis autem opera Plaut. Capt. ſc. 2. act. 1. *Vult te herus dare operam fideliter*, Quid quod Gellius, cap. 13. lib. 17. *Fidelius*, inquit, *conſtantiuſque valent quartanam paſſi?* Si fideliter valere dicitur, cur non & fideliter inſeruire valetudini. Sic & 13. Philipp. bis peccauit Cicero eum reprævendit *partes*, & *pyſſimus.*

VNGVE *meam morſo ſæpe querere fidem.*] Id eſt valde tibi dolebit, quod iam fidelem amiſeris tua B culpa. *Vngue morſo. dentibus corrupto*, eleg. 4. lib. 1. verſ. 3. Sic *morſo collo* eleg. 8. ſup. verſ. 21. Mordere vngues ac rodere geſtus iratorum eſt, & dolentium, vt dicta el. 4. lib 2. verſ. 8. adnot. lege & veterem Interpretem Horatij ad illud odæ 5. lib. epod. *Dente liuido Canidia rodens pollicem. Queri fidem*, non eſt hic fidem accuſare; ſed querelis teſtari dolorem. ſic el. 7. lib. 4.

Et quereret lecti frigida regna mei.

Plautus Caſina: *Nunc hinc meas fortunas eo queſtum ad vicinas.* Ipſe el. 17. lib. 2. dixi:

Tum flebis cum mi ſenſeris eſſe fidem.

C & eleg 24. eiuſd. libr.

—— Oſſa, Properti,
Hæc tua ſunt; eheu tu mihi certus eras.

NIL *moueor lacrymis, iſta ſum captus ab arte.*] tuæ me lacrymæ non flectunt. Sic Virg. 4. Æn.

Sed nullis ille mouetur fletibus.

Captus, deceptus & in fraudem inductus. Virg. 2. Æn. *Captique dolis, lacrymiſque coactis.* Ouid. in ep. Phyllidis:

Credidimus lacrymis. an & hæ ſimulare docentur?
Hæ quoque habent artes, quaque iubentur eunt.

& in ep. Medeæ:

Vidi etiam lacrymas. an & eſt pars fraudis in illis.

D idem eleg. 8. lib. 1. Amor.

Quinetiam diſcant oculi lacrymare coacti;
Et faciant vdas ille vel ille genas.

idem 3. de arte amandi:

Quo non ars penetrat? diſcunt lacrymare decenter,
Quoque volunt, plorant, tempore, quoque modo.

idem 2. de Remedio Amoris:

Neue puellarum lacrymis moueare caueto,
Vt flerent oculos erudiere ſuos.

De lacrymis inuitis vide adnotat. eleg. 15. lib. 1. verſ. 40. *Arte*, dolo dixi el. 3. ſupr. verſ. 50.

SEMPER *ab inſidijs Cynthia flere ſoles.*] Sic E Plaut. Aſin. ſc. 2. act. 5. *Aucupemus ex inſidiis quam rem gerat.* & Menech. ſc. 1. act. 4. *Ex inſidijs aucupa.* & Aulul. ſc. 1. act. 1. *Metuo ex inſidijs ne mihi verba imprudenti duit.* De inſidiis Cynthiæ, el. 32. lib. 2.

Nil agis inſidias in me componis inanes.

Tibull. de inſidiis Amoris el. 6. lib. 1.

—— an gloria magna eſt
Inſidias homini compoſuiſſe Deum?

FLEBO *ego diſcedens, ſed fletum iniuria vincit.*] ſic eleg. 16. lib. 2.

Nullane ſedabit noſtros iniuria fletus?

vbi vide adnotata de iniuria lacrymas ſupprimente, & amorem ſoluente. *Diſcedens flebo*, vt Virg. eclog. 3.

Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit.
& 3. Æneid.
Hos ego discedens lacrymis ita fabar obortis.
Ibidem:
Nec non Andromache digressu mœsta supremo.
Tibull. el. 3. lib 1. De Delia sua,
Cuncta dabant reditũ, tamen est deterrita nunquam
Quin fleret nostras respiceretque vias.

Tv *bene conueniens non finis esse iugum.*] legitur, &, *Ire.* sic eleg. 1. lib. 1.
Et fine nos cursu quo sumus ire pares.
vbi lege adnot. an *Isse*; vnde natum, *esse*? *Tu non finis*, non pat[..]is, per se stat. vt eleg. 2. lib. 1.
Nec finere in propriis membra nitere bonis.
Iugum non bene-conueniens iniustum. eleg. 5. lib. 2. vers. 14. nota translatio. vnde *iugalia vincla*, & coniuges, & iugum, matrimonij symbolon. Horat. oda 35. lib. 1.
Amici ferre iugum pariter dolosi.
Virg. 3. Æn. *Et colla iugo concordia ferre.* Plin. in epistolis dixit: *Ex æquo iugum ducere.* Græcorum prouerbium est. Ἐγώ τε, ὦ σὺ τὸν αὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν. Theocrit. Id. 12. Ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ. Auson. ad Paulinum ep. 24. *Discutimus, Pauline, iugum.* & post:
Discutitur, Pauline, tamen, nec culpa duorum
Ista, sed vnius tantum tua: namque ego semper
Contenta ceruice traham. consorte laborum
Destituor. nec tam promptum gestata duobus,
Vnum, deficiente pari, perferre sodalem,
Non animus, viresque labant; sed iniqua ferendo
Conditio est oneri, cum pondus vtrumque relicto
Ingruit, acceduntque aliena pondera libræ.
Et Paulinus ad Auson. ep. 2. Sic Cic. *Par & iugum impiorum* dixit. vet. gloss. *Dispare, ἄνισον, ἄζυγον. Beneconueniens*, vt Afran. Diuortio apud Nonium in Spurcum:
O dignum facinus adolescentis! optimas
Bene-conuenientes, & concordes cum viris,
Repente viduas faciat spurcitia patris. Sueton. in Tiberio cap. 7. *Agrippinam quamquam bene-conuenientem dimittere coactus est.* Ouid. 2. Met.
Non bene-conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas & amor. Catull.
Pulchrè conuenit improbis cinædis.
Gell. cap. 5. lib. 12. *Me scis non bene conuenire cum Stoicis. Bene-conueniens iugum*, Paulinus *aptum & æquale* vocat.

Limina *iam nostris valeant lacrymantia verbis.*] sic Theocrit. in Eraste: Ἀρτι δὲ χαίρετε
Ταῖς παῖς φλιᾶς ἐπιβάλλομαι.
Euripides in Phœnissis:
Καὶ σὺ δεῦτ' ἄναξ, ὦ μέλαθρα χαίρετε.
Plaut. Mercat. sc. 1. act. 5. *Limen superum inferumque salue: simul autem vale.* Ouid. el. 6. lib. 1. Am.
Vos quoque crudeles rigido cum limine postes,
Duraque conserta ligna valete fores.
Ipse eleg. 21. sup.
Romanæ turres, & vos valeatis amici.
Limina lacrymantia, dixit, quasi ipsius querelis illacryment, fletuque amantis rigata, videantur, & ipsa flere vt saxea Niobe. Persius sat. 5.
——Dum Chrysidis vdas
Ebrius ante fores exstincta cum face canto.
Ouid. el. 6. lib. 1. Amor.

A *Aspice, (& vt videas immitia claustra relaxa)*
Vda sit vt lacrymis ianua facta meis.
Mart. ep. 13. lib. 10.
Ad nocturna iaces fastosa limina mœchæ,
Et madet, heu! lacrymis ianua surda tuis.
contra dixit el. 16. lib. 1.
Tu sola (ô Ianua) humanos nunquã miserata labores.
Verbis, querelis, vt el. 6. lib. 1.
Sed me complexæ remorantur verba puellæ.

Nec *tamen irata ianua fracta manu.*] τὸ Nec diuidendum. Et valeat Ianua non fracta tamen, quamuis ab irato. Subauditur enim, *quamuis*, vt eleg. vlt. lib. 2. vers. 50. de more amantium Ia-
B nuam pulsantium, vel frangentium dictum est eleg. 16. lib. 1. vers. 6. & eleg. 5. lib. 2. vers. 22. *Irata manu*, vt eleg. 6. lib. 1.
Insanis ora notet manibus.

At *te celatis ætas grauis vrgeat annis.*] formula imprecantis. vt eleg. 8. supra vers. 37. *Grauis ætas.* dixi eleg. 5. supra vers. 23. *Vrgeat*, pondere suo premat, & curuam reddat, vt Virg. 3. Æn.
Vrgeri mole hac. & 2. Georg.
Atque ingentis pondere testa Vrgerent.
& ipse el. vlt. lib. 4.
Infelix humeros vrgeat vrna meos.
Annis celatis, occultis & tacitis, & tectis, vt *Ce-*
C *lata virtus.* Horat. oda 9. lib. 4. & in Catal.
Quis te celata cum face vidit amor?
De lapsu temporis Ouid.
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.
Idem el. 7. lib. 3. Trist.
Iniicietque manus formæ damnosa senectus
Quæ strepitum passu non faciente venit.
Iuuenal. *Obrepit non intellecta senectus.* Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Iam subrepit iners ætas.*

Et *veniat formæ ruga sinistra tuæ.*] contra eleg. 2. libr. 2.
Hanc vtinam faciem nolit mutare senectus.
D *Veniat ruga*, fiat, & sit facies tua rugosa, vt eleg. 4. supra: *Veniet prouincia.* Sic Ouid. 2. de arte amandi:
Et tibi iam venient cani, formose, capilli,
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Ruga, quæ arat senum faciem cum laxatur cutis. Ouid. eleg. 7. lib. 3. Trist.
Ista decens facies longis vitiabitur annis,
Rugaque in antiqua fronte senilis erit.
Tibull. el. 2. lib. 2.
Vincula quæ manent semper dum tarda senectus
Inducat rugas, inficiatque comas.
Ruga, propriè in veste πτύξ, πτύγμα; *vn pli.* In-
E de rugæ frontis; ἀμαρυγαί, συνοφρύς. & Gallis contracto vocabulo *Rides. Sinistra formæ tuæ*, inimica, noxia, contraria. ductum à quibusdam auibus quæ sinistræ infastæ sunt. Sic Virg. 1. Georg.
Arboribusque satisque Notus, pecorique sinister.
id est, noxius, inquit Seruius. & 11. Æneid.
Cuius ob auspicium infaustum, moresque sinistros.
id est, contrarios, inquit idem Seru. Ouid. ep. Cydippes: *Et fuit ad nostras hora sinistra vias.* Suet. in Tiberio cap. 25. *Quando mihi sinistra fortuna filios eripuit.* Sinistrum à sinendo Seru. in 2. Æn. Festus in *Sinistræ aues.* De auspicio sinistro videndus Cic. 2. de diuin.

A VELLERE *tum cupias albos à stirpe capillos.*] Id est. Volsellis stirpitus extrahere. nam à vellendo volsellæ. Sic *vellere pilos.* Horat. ep.1. lib.2. & *Vellunt sibi barbam Lasciui pueri.* sat.3.lib.1. Tibull. eleg 8. lib.1.

Tollere tunc cura est albos à stirpe capillos,
Et faciem dempta pelle referre nouam.

Macrob. cap.5. libr.2. Sat. dixit, *legere canos.* agens de Iulia de qua refert historiam Beroaldus ad hunc locum. Græcè Τρίχας τίλλειν est depilare, quod fiebat Cinædis. Plaut. Curcul. sc.2. act.2. *Iam ego istos fictos, compositos, crispos, cinnos tuos vnguentatos vsque è cerebro euellam.* & in luctu comam vellebant, vt Mart. lib.2.

B *Et dextra pectus pulsat, & comam vellit.*

Ductum à plantis & herbis, quæ radicibus hærent, & inde eruuntur Virg.3. Æneid.

Quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur. Alludit autem ad fabellam Gabriæ in tetrastichis:

Ερωμανὴς δύ' εἶχεν ἀνὴρ μεσόπολις,
Χείρω δ' ἐγηροχᾶτο πάλη ζ, τερόπεν·
Η μὲν μέλαινας, ἡ δὲ λευκὰς ἐκφέρει:
ἐξ ὧν ψιλωθεὶς πᾶσαν ἐσχίσθη κόμας.

A stirpe vellere. stirpitus extrahere Cic.4. Tusc. quod vno verbo exstirpare. Seruius in illud 1. Georg.

C *Hinc à stirpe pedes temo protentus in octo.*

id est, à radice, inquit, vel ima summitate. *Albos capillos*, Horat. *Capitis niues* dixit. vnde *Alba senecta*, eleg.5. sup. vers.24.

A SPECVLO *rugas increpitante tibi.*] Liber Beroaldi habet. *Et*, quæ vera lectio, hac sententia: Tum cupias vellere albos capillos, & speculo (illos) increpitante, & increpitante rugas. nam, *Et*, geminandum. vel *A speculo*, est, post speculum, quod rugas tibi increpitarit, vel postquam speculum increpitarit rugas tibi. vt eleg. 16. lib.1. *A longis tristior excubiis.* vel vacat, vt eleg.27. lib.2. vers.11. Aliâs legitur, *Ah*, quod est miserantis. *Increpitante*, velut exprobrante. D nam quasi conuiciatur speculum deformi. Ouid. de Medicamine faciei:

Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit:
Et veniet rugis altera caussa dolor.

Idem eleg.7. lib.3. Trist.

Cumque aliquis dicet, fuit hæc formosa, dolebis
Et speculum mendax esse querere tuum.

EXCLVSA *inque vicem Fastus patiare superbos.*] sic Ouid.3. de arte amãdi minatur suæ Nemesin:

Tempus erit quo tu, quæ nunc excludis amantes,
A *Frigida deserta nocte iacebis humo.* Catull.

Nunc audax caue sis: precesque nostras,
Oramus, caue despuas, Ocelle,
Ne pœnas Nemesis reposcat à te.
Est vehemens Dea, lædere hanc caueto.

Tibull. eleg.8. lib.1.

At te pœna manet nisi desinis esse superba.
In vicem. Sic Horat. sat.3. lib.1.
Ignoscent, si quid peccauero stultus, amici;
Inque vicem illorum patiar delicta libenter.

vbi & *patiar delicta*, vt *Fastus patiare.* Idem eodem sensu oda 15. epod. quo hîc Propertius.

Eheu translatos alio mœrebis amores.
B *At ego vicissim risero.*

ET *quæ fecisti, facta queraris anus.*] Dilogia & *facta anus*, & *facta queraris.* Alterum feminino genere, singulari numero; alterum numero plurali genere neutro. *facta anus*, vt eleg. 9. lib.2. vers.8. *Facta queraris*, vt eleg.18. libr.1. vers.26.

HAS *tibi fatales cecinit mea pagina diras.*] Id est. Indixit, vel prædixit. aut quia certo carmine diræ conciebantur, vt Plutarch. in Crasso, & Appian. in Parthico docet. Tibull. el.7. lib.2.

Tunc tibi lena precor diras, satis anxia viuas,
Moueris è votis pars quotacunque Deos.

diras dixit, mox *vota.* Lucan. lib.3.

C *Crassumque in bella secutæ*
Sæua tribunitiæ vouerunt prælia diræ.

Seruius in 3. Æneid. Furiæ & canes apud inferos; apud superos diræ & canes; in medio Harpyiæ. Idem in 4. Diræ in cælo; furiæ in terris; Eumenides apud inferos. Idem in 8. Diræ, sunt vltrices Deæ. *Fatales.* an immutabiles? an exitiales? sic Virg.2. Æneid.

Scandit fatalis machina muros. Cic.2. Philipp. *Quoniam domi tuæ est, quod fuit eorum vtrique fatale.*

EVENTVM *formæ disce timere tuæ.*] Id est. Id quod formæ tuæ debet euenire, nempe, rugas, & canos. supra hac elegia.

Et veniat formæ ruga sinistra tuæ.

D *Disce timere*, fac timeas; & incipe id conari, quod non consueuisti, vt eleg.11. sup.

Tu nunc exemplo disce timere meo.

Disce timere, quia saltem malo imminenti admoneri debes, cum instet tibi deformis senectus. Sic ipse eleg. ult. lib.4.

Discite venturam iam nunc sentire senectam.

Vaticinatus autem, hoc est, hallucinatus est Propertius. nam Cynthia non consenuit; sed mox interiit, vt intelligitur ex elegia 7. lib.4.

FINIS LIBRI III.



PRAELECTIONES SOLENNES PASSERATII, IN PROPERTII LIBRVM IIII.

Separatur ab aliis hic liber; nam eleg. 13. libr. 2. inquit.
Sat sit magna mei si tres sint pompa libelli.

AD ELEGIAM I.



HOC *quodcunque vides, hospes, quam maxima est.*] Blande hospitis nomine compellabant ignotos. Varro apud Nonium in *Miras. Hospes, quid miras animo iurate Serapin.* alias, *Namo.* Cicer. in Bruto. *Hospes, non pote minoris.* peregrini nomen minus est, & nihil religionis habet, & aduenæ nomen odiosius, quia sedes sibi capit, cum hospes ad tempus moretur unde Hospes vbique in monimentorum inscriptionibus. Bene, *Hospes*; quia hospites & peregrini rerum nostrarum ignari sunt, ideoque monendi. vnde Cicero pro Milone: *Hospitem esse & aures peregrinari.* & Academ. poster. *Nos in nostra vrbe peregrinantes, errantesque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt, vt possemus aliquando qui, & vbi essemus agnoscere.* Donat. in Phorm. act. 4. sc. 2. ad ea verba. *Dum hunc adorior hospitem.* Astutè hospitem, inquit, de eo qui superuenit. nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum scientia. Sallustius: *Vitam sicut peregrinantes transigere.* Hæc Donat. Hospes etiam prænomen fuit, in eo qui peregri apud hospitem natus erat T. Probus. τὸ *Hoc* δεικτικῶς. Varro ἐγκαλῶ tuam fidem, apud Nonium in *Tutanus: Tutatus hoc, Tutanus Romæ nuncupor. Hoc quodcunque vides*, vt Cic. 6. de Rep. *Cuius est templum hoc omne, quod conspicis.* Lucan.

Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moueris.

Seneca Hippolyto: *Calibem vitam probet.*

Sterilis iuuentus hoc erit quidquid vides,
Vnius aui turba, & in semet ruet. Lucret. lib. 2.
Qualibus in tenebris vita, quantisque periclis
Degitur hoc aui quodcunque est. Virg. 1. Æneid.
Tu mihi quodcunque hoc regni. &c. *Quàm maxima Roma.* τὸ *Quam* etiam comparatiuo & superlatiuo iungitur. alias legitur, *Quæ.* Roma autem quam maxima, vt Virg. 2. Georg.

Et rerum facta est pulcherrima Roma.

A & 7. Æneid. *Nunc maxima rerum Roma colit.* Horat. carm. sec.

Possis nihil vrbe Roma Visere maius.

Ipse eleg. 11. lib. 3.

Septem vrbs alta iugis, toto quæ præsidet orbi.

Roma Græcum nomen, Latinum *Valentia.* vide Festum in Roma. & Dionys. Dicta & *Cephalon.* Festus ibid.

ANTE *Phrygem Aenean collis & herba fuit.*] Id est. Ante Æneæ Phrygis in Italiam aduentum. nam inde repetit vrbis incunabula, vt Virg. 1. Æneid. & Liuius lib. 1. Ouid.

Et profugum Aenean altæ primordia Romæ.

Phrygem dixit in laudem, cum sæpius in vitium vsurpetur, nam, vt ait Ausonius:

B *Barbarus est Lydus, fallax Geta, femineus Phryx.*

dicitur à Virg. Tros, Troius, Dardanus, Laomedontius. Ipse eleg. vlt. lib. 2.

Qui nunc Aeneæ Troiani suscitat arma.

ab Æneæ quodam comite conditam vrbem occupato monte Palatino ait Festus in *Roma. Collis & herba fuit.* ἓν διὰ δυοῖν. pro, Collis herbosus. vt eleg. 4. lib. 3. *Classos cladesque piate.* & collis fuit vel propter palatium, vbi primum Euander habitauit, vel est enallage numerorum. Tibull. eleg. 5. lib. 2.

Sed tunc pascebant herbosa palatia vaccæ.

& eleg. seq.

Carpite nunc tauri de septem montibus herbas.
C *Dum licet, hic magnæ iam locus vrbis erit.*

Ouid. 1. Fast.

Hic vbi nunc Roma est, tunc ardua sylua virebat,
Tantaque res paucis pascua bubus erant.

& 5. Fast.

Exsul ab Arcadia Latios Euander in agros
Venerat, impositos attuleratque Deos.
Hic vbi nunc Roma est orbis caput arbor & herba,
Et paucæ pecudes, & casa rara fuit.
ATQVE *vbi nauali stant sacra palatia Phœbo,*
Euandri profugæ procubuêre boues.

Sic Ouid. 3. de arte amandi:

Quæ nunc sub Phœbo, ducibusque palatia fulgent:
Quid nisi araturis pastua bubus erant?

Stant palatia, ardua conspiciuntur, vt Virg. 6. Æneid. *Stat ferrea turris in auras.* & Horat. oda 3. lib. 3. *Stet capitolium fulgens.* *Palatia.* enallage numerorum, vt el. 9. lib. 3.

Celsaque Romanis decerpta palatia tauris.

vbi adnotn quid, & vnde palatiom. *Sacra Phœbo*, Apollini dicata, cui templum illic constructum ob naualem ad Actium victoriam, cuius meminit eleg. 11. lib. 3. vers. 69. & eleg. 6. infra vers. 11. vbi vide adnot. *Nauali Phœbo* ita dicitur vt *nauales focij*, & *Nauales Etesiæ* Varroni apud Nonium in *Autumnitas*. *Euandri.* de eius in Italiam aduentu Festus in *Romam*. Ouid. 1. 4. & 5. Fast. Liuius lib. 1. & Dionys. lib. 1. Varro 4. de ling. Lat. ab eo etiam Romam conditam quidam putarunt, vnde Virg 8. Æneid.

Tum pater Euandrus Romanæ conditor arcis.

Mercurij & Nymphæ Ladonis filium facit Pausan. in Arcadicis. & *Palatinus* dicitur à Virg. 9. Æneid. quia in palatio habitarit. *Profugæ boues*, quæ actæ à profugo domino, vel procul à patria sua errantes. Seruius enim in illud 1. Æn. *Italiam fato profugus.* Profugus est, inquit, qui procul à sedibus suis vagatur, quasi porro fugatus, quod & ipse Virg. 7. Æneid. indicat:

Quinetiam patria excussos infesta per vndas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere Ponto.

Sic infra hîc *Profugos penates* vocat, & Tibull. eleg. 6. lib. 1. *Profugas rates.* & Horat. *Profugos Scythas*, sponte vagantes. de Euandri exsilio Ouid. 1. Fast. & Euander ipse apud Virg. 8. Æneid.

Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuere locis.

Pausan. in Arcad. deductam tantum ab Arcadia in Italiam coloniam scribit. *Concubuere*, simul procubuere, vt fessæ de via. honestum enim verbum vsus turpe fecit. Inde *Concubium* à concubitu dormiendi causa, inquit Varro 6. de ling. Lat. Sic eleg. 9. infra *Quæris concubitus*, discubitus.

F I C T I L I B V S *creuere Deis hæc aurea templa.*] Id est. In hanc altitudinem & maiestatem venere ex illis vbi fictilia Deorum erant simulacra. quia vna cum imperio aucta est amplitudo templorum. nam ἐκ ex subauditur vt el. 31. lib. 2. vers. 11. *Auro currus.* *Hæc aurea templa*; vbi cuncta auro illita, aurata lacunaria, & aurea simulacra. vt eleg. 31. lib. 2. vers 1. *Aurea porticus.* Ouid. 1 Fast.

Nos quoque templa iuuant, quamuis antiqua probemus,
Aurea. maiestas conuenit ipsa Deo.

Idem ibid.

Flamma nitore suo templorum verberat aurum.

& 6. Fast.

Aurea possedit socio capitolia templo Mater.

& in epicedio Tibulli.

Aurea sanctorum potuissent templa Deorum
Vrere.

Virg. 8. Æn. *Ad Capitolia ducit*
Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.

Deis, pro Diis. Ouid. 1. Fast.

Hæc sunt Ledæis templa dicata Deis.

Deos autem pro simulacris ipsis dici adnot. ad
A illud el. 6. lib. 2. *Desertos occupat herba Deos.*
Fictilibus, è luto figuli rota conformatis, vt eleg. 5. libr. 3. *Sileni patris imago fictilis.* Plin. cap. 7. lib. 34. ante deuictam Asiam Romæ simulacra Deorum, ait, fuisse lignea, aut fictilia. de fictilibus vide eundem cap. 12. libr. 35. Cato apud Liuium initio libr. 34. pro lege Oppia: *Antefixa fictilia Deorum Romanorum irridentes.* Varro lib. 11. de vita Pop. Rom. *Quid inter hos Ioues intersit, & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere. & horum temporum diuitias, & illorum paupertates.* Ouid. 1. Fast.

Iuppiter angusta vix totus stabat in æde,
B *Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.*

Iuuenal. sat. 11.

Hanc rebus Latiis curam præstare solebat,
Fictilis, & nullo violatus Iuppiter auro.

Erant & Dij lignei veteribus de quibus Tibull. eleg. vlt. lib. 1. Sed Plutarch. in Numa, Templa & Sacella Romanorum negat annis fere centum septuaginta vllam habuisse pictam, aut fictam Deorum imaginem.

N O N *fuit opprobrio facta sine arte casa.*] Id est. Exstructa è rudibus lignis, nec expolitis ascia, nec pictis, & auratis. ἄνευ τέχνης, ἀτέχνως. Fab. C cap. 18. lib. 2. *Nec fabrica sit ars. Casas enim primi sine arte fecerunt.* vt ipse el. 9. infra:

Et facilis spargi munda sine arte, rosa.

Ouidius in ep. Phœdræ. *Positique sine arte capilli.* Mart. ep. 47. libr. 10.

Conuictus facilis, sine arte mensa.

Contra Tibull. el. 1. lib. 2.

Turbaque vernarum, saturi bona signa coloni
Ludet, & è virgis exstruet arte (Architecti) *casas.*

Idem Tibull. eleg. 6. lib. 2. de casa Romuli, quæ hîc significari videtur:

Et stabant humiles in Iouis arte casæ.

Virg 8. Æn.

Romuleoque recens horrebat regia culmo.

D Ipse el. 16. lib. 2. —— *& ipse*
Straminea posset dux habitare casa.

Petron.

Vilis seruus habet regni bona, cellaque capti
Deridet Festam Romuleamque casam.

vide Liuium lib. 1. & præcipuè Dionys. libr. 1. de ea casa, quæ ad ipsius stetit ætatem. *Non fuit opprobrio*, Turpis habita non est, nec id probri obiectum loco. quia nunc paupertas tanquam vitium exprobratur, qua olim gloriabantur Horat. oda 24. lib. 3.

Magnum pauperies opprobrium.

Sic Ouid. el. 1. libr. 2. Trist.

Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo.

esse opprobrio, dedecori, infamiæ. vide, quid
E opprobrium eleg. 11. lib. 3. vers. 29.

T A R P E I V S Q V E *pater nuda de rupe tonabat.*] Id est Iuppiter arcis Tarpeiæ præses, qui postea dictus Iuppiter Capitolinus. vide adnot. ad el. 11. libr. 3. vers. 45. *Pater*, & *Pater ipse*, de Ioue. Horat. oda 2. lib. 1.

Iam satis terris niuis atque diræ
Grandinis misit pater.

Virg. 1. Georg.

Ter pater exstructos disiecit fulmine montes.

Tonare dicitur Iuppiter, vt apud Horat, oda 5. lib. 3. *Cœlo tonantem credidimus Iouem.* & oda 2. epod.

At cum tonantis annus hybernus Iouis.

Cicero: *Ioue tonante & fulgurante.* Ioui tonanti ædem in Capitolio dedicauit Augustus Suet. Mart. epigr.25. lib.9. de eo:

Sic tonat ille Deus tum sine nube tonat.

Tonare etiam fulmina dicuntur el. vlt. lib.2.

Nec si consulto fulmina missa tonent.

Nuda de rupe, inornata, intecta, sine ædificiis, vel frigida. vt Virg. ecl. 1. *Ab silice in nuda.* Sueton. in Tiberio cap.17. *In nudo cespite cibum capere.* Tibull. el.2. lib.1.

Mollis & in nuda sit mihi somnus humo.

sic vet. lib. Virg. 2. Æn. *Nudoque sub ætheris axe.* id est, aperto. *De rupe*, ex edito loco, & saxo Tarpeio. de quo eleg.11. lib.3. vers. 45.

Et *Tiberis nostris aduena bobus erat.*] *Tiberis*, vel à Tiberino rege. vt Ouid. 2. Fast. vel à rege Thybri, vt Virg. 8. Æneid. olim dictus *Albula*; & *Rumon*, & *Serra* in sacris: Seruius in 8. Æneid. *Erat aduena*, quasi peregrinus; quia *Necdum vltra Tiberim belli sonus*; vt ipse ait eleg. 11. infra. vers.27. Iuuenal. sat.8. *Et qua*

Imperij fines Tiberinum virgo natauit.

vide adnot. ad eleg. pen. lib.1. de Hetruriæ notatione ex Seruio. Inde in 12. tab. *Trans Tiberim venundari.* Gell. cap.1. lib.20. Ouid. 2. Fast.

Qua petis æquoreas aduena Tibris aquas.

& 3. Fast.

Non procul à ripis, aduena Tibri, tuis. & 5. Fast.

Et perenni lentes, aduena Nile, tuæ.

Pomponius L. Pupillus. §. aduena. de verb. signi. Aduena, quem Græci ἄποικον appellant. ἀποικίω, procul absum, peregri habito, mittor in coloniam. vnde aduena dicitur Æneas 12. Æneid. At Tiberis caput extra Latium, inquit Varro 4. de ling. Lat. vnde Virg. 8. Æneid.

Quis te cunque lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenent, quocunque solo pulcerrimus exis
Corniger Hesperidum. *Nostris bubus.* Romanis tauris eleg.9. lib.3. vers. 49. sic eleg.11. libr. 3. vers.41. *Ioui nostro.* & el. 32. lib.2. *Nostra puellæ.* vers 51. ad hunc sensum Ouid. 5. Fast. inducit Tyberim ita loquentem:

Hæc loca desertas vidi sine mœnibus herbas.
Pascebat paucos vtraque ripa boues.

Qvo *gradibus domus ista Remi se sustulit olim.*] Id est, quantam ad magnitudinem sensim, & veluti per gradus euecta est, & gradatim ac paulatim ascendit? *Domus Remi*, Roma, vbi Remo cum fratre Quirinus habitauit. Sic Virg. 1. Æneid. *Domus Assaraci*, Horatio & Ennio: *Domus Pirami*, & *Domus Anci.* & in Lucani Genethliaco Statius.

Dices culminibus Remi vagantes
Infandos domini nocentis ignes.

Remus sæpe pro Romulo, vt Iuuenal. sat.10.

Sed quid turba Remi? sequitur fortunam, vt semper
Damnatos. Catull. *Remi nepotes.* [*& odit*

vide eleg.1. lib.2. vers.23. & Seruium ad illud 1. Æneid. *Excipiet gentem.* quod confirmatur illo, *Remo cum fratre Quirinus.* &c. An *domus Remi*, Palatina arx? an Capitolium? an casa Romuli? *Se sustulit*, vt Virg. 9. Æneid.

Dixit, & in cœlum paribus se sustulit alis.

Gradibus. Horat. oda 35. lib.1.

Potens vel imo tollere de gradu *Mortale genus.*

A Cic. 1. de Nat. Deor. *A beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus.* & pro domo sua. *Quibus gradibus ascensus in cœlum.* Albin. ad Liuiam.

Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit;
Sed per mollitos ante timore gradus.

Virg. 1. Æneid. sine translatione.

Aerea cui gradibus surgebant limina.

Vnvs *erat, fratrum maxima regna, focus.*] vel vnica faustuli educatoris casa, vel etiam ipsius Romuli, de qua dixi hac elegia vers. 6. *Focus*, pro penatibus, quorum est sedes, & *penates*, pro domo. Sic el.1 lib.2.

B *Restituit propriis Androgeona focis.*

An *vnus focus.* quia plures foci esse possunt in eadem domo? *Maxima regna*, amplissima animo possidentium, vt eleg.16. lib.2. vers.28. adnot. & est enallage numerorum, vt supra, *palatia.* & eleg.1. lib. 2. *Regnaue prima Remi.* *Fratrum.* eos *pares reges* vocat el.9. lib.3.

Cvria *prætexto quæ nunc nitet alta Senatu.*] *Curia* & loci nomen, & ordinis. Varro 6. de ling. Lat. *Curiæ duorum generum: vbi curarent res diuinas* (quæ Curia sacrorum dicitur) *& humanas* (qui Senatus) *vt Curia hostilia*; de qua Liuius lib 1. Virg 7. Æneid.

C *Hoc illis Curia templum; Hæ sacris sedes epulis.*

Seruius ad illud 8. Æneid.

Romuleoque recens horrebat regia culmo.

Curiam calabram dicit, quam Romulus texerat culmis; ad quam calabatur, id est, vocabatur Senatus, & populus à rege sacrificulo. Varro libr. 2. vita populi Rom. apud Nonium in, *Curia. Itaque propter curam locus quoque, quo suam quisque senator confert, Curia appellatur.* Idem 6. de ling. Lat. *Curia vbi Senatus remp. curat.* Illa etiam Curia dicitur; vbi cura sacrorum publica. Festus: *Curia locus vbi publicas curas gerebant: & Curia Calabra, vbi ratio tantum sacrorum habebatur.*

D Græcis βουλὴ, & βουλευτήριον. Ouid. 3. de arte amandi:

Curia consilij nunc est dignissima tanti
De stipula Tatio regna tenente fuit.

ipse eleg.4. infra:

Murus erant montes, vbi nunc est curia septa.

Aliæ erant curiæ in quas populus diuisus. *Alta*, cœlo minans, superba. nam in edito loco surgit. vt eleg.9. lib.3. *Celsa palatia.* Ouid. 2. Met.

Regia solis erat sublimibus alta columnis.

Sic Virg. 7. Æneid. de curia Regis Pici:

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.

Nitet, vel exculta est, vel ob splendorem pur-

E puræ; vel quod inaurata. *Prætexto Senatu*, vt apud Festum *Prætextus sermo*, & Horat. in arte:

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Prætexta, περιπόρφυρος; dicta quod ei latior purpura prætexeretur: Isidor. cap.24. lib.19. ea ab Hetruscis: Liuius libr. 1. Prætexta autem vtebantur, qui eam habebant iure magistratus, vel qui ludos faciebant, vt ait Festus. Fab. declam. 340. *Prætexta, non libertatis modo, sed & dignitatis insigne.* vbi sacra dicitur magistratibus sacerdotibus, & pueris. Magistratibus autem, & qui eos gesserant, ius erat in Senatum veniendi etiamsi nondum Senatores essent: Festus in, *Qui patres.*

& *Latus clauus*, insigne Senatoriæ dignitatis, nihil aliud quam prætexta vesti latior purpura. Prætextæ periphrasis est apud Catull. in Ariadna: *vestis Candida purpurea talos incinxerat ora.* Senatus, & Senatores à senectute, quod sit consilium ex senibus publicum. Cic. in Catone, Liuius libr. 1. Plutarch. in Romulo. & Festus in *Senatores.* Ouid. 5. Fast.

Nec nisi post annos patuit tunc Curia seros.
Nomen & ætatis mite Senatus habet.

At Isidor. lib. 9. ex Seruio in 5. Æneid. à sinendo, quod agendi facultatem Senatus dabat.

PELLITOS *habuit rustica corda patres.*] Appositio. *Patres, rustica corda*, id est animos agrestes, vt Virg. 7. Æneid. *Animos accendit agrestes.* *Rustica*, horrida, inculta, vide el 5. lib. 2.

Rusticus hæc aliquis tam turpia prælia quæras.

sic Virg. ecl. 2. *Rusticus es Corydon.* *Patres*, Senatores, vt eleg. 11. libr. 3.

Addictos in sua regna patres.

ab ætate scilicet, & cura tuendi ciues tenuiores quasi liberos. Ouid. 5. Fast.

Romulus hoc vidit; selectaque corpora patres
Dixit, ad hos vrbis summa relicta noua.

Pellitos, vocat, vt pastores, & aratores. nam vt ait Ouid. 1. Fast.

Pascebatque suas ipse Senator oues.

Ipse el. 13. lib. 3. de vestibus priscorum:

Hinnulei pellis totos operibat amantes.

Cic. pro M. Scauro apud Ascon. *Pellitos testes* vocat Sardos, pro agrestibus opinor, & inhumanis.

BVCCINA *cogebat priscos ad verba Quirites.*] Coouocabar ad concionem. Nonius in *Cogere*, in vnum colligere, inter alia exempla hoc ponit Lucilij: *Rauco concionem sonitu, & curuis cogant cornibus.* De aduocanda autem concione, & per accensum, & per cornicinem multa Varro 5. de lingua Lat. vt de cogenda multitudine, & coactis hominibus M. Tull. pro Cæcina, multis locis. Isidor. cap 4. lib. 17. *Bucina est qua signum datur in hostes, dicta a voce, quasi vocina. nam pagani, agrestesque ad omnem vsum buccina ad compita vocabantur. propriè ergo hoc agrestibus signum fuit. de quo Persius Buccina iam priscos cogebat ad arma Quirites.* (hunc locum intelligit vnde corrigendus Isidorus in Persij nomine & hic versus.) *huius clangor buccinum dicitur.* hæc Isidor. Veget. cap. 5. lib. 3. *Tuba quæ directa est appellatur, Buccina quæ in semetipsa æreo circulo flectitur.* Virg. 7. Æneid.

Pastorale canit signum cornuque recuruo
Tartaream intendit vocem. & mox.
Qua buccina signum Dira dedit.

vbi buccinam, & cornu consundit, quod Vegetius separat. Idem 11. Æneid.

Bello signum ad rauca cruentum Buccina.

vbi Seruius: *Buccina insonans sollicitudinem ac bella denunciat.* Apuleius Florid. 3. apertè à tuba distinguit. Festus: Buccina, quam Græci buccanen, à vocis similitudine dicitur. Idem in *Lituus*, Lituum ait esse buccinæ incuruæ genus. Ouid. 1. Met. de eius forma.

——*caua buccina sumitur illi,*
Tortilis, in latum quæ turbine crescit ab imo.

Cic. pro Mur. *Te gallorum, illum buccinatum cantus exsuscitat.* & alibi buccinatorem commemorat. Varro 5. de ling. Lat. *Buccinator à vocis* (bouis) *similitudine, & cantu dictus.*

CENTVM *illi in prato sæpe Senatus erat.*] Ouid. 3. Fast.

Inde patres centum denos secreuit in orbes
Romulus.

Festus in *Senatores*: *Senatores à senectute dici constat, quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio remp. administraret.* Isidor. lib. 9. *Patres conscripti, quia dum Romulus decem curias* (lege *decurias*) *Senatorum elegisset, nomina eorum præsente populo in tabulas aureas* (lege, *areas*) *contulit, atque inde patres conscripti vocati.* Idem cap. vlt. lib. 19. In calceis patriciis ait Lunam, non sideris formam, sed notam centenarij numeri fuisse, quod initio centum patres fuerint. Additi & centum alij à Tarquinio 5. Rom. rege. Liuius lib. 1. *Centum in patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati.* Deinde Brutus ad trecentorum numerum auxit. Idem Festus in *Qui patres* ait regibus expulsis P. Valerium trecentorum numerum expleuisse. Liuius initio lib. 2. sed Dionys. lib. 2. de iis centum, & quomodo lecti legerentur, qui & additos alios centum receptis in ciuitatem Sabinis ait. Idem lib. 3. Tertios centum ait additos à Tarquinio Prisco. *Illi.* An circumflexè, pro illic aduerbium vt sæpe notauit Intetpres Terentij Donat. & Seru. ad 11. Æneid. Illic autem, pro tunc accipitur. *In prato*, quia sub Ioue durabant prisci illi, vt ait Ouid. 2. & 3. Fast. & quia plerique Senatores tum pastores erant. *Pratum*, quia sine opere paratum Varro 4. de ling Lat.

NEC *sinuosa cauo pendebant vela theatro.*] Id est demissa erant ita vt fluitarent. vt el. 6. lib. 3.

Mœstam teneris vestem pendere lacertis.

Ouid. 1. de arte amandi:

Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro.

Virg. 1. Georg.

Dum sicca Tellure licet, dum nubila pendent.

Sinuosa vela, laxa, vt Sinuosa vestis Ouid. 5. Metam.

Vstatumque tamen (telum) *sinuosa veste pependit.*

de velis theatralibus vide adnot. eleg. 18. libr. 3. vers. 13. *Velaria* dicuntur Iuuenali sat. 4.

Oppansum velum, in scena quod vndique panditur. Vet. Lexicon. *Cauo theatro*, à forma scilicet; ac simul alludit ad eum locum, vnde spectabat populus, caueam scilicet. nam à cauo, cauea, & cauædium: Varro 4. de ling. Lat. & *theatrum* à θεᾶσθαι, spectare, vnde à Seruio in 5. Æneid. *Spectaculum* exponitur, à Cassiodoro *visorium*; quia scenici soli audiuntur; gladiatores, venatores, circenses spectantur: vel quia auscultare, & spectare idem.

PVLPITA *solennes non oluere crocos.*] Id est. Odorato croco perfusa non fuere. Ouid. 1. de arte amandi:

Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

& Mart. ep. 39. lib. 9.

Lubrica Corycio quamuis sint pulpita nimbo.

Pulpitum, inquit Isidor. cap. 4. lib. 15. *Quod in eo lector positus in publico conspici à populo possit, vt liberius audiatur.* nugæ. Vitruuius libr. 8. cap. 5. Pulpitum est quod λογεῖον Græci appellant: le-

gendus Pollux lib. 4. cap. 19. ver. gloff. *Pulpitum, θυμέλη, σανίδωμα ἐπίπεδον.* Horat. in arte.

Traxitque vagus per pulpita veftem.

& ep. 1. lib. 2.

Quam non adftricto percurrat pulpita focco.

Illic reciraffe & Grammaticos fignificar ep. 19. libr. 1.

Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor.

Oluere crocos, vt Horat. *Paftillos Rufillus olet.* cum 6. cafu etiam iungitur, vt el. 7. infra verf. 32. *Nardo oluere.* vnde Antonius Mufa apud Senecam patrem, Sparfiones vocat, *Odoratos imbres. Crocos folennes*, qui fparguntur ludis foleonibus, fiue anniuerfariis, & qui ftatis fiuot diebus. Feftus in *folenne.* Sic Virg. 3. Æneid.

Sollennes dapes. & 8. Æneid. *Solennem honorem.* vel, Sollennes, vt inquit Lipf. Amphith. cap. 16. quod in omnibus fpectaculis id fieri confueuerat. De fparfione croci legendus ibidem Lipfius. Martial. ep 3. Amphitheatri.

Et Cilices nimbis hic maduere fuis.

Idem ep. 26. libr. 5.

Hoc, rogo, non melius quam rubro pulpita nimbo
Spargere, & effufo permaduiffe croco.

Horat. ep. 1. lib. 2.

Recte necne crocum, florefque perambulet Attæ
Fabula. meminit Spartianus in Adriano. Notat Scaliger ad hunc locum fieri illam expreffionem croci per fiftulas latentes, quem videfis.

NVLLI *cura fuit externos quærere diuos.*] Id eft, nemo id curabat, & eius rei curiofus erat. *Cura quærere*, vt Virg. 1. Æneid. *Cura penum ftruere.* & eleg. 2. libr. 1. *Studium conquirere. Quærere*, longe arceffere, vt eleg. 17. lib. 1.

Optatos quærere Tyndaridas.

Externos diuos. Aduenas Deos vocat Cicero 2. de leg. & *alienigenas*, qoos coli prohibet. Liuius lib. 39. *Quoties hoc patrum, auorumque ætate negotium eft magiftratibus datum, vt facra externa fieri vetarent?* vnde & ipfe eleg. 33. libr. 2. Ifidi vt externę Deæ minatur fugam. Id crimen obiectum Socrati, & fuperftitionis externæ rea Pomponia Græcina, Taciti lib. 3. Annal. Liuius tamen lib. 1. vna tantum facra peregrina fufcepiffe Romulum ait, Herculis fcilicet ab Euandro.

CVM *tremeret patrio pendula turba facro.*] Id eft. Sufpenfa effet Deorum metu & religione. vt Horat. ep. 18. libr. 1.

Aut fluitem dubiæ fpe pendulus horæ.

nam in fpe, & metu pendet animus, & pendemus animo. An *pendula*, attenta, quia hoc agere iubebatur: vt *Pendetque viri narrantis ab ore?* prior fententia potior. nam, vt ait Srarius, *Primus in orbe Deos fecit timor.* & Lucret. lib. 5.

Cætera quæ fieri in terris cœloque tuentur
Mortales, pauidis cum pendent mentibu' fæpe,
Efficiunt animos humiles formidine Diuûm,
Depreffofque premunt ad terram.

Inde *Religio*, pro metu, & contra Ouid. 5. Faft.

Ille memor ritus veteris, timidufque Deorum
Surgit. *Sacro patrio*, re diuina more, ritnqoe patriæ facta. Cic. pro Murena: *A patriis facris Iunonis auocare.*

ANNVAQVE *accenfo celebrare Palilia feno.*] Et nulli tunc erat curæ tam magnificè celebrare palilia, ftructo igne ex fœno, per quem faltarent. *Annua Palilia*, follennia, vt eleg. 4. infra. *Annua paftorum conuiuia.* Victorinus Afer, à patiendo, & partu pecorum palilia, & Dionyf. lib. 1. alij à Pale, Dea paftorum Palilia, quod & Feftus in *Pales* ait. Varro 5. de ling. Lat. Palilia à Pale, vt Cerealia à Cerere. Charif. lib. 1. Seruius in 1. verfum 3. Georg. Palilia vndecimo Calendas Maias celebrari folita fcribit, qui dies vrbi natalis, vt ait infra eleg. 4.

Vrbi Feftus erat, dixere Palilia patres.
Is primus cœpit mœnibus effe dies.

Varro apud Interpretem Perfij in illud fat. 1.

Et focus, & porci, & fumofa Palilia fœno.

Palilia tam priuata, quam publica funt apod rufticos, vt congeftis cum fœno ftipulis ignem magnum tranfiliant, his (Palilibus) fe expiari credentes. Leg. Ouid. 4. Faft. Plutarch. in Romulo: meminit Sueton. in Caligula cap. 16. Varro cap. 5. lib. 2. de re ruftica, Palilibus ait affes folui folitos. *Fœno accenfo.* vt eleg. 4. infra:

Flammantis fœni acernos Traiicit.

QVALIA *nunc curto luftra nouantur equo.*] Id eft; Quam magnificè noftro fæculo cenfio & luftratio equitum quinquenniis fit. *Luftrum*, inquit Varro 5. de ling. Lat. nominatum quinquennale tempus, à luendo, id eft, folnendo, quia quinto quoque anno vectigalia, & vltro tributa per cenfores foluebantur. Ifidor. ex Seruio in 1. Æneid. Luftrum quod vrbs quinto quoque anno luftrabatur. Feftus in *Luftra.* Luftrum ait modo tempus quinquennale, nunc populi luftrationem fignificare. hic autem pofteriore fignificatione accipiendum monet Beroaldus, & poft eum Scaliger. *Nouantur*, integrantur, inftaurantur, recentantur. quia veteri luftro condito, nouum fuccedit. fic eleg. 9. infra. *Furta nouare. Curto equo*, Aliqua fui parte mutilo, vt hîc cauda, inqoit Scaliger, & de Octobri equo intelligit. Sic Horat. fat. 6. lib. 1.

——— *nunc mihi curto Ire licet mulo.*

quia cauda muli curtari foleant. & fat 9.

Curti Iudæi, quia pars caudæ falacis illis adempta ferro. & Corn. Celfus cap. 9. lib. 7. Curta vocat illa qoibus aliqua pars deeft. & commune hoc habent Palilia, October equus, & Cauiares hoftiæ quod fanguine equinæ caudæ fit in iis omnibus luftratio. hoc differunt, quod Palilia, & October equus quotannis: Cauiares hoftiæ quinto quoque anno mactabantur, vt intelligitur ex Ouidio 4. Faft. de facri Palilis expiatione.

Sanguis equi fuffimen erit, vitulique fauilla,
Tertia res duræ culmen inane fabæ.

Feftus in *October.* Equus Marti quotannis menfe Octobri in campo Martio immolaeur: cuius caput in Regiæ parietem, vel ad turrim Maniliam figebatur. einfdemque cauda tanta celeritate perferrur in Regiam, vt ex ea fanguis diftillet in focum participandæ rei diuinæ gratia. Idem: Cauiares hoftiæ, quod cauiar pars hoftiæ cauda tenus diceretur, & ponebatur in facrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno. & Plin. cap. 9. libr. 28. Romæ publicis

facris

sacris equum ait immolari solitum. Sed ego non de Octobris equi sacro, nec Cauiaris hostiæ: sed censione equitum lustrica, siue quinquennali hîc agi arbitror, de qua Plutarch. in Pompeio. & curtum equum dixisse, quia is fuerit olim in delicijs, vt & curti muli, & nunc equi auribus mutili.

Vesta *coronatis pauper gaudebat asellis.*] De Vesta dictum ad eleg. 4. libr.3. vers.21. *Pauper* fem. genere, vt Virg.6.Æneid.

Curibus paruis, & paupere terra.

& 12. Æneid.

Pauperque domus. Ouid. in ep. Paridis:

O quoties dices, quam pauper Achaia nostra est.

Varro 7. de ling. Lat. docet non dici pauper, paupera, vt candidus candida. & 4. de lingua Lat. *Pauper*, inquit, *à paulula re.* *Pauper Vesta*, vt eleg.10. libr. 2. *Pauperibus sacris.* *Gaudebat*, valde læta, & contenta erat; vt el.7. lib.2.

Tunc igitur veris gaudebat Græcia natis.

& Horat. oda 14. lib.3.

Vnico gaudens mulier marito. An Vesta dorso asellorum gestari gaudebat, vt Isis, & Cybele? nam eadem terra est. An ei Aselli vt inuisi immolabantur? *Coronatis asellis.* vt eleg.1. libr.5. vers.10. *Coronatis equis.* Plutarch. ἐν ῥωμ. quæst. 48. Consualibus equos, & asellos coronari solitos scribit. Ouid. 6. Fast. de fornacalibus agens.

Ecce coronatis panis dependet asellis,
Et velant scabras sordida serta molas.

vide Festum in *Panis coronabantur.*

Dvcebant *macra vilia sacra boues.*] & sacra ducebantur curru ad templa. Virg.8.Æneid.

Casta ducebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus.

& apud Liuium libr.34. lege Oppia cautum ne vehiculo per vrbem nisi sacrorum publicorum caussa matronæ veherentur. ad eam rem bubus vsi sunt, vt Cleobis & Bitonis docet historia apud Cic.1. Tusc. & Virg.3. Georg.

Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

sententia poëtæ hîc est. Tunc boues sacra ducebant in plaustris paupertinis, at hodie matres ducunt sacra in mollibus pilentis. & argumentum paupertatis est, quod boues macræ, attenuatæ scilicet opere, & aratro. Sic apud Horat. *Macros surdos*, & *Macra vulpecula.* *Vilia sacra*, non contemnenda, sed è vili materia facta simulacra. *Fictiles Deos* supra vocauit.

Parva *saginati lustrabant compita porci.*] Id est: Sues altiles mactabantur lustrandis compitis sine sumptu, & magnificentia. *Sagina* cibus quo opima redduntur animalia: vnde *saginarium* Varroni cap.10. lib.3. de re rust. vbi saginantur pecudes, vel aues. vulgo, *vne mué.* Plaut. initio Mostellariæ: *Este, offercite vos, saginam cædite.* Plin. cap.51. lib.8. *Pinguescunt sues sexaginta diebus, sed magis tridui media ante saginationem orsa.* & cap.18. lib.3. *Nulla re magis crassescunt, quam purgamentis radicum.* & cap.7. lib.27. *Filicis radicibus eos ait pinguescere.* vide Varron. cap.4. lib.2. de re rust. qui ait à partu decimo

A die haberi porcos puros, quos vocant sacros, id est, aptos ad sacrificium, & porcum ait vetus nomen Græcum esse. vide & Columell. cap.9. lib.7. *Lustrabant.* expiabant, purgabant. Festus in lues. à luendo lustrario, qua quid luitur, soluitur ac liberatur (piaculo.) Nonius: lustrare, expiare, vide adnot. ad illud eleg.10. lib.2.

Iam tempus lustrare aliis Helicona choreis.

Compita, inquit Varro 5. de ling. Lat. quod viæ multæ in vnam competant & conueniant. Seruius Compita, triuia & quadriuia. vide notata ad eleg.20. libr.2. vers.22. In Compitis sacra & Festa Compitalia dicebantur, de quibus Ma-
B crob. cap.4. lib.1. Saturn. & cap.7. eiusdem libri: Compitalia Laribus ac Maniæ eorum matri celebrari solita scribit. Plin. cap. vlt. libr. 37. à Seruio Tullio Laribus compita tradit instituta. Inde *Lares compitales* Sueton. in August. cap.31. vide Gellium cap.24. lib. 10. & Festum in *Penem* ex Næuio. Porcus autem vt Telluri & Cereri, sic Laribus immolabatur. Horat. oda 23. lib.3. *Si ture placaris, & horna*
Fruge Lares, auidaque porca. & sat.3. lib.2.
Immolet æquis Hic porcum Laribus.

Tibull. eleg. vlt. lib.1. de Laribus.

Hostiaque è plena mystica porcus hara.

C & in Menæchmis Plauti porci sacres piare dicuntur insanos.

Pastor *& ad calamos exsta litabat ouis*] Sacrificabat ouem, eiusque extis cæsis & porrectis Deos placabat, non, vt nunc, ad tibiam; sed ad fistulam è calamis. tamen fistula etiam sacris adhibebatur Horat.oda 1. lib.4.& Tibull. eleg.1. libr.2. *Litare* propriè est sacrificio facto placare numen, inquit Macrob. cap.5. libr. 3. Saturn. Fest. Litatum, vel solutum quod debitum Deo (à luendo & lustrando) vel à precibus, quas Græci λιτὰς dicunt. Varro apud Nonium *Lutare*, pro litare, & soluere. Idem No-
D nius. Sacrificare, est veniam petere; Litare, propitiare, & veniam impetrare. *Litare exsta*, vt Sueton. in Othone cap. 8. *Litare victimas cæsas diti.* & Virg.4. Æneid. *Sacrisque litatis.* Exsta, inquit Festus, dicuntur quod ea Diis secentur, quæ maximè exstant eminentque. Seru. in 1. Georg. *Tristibus aut extis.* id est, visceribus pecorum. ea Græcis σπλάγχνα, ἢ ἐγκοίλια. cædebantur autem, & porriciebantur: vnde apud Varron. 5. de ling. Lat. *Inter cæsa & porrecta.* de extis Plin. cap.37. lib.11. & eorum ostentis. *Per exsta inuenta præsensio:* Cic. Top. & 2. de Nat. Deor. ea extispicia dicuntur. viuis eripie-
E bantur, & lancibus imponebantur. Virg.

Et viscera viuis
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.

Idem.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exsta.

Idem. *Pecudumque reclusis*
Pectoribus inhians spirantia consulit exsta.

Naruensis quidam, vt aiunt in libris de promiscua Philosophia monstrum verbi hîc confinxit, legitque, *excalitabat oues.* deferendum hoc ad aruspices. *Ouis* dixit, vt hostiæ maximæ. Festus: *Maxima hostia ouilli pecoris appellabatur, non ab magnitudine corporis, sed ab animo placidiore.*

Plin. cap.47. libr.8. *Magna & pecori gratia*, (id eft, ouibus) *vel in placamentis Deorum, vel in vfu vellerum*. Robigalibus autem exfta ouis & caois cremabancur. Ouid. 4. Faft.

Flamen in antiqua lucum rubiginis ibat
Exfta canis flammis, exfta daturus ouis.

& paulo poft.

Tura focis vinumque dedit, fibrafque bidentis
Turpiaque obfcœna vidimus exfta canis.

Verbara *pellitus fetofa mouebat arator.*] Id eft. Agricola pelle veftitus obuiis infligebat flagella ex pelle caprina. *Arator*, quia *fera fodalitas paftoritia, & agreftis germanorum Lupercorum* inquit Cic. pro M. Cœlio. *Pellitus* vt fup. hac elegia. verf.12. *Pellitos patres*. An quia Sacerdotes Herculis pellibos in morem cincti Virg. 8. Æneid. *Mouebat verbera*, quatiebat lora, quod faciunt percuffuri, ita dictum, vt mouere arma, & bella, & *Mars fua tela quatit*. *Verbera*, fcoticas & lora, quibus ferire obuios folebant Luperci. metonymia, vt Virg. 7. Æneid.

Cen quondam torto volitans fub verbere turbo.

id eft, flagro. Ouid. 5. Faft.

Semicaper coleris, fuccinctis faune Lupercis
Cum luftrant celebres verbera fecta vias.

alias, *vellera*. illod malo. Sic Virg. a. Æneid.

Illum ardens infefto vulnere Turnus Infequitur;

vbi Seruius: bonum fchema, vulnus pro telo. à flagrorum crepitu *Crepi* dicti Luperci, vt puto. vide Feftum in *Crepos*. *Setofa*, ex pellibus hifpidis, caprinis fcilicet Iunonis februatæ. lege Feftum io *Februarius*. *Seta*, lana caprina Virg. 3. Georg. *Incanaque menta*

Cinyphy tondent hirci, fetafque comantes
Vfum in caftrorum.

Vnda *licens Fabius facra Lupercus habet.*] Id eft. Cuius aratoris exemplo & hodie Luperci Fabij & Quintilij Panis facerdotes funt. *Licens*, protetuus. difcurrere enim per licétiam quandam & lafciuiam folebant Luperci, vt Liuius fcribit lib. r. fic Seneca Hippolyto.

Cinget (te) *turba licens Naiades improba.*

Sic *violens* Horatio, & *opulens* Aufonio epicedio in patrem, & io otdine clararum vrbium. & in Pareut. *Meminens*. à *Licens* Ciceroui etiam *Licentior*, & *Licentius* dicitut. Quidam Lyceus legunr refereures ad Lyceum Pana, inquit Beroaldus. An *Lycei*, neque enim fyllaba repugnar vt fit, facra Lycei? Pan Deus Romanis Lyceus Ioftin. libr. 43. De Fabiis & Quintiliis Lupercis qui Fabiani & Quintiliani dicuntur Fefto in *Fabiani*, à præpofitis fuis Fabio & Quintilio, quorum hîc Romuli, ille Remi partium erat, Ouid. 2. Faft. de Lupercis, qui pelle caprina Iunouis februatæ feriebaot obuios: Feftus in *Crepos*, & in *Februarius*. Varro 4. de ling. Lat. & 5. Seruius in 8. Æneid. Liuius & Dionyf. libr. 1. Plutarch. in Romulo & Cæfare, & in Rom. quæft. 68. Ooid. 2. Faft.

Lupercaba, quod de capro luebatur. id eft, facrificabatur. Seru. loco antedicto. Fab. cap. 9. libr. r. inueniri, ait, qui lupercalia tres effe orationis partes contendant, luere per caprum. Ouid. à Fauno Lycæo. id eft, vt ego interpretor, Lopetco, qood lupos arceat; vel

A quod efficiat, vt lupi gregibos parcant. vnde Horat. oda 18. libr. 3. de Fauno qui & Syluanus, & Pan coufufis nominibus, & Mars Syluanus: *Inter audaces lupus errat agnos*. & Plaut. in Truculento. *Mars meo iratus patri. nam eius oues non procul abfunt à lupis*. Lucillius apud Nonium in *fulguritu*, vt correxit Lipfius, *Luporum exactorem Syluanum & fulguritarum arborum*. Sacra autem illa Euander ex Arcadia io Italiam aduexit. Ouid. 2. Faft. fuere & poftea *Luperci Iuliani*, in Iulij Cæfaris honorem dicti libr. 44. & Anton. apud Cic. 13. Philipp.

Nec *rudis infeftis miles radiabat in armis.*] Nec diuidendum: *Et miles*, (tum) *rudis non*
B *radiabat* &c. vt eleg. vlt. libr. 3. verf. 10. *Rudis miles*, fine vfu, & peritia armorum, & difciplinæ militaris. vt Horat. oda 2. libr. 3. *Rudis agminum fponfus*. An rudis, afper, incultus, vt *Horridus miles* Ennio? *Radiabat*, fpleodorem emittebat patem folis radiis, vt in Milite Plauti initiò. eleg. 6. infra.

Armorum & radiis picta tremebat aqua.

Virg. 8. Æneid.

Arma fub aduerfa pofuit radientia quercu.

Ouid. eleg. 4. lib. 4. de Ponto:

Scuta fed & galeæ, gemmis radientur, & auro.

C *Armis infeftis*, infenfis, minacibus, intentatis. Nam *infeftus* eft, qui in aliquem infertur cum ftudio nocendi, vt dixi eleg. 8. lib. r. verf. 16. fic dicitur *Infeftis fignis* Liuio, Lucano Ciceroni. & *Infeftis digitis ora inceffere*. Sueton. in Calig. cap. 25. Virg. 10. Æneid.

——*Infefta fubit obuius hafta.*

id eft in vulnus parata, & protenta, inquit Seruius. Nigidius apud Nonium, Infeftos, qui nimium feftinat ad fcelus, vel ad fraudem.

Miscebant *vfta prælia nuda fude.*] Id eft, pugnas vecto conferebant, fine armis militari-
D bus, *Mifcebant prelia*, dictum vt el. 27. lib. 2.

Cum Mauors dubias mifcet vtrimque manus.

vbi vide adnot. Virg. 12. Æneid.

Ingruit Aeneas Italis, & prælia mifcet.

Ouid. in ep. Herûs.

Parce ferox, latoque mari tua prælia mifce.

Prælia nuda, fine ferro & iuftis armis. Stat. r. Thebaid.

Exfertare humeros, nudamque laceffere pugnam.

Idem 6. Theb. *Nudafque mouent in prælia vires*. de ludicro certamine. Ibidem:

Iamque auidum pugnas vifendi vulgus inermes
Fama vocat. & 7. Theb.

Finierat pugnas honor exequialis inermes.

E fic 9. Thebaid.

Illis nuda odia, & feritas iam non eget armis.

quia Tydeus Menalippi caput mandebat. Gratius de venatione. *Et nuda filuas virtute mouebant Inconfulti homines*. & Iuuenal. fat. 15.

——*Et vice teli Sæuit nuda manus.*

Vfta fude, vt Virg. 7 Æn. *Non iam certamine agrefti Stipitibus duris agitur fudibufue præuftis.*

Seruios in 2. Æneid. *Sudes*, inquit, *& vallus idem*. vide Homer. in Odyff. de fode ambufta, fiue vecte, vnde terebratus oculus Polyphemi. Salloft. in Catilina: *Alij fparos, aut lanceas, aut præacutas fudes portabant*. Liuius libr. 29. *Sudibus*

inter se in modum iustæ pugnæ concurrere. Seneca ep. 89. *Sudes torquere iuuentus olim discebat.* Festus: *Sub vineam iacere dicuntur milites, tum adstantibus centurionibus iacere dicuntur sudes.* vide adoot. ad illud Tibulli ex lib. 4.

Quis tardamue sudem melius, celeremue sagittam Iecerit.

PRIMA *galeritus posuit prætoria Lucmo.*] Id est, Statuit, siue fixit rabernacula, in quibus Imperator esset in castris. Varro 4. de ling. Lat. Prætorium in castris ait fuisse testudinis similitodine. Festus in *Prætoria porta.* Consulum, qui bella admioistrabant, tabernaculum dicebatur prætorium. Ascon. in 3. Verrin. Omnem magistratum cui pareret exercitus prætorem appellaroor, vnde & prærorium tabernaculum eius dixerunt. quo sensu legitur apod Liuium libr. 8. & alibi sæpe. Alia sont villarum prætoria, & *Prætorium dimittere*, pro Concilio; Liuius. *Galeritus Lucmo.* galero lupino rusticè tectus. oam galero multi vsi antiqui; Varro 4. de ling. Lat. Seru. in illud 7. Æneid.

Fuluosque lupi de pelle galeros. genus est pilei, inquit, quod Frooro neutro genere dicit. Festus in *Pellitum*: Pellitum galerum, qoia fiebat ex pelle. Apul. Apol. 1. *Pontificum galerum: lituus augurum.* Gellius cap. 15. libr. 2. *Galero albo velatur flamen. Albogalerus* inde flamen dicitur Festo. Sueton. cap. 26. *Cum galero ire noctu.* Iuuenal. sat. 6.

Et nigrum flauo crinem abscondente galero.

Inde *galericulus* Sueton. & Mart. & *galerita* auis Plinio, quam Varro 4. de ling. Lat. vocat galeritum, quod in capite plumam habeat elaram. Isidor. cap. 30. libr. 19. Galerum pileum ex pelle cœsæ hostiæ factum. Dicitur & *galera* feminino geoere: Gracchus apud Charis. libr. 1. Varro ibid. de actione scenica secunda, *galearia* dicit vode & *galericula* diconrur. Diuus Hieronymus ad Fabiolam, galerum ait pileum esse rotundum, quasi mediam sphæram, & idem eum tiara. *Lucmo*, detrita litera à Lucumo, qui dicitur *Lucomedius* eleg. prox. *Lucumon* à Dionysio libr. 2. vbi laudatur, & in pugna fortiter dimicans cadit. Varro 4. de ling. Lat. à Lucumone luceres. Festus: *Lucomedi à duce suo Lucumo dicti.* emendant, *Lucumone* ego *Lucomedio*, is in auxilium Romuli venit aduersus Tatium. Festus: *Lucumones, quidam homines ob insaniam dicti; quia loca ad quæ venissent infesta facerent.* Ergo voce hybrida Lyci homones. λυκάνθρωποι. Seruius in 2. Æneid. Populos Tusciæ air duodecim Lucomones habuisse. id est, Reges, sua lingoa. idem in 8. 9. & 10. Æneid. tangit. Sed 10 5. Æneid. Romulum ait aduersus Tatium à Lucumonibus, id est, Tuscis auxilia postulasse. Alius est Lucumo is, qui regnante Anco Marcio Romam commigrauit.

MAGNAQVE *pars Tatio rerum erat inter oues.*] Id est, in ouium numero. hæ enim veterum diuiriæ, & pecunia inde dicta *Inter oues*, vt *inter vias* Terent. Eunuch. sc. 2. act. 4. pro, in via. Liuius libr. 2. *Inter patres lectus Appius.* pro iu patrum numerum. τὸ, *Inter*, & copiam, & locum notat. De Tatio Sabioorum rege dicetur ad eleg. 2. & 4. infra.

HINC *Tatics, Rhamnesque viri, Luceresque coloni.*] Taties pro Tatienses, & Rhamnes pro Rhamnenses, vt Turoeb. cap. 1. libr. 21. legit è vet. lib. Apud Varronem 4. de ling Lat. Ager Romanus primum diuisus in partes tres, à quo rribus appellatæ, Tatium, Rhamnium, Lucerum. nominatæ, vt air Ennius, Taties à Tatio, Rhamnes à Romulo; Luceres à Lucumone. Sed omnia hæc vocabula Thusca sunt. Ouid. 3. Fast.

Quinctiam partes totidem Tatiensibus ille,
Quosque vocabant Rhamnes, Luceribusque dedit.

Festus in *Sex Vestæ.* Ciuitas Romana in sex est distributa partes. in primos, secundosque Titienses, Rhamnéses, Luceres. Idem in *Lucerenses.* Lucerenses & Luceres, quæ pars tertia populi Romani est distributa à Tario, & Romulo; appellati sunt à Lucero Ardeæ rege, qui auxilio fuit Romolo aduersos Tatium bellanri. Idem in *Lucomedi*: A Lucumone Lucerenses. Liuius lib. 1. *Eodem tempore & tres equitum centuria conscriptæ sunt; Rhamnenses à Romulo; ab Tito Tatio Titienses appellati. Lucerum nominis, & originis causa incerta est.* Seru. in illud 5. Æneid.

Tres equitum numero turmæ: Rem Romanæ militiæ, inquit, suo inserir carmini. oam constar primo tres partes fuisse populi Romani. vnam Titiensium, à Tito Tatio duce Sabinorum, iam amico post federa: alteram Rhamnetum, à Romulo: Tertiam Lucerum, quorum nomen, & caussa incerta est. Sed quod scribuor de Rhamneribus à Romulo, meræ sunr nugæ. nam & Varro fatetur 4. de ling. Lat. vocabulum esse Thuscum; & id Virg. docet 9. Æneid.

——— *simul ense superbum*
Rhamnetem aggreditur. &c. Ex iis autem quæ ex Festo, & Liuio protuli, notom est cur *Celsi Rhamnes* ab Horatio, pro equitibus dicantur. *Viri*, fortes, vt el. 4. lib. 3. *Magna viri merces.* Virg. 2. Æneid. *Arma viri, ferte arma.* & sæpius alibi. *Coloni*, sunt cultores aduenæ, vt Seruius scribit ad illud 1. Æneid. *Tyrij tenuere coloni.* Isidor. lib 4. Coloni quatuor modis dicuntur; Romani, Latini, auxiliares, & ioris priuati. alias coloni sunt conductores prædiorum, vt dictum ad el. 33. lib. 2. vers. 29.

QVATVOR *hinc albos Romulus egit equos.*] Id est. A tam paruis principijs profectus Romulus triumphauit de Ceninensibus τεθρίππῳ ἁρματι ἐμβεβηκώς, id est, quadrigis inuectus, vt air Dionys. lib. 2. cui conuenit cum Propertio. triumphauit de Fidenatibus & Camerinis iterum; ac tettium de Veientibus. Dionys. ibid. Plutarch. in Romulo pedibus air vrbem ingressum. Liuius libr. 1. getentem in ferculo Acronis spolia Capitolium ascendisse ait. de equis triumphantium eleg. 1. lib. 3. *A me*

Nata coronatis Musa triumphat equis.

& eleg. 4. lib. eiusd.

Ad vulgi plausus sæpe resistere equos.

& eleg. 3. infra.

Pura triumphantes hasta sequatur equos.

In rep. & vetere, & nnua, omnes pene triumphantes in quadrigis albis, Stat. 12. Theb.

Primus Amor niueis victorem cernere vectum
Quadrijugis. Ouid. 1. de arte amandi:
Ergo erit illa dies, qua tu pulcherrime rerum,
Quatuor in niueis aureus ibis equis. & 6. Fast.
Vnde suburbano clarus Tiburte triumpho
Vectus es in niueis, Postume, victor equis.

Liuius libr. 10. Triumphantes ait Iouis ornari ornatu. at Ioui albæ quadrigæ. Idem libr. 24. Hieronymum Syracusarum Regem quadrigis alborum equorum è regia procedentem notat. Idem libr. 5. de Camillo. Maximè conspectus ipse est curru equis albis iuncto vrbem inuectus: parumque id non ciuile modo, sed humanum etiam visum: Iouis, Solisque equis æquiparatum dictatorem. Apul. Apol. 1. Triumphantibus quadrigas albas, & togam palmatam (exprobras) huc facit illud Tertulliani de spectaculis *Quadrigam Roma primus ostendit Romulus.*

QVIPPE *suburbana parua minus vrbe Bouillæ.*] An id ait: Roma tum oppidulum minus erat parua vrbe Bouillæ suburbanæ, vt dicitur, *Vrbs Patauī*, vt Bouilla sit numeri singularis? An legendum, *Paruæ? minus parua*, maiores. *Bouillæ steterunt maiores vrbe.* id est, Roma. De Bouillis Plin. cap. 5. libr. 3. Dionys. libr. 8. à Coriolano captas Bouillas ait oppidum Latij è principibus. Nonius in *Hillas*: Hillas, intestina veteres dixerunt, vnde Bohilla oppidum in Italia, quia eò bos intestina vulnere trahens aduenerit. Interpres Persij ad sat. 6. Bouillæ sunt vicus ad vndecimum lapidem Appiæ viæ: quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus iam consecratus ibi compræhensus est. inde Bouillæ dictæ. vet. gloss. *Bouilla, Βοϋαία.* Liuius libr. 10. in fine. A Martis ad Bouillas viam silice stratam ait. *Suburbanæ Bouillæ*, vrbi proximæ, vt Ciceroni: *suburbanus ager*, Columellæ: *suburbana regio*: Ouidio, rus suburbanum: *Caulis suburbanus* Horatio, & *suburbana rura.* & Suetonio, *Suburbanum*, pro prædio vrbi vicino. Ouid. 3 Fast.

Orta suburbanis quadam fuit Anna Bouillis.

ET *qui nunc nulli, maxima turba Gabÿ.*] Id est: Quorum vix exstat vestigium. vide adnotata ad eleg. 5. libr. 1. vers. 52. *Gabÿ* oppidum, vnde *Gabinus ager*, Varroni 5. de ling. Lat. Appian. lib. 1. inter Romam & Præneste locat & Strabo ex æquo ab vrbe Præneste, & Roma distare ait libr. 5. stadia centum. De iis Plin. cap. 5. lib. 3. Solin. à Galacto, & Bio fratibus dictos Gabios ait Liuius libr. 1. & Ouid. 2. Fast. fraude Sex. Tarquinij captos Gabios scribunt. postea sunt deserti. vnde Horat. ep. 11. lib. 1.

Scis Lebedus quam sit Gabiis desertior, atque
Fidenis vicus. *Gabî*, crasis, vt infra:
Tunc animi cerdere Deî. *Maxima turba*, frequentia populi. Virg. 6. Æneid.
Nec partem posuere suis, qua maxima turba est.

ET *stetit Alba potens, albæ suis omine nata.*] Plus est *stetit*, quam fuit, vt eleg. 22. lib. 5.

Nam qui intum ferro, tantum pietate potentes
Stamus. simulque significat euersam, vt eleg. 8. lib. 2. *Et Thebæ steterunt.* de Albæ euersione Liuius lib. 1. & Dionys. libr. 3. *Potens*, vt Virg. 7. Æneid. *Attina potens. Potens*, sed olim. *Nata*, orta, condita. nam & vrbium natales dicuntur, vt notabimus ad eleg. 4. infra. Sic Virg. 10. Æneid. *Nascentis Troiæ. Nata alba suis omine*, quæ nomen proprium habuit ab albæ suis inuentæ ostento De quo Virg. 3. Æneid.

Cum tibi sollicito secreti ad fluminis vndam
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba solo recubans, albi circum vbera nati.
Is locus vrbis erit, requies ea certa laborum.

Vt augurio vulturis Roma, bouis Thebæ; sic ostento suis alba condita. legendi Liuius lib. 1. & Dionys. Iuuenal. sat. 2.

Conspicitur sublimis apex cui candida nomen
Scrofa dedit. Idem. sat 6.
Atque eadem scrofa Niobe fœcundior Alba.

HAC *vbi Fidenas longe erat ire vias.*] Si *Vias* legimus, *Ire vias Fidenas*, pro Fidenates dictum, vt eleg. 11. libr. 1. *Aqua Baia.* eleg. 31. libr. 2. *Femina turba.* Sed alij libri, *Via*, & *Longè via*, pro longa via, inquit Scaliger, vt eleg. 20. libr. 1. *Longè Phasidos isse viam*, pro longinquam, Auratus è coniectura. *Longa erat ire via*, vt Virg. 3. Æneid.

Longa procul longis via diuidit inuia terris.

Fidenæ oppidum Straboni libr. 5. distans ab vrbe 30. stadia; Dionysio libr. 2. 40. stadia. de iis triumphauit Romulus: Liuius lib. 1. & Dionys. libr. 2. earum meminit Plin. libr. 3. cap. 5. & 12. Primam syllabam Virg. 6. Æneid. corripit. *Gabios, vrbemque Fidenam.* Ceteri producunt, vt Iuuenal. sat. 6.

Vinat Fidenis, & agello cedo paterno.

Horat. ep. 11. lib. 1.

Gabiis desertior, atque Fidenis vicus.

NIL *patrium nisi nomen habet Romanus alumnus.*] Nam Romani à Romulo nominati Virg. 1. Æneid.

Romulus excipiet gentem; & Mauortia condet
Mœnia; Romanosque suo de nomine dicet.

Habet ergo nomen conditoris sui, sed virtutem, & paupertatem eius nullam populus quem alit Roma, siue *Romæ suboles*, vt loquitur Horatius oda 3. libr. 1. Pater Romanorum, auctor; vnde patrium dixit. Ennius apud Lactantium libr. 1. Et Priscianum in Sanguen.

O Romule, Romule, die ô
Qualem te patriæ custodem Dij genuerunt?
Tu produxisti nos intra luminis oras.
O pater, ô genitor, ô sanguen Diis oriundum.

Sapit autem prouerbium: *Nil nisi nomen.* Laberius apud Macrob. cap. 7. libr. 2. Saturn. *Sepulcris similis nil nisi nomen retineo.* Ouid. in epicedio Tibulli:

Si tamen è nobis aliquid nisi nomen, & vmbra
Restat.

SANGVINIS *altricem nunc pudet esse lupam.*] Id est. Fateri non vult tanta Imperij magnitudine Faustuli pastoris coniugem nutricem fuisse gentis nostræ. & quia lupa dicitur aluisse Romulum, & simul Romanos videtur educasse. vide adnotatata ad eleg. 6. lib. 2. vers. 20.

Altricem. Virg. 3. Æneid.

Et terram altricem saui execramur Vlyssis. Horat. oda 4. lib. 3. *Altricis extra limen Apuliæ.* Seneca in mortem Claudij. *Estne illa tellus spiritus altrix tui? Sanguinis*, generis. vide adnot. vers. 14. eleg. 7. lib. 2.

† HVC *melius profugos misisti, Troia, penates.*] Id est. Ergo in Italiam, & Romam felicius, Troia, misisti Deos patrios exsules, quam si retinuisses. Sic fere Horat. oda 6. lib. 4.

Rebus Aenea meliore ductos Alite muros.

Misisti, vt eleg. 5. infra:

Vel quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ.

Penates profugos, vt Virg.

——— *Latio consistere Teucros*

Errantesque Deos, agitataque numina Troiæ.

O QVALI *vecta est Dardana puppis aue!*] admirantis, vt eleg. 10 lib. 1. *O iucunda quies!* O quam dextro auspicio Troiana puppis, id est vehens Æneam & Æneos delata est in Italiam. Nam & ipsæ naues vehi dicuntur. *Dardana puppis*, Virg. 4. Æneid. *Dardaniæ carinæ*. & *Iliacas carinas. Aue*, vt contra Horat. od. 10. epod. *Mala soluta nauis exit alite*. ex oda 3. lib. 3.

Troiæ renascens alite lugubri Fortuna,

vide infra hac eleg. vers. 68.

IAM *bene spondebant tunc omina quod nihil illam Læserat abiegni venter apertus equi.*] Id est. Faustum erat, felixque illud signum, & augurium, id pollicebatur euentorum, quod puppi Æneæ, & Æneæ ipsi antequam Troia excederet, & mare conscenderet nihil nocuerit equus durateus ex quo Græci effusi in vrbem. *Spondebant*. dicebant, canebant, ita ve euenturum in se reciperent. nam spondere est sponte, & voluntate sua promittere, & olim dicere, vt adnot. ad eleg. 29. libr. 2. vers. 19. *Omina*, oracula, vel auguria. Omen ab ore, inquit Varro 4. de lingua Lat. Sed poëtis est quodcunque auspicium. vt adnot. ad eleg. 3. libr. 2. vers. 24. *Venter equi*. Sic Virg. 2. Æneid. ventrem, vterum, & aluum dixit. Agrætius: *Aluus viri: vterus mulieris. Venter vtriusque.* Seru. ad illud 2. Æneid.

Vterumque armato milite complent.

Vterus est mulierum: aluus, qua defluunt sordes: venter qui videtur. Idem fere Isidor. libr. 11. sed ridiculum adfert etymon, ventrem dictum, quod per totum corpus vitæ alimenta transmittat. Venter Iurisconsultis de fœtu in vtero dicitur; vnde; *Ventrem in possessionem mittere. Ventrem facere* dicitur quoque paries, & ventres, gumiæ. *Venter apertus* nam, vt ait Virg. 2. Æneid. *Pinea furtim Laxat claustra Sinon. Equi abiegni*, quia secta abiete costæ eius textæ. vide de hac re adnot. ad eleg. 1. lib. 3. vers. 25.

CVM *pater in nati tremulus ceruice pependit, Et verita est humeros vrere flamma pios.*] Ouid. eleg. 1. lib. 1. de Ponto:

Cum foret Aeneæ ceruix subiecta parenti Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.

& 4. Fast.

An magis hunc morem pietas Aeneia fecit. Innocuum victo cum dedit ignis iter.

Stat. 2. Sylu. in lacrymis Hetrusci:

Felix cui magna patrem ceruice vehenti

A *Sacra Mycenææ patuit reuerentia flammæ.*

Virg. 2. Æneid.

Ergo age chare pater ceruici imponere nostræ.

Ipse subibo humeris. Horat. in carm. sæcul.

Cui per ardentem sine fraude Troiam

Castus Aeneas patriæ superstes Liberū muniuit iter.

Pater tremulus, id est, ætate confectus, & *Tremulus* ob senectutem: *Nam tarda trementi Genua labant.* vide adnot. ad illud Catulli in Epithalamio Maolij. *Te suis tremulus parens inuocat.* Plaut. Menech. *Titanum tremulum Cygno prognatum patre.* hinc eleg. 7. infra.

Nutrix in tremulis ne quid desideret annis.

B Varro 5. de ling. Lat. Tremo dicitur à similitudine vocis, quæ tunc cum valdè timetur, apparet. quasi non deducatur à τρέμω. *Pependit ceruice*. nam qui gestantur humeris solent collum eorum, qui se gestant, amplecti. & ἐν in, pro, è: vel vacat, vt eleg. 12. lib. 3.

Pendebit collo Galla pudica tuo. Sic tamen dixit Virg. *Cui pendere tua pateretur in arbore poma.* & Mart. *Non falsa pendens in cruce Laureolus. Flamma verita est vrere*, non ausa est Dus veritatibus. Sic in Tibulli epicedio Ouid.

Tene sacer vates flammæ rapuere rogales?

Pectoribus pasci nec timuere tuis?

C & Albin. ad Liuiam:

Flamma diu cunctata caput contingere tantum.

Pios humeros, id est, pij hominis, vt ebria vestigia eleg. 3. lib. 1. vers. 9.

TVNC *animi venere Deci, Brutique secures.*] Id est, illo ipso tempore venit in Italiam animosus Decius, de quo dictum eleg. 11. lib. 3. vers. 62.

Plebeiæ Deciorum animæ plebeia fuerunt Funera. & alibi:

Quantus amor patriæ Deciorum in pectore.

Animos Deci, vt eleg. 1. lib. 2. *Animos Carthaginis altæ*. Sic Horat. *Virtus Scipiadæ*. Periphrasis est, vt eleg. 16. lib. 3. *Rabies canum*, pro Rabiosi canes. Sed cur Decium potissimum nominat? sanè ex Æneidarum gente. vnde Attius tragœdiam scripserat Æneida, siue Decium. Nonius in *Sanguen*, *Sonit*, *Sequstas*: & alibi, scripserat idem Attius & Brutum; Varro 4. & 5. de ling. Lat. & Cic. 1. de diuinat. Itaque cum inquit, *Venere*, videtur significare Æneam, qui fuit Romanæ stirpis origo, etiam antequam nascerentur eos secum aduexisse. *Bruti secures*, quibus filio ceruices amputari iussit. historia est apud Liuium libr. 2. & Florum cap. 9. libr. 1. deinde quia Brutus Tarquinij secures fregit, id est, Reges eiecit, vnde eleg. 11. lib. 3.

D (placed at the left margin beside "libr. 2. vers. 24. Venter equi" in the left column)

E *Quidnam Tarquinij fractas iuuat esse secures?* de securibus Plutarch. ἐν αἰτ. quæst. 82. Seruius ad illud 1. Æn. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabit*. Cutis hasta, telum longum est; vnde securis, quasi semicuris. vide & Isidor. cap. 6. lib. 18. & cap. 19. libr. 19. Securis ex vtraque parte caput habet; Fest. in *Anceps*.

VEXIT *& ipsa sui Cæsaris arma Venus.*] Quia duce Venere Æneas, & Iulus in Italiam venêre, vnde Iulia gens. nisi Venus tutela eius nauis fuerit, qua Æneas in Italiam aduectus fuit. *Arma Cæsaris*, vt *Animos Decij*, pro Cæsare forti. Sic eleg. vlt. lib. 2.

Qui nunc Aeneæ Troiani fufcitat arma.

Aliter Albin. io obitum Mecœnatis.

Carus eras nobis non propter Cæfaris arma.

nam ibi partes fignificat. Petron. Arbitet ex hoc loco cotrigendus: *Primumque Dione Cæfaris arma fui ducit.* vulgo legitur, *Acta fui Cæfaris*, vt eleg. 4. lib. 3.

Ipfa tuam prolem ferua Venus; hoc fit in æuum,
Cernis ab Aenea quod fupereffe caput.

Ouid. vlt. Met. *Media cum fede Senatus*
Conftitit alma Venus, nulli cernenda, fuique
Cæfaris eripuit membris, nec in aëra folui
Paffa recentem animam. vnde, *Venere prognatus* dicitur à M. Cœlio apud Cic. libr. 8. fam. vide Sueton. in Iulio cap. 6.

ARMA *refurgentis portans victricia Troiæ.*] Sic Virg. 1. Æneid. *Ilium in Italiam portans.* & Ouid. 4. Faft.

Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros.

Troiæ refurgentis, vt infra hac elegia.

Dicam Troia cades, & Troica Roma refurges.

Virg. 1. Æneid. *Illic fas regna refurgere Troiæ.*

Ouid. 1. Faft.

Victa tamen vinces, euerfaque Troia refurges.
Obruet hoftiles ifta ruina domos.

Seneca Agamemnone.

—— vicimus, victi Phryges.

Bene habet. refurgit Troia. hæc eft τροίας παλιγγενεσία. de qua vide & Horat. oda 3. lib. 3. Sic Velleius dixit *Stetiffe Capuam, concidiffe, refurrexiffe.*

FELIX *terra tuos cepit, Iule Deos*] Id eft, Diis cara Italia, potens armis, atque vbere glebæ excepi hofpitio Penates Iülæos. de Iulo Æneæ filio Virg. identidem. Dionyf. libr. 1. Iülo Afcanij filio maiori natu curam facrorum commiffam ait eum regno fratri Syluio cedere iuffus eft. De iis penatibus dictum fup. verf. 39.

SI *modo auernalis tremula cortina Sibyllæ,*
Dixit Auentino rura pianda Remo.

Id eft. Felix terra, fi modo Deiphobe verè prædixit fore vt ob Remum cæfum expiarentur rura. *Cortina dixit*, vt Attius: *Aperte fatur dictio.* *Cortina*, τρίπους. Varro 6. de ling. Lat. ad illud Ennij: *Quaque freto caua cæruleo cortina receptat:* *Caua cortina dicta, quod eft inter terram, & cœlum ad fimilitudinem cortinæ Apollinis: ea à corde, quod inde fortes primum æftimata.* ad quem locum vide coniectanea Scaligeri. Feftus: *Aperta Apollo vocabatur quia patente Cortina ab eo refponfa dabantur.* Seruius in 3. Æneid.

Et mugire adytis Cortina reclufis.

Dicitur, inquit, Cortina, vel quia Apollinis tripus Corio Pythonis tectus eft; vel quia certa illinc refponfa funduntur, quafi certina; vel, quod eft verius, quia cor illic vatis tenetur, nam cauerna quædam in templo Apollinis fuit, ad quam Phœbas rapta vaticinabatur, vt Lucanus oftendit libr. 5. aut quia virgines inftinctæ Apollinis fpiritu intendebantur ad danda refponfa, id eft ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας τείνειν. Idem in 6. Æneid. ad illud: *Neque te Phœbi cortina fefellit.* Cortina dicta eft, aut quod cor teneat: aut quod tripos feptus erat corio ferpentis, aut certè fecundum Græcam etymologiam, ὅτι τὰς κόρας τείνει. id eft, quod extendat puellam: vnde

A eft, *Maiorque videri.* Sueton. in Aug. cap. 52. *Cortinas aureas Apollini dicate.* Inde *Cortinipotens Apollo* Lucillio apud Nonium in *Contendere.* Gloff. vet. *Cortina*, τρίπους. *Sibylla*, Deiphobes Glauci, de qua Virg. 6. Æneid. Ipfe eleg. 24. libr. 2.

Nam me non ætas mutabit tota Sibyllæ.

vide Lactant. cap. 6. libr. 1. *Auernalis* hîc dicitur, vt *Cumæa vates* eleg. 2. libr. 2. nam Auernus lacus Cumis vicinus eft, vt noto ad illud eleg. 18. lib. 3.

Claufus ab vmbrofo quà alludit pontus Auerno.

& *tremula*; quia *longæua Sacerdos* Virg. 6. Æ-
B neid. vide adnot. ad eleg. 2. lib. 2. verf. vlt. fic *Tremulus pater* fupra hac eleg. verf. 43. *Pianda*, id eft expianda, luftranda. vt eleg. 4. libr. 3. *Craffos, cladefque piate.* *Rura*, Remuriòum agrum, vel eum locum vbi cæfus eft. Feftus: *Remurinus ager dictus; quia poffeffus eft à Remo, & habitatio Remi Remona. fed & locus in fummo Auentino Remoria dicitur, vbi Remus de vrbe condenda fuerat aufpicatus.* & Dionyf. libr. 1. in Auentino captaffe Remum auguria ait, vnde hîc eum *Auentinum* vocat. vide adnot. ad eleg. 6. infra verf. 43. & 44. Ouid. 5. Faft. In *Remuria*.
C *Auentinus mons* vnde dictus tradit Feftus in *Auentinus*, & Varro 4. de ling. Lat. Si *Remo* tertij cafus eft, Remur, pro Romulo ponitur, vt adnotatum fupra hac eleg. verf. 9. fed malo accipi feptimo cafo, pro, ob Remum Auentinum cæfum, vt eleg. 9. lib. 3.

Et cæfo mœnia firma Remo.

Negat tamen Horatius expiatam illam rite cædem fuiffe cum fcribit oda 7. epod.

Sic eft. acerba fata Romanos agunt,
Scelufque fraternæ necis:
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

D AVT *fi Pergamea ferò rata carmina vatis*
Longæuum ad Priami vera fuêre caput.]

Id eft, ea quæ cecinit & dixit Caffandra ad Priamum fenem ferò rata fuêre, Troianorum fcilicet exitio comprobata; & alludit ad prouerbium: *Serò fapiunt Phryges; qui non nifi malo fuo crediderunt.* qua de re eleg. 13. lib. 3.

Experta eft veros irrita lingua Deos.

Carmina, vaticinia. nam canere fæpe vaticinari, & vt ait Horat. in arte Poëtica.

Dicta per carmina fortes. eleg. 7. infra:

Iuro ego fatorum nulli reuocabile carmen.

Virg. ecl. 4.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

E *Rata carmina*, vt *Rata vota* eleg. 11. infra Feftus in *Ratus*, firmus, & Ifidor. lib. 5. *Vatis Pergamea*, Caffandræ, de qua diximus, quæ ad hunc locum pertinent eleg. 13. lib. 3.

Certa loquor, fed nulla fides, neque enim Ilia quondam
Verax Pergameis Mænas habenda malis.

τὸ *Serò* autem coniunctum cum malo immedicabili, vt eleg. 1. lib. 1. *Serò lapfum reuocatis.* *Carmina ad caput Priami*, vt eleg. 32. lib. 2. verf. 23. *Rumor ad aures.* vel *ad*, erga, apud. ad parentem autem verba fecit Caffandra vt not. eleg. 13. lib. 3. *Ille furor patriæ fuit vtilis, ille parenti.* *Caput Priami*, pro ipfo Priamo, vt μακαρ κεφαλή.

Demosth. περὶ στεφάνου. & el. 1. lib. 2.

Et sumpta, & posita pace fidele caput.

vt supra hic, *Animi Decij. Longæuum*, quia Senior Priamus. Virg. 2. Æneid.

Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circumdat nequicquam humeris. Ibid.
——& sacra longæuum in sede locauit.

De Priami vita nimium longa Cic. 1. Tuscul.

VERTITE *equum, Danai, male vincitis, Ilia tellus*
Viuet, & huic cineri Iuppiter arma dabit.]

verba Cassandræ ad Græcos. *Vertite equum*, retro abducite ligneum equum in castra vestra. alio modo infra eleg. 3.

Subdolus & versis increpat arcus equis.

Male vincitis, perniciosa vobis hæc futura victoria. sic *Cadmæa victoria* prouerbio fertur. *Male vincitis*, vt Ouid. 5. fast.

Et male veloci iusta soluta Remo.

Ilia tellus, id est, Ilion ipsum, & vrbs Troia. sic eleg. 11. lib. 3.

Noxia Alexandrina dolis aptissima tellus.

& eleg. 22.

Omnia Romanæ cedent miracula terræ.

Virg. Æneid. 11.

Contiguinusque manum qua concidit Ilia tellus.

id est, Ilium. *Viuet*, vigebit & florebit viris. Plaut. Persa. *Pater hominum immortalis est infamia, etiam tum viuit cum esse credas mortuam.* Contra dicuntur & mori vrbes, vt dictum ad eleg. 22. lib. 1. vers. 3. *Huic cineri.* His reliquiis incensæ Troiæ. Virg. 5. Æneid.

Relliquias Troiæ, cineres, atque ossa perempta.

& 2. Æneid. *Iliaci cineres.* Ouid. 1. fast.

Vrite victrices Neptunia pergama flammæ,
Non minor hic toto est altior orbe cinis.

Sic Seneca de Consol. ad Polyb. cap. 1. dixit: *Carthaginis, Numantiæ, Corinthiq. cinerem lamentetur.*

OPTIMA *nutricum nostris lupa Martia rebus.*]

Seruius in illud 9. Æneid.

Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus.

Aut cruentus, inquit, aut Marti dedicatus. & 8. Æneid.

Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam. Plaut. Trucul.
Fuit Aedepol Mars meo periratus patri.
Nam oues illius haud longè absunt à lupis.

Liuius lib. 10. Hinc victor Martius lupus integer & intactus nos gentis Martiæ & conditoris nostri admonet: quia scilicet rapto lupi viuunt, & prædari eos Iuppiter iussit. 1. Georg. Virg. *Optima nutricum*, ô præstantissima educatrix. *Altricem sanguinis* vocauit sup. vers. 38.

QVALIA *creuerunt mœnia lacte tuo.*] id est, quali amplitudine & splendore creuerunt mœnia vrbis Romæ lacte tuo, quo aluisti conditorem vrbis Romulum, cuius posteri Romani. sic Virg. 2. Georg.

——sic fortis Hetruria creuit
Scilicet, & rerum facta est pulcerrima Roma.

Horat. oda 4. lib. 4.

——secundis vsque laboribus
Romana pubes creuit.

Lacte tuo, quia *Nutritus duro Romule lacte lupæ.* el. 6. lib. 2.

A MOENIA *namque pio coner disponere versu.*]

τὸ *Namque*, pro autem, vt infra hac elegia:

Nam tibi victrices, &c. *Disponere*, pro componere, vt el. 5. lib. 3. *Corpora disponens.* vel compositum pro simplici, vt *Percutit faces*, pro quatit eleg. 16. lib. 3. *Pio versu*, Poëmate quod meam erga patriam pietatem testatur. vt Ouid. el. 1. lib. 2. Trist.

Non mihi materiam bellatrix Roma negabat,
Et pius est patriæ facta referre labor.

Idem in Epicedio Tibulli:

Hausisti numeros culte Tibulle pios.

HEI *mihi quod nostro paruus in ore sonus.*]

B sic Ouid. eleg. 3. lib. 2. Amor.

Hei mihi quod Dominam nec vir, nec femina seruas.

& eleg. 1. lib. 1. Trist.

Hei mihi quod domino non licet ire tuo.

& eleg. 5. lib. eiusd.

Hei mihi non magnas quod habent mea carmina vires
Nostraque sint meritis ora minora tuis.

Cum, inquit, *paruus sonus*, exiguum ingenium signat, vt adnot. ad eleg. 5. lib. 3. vers. 5.

SED *tamen exiguo quodcunque è pectore riui*
Fluxerit, hoc patriæ seruiat omne meæ.] Peruicacis propositi est, vt el. 8. lib. 2.

Tu moriere tamen. *Quodcunque*, quantulum

C cumque, vt eleg. 4. lib. 1.

——vita quodcumque sequetur.

Riui, venæ, tenuis ingenij, vt dicitur, *Fons ingenij.* Iuuenal. sat. 10. *——vtrumque*

Largus, & exundans leto dedit ingenij fons.

quod Horat. oda 18. lib. 2. *Ingenij benigna vena.* Cic. pro Murena. *Cui tui fontes inimicis tuis pateant, amicis riuulos nostros putas clausos esse oportere.* Quid Riuus tradit Festus in *Riuus*, & Vlpian. l. 1. *De Riuis.* *Fluxerit*, alludit ad etymon riui, vt & Q. Cicero de Petitione Consulatus. *Cum inter digitos eius riui sanguinis fluerent.* Nam Riuus ἀπὸ τοῦ

D ῥεῖν, Fluere, manare. *Exiguo pectore*, quia exiguum ingenium, vt el. 1. lib. 2. dicitur *Angusto pectore Callimachus.* *Hoc seruiat patriæ*, hoc totum patriæ laudibus & ornamento addictum sit, & mancipatum. sic Cic. pro Plancio: *Resp. seruiui semper, non mihi.* & pro Roscio Comœdo: *Populo Romano seruire nondum destitit, sibi iampridem.* & alibi sæpe. Ouid. el. 8. lib. 4. de Ponto:

Siquid adhuc igitur viui Germanice nostro
Restat in ingenio seruiet omne tibi.

Patriam autem non Vmbriam significat, sed Romam. nam multis duæ patriæ, vt Cicero docet 1. de leg.

E ENNIVS *hirsuta cingat sua dicta corona.*]

Similis locus el. 1. lib. 3.

Mollia Pegasides vestro date serta Poëtæ,
Non faciet capiti dura corona meo.

Cingat sua dicta, id est, libros & scripta sua redimiat lauro. vt infr. *Libris est data palma meis.* *Dicta*, pro scriptis, vt el. 2. lib. 3.

Turba puellarum si mea verba colit.

& eleg. 23. *Aut dixit venies hodie.* id est, scripsit. Ennius ipse apud Cic. in Bruto:

Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat:
Nec dicti studiosus erat.

Dicta vocauit idem Ennius acutè dicta apud Cic. 2. de Orat. *Hirsuta corona*, ex frondibus

hirsutis, & asperis, quales sunt myrti, & lauri. Virg. 3. Georg.

Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.

M i *folia ex edera porrige Bacche tua.*] At mihi cedo coronam ex edera Bacche Poëtarum Lyricorum, & elegiacorum pater. Edera sacra Baccho. lege adnot. ad eleg. 5. lib. 1. vers. 26. Plutarch. 3. Sympos. quæst. 5. *Porrige*, da, præbe, cedo. à porro & agendo porrigo. Festus, in *Expergere*. vnde *Porrecta exsta*. Virg. 8. Æneid.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

id est, præbere inuicem, inquit Seru.

V t *nostris tumefacta superbiat Vmbria libris.*] id est, vt Vmbria patria mea antiqua inflettur, & superba sit meis elegiarum libris, sumatque superbiam quæsitam meritis meis. Vmbria Propertij patria, vt infra hac elegia:

Vmbria te notis antiqua Penatibus edit.

Hodie *Spoleto* aiunt vocari. vide adnot. ad eleg. vlt. lib. 1. vers. penult. *Tumefacta superbiat*, superborum enim est tumor, vt eleg. 14. lib. 2.

Qui nunc se in tumidum iactando venit honorem.

vbi vide adnot.

V m b r i a *Romani patria Callimachi.*] Callimachi nomen ambiebat Propertius, vt notauit ex Horatio ad illod el. 1. lib. 3. *Callimachi Manes*. *Romanus Callimachus*, vt *Xerxes togatus*, dictus Lucullus, apud Plutarch. & Marcellus, *Romanus Annibal*; & Sicinius Dentatus, *Achilles Romanus*: Festus in *Obsidionalis*. Attius apud Charisium: *Martes duos armis congressos crederes*. Sic ab inimicis Cicero dictus, *Romanus Arpinas*.

S c a n d e n t e a *si quis cernet de vallibus arces.*] id est, si quis spectabit de plano & humili, & cauo campo arces sese attollentes, vt Virg. 3. Æn.

Attollit se diua Lacinia contra. Motum autem locis attribuit opinione hominum, & oculorum. vt infra:

Scandentisque arcis consurgit vertice murus.

vbi Ameriam Propertij patriam significari vult Scaliger. sic eleg. 10. lib. 1.

Et si qua extremis tellus se substrahit oris.

vbi vide adnot. *De vallibus*, Festus in *Conuallis*. Vallis est duobus lateribus inclusa planities (à vallando & includēdo scilicet) & Isidor. lib. 14.

I n g e n i o *muros æstimet ille meo.*] ipse infra hac elegia: *Murus ab ingenio notior ille meo.* Sic Ouid. eleg. vlt. lib. 3. Amor:

Atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi
Mœnia, quæ campi iugera pauca tenent.
Quæ tantum, dicet, potuistis ferre Poëtam,
Quantulacumque estis vos ego magna voco.

& eleg. 1. lib. 2. Tristium de domo:

Ingenio certè non latet illa meo.

vox hybrida æstimare, ab æs, & τιμῶ. Festus in *Aestimata pœna*: Æstimare, ab ære. Ascon. in 3. Verrin. Pretium pro frumento, æstimatio dicitur, & æstimatum frumentum. Æstimare Terentius dixit, pretium statuere.

R o m a *faue, tibi surgit opus; date candida ciues*
Omina, & inceptis dextera cantet auis.] id est, cœpta mea secundes Roma, in tuam gratiam oritur nouum carmen, plaudite & acclamate feliciter Quirites, & felix auis cantu det auspicium. *Roma faue*, nam & Roma Dea habita, eique dicata templa: Tacitus, & omnes veteres. vel *faue*, vt el. 6. infra:

—— *sint ora fauentia sacris.*

Opus tibi surgit, vt Ouid. el. 1. lib. 1. Am.

Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat.

& 4. fast. *Auspicibus vobis hoc mihi surgat opus.* & 5. fast. *A Ioue surgat opus.* sic ipse eleg. vlt. lib. 2.

Qui nunc Aenea Troiani suscitat arma.

Date candida omina. vt eleg. 9. lib 3.

Dexteraque immissis da mihi signa rotis.

Candida, felicia, vt el. 15. lib. 2. *Nox ô mihi candida.* Color albus decorus, & Deo gratus. hinc supra hac eleg. *Alba suis omine dicta. Dextera auis*, vt Apolline dextro eleg. 2. lib. 3. vbi vide adnot. Festus: Dextra auspicia, prospera. Quæ autem in cœlo dextra, vide eundem in *Posticum*. & in *Sinistra aues. Cantet.* aues enim quædam oscines à dextra ratum faciunt, vt coruus. Horat. oda 27. lib. 3. *Oscinem coruum prece suscitabo*
Solis ab ortu. Cic. 1. de diuin. Plaut. Aulul. & Asin. *Inceptis*, exorsis. Virg. 7. Æn. *Dij nostra incepta secundent.* & incœpta rerum magnarum sunt: Donatus.

S a c r a, *diesque canam, & cognomina prisca locorum.*] sic Ouid. initio fastorom:

Sacra recognosces annalibus eruta priscis
Et quo sit merito quæque notata dies.

Sacra canit eleg. prox. de Vertumno. & el. 6. infra, sacra facit. & eleg. 10. Canit aram Maximam. & eleg. 11. Feretrium Iouem, dierumque rationem immiscet, vt de Palilibus, & natali vrbis eleg. 4. infra. & cognomina locorum, vt ibid. de Tarpeio monte, & Velabro. Charis. lib. 1. *Prænomen* est, quod nomini præponitur, vt Publius. *Nomen*, quod familiæ originem declarat, vt Cornelius. *Cognomen*, quod nomini subiungitur, vt Scipio. *Agnomen*, quod extrinsecus adijci solet, vt Africanus. Hîc pro nomine sumitur, vt apud Virg. 6. Æneid. *Gaudet cognomine terra.* nam supra dixerat. *Palinuri nomen habebit.* De nominibus Romanorum Plutarch. in Mario, & Coriolano.

H a s *meus ad metas sudet oportet equus.*] id est, in hoc ego curriculo exercebor. Hoc erit mihi spatium per quod decurram. Allegoria, vt eleg. prox. *Hæc spatijs vltima meta meis.* Ouid. 2. fast.

Inque suo noster puluere currat equus. & 4. fast.
Nunc teritur nostris area maior equis.

De hac allegoria vide adnot. ad eleg. 3. lib. 3. vers. 18. *Sudet ad metas*, vt Virg. 3. Georg.

Hic & ad Elei metas, atque vltima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.

Romæ fuit *Meta sudans* in 4. Regione vrbis. P. Victor. de metis Circi vide ad eleg. 15. lib. 2. vers. 26. adnot.

Q v o *ruis imprudens vage dicere facta Properti?*] Verba Mathematici, *Quò ruis.* id est, rapetis temerè. Ruere enim temeritatis est, & inconsulti, præcipitisque animi. Ouid. 2. fast.

Quo ruitis generosa domus? male creditis hosti.

Ruis dicere, pro ad dicendum & canendum, vt eleg. 1. lib. 1. *Ibat videre. Facta*, vt eleg. 3. lib. 3.

Reges Alba tuos, & regum facta tuorum.

Accipitur & pro malefactis eleg. 18. lib. 1.

Arguto facta dolore queri.

Sic facinus & bonum, & malum. *Vage imprudens Properti.* duo epitheta. vt el. 20. lib. 2.

Nec tam nocturna volucris funesta querela
Attica Cecropijs obstrepit in folijs.

Ouid. 4. fast.

Illa soporiferum paruos initura penates
Colligit agresti lene papauer humo.

vel est asyndeton. vel legendum *Vaga facta*, id est, dispersa. *Imprudens*, minus quam stultus. & imprudens per se, ignarus per alios, inquit Donat. & imprudentia Rhetoribus est cum scisse aliquid se is, qui arguitur, negat. Inducitur autem Mathematicus obiurgans Propertium, vt eleg. 3. lib. 3. eundem sic Apollo increpat: *Quid tibi cum tali demens est flumine?* vbi *demens*, vt hic *imprudens*. *Vage*, leuis, inconstans. vel qui semper vagaris in amore vulgari, vt eleg. 5. lib. 1. vagis puellis. vel *vage*, quia inquit eleg. 29. lib. 2.

Cum potus nocte vagarer.

NON *sunt à dextra condita fila colo.*] Beroaldus ad Parcarum stamina putat allusum quæ non dedere ingenium Propertio ad graue carmen. Parcæ, inquit, non neuêre tibi fila, & stamina apta rebus, & versibus grandibus. Mirabus autem sermo *Condere filum*, vt eleg. 28. lib. 2. *Condidit omen.* Festus: Condere, in vnum & interiorem locum dare; & modo conscribere; modo facere; modo componere & instruere. Ergo *Condita fila*, confecta, composita, contexta. Fila autem fata tua, vt Virg. 10. Æneid.

Extremaque Lauso Parcæ fila legunt.

Horat. oda 3. lib. 2.

Diues, & ætas, & sororum Fila trium patiuntur atra.

De filo & colu Parcarum Catullus in Ariadna. & fato fiunt Poëtæ. ipse el. 1. lib. 2.

Quod mihi si tantum Mæcenas fata dedissent,
Vt possem heroas ducere in arma manus.

An *fila*, stamina, & opus ipsum, quod à Poëta texitur vt *velatus filo* apud Tibullum, pro, veste linea. Columella lib. 10.

Et fectum tenui connectere carmina filo,

Horat. ep. 1. lib. 2. *Tenui deducta Poëmata filo.* Sanè Poëtæ, & ordiri, & texere dicuntur, vt eleg. 9. lib. 3.

Celsaque Romanis decerpta palatia tauris
Ordiar.

Dextra colo. vet. cod. habent, *Dextro colo.* Colus, huius colus, ἠλακάτη, inquit, Charis. lib. 1. Nonius citat colus feminino genere ex Cic. 2. de orat. At Isidor. cap. 29. lib. 19. *Colum* (neutro genere) *quod sit in longitudine & rotunditate, vt columna*, quare hic fortasse, *dextro*, retineri possit, vt eleg. 10. infra:

Lydo pensa diurna colo.

Sed illic & alij libri *Lyda*, Catull.

Laus colum mollis lana retinebat amictam.

vet. lib. *amictum*. Tibull. el. 3. lib. 1.

Deducat pleno stamina longa colo.

ita vet. libri. *Dextra*, Felici, vt sup. *Dextera auis.*

ACCERSIS *lacrymis cantus, aduersus Apollo.*] Sententia videtur esse. Tu qui fles amores tuos, ad eas lacrymas aduocas cantus, & res lætas, sacra scilicet, & dies festos; quia dixit, *Sacra, diesque canam.* An est hypallage, pro, Accersis lacrymas cantibus. *Lacrymas*, res flebiles & epos lacrymosum. vt infra:

A *Incipe tu lacrymis æquus adesse nouis.*

id est, flebili narrationi, vt el. 9. lib. 1. *Flere mœnia.* *Accersis cantus*, vt *Accersitus somnus* eleg. 17. lib. 3. vbi vide adnot. Beroaldus è coniectura legit. *Aduersis Musis cantas.* Scaligeri vetus liber habet *Accersis lacrymis Charites.* quem videsis. Porro siue *aduersus*, siue *auersus Apollo* legas, eadem efficitur sententia. Nam aduersis dij, vt venti, infesti, quasi contra stent in acie, & auersi se iniquos iis ostendunt, quos nolunt intueri. ipse eleg. 14. lib. 1.

Nam quis diuitiis aduerso gaudet amore?

B Horat. oda 23. lib. *Mollibis auersos Penates* & sat. 5. lib. 1. *Auersos soliti componere amicos.* Mart. ep. 61. lib. 8.

Scribit in auersa Picens epigrammata charta,
Et dolet auerso quod facit illa Deo.

POSCIS *ab inuita verba pigenda lyra.*] id est, Lyram, veluti Musam oras, vt tibi carmina adnuat, quæ non alia futura sunt, quam quorum te, & alios pigeat, id est, versus male-nati. Sic Horat. oda 32. lib. 1. ad Lyram:

Poscimus, si quid vacui sub vmbra
Lusimus tecum, quod & hunc in annum
C *Viuat, & plures: age dic Latinum,*
Barbite, carmen.

& oda 11. lib. 3. *Tuque testudo*, &c. *Verba*, pro versibus, & carminibus. vt eleg. vlt. lib. 2. vers. 41. dictum *Pigenda*, quorum te pigebit, quæ displicebunt. Ouid. in ep. Didûs:

Si fuit errandum causas habet error honestas
Ante fidem nulla parte pigendus erit.

Pigere pœnitentiæ est: Nonius, & Festus. Seruius: Piget ad futurum: Pudet ad præteritum spectat. sed errat. *Inuita lyra*, renuente, vt inuita Minerua.

CERTA *feram certis auctoribus. haud ego vates*
Nescius ærata signa mouêre pila.] id est, prædicam certò euentura tibi. neutiquam sum planetarius, qui nesciam versare, & torquere signa in sphæra, vt voluantur ad exemplum signorum, & siderum cœlestium. *Certa feram*, vera adferam, proferam, dicam, proloquar. vt el. 11. lib. 3. *Vera loquor. Certa, certis.* commutatio. *Auctores certi*, qui rem præstare possunt; & à quibus ad alios est profecta, & ad quos nata controuersia recurritur. Ductum à iure ciuili. Auctores, hic maiores ipsi; vel magistri à quibus accepit artem, & scientiam diuinationis. Cicer. ep. 6. ad Attic. *Sibi insidias fieri se certis auctoribus comperisse.* Si apud eundem Ciceronem, boni, idonei, locupletes auctores dicuntur. *Haud ego* E *vates.* legitur etiam, *Aut ego vates.* Aut certa dicam, aut ego non sum certus, vt puto. sic Virg. 10. Æneid.

Nunc manet insontem grauis exitus; aut ego veri
Vana feror.

Vates, astrologus. μάντις. à versibus vagiendis: Varro 6. de ling. Lat. vulgo viendis. Scaliger φάτης, vates; vnde fatuus. *Nescius mouere*, vt eleg. 16. lib. 1.

Nescia furtiuas reddere mota preces.

Signa, inquit Varro 6. de ling. Lat. in cœlo dicta quod aliquid significent, vt libra æquinoctium. sed & signa effigies & simulacra quædam animalium in cœlo, de quibus Varro

A

Marcipote apud Nonium: *Astrologi non sunt qui conscribillarunt pingentes cælum.* *Pila ærata*, sphæra ex ære, quia rotunda pilæ instar. dicitur *æs cauũ*, Varroni in Sesquiulysse apud Nonium in *explicare*, pro extendere. *Vias stelligeras ætheris explicans ære cauo.* vide Claudian. de Sphæra Archimedis. vet. gloss. Pela (id est, pila) Σφαῖρα. Atlas Sphæræ inuentor: Plin. *Aerata*, pro ærea, vt el. 20. lib. 2. *Aeratas catenas.*

Me *creat Archytæ suboles Babylonius Horos*
Horon, & à proauo ducta Conone domus.] per manus se doctrinam illam accepisse ait à maioribus, & tanquam hereditariam tenere. *Horos*

B

siue Horus insignis astrologi nomen. & hodie circumfertur liber Hori Apollinis nomine, quem Philippus nescio quis Græcè reddidit, mancus & mutilus de Hieroglyphicis. Meminit Plin. cap. pen. lib. 30. Hori Assyriorum regis, & eo nomine dicto Assyriorum reges ait Lucianus. *Babylonius*, non à patria, sed à professione, vt Chaldæus de Genethliaco. vnde *Babylonij numeri* Horatio oda 11. lib. 1. & illic Porphyrion. & Lucret. lib. 5.

Nec Babylonica Chaldæam doctrina refutans.

vide Strab. lib. 16. & Cic. lib. 1. & 2. de diuin. *Archytæ suboles.* vel filius, vel nepos, vel prone-

C

pos Architæ Tarentini. Suboles à subolescendo, & succrescendo: Festus. De Archyta Tarentino Laërtius in eius vita Horat. oda 28. lib. 1. De eius columba lignea Gell. cap 12. lib. 10. Eiusdem Archytæ instrumentum musicum cõmemorat Arist. cap. 6. l. 8. Politic. *Me creat Horon.* Enallage temporis, pro me sibi cognominem filium procreauit. Sic Virg. 1. Georg.

——*tum partu terra nefando*
Cœumque Iapetumque creat.

ipse hac elegia infra:

Vmbria me notis antiqua penatibus edit.

D

pro edidit. *A proauo ducta Conone domus.* Ego, inquit, Conoois sum pronepos, de quo Virg. ecl. 3. *In medio duo signa Conon*, &c. vbi valdè errat Seruius, qui de duce Atheniensium intelligit. Probus ibidem Cononem Samium mathematicum ait de astrologia scripsisse. vet. gloss. *Conon*, Σαμίος μαθηματικός. male, *Canon. Domus*, gens, familia. vt eleg. vlt. infra:

Et domus est titulis vtraque fulta suis.

Ducta, deducta, orta, vt à capite profecta, Virg. 5. *Vnde genus ducis.* Horat. oda 17. lib. 3.

Auctore ab illo ducis originem.

E

Dii *mihi sunt testes non degenerasse propinquis.*] id est, testor Deos me non desciuisse ab eorum, qui sanguine me propius contingunt, institutis. Degenerare, ἐκπίπτειν, genere se indignum præbere, quod Galli eleganter, *Forligner.* & cum tertio casu iungitur (nisi subaudiatur à.) vt apud Statium 1. Thebaid.

Marti non degenerare paterno Accipies.

Virg. 2. Georg.

Pomaque degenerant succos oblita priores.

Seruius exponit, mala effici ex bonis, & in peius verti. apud Cicer. 13. Philipp. etiam in vitio. *Frater tuus, qui à vobis nihil degenerat. Propinquis.* nam dixit: *Me creat Archytæ suboles.* Ergo propinqui, parentes.

In que *meis libris nil prius esse fide.*] in meis scriptis & vaticiniis nihil potius, nihil antiquius veritate esse. Liuius lib. 36. *Quanto prius, potiusque est Philippum coniungere, quam hos.* Donatus in illud Eunuchi sc. 1. act. 1. *Nihil prius neque fortius;* Prius, inquit, non ad laudem, sed ad ordinem pertinet, vt Sallustius, *quæ prima mortales putant.* Idẽ Sallust. in oratione Lepidi: *Queis prius iniuria, quam vita.* Gell. cap. 1. lib. 20. *Prius facinus*, pro atrocius dixit: *Fide*, veritate. nam fides dictorum & factorum constantia est, & veritas Cic. 1. offic. Sic infra:

Nempe meam firmant nunc duo busta fidem.

Item: *Vera, sed inuito contigit ista fides.* Ouid. 8. Metam. *Vota fides sequitur.* Idem 6. fast. *Dicta fides sequitur.* i. euentus.

Nunc *pretium fecere Deos, & fallitur auro*
Iuppiter: obliquæ signa iterata rotæ.] dicitur hoc in Mathematicos, quibus aurum, & pecunia Deorum loco est, dum ementiuntur fata pecunia corrupti. Religionem & fidem in pecuniam verterunt. τὸ *Nunc* dissimilitudinem morum & fortunæ notat, vt eleg. 16. lib. 1. vers. 5.

Aurum omnes victa iam pietate colunt.

Fallitur auro Iuppiter, an latet in auro? vt eleg. 5. infra: *Et sua nocturno fallere terga lupo.* De quo Ouid. eleg. 7. lib. 3. Amor.

Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro
Corruptæ pretium virginis ipse fuit.

Beroaldus etiam putat sic exponi posse; Genethliacos corruptos pecunia mentiri, & genesin Iouialem ei polliceri, cuius Saturnia sit. neutrum placet. ait enim per Iouem concipitur iusiurandum, & auri pecuniæque interuentu peieratur. Sic el. 4. infra:

Quæ voluit flammas fallere Vesta tuas.

Horat. oda 8. lib. 2.

Expedit matris cineres opertos fallere.

Plin. cap. 7. lib. 2. *Fallunt, & peierant Iouem.* Virg. 6. Æneid. *Fallere numen.* Ibid.

Nec veriti dominorum fallere dextras.

Hinc formula iusiurandi. *Si fallo. Signa.* Dicã scilicet & *signa*, vestigia rotæ solis per obliquum tramitem decurrentis, vt orbita solis significetur, quomodo eleg. 20. lib. 2. dictum. *Orbita lunæ.* vel *Rota* tertio casu, & *signa* Zodiaci, quæ sæpius percurrit currus solis obliquo tramite. Seneca: *Obliquo flexam deducens tramite lucem.* an *Rota*, pro cursu & curriculo, vt eleg. 25. lib. 2.

Septima quæ metam triuerit arte rota.

Iterata, iterum, vel sæpius decursa, vt eleg. 20. lib. 1. *Iterare responsa.* an *iterata*, pro, iteranda, vt eleg. 14. lib. 3. *Trochi versi*, pro vertentis? *Obliqua rota*, quia inflectitur per obliquum Zodiacum, de quo infra, *Versusque per astra Trames.* λοξὸς κύκλος. Arist. Virg. 1. Georg.

Obliquus quo se signorum verteret ordo.

Ouid. 2. Metam.

Sectus in obliquum est lato curuamine limes.

Obliquitatem Zodiaci dicitur inuenisse Anaximander Milesius, id est, rerum fores aperuisse, inquit Plin. cap. 8. lib. 2.

Felicesque *Iouis stellas, Martisque rapacis.*] Enallage numerorum pro Stellam felicem Iouis, & rapacem Martis, scilicet dicam. *Felix*, vt

agendi, vt Virg. 1. Æneid. *Sis felix.* & eleg. 10. lib. 3. *Felicibus edita pennis. Commoda stella* eo sensu dixit eleg. 27. lib. 2. Prosper autem erat, & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis, inquit Cic. 6. de rep. & *Iouis stella benefica* Apuleij lib. 2. Florid. Horat. oda 17 lib. 2.

Iouis tutela refulgens Saturno.

vide Macrob. cap. 19. lib. prioris in Somnium Scipionis de ratione cur Iouis stella benigna, Martis & Saturni malignæ. Stella, quasi luminis stilla, quod ridet, Fab. cap. 10. lib. 1. Stella in auguriis lætum significat. Festus in *Stella. Martisque rapacis*, vel auidi prædæ, vt ad belli notoram, & militum alludat. sic Horat. *Rapacium*
B
luporum. Catull.

Cinade Talle turbida rapacior procella.

vel *Rapacis* quarto casu, pro rapaces stellas Martis, id est, rapidas, sæuas, violentas. De eius stellæ natura Macrob. in Somnium Scipionis lib. 1. Cic. 6. de rep. *Tum rutilus horribilisque terris, quem Martem dicimus.* Apuleius Florid. 2. *Martis ignita* (Stella) Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis.

Et *graue Saturni sidus in omne caput.*] sic *sidus durum* dixit el. 6. lib. 1. vers. 36. & Virg. 1. Georg.

Frigida Saturni sese quò Stella receptet.

id est, noxia, vt *Frigidus anguis. Stella perniciosa Saturni*, Apuleius 1. Florid. Persius sat. 5.

Saturnumque grauem nostro Ioue frangimus vna.

Iuuenal. sat 6.

Hæc tamen ignorat quid sidus triste minatur
Saturni. Lucan. lib. 1.
——Summo si frigida cælo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes
Deucalioneos fudisset Aquarius imbres,
Totaque diffuso latuisset in æquore tellus.

Seruius in 1. Georg. Planetarum duos ait esse bonos; Iouem & Venerem; duos malos, Saturnum & Martem; vnum commouem & medium, Mercurium. Ouid. in Ibin. obiter omnes stellas percenset:

Natus es infelix, ita Dij voluêre; nec vlla
Commoda nascenti stella, leuisue fuit.
Non Venus affulsit, non illa Iuppiter hora.
Lunaque non apto, Solue fuere loco.
Nec satis vtiliter positos tibi præbuit ignes
Quem peperit magno Lucida Maia Ioui.
Te fera, nec quicquam placidum spondentia Martis
Sidera presserunt, falsiferique senis.

Graue, vt illic *non lenis*, & *presserunt.* vide Iun. prou. 70. cent. 5. *Graue in omne caput*, in omnes mortales. Sic Horat. ep. vlt. lib. 2.

Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in vnum
Quodque caput, vultu mutabilis, albus & ater.

Qvid *moueant pisces, animosaque signa Leonis*] id est, quid moliantur & parent, vt eleg. 22. lib. 3.

Exitium nato matre mouente suo.

sic dixit Ouid. 4. fast.

Pendula cælestes libra mouebat aquas.

& ipse el. 5. lib. 3. *Quid flamine captet Eurus.* alij libri, *Moneant*, id est, prædicant. Tibull eleg. 4. lib. 3. *Diui vera monent.* Inde monstra dicta quasi monestra: Festus. de piscibus duobus, quorum alter *νότιος*, australis: alter *βόρειος*, septentriona-
A
lis à positura loci Ouid. 3. fast. Manil. lib. 1. & in eum Scaliger, Macrob. cap. 21. lib. 1. in somnium Scipionis. & cap. 21. lib. 1. Saturn. Virg. 4. Georg. & Seruius ibid. & Higinus fabula 197. & lib. 3. Astron. In *Pisces.* Turneb. cap. 18. lib. 21. ex Olympiodoro, cum omnes planetæ in hiberno, & frigido signo erunt, vt in piscibus, vel aquario, tunc futuram magnam hyemem, id est, eluuionem terrarum ait. *Signa*, pro, Signum, vt supra: *Stellas Iouis. Animosa*, violenta, rapida, vim igneam spirantia, & alludit ad leonum naturam iracundam vet. gloss. *Animosus, furibundus, θυμικός.* Horat. oda 29. l. 3.

Iam Procyon furit,
Et stella vesani Leonis
Sole dies referente siccos. & ep. 10. lib. 1.
Leniat aut rabiem canis, & momenta Leonis.
Cum semel accepit solem furibundus acutum.

Plin. cap. penult. lib. 11. *Animæ Leonis virus graue* ait esse, *vt vrsi pestilens.* De signo Leonis vide Higin. lib. 2. & 3. Astron. in *Leo.* Is leo Cleonæus fuit, primus Herculis labor. Macrob. cap. 12. lib. 1. in somnium Scipionis in leone esse rudimenta nascendi, & humanæ vitæ tyrocinia ait. & cap. 21. lib. 1. Saturn. Leonem Solis domicilium esse. Turneb. loco prænotato, cũ
C
omnes planetæ in signo æstiuo erunt, vt Leone aut Cancro tunc, ait, futuram magnam æstatem, id est, exustionem terrarum. *Signa animosa*, vt Virg. 2. Georg.

Quod animosi Euri assiduè franguntq́, feruntq́.

Ouid. 5. fast.

Martis opus Iuuenes, animosaque bella gerebant.

Lotvs *& Hesperia quod Capricornus aqua.*] de Capricorno Higinus lib. 2. Astron. & fab. 196. & lib. 3. in *Capricornus.* Macrob. cap. 12. lib. 1. in somnium Scipionis. Manil. lib. 4. & Scaliger in eundem. *Lotus aqua Hesperia*, vel qui mergi-
D
tur in Hesperio mari, vel qui aqua ipse perfunditur cum pluuium ciat. *Lotus aqua*, vt Virg 8. Æneid. *Qualis vbi Oceani perfusus lucifer vnda.* Ipse el. vlt. lib. 2. *Inferna vulnera lauit aqua.* Seruius in illud Virg. 1. Georg.

Frigida Saturni quo sese stella receptet.

Saturnus, inquit, Deus pluuiarum est: nam senes gelidi. Hic autem in Capricorno facit, grauissimas pluuias, & præcipuè in Italia, vnde Horatius ait oda 17. lib. 2. *Seu tyrannus*

Hesperiæ Capricornus vndæ. Manil. lib. 4.
Tu Capricorne regis quidquid sub sole cadente
Expositum. Ergo *aqua Hesperia*, non Itala
E
tantum, sed occiduum omne mare. Sueton. in August. cap 94. sub eo sidere natum ait Augustum, & eius forma nummum percussisse. Beroaldus putat per lotum Hesperia aqua Capricornum, eius occasum significari, quia occidens magis sæuit.

Dicam; *Troia cades, & Troica Roma resurges.*] In signis perturbatio temporũ. quomodo enim pronepos Cononis, & Troiæ excidium prædixit, & Arriæ filiorum, ac Propertij fata? Scaliger hoc versus locat post vers. 70. *Dicam*, prædicam, vnde *dictio. Troia cades*, euertêris. vide adnot. ad illud eleg. 1. lib. 3.

Nec non ille tui casus memorator Homerus.

Troica regna. Sic Cic. in Bruto. *Troicis temporibus.* & 5. fam. *Troicum bellum.* Troica Neronis sæpe citat Seruius. *Resurges*, renasceris. vide vers. 47. sup. adnot.

Et *maris*, *& terra longa sepulchra canam.*] id est. & prædicam longas clades, diuturnaque & multa funera, cum propter decennalem obsidionem Troiæ, tum ob longos errores Æneæ. *Sepulchra*, pro funeribus, id quod sequitur, pro eo quod præcedit; vt eleg. vlt. lib. 1.

Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulchra.

Maris sepulchra, an vt eleg. 7. lib. 3. *Pro tumulo mare*, vers. 12. an *longa sepulchra*, longè à patria? vt *longinquis piscibus* eleg. 7. lib. 3. an *longa* pro multa? vt contra Virg. 1. Georg. *Nox plurima*, pro longissima. An significat terram & mare, mundumque interiturum? qua de re dictum eleg. 5. lib. 3. vers. 31.

Dixi *ego cum geminos produceret Arria natos?*] Equidem prædixi, inquit, cum Arria, liberos duos, ad bellum mitteret & prosequeretur, non fore vt salui domum redirent. *Arria*, Romanum nomen vt Arrius apud Catull. *Produceret*, pro sequeretur, & bene funesto verbo vsus est. Donat. in Adelph. act. 4. sc. 2. ad illud: *Paulatim hunc producam diem*: Bono, inquit, verbo vsus est ad metaphoram tanquam vel morientis diei, vt est, *Nec te tua funera mater Produxi.* Stat. 1. Syluar. epiced. in Glauciam:

Spectatumque vrbi scelus, & puerile pheretrum
Produxi. Idem 2. Thebaid.
—*Namque vna soror producere tristes.*

Exsulis ausa vias, prosequi. Varro ἔνος λύρας apud Nonium in *Producere*:

Valete, & me palmulis producite.

id est, prosequimini plausu. quod Nonius non vidit. *Geminos natos*, vel duos, vel pares, vel gemellos. eleg. 9. lib. 2.

Tutus & geminos anxia mater alit.

Illa *dabat natis arma vetante Deo.*] id est, ad bellum mittebat; vel tenera armis eos instruebat. *Vetante Deo.* sic Tibull. eleg. 5. lib. 1.

Fingebam demens, sed renuente Deo.

Catull. *Inuitis heris.* Ouid. in ep. Didus:

Aduerso mouimus ista Deo. Horat. odæ 14. Epod. *Deus Deus nam me vetat.* ipse supra hac elegia: *Auersus Apollo.* Hic versus includendus Parenthesi.

Non *posse ad patrios sua pila referre Penates.*] sic Ouid. in ep. Laodamiæ:

Et sua det reduci vir meus arma Ioui. idem 2. fast.
Nec finis ad patrios arma referre Deos.

& eleg. 7. lib. 4. de Ponto:

Miles vt emeritis non est satis vtilis armis,
Ponit ad antiquos quæ tulit arma Lares.

Reduces arma sua figebant ad Deorum postes. *Pila referre.* vide adnot. ad illud Tibulli ex lib. 4.

Ieceris, aut lento perfregeris obuia pilo.

Ad patrios penates. parentum penates, Plaut. in Mercat. Tibull. eleg. vlt. lib. 1.

Sed patrij seruate Lares. & mox:
A nobis ærata Lares depellite tela.

Lege Festum in *Hostilys Laribus.*

Nempe *meam firmant nunc duo busta fidem*] nam nunc, sed serò, duo busta confirmant meo-

A rum dictorum veritatem. *Nempe*, pro nam & enim, vt eleg. 5. infra: *Nempe tulit fastus.* Virg. 3. Georg.

Quid Iuuenis magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat serus freta.

Nempe, *quippe* hic coniunxit, vt Terent. Andria act. 5. sc. 4. *Nempe scilicet.* Ouid. el. 2. lib. 3. Am.

Nempe fauore suæ vicit tamen ille puellæ.

Duo busta, plus est quam duo funera. nam iis significantur liberi mortui, cremati, & conditi, vt eleg. 20. lib. 2.

Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba.

B *Firmant fidem*, sic Plaut. milite sc. 5. act. 2.

Nisi das firmatam fidem te intrò ituram.

sed *fides* hic, pro veritate, vt adnot. sup. vers. 80.

Qvippe *Lupercus equi dum saucia protegit ora.*] id est, protegere conatur; non enim protexit cum *saucia* dicat, vt infra:

Et bene cum fixum mento discusseris vncum
Nil erit. id est, discutere, tentaris. & eleg. 3. lib. 2.

Cognitus Iphicli surripuisse boues.

Lupercus, hic nomen est Romanæ familiæ & apud Mart. ep. 108. lib. 1.

C *Nudam te statuet tuus Lupercus.* & ep. 46.
Vendunt carmina Gallus & Lupercus.

& apud Cornel. Tacitum, *Mummius Lupercus legatus in Germania.* Alij sunt Luperci sacerdotes, de quibus dictum supra vers. 26. *Protegit*, porro tegit vim repellendo, vt eleg. 14. lib. 3.

Virgineumque cauo protegit ære caput.

sine vi. Virg. 2. Georg.

Ingenti ramorum protegit vmbra.

& apud Cic. Topicis: *Protegere ædes.* & apud Iurisconsultos: *Protegendi seruitus.* *Ora equi.* vt Virg. 12. Æneid.

Ora citatorum dextra contorsit equorum.

D Inde *Orea*, siue *Oria*, siue *aurea*, quod ori equorum insertantur. *Saucia*, grauiter vulnerata, vt eleg. 3. lib. 3.

Saucia mœrenti corpora vectet aqua.

Hev *sibi prolapso non bene cauit equo.*] est miserantis & ingemiscentis alieno malo, vt el. 1. lib. 1. *Heu referet quanto verba dolore mea.* *Sibi non bene cauit*, sibi parum consuluit. Se non protexit, dum equum tegere vult. Sic Ouid. 1. de arte amandi:

Ille sæpe loco capitur consultus amore;
Quique alijs cauit, non cauet ipse sibi.

Et Cicero Trebatio lib. 7. ad fam. *Tu qui cæteris* E *cauere didicisti, ne ab Essedario capiaris caueto.* *Prolapso equo.* Insignis dilogia, vel septimo casu; cum equus prolapsus esset, & è vulnere corruisset. vel Non *bene cauit sibi prolapso*, (& tamen) *cauit equo*, id est, equum protexit, se vero minime, quia dum in armos equi penderet, prolapsus ipse est, & effusus humi, & ita interfectus. vel *Prolapso equo.* supple, ab, vt Horat.

Aut labentis equo describet vulnera Parthi.

Liuius lib. 27. *Marcellum etiam transfixum lancea, prolabentem ex equo moribundum videre.* An vtrumque prolapsum significat? Sic Virg. 10. Æneid.

Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat: effusumque equitem super ipse secutus
Implicat,

Implicat, eiecto incumbit cernuus armo.

Prolabi, est porro, & longius labi, vt el. 20. lib. 1.

Prolapsum leniter facilis texêre liquore.

Liuios lib. 5. *Conuertentem se, inter hanc venerationem prolapsum cecidisse.* Vatro 5. de lingua Lat. *Lubrica mens prolabitur, vt dicebant olim.*

GALLVS *at in castris, dum credita signa tuetur,*
Concidit ante Aquilæ rostra cruenta suæ.]

Tres Galli commémorantur eodem tempore, vt notaui ad eleg. peoult. lib. 1. vers. 7. Hic Luperci frater, qui dum sibi commissam Aquilam defendit, cortuit. erat enim Aquilifer Gallus, vt hoc versu liquet. *Credita*, tradita ab Imperatore eius fidei. Ouid. 1. de Rem. Am.

Tradita qui toties te duce signa tuli.

Quantum autem flagitium signom amittere sæpe docet Liuius & Dionysius, idque expiari solitum fuste, vel securi, vel fustuario. Ouid. 3. fast. *Non illi cœlo labentia signa tenebant,*
Sed sua, quæ magnum perdere crimen erat.

& 5. fast. *Signa decus belli Parthus Romana tenebat.* In signis militaribus, de quibos Veget. cap. 5. lib. 3. erat Minotaurus, ob areana, & implexa eonsilia ducum, & porcus, quia fedus icebatur porco femioa. Fest. in *Minotauri*, & in *Porci.* fuerunt & *equi*, & *apri*, & lupi effigies. *Concidit.* nam cadere, eoncidere, & ruere de sauciis letali vulnere dicitur. Ante Aquilæ rostra eoucidit, quia tuebatur signa, siue propugnator erat signi, & Aquilæ, euius rostrum in hostem versum. *Rostra* suot auium, vnde & ad homines, & pecudes, & naues transferuntur. dicta sunt à rodendo; vt plaustrom à plaudendo; claustrum à claudendo; rastrum à radeodo. Isidor. cap. 3. lib. 18. *Aquila legioni signum datum, quod id felix Ioui auspicium fuit aduersus Titanas.* Olim Aquilæ non fuerant, sed è fœno manipuli. Ouid. 2. fast.

Illaque (signa) *de fœno, sed erat reuerentia fœno,*
Quantam nunc Aquilas ceruis habere tuas.

Totius legionis signum, vnde quidam Ciceroni eom dixisset, *Bono animo simus, septem adhuc nobis supersunt Aquilæ. Rectè, inquit Cicero, si nobis cum Graculis bellum esset.* Aquilas legiooibus dicauit Marius: Plutarch. Eæ primum argenteæ, deinde aureæ, alis expaosis fulmen pedibus tenentes. Dio lib. 43. & 40. Hastæ longæ imponi solitas docet, cuius ima pars acuta, vt humi defigi possit. Initium & origo eius rei à Persis. Effigiem Aquilæ vide in Numis apud Torrentiom in Soeton. *Aquila*, vel à colore aquilo, fusco & subnigro, vt Virg. *Fuluus Iouis ales.* & Ouid. 5. fast.

Grata Ioui fuluæ rostra videbis auis:

vel ab acutè volando.

FATALES *pueri, duo funera matris auaræ.*]

μοιρηγενέες, *Fatales*, quibus iniecere manom parcæ, telisque hostium sacrarunt. quos ei morti fata addixerant. Sic Virg. 11. Æneid.

Fatalem Aeneam manifesto numine ferri.

Aliter *Fatale monstrum* Horatio, & *Fatalis Iudex*, & Virg. *Fatalis equus. Duo funera.* olim pueri, nunc funera, vt sup. *Duo busta.* Catull.

—— quam talia Cretam
Funera Cecropiæ, nec funera portarentur.

A *Funera matris*, vt eleg. 3. lib. 1. *Funera Tantalidos. Auaræ*, quæ eos ad bellom miserat spe prædæ. vnde eleg. 12. lib. 3.

Si fas est omnes pariter pereatis auari.

Nam duplex belli caussa, pecuniæ sitis, & imperij profunda cupido. id est, ambitio & auaritia.

VERA, *sed inuito contigit, ista fides.*] id est, certa fides venit meis dictis, sed tamen maluissem non contigisse, vt eleg. 13. lib. 3.

Proloquar, atque vtinam patriæ sim vanus aruspex.

Sed, subaudiri postulat, quidem. vt eleg. 6. lib. 3. *Pœna erit ante meos sera, sed ampla pedes.*

B *Vera fides*, vt eleg. 6. lib. 3.

Non est certa fides, quam non iniuria mutat.

& eleg. 9. lib. 3. ambiguè:

Mæcenatis erunt vera trophæa fides.

IDEM *ego, cum Cynaræ traheret Lucina dolores,*
Et facerent vteri pondera lenta moram.

Diana cum adest parturieotibus dicitur *Iuno Lucina.* Ouid. 2. fast.

Gratia Lucina, dedit hæc tibi nomina lucus,
Seu quia principium tu Dea lucis habes.

Idem 6. fast.

An faciant mensem luces, Lucinaque ab illis
Dicat, & à nullo nomina mense traham.

C vide eundem lib. 9. Met. Horat. in carm. sæculari. Donat. in Andriam. act. 3. sc. 1. *Iuno Lucina*, Iunonis filia, Græcè εἰλείθυια dicitur, Latinè Iuno à iooando dicta. Lucina, ab eo quod in lucem producat. Idem scribit Varro 4. de lingua Lat. plurib. verbis, & Festus in *Supercilia.* Plin. cap. 44. lib. 17. à lueo, Lucina. Dicta & *Opigena Iuno*, quia in partu ferat opem: Festus. In vetere numo Faustinæ Aug. Aug. Pij Fil. Altera ex parte stáns imago stolatæ matronæ, qoæ dextra pateram, sinistra hastam tenet, cum inscriptione; *Iunoni Lucinæ.* Diooys. Halic. l. 4. Iluhyiam

D ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν Ἥραν Φωσφόρον. *Cum ergo Lucina traheret dolores Cynaræ*, id est, longos faceret, siue protraheret dolores puerperij Cyoaræ parientis, vt apud Ouid. Alcmenæ 9. Met. Sic Virg. 1. Æneid. *Noctem trahebat*, & 6. Æo. *Traherent tempus. Dolores parturientium* dicontur, & dolere. Catull.

Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis.

Plaut. Ampbit. sc. 1. act. 5. *Vbi vtero exorti dolores, vt solent puerperæ.* Ibid. *Vt pariat sine doloribus.* & Aulul. *Perij, vterum dolet. Cynaræ*, nomen puellæ est apod Horat. oda 1. & 13. lib. 4. & ep. 14.

E lib. 1. quam hîc significari putat Scaliger: & *Pondera vteri*, fœtus ipse nondum editus. Ouid. 6. Metamorph.

—— qui matri sarcina quondam
Prima suæ fuerat. & 9. Met. Alcmena ait:
Tendebat grauitas vterum mihi; quodque ferebam
Tantum erat, vt posses auctorem dicere tanti
Ponderis esse Iouem. Idem 2. fast.
Exuerat tunicas, vteri manifesta tumore
Proditur indicio ponderis ista sui. Ibidem:
Parce precor grauidis facilis Lucina puellis,
Maturumque vteri molliter aufer onus.

Idem 3. fast.

Cœlestis tumidus pondere venter erat.

& eleg. 13. lib. 2. Am.

Tuque laborantes vtero miserata puellas,
Quarum tarda latens corpora tendit onus.

Pondera lenta, tarda, ideoque cum mora coniunxit, vt eleg. 23. lib. 3.

Irascor quoniam es lente moratus heri.

Facerent moram, morarentur. id est, Infans non prodiret, qui in vtero. Sic facere votum, vouere. Plaut. *Create moram* dixit, pro morari.

IVNONI *votum facite, impetrabile, dixi.*] id est, vota Iunoni Lucinæ suscipite, & nuncupate, eis facile Dea annue, vt ego præsentio, & prædico. & suspensa voce pronunciandum. *Patrare*, facere, impetrare perficere: Donat. in Hecyr. quia in auget sæpe, vt inclamare. Sic Propetrare, mandare quod perficiatur. Dicebatur olim & impetrire. vnde *Impetritum*, verbum Augurum in Asin. Plauti. Seruius in 6. Æneid. Auguria aut oblatiua sunt, quæ non poscuntur: aut impetratiua, quæ optata eueniunt. Plaut. Pœn. act. 5. sc. 2. *Incipere multo est, quam impetrare facilius.* id est, perficere. *Impetrabilis venia* Liuius lib. 26. [illegible]. Ibid. *Omnia impetrabilia.* apud Plaut. [illegible] Mostell. sc. vlt. *Non potuit venire ad me orator magis impetrabilis.* In Mercat. sc. 4. act. 5. *Impetrabilior, qui viuat nullus est.* Et in Epidico act. 3. sc. 2. *Vt facilem & impetrabilem?* diem mihi dedisti?) An *impetrabite*, pro, impetrabitis? vt facite, impetrabite dixerit.

ILLA *parit, libris est data palma meis.*] id est, Cynara statim & pondere, & doloribus vteri liberatur. *Parit*, non peperit, vt el. 7. lib. 3.

Quà natat Argenni pœna minantis aqua.

Data palma libris. vt sup.

Ennius hirsuta cingat sua dicta corona.

Non tantum cursoribus, aut aurigis, & quinquertionibus dabatur palma; sed etiam scriptoribus ipsis. Terent. in prologo Phorm.

——*in medio omnibus*
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.

Virg. 3. Georg.

Primus Idumaas referam tibi Mantua palmas.

Horat. ——*valeat res ludicra, si non*
Palma negata macrum, donata reducit opimum.

Iuuenal. *Dubiam facientia carmina palmam.* Auson. Paulino ep. 29.

Et qua iam dudum tibi palma poëtica pollet,
Lemnisco ornata est quo mea palma caret.

Ergo ait se veluti omnibus Mathematicis antepositum, & quasi victorem declaratum: nam palma victoriæ signum. Gell. cap. 6. lib. 3. Plutarch. lib. 8. Sympos. quæst. 4. An ita palmati libri, vt laureatæ litteræ? an meis libris, mihi scriptori, vt sæpe: *Pagina nostra.*

HOC *neque arenosum Libyci Iouis explicat antrum.*] cum *arenosum antrum* dicit ab Ammonis Iouis oraculum, & nomen alludit: nam ἄμμος, arena, vnde *Ammon Iuppiter*, quasi arenarius. licet à pastore quodam ita dictum alij putent. Pausan. Messenicis. De fano & oraculo Iouis Ammonis legendus Plutarch. in Alexandro. Lucan. lib. 9. Curtius lib. 4. Seruius ad illud 4. Æneid. *Hic Ammone satus.* & *antrum*, quia in antris oracula. Virg. 6. Æneid. *Explicat*, aperit, quia operta & implicata oracula. Paulo

A post dicit, *Prodit.*

AVT *sibi commissos fibra locuta deos.*] superiori versu vatem hoc prædictionis artificium nescire dixit, hoc nec aruspicem: Aruspices enim, vt Ouid. 15. Metam. inquit:

Protinus ereptas viuenti corpore fibras
Inspiciunt, mentemque Deûm scrutantur in illis.

vnde Seneca Thyestæ act. 4. sc. 1. de Aruspice:

At ille fibras tractat, & fata inspicit. *Aut fibra.* scilicet explicat. Fibræ sunt extremæ auræ iecinorum: Festus in *Fiber.* Varro 4. de lingua Lat. in Iecinore extremum. nam extremum
B antiqui dicebant fibrum. Seruius in 1. Georg. Fibræ venæ quædam, & nerui, qui decurrunt per iecur. Idem ad illud: *Fibræ apparere minaces*; venas, exponit, aliquas quæ si apparerent in visceribus, triste omen erat. Idem in 6. Æneid.

Nec fibris requies datur vlla renatis. Fibræ, inquit, sunt eminentiæ iecinoris. Idem in 10. Æneid. Fibræ iecinorum extremitates, inquit. Isidor. lib. 11. Fibræ iecinoris sunt extremitates; sicut extremę partes foliorum in vitibus quasi eminentes linguæ. dictæ autem fibræ, quod apud gentiles in sacris ad Phœbi aras ferebantur ab Hariolis; quibus oblatis atque succensis
C responsa acciperent. vnde Cic. 1. de diuin. *In extis fibra quid valeat.* Tibull. eleg. 5. lib. 2.

Tuq. regis sortes (Phœbe) *per te præsentit aruspex,*
Lubrica signauit cum Deus exta notis.

& eleg. 4. lib. 3.

Dius vera monent, venturæ nuncia sortis
Vera monent Thuscis exta probata viris.

& eleg. 8. lib. 1.

Nec mihi sunt sortes nec conscia fibra Deorum.

& eleg. 1. lib. 2.

Euentura precor, viden vt felicibus extis
Significet placidos conscia fibra Deos.

Ouid. 7. Metam.

D *Fibra quoque ægra notas veri, monitusque Deorum*
Perdiderat.

Locuta Deos. quæ Deorum voluntatem enunciauit. nam loqui dicuntur & muta. vt eleg. 23. lib. 3. tabellæ dicuntur *Verba diserta loqui.* sic *Ida dicit* & *Ascanius*, & *cubile clamat.* *Fibra locuta*, vt Tibulli locis antedictis, *Fibra conscia significat*, & *exta monent*, & *fibra signata notis.* nam in iis notis, vt literis leguntur futura. Contra *Muta exta*, quæ nihil portendunt: Festus. *Deos*, Deorum numen & voluntatem. vt Virg. 12. Æneid. *Accipio, agnoscoque Deos.* Sic: *Non sine Dijs*, Horatio, quod Virg.

——*non hæc sine numine Diuûm Eueniunt.*

Commissos sibi, sibi quasi traditos & concreditos,
E & inclusos in se habens. vnde *Consciam Deorum* vocat Tibullus. deinde committimus arcana cuiusmodi sunt fata.

AVT *si quis motas cornicis senserit alas.*] id est, aut quicunque intellexerit siue agnouerit volatus cornicis. Sentire verbũ est augurum, ac vatum. vt Virg. 3. Æn. ——*Qui sidera sentis,*

Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ:

Fare, age, &c. Cato apud Festum in Prohibere. *Domi cum auspicamus honorem me Deum velim habuisse, serui, ancillæ, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit.* Ouid. 3. fast.

Quis tunc aut hyadas, aut Pleiadas Atlantaas
Senserat? aut geminos esse sub axe polos?

Ipse eleg. 6. lib. 3.

Dic mihi de nostra quæ sentis vera puella.

Motas alas Cornicis; volatus, quia fit motis alis. Ouid. 8. Metam.

Et mouet ipse suas, & nati respicit alas.

Horat. *Si celeres quatit pennas.* id est, auolat. significat autem cornicem non tantum oscinem; sed & alitem esse. id est, alis, nun solum cantu facere auspicium. Horat. oda 27. lib. 3.

Antè quàm stantes repetat paludes
Imbrium diuina auis imminentum.

id est, cornix reuuluet. Cicero tamen. 1. & 2. de diuin. & 3. de Nat. Deur. & Virg. eclog. 1. & 9. & Festus in Oscines, cantus solum cornicis meminere, non volatus.

VMBRAQVE *nec magicis mortua prodit aquis.*] Turneb. cap. 6. lib. 23. è coniectura:

Vmbraue quæ magicis mortua prodit aquis.

Nec explicat. Si retinemus hanc lectionem, *Nec*, erit, non tantum, vt sæpe. *Vmbra mortua*, hominis mortui; quia est & vmbra viui hominis, vt eleg. 12. lib. 2. *Vapulat vmbra mea.* & de viuo, & mortuo. Sic apud Apuleium lib. 2. Asini excitatur mortuus, & apud Lucanum lib. 6. τὸ *Prodit*, si est à prodo, non à prodeo, recta hæc locutio, id est tradit & memorat, paulò antè dixit *Explicat.* *Aquis magicis*, quas venefici spargunt in illis nefariis sacris, vt apud Horat. oda 5. Epod. vbi *Auernales aquas* vocat. & Virg. eclog. 8. *Effer aquam*, &c. & 4. Æneid.

Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.

ASPICIENDA *via est cæli, versusque per astra*
Trames, & à Zonis quinque petenda fides.]

Via cæli, vt Euripid. initiu Phœniss.

Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν Ἥλιε.

Virg. 2. Georg.

Cælique vias & sidera monstrent.

vbi Seruius circulos exponit, quibus sidera continentur. *Aspicienda est.* contemplanda vt vetus Poëta: *Aspice hoc sublime candens. Versusque per astra trames.* Ouid. 2. Metam,

Sectus in obliquum lato curuamine limes.

Virg. 1. Georg.

Obliquus qua se signorum verteret ordo.

Baltheus & *fascia* vocatur Manilio lib. 1. supra *via cæli.* Zodiacus enim Solis via Macrob. cap. 10. lib. 2. in Somnium Scipionis. vnde Virg. 1. Georg.

Per duodena regit mundi sol aureus astra.

& supra hac eleg. vers. 84.

Obliqua signa iterata rotæ.

Petenda fides ab Zonis quinque, arcessenda veritas prædictionum à quinque cingulis de quibus Aristot. cap. 5. lib. 2. Meteor. Macrob. lib. 2. in Somnium Scipionis. Tibull. lib. 4.

Et quinque in partes totus disponitur orbis.

vbi vide adnot.

EXEMPLVM *graue erit Calchas, namq. Aulide soluit*
Ille bene hærentes ad pia saxa rates.] Testis, inquit, erit locupletissimus Calchas aruspicinam esse mendacem. *Graue exemplum*, in quo pondus magnum, & auctoritas, vt apud Horat. oda 11. lib. 4.

A *Exemplum graue præbet ales Pegasus.*

Exempla testimoniorum sunt similia, inquit, auctor Rhetor. ad Heren. lib. 4. vbi docet quid differant. Exempla morum: testimonia sunt probationum. & exemplum ab ex, & emendo, id est, sumendo. Fest. Exemplum est quod sequamur, aut vitemus: Exemplar, ex quo simile faciamus: hoc oculis, illud animo æstimatur. Exemplum est, quod rem auctoritate, vel casu hominis, aut negotij alicuius confirmat, vel infirmat. Cic. 1. de Inuent. Calchanta autem non videtur facere astrologum, cum Poëtæ augurem faciant; sed ait falsum augurem fuisse, nec

B rediisse Græcos. de Calchante Virg. 2. Æneid. Homer. Iliad. α.

Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος.

De hac autem fabula vide Ouid. 12. Metam. vers. 6. & seqq. Higin. fab. 98. Euripid. Iphig. in Aulid. Cic. 1. & 2. de diuin. & 2. de Nat. Deor. & 2. de leg. *Soluit*, pro solui fecit, vt Macrob. cap. 6. lib. 6. Sat.

Supposita de matre notos furata crearit.

pro creari fecerit. *Aulide*, Euboico portu. Virg. 4. Æneid.

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui. Stat. 1. Achill.

C *Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis,*
Rupibus expositis, longiq. crepidine dorsi,
Euboicum scandens Aulis mare: littora multum
Montiuaga dilecta Dea.

Ad quæ verba explicanda faciunt Euripidis verba in Iphig. in Aulide. Ἀρτέμιδος Αὐλίδος αἰγιαλόν. Strabo lib. 8. Aulidem quinquaginta tantum nauium capacem scribit; itaque non illuc, sed in vicinum portum verisimile esse conuenisse Græcorum classem. *Rates*, mille naues, vt el. 26. lib. 2.

Et Danaûm Euboico littore mille rates.

Bene hærentes. aut valdè hærentes, & multum. vt

D infra: *Bene fixum vncum.* vel quia ea mora proderat Troianis, & ipsis etiam Græcis magnam partem ad Troiam perituris. *Hærentes*, quia inde moueri non poterant aduersis ventis, & ita Dianæ. Horat. sat. 3. lib. 2. de hac re:

Nempe ego vt hærentes aduerso littore naues
Eriperem, prudens placaui sanguine diuos.

Hærere ad saxa, vt Cic. 5. de finib. *Adhærescere ad saxa* (Sirenum) & 4. Academ. *Adhærescere ad saxum.* Aliud est el. 7. lib. 3.

Nocturnis ad saxa ligata procellis. Et *saxa*, quia lapidosa & petrosa regio illa, vt scribit Strabo lib. 9. & Stat. 1. Achill. *Pia saxa*, quia bella &

E cædes vetabant. sic eleg. 17. lib. 1.

Mansuetis socio parcite littoribus. & Horat. oda 21. lib. 3. *Pia testa.* & contra oda 3. lib. 1. *Impiæ rates.* & Virg. in Culice: *Impia loca.*

IDEM *Agamemnonia ferrum ceruice puellæ*
Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.]

vide adnot. ad illud eleg. 7. lib. 3.

Pro qua mactata est Iphigenia mora.

Tinxit ferrum, imbuit secures, & cultros victimariorum cruore Iphigeniæ, quia iussit mactari. vt apud Horat. oda 23. lib. 3.

Victima pontificum secures
Ceruice tinget. Virg. 3. Æneid.
Vix bene suppositi tinguntur sanguine cultri.

& 12. Æneid.

Dextra mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo.

Atrides, maior fcilicet, vt eleg. 7. lib. 3.

Classem non foluit Atrides.

Dedit vela, vela ventis commifit, vt Virgil. 1. Æneid. ——*in altum*

Vela dabant læti, & fpumas falis ære ruebant.

Dedit vela cruenta, nauigauit ipfe cruentus. vel vela funefta, vt eleg. 27. lib. 2. *Triftia vela ratis.* contra eleg. 21. lib. 3. *Felicia lintea.*

NEC *cedere tamen Danai: tu diruta fletum*
Supprime, & Euboicos refpice Troia finus.]

contra eleg. 9. lib. 3.

Et Danaûm decimo vere rediffe rates.

Non rediere Danai, quia *plera pars peffumdata eft.* Ergo mendax Calchas, loquit Cononis pronepos. *Troia diruta*, euerfa vt eleg. 28. lib. 2. verf. 54. adnot. *Supprime fletum*, cohibe lacrymas. vide adnot. ad eleg. 10. lib. 3. verf. 8. Cic. dixit: *Repreffo fletu. Flet Troia.* vt *Machæra lamentatur* apud Plaut. & eleg. 12. lib. 3.

——*Lætentur cæde fagitta.*

Refpice finus Euboicos, reflecte oculos ad futuram vltionem apud Promontorium Eubææ Caphareum. Refpicimus à tergo, vt fequentia. Donatus in Andriam: Refpicere propriè retrò afpicere. *Sinus* in mari, κόλπος. *Golfo* Italis. Ifidor. cap. 17. lib. 13. Sinus dicuntur maiores receffus maris, vt in mari magno Ionius; in Oceano Cafpius. Seruius in 11. Æneid.

Extremamque finu perfundit arenam.

id eft, curuatione & flexu vndarum. Sinum quoque Euboicum vocat Ouid. in Ibin.

NAVPLIVS *vltores fub noctem porrigit ignes.*] vide adnot. ad el. 7. lib. 3. verf. 39. & feq. de hac fabula. Nauplius Palamedis pater, vnde ab Ouidio dicitur *Naupliades* 13. Met. *Porrigit ignes vltores*, protendit, procul oftendit, profert. Πυρσεύειν Græci dicunt, vt Euripides in Helena, igne fublato dare fignum è fpecula. Higin. fab. 116. *Facem ardentem extulit.* Seru. in 11. Æneid. *Elata facula fignum dedit vicini portus. Vltores ignes*, quibus vltus eft Nauplius luctum, & dolorem fuum. Aufon. in Monofyllabis:

Vltrix flagrauit de rupibus Euboicis fax.

Virg. 2. Æneid.

Animumque expleffe iuuabit Vltricis flammæ.

Higin. fab. 249. Facem fceleratam vocat. Huic Nauplij fabulæ confentaneum eft, quod fcribitur ab Vlp. in *L. Ne pifcatores. D. de Incend. rui. & naufr.* vbi prohibetur ne pifcatores noctu lumine oftenfo fallant nauigantes, vt inde prædam nefariam parent. *Sub noctem*, quia noctu id accidit. Higin. fab. 116. Nec interdiu confpici facula potuiffet, & patuiffent infidiæ claro loci. Horat. oda 9. lib. 1. *Lenefque fub noctem fufurri.* fic dicitur Virg. *Sub lucem.* & Vlp. dicta lege Ne pifcatores: *noctu lumine oftenfo.*

ET *natat exuuiis Græcia preffa fuis.*] *Græcia*, pro Græcis fere omnibus, vt eleg. 7. lib. 3.

Naufraga cum vafto Græcia tracta falo.

& Horat. ep. 2. lib. 1.

Græcia Barbariæ lento collifa duello.

Preffa, depreffa, demerfa, onere nimio fpolio-

A rum. vt eleg. 18. lib. 3.

His preffus Stygias vultum demifit in vndas.

Tuis exuuiis, tuis fpoliis ô Troia. Alias legitur *fuis*, vt referatur ad exuuias Græcorum. *Natat*, fluitat, vt naufragi folent. vt eleg. 25. lib. 2.

Cum fæpe in portu fracta carina natet.

VICTOR *Oilide rape nunc, & dilige vatem,*
Quam vetat Auelli vefte Minerua fua.] veteres libri, *ô Iliade.* forte, *Oiliade.* fic enim dicitur Homero Odyff. Δ. & Iliad. μ. & ι. Sed Sabinus in epiftola Vlyffis etiam dixit:

Quicquid Oilides commiferat, omnibus vnus
Peccauit, Danais omnibus ira nocens.

B id eft, Aiax Oilei. Homer. Iliad. β.

Οἰλῆος ταχὺς Αἴας μείων.

Ouid. in fine lib. 12. Metam.

Non ea Tydides, non audet Oileus Aiax
Pofcere. Virg. 1. Æneid.

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

vt percuffus à Minerua fulmine, & faxo obrutus à Neptuno, eft apud Homer. Odyff. Δ. Ouid. in Ibin:

Vtque ferox perijt, & fulmine & æquore raptor,
Sic te merfuras adiuuet ignis aquas.

Horat. oda 10. Epod.

C *Quietiore nec feratur æquore,*
Quam Græca victorum manus:
Cum Pallas vfto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.

vide Higin. fab. 116. & Homer. Iliad. ß. & ι. *Victor*, & fuperior, & voti compos. *Rape nunc*. eft infultantis, vt eleg. 29. lib. 2.

I nunc, & noctes difce manere domi.

Rape, nam diripuit vatem Caffandram, de figno Mineruæ, & traxit etiam per vias. Virg 2. Æn. Higin. fab. 116. & eft hyfteron proteron in fententia, *Rape & dilige.* Ouid. 4. faft.

Pene fimul vifa eft, dilectaque, raptaque Diti.

D Et eft μείωσις in *Dilige.* nam impotentiffimè eam arfit; vnde Virg. 1. Æneid. *Furias Aiacis Oilei* vocat. vbi vide Seruium. *Vatem. Raptam* vet. lib. vt monet Beroald. *Pergamea vates* vocatur fup. hac eleg. verf. 51. *Quam vetat auelli*, prohibet abripi è templo fignoque fuo, cuius amiculo tegebatur, cum fimulacrum amplexa effet. Ouid. in Ibin:

Illius exemplo violes fimulacra Mineruæ,
Aulidis à portu qui leue vertis iter.

Virg. 2. Æneid.

Ecce trahebatur paffis Priameia virgo
Crinibus à templo Caffandra, adytifque Mineruæ.

E Apud Euripidem in Troiadibus Minerua fic affatur Neptunum. Ἀθ. οὐκ οἶσθ' ὑβρισθεῖσάν με, καὶ ναοὺς ἐμούς; Ν. οἶδ' ἡνίκ' Αἴας εἷλκε Κασάνδραν βίᾳ. Higin. fab. 116. Caffandram Aiax Locrus à figno Palladio abripuerat. *Vefte*, inquit, refpiciens ad veftes, & amicula fimulacrorum. de quibus Cicero 3. de Nat. Deor. Alij libri, *Ex æde.* quod planum eft. ναοὺς dixit Euripides. Virgil. *à templo adytifque.* Alij, *Sede*, vt Virgilius 5. Æneid.

——*Erycino in vertice fedes*
Fundatur Veneri Idaliæ.——

Vetat, nam vetitum eft violare afyla, & templa.

HACTENVS *hiftoria, nunc ad tua deuehor aftra.*]

Ἐπιφθεγμα. pro, huc vsque narratæ sunt fabulæ. Sic Virgil. 2. Georg. *Hactenus aruorum cultus.* Horat. sat. 4. lib. 1. *Hactenus hac.* & Ouid. 5. Metamorph. postquam multa locutum Tiberim finxit, subiicit. *Hactenus.* Festus in *Quatenus*: Hactenus, hac fine. Nonius in *Protinus.* Hactenus, finem terminumque significat. Seruius in 2. Georg. Hactenus vel vna pars orationis est, pro huc vsque; vel duæ pro tenus hac, vt sit modo aduerbium, modo præpositio, quod itetat ad illud 5. Æneid.

Hac celebrata tenus sancto certamina patri.

& 6. Æneid. *Hac Troiana tenus.* vbi addit: *Tenus* proprie esse extremam arcus partem. *Historia* nominandi casu, plurali numero. Historia quæuis narratio etiam fabulosa vt adnotat. ad eleg. 15. lib. 1. *Deuehor ad astra tua.* Oratione & sermone delabor ad tuam genesin, cum quodam impetu furoris, vt vates. nam qui vehitur impotens est sui, & velut in rate vehitur oratio Cic. 1. Tuscul. Virg. 3. Æneid.

—— Quid vltra

Prouehor? & fando surgentes demoror austros?

Sic *inuehi in aliquem. Astra tua.* enallage, pro astrum natale. Horatio. *Horoscopon.* vel *astra*, pro, fatis, vt eleg. 6. lib. 1.

Viuere me duro sidere certus eris.

INCIPE *tu lacrymis aequus adesse nouis.*] pro adesto, vt eleg. 15. lib. 2.

Fluminaque ad caput incipient reuocare liquores.

Aequus adesse. id est, fauere. vt el. 14. lib. 1.

Qua mihi dum placata aderit.

& præsentes, fauentes. *Lacrymis nouis*, vel quas nunc primum refero, vel carmini nouo, & indicto. vide supra hac elegia vers. 73.

VMBRIA *te notis antiqua Penatibus edit.*] idem dixit supra hac elegia vers. 63. & 64. *Vmbria antiqua*, vt eleg. 1. lib. 2.

Euersosque focos antiqua gentis Hetrusca.

De Vmbrorum antiquitate vide adnot. ad eleg. vlt. lib. 1. vers. penult. *Edit*, vt sup.

Me creat Arebyta suboles.

Seneca cap. 4. de Consol. ad Polyb. *Hoc principio edimur.* (in lucem.)

MENTIOR? *an patria tangitur ora tua?*] Sic Ouid. 1. fast.

Fallor? an bifient ingentia mœnia montes?

Mentior? an vera non dico? *Tangitur ora patria tua*, Regio, & situs patriæ demonstratur quasi tactu. vt, *Rem acu tangere*, in Rudente Plauti. Est & tangere Ciceroni, & Varroni de lingua Latina. Breuiter, & leuiter verbis complecti, quod attingere sæpius dicitur. *Ora*, quasi tantum in finibus Vmbriæ esset, inquit Scaliger, vt Horat. *Lucanus, an Appulus anceps.* & Catull.

O funde noster, seu Sabine, seu Tiburs.

Ora patria, vt *ora Caystri.* eleg. 22. lib. 3.

QVA *nebulosa cauo rorat Meuania campo.*] Situm loci notat, vt el. 11. lib. 1. vers. 2. *Meuania* vrbs Vmbriæ, sita ad viam Flaminiam, de qua Lucan. lib. 1.

—— Turiferis vbi se Meuania campis

Explicat. Plin. cap. 14. lib. 35. Meuaniæ ait murum lateritium fuisse. Silius lib. 6.

—— atque vbi latis

Porrecta in campis nebulas exhalat inertes,

Et sedet ingenti pascens Meuania campo,

Dona Ioui.

Sed Scaliger docet hîc Meuaniam pro regione, & planitie accipi, non pro vrbe & Ameriam ei vicinam in colle sitam esse, patriam Propertij. Sic Troia, & regio ipsa, & vrbs. Seruius in illud 2. Georg. *Hinc albi Clitumne greges.* Clitumnus fluuius est in Meuania, quæ pars est Vmbriæ partis Thusciæ. Columella cap. 8. lib. 3. *Armentis sublimibus insignis Meuania est*, &c. *Meuania nebulosa*, quia valles exhalant nebulas, quæ, cum serenum, ima petunt; cum nubilum, summa. Sic *Nebulosus ager* Catoni cap. 6. de re rust. & *Nebuloso nomine.* id est, obscuro Gellij cap. 2. libr. 20. Nebulæ, inquit Isidor. cap. 10. libr. 3. à nubendo. Imo à νεφέλαι. *Nebula* ὀμίχλη. *Brouillas, brouée.* Inde *Nebulones* homines dicti, tenebriones. *Rorat*, manat rore & humore multo. vt Virg. 8. Æneid.

—— & sparsi rorabant sanguine vepres.

Inde *Rosea* in agro Reatino campus dicitur, quia in eo arua rore humida semper feruntur. & *Rorarij*, quia, vt ante imbrem rorare solet, sic illi ante grauem armaturam tela spargere. *Rorat*, vt pluit, grandinat. Sueton. in Aug. cap. 91. *Si rorasset, lætum auspicium.* Ouid. 3. Metamorph. *—— multaque aspergine rorant.*

Cauo campo, humili, depresso; quasi subsidente, vt Sillius lib. 6. dixit:

Et sedet ingenti pascens Meuania campo.

Sic Furius apud Gell. cap. 11. lib. 18.

Sanguine diluitur Tellus, caua terra lutescit.

Seneca in Oedipo:

—— Tertius trames cauæ

Conualle serpens tangit errantes aquas.

Ouid. 6. fast.

Nodosasque caua tendere valle plagas.

ET *lacus æstiuis intepet Vmber aquis.*] Assentior Scaligero qui lacum Vadimonis hîc significari censet, ex Plinij minoris ep. 20. lib. 8. Meminit & Plinius maior cap. 95. lib. 2. Qui, vt & alter Plinius, innatare syluam in eo lacu narrat. *Intepet æstiuis aquis*, tepidior redditur æstatis temporis. Persius sat. 6.

Mihi nunc Ligus ora Intepet.

Aestiuis aquis, vt Virg. 4. Georg.

Aestiuis effusus imbribus Imber.

Aestiua aqua, Iurisconsultis dicitur, quæ æstiuo tempore ducitur, licet etiam hyeme duci possit: qua de re Neratius. *l. de interdicto. D. de aqua cott. & æst.*

SCANDENTISQVE *axis consurgit vertice murus.*] id est, attollitur, & editus conspicitur. vt eleg. 32. lib. 2.

Surgebat marmore templum. aliter Virg. 1. Æn.

O fortunati quorum iam mœnia surgunt.

Scaliger muros Ameriæ, quæ hodie *Amelia* dicitur, ait structos fuisse immanibus saxis quadratis, vt ex eorum reliquiis apparet. *Vertice axis scandentis.* id est: iugo collis. Cliuum assurgentem, vocat axem ab altitudine: vel Axis nomen est ipsius cliui. Hæc Beroaldus. at Scaliger Axem vsurpari putat vel pro edito colle, & profert illud Iuuenalis,

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

vbi axes sumi ait, pro collibus, & cliuis editis. quod non probo; sed pro curribus, & vectoribus, qui frequentes ibant Ariciam. vel pro tractu & climate, & profert illud Statij:

Ire polo, nitidosque errare per axes.

& Silij: —— *aut axe relicto*
Hesperio, patrias exsul lustrares arenas,

& hic fallitur Scaliger: nam exemplis, quæ adfert, non probat, quod sentit. Ego antiquum illud meum obtineo, scribendum *Arcis*, pro, *axis*, vt est in vet. lib. Nam est enallage numerorum, & planè hic versus respondet illi superiori: *Scandentes si quis cernet de vallibus arces.* & vtrobique eadem penè verba, etiam in versu sequenti. Quod autem Lipsius cap. 10. lib. 5. Antiq. *Asis* legit pro nomine montis, bene refellitur à Scaligero.

M V R V S *ab ingenio notior ille tuo.*] Anadiplosis. vt eleg. 24. lib. 2.

Tu mihi certus eras. Certus eras eheu.

Murus notior. id est, celebrior, nobilior, licet per se notus. *Notus*, pro nobili & contra. *Ab ingenio tuo.* τὸ *ab* vacat. Sic Auson. in Parentalibus:

Facundo ciuis maior ab ingenio. Petronius: *Nunquam ab aliquo naturali vitio formam meam excaeo.* ipse eleg. 11. lib. 3.

Ne possent tacito stringere ab axe latus.

O S S A Q V E *legisti non illa ætate legenda*
Patris, & in tenues cogeris ipse Lares.] officium erat parentum, & necessariorum, cremato cadauere, & exstincto rogo ossa legere. vt adnot ad eleg. 24. lib. 2. vers. 50. vide Tibull. el. 2. lib. 3. *Præfata ante meos*, &c. Apul. lib. 3. Florid. de Philemone: *Eius legenda ossa, mox carmina.* vet. gloss. *Ossilegium, ὀστολόγιον.* Inde iocus Senecæ de consol. ad Marciam, cap. 22. *Lacerationes medicorum ossa viuis legentium. Non illa ætate legenda.* vel quia ipse adhuc puer, vel quod pater nondum senex. Idem queritur Sappho apud Ouidium in ep. ad Phaonem:

Sex mihi natales ierant, cum lecta parentis
Ante diem lacrymas ossa bibere meas.

Pater Propertij fortasse fuit Sex. Aurel. Propertius, de quo Cicero pro domo sua. *Nomen Sex. Propertij detulit: accusare alienæ damnationis socius propter metum calumniæ non est ausus. Cogeris ipse in tenues lares.* τὸ *ipse* vacat. eleg. 14. lib. 3.

De rebus tute loquaris Ipse tuis.

Legitur & in Vatic. *ysse*, per enallagen, pro ire. Compelleris ire in angustam domum matris. videtur Propertius sub matris custodia fuisse, & arcte habitus, vt apud Horat. ep. 1.

—— *vt piger annus*
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Senecam cap. 24. de consol. ad Marc. *Pupillus relictus sub tutorum cura: vsque ad decimumquartum annum fuit sub matris custodia semper. Cum haberes suos penates relinquere tuos noluit.* Sueton. in Calig. cap. 10. *Primum in matris, deinde ea relegata in Liuiæ proauiæ contubernio mansit. Cogi in Lares.* vt Varroni 4. de ling. Lat. *Coactum id in publicum.* Plaut. milite sc. 2. act. 2. *Coge in obsidium perduelles.* idest, include in angustum locum. Liuius lib. 36. *Cogi in ius, deditionemque.* & coguntur pecudes, cum dispersæ in vnum locum compelluntur. *Lares tenues. Domus exilis* Horatio ep. 6. lib. 1. ipse eleg. 21. lib. 2.

Excepta est tenui namque Creusa domo.

& Horat. oda 29. lib. 3. *Paruo sub Lare.* Sic *Angustum lectum* vocat eleg. 8. lib. 1. vers. 33. *Lares*, pro domo, vt eleg. 3. infra:

Vix aperit clausos vna puella Lares.

Lares, κατοικίδιοι θεοί exponit Priscianus.

N A M *tua cum multi versarent rura Iuuenci,*
Abstulit excultas pertica tristis opes.] sic Tibull. lib. 4. in Panegyrico,

Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret,
Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci,
Horrea fecundas ad deficientia messes,
Cuique pecus denso pascebant agmine colles,
Et domino satis, & nimium furique lupoque,
Nunc desiderium superest.

Iuuenci versarent rura. sic eleg. 7. lib. 3.

Quod si contentus patrio boue verteret agros.

Ipse de se eleg. 5. lib. 3.

Nec mihi mille iugis campania pinguis aratur.

Pertica tristis. Turneb. cap. 35. lib. 26. Significat, inquit, adsignatos agros suos fuisse, & pulsum possessionibus paternis ad paupertatem redactum. Mensum enim perticis, vel decempedis agrum solebant veteranis attribuere. Virg. in Diris:

Pertica quæ nostros metata est impia agellos.

Hæc Turneb. quod autem Lips. cap. 23. lib. 3. Var. somniat damnatum Sex. Propertium patrem, & eius bona vendita sub hasta, fallitur. nam delatum tantum nomen Cicero pro domo sua significat vt ante dixi. verisimilius est ademtos illi agros Syllana proscriptione, vt Volaterranis omnibus, & maiori parti Etruriæ, qua de re Cicero pro Cæcina. *Pertica tristis*, decempeda infelix, & funesta. Isidor. cap. 15. lib. 15. *Pertica* quasi portica à portendo, mensura decem pedum. *Tristis* ab effectu, vt Tristis hyems, tristis morbus, tristis senectus. *Abstulit.* ademit, eripuit. *Opes.* bene opes, quas Ops & ager fundit, vt eleg. 13. lib. 3.

Diuitiæ quorum messis, & arbor erant.

vnde *Inops & inhumata turba.* Virgil. 6. Æneid. Ouid. 4. fast.

Largaque prouenit cessatis messis in aruis,
Et vix congestas area cepit opes.

Ibidem:

Ruris opes niteant, inquinet arma situs.

Excultas opes, agros nitidos, & expolitos. vide Nonium in *Politiones*. Inde frequens translatio Ciceroni Colere, & excolere animum, & ingenium doctrina.

M O X *vbi bulla rudi demissa est aurea collo.*] sic eleg. vlt. infra:

Mox vbi iam facibus cessit prætexta maritis.

id est, deinde. *Bulla aurea*, de eius origine concessæ ingenuis pueris, & lori tributi libertinorum filiis multa Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 6. vbi ait cordis figuram in bulla ante pectus annexam, quam inspicientes ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent. Ascon. in 3. Verr. Simul cum prætexta etiam bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea;

libertinis scortea, quasi bullientis aquæ, sinus A communiens, pectusque puerile. Iuuenal. sat. 5.

Hetruscum puero si contigit aurum,
Aut nodus tantum, & signum de paupere loro.

vbi Interpres. Antiquitus nobilium pueri bullas aureas babebant: pauperum de loris, signum libertatis. vnde *bullatus hæres* eidem Iuuenali 5.

Cum primum pauido custos mihi purpura cessit.
Bullaque succinctis Laribus donata pependit.

Stat. 5. Syluar. in epicedio in patrem:

Etenim te diuite ritu
Ponere purpureos infantia adegit amictus
Stirpis honore datos, & nobile pectoris aurum.

Bulla puerorum vnde dicta vide Plutarch. in B Romulo. *Demissa collo*, vt Virg. 7. Æneid.

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

è collo in pectus pependisse bullam est apud Plutarch. in Sertorio, & Romaicis quæst. 101. & Plin. cap. 1. libr. 33. & Ascon. loco citato. An *demissa*, missa de collo, & erepta? alij interpungunt: *Collo matris*, quod non probo. quomodo enim rude collum matris? *Rude collum*, adolescentis rudis & imperiti rerum. vt *Rudis puer* Horatio. vnde *Tyrones* tunc dicebantur, & *Tyrocinium ponere*.

MATRIS *& ante Deos libera sumpta toga;*] quia sub matris custodia, & in eius exili domo videtur educatus, post mortem patris, & C amissis bonis, qua de re dictum versibus 4. superioribus, vbi & adnotatum ex Seneca. Scribit autem Porphyrio, & confirmat Persius sat. 5. Pueros ingenuos annos pueritiæ egressos bullam auream Laribus suspendere solitos. vnde probabile est coram iisdem Laribus consuetos togam virilem sumere. *Ante Deos*, vt eleg. 7. libr. 3.

Viueret ante suos dulcis conuiua Penates.

& *Deos matris*, vt Plaut. Mercat. *Dij penates meûm parentum. Libera sumpta toga.* vt Ouid. eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Liberior fratri sumpta, mihique toga. & 3. Fast.
Restat vt inueniam quare toga libera detur D
Luce geri pueris, candide Bacche, tua.
Siue quod ipse puer semper, iuuenisque videris,
Et media est ætas inter vtrumque tibi.
Seu quia tu pater es. patres sua pignora natos
Commendant curæ, numinibusque tuis.
Siue quod es Liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.

deinde addit de ludorum frequentia.

Ergo vt Tyronum celebrare frequentia posset,
Visa dies danda non aliena toga.

Persius sat. 5. *Totaque impune suburra*
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo. E

Catullo dicitur *Vestis pura* in Carm. ad Mãlium.

Tempore quo primum Vestis mihi tradita pura est.

id est, sine purpura. Cic. ad Attic. ep. 8. *Pompeij accusatio vsque à toga pura. Virilis toga* dicitur in Lælio. Meminit Sueton. in Calig. cap. 10. & in Clandio cap. 2. Festus in *Recta*, & *Regillis*, vbi ait eiusmodi Vestes à stantibus texi solitas ominis causa. Stat. 5. Syluar. in Protreptico ad Crispinum:

Nec saltem teneris ostrum puerile lacertis
Exuit, albentique humeros induxit amictu.

duo autem coniungit tempora, pueritiæ per bullam, & adolescentiæ per togam liberam.

TVM *tibi pauca suo de carmine dictat Apollo.*] Verecundè, vt Horat. oda 16. lib. 2.

—— mihi parua rura, &
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ
Parca non mendax dedit.

Apollo dictat, id est præcipit, docet vt eleg. 7. libr. 1. vers. *Amor subiicit carmina.* dictare magistrorum est, & præceptorum. vnde locus Cæsaris in dictaturam Syllæ. Horat. ep. 1. libr. 1.

—— hæc recinunt iuuenes dictata, senesque.

& ep. 18. *Vt puerum credas sæuo dictata magistro Reddere.* & ep. 1. lib. 2.

—— memini quæ plagosum mihi paruo
Orbilium dictare. & sat. 10. lib. 1.
—— an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?

vnde *Dictata in ludo* Varroni 5. de ling. Lat. Sunt & dictata gladiatorum Sueton. in Cæsare. vt hic Propertio Apollo; sic Lesbia dictat Catullo apud Mart. ep. 72. lib. 8.

Lesbia dictante, docte Catulle, tibi.

id est, te vatem fecit. Seneca ep 40. de lenta pronunciatione dixit: *Tanquam dictaret, non diceret. De suo carmine*, vi pangendi carminis.

ET *vetat insano verba tonare foro.*] Id est. Prohibet, non sinit, quia numen sinistrum & læuum. & est auctoritas quasi voci illi tribunitiæ, *Veto. Tonare verba.* forti voce, & magno verborum sonitu perorare: vt eleg. 1. libr. 2. vers. 40. adnot. hinc *verborum fulmina* apud Cic. ep. 21. lib. 9. & ep. 1. lib. 15. ad Attic. *Si recordabere Δημοσθένους fulmina. In foro*, clamoso; quia insaniæ est clamor. Virg. 2. Georg.

Nec ferrea iura,
Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.

id est litigiosum, inquit Seruius. Terent. Andria. act. 4. sc. 5. *Dij vostram fidem! quid turbæ est apud forum? quid illic hominum litigat?* Io Catalectis: *Est & non.*

Hinc fora dissultant clamoribus: hinc furiosi
Iurgia sunt ciuei.

ET *tu finge elegos fallax opus; hæc tua castra.*] Id est. Tu quoque scribe elegos. quia alij etiam scripsere, vt Philetas & Callimachus. Sic Virg. 2. Æneid.

Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus.

Alias *At*, pro autem, vt sæpe. *finge elegos.* nam fingere poëtarum est, & figmenta, quia vt ait Plaut. Pseud. sc. 4. act. 1. *Poëta tabulas cum cepit sibi quærit quod nusquam est gentium, reperit tamen.* sic Horat. oda 2. libr. 4.

Operosa paruus carmina fingo. & in arte poëtica: *Qui nescit versus tamen audet fingere.* An quia poëtæ, vt narratur de Virgilio, versus suos vrsarum exemplo informes partus lambentium, fingunt; & expoliunt rudes, & informes editos? Elegi primum ad fletum, & querelas reperti, ἀπὸ τοῦ ἐλεεῖν. vnde Horat. oda 33. libr. 1. *Neu miserabiles decantes elegos.* idem in Arte,

Versibus impariter iunctis querimonia primum
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Ouid. in epicedio Tibulli;

Flebilis indignos elegeta solue capillos,
Ab nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Fallax opus, aptum fallendis & excantandis puellis. Fallacia est veneficarum & magorum ob præstigias, vt eleg. 1. libr. 1. *Fallacia lunæ*. eadem vis elegorum est, vt eleg. 3. lib. 3.

Vt per te clausas sciat excantare puellas,
Qui voles austeros arte ferire viros.

Hæc tua castra. hîc te merere oportet, & stipendia facere. Ouid. 2. de arte amandi.

Militiæ species amor est, discordite segnes.

vide adnot. ad eleg. 6. lib. 1. vers. 30.

Scribat *vt exemplo cætera turba tuo.*] vt multitudo aliorum poëtarum te imitetur. sic el. 1. libr. 3.

Scriptorumque meat turba secuta rotas.

vbi secuta, nec imitata. & ibidem gloriatur se equis albis præcurrere cæteros.

Militiam *Veneris blandis patière sub annis.*] Id est. Feres, tolerabis. Virg. 8. Æneid.

—— *Sub te tolerare magistro*
Militiam, & graue Martis opus. τὸ *Sub*, pro

In, vt eleg. 8. lib. 2. *Duris cecidere sub armis.* *Blandis annis*, teneris, iuuenilibus, aptis blanditiis, & amori. vt eleg. 8. lib. 1. *Blandi carminis.* Ouid. el. 1. lib. 2. Trist.

Iuuenes eadem blandi præcepta Properti.

Martial. ep. 22. lib. 3.

Blandasque mortes gaudiumque crudele.

Si *armis* legis, *Blandis* addit, quia sæua sunt Martis arma, blanda & dulcia Veneris vt eleg. 20. libr. 3.

Dulcia quam nobis concitet arma Venus.

Sane Ouid. in ep. Vlyssis dixit:

Defectis Hecubam potui legisse sub annis.

Id est in ea ætate. & Stat. 3. Syluarum in arbore Atedij: *Ingenti forsan victura sub æuo.*

Et *Veneris pueris vtilis hostis eris.*] Tecum bellum gerent Cupidines. nam hostis est, qui cum nobis bellum est Iurisconsultis. Ipse eleg. 12. libr. 2.

Ante ferit quoniam tuti, quam cernimus hostem.

Ibidem. *Assiduusque meo sanguine bella gerit.* an vt eleg. 29. lib. 2.

Intereat qui nos non putat esse Deos.

Vtilis hostis, qui alterius rem iuuat, & gloriam. Propertius enim dixit eleg. 12 lib. 2.

Quam (vmbrâ meâ) *si perdideris quis erit qui talia*
Hæc mea Musa leuis gloria magna tua est. [cătet?

Beroaldus emendat *hospes*, & amicus exponit. non probo. vel si *hospes* legatur vide adnot. eleg. 23. libr. 3.

Hospitium tota nocte parauit Amor.

Sed retineo τὸ *hostis*.

Nam *tibi victrices quascunque labore parasti,*
Eludet palmas vna puella tuas.]

Quotquot autem industria quæsiuisti laudes, & glorias vna ob eximiam formam, & gratiam puella ludendo tibi extorquebit, & eripiet. *Labore parasti palmas*, vt el. 8. lib. 1.

Et quas Elis opes antepararat equis.

& Martialis. *Res non parta labore.*

Palmas, laudes & glorias. dictum sup. vers. 102. *Libris est data palma meis.* & alludit ad

A palmas gladiatorum, quas omnes amittont semel victi. de eiusmodi palmis eleg. 13. libr. 1.

Dum tibi deceptus augetur fama puellis.

Victrices, Indices victoriæ, vt Virg. ecl. 8.

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Vna puella, vt eleg. 5. lib. 1.

Illa feros animis alligat vna viros.

Eludet. Gladiatorum est cum vicerint & ludo finem imposuerint, vt notat Donat. ad illud Eunuchi act. 1. sc. 1. *Eludet, vbi victum senserit.* *Eludet palmas*, vt Liuius lib. 28. *Eludere gloriam alicuius.* Tibull. eleg. 1. lib. 2.

B *Neu seges eludat messem fallacibus herbis.*

Id est, euanescere faciat. Virg. 1. Georg. *Sed illos*
Expectata seges vanis elusit auenis. Horat. sat. vlt. libr. 1. *Donoque Chremeta Eludente senem.* Adde quod ludere verbum obscœnum sit, quo sæpe hic noster vtitor.

Et *bene cum fixum mento discusseris vncum,*
Nil erit hoc, rostro te premet ansa suo.

Allegoricωs ait, Quo magis te Amoris vinculis expedire conaberis, eo arctius implicaberis. *Cum discusseris*, pro discutere conatus fueris, vt sup. vers. 93. *Protegit ora.* vsurpauit cum effectu eleg. 26. lib. 2.

C *Cum mihi discussit talia visa metus.*

Vncum, Cupidinis scilicet, vt Plautus Asin. dixit: *Fixum animum clauo Cupidinis.* Sontium autem gulæ, gutturi, mento impingebantur vnci à Carnifice, vt traherentur in carcerem, vel in Gemonias scalas. Iuuenal. sat. 10.

Seianus ducitur vnco Spectandus. & sat. 13.
Et nigri carceris vncum. Ouid. in Ibin.
Carnificisque manu populo plaudente traheris,
Infixusque tuis ossibus vnus erit.

Sueton. in Tiberio cap. 54. *Cum ei Carnifex laqueos, & vncos ostentaret.* Cicero Philippica. 1. *Vncus impactus est fugitiuo illi, qui in C. Marij no-*
D *men inuaserat.* Idem pro C. Rabirio. *A verberibus, ab vnco, à crucis denique terrore.* Horat. oda 35. lib. 1. *Nec seuerus Vncus abest.* Festus: *Hamotrahones, alij piscatores, alij qui vnco cadauera trahunt.* *Bene fixum mento.* id est, valdè, vt supra. vers. 110. *Bene hærentes.* Terent. Andria. *Bene dissimulatum amorem.* id est, multum, inquit Donat. Cicero. *Bene potus.* vel *bene* iungitur cum *discusseris.* *Nil erit hoc.* nihil egeris, ludes operam. Alias legitur *Nil erit, hac rostro* &c. eleg. 3. lib. 3.

Nil tibi sit rauco prætoria classica cornu
Flere. *Hac ansa*, Ansæ vasorum sunt,

E quibus tenentur, & telorum; vnde Ennius apud Nonium: *Ansatas mittunt è turribus.* ita hic ansam à figura vocat vnci partem, qua cadauera tenetur. Sunt & *ansæ calceorum* Plinio, & caligarum, quæ vulgo ligulæ: Interpres Iuuenalis. *Premet te*, adstringet, vrgebit, nec à se dimittet. *Rostro suo*, ferro adunco & recuruo, cuiusmodi sunt auium rostra.

Illius *arbitrio noctem, lucemque videbis.*] Hæc tibi nox, & dies erit. nox, absens, vel irata. Dies, præsens & facilis. vel hæc tibi mors & vita. vel Illius arbitrio vigilabis, & dormies. Videre noctem, vt *Videre oculis somnum.* Terentij *iaculor.* *Arbitrium*, hic pro totius rei

potestate. alias sententia, quæ ab arbitro statuitur: Festus. Ouid. 3. Fast.

Arbitrium est in sua tecta Ioui.

Horat. in arte poëtica: *Quem penes arbitrium est.* huc facit illud eleg. 11. lib. 3.

Quid mirare meam si versat fœmina vitam?
Et trahit addictum sub sua iura virum?

GVTTA *quoque ex oculis non nisi iussa cadet.*] Id est. Ne minimum quidem flebis sine eius iussu. vt eleg. 11. lib. 1.

Seu tristis veniam, seu contra latus amicis;
Quidquid ero, dicam, Cynthia causa fuit.

Gutta iussa, coacta & expressa. vt Iuuenal. sat. 6.

Aut ficta pellice plorat
Vberibus semper lacrymis, semperque paratis
In statione sua, atque expectantibus illam
Quo iubeat manare modo. vide adnot. ad illud eleg. 6. infra: *Hoc vnum iusso non moritura die.* sic eleg. 16. lib. 1. dixit: *Inuitis lacrymis. Gutta cadet ex oculis*, vt Ouid. eleg. 3. lib. 1. Trist.

Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.

Ipse eleg. 6. lib. 3.

Illius ex oculis multa cadebat aqua.

Ennius Hecuba: *Vide, hinc mea, inquam, lacrymæ guttatim cadunt.* Corn. Fronto: *Gutta manat: stella cadit.* hîc contra. Isidor. cap. 20. libr. 14. Gutta quæ stat, stilla quæ cadit. Falsum est. Gutta est etiam nomen Romanum. vnde iocus Ciceroni pro Cluentio: *Aspergit guttam huic bulbo.* & apud Varron. 4. de lingua Lat. Guttum vas, quod minutatim fundebat.

NEC *mille excubiæ, nec te signata iuuabunt*
Limina, persuasæ fallere rima sat est?]

Id est. Peruigiles custodes appositi amicæ, qui eam seruent tibi non proderunt, ei quæ in animum induxit dare verba custodibus, & effugere vel minima occasio ad peccandum abunde est. *Mille*, pro plurimæ, vt eleg. 1. lib. 2.

Inuenio causas mille poeta nouas.

Excubiæ, pro excubitoribus vt Custodiæ, & Vigiliæ. *Excubiæ, & limina.* vt eleg. 6. lib. 2.

Quos igitur tibi custodes? qua limina ponam?

quia ad limina erant custodes, vt ibi adnot. an excubiæ ipsius Propertij in limine, vt excubiæ, sit peruigilium ante fores; nam excubat, qui extra cubat, vt adnot. ad illud eleg. 16. libr. 1.

Supplicis à longis tristior excubiis.

Signata limina, obsignata, obserata, diligentissimè clausa, vt ea quibus signum annulo imprimitur. Varro lege Meuia apud Nonium in *Sacrum: Signata sacra esse desierunt postea quam homines sunt sacri.* vide adnot. ad illud eleg. 20. l. 3. *Signandaque iura.* & el. 23. l. 3. *Signatas tabellas. Clausa limina* dixit eleg. 7. libr. 2. vers. 9. *Rima*, pro minima occasione: & alludit ad prouerbium *Reperire rimam.* Plaut. Curcul. sc. 2. act. 4.

Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit,
Quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam.

& in Casina act. 5. sc. 4. *In præstigiis dux fuit, ea hanc inuenit rimam.* Sic Rima conciliauit amores Pyrami & Thisbes, apud Ouid. 4. Met. *Sat est.* vt eleg. 8. libr. 2.

Quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.

Persuasa, vt Cæcina Ciceroni 6. fam. *Si scit &*

A *persuasus est.* Suademus facilia: persuademus difficilia: & suadere facientis; persuadere perficientis, inquit Donatus. Persuademus etiam nobis ipsis, vt Cic. pro Sex. Roscio & alibi: *Mihi persuadeo. Persuasum habere* dixit Plinius, & Columella, *Habere persuasissimum. Fallere*, latere, & effugere, vt notat. ad el. 14. lib. 3. vers. 5. vel fallere fidem.

NVNC *tua vel mediis puppis luctetur in vndis,*
Vel licet armatis hostis inermis eas,
Vel tremefacta cauo tellus diducat hiatu,
Octipedis Cancri terga timenda tibi.]

Id est. Nec tibi maris, nec belli pericula metuenda, nec terræ-motus, & hiatus, sed Cancri
B sidus, & auaritia puellæ. Sic eleg. 27. lib. 2.

Neque hic (amans) *Boreæ flabra, neque arma timet.*

Puppis luctetur, vim maris & ventorum eniti cere conetur; in eoque elaboret. Horat. oda 1. libr. 1.

Luctantem Icariis fluctibus Africum. Virg. 6. Æneid.

Sterneret æquor aquis, remo & luctamen abesset.

& 7. *In lento luctantur marmore tonsæ. In mediis vndis*, etiam medio mari, vbi maxima turba, & periculum, vt inquit el. 3. lib. 3. *Licet eas*,
C dimittentis & copiam facientis aliquid impune, vt eleg. 16. lib. 3.

Scironis media sic licet ire via. & el. 6. infr.
Ite per Euphraten ad mea busta licet.

eadem formula 2. de Orat. *Nihil addo, ducas licet. Eas armatis*, pro in armatos, vt Virg.

It clamor cœlo. Ipse eleg. 15. lib. 3.
Eurus in aduersos desinit ire notos.

quod eleg. 1. lib. 3. *Armenio cominus ire viro. Inermis*, quia nemo est sacros qui lædat amantes, vt ait eleg. 16. lib. 3. Sic Cicero 3. Verrina. *Legati nomen impune etiam inter hostium tela versari debet. Tellus tremefacta.* Virg. 10. Æneid.

D *Et tremefacta solo tellus.* & alibi sæpe. fata Amphiarai significat, de eleg. vlt. libr. 2. vers. 37. & el. 13. lib. 3. vers. 59. & 60. *Tremefacta tellus*, vt *Mons concussus* eleg. 13. lib. 3. vers. 55. *Deducat hiatu* (te) id est, ducat deorsum, & absorbebat, vt deducitur luna. vel, vt alij libri: *Cauum deducat hiatum.* id est, cum diducetur & aperietur, hiatum profundum efficiat. quas *lacunas* vocauit eleg. 11. libr. 3. vers. 61. χάσμα autem significat à χάω. id est, hio. vnde Aristoteli de mundo: χασματίας σεισμοί. id est, terræ motus. sic Virg. 4. Æneid. & 12.

Ima tellus dehiscat. Cauum hiatum, labem vocant Iurisconsultos l. 15. & vlt. D. locati. dici-
E tur & discessus. *Cauus hiatus*, vt *Caua rima* eleg. 16. lib. 1. *Time.* caue, fuge. id quod præcedit, pro eo quod sequitur. vt Virg. 1. Georg.

Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.
ἀρκτοι ... ὠκεανοῖο. Aratus. *Terga Cancri*, è situ signi cum sol Cancrum conscendit, vt Ouid. 1. de arte amandi:

Cum Sol Herculei terga Leonis adit.

de Cancris & eorum natura Aristoteles 4. de Nat. Animal. De Cancro cœlesti, vno è 12. signis, Hyginus 2. & 4. Astron. Interpres Germanici, & Seruius ad illud 1. Georg.

Qui locus Erigonen inter, Chelasque sequentes.

Octipedis. Pliu. cap.31. libr. 9. Cancris omnibus octoni pedes: omnes in obliquum flexi. Octipes vt bipes, tripes. Vet. gloss. ὀκτάπους, *multipes.* Ouid.1. Fast.

Octipedis frustra quærentur brachia Cancri.

Auson.

Octipedem in Cancrum Phryxæo ab Ariete pergens.

vide prouerbium: *Octipedem excitat. Sinistra terga*, an è situ signi? Sic eleg.9. infra. vers.40.

Fulcra sinistra. An potius infesta, & inimica? eleg. vlt. libr.3.

Et veniat formæ ruga sinistra tuæ.

Sed cur timendus Cancer Propertio? An quia eius horoscopus est, vt putat Beroaldus? Imo quod Cynthiæ auaræ natale astrum. Manilius lib.4. ab eo versu.

Ille tenax animi, nullosque effusus in vsus
Attribuit varios quæstus, artemque lucrorum.

AD ELEGIAM II.

QVID *mirare meas tot in vno corpore formas?*] Altera lectio:

Qui mirare meas tot in vno corpore formas
Accipe. &c.

Quid mirare, vt eleg.11. lib.3.

Quid mirare meam si versat femina vitam?

& Varro: *Hospes quid miras.* apud Marcell. in *Miras*, pro miraris. *Tot in vno corpore formas*, iam varias & multiplices figuras. Aliud est Euripidi: πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων.

ACCIPE *Vertumni signa paterna Dei.*] Id est, Notas, quibus possis eum agnoscere, audi & intellige. alludit enim ad γνωρίσματα Comicorum. & *Paterna*, pro patriis videtur dixisse: sequitur enim: *Tuscus ego.* sic eleg.9. lib.3.

Non flebo in cineres arcem sedisse paternos.

Dei Vertumni. legitur & *Vertunni.* vtrumque probum. De eo Ouid.14. Met. in fabula Vertumni, & Pomonæ. Ascon. in 3. Verr. ad ea Ciceronis verba: *A signo Vertumni in circum maximum. Signum Vertumni*, inquit, *in vltimo vico thurario est, sub Basilicæ angulo, flectentibus se ad postremam dexteram partem. Vortumnus autem Deus inuertendarum rerum est; id est, mercaturæ.* Hæc Ascon. Festus in *Picta toga* ædem Vertumni commemorat, vbi triumphans pictus M. Fuluius Flaccus. Varro 4. de lingua Lat. Tatij Regis voto dedicatam scribit ædem Vortumni. P. Victor in 8. regione Signum Vortumni locat in vico Iugario. Idem in regione 13. Vicus Loreti maioris, vbi erat Vortumnus. Horat. sat. 1. *Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.* vbi Acro Vertumnum Deum ait esse humanarum cogitationum præsidem; ideoque multiformem fingi, & inconstantem; quemadmodum & illæ variæ sunt & mutabiles. & iniquo Vertumno dici natos, qui suas cogitationes regere non possunt. Porphyrio sacellum Vertumni in vico thurario fuisse ait. Donat. in illud Adelph. act. 2. sc. 1. *Quæ res tibi vortat male*: Vertumnus Deus dicitur qui rebus ad opinata reuertentibus præest. Idem ibid. sc. vlt. act.4. In iis omni-

A bus quæ cupiunt euenire, *Dij bene vortant* dici solet, quia sæpe homines ea optauerunt, quæ aliis aliter atque expectauerunt, contigissent. quam potestatem rerum vertentium semet in vtramque partem Vortumno Deo superesse veteres existimarunt. Et in Hecyram act.1. sc. vlt. Sæpe res eueniunt aliter, quam volumus; & ideo Vertumnus colitur, qui præest rebus vertentibus. Aliis placet ita dictum quod lacum Curtium in Tiberim auerterit., quam opinionem tangit Ouid. 6. Fast. Inter Semones Deos Vertumnum numerat Fulgentius de prisco sermone, in *Semones.* Tibull. libr. 4. in

B elegidio. *Sulpicia est.*

Talis in æterno felix Vertumnus Olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

Horat. ep.vlt.lib.1.

Vertumnum, Ianumque liber spectare videris.

THVSCVS *ego, & Thuscis orior, nec penitet inter*
Prælia Volsinios deseruisse focos.]

Varro 4. de lingua Lat. In vico Thusco Vortumnum stare ait, quia is Deus Etruriæ & P. Victor in 8. regione Ædem Vortumni ponit in Thusco vico. *Thusci à Thusco Rege, filio Herculis dicti, vel à sacrificando studiosè, ex Græco* θυοσκόοι. *vel vt Tusculum, quod aditum difficilem ha-*

C *bet id est* δύσκολον. Fest. in *Tusci.* Plin. cap.5. lib. 3. Thusci à sacrificio ritu lingua Græcorum sunt appellati. & Isidor. cap.4.lib.14. ἀπὸ τοῦ θύειν. De iis Strabo l.15. *Et Thuscis orior.* alij libri. *E Tuscis*, melius. An *ex Tuscis orior*, id est, inde mihi origo, vt significet se oriundum ex Etruria? *Orior?* enallage, vt eleg. sup. *Me creat Archytæ suboles.* *Nec pænitet.* Non male actum mecum puto, quod deseruerim, &c. Donat. Non pœnitet, parum non puto. *Inter prælia*, vt eleg 9. lib.2.

Tunc etiam felix inter & arma pudor.

Volsinios deseruisse focos, Relictis Volsiniis Romam migrasse. De Volsiniensi bello cum Ro-

D manis Liuius libr. 5. & 9. apud quem, & Volsinienses pacem petunt, & inducias in annos quadraginta impetrant. Floro *Vulsinij* & *Vulsiniense bellum* dicitur cap. 21. libr. 1. Volsiniis vrbe Etruriæ molas versatiles inuentas scribit Plin. cap.18. libr. 36. Idem cap. 52. libr.2. Volsinios oppidum opulentissimum Hetruriæ totum fulmine concrematum, & cap. 52. eiusd. libri: depopulatum subeunte monstro, quod vocauere Voltam, & cap.22. libr.36. Volsiniensem lacum commemorat. & cap. 5. libr.3. Volsinienses commemorat inter populos Etruriæ. Iuuenal. sat.3.

E *Aut positis nemorosa inter iuga Volsiniis, aut*
Simplicibus Gabiis. *Volsinios* autem legisse Beroaldum constat non *Volsinos*, aut *Volsanos*; nam ait significari Deum Vulsiniensem fuisse Vertumnum. Tertullian. in Apologetico *Nortiam* coli à Vulsiniensibus ait, quæ sit eadem cum fortuna. De oppido Volsiniis Strabo lib. 5. *Focos*, sedes & penates meos, etiam de vrbe, vt eleg. 1. libr. 2.

Euersosque focos antiquæ gentis Etruscæ.

Plin. cap.7. libr. 3. Propter duo millia statuarum Volsinios à Romanis expugnatos ex Metrodoro scribit. vbi de simulacris Deorum Tus-

canicis agit, ligneis aut fictilibus, in qoibus fuiſſe poto Vertumnum.

NEC *me turba iuuat, nec templo lator eburno.*] Rectè Lipſios cap. 10. libr. 5. Antiq. ex libro Vaticano. *Hac me.* &c. vt & vet. libr. aur legend. *Nec me thura iuuant*, quamuis illud alterum verius. Nam τὸ *Nec* ferri non poteſt; dicturus enim eſt,

Sed faciat, Diuûm ſator vt Romana per anum
Tranſeat ante meos turba togata pedes.

Nec templo lator eburno. Non placet ædes ebore, & auro exculta. De æde Vertumni. Feſtus io *Picta*, P. Victor in 8. regione, qoi ponit in Tuſcovico, vt iam adnot. Eburnum dixit pro eborato, vt eleg. 2. libr. 3. *Eburna camera.* contra *aratas catenas* dixit, & *ferratam domum*, pro æreis, & ferrea el. 30. lib. 2.

ROMANVM *ſatis eſt poſſe videre forum.*] vt eleg. 4. libr. 3.

Mi ſat erit media plaudere poſſe via.

& Ouid. 5. Faſt.

Manſit odor, poſſes ſcire fuiſſe Deam.

Romanum forum, ad diſcrimeo fori Olitorij boarij, cupedinis, piſcarij. Fora XVII. commemorat P. Victor, qoorum primom forum Romanom, quod & magnom dicitur. Idem lemmate Regio VIII. *Forum Romanum.* Ouid. 6. Faſt.

Forte reuectabar Feſtis Veſtalibus illac,
Quà via Romano nunc noua iuncta foro.

Albin. ad Liuiam.

Adiice Ledaeos concordia ſidera fratres,
Templaque Romano conſpicienda foro.

Romanum forum, vbi ius dicebatur vt eleg. 4. iofra.

Atque vbi nunc tectis dicuntur iura ſubactis
Stabant Romano pila Sabina foro.

Seroius ad illud 8. Æneid,

Paſſimque armenta videbant,
Romanoque foro, ac lautis mugire carinis.

Romaoom forum eſt, vbi nonc roſtra ſunt.

HAC *quondam Tyberinus iter faciebat, & aiunt*
Remorum auditos per vada pulſa ſonos.

Δεικτικῶς. oſtendit enim velabrum. Tiboll. el. 5. libr. 2.

At qua Velabri regio patet, ire ſolebat
Exiguus pulſa per vada linter aqua.

Ooid. 2. Faſt.

Albula, quem Tiberim merſus Tiberinus in vndis
Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.
Hic vbi nunc fora ſunt lintres errare videres,
Quaque iacent valles, maxime Circe, tua.

& 6. Faſt.

Hac vbi nunc fora ſunt vda tenuêre paludes,
Amne redundatis foſſa madebat aquis.
Curtius ille lacus ſiccas qui ſuſtinet aras,
Nunc ſolida eſt tellus, ſed lacus ante fuit.
Qua Velabra ſolent in Circum ducere pompas,
Nil præter ſalices, caſſaque canna fuit.
Sæpe ſuburbanas rediens conuiua per vndas
Cantat, & ad nautas ebria verba iacit.
Nondum conueniens diuerſis iſte figuris
Nomen ab auerſo ceperat amne Deus.

Et Varro 4. de ling. Lat. Auentinum montem ab aduecto dictum potat, qood eo ex vrbe ratibus adueherentur, & quadrantem ſoluerent: vnde *Velabrum*, & *Velaturam facere.* Porphyrio Tiberis alucum auerſum à Velabro ab Agrippa ſcribit. *Tiberinus*, & *Amnenus*, Dij ipſi: Tiberis & Anio, fluuij. ſed poëtæ confundunt. Tiberis fluuius dictus à Tiberino rege Albanorum, quòd, vt inquit Feſtus, in eo cecidiſſet. vel Tiberis à Tiberi Rege Thuſcorum. vide Virg. 8. Æneid. *Iter faciebat*, fluebat, ibat, vt eleg. 17. libr. 1. verſ. 14. & eleg. 9. lib. 1. *Puras fluminis eſſe vias.* *Et aiunt*, fama eſt. & pro teſte eſt vetuſtas. *Remorum ſonos auditos.* Nam ſonus excitatur ex aqua remis

B percuſſa. Petron. Arbiter.

Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longe refertur, cum premunt claſſes mare.

Vada, fluctus, etiam de amnibus, vt eleg. 9. libr. 2.

Appoſitum fluuiis in Simoënte vadis. nam de mari ſæpius, vt eleg. 1. lib. 2. *Bina toiſſe vada.* Aliter eleg. 7. lib. 3. *Nox & iniqua vada.* *Pulſa*, percuſſa. ſic apod Tibull. eleg. 5. libr. 2. vet. libr. habent: *Pulſa per vada linter aqua.* Virg. 1. Georg.

Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat. Ennius apud Gell. cap. 26. lib. 2. *Caeruleum ſpumat mare conferta rate pulſum.*

C ex Feſto in *Ratis* in litura. Laberius Cithera apod Noniom in *Portiſculus.* *Nec palmularum pulſus, nec portiſculi.* ita lego ex verſiculi modo, *Non palmarum.* Catoll. in Ariadna.

Iuuenis fugiens pellit vada remis.

Ouid. eleg. 1. lib. 4. Triſt.

In numerum pulſa brachia verſat aqua.

Ipſe eleg. 22. libr. 3.

Tuque tuo Colchon propellas remige Phaſin.

AT *poſtquam ille ſuis tantum conceſſit alumnis.*] Id eſt, Tantum tribuit, vt eorum caoſa verteret iter, & quaſi honoris cauſa de via decederet. Nam *Conceſſit.* Ambiguè, & beneficij &

D bonoris. In Amphitruone & Captiuis Plauti, Concedere, & decedere de via idem eſt. *Alumnis*, populo, cui alimenta ſubuehit ex Oſtia, vt *Romanus alumnus* el. ſup. verſ. 37.

VERTVMNVS *verſo dicor ab amne Deus.*] Id eſt, ab amnis corſu motato. vt Horat. in arte.

Seu curſum mutauit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius. Aliter Tibull. el. 1. libr. 1.
Fluminis hae capidi carmine vertit iter.

& Virg. ecl. 8.

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Sunt qui ita dictum putent Vertumnum, quod

E lacum Curtiom in Tiberim auerterit, vt iam ante notaui. *Amnis*, vt inquit. Varro 4. de ling. Lat. *Id flumen eſt, quod circuit aliquid. nam ab ambitu amnis. Itaque Tiberis amnis, qui ambit campum Martium, & vrbem.* hæc ille. Feſtus: *Amnis* proprie dicitor à circumnando, quoniam am ex Græca præpoſitione ſumptum, quæ eſt ἀμφί, ſignificat circum, & nare, fluere. Iſidor. cap. 21. lib. 14. Amnis fluuius eſt nemore ac frondibus redimitus. & ex ipſa amœnitate amnis vocatur. ἀμνὸς apud Suidam fluuius explicatur.

SEV *quis vertentis fructum percepimus anni.*] A Id est, Collegimus fruges, vuas, poma. Nam Vertumnalia mense Octobri inquit Varro 4. de lingua Lat. quo tempore fructus anni perceptus est, nisi serior, vt nobis interdum, sit vindemia. *Capere fructum* sæpe Cicero. at percipere plenius est. Cicero in 1. Offic. *Vicinum tunatc in percipiendis fructibus.* & io Catone: *Serere, percipere, & condere fructus.* Labeo Iuriscon-sult. *l. si eius fundi 78. de rei vindic. Perceptionem fructuum accipere debemus, non tantum si perfecte sint collecti* (id est propriè percepti) *sed etiam cœpti ita percipi, vt terra se continere desierint: veluti si* B *oliuæ, vel vuæ collectæ sint; nondum autem vinum, vel oleum factum. Anni vertentis.* περιπλομένων ἐνιαυτῶν: Homer. Vertens, quod vertitur, & in cursu est. Cicero in Arato:

Annus conficiens vertentia tempora cursu.

vt Virg. *Voluentibus annis.* Plaut. Amphitr. *Vertentibus Telebois, telis complebantur corpora.* Sed in anno vertente ratio habetur anni iam conuersi, & exacti, vt in Plauti Persa. *Credo hercle, hac mensem vertentem non seruibis tibi.* Antonius Hirtio & Cæsari. *Apparuisse numen Deorum infra finem anni vertentis.* Cicero pro Quintio. *Petiisse anno vertente, sine controuersia.* & 2. de Nat. Deor. C *Mercurij stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem.* Sueton. in Calig. cap. 57. *Immensas opes Tiberij non toto vertente anno absumpsit.* Macrob. cap. 14. libr. 1. Saturn. Cæsarem solis annum ex numero dierum 365. & quadrante, ait, constituisse, quem peragit dum ad id signum se denuo vertit, ex quo digressus est. vnde annus vertens vocatur, idemque magnus Virgilio comparatione lunaris.

Interea magnum Sol circumuoluitur annum.

vbi docet ex Ateio Capitone, annum dictum ab am & eundo. Vitruuius cap. 4. libr. 9. *Sol signi spatium, quod est duodecima pars mundi, mense vertente vadens transit ita duodecim mensibus,* D *duodecim signorum internalla peruagando, cum redierit ad id signum, vnde cœperit, perficit spatium vertentis anni.* Vertens autem mensis ibidem differt à lunari; quia lunaris minor est ex 28. diebus, & hora circiter; vertens ex permensione vnius signi. Censorinus cap. 19. de die natali. *Annus vertens est natura, dum Sol percurrens duodecim signa eodem vnde profectus est, redit.* Alius est *Vertens annus* Ciceroni 6. de rep. & Macrobio, qui & *mundanus* dicitur cum omnia sidera eodem redierint, vnde initio profecta.

VERTVMNI *rursus credidis esse sacrum.*] E Quis credidit? An annus ipse credidit fructum perceptum sacrum esse (Vertumno.) sed quo referetur τὸ *Vertumni.* nisi dicamus sacer illius est, pro illi. An Vertumnus credidit? At τὸ *Vertumni* quo pertinebit? An sacrum ipsum? nugæ. An populus credidit? Quid autem sacrum? An fructum? An sacrificium? An diem Festum? Sic est. Vulgus credidit eum esse sacrum Vertumni, id est Vertumnalia, quæ mense Octobri, vt adnotatum est. *Rursus* pro item, etiam, quoque eleg. 27. libr. 2.

Rursus & obiectum fletis capiti esse tumultum.

Alij libri: *Vertuni vulgus credidit esse sacrum.* Alij: *Creditur.* An πιθανῶς, vt el. 1. lib. 1.

—— vobis sidera & amnes
Posse Cicaiis ducere carminibus.

pro duci & eleg. sup.

Cauo tellus diducat hiatu.

PRIMA *mihi variat liuentibus vua racemis.*] Primitias sibi voueri, soluique significat. simile est illud quod ait Priapus in Catalectis.

Mihi corolla picta vere ponitur,
Mihi rubens arista sole feruido,
Mihi virente dulcis vua pampino,
Mihique glauca duro oliua frigore, Ibid.
Vere rosa, Autumno pomis, æstate frequentor
Spicis.

Hic autem locus apertè docet racemos esse partes vuæ. Item Ouid. 3. Met.

Ipse racemiferis frontem circundatus vuis.

& Virg. 2. Georg.

Et turpes, auibus prædam, fert vua racemos.

vbi Seruius fallitur, qui vuam, vitem exponit. *Vua variat*, absolutè, vt eleg. 5. lib. 2.

Non ita Carpathiæ variant aquilonibus vndæ.

Columella cap. 10. libr. 4. *Variantes adhuc & acerbæ vuæ.* Plin. dixit cap. 22. libr. 17. *Variante se vua.* sic nostris, *Tourner.* Apud Iuuenalis interpretem sat. 2. prouerbium est: *Vua vuam videndo varia fit.* est & genus vuæ *Variola.* Macrob. in fine libr. 3. ver. gloss. *Variat*, περκάζει. *Varior* περκάζω. de vua. *Variat liuentibus racemis.* Nam & *Variare pectora*, pro liuida facere dixit Catullus. & *Variare virgis:* Plautus. *Liuentibus*, nigrescentibus. *Colorem ducentibus*, dixit Virg. ecl. 9. Liuere vuas etiam nunc dicunt rustici, *Se meurtrir:* quia imitantur colorem eorum, qui plagam acceperunt sine acie ferri. Horat. oda 5. libr. 2.

Iam tibi liuidos Distinguet autumnus racemis.

Iuuenal. sat. 2.

Vuaque conspecta liuorem ducit ab vua.

ET *coma lactentis spicea fruge tumet.*] Id est, Spicum ipsum comatum, vel spicæ cacumen. nam & florum, & herbarum, & arborum quoque comæ dicuntur, vt eleg. 16. libr. 3.

Arborea coma. Coma spicea, vt Horat.

Spicea donet Cererem corona. De spica, siue spico, & eius partibus, vagina, grano, gluma, arista, Varro cap. 48. lib. 1. de re rust. & 4. de ling. Lat. Spica rusticis speca, à spe, quod eam serentes sperant fore. Seruius à spiculi forma. *Tumet*, fit grauida, impletur, vt Ouid. 1. Fast.

Et noua de grauido palmite gemma tumet.

& Virg. 1. Georg.

Grandis procumbat culmus aristis.

Fruge. grano futuro. Fruges, quod his fruimur; & frui à frumine, gulæ parte. Donat. in Eunuch. Varro 4. de ling. Lat. Seru. in 1. Æneid. Frugis, & frugum nomine quod contineatur docet Paulus l. frugem 77. de verb. sign. *Lactenti.* Lactentia frumenta adhuc tenera, & lactis plena, inquit Seruius ad illud 1. Georg.

Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

Inde

Inde *Lactans* Deus, qui se infuodit segetibos, & eas facit lactescere. Lactans, qui lac præbet; lactens, cui præbetur. hæc Seruius. Ouid.1.Fast.

Nam sata vere nouo teneris lactentia succis
Eruta setigeræ comperit ore suis. & 6.Fast.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris.

Lactucíam Deam apud D. Augustin. legimus, quæ lactescentibos frumentis præsit. sunt qui *Lacturnam* illic legant. *Lacturciam* Beroaldus.

H I C *dulces cerasos, hîc autumnalia pruna*
Cernis, & æstiuo mora rubere die.]

Apod me, inquit Vertomnus cernis dulces cerasos. id est, quarum fructus dulcis; vel mites, & maturas. arborem autem pro fructu posoit, vt rubos, pro moris el.13.l.3. *Plena canistra rubis.* Sic ἄπιν Græcis, pro ἄπια. vet. gloss. in *Volemi.* Contra Tibull. eleg.1. lib.1.

Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manu.

vbi fructus, pro arbore. Tertull. in Apolog. Cerasa ex Ponto allata à Lucullo scribit & Hieronymus in ep. ad Marcellam. dicta à patria Cerasunte. nam Cerasus Ponti oppidum Ptolemæo. De Cerasis Plin. cap.25. libr. 15. & cap. 28. lib. eiusd. *Carne*, inquit, *& succo mora constant, cute & succo cerasa. Autumnalia pruna*, sub automnum maturescentia, licet sint, & æstiua; sed quædam sunt seriora, vt quæ *Asinina* vocantur. Vide Plin. cap.13. libr. 15. *Aestiuo die calidißimo.* sic eleg.sup. *Aestiuis aquis.* vers. 94. *Rubere mora.* nam mora, antequam matura sint rubent. Plin. cap.24. lib.15. *Moris colores trini: candidus primo, mox rubens, maturis niger. Nam color in pomo est, vbi permaturuit, ater.* inquit Ouid. 4. Met. Rubere vero etiam dicuntur, quæ nigrescunt; vnde sanguis & ruber, & ater dicitur.

I N S I T O R *hic soluit pomosa vota corona.*] vt spicea dabatur Cereri corona, sic pomosa Vertumno Pomonæ marito, è ramis implexis cum suis pomis, quibus ei caput cingit insitor, qui arborum ramos altis inserit. Ouid.1. de art. am.

Veneris insitio, fac ramum ramus adoptet,
Stetque peregrinis arbor operta comis.

& 4. Met. *Fisso modo cortice lignum*
Inserit, & succos alieno præstat alumno.

Horat. od.2. ep. *Inutilesque falce ramos amputans. Feliciores inserit.* De insitione & inoculatione vide Virg.2.Georg. & Plin. cap.14. libr.17. Columellam cap.9. lib.6. Palladium cap.9. lib. 3. *Vota soluit*, debita vota reddidit, & tulit manibus eleg.16.lib.1. *Pomosa corona*, vt infra *Pomoso aucupio.* Pomosum, quod pomis abundat. Tibull. eleg.1. l.1. *Pomosisque ruber custos ponatur in hortis.* Ouid.14. Met. *Quæ tibi poma coluntur* [*dextra.*
Primus habet, (Vertũnus) *lætaque tenes tua munera*

Poma autem sunt omnia quæ vel foris duro teguntur operimento, vt nuces, vel intus durum habent, vt cerasa & pruna: & quibus nihil duri admodum, vt mala, pyra, mora. dicta poma quod potu, id est, aquatione indigeat pomi insitio. Varro cap.31. libr.1. de re rust. & Macrob. cap. 19. libr. 3. Saturn.

C V M *Pyrus inuito stipite mala tulit.*] Virg. 2. Georg. cõtra: *Et sæpe alterius ramos impune videmus*
Vertere in alterius: mutatamque insita mala

A *Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.*

Inuito stipite, trunco coacto, nec libenter alienos fœtus sustinente, & alente. vt Virg. 2. Georg. de arbore insita.

Mirata estque nouas frondes, & non sua poma.

Stipites, à stipo, denso & firmo. Festus in *stipatores*: Stipites dicuntur qui destituuntur, vt aliquid firment. Idem in *Stipes*, sustem terræ defixum exponit.

M E N D A X *fama noces, alius mihi nominis index.*] Id est, mihi infesta, odiosa & molesta es, quia numen meum imminuis falsa verbi origine disseminata. *Mendax fama*, vt Virg. 4. Æn.

B *Tam ficti, prauique tenax, quam nuncia veri.*

Ouid.9.Met. *Cum fama loquax peruenit ad aures*
Deianira tuas, quæ veris addere falsa
Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.

Idem lib.12. Met. *Mensuraque ficti*
Crescit, & auditis aliquid nouus adiicit auctor.

Noces, lædis me, mihi molesta es. vt eleg. 32. libr. 2. *Lædit rumor. Alius mihi nominis index.* Notario verbi Ciceroni in Top. ἔτυμον ἢ ἐτυμολογία. *Index* qui aliquid indicat, & significat. vnde indicia pro verbis, quæ sunt rerum notæ. Horat. in arte. *Indiciis mõstrare recẽtibus abdita rerũ.*

C *Index nominis*, vt *Index vox stultitiæ*, Cicero pro C. Rabirio. Ipse infra vers.44. sic dixit: *Me notat.*

D E *se narranti tu modo crede Deo.*] τὸ *Modo*, vel nunc, vel tantum. Mihi solum crede, qui rectè scio. aliter eleg.15. lib.2.

Tu modo dum licet hunc fructum ne desere vitæ.

O P P O R T V N A *mea est cunctis natura figuris:*] Id est, apta & idonea & facilis omnibus formis. Ouid. 14. Met. de Vertumno:

Formas aptè fingetur in omnes. Ibidem:
Formas Deus aptus in omnes.

Festus: Opportunè, quia nauigantibus vtiles, maximèque optati sunt portus. Virg.4. Georg.

D *Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.*

& 8. Æn. *Dirarum nidis domus opportuna volucrum.* sępe vsurpatur in deteriorem partem: Opportunus morbo, inuidiæ, crimini. Liuius, Cic. Plin. Opportunitas & hominis, & loci, & temporis. *Mea natura.* ego ipse. vis ingenij & corporis mei, vt eleg.20. lib.2.

Possum ego naturæ non meminisse tuæ. Donat. in Andr. *Vt fert natura*; naturalis & ingenita actio.

I N *quamcunque voles verte, decorus ero.*] Sic eleg. 13. lib.1. *Et quæcunque voles vna sit ista tibi.* Verte in quamcunque, scilicet figuram, vt Virg. Æneid. *Verte omnes tete in facies.* & 7. Æneid.

Quæ memet in omnia verti. Decorus ero, ea me

E figura decebit, mihique optimè conueniet. vt Tibull. lib.4.

Talis in æthereo felix Vertumnus olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

sic Cic.2. de leg. *Color albus decorus Deo.*

I N O V E *me Cois, fiam non dura puella.*] *Coa* genere neutro, vt *Tyria*, Coæ vestes & togæ Coæ. Horat. sat.2. lib.1.

Altera nil obstat, Cois tibi pene videre est.

Vt nudam. Ouid.2. de arte amandi.

Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.

sic Bombycina Mart. ep.67. lib.8.

Fœmineum lucet sic per bombycina pectus.

de meretrice. vide adnot. ad el.1. lib.2. vers. 5. *Puella non dura*, non difficilis, sed semper parata, vt meretriculæ solent, quæ Cois olim vsæ, adnot. ad eleg.1. lib.2. ex Horatio. Non dura, vt el.22. l.2. *Aut si es dura, nega: sin es non dura, venito.* Contra el.20. l.2. *Nobis nonnunquam Ianua mollis.*

MEQVE *virum sumpta quis neget esse toga?*] Id est. Omnes fatebuntur. apud Sueton. in Nerone. *Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem?* Horat. oda 29. lib.2. *Quis neget* &c. *Sumpta toga*, scilicet virili. nam est, & muliebris, vt el.1.lib.2. vers.5. Ascon. in 3. Verr. *Toga communis habitus fuit & marium & feminarum.* leg. Nonius in *Toga*.

DA *falcem, & torto frontem mihi comprime fæno.*] Intelligit falcem, quam vocant fœnariam Cato cap.10. de re Rust. & Varro 4. de ling. Lat. vet. gloss. Δρέπανον χορτοκοπικόν. *Falx pratensis.* Ouid. de Vertumno. 14. Met.

Falce data frondator eras, vitisque putator.

Comprime frontem, reuinci, redimi, vt Virg. 4. Æneid. —— *Mollique fluentem*

Fronde premit crinem fingens. & 5. Æneid.

Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.

vbi hallucinator Seruius, qui exponit *Tonsa coma*, composita. At tonsa corona, vt versus indicat. & eodem libro:

Ipse caput tonsa foliis euinctus oliua.

Fæno torto, implexo. Turneb. cap.6. lib.23. fœno reuinctam frontem, ait, ad solis ardorem arcendum. Ouid. 14. Met.

Tempora sæpe gerens fæno religata recenti,

Desectum poterat gramen versare videri.

Torto fæno, vt Virg. 1. Georg.

Torta redimitus tempora quercu. & ipse eleg.20. lib.3. *Torta corona.* *Fenum*, vt *fenus* à fetu, quia in pratis quotannis nouum parit. Festus in *fenus*. Isidor. cap.9. lib.17. Ridiculè: fenum dictum, quod eo φλὸξ, id est, flamma nutriatur.

IVRABIS *nostra gramina secta manu.*] Id est. Religiosè affirmabis. Ouid. 14. Met.

Sæpe manu stimulos rigida portabat, vt illum

Iurasses fessos modo disiunxisse iuuencos.

Horat. ep.1. lib.2.

Bœotum in crasso iurasses aëre natum.

& sat.1. lib.1. *Iurat bene solis esse maritis.*

Gramina secta. periphrasis fenisecæ, vt vocatur à Varrone, & Columella. *fænisex* dicitur Plinio. vnde & *fenisicia* vocat Varro 4. & 6. de ling. Lat. tempora secandis fenis. *Nostra manu*, à nobis, vt el.4. lib.2. *Non Perimedea gramina cocta manu.* *Gramen*, herbæ species, pro genere. & tamen omnis herba gramen vocatur inquit Isidor. cap. 9. libr.17. & Seruius ad illud 12. Æneid. *Aras gramineas.* De Gramine. vide cap.19. lib.24.

ARMA *tuli quondam, & memini, laudabar in illis:*] Id est. Miles fui; nam fert vallum, & arma miles; vt ait Horatius. eleg. 3. infra.

Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla.

vnde *Armifera Minerua*, bellicosa. Ouid. 14. Met. de Vertumno.

Miles eram gladio, piscator arundine sumpta.

Et memini. sic Ouid. eleg.1. lib.2. Amor.

Ausus eram, memini, cælestia dicere bella.

Laudabar in illis, me decere dicebantur. *Laudare in armis*, est laudare armatum. vt eleg. sup.

A *Nec rudis infestis miles radiabat in armis.*

quod etiam *Sub armis* dicere solet, vt in fine el. sup. vers. 137.

CORBIS *& imposito pondere messor eram.*] Ouid. 14. Met. *O quoties habitu veri messoris aristas*

Corbe tulit, verique fuit, messoris imago!

Pondus corbis, pro graui corbe, vt eleg.1. libr.1. *Pondere rami.* Corbis messorum est. vnde Cicero pro Sextio: *Messoria se corbe contexit.* Varro 4. de ling. Lat. *Corbes*, ab eo quod spicas, aliudue quid (in eas) corruebant. hinc minores corbulæ dictæ. Legendus idem Varro cap.50. libr.1. de re rust. de tribus generibus messionis, & vsu

B in iis corbium. erant & mensuræ vinariæ corbes, vnde Vlpian. l. 1. de per. & com. rei vend.

SOBRIVS *ad lites: at cum est imposita corona,*

Clamabis capiti vina subisse meo.]

An significat se sobrium ad causas, & forum accedere? Turneb. certè cap.23. lib.3. exponit, ad causas aptus, & aduocationes, & ita dici ait *Sobrius ad lites*, vt *serui ad manum*, *ad cyathum*, *ad pedes*, *ad limina custos*. Idem cap. 6. lib.23. sic explicat. Sobrius si sim, ad causas agendas me accommodatum, & quendam causidicum putabis. hanc interpretationem adiuuat Horat. ep.19. lib.1. *Forum, putealque Libonis Mandabo siccis.*

C An id ait, cum sobrius sum, abstineo litibus, & rixis, quæ sunt ebriorum? *Sobrius ad rem aliquam*, vt eleg.22. libr.2. *Ad formosas cæcus.* Non abhorret ab hoc loco vox Catonis apud Sueton. in Cæsare cap. 53. *Vnum ex omnib. Cæsarem sobrium ad euertendam remp. accessisse.* *Lites* ambiguè pro causis, & pro turbis, ac rixis vbique apud Plaut. Terent. Horat. & Virg. Varro 6. de ling. Lat. Quis res erat in controuersia, ea vocabatur lis. ideo in actionibus quam rem siue litem. Lis est res in iudicium deducta. Corn. Fronto: Lis nascitur: pertinacia efficit controuersiam. & litigant homines: res in controuersiam deducitur.

D Ita controuersia partis est; lis summæ. Isidor. cap.15. libr.18. Lis à contentione limitis prius nomen sumpsit. vnde Virg.

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Lis quid à iurgio differat docet Cicero apud Nonium. *At cum est imposita corona.* vbi autem addita capiti est corona; vt infra: *Impositus fronti flos.* de coronis ebriorum sat dictum eleg. 3. libr.3. vers.21. Coronabatur fortasse per lasciuiam Vertumnus, vt in eo foro Marsyas coronatus ab Augusti Iulia: Plin. cap.3. libr.21. vbi etiam dicitur Munatius coniectus à Triumuiris in carcerem, quod demptam Marsyæ coronam

E capiti suo imposuisset. *Clamabis.* plus est, quam dices. Sic Horat. sat.3. lib.2.

Insanum te omnes pueri, clamentque puellæ.

Vina subisse capiti, furtim irrepsisse. nam vinum insidiatur bibenti. *Subire* est clanculum ingredientis, & insinuantis. vt eleg.9. lib.1.

Acrius illa subit, Pontice, siqua tua est.

Tibull. eleg. 27. lib.1.

Neu subeant labris pocula nigra tuis.

Capiti, quia arcem tandem Bacchus occupat. vnde Ouid.1. de arte amandi.

Nyctelium que patrem nocturnaque sacra precare,

Ne subeant capiti vina nocere tuo.

Id est, ne velint, ne sinant. nec quidquam mutandum, vt Scaliger conatur.

CINGE *caput mitra, speciem furabor Iacchi.*] Redimito eo genere pilei. nam erant ligamina mitræ eleg.29. lib.2. vbi vide adnot. & eleg.17. lib.3. vers.30. *Speciem furabor*, formam latenter assumam Bacchi, vt el.8. l.3. *Furandæ copia noctis.* & *Furari otium* Gellij cap.vlt. libr.20. Furtiua erit ergo illa species, vt precaria forma dicitur Ouid.9. Met. *Quem forma precaria celat.* *Furabor*, quia inuito domino tractabo.

FVRABOR *Phœbi, si modo plectra dabis.*] Anadiplosis. *Plectra*, pectinem eburnum, de quo eleg.3. lib.3. *Plectro sedem mihi monstrat eburno.* Donat. in Phorm. Plectar, feriar; vnde plectrum. Gallicè, *Archet.*

CASSIBVS *impositis venor: sed arũdine sumpta,*
Faunus plumoso sum Deus aucupio.]

Capto feras cassibus, inquit, nam qui venatum eunt, ferunt casses, id est retia; vnde dicitur incassum, quia sine retibus cassa, & vana est venatio, inquit Seruius ad illud 3. Georg.

Hos non immissis canibus, non cassibus vllis.

Idem in illud 11. Æneid. *Et aethere cassis.* vacuis, inquit, vnde & retia casses dicimus. Fest. *Cassiculum*, reticulum, à cassibus, per deminutionem. Ouid. *Decidit in casses præda petita meos.* Virg. etiam de telis aranearum 8. Æneid.

In foribus laxos suspendit aranea casses.

An casses, quod cassi & inanes? an quod casso metu terreant pennarum feras? *Impositis*, capiti scilicet, vel humeris, vt sup. *Imposito pondere.* vers.28. *Sed*, pro autem vt el.20. lib.1.

Cui procul Alcides iterat responsa; sed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.

Arundine sumpta Faunus. Ouid.14. Met.

Miles eram gladio, piscator arundine sumpta.

sed tamen aliter. nam hic arundinem, pro calamis aucupatoriis posuit, vt & Stat.5. Theb.

——— Lucosque per omnes
Syluicolæ fracta gemuistis arundine Fauni.

Apuleius lib.11. *Qui diuersis arundinibus, alter aucupem cum visco; alter piscatorem cum hamo induserent.* vide adnot. ad eleg.19. libr.2. vers. 24. & eleg.13. lib.3. vers.46. hinc illud Plaut. Bacchid. sc.2. act.1. *Perij, arundo alas verberat.* nam ita visco alæ adhærescunt. *Deus aucupio.* id est, Aucupio præsideo, vbi aues plurimæ capiuntur plumis vestitæ. *Deus* cum 3. casu. vt Virg. ecl.1. *Mihi semper Deus.* Datiuus pro genitiuo, vt el. 23. l.3. *Nec cuiquam absentes arserunt in caput ignes.* *Auceps* & *aucupium* ab auibus capiendis, inquit Varro 7. de ling. Lat. Terent. Eunuch. act. 2. sc. 2. Aucupium pro quæstu posuit. *Hoc nouum est aucupium* (parasitorum.) Cic. in Orat. *Aucupium delectationis.* & pro Cæcin. *Aucupia verborum.* sic aucupari sæpe metaphoricôs. *Plumoso*, quia ex auibus captis volitant plumæ Petron. Arbiter: *Ecce etiam per antennam pelagiæ consederant volucres, quas textis arundinibus peritus artifex tetigit. illæ viscatis illigatæ viminibus deferebantur ad manus. tollebat plumas aura volitantes, primasque per maria inanis spuma torquebat.* *plumosus* dicitur, vt *Pomosus.*

EST *etiam aurigæ species Vertumnus, & eius*
Traiicit alterno qui leue corpus equo.]

Duos videtur duobus his versibus significare, Aurigæ speciem, & speciem desultoris esse Vertumnum; quorum neutrum de Vertumno alibi legi. *Auriga*, *aureax* etiam dicitur Festo Isidor. cap.30. lib. 18. vbi agit de aurigis circi ridiculè dictos ait ab hauriendis equis, id est feriendis, inquit, vt *Latus haurit apertum.* Aurigam etiam pro gubernatore nauis dixit Vetus poëta apud Charis. libr. 4. An Vertumnus ille auriga dictus, quod sæpius verteret & flecteret currum, præsertim ad metam? *Et eius Traiicit* &c. Alias legitur *& eius Traiicit*, &c. an *Ollus* pro ille? *Traiicit leue pondus equo alterno*, Qui velox corpus transfert, & transilit ex vno equo in alterum, modo in hunc, modo in illum; *Traiicit*, & ita vertit, id est, mutat equum, vnde Vertumnus ea specie. Traiicere, alio transferre, vt eleg.12. lib.2. *Si pudor est alio traiice tela tua.* & el.4. infra. *Traiicit immundos ebria turba pedes.* Est & verbum nauticum, vt dicetur el. 11. infra. vers.41. *Leue pondus*, corpus velox. vt el.vlt. infr.

En sum quod digitis quinque leuatur onus.

sic sup. eleg.1. *Viert pondera.* & hac eleg. *Corbis pondere.* vide illic adnot. & apud Homerum legimus ἄχθος ἀρούρης. Telluris inutile pondus; quod in prouerbium abiit. *Equo alterno*, in equum alternum, tertius casus pro quarto cum præpositione, vt eleg.7. lib.3.

At saltem Italiæ regionibus euehat astus.

& el.15. lib 1. *Vt formosa nouo quæ parat ire viro.*
Ibid. *Aspice me quanto rapiat fortuna periclo.*
& eleg.1. sup. *Armatis hostis inermis eam.*

Alternus equus, qui subinde mutatur, vt eleg 9. lib.1. *Alterna presserit ille manu.* Desultor autem significatur, qui de equo in equum transiliebat. Liuius lib.23. *Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum, binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat, tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est.* Festus: *Paribus equis, id est, duobus Romani vtebantur in prælio, vt sudante altero transirent in siccum.* Varro cap 7. lib.2. de re Rust. Itaque peritus belli alios eligit, atque alit, ac docet, aliter quadrigarius ac desultor. Eius Varronis Menippea titulo: *Desultorius* apud Nonium in *Phaselus.* In vet. lexico: *Desultor* ζεύξτης, μεταβάτης. vet. gloss. *Desultor*, μεταβάτης. Manil. lib.

Nec non alterno desultor ludere dorso
Quadrupedum, & stabiles poterit defigere plantas,
Per quos vadit equos, ludet per terga volantum.

hinc *desultorij equi* apud Sueton. in Cæsare & Cassiodor. *Equi desultorij, per quos Circensium ministri missus denuntiant exituros, Luciferi præcursorias velocitates imitantur.* Cicero pro Murena. *Tanquam desultorius in quadrigarũ curriculum incurrere videtur.*

SVPPETAT, *hoc pisces calamo prædabor, & ibo*
Mundus demissis institor in tunicis.]

Si subauditur, vt Cic.13. Philipp. *Recesseris, te omnes insequentur; manseris, hærebis.* Plaut. Pseud. sc. 2. act. 2. *Magis erit solutum, quam ipsi dederis.* Idem act. 2. sc.3. *Stabit, stato simul.* vide eleg. 15. lib.2. vers. 41. 42. 43. *Si suppetat*, adsit, & quasi petenti suggeratur. vnde supellex dicta; &

quia quasi subest quod petimus. Horat. oda A pen. epod. *Nonis vt vsque suppetas doloribus.* & ep. 12. lib. 1.

Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus.

Plautus vbique. *Prædabor*, plus quam capiam, vt Virg. 1. Georg. *Prædarique lupos iussit.* Ouid. 12. Met. *Abas prædator aprorum.* Horat. ep. vlt. lib. 2.

Singula de nobis anni prædantur euntes.

Ipse eleg. 1. lib. 2.

Vna meos quoniam prædata est femina sensus.

Præda venatorum, & venatum piscationem vocat Plaut. Rud. sc. 3. act. 4. *Pisces*, propriè qui qui squamis teguntur. *Pisces* dicti à pascendo: B Isidor. lib. 12. cap. 6. Virg. 10. Æneid.

Piscesque impasti vulnera lambent. *Hoc talamo*, arundine cum hamo. Ouid. in fragmento Halieutici, de Polypo. —— *atque vbi prædam*

Pendentem setis auidus rapit, hic quoque fallit
Elato calamo. cum demum euersus in auras
Brachia dissoluit, populatumque expuit hamum.

Calamus, arundo piscatorum, de qua Plautus Rudent. sc. 1. act. 2. Tibull. eleg. 7. lib. 2.

Hac laqueo volucres, hac captat arundine pisces,
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.

Ouid. 3. Met. —— *Linoque solebat & hamis*
Decipere, & calamo salientes ducere pisces.

Etibo, id est, Incedam, prodibo, conspiciar, vt C eleg. 25. lib. 2. *Argiua prodiri figura.*

Institor, qui tabernæ, vel alij cuilibet negotiationi præponitur; ex eo dictus quod negotio quærendo instet l. 3. 5. & 13. De institor. act. dicitur & institor mercis, & cauponæ, & tegetis, Iurisconsultis ac Iuuenali. *Mundus*, cultus, elegans, sine vllis sordibus. propriè, vt eleg. 5. infra: *Mundus Menander.* id est, cultus. Horat. ep. 4. libr. 1. *Mundus victus.* & *Munda supellex.* hinc *Mundus muliebris*, & hic ornatus rerum naturæ. *Institor in tunicis*, pro tunicatus, vt el. 29. lib. 2. *Ostrina cum fuit in tunica.* Vt hic institor tunicatus, sic Ouid. 5. Fast. D

Huc venit incinctus tunica mercator. *Tunica*, inquit Nonius, propriè vestimentum sine manicis, cui superinduebatur toga. vnde Varro ibidem: *Quorum vitreæ togæ ostendunt tunicæ clauos.* Idem 4. de ling. Lat. *Tunica ab tuendo corpore: tunica, vt induca.* Idem 7. & 9. de ling. Lat. tunicam aliam virilem, aliam muliebrem facit. Isid. cap. 22. lib. 19. perridiculè à tono deducit. Ibid. *Talaris tunica*, quæ ad talos defluat, vt pectoralis, quæ apud antiquos breuior erat. De tunicis, quas plures gestabant antiqui, leg. Baifius cap. 5. de re vest. *Demissa tunica* & *fluentes* dicuntur Albinouano, vt ipse eleg. 17. libr. 3. E

Veste fluente vers. 32. Turneb. cap. 23. lib. 11. putat tunicas talares, & demissas parum viriles haberi. hoc tamen loco esse elegantioris hominis. Horat. sat. 2. lib. 1.

Malthinus tunicis demissis ambulat &c.

Plaut. Pœnulo act. 5. sc. 5. *Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius?* Idem ibid. *Sanè genus hoc est mulierosum tunicis demissitiis.* Varro Meleagris apud Nonium in *demissum: Cum etiam Thaïs Menandri tunicam demissam habeat ad talos.*

PASTOREM *ad baculum possum curare, sed idem*
Sirpiculis medio puluere ferre rosam.]

Turneb. cap. 23. lib. 3. exponit: Si mihi pedum detur, pastor videri possim. Pastor ad baculum, inquit, vt supra. *Sobrius ad lites.* & *Salij ad cantus* Virg. 8. Æneid. ὑμνῳδοί. eadem repetit cap. 6. lib. 23. nec mutat de verbo *curare*. An *pastorem curare*, est pastorem gerere, & curam gregis sustinere. Palmetius, pastorem curare, pro pastorem esse exponit. Sed vet. lib. *Curuare*, vt, *Curuare pastorem possum*, sit, me ipsum pastoris modo incuruare, & incumbere baculo pastoritio, vt Virgilianus Damon ecl. 8.

Incumbens tereti Damon sic capit oliuæ.

Ouid. el. 1. lib. 4. Trist.

Fessus vt incubuit baculo, saxoque resedit
Pastor, arundineo carmine mulcet oues.

baculum intellige pedum. Festus: *Agolum, pastorale baculum, quo pecudes aguntur.* Idem: *Pedum baculi genus incuruum. eo pastores vtuntur ad comprehendendas oues, vel capras à pedibus.* Ouid. 2. Met.

Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit, onusque fuit baculus syluestris oliua.

Oleagioum pedum intelligit, vt & Virg. loco citato. Sic 7. Æneid. vers. vlt. dixit:

Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.

pro pastorali baculo. *Vel*, pro, &, solutum pro coniuncto, vt el. 8. lib. 2. vers. penult. & vers. 11. Paulus l. sæpe. 53. de verb. sign. *Quod dedi aut donaui.* Idem. *Super pecunia, tutelaue rei suæ.* Plaut. Amphitr. *Pes, statura, tonsus, oculi, nasum, vel labra.* *Idem*, sed habitu mutato. *Ferre rosam*, vt el. 13. l. 3.

Mixta referre Lilia virgineos lucida per calathos.

vbi lilia calathis feruntur, vt hic rosa sirpiculis. *Rosam*, numero singulari, vt el. 17. lib. 1.

Poneret ossa rosa. & eleg. 3. lib. 3.
Manu texit vtraque rosam. & eleg. 5. lib. 3.
Et caput in verna semper habere rosa.

Ferre rosam, ad corollas opinor. *Sirpiculis.* Scirpicula, vt nonnulli scribunt, vasa è scirpis, & iuncis texta. Sed & *Sirpea*, & *sirpicula* falces Varroni 4. de ling. Lat. à sirpando & ligando, vt inde *sirpiculum*, vas vimineum. Lucillius lib. 15. sat. apud Nonium in *Holerorum.* *Tintinabulum abest hinc, sirpiculique olerorum.* vbi tamen in iugis, & carris sirpiculi dicuntur, vt Scaliger in Varronem notat. Plaut. Capt. sc. 1. act. 4. *Eis ora verberabo scirpiculis piscariis.* id est, Nassulis è sirpis, inquit Camerarius, vt apud Propertium, sportulis scirpeis. Siue à vimine, siue à scirpo, & iunco deducantur eos fortasse Virg. intellexit ecl. 2. *Quin tu aliquid saltē potius, quorū indiget vsus,*
Viminibus, mollique paras detexere iunco.

Medio puluere. media æstate, mense Iunio quia *Puluerulenta æstas* Virgilio, licet & hyeme sicca puluis, vnde idem Virg. 1. Georg.

Hyberno lætissima puluere farra. An *medio puluere*, media via puluerulenta?

NAM *quid ego adiiciā, de quo mihi maxima fama est,*
Hortorum in manibus dona probata meis?]

Aut est anastrophe pro quidnam, aut Nam, vt sed, pro autem, vt eleg. 11. lib. 3. adnot. vers. 27. *Adiiciam*, præterea dicam. *De quo mihi maxima fama est.* vnde mihi maxima celebritas nominis. vt eleg. 15. lib. 1. *Argiuæ fama pudicitiæ.* *Hortorum dona*, quæcunque horti ferunt, & offerunt

mihi scilicet primitias olerum. Turneb. cap. 6. libr. 23. ad hunc locum: ab olitoribus colebatur, inquit, Vertumnus: vnde Columella de cultu hortorum:

Mercibus, & vernis diues Vertumnus abundat.

Ouid. 14. Met.

Sed neque iam fœtus desiderat arbore demptos,
Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas,
Nec quicquam, nisi te.

Dona hortorum dixit, vt de sertis eleg 3. lib. 3.

Exercent teneras in sua dona manus.

& *Dona Bacchi* eleg. 17. libr. 3. vers. 13. & *dona*, quia vota, & sacra mihi. *Probata*, an accepta mihi, laudata? Ascon. in hæc 3. Verr. *Nam si hanc defensionem probabitis.* admittetis, inquit, & accipietis. vnde *Probatus homo* Cic. probus & spectatus. *In meis manibus*, credo quia illis imposita essent vt capiti corona, & casses humeris, & corbis, falx & plectra dextræ. Sic apud Ciceronem & Lucretium simulacra manibus tenent pateras, victoriolas, lampadas. Ouid. 14. Met. de Vertumno:

—— *Lataque tenet sua munera dextra.*

CÆRVLEVS *cucumis, tumidoq; cucurbita ventre*
Me notat, & iunco brassica vincta leui.]

Id est, designat, & declarat cucumis, cucurbita, & brassica qui sim, & quod in illas ea formas verterim, denotant me esse Vertumnum. sic eleg. 11. libr. 3.

Nomine quem simili vita superba notat.

sic supra hîc. *Alius mihi nominis index.* *Cucumis*, Græcis Σίκυς, ἢ Σίκυος. Cucumeres, inquit Varro 4. de ling. Lat. à curuore, quasi curuimeres. Virg. 4. Georg. —— *Tortusque per herbam*
Cresceret in ventrem cucumis. vide Plin. cap. 5. lib. 19. *Cæruleus*, Cyaneus, nam, vt inquit Seruius in 5. Æneid. Cæruleum est viride cum nigro, vt mare. vnde *Cæruleum Deum* dixit eleg. 7. lib. 3. pro Neptuno. alij à colore cœli, quasi cæluleus. *Tumidoque cucurbita ventre.* Græcis: Κολοκύνθη ἰσχάδιμος, cucurbita ventriosa. vide Plin. loco antecitato, & Columellam libr. 11. Idem de cultu hortorum cucumerem & cucurbitam, vt hîc, coniungit: *Et tenero cucumis, fragilique cucurbita collo.* *Brassica*, dicta Varroni 4. de ling. Lat. *Quasi præseca, quod ex huius scapo minutatim præsecatur.* Festus; *Brassica à præsecando.* legendum vtrobique, *præsecare.* vt in Rudente Plauti: *Exsicis arundines. & dissicere.* De brassica, quæ κάμβη Græcis Cato de re Rust. cap. 156. Columella. lib. 11. & Plin. cap. 9. libr. 20. *Vincta iunco*, astricta in manipulum, vt sit enallage. an *Vinctæ* iunco statuæ ipsius Vertumni ne decidat? *Iunco leui*, scirpo, qui natat ob leuitatem, ideo *Pueris qui nare discunt scirpea inducitur ratis*, inquit Plautus. Tibull. eleg. 3. libr. 2. *Tunc fiscella leuis detexta est vimine iunci.* Ita lego, non *leui*, & sic Lexicon habet in *Iuncus.* vbi *Vimen iunci*, à viendo & vinciendo.

NEC *flos vllus hiat pratis, quin ille decenter*
Impositus fronti langueat ante mea.]

Primitias florum pratensium sibi dicari inquit. De floribus pratorum ipse eleg. 20. lib. 1.

Et circum irriguo surgebant lilia prato.

Horat. oda 27. lib. 3.

A *Nuper in pratis studiosa florum.* Ouid. 1. Fast.

Si quis erat factis prati de flore coronis
Qui poterat violas addere, diues erat.

Virg. 4. Georg. *Est etiam flos in pratis.* *Pratis*, ergo dixit ad discrimen florum hortensium. *Flos hiat*, semiaperitur, vt eleg. 17. libr. 3.

Capripedes calamo Panes hiante canent.

sic Auson. in Rosa.

Hæc aperit primi fastigia summa obelisci.

Quin, vt non. vide Gell. cap. 13. libr. 17. de notiunibus huius voculæ. ipse eleg. 19. lib. 2.

Sit me nec solæ poterunt auertere syluæ,
Nec vaga muscosis flumina fusa iugis?

B *Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua.*

Decenter, aptè & venustè, vt Horat. in Arte:

Singula quæque locum teneant sortita decenter.

Impositus fronti vt sup. vers. 29.

At cum est imposita corona. *Fronti*, vt sup. vers. 25. *Frontem mihi comprime fæno.* ergo *ante fronti impositus*, præpendens, vt eleg. 33. lib. 2.

Præpendent demissa in pocula serta.

Ante imponi, & ante poni cum 3. casu, dicantis & libantis est, vt Tibull. el. 1. lib. 1.

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.

C Plaut. Curcul. sc. 1. act. 1. *Quod ante pones Veneri in iëntaculo.* vide adnot. ad eleg. 10. libr. 2. vers. 22. An iuncto vocabulo *Antemeæ*, vt *Antecupidinibus* eleg. 1. lib 2. vers. 2. *Langueat*, marcescat. translatum ab ægris, & deficientibus, nam statim atque decerptus flos languet. vt Virg 9. Æneid.

Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens.

AT *mihi quod formas vnus vertebar in omnes.*] *vnus*, vel solus, quia non sponte id facit, sed coactus Proteus, vel eximius ante omnes. *In omnes formas*, vt vers. 21. *In cunctas figuras.*

D NOMEN *ab euentu patria lingua dedit.*] An lingua Hetrusca? nam ei patria Hetruria. An Latina & Romana? siquidem ei duplex patria. Dictus autem Vertumnus vt Neptunus, Portunus, Saturnus. *Patria lingua*, vt Lucret. *Patrij sermonis egestas.* & Horat.

—— *Cum lingua Catonis & Enni*
Sermonem patrium ditauerit.

Festus: Lingua non solum pars corporis, sed etiam differentia sermonum, & promontorij genus. *Patria lingua*, ἐπιχώριος διάλεκτος: Dionys. Halic. *Ab euentu*, ab effectu, (à vertendo scilicet) quia quæ efficiuntur, eueniunt. Euentum de re futura dixit eleg. vlt. lib. 3. vers. vlt. *Euentus*, inquit Cic. in To-

E picis, *est obscura causa, quæ latenter efficit.* Ergo causa, pro effectu.

AT *tu Roma meis tribuisti præmia Thuscis.*] ad Romam sermonem dirigit, vt eleg. 1. lib. 4. vers. 67. *Roma faue* &c. *Tribuisti præmia*, vt el. penult. lib. 3. *Tribuit laudes.* *Præmia*, & honorem & commoda militiæ, à præ & emendo. *Meis Thuscis*, popularibus; nam Tuscus ego.

VNDE *hodie Vicus nomina Tuscus habet.*] Id est, Ex quo etiamnunc nomen retinet. nam est enallage numeri *Nomina*, pro nomen. Dionys. libr. 5. Narrat Arontis Porsenæ regis copias à Cumanis fractas cum in agrum Romanum ve-

niffent, plerofque faucios deportatos Romam, vbi conualuiffent, illic manere voluiffe; datumque locum in vrbe ad ædificandum, vallem fcilicet inter Palatinum, & Capitolinum colles, quà tranfitur à foro in Circum maximum, dictumque Romana lingua Vicum Thufcum. *ὡς δ᾽ μέχρι*, inquit, *ἐμοῦ Τυῤῥηνῶν οἴκησις ὑπὸ Ῥωμαίων καλεῖται κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον.* Qui vfque ad me, id eft, ætatem meam Tyrrhenorum fedes ac domicilium vocatur à Romanis fecundum vernaculam, & patriam linguam. Idem fere eft apud Liuium libr. 2. At Feftus Thufcum vicum dictum ait à Thufcis, qui recedente ab obfidione Porfena Romæ remanferunt. Varro autem 4. de ling. Lat. (quod & Feftus illic tangit in litura) eos cum Coele Vibenno Thufco in auxilium Romuli aduerfus Tatium venerant & Cœlium collem incolerent, quod nimis munita loca tenere diceren-tur, deductos effe in planum, & ab iis Vicum Thufcum nominatum. Idem narrat Seruius in 5. Æneid. ad illud. *Tres equitum numero turmæ.* nifi quod Cœlem non nominat, fed quendam Thufcum. Horat. far. 3. libr. 2.

Thufci turba impia vici. Plaut. Curc. fc. 1. act. 3. *In Thufco vico funt qui fe venditant.* P. Victor in 8. regione Vertumnum, & eius ædem, in vico Thufco, & Varro 4. de ling Lat. locant. *Vicus* tribus modis dicitur, vt ait Feftus, vno, in agro, ex iis qui ibi villas habent: altero, cum id genus ædificia quæ continentia funt, viis oppidi, itineribus, regionibufque diftributa diftant, nominibufque diffimilibus, difcriminis caufa funt difpartita. quomodo hîc accipitur. Tertio, cum id genus ædificiorum definitur, quæ in oppido priue quifque ædificat, vt in eo ædificio peruium fit. &c. Charif. lib. 1. Vici dicuntur humiles domus: nam quà incedimus, non vici, fed viæ funt vicorum. Ifidor. cap. 2. lib. 15. Vici habitationes vrbis, vel locus fine munitione murorum, dictus quod fit vice ciuitatis, vel quod vias tantum habeat fine muris. conftat ergo falli lexicorum confarcinatores, qui vicum exprimunt viam vtrimque ædificiis feptam, cum fint ipfa ædificia. *Nomina habet*, vt Ouid. 3. Faft.

Qui nunc exquilias nomina collis habet. Ibid.

Femina cum de fe nomina fecit aqua.

Tempore *quo fociis venit Lycomedius armis.*] Id eft Lycomedius, qui alio nomine dicitur Lucumo. & eleg. fup. *Lucmon*, vbi de eo fatis dictum verf. 29. An dictus eft *Lucomeddix*: nam *Meddix* Ofcis magiftratus: Feftus? *Quo tempore*, qua tempeftate, vt eleg. 19. lib. 3. verf. 17.

Venit fociis armis, auxiliaribus, inita focietate belli aduerfus Tatium cum Romulo. Virg. 8. Æneid. ——*lectos*

Dardania veniffe duces, focia arma rogantes.

2. Æneid. *Socia agmina credens.* & 5. Æneid.

Aduentum, fociafque faces. Liuius lib. 8. *Quod cum Gallis arma quondam confociaffent.*

Atque *Sabina feri contudit arma Tati.*] Id eft. Vires Tatij Regis Sabinorũ contriuit. vt el. 3. l. 3.

Aut ut Teutonicas Roma refringat opes.

Ouid. 6. Faft.

Iamque fuburbanas, Heteufeaque contendit arma.

A & 4. Faft. *Perfida magnanimi contudit arma Iubæ.* *Feri*, vel ferocis, vt eleg. 22. lib. 2. verf. 31. Ferus Hector. vel crudelis, vt eleg. 11. lib. 3. verf. 11.

Feros claufit Serpentis hiatus. hunc Tatium Ennius tyrannum vocat.

O Tite Tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

vide Plutarch. in Romulo & aduot. eleg. 1. fup. verf. 30.

Vidi *ego labentes acies, & tela caduca.*] fic eleg. 13. lib. 1. *Vidi ego, me quæfo tefte negare potes?*

Vidi ego te toto vinctum languefcere collo.

Labentes, plus eft, quam labantes, & inclinatas. labuntur enim faucij, & quos vires deficiunt.

B Virg. 3. Georg.

Labitur infelix ftudiorum, atque immemor herbæ

Victor equus. Horat. fat. 1. lib. 2.

Aut labentis equo defcribes vulnera Parthi.

Acies, exercitus inftructus ad prælium, vt cum iter facit dicitur agmen. vide adnot. ad illud Tibulli ex lib. 4.

Aduerfifque parant acie concurrere fignis.

Tela caduca, abiectas à fugientibus haftas. Caius Iurifconfultus *l. fi caluitur. §. Telum. de verb. fign.* omne quod manu mittitur telum dici docet *ἀπὸ τοῦ τηλοῦ.* alias *τηλόθεν.* Nonius: Tela omnia quæ iaciuntur, etiam lapides. Feftus in *Tela*, ita

C dici ait quæ miffilia funt à *τηλόθεν*, quod eminus iaciantur. Addit Ifidor. cap. 7. libr. 18. Telum à longitudine dici: vnde muftela, quod longior fit, quam mus. itaque dici quidquid longè iaci poteft, & abufiuè pro gladio poni ex Seruio in 2. Æneid. fic *Pila Sabina* eleg. 4. infra & *Arma Sabina*, hîc alio modo Ouid. 3. Faft. de iifdem Sabinis: *Tela viris, animique cadunt.* Caducum quod cadit, vel cecidit, vt eleg. 32. lib. 2. verf. 40. *Poma caduca.* vbi vide adnot. fic *Caduca aliua* Columellæ cap. 49. lib. 12. *Caduca glans*, inquit Caius l. Sylua cædua. de verb. fign. *quæ ex arbore cecidit.*

D Atque *hoftes turpi terga dediffe fuga.*] Flagitiofum & ignominiofum eft fugere; licet Demofthenes noto fenario fuam texerit imbelliam. *Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.* Virg. 12. Æneid.

Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?

Vfque adeone mori miferum eft? Attius armorum indicio, vel Pacuuius apud Charif. libr. 4. *Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.* vbi *pudenda fuga*, vt hîc turpis. eft enim fuga *τὸ φεύγειν*, & fæpe pro curfu, vel nauigatione. Ouid. 6. Faft. *Turpia feminiæ terga dedere fuga.*

& 5. Faft.

E *Effugere Oebalidæ curfu potuere fequentes,*

Sed vifum celeri vincere turpe fuga.

Idem 2. Faft.

Diffugiunt hoftes, inhoneftaque vulnera tergo

Accipiunt.

Quod fi *fuga* non *fuga* legamus. Virg. 4. Georg.

Aut hos verfa fuga Victor dare terga coëgit.

& 3. Georg.

Quamuis ille fuga verfos fæpe egerit hoftes.

Dare terga, vt, *vertere terga*, eft oftendere, vt 1. Æneid. *Vndis dat latus.* Varro apud Nonium: *Occipitium atque armos Deo oftendo.*

SED *faciat, Diuûm sator, vt Romana per æuum*
Transeat ante meos turba togata pedes.] vt el. 15. lib. 3. vers. 25. *Dij faciant.* id est, id velint, & anouant. vbi vide adoot. *Deum sator.* vt Virg. 1. & 11. Æneid.

Olli subridens hominum sator, atque Deorum.

Euripid. in Troiad. Τὸν πανόπτ' ἀρωγὸν πάντων Πελιαιων. vide adnot. ad illud eleg. 9. lib. 3.

Hic satus ad pacem. vers. 19. *Vt Romana turba togata,* frequeos populus, vt sup. *Hac me turba tenat.* Labetius in Ephebo: *Licentiam ac libidinem vt tollam petis togatæ stirpis.* Idem Ibid. *Idcirco ope nostra dilatatum est dominium togatæ gentis,* apod Macrob. Virg. 1. Æneid.

Romanos rerum Dominos, gentemque togatam.

vbi vide Seruium. & *Togatus Xerxes.* Locullos dictus inquit Plutarch. Inde & Togatæ fabulę, argumenti Romani; vt palliatæ Græci. Toga erat ad talos vsque demissa, vt ait Fab. lib. 11. Instit. vetus ioterpres Persij: Toga est purum pallium forma rotunda, & fusiote & inundaote sinu; & sub dextro veniens super homerum sinistrum pooitur. cuios similitudinem in operimentis simulacrorum, & picturarum adspicimus, easque statuas togatas vocamus. Toga vero Romani in pace vtebantur, in bello paludamentis. mensura togæ iostæ senas vlnas implobat. Hæc ille. *Transeat ante meos pedes.* Innuit Ianos fori, quæ erant transitiones peruiæ. vnde snpr. *Romanum satis est posse videre forum.* & io libello, qui tribnitur Fabio Pictori. Imus Argiletus est, vbi & Ianus quadrifrons, qui & Vertumnus in fine vici Tusci. *Ante pedes,* signi, scilicet, vt eleg. 10. lib. 2.

Ponitur hic imos ante corona pedes.

Per æuum, quod Virg. 6. Æneid.

Aeternumque tenet per secula nomen.

ipse eleg. 4. lib. 3. *In æuum.* vers. 19. αἰών, æuum, mutato genere, v. intetposito, vt λαιός, læuus; σκαιός, scæuus. at Varro 5. de ling. Lat. Æuum, inquit, ab ætate omnium annorum. Hinc æuiternum, quod factum est æternum. Seruius in 6. Æneid. Æuum Deorum proprium, ætas hominum. Atqui ætas est æuitas.

SED *superant versus; te, qui ad vadimonia curris,*
Non moror, hæc spatijs vltima meta meis.]

Superant, pro restant, & supersunt, vt Virg. 2. Æneid. *Capta superauimus vrbi.* & alibi sæpe. *Curris ad vadimonia:* vadimoninm properiter obis, ne causa cadas. Sueton. in Calig. cap. 39. *Comprahensis meritorijs vehiculis, adeo vt litigatorum plerique quod occurrere absentes ad vadimonium non possent, causa caderent.* De Vadimonio vel oheondo, vel deserto, multa Cic. in orat. pro Quintio. Varro 5. de lingoa Lat. *Vas* appellatus, qui pro altero vadimoniom promittebat. Consoetudo enim erat eum reus parom esset idoneus ineeptis rebus, vt pro se alterum daret. Vadimonium est sponsio sistendi in Iudicio inquit Budæus adnot. in Pandect. & obire vadimonium, siue ad vadimonium occurrere; ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν δίκην, & ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν κυρίαν. quo sæpe sermone vtitur Demosthenes κατὰ Μειδίου. Vades, sponsores, qoia iis datis reus habebat discedendi facultatem, & propriè in re capitali ioquit Fe-

A stus, & Aosonios in monosyllabis. Tamen & io re pecuniaria datum vadam notant Interpretes Horatij in illud:

Ille datis vadibus, qui iure extractus in vrbem, &c.

Bene ergo, *Curris,* quia & turpe, & damnosum deserere vadimoninm; vnde Plin. in Præfatione: *Inscriptiones propter quas vadimonium deseri possit.* id est, res necassaria, & vrgens oegotium. *Non moror,* non te detineo, à me dimitto, per me licet quolibet abeas. Horat. *Ne te morer, audi.* Plaut. Asinaria, sc. 4. act. 2. *Hic me moratus est.* Liuins lib. 5. *Absoluto Claudio negauit tribunus se Gracchum morari.* Dimittendi formula, etiam in B Senatu: *Nihil vos moror, P.C.* Capitolinus in Antonino. *Vltima meta,* pro fine cuiosque rei, translatione à circo. ipse eleg. 14. lib. 3.

Ad extremas stat femina metas.

vbi *extrema,* vt hic *vltima.* eadem allegoria quæ hic est eleg. 1. sup.

Has meus ad metas sudet oportet equus.

Dictum de metis ad eleg. 25. lib. 2. vers. 25. Sed Scaligeri liber, & Vatic. & Lips. cap. 10. lib. 5. antiq. *Creta.* vnde & eleg. 3. lib. 1. legit:

Illa fuit lacrymis vltima creta meis.

Spatijs meis, curriculis, & suscepto argumento. Metas quoqoe & spatia Virg. 3. Georg. coniun- C xit: *Hic & ad Elei metas, atque vltima campi*
Sudabit spatia. & ipse eleg. 25. lib. 2.

Septima quam metam triuerit arte rota.

vbi rota pro curriculo, & spatio. Propriè Virg. 5. Æneid. ——— *Signoque repente*
Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.

Translatè Horat. ep. 14. lib. 1.

Et amat spatijs obstantia rumpere claustra.

De septem spatiis circi legendus Isidor. cap. 34. lib. 18. eleganter Ouid. 6. fast.

Tertia causa mihi spatio maiore canenda,
Nos tamen adductos intus agemus equos.

STIPES *acernus eram properanti falce dolatus.*]

D Sic Horat. sat. 8. lib. 1.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

in Catalectis:

Sed lignum rude villicus dolauit.
Et dixit mihi, tu Priapus esto.

Tibull. eleg. vlt. lib. 1. de Laribus:

Neu pudeat prisco vos esse è stipite factos,
Sic veteres ædes incoluistis aui.
Tunc melius coluere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus igne Deus.

Plin. cap. 7. lib. 34. Lignea aut fictilia Deorum simulacra Romæ fuisse, ait, ante deuictã Asiam. E Ibidem: Tuscanica eiusmodi signa ex Etruria aduecta, & per terras dispersa expugnatis Volsiniis. Ergo, vt puto ex eo nomero Vertomnus fuit. Huc facit Prouerbinm Pythagoricnm, Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου Ἑρμῆς ἂν γένοιτο. Non ex quouis ligno Mercurius fiogi posset. Qui apud Apuleiom apologia priore fuit buxeus. Plato lib. 12. de leg. Ex vno ligno inbet facta simolacra tota Deorom statui in templis communibus. Pausan. Arcadicis priscos ait homines non aliis materiæ generibus ad simulacra Deornm vsos, quam ebeno, cyparisso, cedro, quercu, edera cilicia, loto; Mercurij tamen signum io Cyllene monte citreũ fuisse. *Acernus,* ea acere.

Acer, *σφενδαμνος*. *Erable*. de quo Plin. cap. 15. lib. 16. Iſidor. cap. 7. lib. 7. Acer arbor colorib. impar. Seruius in 2. Æneid. ad illud: *Trabibus contextus acernus*; *Acer*, inquit, *arbor in tutela ſtuporis eſt*. *Dolatus falce properantis*, obiter factus, & vt ea quæ properantur. Donat. in Eunuch. *Dolare eſt minuere, & lædere: vnde dolus laſio, & dolones tela*. Item: *Dolare dicitur faber, cum lignum aſcia cædit*. Nonius: *Dolatum vel quod eſt per cælum*. (ſic lego, non per-cæſum) *vel abraſum, vel effoſſum*. Cic. in Acad. *Non enim eſt è ſaxo ſculptus, aut è robore dolatus*. Varro: *Cælo dolatus artem oſtentat Mentoris*. Horat. ſat. 5. lib. 1.

Nantaque caput, lumboſque ſaligno Fuſte dolat.

id eſt, cædit. Plaut. milite: *Hunc ſi dolum dolamus*. id eſt, fabricamus. Inde dolabra. Quadruplex vituperatio, quod ſtipes, quod dolatus, & quod falce, & quod properè. *Falce*, ſignificat putatoriam, arborariam, vel vinitoriam falcem. Gallicè, *Sarpe*. Nam ſarpere, purgare, inquit Feſtus in *Sarmenta*. *Properanti*, tranſtulit ad inſtrumentum, quod eſt artificis, vt el. 19. lib. 2.

Et vitem docta ponere falce comas.

De verbo properandi vide Gell. cap. 14. lib. 16. & cap. 11. lib. 10. & Nonium, vbi Cato: *Qui vnumquodque maturè tranſigit, properat, qui multa ſimul incipit, nec perficit, feſtinat*.

A N T E *Numam, grata pauper in vrbe Deus.*] Sub quo ex ligneo ſum factus aheneus. *Ante Numam*, ergo Romuli tempore. *Grata*, quia: *Hæc me turba iuuat*, nec pœnitet deſeruiſſe focos Volſinos. *In vrbe*. an Volſiniis? an Romæ? *Deus*, pro ſimulacro, vt not. el. 1. ſupr. verſ. 5.

A T *tibi Mamuri, formæ cælator ahenæ,*

Tellus artifices ne terat Oſca manus.] ſolennis præcatio, qua Mamurio optat terram leuem, à quo fuſus fuit, vt el. 17. lib. 1.

Vt mihi non vllo pondere terra foret.

vbi vide adnotat. *Mamurri*, modo producitur, modo corripitur, vt Purſena, Porſenna, Cybele, Cybelle. De fabro Veturio Mamurio Plutarch. in Numa. Ouid. 3. faſt. Dionyſ. lib. 2. à quo *μαμέριος* dicitur, & Feſtus in *Mamurius*. Statua Mamurij plumbeia P. Victor in 6. Reg. vrbis. *Cælator*, *γλύπτης*, *Graueur*, à cœlum, quo eiuſmodi fabri vtuntur. vnde *Argenticalatores* Plinio. Cælare à cedendo: Feſtus. *Formæ ahenæ*, aheni ſimulacri, vt Lucretio & Lucillio *ſigna ahena*. & *æra*, pro ſtatuis. & *aheneus vt ſtet*, apud Horat. *Forma*, pro ſigno, vt eleg. 9. lib. 3. verſ. 13. adnot. Statua hæc Tuſcanica fuit, de quo genere Fabius. *Tellus Oſca*. Significat apud Oſcos, patriam ſuam fortaſſe, Mamurrium ſepultum. Oſci qui & Opſci, vulgò Opici. Feſtus in *Oſcum*. Dicti ab Oſco regione Campaniæ: Feſtus in *Maſius*. Seruius in illud 7. Æneid. *Oſcorumque manus*. Capuenſes dicit, qui antea Oſci, quod illic plurimi abundauere ſerpentes. Oſca lingua Samnitium Liuius lib. 10. de Oſcis populis Campaniæ Plinius cap. 5. lib. 3. Turneb. cap. 16, lib. 13. inſigniter nugatur in hoc loco exponendo. Optat, inquit, ne vnquam Mamurius è lucto fictilia ſigna faciat, ſed ſemper nobiles ex ære ſtatuas, & formas ducat, ne figlinæ luteæ vilitate tantus artifex dedecoretur. Oſci po-

A puli erant Campaniæ vbi figlinæ erant: vnde ab Horatio ſcriptum: *Vilis cum patera guttus Campana ſupellex*. id eſt, fictilis. Hæc ille. *Ne terat manus*, ne comminuat nimio premens eam partem corporis, qua præcellebas cælando. Lucret. lib. 3. *Vrgerive ſupernè obtritum pondere terræ*. Plaut. Bacchid. ſc. 1. act. 1. *Potiſne eſt terra, vt terat hominem, atque proſternat? hodie nihil præter terram & Baccham tetigi*. ipſe eleg. 7. inf. *Oſſibus oſſa teram*. *Manus artifices doctas*, vt Ouid. el. 2 lib. 3. Amor. *Artifices in te verte, Minerua, manus*. & vlt. Metamorph.

Artifices natura manus admonit.

B Feſtus: *Artifices dicti, quod ſcientiam ſuam per artus exercent: ſiue quod aptè opera inter ſe artent. qua ex cauſa etiam artes appellata ſunt*. Virg. 12. Æneid. & Auſon. *Artificis manus dixerunt*.

Q V I *me tam dociles potuiſti fundere in vſus.*] id eſt, aptum tot rebus, ac formis. *Potuiſti*, ſciſti. vel abundat, vt el. 5. infra:

Poterit magnes non ducere ferrum.

id eſt, ducet. *Fundere*, *χέειν*, *χωνεύειν*, quoniam conflantur metalla liquentia, vt 8. Æneid.

Vulnificuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.

Seneca ep. 66. *Fundere vel ducere ſtatuam*. Plin. C cap. 8. lib. 34. *Theodorus qui Labyrinthum Sami fecit ipſe ſe ex ære fudit*. Horat. ſat. 3. lib. 2.

Quid ſcalptum infabrè, quid fuſum durius eſſet.

Fab. cap. 1. lib. 2. *Quam qui pertinere ad oratorem non putabit, is ne ſtatuam quidem inchoari credet, cum eius membra funduntur*. De primis fuſoribus Pauſan. in Arcad. Mamurium dixit cælatorem nūc fuſorem facit, vt vel vtriuſque artificij peritus fuerit, vel, vt permiſceat artificia. *In vſus*, tot nempe artium exercendarum. *Tam dociles*, pro valdè dociles, vt eleg. 18. lib. 3. *Tam pleno theatro*. *Dociles*, habiles, faciles, flexibiles. Ouid. el. 14. lib. 1. Amor.

D *Adde quod & dociles* (crines) *& cētū flexib. apti.*

Tranſlatum ab indole diſcipulorum, & ceteris, vt ita dicam, adoleſcentulorum ingeniis.

V N V M *opus eſt, operi non datur vnus honos.*] vna eſt ſtatua; ſed vario habitu varia videtur. Signum artificis vnum eſt, ſed multiplex ei laus tribuitur ob multas formas, & vſus varios. *Vnū opus*, vt Virg. ecl. 3. *Opus Alcimedontis*. *Non vnus honos*, quia à multis colitur. & *Honos*, primitiarum ſcilicet. *Datur honos*, vt eleg. 4. infra:

——— *neque enim ſceleri dedit hoſtia honorem.*

E

AD ELEGIAM III.

HÆC *Arethuſa ſuo mittit mandata Lycotæ.*] *Arethuſa*, notum Nymphæ Siculæ, & fontis nomen Virgilio, Ouidio, Theocrito. ſub eo nomine fortaſſe Gallam, & Lycotæ, Poſtumum intelligit, de quibus eleg. 12. lib. 3. Sanè omnia conueniunt. Lycotam nullum legi apud Pauſan. *Lycotas* reperitur. Sic Panthus, Lynceus, Demophoon Græca nomina, & ficta, pro Romanis, vt Cynthia, Acanthis, Lycinna. *Mandata*, vocatur ipſe *verba commiſſa* eleg. 23. lib. 2. verſ. 4. *Mandata* ſunt abſentium ad abſentes, quæ vel dantur verbis, vel ſcripto mittuntur, vt hic

& eleg. 16. lib. 3. verſ. 7. & el. 6. lib. 3. verſ. 37. *Suo Lycotæ.* plus eſt, quam marito, vt el. vlt. l. 2. *Lynceus ipſe meus.* Ouid. 9. Metam.

——fer has fidiſsime noſtro
Dixit, & adiecit longo poſt tempore, fratri.

vide adnot. ad el. 8. lib. 3. verſ. 22.

C V M *toties abſis, ſi potes eſſe meus.*] an aduerbium numeri pro temporis aduerbio poſuit, *Toties* pro tandiu? ſed nihil aſturè fingendum: nam vulgaris notio bene conuenit. Frequentat autem hoc aduerbium. *Toties*, tam frequenter. *Abſis*, nam abſentia, & via longa mutat amores, vt eſt el. 12. lib. 1. vide Ariſt. cap. 5. lib. 8. Ethicor. B Catull. de coma Berenices: *An quod amantes non longè à caro corpore abeſſe volunt.* *Si potes eſſe meus*, niſi te alia puella teneat. Ouid. 6. faſt.

Hic color (inquit Iuno) *hic teneo cũ Ioue tẽpla meo.*

Quod abeſt noſtrum non videtur: eſſe vnde Martialis:

Sed lis eſt mihi de tribus capellis
Vicini, queror has abeſſe furto.

Sic in l. 13. & 14. de verb. ſign. Res abeſſe dicuntur, quæ corruptæ ſunt, vel omnino perierunt.

S I *qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit.*] C *Tamen*, pro vero, vel autem, vt el. 4. lib. 2.

Vnde tamen veniant tot mala cæca via eſt.

vel abundat. *Tibi lecturo*, cum tu legere voles. *Deerit tibi pars oblita.* Si qua verba deficient, quia inducta, ac pene delera. Si qua tibi deerit ſententia, vt Virg 6. Æneid.

Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica caſtra
Defuerint.

Pars, epiſtolæ ſcilicet, vt ſępe Cic. in epiſt. *Oblita*, à verbo oblinor, quod eſt inficior, inungor, maculor, inquinor. Tibull. el. 6. lib. 2.

Oblitus & muſto feriet pede ruſticus vuas.

Ouid. initio epiſt. Canaces:

Si qua tamen cæcis errabunt ſcripta lituris,
Oblitus à Dominæ cæde libellus erit.

Cicer. ſæpe: oblitus cœno, libidine, parricidio. Catull. *Oblitum lupanar*, fœdum. vt in Catal.

Nigra fornicis oblitum fauilla.

H Æ C *erit à lacrymis facta litura meis.*] Sic Ouid. in ep. Briſeidis:

Quaſcunque aſpicies lacrymæ fecère lituras.

eleg. 1. lib. 3. Triſt.

Littera ſuffuſas quod habet maculoſa lituras,
Læſit opus lacrymis ipſe Poëta ſuum.

eleg. 1. lib. 1. Triſt.

Neue literarum pudeat; qui viderit illas
De lacrymis factas ſentiat eſſe meis.

A V T *ſi qua incerto fallet te littera tractu.*] id eſt, E oculos tuos effugiet, & latebit. vt el. 4. lib. 1.

Accepta fallet vterque fide.

Litera incerto tractu, id eſt, inſtabili & errante. vt *ducere lineam* dicitur pictor, ſic & ſcriptor *ducere literas*, itaque hîc tractu, pro ductu poſitum, vt eleg. 14. lib. 1.

Nam ſiue optatam mecum trahit illa quietem
Seu facili totum ducit amore diem.

& infra hîc: *Traxit ab euerſo lumina nigra rogo.* & el. 6. infra: *Traxit monimenta.* pro, duxit. contra eleg. 15. lib. 3. *Tibi gloria Dirce Ducitur.* vt Iuuenal. ſat. 10. *Seianus ducitur vnco.* Aliud eſt Ciceroni 2. de Orat. *Tractus verborum*, & *Tractus orationis.* & *Tractus anguis* Virg. 2. Georg. & *Tractus flammarum.* 1. Georg.

S I G N A *meæ dextræ iam morientis erunt.*] Quia dextra ſcribimus. Ouid. in ep. Canaces:

Dextra tenet calamum, ſtrictum tenet altera ferrum.

Ideo Ciceroni Antonius dextram præcidi iuſſit, quod ea ſcripſiſſet Philippicas. *Dextra moriens*, deficiens Tibullo:

Te teneam moriens deficiente manu.

T E *modo viderunt iteratos Bactra per ortus.*] ſic el. 7. lib. 3. *Nox vidit & Aquilo videbis.* & Plaut. Amphitr. *Tellus Epirotica vidit.* De Bactris capite regionis Bactrianæ dictum eſt el. 1. lib. 3. verſ. 16. *Per ortus*, orientis populos, & regiones. Ouid. in fine lib. 1. Met.

Patrioſque adit impiger ortus.

Tibull. el. 5. lib. 2. *Quaque patent ortus.* Solis ortus dicitur pleno ſermone. *Iteratos*, iterũ peragratos. Horat. oda 7. libr. 1. *Iterabimus æquor.* ipſe el. 1. ſup. *Obliqua ſigna iterata rota.*

T E *modo munito Sericus hoſtis equo.*] vet. lib. *Henricus hoſtis.* vnda Beroaldus: *Sericus hoſtis* emendauit. probo. nam Bactra & Seras coniungit etiam Horat. oda penult. lib. 3.

Quid Seres, & regnata Cyro Bactra parent.

& oda 12. lib. 1. *Seras & Indos.* De iis Virgil. 2. Georg. & ibi Seruius. Plin. cap. 17. & 22. lib. 6. Idem Plin. cap. 14. lib. 34. ait palmam ſerico ferro tribui, vnde ſubiecit, *Munito equo.* Si *Bericus* legimus vt liber Scaligeri, Cantabricum bellum ſignificabit, de quo Dio, & Horatius. Si *Noricus*, ferreus ſignificator à Norico ferro, vt apud Horat. *Noricus enſis.* Noricum, regio eſt Germaniæ. *Hoſtis equo Munito* dictum, vt *Bacchus docta cuſpide.* eleg. 30. lib. 2. *Munito equo*, laminis ferreis tecto vna cum equite, qua de re el. 12. lib. 3. verſ. 12. An *Seras* pro Parthis poſuit?

D H Y B E R N I Q V E *Getæ, pictoque Britannia curru.*] Getæ Scythiæ populi, qui ad Pontum in Orientem vergunt. Strabo lib. 7. Plin. cap. 1. & 2. lib. 4. Spartianus in Caracalla ait Getas Gotthos dici. *Hyberni*, gelidi. Horat. oda 24. lib. 3. *Rigidi Getæ.* Sic eleg. 7. lib 2. dixit, *Hybernos Boryſthenidas.* Cum Getis autem bellum Augusti innuit. De cuius apparatu. Virg. 7. Æn.

Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum, &c.

Horat. oda vlt. lib. 4. *Non Getæ, non Seres, &c.* Et oda 8. l. 3. *Occidit Daci Cotizonis agmen.* At is Getarum rex vocatur à Sueton. in Auguſt. cap. 63. cui ſcribit M. Antonius olim deſponſam fuiſſe ab Auguſto filiam Iuliam. vide Dionem lib. 51. E de Getis à M. Craſſo victis, ſub Auguſto. Xiphilinus in Domitiano pro comperto ſcribit, Getas trans Hæmum apud Danubium incolere. *Pictoque Britannia curru.* Eſſeda Britanna ſignificat, de quibus el. 1. lib. 2. verſ. 76.

Eſſeda cælatis ſiſte Britanna iugis.

vbi plura. Bernaldus addit ex Mela cap. 6. lib. 3. Britannos dimicare bigis, & curribus Gallicè armatos, eoſque Couinos vocari docet ex Lucano, quorum falcatis axibus vtuntur. vnde Couinarius, qui agit eum currum, vel eo vehitur. Cornel. Tacit. in vita Agricolæ.

V S T V S *& Eoa diſcolor Indus aqua.*] De appa-

ratu belli Indici dictum el.10. lib.2.

India quin Auguste tuo dat colla triumpho.

Discolor, non placet: malim decolor, vt Ouid. 4. Metamorph.

Decolor extremo qua cingitur India Gange.

& el.4. lib.5. Trist.

Et quascunque bibit decolor Indus aquas.

& 3. de arte am.

Vos quoque non caris aures onerate lapillis,
Quos legit in viridi decolor Indus aqua.

Tibull. *Qua feret à celeri decolor Indus aqua.* Iuuenal. sat.6. de filio Æthiopis:

Mox decolor heres Impleret tabulas.

Vstus, tostus, perustus. Tibull. el.3. lib.2.

Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.

ipse eleg. 13. lib. 3.

Felix Eois lex funeris vna maritis,
Quos Aurora suis rubra colorat equis.

Qui duo loci confirmant alteram lectionem: *Vstus Eois equis.* Sed vulgata retineri potest hoc ordine verborum. Vstus Indus, decolor aqua Eoa, id est, quem aqua ipsa decolorat. Strabo enim lib.12. Quibusdam visum fuisse, quod Æthiopes nigri & crispi sint vi aquarum eius regionis fieri scribit. Superior explicatio & lectio, *Equis*, magis placet. Alias legitur, *Aen:* Palmerius.

Hæcne *marita fides, & pacta sunt mihi noctes.*] Similis conquestio el. 6. lib.3.

Hæc te teste mihi promissa est, Lygdame, merces?

Ouid. in ep. Hypsip.

Heu vbi pacta fides! vbi connubialia iura!

& 3. fast.

Heu vbi pacta fides! vbi quæ iurare solebas!

Fides marita, coniugalis. vt el. 20. lib.3. vers.26. *Sacra marita. Noctes*, gaudia nocturna, vt eleg.17. lib. 2. *Mentiri noctem.* el.8. lib. 3. *Furanda copia noctis. Pactæ mihi*, quasi pacto conuento promissæ, & constitutæ. nam pagere, firmare est, & statuere. sic el. 20. lib.3.

Pactas in fœdera ruperit aras.

Ouid. in ep. Phyllid.

Littoribus nostris anchora pacta tua est.

id est, promissus, reditus.

Cvm *rudis vrgenti brachia victa dedi.*] id est, nondum virum experta. vide el. 17. lib.3. vers. 7. adnot. Ouid.4. fast. —— *Iuuencam*

Mactarunt operum coniugijque rudem.

Nuptiarum expers Horatio, ἀζυγής Sapphoni dicitur. Plaut. Casina act. 4. sc. 4. *Amabo, integra, atque imperita huic impera. Dedi brachia*, dedi manus, vt victi solent victoribus. Erasmus in prouerbio, *Dare manus*, putat natum ab iis, qui manus offerunt vinciendas victoribus. ego à gestu supplicantium. monet Virg. in extrema Æneide:

Ille humilis, supplexq. oculos, dextramq. precantem
Protendens. & mox:
—— *vicisti, & victum tendere palmas*
Ausonij videre. ipse el. vlt. infra:
Capta dabit vestris moribus illa manus.

Horat. oda pen. Epod.

Iam iam efficaci do manus scientiæ,
Supplex, & oro. An ortum ab herbam

A porrigentibus victoribus suis? *Dare manus*, tendere, vt dare terga, ostendere. Lucret. l.2. dixit:

—— *Si tibi vera videtur*
Dede manus: aut si falsa est accingere contra.

Brachia victa, vt *Fesso mento* eleg. 7. lib.3. eleg.1. lib. 1. *Tardas aures. Vrgenti*, instanti, prementi. Nonius; Vrgere, insistere, cogere, premere. & honesta est oratio. nã premere est in obscœnis:

Qvæ *mihi deducta fax omen prætulit, illa*
Traxit ab euerso lumina nigra rogo.]

Sic eleg.6. lib.2.

Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas
Et posuit casta turpia visa domo.
B *Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.*

Fax prætulit omen mihi, ominis causa nubenti mihi præluxit. de hoc ritu nuptiali. vide adnot. ad illud Catulli ex epithalamio Manlij: *Spineam quate tedam.* Facem autem in nuptiis in honorem quoque Cereris præferebant: Festus in *Facem.* apud eundem Festum legitur à puero patrimo & matrimo facem fuisse prælatam in *Patrimi.* Sed apud Græcos facem attollebat nubenti filiæ mater. Euripides Iphigenia in Aulide. Clytæmnestra; λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα; Agamemnon: ἐγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει.
C Clyt. Οὐχ ὁ νόμος οὗτος. *Deducta*, cum deducerer ad nouum maritum à duobus pueris patrimis, & matrimis, qui me tenebant; tertio præferente facem. Festus in *Patrimi.* Deduci solenne verbum ei rei. Tibull. el.4. lib.3.

Vt iuueni primum virgo deducta marito.

Stat. 8. Thebaid. —— *illi Cythereia laudant*
Connubia, & multa deductam lampade fratrum
Harmonien. Ouid. 3. fast.
Credit amans, thalamosque parat: deducitur illuc
Anna tegens vultus, vt noua nupta, suos.

idem 4. fast.

Cum primum cupido Venus est deducta marito,
D *Hoc bibit; ex illo tempore nupta fuit.*

De deductione ad domum mariti Pomponius *l. mulierem. 5. D. de ritu nuptiarum.* Abutuntur interdum hoc verbo ad stuprum. vnde Ciceronis iocus apud Sueton. in Iulio cap. 50. *Quo melius emtum sciatis, tertia deducta est: Existimabatur enim Seruilia, etiam filiam suam tertiam Cæsari conciliare.* & 4. Verr. *Hic est, ad quem iste deduxerat tertiam Isidori mimi filiam. Deductæ*, præteritum pro præsenti tempore, vt el. 14. lib.3.

Increpat & versi clauis adunca trochi.

Id est, dum vertitur. *Traxit*, pro, dixit, sumpsit,
E concepit. vt eleg.11. lib.3.

Et trahere occultum membra soporis iter.

Lumina nigra, atros ignes. ideo subiicit *rogo*, quia rogus ex lignis struebatur plus fumi, quam flammæ emittentibus. Virg. 4. Æneid.

Sequar atris ignibus absens. Ouid. 4. fast.
Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris
Aufer, habent alias mœsta sepulcra faces.

Horat. oda 12. l.4. *Nigrorũq. memor dum licet ignium.* Flamma autem secunda, & felix omen cum purios lucebat. vnde dixit el.10. lib.3.

Luxerit & tota flamma secunda domo.

Euerso rogo. Busta iacentia dixit el.6. lib.3. vers.29. Ouid. 13. Met. —— *cum*

Memnonis arduus alto Corruit igne rogus.

Idem in ep. Phyllidis:

Suntque sepulcrali lumina mota face.

Idem 10. Met. de infaustis nuptiis Orphei & Eurydices:

Fax quoque quam tenuit (Hymen) *lacrymoso stridula fumo*

Vsque fuit, nullosque inuenit motibus ignes.

Sueton. in Domitiano: *Euenit vt repentina tempestate deiecto funere semiustum cadauer discerperent canes.*

E T *Stygio sum sparsa lacu, nec recta capillis Vitta data est, nupsi non comitante Deo.*]

Tria hîc infelicium nuptiarum omina ponit. primum cum ait, *Stygio sum sparsa lacu*. id est, aqua tristi & infelici stygiæ paludis. Horat. *Auernales aquas* vocat. Virg. *Latices fontis auerni*. ipse eleg.1. sup. *Magicas aquas*. *Lacus*, pro aqua ipsa, vt eleg. 3. lib. 3.

Tingunt Gorgoneo punica rostra lacu.

Sic eleg.20. lib. 1. *Haurire flumina*. Spargebantur vero, aut abluebantur sacra facturi, vt eleg. 6. infra: *Spargite me Lymphis*. At hæc sacta marita, quibus aqua & ignis adhibebantur. ipse eleg. vlt. infra:

Vinxit & aspersas altera vitta comas.

Ouid.2. de arte amandi:

Quod faciunt iustos ignis & vnda viros.

Stat. lib. 1. Sylu. in Epith. Stellæ & Violantillæ: ——*Quatuntque nouena*

Lampada solennem thalamis coeuntibus ignem,

Et de Pierijs vocalem fontibus vndam.

Claudianus 2. de raptu Proserpinæ:

Confessus socerum numbus Hymenæus hiulcis

Intonat; & tristes firmant connubia flammæ.

Valer. Flaccus lib.8. Argon.

Inde vbi sacrificas cum coniuge venit ad aras

Æsonides, vnaque adeunt, pariterque precati

Incipiunt: ignem Pollux vndamque iugalem

Prætulit. Festus: *Aqua dicitur, à qua inuamur. Aqua & igni interdici solet damnatis: quam accipiunt nupta, quia hæ duæ res humanam vitam maximè continent.* Idem in *Facem*: *Facem in nuptiis in honorem Cereris praeferebant, aquaque aspergebatur noua nupta, siue vt casta, puraque ad virum veniret, siue vt aquam atque ignem cum viro communicaret.* Scæuola l. penult. de Donat. inter vir. & vxor. *Die nuptiarum, priusquam ad virum transiret, & priusquam aqua & igni acciperetur.* Seruius ad illud 4. Æneid. *Fulsere ignes, & conscius æther Connubij.* Varro dicit; *Aqua & igni mariti vxores accipiebāt. vnde & hodie faces prælucent, & aqua petita de puro fonte per puerum felicissimum, vel puellam, qua interest nuptijs, de qua solebant nubentibus pedes lauari.* Varro 4. de lingua Lat. *Igitur causa nascendi duplex, aqua & ignis. ideo ea in nuptijs in limine adhibebantur.* & mox: *Hinc & mas ignis, quod ibi semen; aqua femina, quod fœtus ab eius humore, & eorum coniunctione sumit Venus.* Easdem causas adfert Plutarch. in Romaicis quæst. 1. quas Varro, Festus. Alij alterum dirum omen, cum ait:

Nec recta vitta data capillis. De vittis vide adnot. ad illud Catulli in Ariadna:

Et roseo niuea residebant vertice vitta.

& eleg. 6. lib. 3. vers. 30. Erant autem aliæ virginum, aliæ nuptarum vittæ. Virg. 2. Æneid.

A *Virgineas ausi diua contingere vittas.*

Valer. Flaccus lib. 8.

Vltima virgineis tum flens dedit oscula vittis.

ipse eleg. vlt. infra:

Sed postquam facibus cessit prætexta maritis,

Vincit & acceptas altera vitta comas.

Discrimen, quod virginum vittæ quodammodo iacentes & residentes erant, vt in loco Catulli prænotato de Parcis. Nuptæ autem vittas rectas gestabant, vt hic locus indicat. Lucan. de nubente: *Turritaq. premens frontem matrona corona.* & Stat. 1. Sylu. in Epithal. Stellæ:

——*Celsæ simul aspice frontis honores,*

B *Suggestumque comæ.* Festus in *Celibari hasta*; Celibari hasta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris stetisset abiecti, occisique, &c. qua de re Ouid.2. fast.

Nec tibi quæ cupidæ matura videre matri

Comat virgineas hasta recurua comas.

An *Recta vitta*, vt viriles togæ positis prætextis Rectæ dicebantur, quæ à stantibus, & in altitudinem texebantur ominis causa? Festus in *Recta*. Quin etiam muliebres vestes rectæ Plinio cap. 48. lib. 8. qui recta tunica nubentem indui solitam ait. An *recta*, pro rectè, nomen pro aduerbio? vt mox: *Aeternus*, vers. 22. Iustus

C Lipsius in notis ad Tacitum probat ex Ammiano, & aliis certatas fuisse innuptas, vt & certatos pueros ex Persio, apud quem vide plura huc facientia. *Nupsi non comitante Deo.* id est, non deducente me Hymenæo. Ouid. lib. 10. Met. de Hymenæo:

——*& Orphea nequicquam voce vocatur:*

Affuit ille quidem; sed nec sollennia verba,

Nec lætos vultus, nec felix attulit omen.

vide Catull. in Epithal. Manlij. *Collis ô Heliconij cultor*, &c.

O M N I B V S *heu portis pendent mea noxia vota.*]

D *Vota*, pro dona votiua. nam infra dicet:

Armaque cum tulero porta votiua Capena.

sic eleg.19. lib. 2. *Veneri ponere vota iuuat.*

Noxia per aphæresin, obnoxia, quæ *debita* vocat eleg.16. lib.1. vers.44. Sed vet. lib. *Mea pendent anxia vota*, per hypallagen, vota vxoris tuæ anxiæ, & de te sollicitæ. *Pendent*, quia suspendi solebant donaria. Horat. *Suspendisse potenti*

Vestimenta maris Deo. Tibull. el. 1. lib.1.

Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona

Spicea, quæ templi pendeat ante fores.

Turneb. cap.6. lib.23. citat hunc versum, & illum infra: *Armaque cum tulero*, &c. Nec aliud

E quicquam adfert, nisi vota suscipi à propinquis pro iis qui militatum irent, & solui pro reditu suspensa tabella. *Portis*, quia portæ vrbium sanctæ Iurisconsultis, non tamen Plutarcho. At in ipsis portis erant Deorum simulacra, quæ à prætereuntibus salutabantur. Lucret. lib.1.

——*Tum portas propter ahena*

Signa manus dextras ostendunt attenuari

Sæpe salutantum tactu, præterque meantum.

Imo & vrbis portas osculabantur discedentes. Rutilius lib. 1. Itinerarij:

Crebra relinquendis infigimus oscula portis.

Portæ autem Romæ plurimæ apud Festum: Porta Romana, Ratumena, Lauernalis, Flu-

mentana, Fontinalis, Capena, Lemònia, Minucia, Mugionia, Viminalis, Næuia, Naualis, Pandana, Piacularis, Querquetularia, Carmentalis, Rodufculana, Collina, Salutaris, Sanqualis, Stercoraria, Catularia, Collatina, Prætoria, Principalis, Quintana, Quirinalis, Scelerata, &c.

Texitvr *hac castris quarta lacerna tuis.*] id eft, fit à me hæc quarta lacerna, quæ nunc in manibus, in vfum totæ militiæ, & caftrorum. nam dicet infra: *Castrensia pensa laboro.* De hoc more. Ouid. 2. faft.

Mittenda est domino, nunc nunc properate puellæ,
Quam primum nostra facta lacerna manu.

In elegia Cornelij Galli nuper excufa Florentiæ:

Quinetiam argento, puroque intexitur auro
Altera iam castris parta lacerna tuis.
Illic bellantum iuuenum studiosa figuras,
Atque audita leui prælia pingit acu.

Sed aiunt nomine Galli editam à Manucio, & ab ipfo fictam. quid *Lacerna* dictum eleg. 12. lib. 3. verf. 7.

Occidat *immerita qui carpsit ab arbore vallum.*] exfecratur eum, qui primus eum reperit muniendorum caftrorum, & tubæ. Caftrametationis inuentor Pyrrhus: tubæ Pifeus Tyrrhenus: Silius, & Plinius. *Occidat*, pro male fit ei, etiam mortuo. vt eleg. 6. lib. 2. verf. 31. *Carpsit*, decerpfit ferro. Carpere, lædere, inquit Donat. in Adelph. Nonius: Carpere, auferre, decerpere. vide plura de hoc verbo adnot. eleg. 5. lib. 2. verf. 23. *Vallum*, neutro genere, tota munitio; vallus particula: Seruius. Sed non obferuatur. Idem Seruius in 6. Æneid. Confuetudo erat, vt miles Rom. ipfe fibi portaret arma, & vallum, id eft, calas, fiue fuftes, vt adnot. ad illud Tibulli lib. 4.

Quemnunc locum ducto melius sit claudere vallo.

Idem eleg. 10. lib. 1. fudem vocat:

Sed manibus qui sæuus erit, scutumque sudemque
Is ferat. *Immerita*, Innocente; vt *Immeritos vngues* eleg. 4. lib. 2. Sic *Nux sine crimine vitæ*, apud Ouidium.

Et *struxit querulas rauca per ossa tubas.*] id eft, conftruxit, compofuit. Struere, augere: Feftus. *Struere*, moliri, vt ftruere infidias. *Querulas tubas.* Sic vocat *mæstas* eleg. vlt. infra, vt adnotat. ad eleg. 7. lib. 2. verf. 12. *Per ossa*, offibus inter fe iunctis, vt eleg. 4. lib. 3. verf. 26. *Fixa per arma.* vult autem offeas fuiffe tubas, quæ poftea ex ære directo; Ouid. 1. Met. Veget. cap. 5. Offea tuba fignificatur à Varrone Eumenidibus apud Nonium in *Anima. Phrygios per ossa cantus liquida canit anima.* Et Plutarch. in conuiuio feptem fapientum ex offibus ceruorum fieri tibias ait, fed optimas ex offibus, & tibiis afinorum. Ifidor. lib. 3. Tibias inuentas in Phrygia, & ita dictas ait, quod primum de ceruicis tibiis, & cruribus hinnulorum fierent. Alij libri *Aera*, quia Æneæ tubæ inuentor Pifeus: Plin. cap. 56. lib. 7. rauca & querula coniungit, & el. 10. lib. 3. verf. 23.

Dignior *obliquo funem qui torqueat Ocno.*] id eft, magis commeruit eam pœnam, quam Ocnus. nam τὸ *Dignus*, anceps verbum: Cic. 13. Phil. Ocnus à Socrate pictus, fiue piger, fpartū torquens, quod afellus arrodebat. Plin. cap. 11. lib. 35. Quia autem fummæ erat pigritiæ non abigere afellum, ideo Ariftoteles hunc Ocnum ait mutatum in Erodij genus omnium pigerrimum, vt poft Politianum, qui iam hunc verfum illuftrarat, notat Turneb. cap. 1. lib. 8. vide prouerbium: *Ocnus funem torquet*; fiue *Contorquet piger funiculum.* Fabulam illam refert Paufan. in Phocicis & interpretatur. meminit & Plutarch. περὶ ἀθυμίας. Interpres Ariftophanis in Ranis & Diodor. lib. 2. Ver. lib. *Obliqua orno*, quod Titius defendere conatus, fed meritiffimè ridetur à Scaligero. *Obliquo*, ceffim gradiente, vt folent qui funes torquent, & Cancri & Nepæ apud Plautum. Obliquus à pofitu corporis. Scaliger in Feftum, Subliquus & obliquus, à liquus fiue liquis deducit. Vetus auctor loquens de figuris & lineamentis: *Omnem autem summitatem metiendi obseruationes sunt duæ; Enormis, & liquis. Enormis, quæ in omnem actum rectis angulis continetur. Liquis, quæ minuendi laboris causa, & salua rectorum ratione angulorum secundum ipsam extremitatem subtenditur. Torqueat funem*, vnde σχοινοπλόκος dicitur ille Ocnus à Plutarcho περὶ ἀθυμίας. σχοῖνον πλέκειν, torquere funem. vet. gloff. σχοινοπλόκος, *Restio, resticularis.* Paufan. loco prænot. celebratum ait prouerbium apud Ionas: Συνάγει ὄκνος τὴν θώμιγγα. *Contorquet piger funiculum.* Sic *funes tortos* & *rudentes* dixêre Virg & Horat. Ifidor. cap. 4. lib. 19. *Tormentum funis in nauibus longus, quo prora ad puppim extenditur, quo magis constringatur. Tormenta autem a tortu dicta sunt restes, funesque.* Sic *Torus* Catoni funis ex loris retortus vt notat Scaliger in coniectaneis:

Æternvsqve *tuam pascat aselle famem.*] nomen pro aduerbio, & tempus ad perfonam tranflatum, vt eleg. 29. lib. 2. *Matutinus. Pascat tuam famem*, te famelicum alat. *Tua fames*, vt Catull. *Pisonis scabies, famesque Memmi.* & Mart. ep. 7. lib. 3.

Quid cogitatis ô fames amicorum.

Virg. 1. Georg.

Concussaque famem in syluis solabere quercu.

fic ipfe eleg. 5. lib. 3.

Non bibit è gemma diuite nostra sitis.

id eft, nos fitientes. *Pascere famem*, eft comprimere. vnde Virg. *Et amor compressus edendi.* Et *Pascito linguam*, id eft, coërceto, contineto apud Feftum. *Pascere* & *alere* hoc diftant, inquit Nonius: vt fit alere fufficiendi generis curam habere: Pafcere, natos cibo faginare. Varro γεωργοδιδασκάλῳ. *Vbi præ granes Pascantur atque alantur pauonum greges.* quidam à βόσκω deducūt. Scaliger à πάω, πάσκω adipifcor, vefcor. *Aselle*, afellam effe fcribit Paufan. à quo dicitur θήλεια ὄνος. Afinus femina; vt lupus femina, & vxorem prodigam viri laboriofi interpretatur.

Dic *mihi, num teneros vrit lorica lacertos.*] fic eleg. 32. lib. 2.

Dic mihi quis potuit lectum seruare pudicum.

vbi vide adnot. *Dic mihi*, velim hoc mihi refpondeas. verum fatere. *Lorica*, inquit Varro 4. de ling. Lat. *à loris, quod è crudo corio pectoralia faciebant: postea succenderunt Galli è ferro sub id vocabulum*

ex anulis

ex anulis ferream tunicam. Seruius in 8. Æneid. A
Aegis munimentum pectoris areum, habens in medio Gorgonis caput: quod si in pectore numinis fuerit Aegis vocatur, si in pectore hominis, sicut in antiquis Imperatorum statuis videmus, lorica dicitur. Idem in 8. Æneid. *Cui pellis latos humeros erepta iuuenco*

Pugnatori operit.

Id est, Lorica, inquit, nam propriè lorica tegmen de loro factum, quo maiores vti in bello consueuerant. contra Isidor. cap. 13. lib. 18. Lorica vocatur eo quod loris carear, solis enim circulis ferreis contexta est. Plin. cap. 23 lib. 11. *Nec pudent has vestes vsurpare etiam viros leuitatem propter æstiuam. in tantum à lorica gerenda decessere mores, vt oneri sint etiam vestes.* B *Vrit*, premit & cruciat. male habet. Donat. in illud Eunuchi: *Vro hominem.* dolere cogo. Horat. ep. 13. lib. 1.

Si te forte meæ grauis vret sarcina chartæ. Idem:

—— vt calceus olim

Si pede maior erit, subuertet: si minor vret.

Iuuenal. sat. 6.

Nam panniculus bombycinus vrit.

id est, graues sunt vestes sericæ. *Vrere mentem alicuius*, Sueton. in Tiber. cap. 66. Liuius lib. 10. *Vrebat pestilentia vrbem.* & lib. 36. *Vrente assiduo labore.* Virg. 1. Æneid. *Vrit atrox Iuno. Lacertos teneros*, C pro humeris dixit, vt eleg. 6. lib. 3.

At mæstam teneris vestem pendere lacertis.

vbi vide adnotata. Lucillius apud Nunium in Sumen. *Quod si nulla potest mulier tam corpore duro*

Esse, tamen teneros moneat succussa lacertos

Et manus vlterior lactanti in sumine sidat.

Nvm *grauis imbelles atterit hasta manus.*] *Grauis*, & valida, & magni ponderis, ac impetus: vel fortis. nam *grauis*, fortis Seruio. Horat. oda 15. lib. 1. *Nequicquam thalamo graues hastas.* Ouid. vlt. Metam. *Grauis hasta minoris Atridæ.* Tibull. lib. 4.

Sine hac fine illae grandis venit impetus hastæ. D

vbi vide adnot. Seruius in 1. Æneid. *Hasta, id est, curis, telum longum est. vnde securis, quasi semicuris.* Festus in *Celibari hasta*, inquit, Hastam summam armorum atque imperij esse. *Atterit*, vsu & tractatiune corrumpit, & pene consumit. Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Aut operi insuetas atteruisse manus.

alio modo dixit eleg. sup. prox.

Tellus artifices ne terat osca manus.

Imbelles, molles, militiæ laburi minus aptas & assuetas, vt eleg. 6. infra: *Imbelles lyræ.* sic Horat. ep. 8. lib. 1. *Imbelle Tarentum*, vocat quod E alibi *molle*. & oda 4. lib. 4. *Imbelles columbas*, quas molles vocat lib. 1. vnde *imbellia*, belli inscitia: Festus.

Hæc *noceant potius, quam dentibus vlla puella*

Det mihi plorandas per tua colla notas.] Lorica & hasta te lædant malo, quam vlla pellex collum tuum mordeat, vt illic vestigium libidinis, & nequitiæ appareat; vt eleg. 8. lib. 3.

In morso æquales videant mea vulnera collo.

vbi vide adnot. *Det notas*, vt habere morsus, el. 5. infr. *Semper habe morsus circa tua colla recentes.* *Plorandas mihi*, causam lacrymis meis, vt Auson. *Veneri plorandus Adonis.* *Plorare*, est queri cum clamore.

Diceris *& macie vultum tenuasse: sed opto*

E desiderio sit color iste meo.] reddidisse exilius & os, & faciem diceris: sed vtinam cura mei absentis intabescas. *Tenuasse vultum macie*, vt Virg. 3. Georg.

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.

& 4. Georg. *Horrida vultum Desormat macies.* Festus: *Macilenti, macie tenuati.* Dicitur & *Macor*, pro macie, & *macitudo* Plauto in Captiuis. *Sed opto.* vide adnot. eleg. 2. vers. 33. *Opto.* hoc est in votis. vtinam. Optat & qui vuuet, ac cupit, & qui eligit. Nonius. *Color iste.* nempe decolor, lucida macies. macies enim cùm pallore iungitur, vt el. 5. lib. 1.

Nec iam pallorem toties mirabere nostrum,

Aut cur sim toto corpore nullus ego.

Ouid. 9 Metam.

Esse quidem læsi poterat tibi pectoris index

Et color, & macies. At epist. Canaces:

Fugerat ore color, macies adduxerat artus.

Desiderio meo, vt eleg. 22. lib. 3.

Et desiderio forte monere meo.

At *mihi cum noctes induxit vesper amaras.*] non dissimille est illud Ouidij:

At simul inducunt obscura crepuscula noctem.

Vesper, stella Veneris, de qua Plin. cap. 9. lib. 2. & quia noctem indueit *noctifer* vocatur à Catullo in Epithalamio Manlij. vbi vide plura de eo adnot. Eadem stella *Lucifer* mane dicitur, diemque ducit. Virg. 2. Æneid.

Iamque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ

Ducebatque diem. *Amaras noctes*; fletu vigilandas, tristes, acerbas, vt eleg. 1. lib. 1.

In me nostra Venus noctes exercet amaras.

St *qua relicta iacent, osculor arma tua.*] id est, quæcunque arma iacent. Et inutilia significat cum ait *iacent*, alioqui fixa essent, vt Virg. 4. Æneid. *Arma viri thalamo quæ fixa reliquit.* *Osculor arma*, quia me tui admonent. Etiam mutis figebant oscula. Virg. 2. Æneid.

Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.

Cicer. 3. epist. ad fam. *Osculari epistolam.* & 6. Verr. *Osculari simulacrum.* & Tibull.

Dare oscula luminibus.

Tvm *queror in toto non sidere pallia lecto.*] id est, quirito & ingemisco operimenta excuti, cum me huc illuc verso. *Pallia* Baifius putat esse, *les draps du lict*, quam *nocturnam vestem* dixerit Horatius. Sed vtrobique errat. nam hic sunt stragula ipsa, vt apud Ouid. in eodem argumento eleg. 2. lib. 1.

Esse quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur

Strata, nec in lecto pallia nostra sedent. vbi sedêre dixit, vt hîc sidere. & in epist. Cydippes:

At mihi væ miseræ torrentur febribus artus

Et grauius iusto pallia pondus habent.

Iuuenal. sat. 6.

Aduocat Archigenes, onerosaque pallia iactat.

Aliud est pallium Græcorum, vnde palliati philosophi, & palliatæ fabulæ. Varro 4. de ling. Lat. *Quibus operiebantur, operimenta. pallia, opercula dixerunt.* De Pallio legendus Tertull. Isidor. cap. 24. lib. 19. De eo multa nugatur. *Sidere*, eodem loco stare; vnde *sidera*, quæ insidunt, & insistunt. Varro 6. de ling. Lat. *Toto lecto*, &

medio, & vtraque fponda, vt eleg. 14. lib. 2.

Toto iuuenem versare cubili.

LVCIS *& auctores non dare carmen aues.*] cum nox longiffima mihi videtur Gallos accufo quod non cantu fuo lucem nuntiant. De galli cantu Virg. in Moreto:

Excubitorque diem cantu prædixerat ales.

Ouid. 2. faft.

Iam dederat cantum lucis praenuncius ales.

vbi *dare cantum*, vt hic *dare carmen*. Virg. 1. Æn.

Et cœtu cinxere polum, cantusque dedere.

Sic dare faltus, falire; dare gemitus, gemere: dare modos, modulari: dare fonitus, fonare: dare amplexus, amplecti. carmen, pro cantu auium: Virg. 4. Æneid.

Rimoque fedens miferabile carmen Integrat.

Significat gallicinium, de quo Plin. cap. 21. l. 10. *Quarta caftrenfi vigilia ad curas, laboremque reuocant; diemque venientem nuntiant* (galli) *cantu*. Huc facit illud Ouidij eleg. 6. lib. 1. Amor.

Inque fuum miferos excitat ales opus.

Auctores lucis. aliter Ouid. 4. Metam.

Non amplius auctor Lucis adit (Clytien.)

Id eft, Sol lucis pater. *Auctor* eft proprie, qui magifter auctionis plurimum licenti rem addicit, quia ad eum recurritur in auctione. fic qui rem ouuciat, auctot rei dicitur. At diem nunciant galli, vnde auctores lucis dicuutur. Feftus: *Auctor communis generis apud antiquos.* Charif. lib. 1. *Auctor duorum generum ab augendo, & generando.* Ouid. 1. faft.

Optima tu proprij nominis auctor eris.

Ouid. 8. Metam.

Quo fugis exclamat meritorum auctore relicta.

NOCTIAVS *Hybernis caftrenfia penfa laboro.*] dixit enim:

Texitur hac caftris quarta lacerna tuis.

Laboro penfa, cum labore & cura lanam carpo, vel neo, vel texo. Laborare cum 4. cafu: Horat. oda 5. Epod.

Nardo perunctum quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.

Laborare, pro opus facere. Terent. ἑαυτ. *Raftros depone, ne labora.* Cic. 2. de Nat. Deor. *Vellem hoc effet laborare.* *Laborare penfa*, quod Plautus, *Penfa accurare*, fed metaphoricè dixit. Quid & vnde dictum penfum, eft adnot. ad eleg. 6. lib. 3. verf. 15. Appendebant lanam ancillis (vnde eæ dicuntur Iuuenali *Libraria*, vt notat interpres) quam pari pondere redderent deductis burris, & quifquiliis. *Caftrenfia*, io vfum caftrorum, vt loquitor Virg. 3. Georg. fic eleg. 9. lib. 3.

——Caftrenfibus vtilis armis.

Noctibus hybernis, quæ longiffimæ funt, & ducuntur nendo, & texendo ad lucernam. Virg. in 6. Æneid.

Tres notus Hybernas immenfa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua. Sic Plaut. Pfeudolo. *In vna hora hyberna addito.*

ET *Tyria in gladios vellera fecta fuos.*] Et laboro lanam Tyrio morice infectam. Virg. 3. Georg.

——Quamuis Milefia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.

Horat. oda 12. Epod.

Muricibus Tyriis iterata vellera lanæ.

A De Tyria purpura vide adnot. ad eleg. 13. lib. 3. verf. 7. *Secta in gladios fuos*, Scaliger *gladios* explicat [illegible], & tracta lanea, à fimilitudioe. Beroaldus duplicem adfert interpretationem: Quoniam indutus, inquir, paludamento purpureo congrediebatur contia Tyrios, à quibua vellera Tyrij coloris pretiofiffima dicuntur, & ita cootra gladios Tyrios parabatur veftis militaris Tyrio colore infecta. vel quia veftis Tyria intextis quafi gladiolis diftinguebatur, vt dicuntur *Veftes papauerata, & fcutulata*, à fpecie earum rerum intexta. Hæc Beroaldi fententia. fic dicuntur & *Palmata & Virgatæ veftes.* Sed veteres B libri habent *in clauos* (vt legamus *cuos*, pro *fuos.*) id eft, vt clauis quibufdam purpureis veftis militaris infigniatur, vel caligæ potius. Iuuenal. fat. 6. *Offendere tot caligatos Millia clauorum.* idem fat. 3. *Et in digito clauus mihi militis haret.* Plin. cap. 8. lib. 9. *Clauorum caligarium effigie.* Baifius tamen cap. 7. de re veftiaria, Clauos in veftimentis, pileis, & calceis aureos fuiffe ait, quos vocamus *fers d'or*. Scaliger in Coniect. Clauus erat plagula, quæ ab humeris in pectus demittebatur, vt erat ἐπωμὶς Græcorum Ea clauis quibufdam confita erat, in fenatoribus quidem latioribus; in equitibus vero C anguftioribus. Propterea tota plagula ipfa vocabatur clauus. Nonius: *Patagium, aureus clauus, qui pretiofis veftibus immitti folet.* hæc ille. Inde *præclauium* pars veftis, quæ ante clauum texitur: Idem Nonius. Feftus io *Retinium*; *togam prætextam clauo purpureo.* Ergo non tantum aurei claui. Idem Feftus in *Clauata. Clauata dicuntur aut veftimenta clauis intertexta: aut calceamenta clauis confixa.* Idem in *Picta*: *Tunica palmata a latitudine clauorum olim dicebatur.* Varro 8. de ling. Lat. *Si quis tunicam in vfu ita confuit, vt altera plagula fit anguftis clauis, altera latis.* Hinc fæpe *Laticlauij*, & *Anguftiaclauij*. Stat. 4. Sylu. D in Lyrico ad Septimium Seuerum:

Hic paruus inter limina curiæ
Contentus arcto lumine purpuræ
Crefcis. Per *Arctum lumen purpuræ*, latum clauum fignificat. Fabius quoque cap. 3. lib. 11. vbi de eo loquitur, cui laticlaui, fed anguſti, ios non eft, quomodo comprimere togam debeat: *Vt purpuræ rectè defcendant*, inquit, *leuis cura eft.* Lipfius cap. 10. lib. 5. antiq. *Radios*, legit ex Farnefiano lib. *Gradios.* Nam radij funt textorij. Virg. 9. Æneid.

Excuffi manibus radij, reuolutaque penfa.

Sed in radios non fecari poffuot vellera, nifi diE cas, vt texantur, & percurrantur radiis. An *radij*, virgæ, vt in Geometria: vnde *virgatæ veftes. Secta.* an alludit ad fegmenta? *Suos*, eiufdem purpuræ & lanæ, vel Tyriorum armorom forma.

ET *difco qua parte fluat vincendus Araxes.*] Plenus fermo: *Qua parte* (orbis) *fluat.* concifus eleg. 3. lib. 3.

Bellerophontæi quà fluit humor equi.

Vincendus Araxes, domandus Armenius. nam populi per fluuios defignantur, vt el. 4. lib. 3.

Tygris & Euphrates fub tua iura fluent.

QVOT *fine aqua Parthus millia currat equus.*] id eft, quanta fpatia emetiatur: quantum itineris

conficiat, sitim tolerans. *Millia* (passuum) milliaria, qoæ octo stadiorum fuisse docer Plutarch. in Gracchis. Scaliger *Eques* legendum contendit, vbi ex Dionis lib. 4. multa adsert de tolerantia Parthorum. vel si *Equus* legimus, *Sine aqua*, id est, sine strigatione, & sioe vrina. Sed *equus* pro *eques*, & contra sumitur, vt el. 4. lib. 3. *Tela fugacis equi.* Adde quod *sine aqua* coniungendum cum *Millia*, non cum *Equus*. De siccitate campotum Parthicotum, & aquarum inopia Plutarch. in Crasso & Aotonio, vnde eleg. 6. infra: *Arenas nigras* vocat. Ouid. eleg. 3. lib. 1. de Ponto, vbi loquitur de Scythis, vnde oriundi Parthi:

Dant illis animos arcus, plenaque pharetræ:
Quodque sequens nullas hostis habebit aquas.

Plin. cap. 8. lib. 25. *Hippice herba est apud Scythas, quam & ipsi & equi in ore habentes, famem & sitim non sentiunt.*

COGOR *& è tabula pictos ediscere mundos.*] pro edisco, vt eleg. 1. lib. 1. *Cogor habere*, pro habeo. *Edisco*, ex aliquo disco, vel perdisco, vt edoceo. *Mundos*, quia plures, aut etiam innumerabiles mundi ex Democriti sententia. Cic. in Lucullo, & 1. de Nat. Deor. vel est enallage numerorum, pro mundum pictum. vel est synecdoche, pro mundi partes, vt eleg. 16. lib. 2.

Externo quærere in orbe fugam.

E tabula, quã vulgus chartam vocat. Strabo lib. 1. Anaximandrum Thaletis popularem, & familiarem ait edidisse tabolam de situ orbis. Auson. in gratiarum actione: *Vt qui terrarum orbem vnius tabulæ ambitu circumscribunt, aliquanto detrimento magnitudinis, nullo dispendio veritatis.*

QVALIS *& hæc docti sit positura Dei.*] id est, cuiusmodi sit situs, & descriptio mundi, quem animantem, & sapientem, & Deum esse asserunt Stoici. Cic. 2. de Nat. Deor. & contra ex Epicureorom sententia. 1. de Nat. Deor. *Positura* sæpe dicitur Lucretio, Tacito, & Gellio, qui & *positus* & *positio* dicitor. *Doctus*, pro sapiente, & contra Gell. cap. 8. lib. 13. *Sapiens rerum humanarum*, pro doctus. Plutarch. in Gracchis sapientem ait Latinis, & prudentem & doctum significare. Sic indoctus, pro, insipiens: Plauto.

QVÆ *Tellus sit lenta gelu, quæ putris ab æstu.*] *Tellus*, pro regione, vt eleg. 10. lib. 2.

Et si qua extremis Tellus se substrahit oris.

Lenta gelu. pigra & iners, vt Virg. 1. Georg.

Noctes lentus non deficit humor.

Id est, ros gelidus. sic *glacies iners*. Horat. oda 9. lib. 2. Virg. 4. Georg *Contracto frigore pigra.* Plagas significat subiectas Zonæ frigidæ. *Putris ab æstu*, resoluta io puluerem nimio calore; sub Zona torrida. vide adnot. de Zonis ad illud Tibulli ex lib. 4.

Atque duæ gelido vastantur frigore semper.

Ab æstu, post æstum, vt eleg. 4. infra:

—— *Dulcis ab æstu.*

VENTVS *in Italiam qui bene vela ferat.*] id est, qui ventus commodè ac feliciter nauim vehat & impellat insinuatus velis. *Ferre* secundi est flatus, vnde *venti ferentes* Virg. 4. Æneid. & 5. Æneid. —— *vela secundi*

Intendunt Zephyri, fertur cita gurgite classis.

Alio modo vela fert carina. vnde *Velifera* dicitur eleg. 9. lib. 3.

Assidet vna soror curis, & pallida nutrix,
Peierat Hyberni temporis esse moras.

De sessione in loctu dictum est eleg. 15. lib. 1. vers. 12. Assidemus lugentibus & ægris. Cic. 7. Verrina: *Cum lacrymans in carcere mater et noctes diesque assideret.* Horat. sat. 1. lib. 1. *Habes qui Assideat, fomenta paret.* Mart. ep. 41. lib. 2.

Te mœstæ decet assidere matri
Lugentisue virum piumque fratrem.

Seneca cap. 2. de Consol. ad Marc. in fine: *Assidentibus liberis, nepotibus, lugubrem vestem non deposuit.* & cap. 6. *Tibi Arrius assedit.* pro, consolatus est. vel *assidet* neutri aut texenti. inde *assestrix* dicta, quæ assidet. Scribitur à Charisio & aliis, *Adsidet*, & *Adsiduus*. *Vna soror*, vel mea, vel tua, adsidet curis, id est, anxiam me consolari nititur. Sic eleg. 3. lib. 1.

Illa fuit lacrymis vltima cura meis.

vel τῷ *Curis* iungitur cum *Pallida*. Nutrix, vel tua, vel mea, anxia de salote alumni, aut alumnæ cura macet & pallet. nam pallor maciem & curam comitatur, vt supra:

Diceris & macie vultum tenuasse, &c.

vel *pallida*, quia timet. Horat. ep. 7. lib. 1.

Dum pueris omnis pater, & matercula pallet.

Peierat, Deos testatur, & sciens fallit, vt id mihi persuadeat, hyemem, qua clausum est mare, reditum toum morari, oon amorem externum. Dicitur & *Periuro* Plauto. sic *eiero* & *eiuro*. Cic. 3. offic. *Periurium est, quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur, id non facere.* De mari hyeme claoso vide eleg. 8. lib. 1. vers. 10. Iurat ergo rediturum primo vere, vt apud Horat. oda 7. lib 3. *Quid fles Asterie*, &c.

FELIX *Hippolyte nuda tulit arma papilla.*] πάθος ex comparatione alienæ fœlicitatis, vt Virg. 1. Æneid.

O fortunatos quorum iam mœnia surgunt.

Hippolyte, Martis & Otriræ reginæ filia, victa ab Hercule; cui Baltheum ademerit. Higinus fab. 30. & fab. 163. numerat Hippolyten inter Amazonas. Pausan. in Attic. illam à Theseo superatam, aufugisse Megara ait, ibique mortuam, & sepultam Apollod. lib. 2. Amazonom reginam facit, qoæ Martis balteum habuerit, & ab Hercole necata sit. Alij nupsisse aiunt Theseo, vnde susceperit Hippolytum. Ouid. in ep. Cydippes:

Nullus Amazonio cælatus balteus auro,
Sicut ab Hippolyta, præda relicta tibi est.

Apud Pindarom Nemeis, & Horat. oda 7. lib. 3. alia est Hippolyte Acasti vxor. *Tulit arma*, militauit el. 3. sup. vers. 27. & *arma* intellige aut sagittas & arcum, vt Penthesilea el. 11. lib. 3. aut peltam & securim cum balteo Martis, vt ceteræ Amazones. *Nuda papilla.* Alludit ad nomen: Amazonis, vt el. 14. lib. 3. vers. 13.

ET *texit galea barbara molle caput.*] Scythæ enim maximè barbari, & ad Tanaim fuere Amazones. vnde *Mæotis Penthesilea* el. 11. lib. 3. *Texit caput galea*, galeauit. Ciona epigrammatis apud Nonium: *Et miseras audet galeare puellas.*

Sic clypeare: Pacuoius Hermiona apud Nonium, & Varron. 4. de ling. Lat. *Currum liquit, chlamyde contorta astu clypeat brachium.* Auream cassidam tribuit Penthesileæ el. 11. lib. 3. *Tegit caput*, vt eleg 14. lib. 3.

Virgineumque cano protegis ore caput.

Molle, tenerum, femineum, vt eleg. 15. lib. 3.

Molliaque immites fixit in ora manus.

Galea, ab galero, quo multi vsi antiqui: Varro 4. de ling. Lat. Inde *galeola* genus vasis Nonio. Scaliger γαλέας, quod ex felina pelle olim fierent: nam γαλῆ felis.

ROMANIS *vtinam patuissent castra puellis.*] Vtinam puellæ Romanæ in castra admitterentur, nec à militia more ac lege excluderentur. Enallage *Patuissent*, pro paterent. De militia vetita feminis, vide adnot. ad eleg. 7. lib. 2. vers. 15. ad eum morem allusit Ouid. eleg. 14. lib. 2. Amor.

Quid iuuat immunes bello cessare puellas.

Et Stat. 5. Sylu. in Abscantij pietate:

Et si castra darent, vellet gestare pharetras,
Vellet Amazonia latus intercludere pelta.

Agit de Priscilla:

ESSEM *militiæ sarcina fida tuæ.*] me, inquit, tecum ferres, & duceres fidelem laborum & periculorum comitem. Alludit autem ad fascem militis Romani, vallum, arma, & cibaria. qua de re dixi sup. ad vers. 19. Virg. 3. Georg.

Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam dum carpit.

vide Veget. cap. 19. lib. 1. qui pondus baiulare militem vult vsque ad sexaginta libras. Cicero quoque 2. Tusc. agit de onere & labore militiæ, & Festus in *Muli Mariani. Essem sarcina*, vt eleg. vlt. infra:

En sum quod digitis quinque leuatur onus.

Ouid. in ep. Briseidis:

Non ego sum classi sarcina magna tuæ.

Cornel. Fronto: *Onus vehiculorum & maius est: sarcina hominum*; & potissimum viantium, & migrantium, vnde Iuuenal. *Collige sarcinulas.*

NEC *me tardarent Scythiæ iuga, cum pater altas*
Aphricus in glaciem frigore nectit aquas.]

Sic Virg. 3. Georg.

Non scopuli, rupesque cauæ, atque obiecta retardant
Flumina. Plaut. Mercat. sc. 2. act. 5. *Neque vlla mihi obsistat amnis, neque mons, neque adeo mare.* vide eleg. 6. lib. 1. vers. 1. 2. 3. 4. *Scythiæ iuga*; *Promethea iuga* vocat eleg. 12. lib. 1. vers. 10. *Pater Aphricus*, quia Dij venti, & Dij patres vocantur, vt *Mars pater* eleg. 4. lib. 3. & videtur Africum pro Aquilone posuisse. nam *Africus* frigidus non est, & aduersus Vulturnum flat, & spirat ab Oriente Hyberno. Aliàs dicitur λίψ. Dicitur autem à Virgilio *Creber procellis*, & Horatio *Pestilens. Nectit*, constringit. *Aquas altas*, altorum fluuiorum, vel è iugis montium labentes. Virg. 4. Georg.

Et glacie cursus frenaret aquarum.

Glacies à gelu & aqua quasi gelacies, id est, gelata aqua, loquit Isidor. cap. 10. lib. 13. & hîc noster confirmat cum ait, aquas in glaciem frigore nectit. nam ex aqua & frigore, id est, gelu fit glacies.

A OMNIS *Amor magnus, sed aperto in coniuge maior.*] sic Fulgentius citat è Propertio:

Diuitias mentis conficit omnis amor.

Amor magnus, potens, acer, vehemens: vt δεινὸς ἔρως apud Platon. vide adnot. ad eleg. 19. lib. 1. vers. 12. *Sed aperto in coniuge maior*, ideoque sanguini & cognationi amor coniugalis anteponitur, vt eleg. 15. lib. 1.

Alphesibœa suos vlta est pro coniuge fratres,
Sanguinis & cari vincula rupit Amor.

Addidit *Aperto*, quia etiam amantes citra legitimas nuptias se coniuges vocant, vt not. ad illud eleg. 8. lib. 2.

B *Ille etiam abrepta desertus coniuge Achilles.*

Mœchus coniux, sed tectus & occultus; maritus coniux apertus, vt Ouidio. *Manifestus amator*, eleg. 4. lib. 1. Amor. Catull.

——*Bona te Venus*
Iuuerit, quoniam palam
Quod cupis, capis, & bonum
Non abscondis amorem. Stat. in Epithalamio Stellæ & Violantillæ:

——*Pone ô dulcis suspiria vates.*
Pone, tua est. licet expositam per limen aperto
Ire, redire gradu, iam nusquam Ianitor, aut lex,
Aut pudor. vet. lib. *Sed in apto*; id est, *bene*

C *conuenienti iugo*, eleg. vlt. lib. 3. vers. 8. & eleg. 22. *Ventura coniugis aptus amor.*

HANC *Venus, vt viuat, ventilat ipsa facem.*] Veneris, inquit, iactat & quatit Venus ipsa facem maritam, vt vigeat, & magis accendatur. *Venus ipsa*, vide eleg. 1. sup. vers. 46. *Ventilat facem*, vt Ouid. el. 1. lib. 1. Amor.

Quæ sit præripiat flaua Venus arma Mineruæ?
Ventilet accensas flaua Minerua faces?

vnde *Ventilabrum*, quo ventilatur in aëre frumentum. & *Ventilare arma* dixit Martial. epigr. 32. lib. 5. quod sic explicat ep. 39. lib. 9.

Summa licet velox, Agathine, pericula ludas,

D *Non tamen efficies, vt tibi parma cadat.*
Nolentem sequitur, tenuesque reuersa per auras
Vel pede, vel tergo, clune, vel vngue sedet.

Ventilare est proludere inquit Lipsius in Saturn. *Ventilat facem*, quia quatiendo accenditur, vt adnot. ad eleg. 3. lib. 1. *Viuat*, vt Ouid. 2. de Rem. Amor.

Vt pene exstinctum cinerem si sulfure tangas Viuet.

eleg. 2. lib. 1. Amor.

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

Idem 3. fast.

Quos sancta fouet ille manu, bene viuitis ignes.

E *Viuite inexstincti flammaque duxque precor.*

& 4. fast. *Inque foco corpus pueri viuente fauilla*
Obruit. Plaut. Aulul.

Nam si ignis viuet, tu extinguere extempulo.

Stat. 12. Theb. *E speculis moriens intermicet ignis.* Horat. oda 21. lib. 3. *Viuaque producent lucernæ.* contra Martialis ep. 4. lib. 4.

Spurcæ moriens lucerna Ledæ.

Lucret. lib. 1. *Et viuam labentes ætheris ignes.* Attius Meleagro apud Nonium in *Torris*:

Tum suum vitæ finem, ac fati internecionem fore
Meleagro, vbi torris esset interfectus flammeus.

Quia scilicet & mouetur ignis, & pascitur,

vt animal. Ideo scintillam Græci *ζώπυρον* vocant; id est, viuentem ignem, & *ζωπυροῦν*, excitare ignem. Sic *Aqua viua*, & *Anima putei* apud Plaut. in Amphit.

N A M *mihi quo Pœnis tibi purpura fulgeat ostris.*] Si *quò*, pro vt, decurrit sententia ad versum tertium: Vt tu purpura & crystallo abundes, ego deserta queror frustra. Sed puto esse anastrophen: Quoniam mihi si purpura tibi fulgeat? Quid mihi proderit si crystallum & purpuram tibi pares, cum interea tabescam desiderio? sic Horat.

Quo mihi fortunæ si non conceditur vti?

Fulgeat, longè lateque splendorem mittat, vt eleg. 1. lib. 2.

Siue togis illam fulgentem incedere Cois.

vbi vide adnot. & ad eleg. 14. lib. 3. vers. 27. *Pœnis ostris*, Afris, vel Getulis muricibus, enallage numerorum, vt *Misenis* eleg. 11. lib. 1. vers. 4. Quid propriè *ostrum* dixi ad eleg. 13. lib. 3. vers. 7. Plin. cap. 36. lib. 9. Purpuras laudat Tyrias in Asia; Laconicas in Europa; tertias in Meninge Africæ, & Getulo littore Oceani. Horat. oda 16. lib. 2.

Te bis Afro murice tinctæ Vestiant lanæ.

& ep. vlt. lib. 2.

Argentum, vestes Getulo murice tinctas.

à Pœnis tamen Puniceus color, diuersus à purpureo. Tibull. ———*colores*

Africa puniceum, purpureumque Tyros.

Sed & Tyrij à Pœnis oriuntur, & sæpe Puniceum pro purpureo, vt *Rosa punicea* Horatio dicitur. *Pœnus*, pro punico. vt el. 31. lib. 2. vers. 3. *Pœnus* olim, pro pœnis, dicebant: Festus.

C R Y S T A L L V S Q V *a tuas ornet aquosa manus.*] Crystallus feminino genere, siue Crystallum neutro dicitur ἀπὸ τοῦ συστέλλεσθαι ὑπὸ τοῦ ψύχους, quod concrescat gelu vehementiore. vide Plin. cap. 2. lib. 37. qui ait glaciem esse. & Isidor. cap. 13. lib. 16. vbi *Aquosus colore* dicitur. *Aquosa crystallus*, quæ constat ex aqua, & humore gelu concreto, vt Virg. *Aquosa nubes*, & Horat. *Aquosus languor*. nam alio modo eleg. 8. infra: *Aquosæ Esquiliæ*. Virg. *Aquosus Orion* & *Aquosa Hyems*. *Crystallus* hic pro vase Cristallino, quo manus tua ornabitur, cum bibes. nam in gemmis & & Crystallus. aliter tamen dixit el. 6. lib. 3.

Ornabat niueas nullane gemma manus.

Nam illic sermo est de anulis, non de poculis. Interpres Iuuenalis ad illud sat. 6.

Grandia tolluntur Crystallina. Sic & Cinna dicit: *Atque imitata niues lucens legitur Crystallus.* leg. *Lucens.*

O M N I A *surda tacent, rarisque assueta calendis,*
Vix aperit clausos vna puella lares.] Nemo, inquit, meas audire vult querelas, aut iis respondere. verba ventis fundo. Sic Virg. ecl. 10.

Non canimus surdis, respondent omnia syluæ.

Prouerbium: *Surdo narrare fabulam*, Terentio & Horatio: & Æschylo κωφῷ λέγειν. Catull.

Omnia muta: Omnia sunt deserta.

Tacent, vt eleg. 16. lib. 1.

——— *non respondent mutus.*

Vna puella, ancillula. Iuuenal. sat. 6.

Et flammam cui det mandata puellam.

A *Assueta*, vsu & consuetudine ad id docta, & facta, vt Virg. *Assuetumque malo Ligurem. Raris calendis*, vel paucis, vel quæ raro veniunt. Calendæ vnde dictæ est apud Varron. 5. de ling. Lat. in *Calo*. Fest. in *Procalare*. Macrob. cap. 15. lib. 1. sat. Plut. ἐν ῥωμ. Varro lib. 1. de vita Pop. apud Nonium. *Itaque calendis calabantur, id est, vocabantur, & ab eo calendæ appellatæ, quod est tractum à Græcis, qui καλεῖν vocare dixerunt.* De Calendis Martiis, & cur dicatæ mulieribus Seru. in 8. Æneid. Iuuenal. sat. 9.

Munera femineis tractas secreta calendis.

B Fest. in *Martias*. Tibull. el. 1. lib. 3. Plaut. millite act. 3. sc. 1. Horat. oda 8. lib. 3. Martial.

Scis certè puto, vestra iam venire
Saturnalia Martias calendas
Tunc reddam tibi Galla, quod dedisti.

Pomponius *Cal. Martiis* apud Macrob. cap. 4. lib. 6. *Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba. Iube modo afferatur vnus* (lege *munus*) *ego vocem reddam tenuem & tinnulam.* Aprilibus Calendis etiam munera accipiebant. Ouid. 1. de arte amandi:

Siue dies suberit natalis, siue calendæ,
Quas Venerem Marti continuasse iuuat.

C *Vix aperit Lares*, id est, domum, muneribus admittendis scilicet. Beroaldus hic nugatur de Larario. *Lares*, pro domo el. 1. sup. vers. 28.

G R A V C I D O S, *& catulæ vox est mihi grata querentis.*] id est, plorantis caniculæ gannitus mihi iucundus est. *Graucis* nomen catellæ; quod γραῦς Græcis anicula. Scaliger mauult *Glaucidos*, vt à glaucis oculis ita dicta sit. Sic *Issa* Publij catella celebratur à Martiale. Fuere catellæ atque etiamnunc sunt feminis in deliciis: Mart. ep. 198. lib. 14. Lemmate: *Catella Gallicana:*

Delicias paruæ si vis audire catellæ
Narranti breuis est pagina tota mihi.

D vide prouerbium: μαλακώτερον κυνιδίου, apud Erasmum. *Vox catulæ querentis*; nam querula vox, & sonus aures mulcent. vt apud Sueton. Caligula cap. 33. Vocem vapulantis laudabat, vt in gemitu prædulcem. & Iuuenal. sat. 14.

———*Gaudet acerbo*
Plagarum strepitu, & nullam Sirena flagellis
Comparat.

Sic *queri aues* dicuntur, & *Dulces querulæ tibiæ*, & *gemere turtures*. *Vox catulæ*. nam canum varios commemorat voces Lucret. lib. 5. vbi & plorantes facit. Varro 4. de ling. Lat. *Catulus à sagaci sensu & acuto.* Idem lib. 8. *Canis*, E *catulus, catellus.* Charis. lib. 1. *Diminutionis inæqualitas dura, vt canis, catulus.* Catuli non solum canum, sed omnium animalium fœtus: Nonius. Et *Catularia porta* Romæ, ad quem rufæ canes placando sideri Caniculæ immolabantur.

I L L A *sibi partem vindicat vna tori.*] Sola mecum cubat, & tui lecti socia est. *Vindicat*, quasi pro suo iure poscit, & assumit. translatum à iure ciuili, & manus iniectione, cum ea voce, *Meum est*. *Partem tori*. vt Ouid. in ep. Hypsipyles:

Barbara narratur venisse venefica tecum
In mihi promissi parte futura tori.

Cicero antequam iret in exsilium: *Connubij particeps, socia regni Iuno.*

FLORE *sacella tego, verbenis compita velo.*] Vrbana sacella intelligit; nam erant & rusticana, vt monuimus ad eleg. 19. lib. 2. vers. 13. *Flore*, sertis, & corollis. Enallage numerorum: Signa autem Deorum floribus coronabantur, vt eleg. 10. lib. 2. vers. 21. & aræ, vt eleg. 10. lib. 3. vers. 19. *Velo*, cingo, redimio, orno, vnde *velamenta supplicum*, & Virg. 2. Æneid.

Nos delubra Deûm miseri quibus vltimus esset
Ille dies festa velamus fronde per vrbem.

Compita. de iis dictum eleg. 1. sup. vers. 23. Adde quod scribit interpres Persij ad sat. 4. *Compita sunt loca in quadriuijs, quasi turres, vbi sacrificia finita agricultura rustici celebrabant, nec solum sunt in vrbe loca, sed etiam viæ publicæ ad diuerticula aliquorum confinium, vbi ædiculæ consecrantur patentes. His iuga fracta ab agricolis ponuntur, emeriti & elaborati operis indicium.* Illic Lares colebantur, qui amplissima corona ornabantur, vt scribit Festus in *Donatica*, & *Compitalia* Laribus attributa, vt adnot. ad vers. 23. eleg. 1. sup. Deinde à Laribus arceri hostes putabantur: Festus in *Hostilius.* Iidē peregrinantibus adesse putabantur, vnde Plaut. Mercat. *Inuoco vos Lares viales, (θεοὶ ὁδίοι) vt me bene iuuetis.* Sunt & *Lares permarini* apud Liuium. θεοὶ ἐφέστιοι in vet. lex. *Verbenis.* Donat. in Andr. *Verbenæ, inquit, sunt omnes herbæ, frondesque festæ ad aras coronandas, vel omnes herbæ, frondesque ex loco puro decerptæ.* Idem ibidem: *Verbenæ, quasi herbenæ, redimicula sunt ararum.* Leg. Festus in *Sagmina*, in *Struppi*, & in *Capita Deorum*, in *Tauri.* Plin. cap. 2. lib. 22. & cap. 9. lib. 25. & Seruius in illud 12. Æneid. *Et verbena tempora vincti.* Varro 2. de vita Pop. Rom. apud Nonium: *Verbenarius ferebat verbenam, id erat caduceus, pacis signum.*

ET *crepat ad veteres herba Sabina focos.*] Ouid. 1. fast.

Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,
Et non exiguo laurus adusta sono.

Idem 4. fast.

Vre mares oleas, tedamque, herbasque Sabinas,
Et crepes in medijs laurus adusta focis.

Plin. cap. 11. lib. 24. ait à multis herbam Sabinam in suffitus pro ture assumi. *Crepat*, cum crepita crematur, vt Tibull. el. 5. lib. 2.

Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis.

Ad veteres focos, pro apud & in, vt Plaut. Amph. *Ad exercitum.* & *Ad legionem.* Ouid. eleg. 1. lib. 1. Trist. *Hoc est ad vestros non leue crimen auos.* Ipse eleg. 14. infra:

Ad vestros sedeam captiua penates.

& eleg. vlt. lib. 2.

Ad molles membra resolue toros. Ouid. 4. fast. dixit: *Detis & in veteres turea grana focos.* id est, auitos, vt Tibulli el. 1. lib. 1.

Sic veteres sedes incoluistis aui.

SIVE *in furtiuo gemuit stans noctua tigno.*] an in abdito, & occulto? Sed alij libri: *Finitimo*, vicinæ domus. Ouid. 1. fast.

Et iam finitima corpus librabat in herba.

Finitimi tamen propriè in agris, vt in vrbibus *vicini.* *Tigno*, vt Virg. 4. Æneid.

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Visa queri.

Tignum in 12. tab. omnis materia, vnde fiunt ædificia. Iurisconsultus *l. 7. §. appellationis. D. de acquir. rer. dom. l. 1. de tigno iuncto, & l. 62. de verb. sign.* Festus in *Tignum. Tignum non solum in ædificijs, sed etiam in vineis.* Tignum, *sont marrain, soliue, & cheuron.* Trabes tignis sunt maiores. *Noctua gemuit*: quia noctuæ volatus felix; sed cantus contra, quia gemitus, infaustus. Noctua, à noctis tempore dicta, quo canit, vel volat: Festus. ipse eleg. 20. lib. 2.

Nec tam nocturna volucris funesta querela
Attica Cecropijs obstrepit in folijs.

Virg. 1. Georg.

Solis & occasum seruans de culmine summo
Nequicquam seros exercet noctua cantus.

Varro 4. de ling. Lat. *Noctua, quod noctu canit, ac vigilat. Gemit noctua*, vt bubo apud Virg. 4. Æneid. *Queritur, & longas in fletum ducit voces*; & *Lugubre canit ob ferale sonans V.* Ausonio. nam Tu Tu iterat. Plaut. Menech. *Vin tibi afferri noctuam quæ tu tu vsque dicat?* Plin. cap. vlt. lib. 18. *Noctua in imbre serenitatem: sereno, tempestatem cantu præsagit.* & cap. 17. lib. 10. *Noctuas nouem voces habere ait Nigidius.* Apul. lib. 2. Florid. *Scilicet Galli expergifico (carmine canunt) bubones gemulo: vlulæ querulo; noctuæ intorto: cicadæ obstrepero: hirundines perarguto.*

SEV *voluit tangi parca lucerna mero.*] aliàs *doluit.* aliàs *metuit.* neutrum rectè. *Voluit*, id tacitè postulauit, quasi voluntas & cupiditas sit in lucerna, vt el. 12. lib. 3. *Lætentur eadē sagittæ. Parca lucerna*, an exigua, & parcæ, & frugi dominæ? nā lucerna parsimoniæ, & industriæ symbolum, vt *Lucerna Cleanthis* Varroni. an Parca epitheton est, pro fatidica, vt eleg. 5. lib. 3. *Mors parca.* An parca, in qua parum olei & luminis, vt Ouid. 2. fast.

Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant.

Hic Lucerna sobriorum est, at eleg. 15. lib. 2. vers. 3. ebrietatis & conuiuij. *Tangi mero.* An vt Lucret. lib. 1. *Icta ab Iaccho.* & Plaut. Casina: *Si vspiam hæc percussit flore Liberi.* Sed alij libri, & Beroaldus: *Tingi mero*, sibi merum infundi, quo excitari flammam languentem putabant, & inde omen captabant, vt eleg. 9. infra:

Sed neque suppleuit constabat flamma lucernis.

Tingi mero, vt Horat. oda 14. lib. 2.

Mero tinget pauimentum.

Turneb. cap. 1. lib. 8. ad hunc versum: *Apparet, inquit, cum auguria & omina caperent è lucerna, si quid diri eius lumen denunciare videretur, mero id solitos expiare, tacta scilicet vino lucerna.* Scaliger in Catal. citat hunc versum, & illum Ouidij in epist. Herûs:

Interea lumen, positū cum scribimus illo,
Sternuit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes,
Cras erimus plures, inquit & ipsa bibit.

addo & illud ex ep. Laodamiæ:

Tura damus, lacrymasque super, quæ sparsa relucent
Vt solet effuso surgere flamma mero.

De præsagio ex flamma lucernæ Apuleius lib. 1. Virg. 1. Georg.

ILLA *dies hornis eadem denunciat agnis.*] Dies facere dicitur quod fit cum die, vt eleg. 20.

lib. 2. *Auferat vna dies.* Ergo illa dies, qua ista dantur omina, agnis minatur & indicit cœdem, quia procuranda sunt cæde bidentum, vel agnorum. *Denuntiatio* minantis est, inquit Donat. in Adelph. Virg. 3. Æneid.

Et tristes denunciat iras. Agrætius: *Denuntiatur de præsenti. Horni agni*, anniculi, inquit Acro ad illud oda 23. lib. 3. *Horna fruge.* & Porphyrio ad illud oda 2. epod. *Horna vina.* hornum, quod est huius anni. Nonius: hornum ipsius anni. vnde horno aduerbium. Plaut. Mostel. *Velut horno messis magna.* vbi Erasmus legit: *Horna messis.* Hornum hœdum significat Horatius cum ait: *Si tener pleno cadit hædus anno.* Alfenus Iurisconsult. *l. cum quæreretur. de leg. 3.* agnis legatis quærit, an sex mensium intelligantur, & respondet agnos dici, qui sunt minores anniculis: ergo horni, minores.

SVCCINCTIQVE *calent ad noua sacra popæ.*] Beroaldus legit *Succincta popa*, & minutas victimas interpretatur, vel exsta: somnia. *Popæ*, qui victimas ad aram alligabant, feriebantque, & secespita iugulabant. Vet. gloss. *Popa θύτης.* Item: *Popax, θύτης.* Item. *Popa, immolator, θύτης. Minister* dicitur Ouidio, 1. Fast.

Nominis esse potest succinctus causa minister,
Hostia cælitibus quo feriente cadit. & 4. Fast.
A boue succincti cultros remouete ministri.

Turneb. cap. 5. libr. 18. ad hunc locum adfert illud Sueton. in Calig. cap. 32. *Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato altè malleo, cultrarium mactauit.* adfert & verba Seruij ad illud 12. Æneid. *Velati limo. Limus est vestis, qua ab vmbilico vsque ad pedes teguntur pudenda poparum. hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam, vnde & limus vocatur.* Spartianus in vita Getæ: *Percussit hostiam popa nomine Antonius.* Vetus interpres Persij ad illud sat. 5.

Bullaque succinctis laribus donata pependit.

Quia Gabino habitu, inquit, *cinctuq. Dij Penates formabantur obuoluti toga super humerum sinistrum, dextro nudo.* Inde *succingulum*, Balteum exponit Festus. Scaliger in Titium, Cinctutos & succinctos eosdem putat, seminudos scilicet, vt in marmoribus antiquis visuntur popæ. Lucan. lib. 1.

Impatiensque diu non grati victima sacri,
Cornua succincti premerent dum torua ministri.

Pers. sat. 6. *Ast illi tremat omento popa venter.* id est, pinguis, opinor, quia eiusmodi erant popæ, vt & tibicines; vnde *popina* & *popinones.* Est & *popa*, *μάγειρος*, & *θύτης*: vet. gloss. *Calent ad noua lucra.* *Sacra* legerat Turneb. & Cœlius Rhodiginus. Porro ex hoc loco quispiam putet apud Plaut. Truculento act. 5. sc. vnica: *Omnes homines ad suum quæstum calent*, legendum, vbi editum *callent.* sed in Asinaria dixit: *Ad suum quæstum callidum esse. Calent*, auide festinant cupiditate mercedis: nam conducebantur à sacra facturis. *Calere* est properantis, vnde *Calida consilia*, Liuio, & Terentio. & apud Horat. ep. 1. lib. 2. *Et calet vno Scribendi studio.* Sic idem: *feruet auaritia.*

NE *precor ascensis tanti sit gloria Bactris.*] Sic eleg. 12. libr. 3.

Tantine vlla fuit spoliati gloria Parthi.

A *Tanti sit*, stet tam magno: vide adnot. ad eleg. 6. lib. 1. vers. 13. & eleg. 12. lib. 3. vers. 10. *Ascensis Bactris*, vt primus muros Bactrianorum ascendas, & muralem inde petas coronam. Ennius apud Nonium, & Gellium in *Atque.*

Atque atque ascendit muros Romana iuuentus. nam sic leg. apud Gell. Virg. 9. Æneid.

Quærit pars aditum, & scalis ascendere muros.

Hæc per scalas oppugnatio, reperta à Capaneo, periculosa, & sibi exitiosa fuit. Veget. cap. 21. libr. 4.

RAPTAQVE *odorato carbasa lina duci.*] [illegible] nam carbasus genus lini tenuissimi, pri-
B mum in Hispania reperti: Plin. cap. 1. libr. 19. Sic dicitur *Lapis silex*, *libra pondo.* vel *Carbasa lina*, pro Carbasea, vt *femina turba.* eleg. 31. lib. 2. De linis Ægyptiorum, Arabum & Indorum, vnde vestes tenuissimæ texuntur, Plin. loco antedicto. Curtius de Indis libr. 8. *Terra lini ferax: inde plerisque sunt vestes.* Ibib. *Corpora vsque pedes carbasa velant.* Mox de rege: *Distincta sunt auro, & purpura carbasa, quæ indutus est.* & alibi: *Carbaseis vestibus Indi & Arabes corpora velant, quæ sunt auro, & purpura distincta.* Lucan. lib. 3. de Indis:

Et qui tingentes croceo medicamine crinem
Fluxa coloratis adstringunt carbasa gemmis.

C *Rapta*, detracta cum spoliatur à victore. *Duci odorato*, Regi vel Imperatori Arabum, Assyriorum, Armeniorum, apud quos odores multi gignuntur, vt adnot. ad eleg. 29. lib. 2. vers. 17. Arabia odorum fertilitate nobilis regio, cui tunc imminebant Romani, vt not. ad eleg. 10. lib. 2. vers. 16.

PLVMBEA *cum torta sparguntur pondera funda.*] Id est, emittuntur & funduntur glandes plumbeæ ingentis ponderis à funditoribus. Virg. 7. Æneid. —— *Pars maxima glandes*
Liuentis plumbi spargit. Ouid. 2. Met.
D *Non secus exarsit quam cum Balearica plumbum*
Funda iacit: volat illud, & incandescit eundo,
Et quos non habuit sub nubibus inuenit ignes.

Nonius: *Glandis est plumbum in modum glandis informatum.* glandium eiusmodi frequens mentio apud Cæsarem, Sallustium, Liuium, vbi de funditoribus agunt. *Pondera fundæ*, vt *pondera vteri*, eleg. 1. sup. *Funda torta*, quia ex lino, vel setis tortis fit funda. & sic *Funem torquere* hic dixit. vel *torta*, rotatæ circum caput. Virg. 1. Georg.

Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

Isidor. cap. 10. lib. 1. *Funda, quod ex ea fundantur lapides. Sparguntur*, frequentis huc & illuc mit-
E tantur; vnde Stat. 8. Thebaid.

—— *Stridentia funda*
Saxa pluunt; volucres imitantur fulgura glandes.

SVBDOLVS *& versis increpat arcus equis.*] Epitheton rei mutæ, *Subdolus arcus*, pro subdoli & astuti Parthi arcus, vt eleg. 2. sup. *Properanti falce.* De Parthorum simulata fuga vide eleg. 6. lib. 3. vers. 54. *Increpat versis*, vt eleg. 14. lib. 3. *Increpat & versi clauis adunca trochi.* & eleg. 7. infra.

Pollicibus fragiles increpuere manus.

eleg. 17. lib. 1. cum 4. casu:

Adspice quam sæuas increpat aura minas.

Sonat autem, & crepat arcus cum vibratur telum. Virg.5.Æneid. A

Ostentans artem pariter, arcumque sonantem.

& 9.Æneid. *Sonat vna letifer arcus.*

Versis equis, conuersis in fugam simulatam vt Horat. oda 19 lib.1.

Et versis animosum equis Parthum.

SED *tua sic domitis Parthæ Telluris alumnis Pura triumphantes hasta sequatur equos.*] *Sic* est precantis,& optantis, vt eleg.pen. l.1.

Sic te seruato possint gaudere parentes.

Domitis, deuictis; subactis, vt eleg.1. libr.1. *Domuisse puellam. Alumnis.* vide adnot. ad vers. 37. eleg.1. sup. sic Catull. *Celtiberia fili. Telluris Parthæ*, pro Parthicæ, vt eleg.4 libr.3. *Partha trophaa. Tua hasta.* tu hastatus, vt supra *Tuam famem*, te famelicum. *Pura hasta.* Seruius in illud 6. Æneid. B

Ille vides pura Iuuenis qui nititur hasta.

Id est, sine ferro, inquit, quod eius præmium fuit, qui tum primum vicisset in prælio. Plinius cap.28. lib.7. *Sicinius dentatus donatus hastis puris duodeniginti.* Sueton. in Claudio cap.28. *Posidem spadonem Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donauit.* Viri autem fortes hasta donari soliti: quæ inde *donatica* dicebatur. Festus in *Optionatus*, & in *hasta. Pura hasta*, sine ferro dicta, vt *Pura toga*, sine purpura, & *Purus campus*, sine arboribus. Paulo aliter Stat.11.Thebaid.

—— puraque nefandi Sanguinis obliquis ceciderunt ictibus hasta.

Sequitur, vt eleg. 9. lib.3.

Persequar & currus vtroque ab littore ouantes.

Ouantes currus, vt hic *triumphantes equos*, quasi equi partem huius laudis haberent. In equis autem triumphantium sedebant liberi eorum prætextati: Cicero pro Muræna.

INCORRVPTA *mei conseruet fœdera lecti.*] Id est. Fidem coniugij seruat integram, vt eleg. 32. lib.2. *Dic mihi quis potuit lectum seruare pudicum? Seruate fœdera*; pro fidem. Ouid.2.Fast. D

Cynthia laudauit, promissaque fœdera serua,

Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris.

Fœdera seruasset si non formosa fuisset. Apuleius lib.9. *Totiusque genialis calcato fœdere, Larem mariti lupanari maculasset infamia. Incorrupta fœdera*; Horatio oda 24. lib.1. *Incorrupta fides.*

HAC *ego te sola lege redisse velim.*] hac sola condicione optem te reducem. *Lex* enim pro formula sumitur, pactis & conuentis addita. vt eleg.20. lib.3.

Fœdera sunt ponenda prius; signandaque iura Et scribenda mihi lex in amore nouo.

ARMAQVE *cum tulero porta votiua Capena.*] Nam arma viri vouerat se fixuram Diis ob reducem à bello maritum. vide adnot. ad eleg.1. sup. vers. 91. de hoc titu. *Tulero portæ*, pro ad portam, vt eleg.1. sup. *Armatis hostis inermis eas.* vel *tulero*, pro obtulero, & fixero. vide adnot. eleg. seq. vers. 25. *Porta Capena*, quia Deorum simulacra in portis, vt dictum hîc sup. ad vers. 17. Beroaldus arma hæc suspensa putat in æde Martis. Sanè P.Victor ædem Martis locat iuxta portam Capenam. Interpres Iuuenalis ad illud sat.3. E

Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.

In via Appia, inquit, *ad portam Capenam, quæ est ad Camænas.* Ea viæ Appiæ initium: Festus in *Initium.* Ad eam Senaculum: Festus in *Senaculum*; & de ea in *Lemonia*, & in *Manalem.* Seruius in 7.Æneid. *Lucosque Capenos: vnde dicta Capena porta, quæ iuxta est.* ea Capuam itur. Diui Sebastiani porta hodie dicitur. Cicero hac porta ingressus vrbem rediens ab exsilio: ep.1. lib.4. ad Attic. P.Victor inde exorditur descriptionem vrbis. *Votiua*, ea quæ ex voto debentur, vt eleg. 28. lib.2. *Votiuas noctes.*

SVBSCRIBAM: *saluo grata puella viro.*] De subscriptionibus in votis, & dicatis donariis vide adnot. ad eleg.14. lib.2. vers.25. 26. 27. 28. & eleg. 28. libr. eiusd. adde illud Ouidij eleg. 1. lib.3. Trist.

Causa superposita scripto testata corona, Seruatos ciues iudicat huius ope.

hinc lucem capit illud Tibulli lib.4.

Nec quæris quid quaque index sub imagine dicat.

Grata puella, memor beneficij vxor Ouid. in ep. Penelopes.

Grata ferunt Nymphæ pro saluis dona maritis.

vbi *Nymphæ pro maritis*, vt hîc *puella viro saluo*, 7.casu, id est, ob saluum virum, id est, pro marito incolumi. C

AD ELEGIAM IIII.

TARPEIVM *nemus, & Tarpeiæ turpe sepulchrũ Fabor, & antiqui limina capta Iouis.*] *Fabor*, canam: nam fati est vatum, vnde *fata.* Virg.1.Æneid. *Hic tibi fabor enim.* &c. Inde & *Faunus, fatui, fatuelis*, & *fatuæ Nymphæ*, à fatis fandis: Seru. & Donat. Varro 5. de ling. Lat. *Fatur qui primum homo significabilem ore emittit vocem; vnde fatum, fatur & fatidici.* hæc Varro. Inde qui nunc *bariolus*, olim *fariolus*: Terent. Scaurus de Orthogr. *Nemus Tarpeium*, vocat mox *lucum*, & eleg.9. infra. *Tarpeios lucos.* Virg. 8. Æneid.

Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.

vnde dictum *nemus* adnot. ad eleg.1. lib.3.vers. a. *Tarpeia.* leg. Festus in *Tarpeia*, & in *Saxum Tarpeium*, qui sepultam illic scribit. Varr.4.de ling. Lat. Plutarch. in Romulo. Liuius libr.1. Dionys. lib.2. vbi honoris causa ei sepulchrum conditum scribit ex Pisone, & quotannis ad id inferias persolui, crimenque proditionis retellit. leg. & Seru. in 8.Æneid. fuit & altera Tarpeia Vestalis tempore Numæ: Plutarch. in Numa. *Turpe sepulcrum*, infame ob proditionem. Sic eleg.16. lib.3. *Tumuli infamantur.*

Limina capta, captam proditione portam: nam infra dicet: *Prodiderat portæque fidem*: &c. In porta autem & Ianua duplex limen, vt notum est. Donat. in Eunuch. *Limis est transuersus; vnde limen, quia ingredientibus exeuntibusque transuersum est. Limen*, pro Ianua posuit Attius apud Varron.5. de ling. Lat. *In quos delatus locos dicitur alto ab limine cœli.* Virg. & Ennius dixere: *Porta cœli.* Sunt & limina, termini prouinciarum: Fest. in *Postliminio.* Vide Nonium in *Limen*, de

gemino limine, & omni ingressu ita dicto. *Iouis, Capitolij*, vt adnot. eleg. 3. libr. 3. verf. 12. Sic Sueton. in Neron. cap. 12. vice versa Capitolium, pro Ioue posuit. *Barbam primam posuit, conditam in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecrauit.* quod Lipsius conatur mutare in *Capitolino*, supple Ioui. At Petronius: *Ipse Senatus recti bonique praeceptor, mille pondo auri Capitolio promittere solet: & ne quis dubitet pecuniam concupiscere, Iouem quoque peculio exorat.* *Antiquus Iuppiter*, Capitolium vetus. Varro 5. de lingua Latina. *Cliuus proximus susus versus Capitolium vetus.* Publ. Victor. in Reg. 6. *Capitolium vetus.* Legendus Corn. Tacit. quoties instauratum sit Capitolium. Iuuenal. sat. 6. dixit:

Tarpeium limen adora.

LVCVS *erat felix ederoso conditus antro.*] Nemus & lucum confundit, vt eleg. 10. infra:

Lucus ab vmbroso fecerat orbe nemus.

Felix lucus. Virg. 1. Æneid. *Latissimus vmbra.* An fortunatus & amœnus? vt 6. Æneid.

Deuenere locos latos, & amœna vireta

Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.

An ex felicibus arboribus, de quibus Macrob. cap. vlt. lib. 3. Contra *Infelix lolium.* Seru. in 2. Georg. *Felicis mali.* Fœcundi, vel salubris. Nonius: *Felix, fructuosus, ferax.* *Erat*, enallage temporis, vt hîc infra: *Prodiderat portaque fidem.* *Conditus*, reconditus, latens, in secessu. Ipse eleg. 19. lib. 3. *In frondes condita Myrrha nouas.* sic *saltuum reconditorum* Catull. non autem conditus antro: (quomodo enim lucus antro condi potest?) Sed *Lucus antro ederoso*, vt eleg. sup.

Pictoque Britannia curru. Alij legunt *Consitus*, vt non ingenio, sed manu natæ illic arbores. Sic eleg. 14. lib. 1.

Et nemus omne satas intendat vertice syluas.

Lucum autem iungit cum antro, vt eleg. 10. infra: *Vos precor ô luci sacro qua luditis antro.* Antra Nymphis sacra: *Ederosum antrum*, vt eleg. 1. sup. *Arenosum antrum.* & eleg. 2. sup. *Pomosa corona.* &c. Antra vero solent opacari edera, vel vite, vel frondibus arborum imminentium. Virg. ecl. 5. *Aspice vt antrum*

Syluestris raris sparsit labrusca racemis.

Item ecl. 9.

Hic candida populus antro Imminet.

MVLTAQVE *natiuis obstrepit arbor aquis.*] Id est, Aquas audiri non sinit præ strepitu foliorum. Ouid. hunc locum inuertit 6. Fast.

Et nemus arboribus densum, secretus ab omni

Voce locus, si non obstreperetur aquis.

vbi *Nemus*, vt hîc *lucus* dicitur. *arboribus densum*, vt hîc *Multa arbor*, id est frequens, densa, sic eleg. 8. lib. 2. verf. 33. *Multa arena.* & eleg. 10. infra. verf. 30. *Multa vmbra.* & *Secretus*, vt hic *Conditus*, verf. prox. præced. *Aquis natiuis*, sua sponte, & ingenio manantibus, sine arte & manu; vt eleg. 2. lib. 1. *Natiuis lapillis.*

SYLVANI *ramosa domus: quò dulcis ab æstu*

Fistula poturas ire iubebat oues.]

Domus, sedes, vbi quis habitat, vt Virg. 1. Æneid.

Nympharum domus. 8. Æneid.

Dirarum nidis domus oportuna volucrum.

Ramosa, ramis opaca & frondosa; vt eleg. 7. infra. *Ramosis aruis.* Virg. per translationem:

Ramosa corona Cerui. *Syluanus*, quilibet Deus syluarum. Vet. gloss. *Syluanus*, πᾶς θεὸς ὑλαῖος. Inde Mars Syluanus Catoni, cui in sylua rem diuinam facit. Vide Seruium in 8. Æn. ad illud:

Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos,

Aruorum, pecorisque Deo, lucumque, diemque.

vide & Lilium Gyraldum. Stat. 6. Thebaid.

Syluanusque arbiter Orci. *Quò*, ad quas aquas. *Fistula dulcis*, cuius sonus iucundus est, vt eleg. 12. lib. 1. *Nec nostra dulcis in aure sonas.* In Copa:

Est & Mænalio quæ garrit dulce sub antro

Rustica pastoris fistula in ore sonans.

Horat. oda 17. lib. 1.

Vtcunque dulci Tyndari fistula

Valles, & Vsticæ cubantis

Leuia personuere saxa.

Sic *Dulces querelæ tibia* Lucretio. *Ab æstu*, post æstum, vnde sitis pecori. Sic dicitur, à cœna. à prandio: ab exequiis. aliter eleg. sup. *Pueris ab æstu.* *Aestus*, inquit Nonius, *æstus temporis, & solis flagrantia, vel maris impetus & commotiones.* Cornel. Fronto: *Aestas est pars anni: æstus calor temporis: æstus à nimio calore nomen accipit: æstas nomen non amittit, etsi temperata est.* Seru. in illud 2. Æneid. *Propiusque æstus incendia voluunt: æstus, id est calor, vnde æstas.* Idem in 11. Æneid.

Aestus, propriè maris incerta commotio. *Iubebat*, suadebat cantu suo. eleg 3. lib. 1.

—— Correptum ardore iuberent

Hac Amor, hac Liber: &c. *Ire poturas*, pro ite potum. Virg. *Et potum pastas age Tityre.* enallage temporis, & vice verbi participium. *Poturas*, vt Stat. 12. Theb.

Sæuos potura cruores Terra rudis. vel, Ire poturas, vt Virg. 10. Æneid. *Venio moriturus.*

HVNC *Tatius fontem vallo præcingit acerno.*] Id est. Vallat vndique has *aquas natiuas*, vt antea dixit, Tatius Rex Sabinorum, de quo eleg. 1. sup. verf. 30. *Fons à fundenda aqua.* Varro. & pro aqua, vt Virg. 1. Æneid.

Fontemque ignemque ferebant. *Præcingit*, vt Ouid. *Pinuque caput præcinctus acuta.* Silius lib. 3. *Præcingere litora muro.* Claudian. de bello Get. *Fluuium præcingere castris.* vt scilicet aquatione intercludantur hostes, quæ suis tuta sit. τὸ *præ* intendit vim verbi, vt & apud Horat. sat. vlt. lib. 2. *Præcincti rectè pueri.* & alibi passim. *Vallo*, vide adnot. ad eleg. 3. sup. verf. 19. *Acerno*, ligneo ex acere, vt eleg. 2. sup.

Stipes acernus eram.

FIDAQVE *suggesta castra coronat humo.*] Id est, vndique munit, & in orbem. Virg. 6. Æn.

Omnemque aditum custode coronant.

Stat. 10. Thebaid.

Caput omne coronant Murorum. Ouid. 5. Met.

Sylua coronat aquas, cingens latus omne.

Homerus:

Νῆσον τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.

vbi in Homeri vita Plutarchus: ὁ λόγος ἔχει στέφανος πρὸς τὸν ὃς περίκειται, τὸ αὐτὸ θάλασσα πρὸς νῆσον. Quam rationem habet corona ad eum cui imponitur, eandem mare ad insulam. Inde *Corona populi* Cic. & *Corona capere oppidum* Cæsari & Liuio. *Fida castra*, vt eleg. sup. *Fida sarcina.*

Virg.9.Æneid. *Quibus hęc medij fiducia valli.* Contra; *via perfida*: infra vers. 49. Muret. & Canter. edidere: *fictaque suggesta.* &c. an *fixaque*, vt ea cooiectura idem Canter. *Humo suggesta*, subinde aggesta. Periphrasis aggeris. hic enim suggerere non est subministrare, sed sub vallum ferre exstruendo. vnde fortasse *suggestum* dixere editiorem locum, suggesta & cumulata terra. vbi *sub* valet sursum, vt subiicere, & submittere.

QVID *tum Roma fuit, tubicen vicina Curetis*
Cum quateret lento murmure saxa Iouis?]

Epiphonema. *Quid tum Roma fuit*, nihil scilicet, vel perexiguum, quæ nonc tanta. *Tubicen Curetis*, enallage numerorum, pro Tubiceo Curetum, id est Sabinorum. vel κατ' ἐξοχὴν Tatium intelligit. Sabini, Curetes dicti ab vrbe Sabinorum Curibus. Varro 4. de lingua Lat. *Collis Quirinalis, vbi Quirini fanum, qui à Curetibus, qui cum T. Tatio Curibus venerunt Romam; quod ibi habuerunt castra.* ergo *Curetes* & *Cures* dicuntur. Curitim Iunonem quoque dixêre; quod Curis sit Sabinis hasta, quam ferret Iuno. Inde dicti *Quirites.* Alij sunt Curetes, Cretæ populi. *Quateret*, pulsaret clangore & sono tubæ; nam vox corporea Lucretio & Philosophis. Horat. sat.2. lib.1. —— *vndique magno*

Pulsa domus strepitu resonet. Virg.4.Georg.
Aut vbi concaua pulsu Saxa sonant.

& 5. Æneid. *Pulsati colles clamore resultant.*
& vox est aër ictus, & echo repercussus vocis sonus. vnde Albin. ad Liuiam:

At vox aduersis collibus icta redit.

Saxa Iouis, Rupem Tarpeiam & Capitolinam, vt eleg.11. lib.3.

Fœdaque Tarpeio Conopea tendere saxo.

Vicina, propinqua enim castra erant Tarpeio monti, in colle, qui postea Quirinalis dictus à Sabinis, qui Curibus venerant, vt notom ex Varrone. *Murmure*, strepito etiam vehementiore, vt iofra hîc: *Tubicen fera murmura conde.* eleg.8. libr.1. *Murmura ponti.* Seneca Thyesta:

Iam silet murmur graue classicorum. Dicitur etiam de crepitu fulminis. Lucret. *Murmura percurrunt cœlum. Lento*, graui, tardo. Nonius in *Lentum, tardum.* grauia enim tarda sunt. Et *lentum virus* Virgilius vocat graue. An quasi à lento & languido inflata tuba? An vt Virg. dixit. 4. Georg. *Fractos sonitus imitata tubarum.*

ATQVE *vbi nunc terris dicuntur iura subactis.*] Id est: Iura redduntur à prætoribus, & ædilibus & iudicia fiunt orbe domito. vel dicuntur iura terris subactis 3. casu: id est, Iura dantur, & leges orbi victo vt eleg 11. lib.3.

Iura dare statuas inter & arma Marî, quod est Virgilio 6. Æneid. *Paci imponere morem*: victores enim victis leges ferunt. vt apud Horat.

Triumphatisque possit Roma ferox dare iura Medis.
Subactis, Domitis, vt Virg.1.Æneid.

Rutulis hyberna subactis. Subigere est & agricoltutæ. vnde ambiguè ponitur, vt apud Sueton. in Cæsare.

Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

STABANT *Romano pila Sabina foro?*] Quid

A pilum dixi ad vers.91. eleg.1. sup. *Pila stabant*, vel erant, vel recta tenebantur, vel horrebaot, vnde hasta Varroni ab astando. De foro Romano vide adnot. ad vers.6. eleg.2. supra.

MVRVS *erant montes, vbi nunc est curia septa.*] Inepta & praua lectio, quemadmodum & altera mendosa: *Murus erat fons hic.* Ex vtraque mutatione vnius literulæ legendum opinor: *Purus erat fons hic*, vt eleg.1. lib.3. *Puro de fonte sacerdos.* nam purum esse fontem oportuit, è quo ad sacra petebat aquam Tarpeia. *Curia*, vbi res humanæ curabantur, erat iuncta Basilicæ Porciæ: Ascon. in argum. Milon. vide adnot. ad vers.11.
B eleg.1. sup. *Septa*, clausa, munita parietibus & tecto: nam olim sub Dio & in prato Seoatus habebatur: eleg.1. sup.vers.14.

BELLICVS *ex illo fonte bibebat equus.*] equorum enim *duellica proles*, vt ait Lucret. Virg. 2. Georg. *Hinc bellator equus*, &c. & 3.Æneid.

Bello armantur equi.

HINC *Tarpeia Dea fontem libauit, at illi*
Vrgebat medium fictilis vrna caput.]

Ex illo, inquit, fonte aquam leuiter hausit, prius degustatam sacrorum more. Sic Virg. 4. Georg. *Et flumina libant Summa leues.*
C de libatione plura diximus ad el. 17. lib.3.

Libatum fundens in tua sacra merum.

Aquam petebat ad sacra lauanda. Lioius lib.1. *Aquam forte ea* (Tarpeia) *tum sacris extra mœnia petitum ierat.* Ouid.3. Fast. de Syluia Vestali:

Sacra lauaturas mane petebat aquas.

Fontem, aquam, vt vers.7. sup. & fontem Iuturnæ intelligit Beroaldus. *Dea*, Vestæ. *At illi*, postquam impleuit vrnam scilicet. Sic eleg. 20. lib.1. vers. 49. *Sed illi*, &c. vbi vide adnot. *Vrna fictilis.* quia pauper tum Roma, & ipsi Dij fictiles. eleg.1. sup. Sic Ouid. initio 3. Fast. de Syluia petente aquam ad sacra:

D *Ponitur è summa fictilis vrna coma.*

Fictilem vrnam vocat *testam* eleg.13. lib. 2. vers. 32. vnde vrna dicta vide eleg. 26. libr.2. vers. 50. *Vrgebat*, premebat. Ouid. el.10. lib.1. Amor.

Cum premeret summi verticis vrna comas.

Medium caput. de hoc more gestandi capite vide adnot. ad illud eleg. 9. libr. 3.

Capiti committere pondus.

ET *satis vna malæ potuit mors esse puellæ.*] τὸ *Et* seruit epiphonemati, vt eleg.17. lib.1.

Et merito, quoniam potui fugisse puellam.

Vna mors, vt apud Petrooium:

Cui non est mors vna satis. & Horat. od.27. l. 3.
Leuis vna mors Virginum culpæ. Iuuenal. sat.
E 8. de Nerone.

Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus.

Seneca io Hercule Oetæo:

Leuis vna mors, at extendi potest. Potuit esse. Fuit. *Puellæ malæ*, virgini vel improbæ, vel impiæ.

QVÆ *voluit flammas fallere Vesta tuas.*] Id est: Conata est, nec perfecit. vel voleos & libens fefellit. Ouid.2. Fast.

Addit, ait, culpæ mendacia Phœbus & audes
Fatidicum verbis fallere velle Deum.

Fallere, violare vide eleg.1. sup. vers. 81. *Flammas tuas*, vocabit infra *Palladis ignes.* & eleg.4.

lib.3. *Mars pater, & sacra fatalia lumina Vesta.* nam Vesta ignis: Ouid. 6. Fast. & Plutarch. in Numa. Ignis autem ille omnia videt, & falli nou potest.

VIDIT *arenosis Tatium perludere campis.*] Ouid.1. Fast. rem ita perstringit:

Protinus Oebaly rettulit arma Tati,
Vtque leuis custos armillis capta Sabinis
Ad summa Tatium duxerat arcis iter, &c.

Perludere. aut compositum vsurpauit pro simplici, *ludere*: aut ex vet. lib. legendum, *proludere*, aut *praeludere*, quod idem, & velitum & gladiatorum est. Lucan. ad Pisones.

Tunc etenim leuibus veluti proludit in armis
Compositusque suas exercet litibus artes,

agit de declamatione, quae est Rhetorum velut prolusio ante iustum certamen. Ouid.3. de arte amandi.

Sic vbi prolusit rudibus puer ille relictis
Spicula de pharetra promit acuta sua.

Virg.3. Georg. *Sparsa ad pugnam proludit arena.* De ea prolusione gladiatorum Cicero 2. de Orat. meminit & 1. Verrina. Proludebat ergo Tatius cum ante pugnam pugnae simulacra ciebat. Nam ludere, proludere, eludere gladiatorum est. *Campis arenosis*; per quos scilicet Tiberis stagnare consueuerat, vt velabrum significet, de quo dictum eleg.2. sup. Arenam autem multam voluit Tiberis, vnde Virgilio dicitur 8. Æneid.

Verticibus rapidis, & multa flauus arena.

PICTAQVA *per flauas arma leuare iubas.*] Id est, Tollere, ventilare, vibrare inter iubas equi arma picta, versicoloria, galeam, loricam, parmam, hastam. *Arma picta*, vt eleg 6. infra:

Armorum & radiis picta tremebat aqua.

eleg.11. infra.

Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.

Virg.8. Æneid. *Pictus conspectus in armis.* Idem 10. Æneid.

Astur equo fidens, & versicoloribus armis.

Per, pro inter, vt eleg.15. libr.3. vers.30. Ouid. eleg.17. lib. 2. Amor.

Ipsa per admissas concute lora iubas.

& eleg.3. lib.3. Trist.

Perque feros Manes hospita semper eris.

Iubae sunt equorum, leonum, draconum, galearum, & *Iubar*, iubata stella Varroni. Flauae iubae in equo pulchrae, vt in homine flauae comae. Ouid.2. Met.

Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri, &mox.
——Vtque vagi crines per colla iacebant
In dextras abiere iubas.

An comas ipsius Tatij iubas vocat, vt significet capiti dempsisse galeam? Matt. ep.88. lib.1.

Dumque decent fusa lactea colla iuba.

OBSTVPVIT *regis facie, & regalibus armis.*] Attonita fuit admiratione tam eximiae formae, vt eleg.29. lib.2.

Obstupui, non vlla mihi formosior vnquam
Visa est.

Dixit, *Vidit*, *obstupuit*, quia amor ex oculis nascitur. *Facie regis*, oris egregia dignitate, qualis regem decet. hinc vetus poëta apud Aristot.1.

A & 4. Polit. (de Priamo.) Πρῶτον μὲν ἰδεῖν ἄξιον τυραννίδος. Et Priamus apud Homer. de Agamemnone, quem tamen ignurabat, Βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικε. Plaut. Milit. sc.1. act.1. Stat propter virum fortem, & fortunatum, & forma regia. vide Ouid.6. Met. de Minoë. *Facies*, pro forma egregia eleg.15. lib.1. *Et longa faciem quaerere desidias Regalibus*, rege dignis, pictis regifice, aureis.

INTERQVA *oblitas excidit vrna manus.*] Sic eleg.7. infra. *Inter complexus excidit vmbra meos.* Fab. cap.vlt. lib.3. *Saltem respiciamus ne plausum affectantibus arma excidant.* Excidunt nobis imprudentibus, quae vel animo, vel manu tenemus, cum aliud agentes temittimus, & laxamus

B manum. Sic Caesari inter manus exciderunt libelli cum Ciceronem audiret. & Tibull. lib.4. eleg. *Sulpicia est.*

—— at tu violente (Mars) *tauto*
Ne tibi mirantt turpiter arma cadant.

Inter manus, pro e digitis & manibus, vt eleg.9. infra. *Pocula mi digitos inter cecidere remissos.* Ouid.4. Met.

Et colus, & fusus digitis cecidere remissis.

Inter manus; ergo tum capite vrnam non gestabat, vel retinere in capite sublata manu altera

C desierat. *Manus oblitas*, pro ipsius oblitae, vt eleg.1. sup. *Humeros pios.* Ouid.4. Fast.

Dum legit (papauer) *oblito fertur gustasse palato.*

SAEPE *illa immeritae causata est omina lunae.*] Sic Ouid.9. Met. *Omina saepe, Visaque causatur.* id est, culpam & causam in ea confert. Horat. ep.14. l.1. *Stultus vterque locum immeritum causatur inique.* Tibull. el.3. lib.1.

Aut ego sum causatus aues, dant omina dira.

Alias *Causari* est caussam dicere, vel defendere, cuius significationis exempla profert Nonius. Seruius in illud ecl.9.

Causando nostros in longum ducis amores.

D *Id est*; *Causas nectendo.* Causa pro excusatiuue, inde caussari. Vtitur Sueton. in Nerone cap. 49. *Omina Lunae.* Sabin. in ep. Paridis ad Oenonem:

Cum te nec Phoebi sollertior artibus vlla est,
Phoebeaque Hecates somnia vera vides.

Lege: *Omina Hecates*; vt *Omina Lunae.* Tibull. eleg. 4. libr. 3. *Noctis omina vocat*, quia nox somniorum mater; ideoque à Luna finguntur immitti.

At natum in curas hominum genus, omina noctis
Farre pio placant, & saliente sale.

Plaut. Mercat. act. 2. sc.1. *Miris modis Dij ludos faciunt hominibus: mirisque exemplis omina in somnis*

E *dannnt.* sic enim emendandum. Ibid. sc.2. eadem de re: *Nec omen mihi illud nec auspicium placet.* Auson.

Ite per obliquos coeli mala somnia mundos,
Irrequieta vagi qua diffiant nubila venti
Lunares habitare polos.

Corn. Tacit. libr. 2. *Nox eadem laetam Germanico quietem tulit, viditque se operatum, & sanguine sacro respersa praetexta, pulchriorem aliam manibus auia Augusta accepisse. Auctus omine & addicentibus auspiciis vocat concionem.* Seneca Hippolyto.

Regina nemorum, sola quae montes colis:
Et vna solis montibus coleris Dea,

A *Conuerte tristes omnium in melius minas.*
Ita enim lego. Omina de visis nocturnis. Ouid.
in epist. Deianiræ.
Me pecudum fibræ, simulacraque inania somni
Ominaque arcana nocte petita mouent.
Somnus apud Stat. 2. Theb. auriga noctis est.
Sopor obuius illi Noctis agebat equos.
& 12. Theb. Iuno Lunam sic alloquitur.
Hunc quoque qui curru madidas tibi pronus habenas
Ducit, in Aonios vigiles dimitte soporem.
vbi noctem & Lunam confudit.
Et *sibi tingendas dixit in amne comas.*] Id est,
expianda dixit illa visa. Somnia nempe procu-
B rabantur mola salsa, & ture: Tibull. & Plaut.
aut aspersione, vel ablutione. vnde el. 10. lib. 3.
Ac primum pura somnum tibi discute lympha.
Iuuenal. sat. 6.
Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Verticibus timidum caput abluet.
Sueton. in Galba: *Cumque exterritus luce prima*
somnium Tusculum excurrisset. apud Stat. 9. Theb.
Atalanta:
Ante diem gelidas ibat Ladonis ad vndas
Purgatura malum fluuio viuente soporem.
& paulo post:
Ergo vt inane nefas merso ter crine piauit.
C Petron. *Ceterum Lichas vt Tryphenæ somnium expiauit.*
Ouid. in ep. Herus.
Nec minas hesternæ confundor imagine noctis
Quamuis est sacris illa piata meis.
& 4. Fast. *Ter caput irrorat.* vide Plin. cap. 35.
lib. 18. *Tingendas*, mergendas in aquam puram,
Tiberis opinor. *Comas*, caput; quia quæ caput,
& comas mergit. *In amne*, ambiguè & de flu-
uio, & de mari, vt apud Virg. *Oceani amnes.* 4.
Georg. & Tibull. identidem.
Sæpe *tulit blandis argentea lilia Nymphis.*] Id
est, obtulit, & est dicantis, vt eleg. 3. sup.
Armaque cum tulero portæ votiua Capenæ.
D *Lilia argentea*, candidissima: Festus, *Argennon*
argentum percandidum. Virg. 8. Æneid.
Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus. Ouid. 2. Met.
Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales. & 3. Met.
Fons illimis erat nitidis argenteus vndis.
sic ἀργυρόπεζα Thetis dicitur Homero à candore
pedum. & Apollo ἀργυρότοξος. Ipse eleg. 20. lib. 1.
Surgebant lilia prato Candida. λείριον, lilium,
vt Stiria, stilla: confrages, conflages. Lilia vero
grata Nymphis. Virg. ecl. 2. *Tibi Lilia plenis*
Ecce ferunt Nymphæ calathis. Nymphis ergo
E præsidibus eius fontis offeruntur, ne patiantur
vulnerari Tatium, vt eleg. 28. lib. 2.
Munera Dianæ debita redde choro; vt à Nymphis
seruata. *Blandis*, iucundis, facilibus: Virg. Ipse
eleg. 6. infra dixit: *Blandi turis*, quod exorat,
Deos, vt hic contra: *Blandis Nymphis*, quæ fa-
cile exorantur.
Romvla *ne faciem læderet hasta Tati.*] Id
est, violaret, vulneraret formosum Tatium. vt
eleg. vlt. lib. 2.
Cur quisquam faciem dominæ iam credat amico?
huc pertinet illud Ouid. 8. Met.
Nam metuo certè ne quis tua pectora Minos

A *Vulneret imprudens: quis enim tam durus vt in te*
Dirigere immitem non inscius audeat hastam.
Ab hasta, quæ Curis Sabinorum lingua Romu-
lus Quirinus dictus. Ouid. 2. Fast.
Siue quod hasta Curis priscis est dicta Sabinis
Bellicus à telo venit in astra Deus.
Idem lib. vlt. Met. hastam Romuli ait in ar-
borem versam:
Vtque Palatinis hærentem collibus olim
Cum subito vidit frondescere Romulus hastam,
Quæ radice noua, non ferro stabat adacto.
Et iam non telum, sed lentis viminis arbor
Non exspectatas dabat admirantibus vmbras.
B *Romula*, pro Romulea vt eleg. 11. libr. 3. vers. 52.
Dvmqve *subit primo Capitolia nubila fumo.*]
Subire & *succedere* est ingredi, & sæpe sursum
ire & conscendere. nam quod Virg. 2. Æneid.
dixit: *Illa subit, mediæque minans illabitur vrbi.*
ait etiam: *Scandit fatalis machina muros*, & *ven-*
turaque desuper vrbi. Ipse eleg. 14. lib. 1.
Ostrino subire toro, id est, conscendere. Nonius;
Subire, ingredi. Virg. 7. Æneid. *Tecta Latinorum*
Ardua cernebant iuuenes, muroque subibant.
Capitolia, enallage numerorum, pro Capito-
lium. est autem prolepsis. scribit enim Diony-
sius libr. 4. Regnante Tarquinio Prisco reper-
C tum humanum caput in fundamentis iaciundis
templi Iouis, vnde nomen Capitolio. & obiter
Varro 4. de ling. Lat. vbi eum montem antea
Saturnium, deinde Tarpeium ab hac Vestali
scribit, postremo Capitolinum. Legendus Ar-
nob. libr. 6. de Capitolio, vtque à Toli cuius-
dam capite illic reperto cognominatum sit. *Nu-*
bila, obscura & fumo velut nubibus tecta. Sic
Nubilum cælum dicitur Plinio. Vetus poëta apud
Cic. 1. Tusc. *Acherontia templa Orci pallida leti ob-*
nubila, obsita tenebris loca. Primo fumo, cum pri-
mum ignis accenditur, vel ad rem diuinam vel
ad coquendum prandium. Sic Horat. oda 18.
D lib. 3. *Vetus ara multo fumat odore.*
& oda 11. lib. 4. *Sordidum flammæ trepidant rotantes*
Vertice fumum. Virg. ecl. 1.
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Varro epistolarum Latin. libr. 1. apud Nonium
in *Hilaresco*: *In votum* (leg. *aduentum*) *amicorum*
domus fumat, hilaresco. Seneca ep. 65. *Interuene-*
rant quidam amici, propter quos maior fumus fieret, non
hic qui erumpere ex lautorum culinis, & terrere vigiles
solet, sed hic modicus, qui hospites venisse significet.
Virg. 3. Æneid. *Terra*
Visa aperire procul montes, & voluere fumum.
Fumus autem dictus à fumo: Festus in *fumum.*
E Alias legitur, *Primis flamis.* an significat prima
face noctis?
Retvlit *hirsutis brachia secta rubis.*] Re-
diit cum brachiis sectis, & laceris. *Retulit*, vt
Tibull. eleg. 1. lib. 1.
Illo non iuuenis poterit de funere quisquam
Lumina non virgo sicca referre domum.
Virg. ecl. 4.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ Vbera.
Secta rubis, notata asperis & hamatis sentibus.
Ouid. 1. Met. —— *Indignæue lædi*
Crura notent sentes, & sim tibi causa doloris.
quod Varro *descobinatis cruribus* apud Nonium
in

in *deſcobinatus.* Columella de cultu horturum.
Nec manibus mites ferulas,nec curribus aqua
Terga rubi. vulgo *aquè.* Tibull. lib. 4. eleg.
Parce meo.
Quidue iuuat furtim latebras intrare ferarum?
Candidaque hamatis crura notare rubis?

De rubu ſpinis aduncis Plin. cap.37. lib. 16. *Rubus, βάτος; Ronce. Rubus Idæus; framboiſier. Hirſutus,* aſperis, vt eleg. 1. libr. 1. *Hirſuta fera.* Dumoſa autem illa tum fuiſſe loca, Virg. innuit 8. Æneid. *Ad Capitolia ducit*
Aurea nunc, olim ſyluestribus horrida dumis.
Ibid. *Galli per dumos aderant.*

Et *ſua Tarpeia reſidens ita fleuit ab arce.*] quia ſcilicet in luctu ſedebant, vt eleg. 3. ſup. not. ad verſ. 41. *Reſidens,* pro ſedens, vt *Retinere,* pro tenere; *Renũciare,* pro nunciare. Inde *reſes,* ignauus, quia ſępius ſedet: Feſtus. vel Reſidens, quia feſſa, vt Virg. 8. Æneid. *Ter feſſus valle reſedit.* & 2. Æneid. *Seu laſſa reſedit. Fleuit ab arce,* queſta eſt è ſuperiore loco vulnera &c. vt eleg. 11. infra.

Colloquiumque ſua fretus ab vrbe dedit. *Tarpeia,* κατ' πρόληψιν, vt ſup. *Capitolia.* nam poſtea ipſa nomen loco impoſuit illic ſepulta. Feſtus in *Tarpeia.* & in *Saxum Tarpeium.* Varro 4. de ling. Lat. Plutarch. in Rumulo. Liuius lib. 1. Dionyſ. lib. 2. Seruius in illud 8. Æneid.
In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis.

Vulnera, *vicino non patienda Ioui.*] Vulnera fleuit, non quæ rubi, ſed quæ ſagittæ amoris fecerant; vt eleg. 22. lib. 2.
Interea noſtri quærunt ſibi vulnus ocelli.
Non patienda Ioui, quæ Iuppiter non perferret, quia facile cedit, & vincitur amoris telis. Pati enim vulnera dicuntur fortes, vt notat. ad illud *Et patitur duro vulnera pancratio.* an hoc ait, non perpeſſurum Iouem illa ſic abire, ſed vindicaturum inceſtos amores. vt infra.
Omnia præbebant ſomnos, ſed Iuppiter vnus
Decreuit pœnis inuigilare tuis.
Ouid. 2. Faſt. de Ioue amante Iuturnam:
Multa tulit tanto non patienda Deo.
Vicino Ioui, cuius ædes iuncta ædibus Tarpeiæ, vt ſup. *Vicina ſaxa Iouis.*

Ignes *caſtrorum, & Tatiæ prætoria turmæ.*] Ignes affatur, vt Virg. 2. Æn. *Vos æterni ignes.* *Ignes caſtrorum,* quos vigiles & excubitores in caſtris accendere ſolent. Virg. 9. Æneid.
Interea vigilum excubiis obſidere portas
Cura datur Meſſapo, & mœnia cingere flammis.
Horat. oda 10. lib. 1.
Theſſaloſque ignes, & iniqua Troiæ caſtra fefellit.
Inde ſtratagemata ignium in caſtris etiam vacuis accendendorum ad fallendos hoſtes, Liuij lib. 22. 31. 36. vide Homer. ſub finem 8. Iliad. *Prætoria* quæ, & vnde diximus ad el. 1. ſup. verſ. 29. *Turmæ Tatiæ,* pro, Tatienſis, vt eleg. 10. inf.
Sic ſanctum Tatiæ compoſuere Cures. & ſup. hîc. *Romula haſta.* Turmæ, manus equitum. Varro 4. de ling. Lat. *Turma quaſi terma, e in u abiit, quia ter deni equites ex tribus tribubus Tatienſium, Rhamnium, & Lucerum fiebant.* Curatius apud Feſtum in *Turmam,* idem ait, quod Varro. Seru. in 9. Æn.
Turmæ ſunt equitum, cohortes peditum. Iſidor. lib. 9. *Turma triginta equites; deni de ſingulis tribubus.*

A Et *formoſa oculis arma Sabina meis.*] Id eſt, pulchra mihi ſpectanti, eleg penult. lib. 3.
Olim oculis nimium facta ſuperba meis. Tibull.
Tu mihi ſola places, nec iam te præter in vrbe
Formoſa eſt oculis vlla puella meis.
Formoſa etiam inanimata vocantur, vt eleg. 2. lib. 1. *Humus formoſa.* Plaut. Amphitr. act. 1. ſc. 1. *Legiones nimis pulcris armis præditas.*

O vtinam *ad veſtros ſedeam captiua penates.*] vt mœſti ac lugentes ſedebant, ſic & ſupplices vt probat è Græcis Coluius in Apuleium. p. 161. & 162. Tibull. lib. 4.
B *Sed Veneris ſancta conſidam vinctus ad aras*
Hæc notat iniuſtos, ſupplicibuſque fauet.
Virg. 2. Æneid. *Atque aris inuiſa ſedebat.* & in Moſtell. Plauti act. 5. ſc. 1. *Tranio ſeruus ſedet ad aram metu Domini.* Plutarch. in Coriolano. *Ad focum ipſum Tulli penetrat, & tacitus ſedet Coriolanus.* Ipſe eleg. 5. infra. *Supplex ille ſedet.* Stat. 12. Thebaid. Obſeſſas aras ait à ſupplicibus, & Euripid. in ſup. Sedebant & Captiui, vt Ouid. 6. Faſt.
Iuſſa foco captiua ſedet. vide adnot. ad eleg. 4. libr. 3. verſ. 18. & eleg. 5. libr. 3. verſ. 16. vbi ſedent. cum aſtricti ſcilicet ad currum triumphantis alias Captiui ſtantes vænibant vt patet
C ex initio prologi captiuorum Plauti. *Ad veſtros penates,* iuxta focum, vt Cic. in Catone: *Curio ad focum ſedenti.* ſic & *vernæ ad focum* apud Horat. & Martial.

Dvm *captiua mei conſpicer eſſe Tati.*] Dummodo ſerua bello facta videar ab iis, quæ meæ illi fortunæ fortaſſe inuidebunt. Scaliger *ἀνακόλουθον* ait eſſe, pro dum me conſpicer eſſe captiuam. &c. fallitur, nam *Conſpicer* παθητικῶς, pro, conſpiciar. Salluſt. apud Donat. in Eunuch. *Cum interea Metellus monte digrediens cum exercitu conſpicatur.* &c. Ibidem Donat. *Commune verbum eſt conſpicor.* Varro 6. de ling. Lat. *Contemplare &*
D *conſpicare idem eſſe apparet.* *Mei.* vide adnot. ad verſ. 1. & 2. eleg. 3. ſup.

Romani *montes, & montibus addita Roma.*] Septem colles alloquitur, quamuis nondum incluſos mœnibus, de quibus eleg. 11. lib. 3.
Septem vrbs alta iugis, toto quæ præſidet orbi.
Montibus addita Roma, Septem iugis impoſita. ſic locutus Virg. 3. Æneid.
Iliacamque iugis hanc addidit vrbem.

Et *valeat probro Veſta pudenda meo.*] his verbis ſe relicturam Veſtæ ſacra ſignificat. ſic eleg. 21. lib. 3. *Romanæ turres, & vos valeatis amici.*
Pudenda, cui meum ſtuprum pudorem incu-
E tiet & ruborem. quæ labe mea erubeſcet, vt inquit eleg. vlt. infra.
Labe mea noſtros erubuiſſe focos.
Retulit ad perſonam, vt Plaut. Caſina. act. 5. ſc. 2. *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo.* Horat. oda 4. lib. 2. *Matre pudenda.* Ouid. 1. de arte am.
Hæc minus eſt vna fraude pudenda fides.
& 6. Faſt. *Phœbi tamen eſſe ſororem*
Credebant, nec erat Phœbe pudenda tibi.
Virg. 11. Æneid.
At non Euãdre pudẽdis Vulneribus pulſum aſpicies.
Probro; Rectè, nam probrum virginis veſtalis apud Feſtum, de inceptu. Idem Feſtus; *Probrum ſtuprum, flagitium.* dictum puto quaſi proebrum.

vt decedeotes vale dicebant Diis, ita contra aduentantes Deos salutabant. Plaut. Bacchid. act. 2. sc.1. *Saluto te vicine Apollo.*

Ille *equus ille meos in castra reponet amores.*] Ille equus coius flauæ iubæ relatum sistet, & statuet incolumen eum, quem amo. & *Reponet*, pro collocabit vt ad quierem post labores belli, vt el.17.l.1. *An poteris siccis mea fata reponere ocellis.* *In castra*, ἀρχαϊκῶς, pro in castris, vt notatum ad eleg.9. lib.3. vers. vlt. Sed vet. lib. *Reportet*, id est, vtinam referat. nam portat & reportat equus. Virg. *Quem* Thracius albis Portat equis. *Meos amores*, meum amantem, vt eleg.28. lib.2.

Vna ratis fati nostros portabit amores.

aliter eleg.16. lib.1. *Meos admittis amores.*
id est, me amãtem. & fortasse seipsam significat.

Cvi *Tatius dextras collocat ipse iubas.*] Manu sua, siue aurigarum opera iubas ita compooit, vt in armum deatrum recumbant. Sic virgo Apuleiana lib.6. *Tuam*, inquit, *iubam probè pectinatã meis virginalibus monilibus adornabo.* Laus ducis, qui suum ipse curaret equum, non vt eques ille Romanus, cui eques strigosus, obesus veorer apud Gell. cap.vlt. libr.4. sic Ateas Scytharum Rea cum ipse suum curaret equum è legatis Philippi Regis Macedonum quæsiuit; Nom idẽ faceret Philippus. Plutarch. in Apophthegm. *Collocare suo loco*, est aptè ponere, vt Ouid. diait *In ordine ponere crines.* Inde *collocatio* Rhetorum, & pronubarum. Alij libri *dextra*: sed melius *dextras*, vt rectè sensit Turneb. cap.1. lib.8. qui & adfert versum Virg.3. Georg.

Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.

adde & Ouid.2 Met.

Vtque vagi crines per colla iacebant.

In dextras abiere iubas. Varro cap.7. lib.1. de re rust. de pullo equioo generosæ indolis: *Non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem ceruicis.*

Qvid *mirum in patrios Scyllam sæuisse capillos?*] Nihil noui est impietatem & crudelitatem eaercuisse Scyllam in tondeoda coma purpurea patris Nisi. Dicitur Sæoire in aliquo, & in aliquem. Hanc fabulam commemorauit eleg.19. lib.3. *Tuque ô Minoa venundata Scylla figura.* *Quid mirum*, vt Horat. oda 13. lib.2. *Quid mirum?* Ipse el.8. l.2. *Mirum si de me iure triumphat Amor.* Et *Mirum* sæpius per itoniam. Donat. in Eunuch. *Capillos*, *comam purpuream* vocat eleg.19. lib.3. Virg.1. Georg. *Purpureos capillos.* Ouid. de hac re 8. Met. *Cui splendidus ostro*

Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.

Candidaqve *in sæuos inguina versa canes?*] Permiscet duas fabulas Scyllæ Nisi, & Scyllæ Phorci; vt etiam Virg. ecl.6.

Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est
Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

Ouid.4. Fast. *Et vos Nisæi naufraga monstra canes.*
& eleg.11. lib.3. Amor.

Per nos Scylla patri canos furata capillos
Pube premit rabidos, inguinibusque canes.

Idem 14. Met. totam fabulam narrat. Catull.
Aut Scylla latrans infima inguinum parte. Lucret. lib.3. *Aut rabidis canibus succinctas semimarinis*

A *Corporibus Scyllas.* sic leg. Non, *Rapidis.* *Inguina candida*, vt Virg. loco antecitato. *Inguen*, βουβών, quia ea pars bubooibus, & tumoribus obnoaia, *L'aine*: sæpe pro ipsis podendis ponitur, & el.11. infr. pro femore vers.45. *Sæuos canes*, quia & ipsa sæuierat in patrem. sic eleg.16. lib.3. *Sæua canum rabies.* An *scæuos*, quia dixit sæuire, & *scæua*, canina dicuntur?

Prodita *quid mirum fraterni cornua monstri.*] Id est, Monsttum cornutum, Minoiaurum scilicet. sic eleg.3. lib.1. *Ignotis cornibus Inachidos.* Sabinus in ep. Demophoontis:

Quid socerum Minoa graui tibi fecit ab hoste,
B *Mirantem monstri cornua victa sui.*

De Pasiphaë, Minotauro, & Ariadna dictum ad eleg.32. vers.57. *Prodita*, tradita Theseo hosti à Sorore Ariadna. Donat. in Adelph. *Socius deficit: parens prodit: Patronus deserit.* & ita proditur patria. vt parens. Infra:

Dos tibi non humilis prodita Roma venit.

vnde infame proditoris nomen.

Cvm *patuit lecto stamine torta via.*] Apertus reditus Theseo è fleauosa via labirynthi. vide not. ad illud Catull.

Ne labiryntheis è flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.

C *Torta via*, vt eleg.7. lib.3. *Torta vertigine.* Ipse eleg.14. lib.2. *Dædaleum iter* vocat. *Lecto stamine*, filo collecto, & conuoluto in reditu, & regressu. Ingrediens enim Theseus eaplicabat filum, regrediena colligebat & conuoluebat. Ouid.3. Fast.

Iam bene periuro mutarat coninge Bacchum
Quæ dedit ingrato fila legenda viro.

Linum vocat eleg.14. lib.2. vers.8. Virg.10. Æn.

Extremaque Lauso Parcæ fila legunt.

vbi Seruius: *transeunt, vel colligunt.* ego. Nere desinunt, & quod fecerunt, conuoluunt.

Qvantvm *ego sum Ausoniis crimen factura*
D *puellis.*] Quantum dedecus allatura. *Facere crimen* vt *facere iniuriam, bellum alicui: facere damnum & flagitium* Plaut. Pseud. sc.5. act.1. Cic. pro Flacco: *Qui igitur probari potest in pecunia non referenda crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum si referret.* *Crimen* pro dedecore & infamia, id qood præcedit, pro eo quod sequitor: eleg.11. lib.1.

Ah pereant Baiæ crimen amoris aquæ. Quantum crimen, quia alia crimina Amoris patua sunt vt eleg.32. lib.2. *Non me crimina parua mouent.* Alter. *Hoc si crimen erit, crimen amoris erit.* *Ausoniis puellis*, Romanis innuptis præcipuè, vt eleg.3. sup. vers.47. Sic *Ausoniis Dryasin* eleg.20. lib.1.

E Improba *virginea lecta ministra foco.*] Camilla & sacerdos capta ad ignem seruandum. Sic Festus in *Sex Vestæ*; Vestalem, *ministram sacrorum* vocat. Ooid.6. Fast. de Vestalibus.

Attonitæ flebant demisso crine ministræ.

Gell. cap.12. lib.1. proprie *Capi Vestalem* ait, ab eodem tamen etiam legi dicitur. vbi plura de rito capieodarum Vestaliũ. *Improba, Mala* dicitur sup. vers.17. sic el.6. l.3. *Improba non vicit me.* &c. *Foco virgineo*, quia & Vesta virgo erat, & eius ministræ Vestales. Ouid.6. Fast.

Nec mirum virgo si virgine læta ministra.

& paulo post,

Nec tu aliud Vestam quam viuam intellige flāmam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.
& 4. Fast. *Quaeque colunt sanctos virginitate focos.* Cur Vesta virgo tradit Plutarch. in Numa, & Dionys. lib. 2. *Focus*, à fouendo, & calefaciendo: Festus. Ouid. 6. Fast.
At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus. vbi loquitur de Vesta, cuius vis ad aras & focos pertinet, vt ait M. Tull. 2. de Nat. Deor. Idem 2. de legibus. *Fori publici sempiternum ignem in vrbe Vestales virgines custodiunto.* Ibidem: *Vesta focum vrbis complexa est.*

PALLADIS *extinctos siquis mirabitur ignes.*] Id est, obstupefiet ob portentum, quia mira sunt portenta & monstra. Ridiculè Lips. cap. 8. lib. 2. Var. legit *Palladas extinctos.* &c. nescit eandem esse Mineruam, siue Pallada & Vestam, ignem scilicet. *Res vna est*, inquit D. Augustin. *Dy plures; vt aliquando contra; Deus vnus, res plures.* Iuuenal. sat. 3. *Procedat vel Numa, vel qui*
Seruauit trepidam flagranti ex ade Mineruam. Metellum intelligit, qui Palladium abripuit. Papin. in extremo 2. Theb. (*Tibi ô Pallas,*)
Peruigilemque focis ignem longaua Sacerdos
Nutriet. vbi Interpres; L. Metello pontifice ardente templo Vestæ raptum ex incendio Palladium, scribit, & eum cæcatum esse. Herodian. in Commodo, fulmine percusso, & cremato pacis templo ædem Vestæ scribit eodem incendio conflagrasse, ac tum omnium oculis conspectum signum Palladis, quod ante id tempus nunquam cōspectum fuerat. Renouabatur ignis ille quotannis mense Martio. Ouid. 3. Fast.
Adde quod arcana fieri nouus ignis in ade
Dicitur, & vires flamma refecta capit.
Plutarch. in Numa bello Mithridatico, & iterum bello ciuili exstinctum fuisse ignem Vestæ scribit; vbi docet quomodo instaurati consueuerat. Idem in Camillo ait existimari præter ignem dici à Vestalibus asseruari Palladium. Liuius lib. 28. *Plus omnibus prodigiis terruit animos hominum ignis in ade Vesta exstinctus, ob quam caussam casa flagro est Vestalis, cuius custodia noctis eius fuerat, iussu P. Licinij pontificis.* Leg. Festus in *Ignis.* Ouid. eleg. 1. lib. 3. Trist.
Hic locus est Vesta qui Pallada seruat & ignem.
Lucan. lib. 9. *Et quorum lucet in aris*
Ignis adhuc Phrygius, nullique aspecta virorum
Pallas in abstruso pignus memorabile templo.
Erat Palladium cœlo delapsum cum fato imperij & translatum Romam, vbi in æde Vestæ seruabatur, vt est apud Ouid. 6. Fast.

IGNOSCAT: *lacrymis spargitur ara meis.*] Det veniam, in aram lacrymas fundo, quibus ignis exstinctus est. Stat. 12. Theb. de ara Supplicum Athenis. *Non turea flamma nec altus*
Accipitur sanguis: lacrymis altaria sumant. vide not. ad vers. 23. lib. 1.

CRAS (*vt rumor ait*) *tota pugnabitur vrbe.*] Nam in foro erant arma Sabina: sup. vers. 12. *Tota vrbe*, vt eleg. 5. lib. 2.
Hoc verum est tota te ferri Cynthia Roma.
sic Virg. ecl. 1. ——— *vndique totis*
Vsque adeo turbatur agris. Vt *rumor ait*, vt fama est. Tibull. lib. 4. in fine.

Rumor ait crebro nostram peccare puellam.
Coruel. Fronto: *Rumor tumultuatur: fama indicat.* Fab. decl. 252. *Rumor est vniuersi populi consensus certus.*

TV *cape spinosi rorida terga iugi.*] Id est, delige & occupa, vt *Capere locum castris.* Virg. 2. Georg.
Ante locum capies oculis. & 1. Æneid.
——— *Nunc terras ordine longo*
Aut capere, aut captas iam despectare videntur. Indicat igitur illi rurum locum, vt editiorem & opportuniorem insidiis propter vepres. Sed alij libri, *Tu caue.* cui lectioni conueniunt, quæ sequuntur. *Lubrica tota via est, & perfida.* Nec mouet posterior syllaba verbi caue. nam sæpe corripitur, vt eleg. 7. lib. 1. vers. 25. *Terga iugi*, summa & porrecta longa instar tergi quadrupedum. Sic Homer. 3. Odyss. & alibi. [Greek] Virg. 3. Georg.
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes.
& 1. Georg. *Vt qui profrisso qua suscitat aquore terga.* Ouid. eleg. 3. lib. 1. de Ponto.
Dura meant celeri terga per amnis equo.
Eadem figura Virgil. 3. Georg. dixit *Dorsum nemoris* & *Dorsum maris* 1. Æneid. & Columella Lumbos & humeros viribus tribuit, & vngues cap. 24. lib. 4. & Propert. eleg. 21. libr. 3. *Brachia via* dixit. *Rorida*, rore manantia, vt eleg. 20. lib. 1. *Rorida poma. Iugi spinosi*, spinis & vepribus asperi. vide adnot. ad illud *Hirsutis rubis* sup. vers. 28.

LVBRICA *tota via est, & perfida; quippe tacentes*
Fallaci celat limite semper aquas.]
Lubrica quasi labrica à labendo. Varro 5. de ling. Lat. *Libere à labendo dictum, quia, vt lubrica mens prolabitur, vt dicebant olim.* Idem 4. de ling. Lat. *Ab aqua lapsu lubrico lympha.* Idem 8. de ling. Lat. *Is locus maximè lubricus est.* Isidor. cap. 8. lib. 14. *Lubricum dici constat locum ab eo quod ibi quis labitur: & lubricum dicitur non quod labitur, sed in quo labitur.* Seru. in illud Virg.
Lubrica conuoluit sublato pectore terga.
Lubricum dicitur, & quod labitur, dum tenetur, vt piscis: & in quo labimur, vt (8. Æneid.)
Et sese opposuit Salio per lubrica surgens.
Idem in 3. Æn. *Cum lubricus anguis. Labilis, alias locus, vt per lubrica Surgens.* Idem in 11. Æneid.
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:
Fallax, mobilis. sic Plaut. de Versipelle. *Quid eum manifesto teneturi anguilla est, elabitur.* Lubricus etiam fluuius dicitur, qui labitur. Ouid. 4. Fast.
Est locus in Tyberim, quà lubricus influit Anio.
Dicitur & lubricus metaphoricos, qui allicit in præceps, vt Horat.
Et vultus nimium lubricus aspici. Martial. lib. 9. ep. 57. *Dum puer es redeas, dum vultus lubricus,* nisi pro, nitidus & læuis ponatur, translatione à lubrica glacie. Idem Martial.
Nec risus compede lubricum decenni.
id est, læne ex attritu. *Via perfida*, cui male creditur. vt eleg. 7. lib. 3. *Fallit portus & ipse fidem.* & *Perfida sanna* eleg. 16. libr. 1. vers. 43. Contra *Fida castra*: sup. *Quippe*, pro namque, vt el. 1. sup.
Quippe Lupercus equi dum saucia protegit ora.
Celat, tegit & occultat, spinis & dumis scilicet. *Semper-aquas*, vno verbo; id est, aquas perennes.

vt *Semper-lentas, semper-Deus, semper-amans, semper-amittsa, semper-furor, semper-opus.* De iis aquis Ouid. 1. Fast. post descriptionem cliui Capitolini in eadem Tatij historia.

Oraque qua pollent ope sum, fontana reclusi,
Sumque repentinas eiaculatus aquas.
Ante tamen madidis subieci sulphura venis
Clauderet vt Tatio feruidus humor iter.

Ianus loquitur. *Tacentes*, sine murmure labentes. Participium pro nomine, vt eleg. 2. sup. *Properantis falce.* Sic Horat. oda 31. lib. 1.

Taciturnus amnis. Virg. *Aequora tuta silent.* Contra Horat. oda 13. libr. 3. *Loquaces lymphæ.* & Ouid. 2. Fast. *Garrulus riuus. Limite*, cursu obliquo. & Limes de aquis, vt apud Plaut. Pœnulo act. 3. sc. 3. *Nunc vos mihi amnes estis: vos certum est sequi. Si bene dicetis vostra ripa vos sequar. Si male dicetis vostro gradiar limite.* & ipse eleg. 10. infra: *Aura secreti limitis vna fluit.* (lymphæ.) vbi limitem viæ subiicit, vt speciem generi. Ita Virg. 2. Georg. *Secto via limite quadret.* Mart. ep. 91. lib. 11.

Carmina nulla probas molli quæ limite currunt,
Sed quæ per salebras, altaque saxa cadunt.

Festus: *Limites in agris, nunc termini nunc viæ transuersæ.* Isidor. cap. 14. lib. 15. *Limes à limo; id est, transuerso, vnde limen & limus, genus cinguli. Fallaci*, insidioso & lactenti. sic *Fallax vnda Mæandria* eleg. vlt. lib. 2.

O VTINAM *magicæ nossem cantamina Musæ.*] Didicissem, tenerem, scirem incantamenta. & est *διὰ τῶ αὐλῶ*. Nam Musa quid aliud, quam cantamen, siue carmen. Sic tamen & Ouid. initio in Ibin: *Omne fuit Musæ carmen inane meæ. Cantamen*, pro incantamen, vt eleg. prox. seq. *Cantata Luna. Magicum carmen* dixit eleg. 28. lib. 2. *Mania Marsa* dicitur ab Ouid. 6. Fast. & Horat. epod. Quæ autem est Musa magica, an Vrania?

HÆC *quoque formoso lingua tulisset opem.*] Non solum, inquit, Medea Iasoni dimicaturo diceretur opem tulisse; nam & ego ferrem tibi formoso auxilium, vt illa tulit formoso Iasoni, si magicarum artium, & incantamentorum perita essem. τὸ *Quoque*, innuit alios idem fecisse. eleg. 30. lib. 2. *Hic quoque non cessit quid sit amare chorus. Lingua*, Donat. in illud Hecyr. act. 5. sc. 1. *Facilem beneuolumque lingua tua iam tibi me reddidit:* consuetudine magis, quam ratione dicit, Tua lingua, pro homine ipso. ipse eleg. 16. lib. 1.

Te non vlla meæ læsit petulantia linguæ.

Tulisset opem. Inde *opitulari. Auxilia magica* vocat el. 8. l. 1. Tibull. & *carmen auxiliare* Ouid. 7. Met.

Neue parum valeant à se data gramina, carmen
Auxiliare canit, secretasque aduocat artes.

TE *toga picta decet, non quem sine matris honore*
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.]

Sic Horat. ep. 18. l. 1. *Arcta decet sanũ comitẽ toga.* Fab. lib. 11. docet quomodo toga deceat oratorem. *Toga picta* cum palmata confunditur ab Isidoro cap. 29. libr. 19. At Liuius lib. 30. & 31. distinguit, vbi togam pictam & purpuream eandem esse ostendit. lib. 30. *Masinissa toga picta, & palmata tunica donatus.* & lib. 31. *Masinissæ dona missa, vasa aurea, toga purpurea, & palmata tunica.*

A Picta, siue purpurea ὁλοπόρφυρος. Festus in *Picta: Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata est, eaque erat sine pictura.* Nonius in *Phrygia. Phrygia vestis est picta, eiusque artifices Phrygiones appellantur.* Virg. 9. Æneid. *Pictus acu chlamydem.* Idem ibidem: *Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis.* 3. Æneid. *Fert picturatas auri subtemine vestes.* 7. Æn. *Nec purpura regem Picta mouet.* & 11. Æn.

Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.

Plin. cap. 48. lib. 8. *Trabeis vsos accipio reges: pictas vestes, iam apud Homerum fuisse, vnde triumphales natæ. acu facere id Phryges inuenere, vnde Phrygiones appellantur. Aurum intexere in eadem Asia Attalus:*
B *vnde nomen attalicis.* Auson. in Panegyrico: *Toga picta, & palmata tunica, vt in pace Consulis, ita in victoria triumphantis.*

Ouid. 6. Fast.

Vidimus ornatos ærata per atria picta
Veste triumphales occubuisse senes.

Non quem. supple: eum non decet, quem &c. *Sine matris honore*, Cum dedecore & probro Iliæ. Spurium significat Romulum, vt Iuuenal. sat. 8. sub finem:

Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum
Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.

C nempe, spurius vel latro. Ouid. 1. Met.

Quoque magis doleas genitrix ait. &c.

Auson. in eum, qui genus ad Romulum & Remum referebat.

Credo quod illis nec pater certus fuit,
Et mater est verè lupa.

Duplex dedecus Iliæ, & quod vitio peperit, & quod exposuit. *Nutrit.* enallage temporis, vt eleg. 13. lib. 3. vers. 58. *Nutrit dura*, vt el. 6. lib. 2

Nutritus duro Romule lacte lupæ.

Inhumanę, sæuæ. Donat. in Eunuch. *Inhumanum, immite.* Alij libri. *Nutriit humanę.* nam humana & misericors lupa, quæ abiectos sustulit ac educauit, & simul hominem fuisse lupam
D illam significat, id est Accam faustuli coniugem meretriculam. Plutarch. in Romulo. sic Plaut. Pœn. sc. 5. & 6. act. 5. Leno, & licus, & homo & lupus. λυκάνθρωπος.

SIC, *hospes, patiare tua regina sub aula.*] Scaliger ait in libro suo legi, *Sic hospes, pariamne tua Regina sub aula*; vtrum apud te futura sim, hospes an regina, an concubina an materfamilias. hæc ille. An legendum,

Dic, hospes, pariamne tua regina sub aula.

vel *Sic*, ea condicione quæ sequitur de dote, vt eleg. 13. lib. 2. *Iussit & Ascræum sic habitare nemus.* non vt el. 16. lib. 3. *Scirronis media sic licet ire via.*
E Si, *patiare*, retinemus, *hospes*, erit vocandi casus, & subaudietur, sim. Sed, *Pariamne*, placet, id est, Pulchra faciam te prole parentem. & *hospes*, genere feminino Charis. lib. 1. *Hospes quamuis communis generis, dicitur etiam hospita.* Alij libri. *Si sim hospes* &c. Aperta lectio: Si, hospes, patiare (vt) sim regina sub aula tua, venit tibi dos &c. *Sub aula*, in aula, vt eleg. 9. lib. 3.

Tuta sub exiguo flumine nostra mora.

Aula, vel regia; vel atrium, vbi lectus genialis locabatur. Horat. *Lectus genialis in aula est.* Isidor. cap. 5. lib. 15. *Aula domus est regia, siue speciosum habitaculum, porticibusque quatuor conclusum.*

Ver. gloss. *αὐλὴ*, *atrium*. Athen. libr. 5. docet priorem domus partem perstabilem ita vocari.

Dos *tibi non humilis prodita Roma venit.*] *Dos* est quod ab vxore, vel alio eius nomine, marito, pro sustinendis oneribus matrimonij datur, remittiturue. *Non humilis*, sat magna, vt eleg. 7. libr. 1. *Non humilem poëtam. Venit*, ad te adfertur. vt *ferre* & *adferre dotem marito* dicitur vxor Plauti Aulul. An *venit* pro est? An *Venit dos*, vt venire & obuenire dicitur hæreditas. An vt Plaut. Pœnulo: *Et ad me lucrum?* & Varro. 4. de ling. Lat. *Ab eo preco dicitur locare, quod vsque idem it, quoad in aliquo consistit pretium* sed verius est alludere ad dotem profectitiam & aduentitiam. Vlpian. in Instit. Tit. 6. Dos aut profectitia dicitur, id est quam pater mulieris dedit: aut aduentitia, id est, ea quæ à quouis alio data est l. 5. §. Si pater. D. de iure dotium. hic ergo dos aduentitia.

Sin *minus, at rapta ne sint impune Sabinæ.*] legitur &: *Si minus*, sic Cicer. 13. ad Atticum: *epistolam Cæsaris mihi, si minus legisses. Sin minus*, supple, facere id voles. Sic Cic. Orat. in Catil. *Educ tecum omnes tuos; sin minus, quam plurimos. At*, pro saltem. Cic. 7. Verrina: *Si minus necari, at custodiri oportebat. Raptæ ne sint impune Sabinæ*, ne inultum maneat Romuli facinus, qui vestias virgines rapuit ludis circensibus; qua de re eleg. 6. lib. 2.

Tu rapere intactas docuisti impune Sabinas.

Me *rape, & alterna lege rependę vices.*] *Rependę*, refer, redde. ductum ab iis, quæ eodem, vel maiore pondere redduntur. eleg. vlt. infra.

Dum pretium vitæ grata rependit humus.

Virg. 2. Æneid.

Si parua feram, si magna rependam.

Horat. od. 5. lib. 3. *Auro repensus miles.*

Pendere ductum ab ære graui, vnde *Pendere pœnas*: Festus. *Vices*, talionem, par pari. Vices, pro pœnis, quæ contra & vicissim exiguntur. Ipse el. 13. lib. 1. *Multarum miseras exiget illa vices.*

Alterna lege, vel conditione, vel potius iure, naturali scilicet, vt sit species pro genere quasi sitemple lege. vnde *Talio* in 12. Tab. Cic. Topic. *Natura duas habet partes, tuitionem sui, & vlciscendi ius. non scripta sed nata lex vim vi repellere.*

Commissas *acies ego possum soluere. Nuptæ, Vos medium palla fœdus inite mea.*]

Sic el. 10 lib. 1. *Possum ego diuisos iterum coniungere. Soluere*, dirimere, vt eleg. 4. lib. 1. *Soluere amores.* aliud est 5. Æneid.

Atque agmina terni Diductis soluere choris.

id est explicuere. *Commissas acies*, quæ iam conseruerint manus, & pugnare cœperint. Virg. 5. Æneid.

Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Initiatos, inquit Nonius, vt Varro, *Cœnam committere* dixit. Et proprie committere est insimul mittere: Festus. Sueton. in Caligula. *Committere aliquos inter se.* & in Aug. cap. 44. *Committere pugiles Latinos cum Græcis.* hinc *Commissiones* ludorum & gladiatorum. *Acies.* vide not. ad vers. 53. eleg. 2. sup. *Nuptæ*, iam virum expertæ Sabinæ. & vaticinatur; nam id nuptæ post fecerunt. *Inite fœdus medium*, componite fedus, in-

A ter viros & cognatos. Inire fedus, in fedus ire, vt eleg. 9. infr. *Ad federa veni.* Virg. 4. Æneid.

Aut hac in federa veni. & 12. Æneid.

Paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes æterna in federa mittant.

Arnobius: *Condicionibus quæsitis venire ad federa ingalia.* Inire fedus, vt, *Inire gratiam* Plauto & Terentio. *Inita amicitia*, Liuio lib. 34. *Inire societatem* Suetonio in Aug. cap. 13. & in Tiberio cap. 2. & *Initum beneficium* Terentio. *Inire somnum* Virgilio. *Fœdus*, quia hostia fœda, vel quia fides interponeretur in paciscendo: Festus. Seruius

B in 1. Æneid. *Fœdus vel à fecialibus, per quos fiunt fędera, vel à porca fœdè, id est, lapidibus cæsa.* Sed verius est fedus à fide dictum, cum & *fidus* vocatum sit ab Ennio, vt Varro scribit 4. de ling. Lat. *Medium*, interiectum pugnæ, & interpositum, vel per hypallagen, ipsæ mecum mediæ cum palla, vel ipsa palla media. Ipse eleg. 9. lib. 1.

Media non sine matre duces.

Quam mihi si media liceat pugnare puella. Virg. *Dum paci medium se offert.* Tangit historiam Sabinarum κατὰ πρόληψιν, quæ mox *Crinibus passis, scissaque veste ausæ inter volantia tela se inferre diremerunt infestas acies*, vt ait Liuius libr. 1. *Palla*,

C muliebris vestis. Ipse eleg. 10. infra.

Idem ergo Sidonia feci seruilia palla
Officia.

Varro 4. de lingua Latina. *Quod foris, palla: quod intus, indusium. Palla*, inquit Nonius, *honesta mulieris vestimentum, hoc est tunicæ pallium.* deinde citat Plautum Menæchmis. *Pallam ad Phrygionem fert.* & Lucillium lib. 15.

Cum tecum est, quiduis satis est: visuri alieni
Sint homines, pallam, spiras, redimicula promit.

ergo matronarum palla est, vnde honesta dicitur ab Horat. in arte: *Pallæq. repertor honestæ Aeschylus.* vbi tribuitur Tragœdis, & apud Ouid. libr. 3.

D Amor. el. 1. tribuitur ipsi tragœdiæ, & 11. Met. Apollini, quemadmodum & Cytharœdis lib. 4. ad Herennium. Tibullus el 4. lib. 3. de Apolline:

Ima videbatur talis illudere palla. Seru. in 1. Æneid. ad illud: *Pallam signis auroque rigantem. Tunicæ pallium*, inquit, *quod secundum Varronem palla dicta est, ab irrugatione, & mobilitate, quæ est circa finem eiusmodi vestium; ἀπὸ τοῦ πάλλειν.* Idem in Æn. *Palla propriè est vestis muliebris deducta ad vestigia.* an à Græcis? Plautus Truculento: *Attuli pallam exoticam tibi.* Virgilius etiam pallam Tisiphonæ tribuit, & Horatius Canidiæ. Baifius ait & breuem pallam fuisse, quæ Gallica dicebatur:

E Martial.

Dimidiasque nates Gallica palla tegit.

& Strabo libr. 4. tunicarum vicem ait à Gallis pallas manicatas geri, ad pudenda vsque, & nates medias pertingentes. vnde *Palletot.*

Adde *Hymenæe modos, tubicen fera murmura conde.*] An addere pro dare? Virg. 4. Georg.

Nunc age naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit expediam. An quia & assa voce canebatur Hymen, & ad tibiam? vt in Casina Plauti, & apud Terentium, vnde *Zygia tibia* Apuleio. *Adde modos Hymenæe*, Adhibe carmen nuptiale: nam Hymenæi id est officium. Catull. *Exercitusque hilari die*

Nuptialia concinens voce carmina tinnula.

Modi, vel carmina, vt Horatio vbique; vel soni & concentus tibiarum, qui æstimantur interuallo vocum; vt ait Cic. in Orat. vt apud Terentium; *Modos fecit Flaccus*: &c. plura notaui ad eleg.22. lib.2. verf.6. De more inuocandi Hymenæi, Plautus in Cafina, & Catull. in Epithalamio Manlij. *Conde*, reconde, remoue. non enim tuba, fed tibia adhibebatur nuptiis. Sic Ouid.2. Faft.

Conde tuas Hymenæa faces. *Fera murmura*, horridum & trucem cantum. Ouid.1. Faft. in fine:

Canteturque fera nil, nifi bella tuba. Ennius apud Varron. 6. de ling. Lat. *Iam cata figna fera fonitum dare voce parabant.* fic legendum, non *fere.* Vetus poëta apud Cic.2. de diuin.

O fancte Apollo, qui vmbilicū certū terrarū obfides,
Vnde fuperftitiofa primum fæua euafit vox fera?

nempe quia mugiunt oracula, 6. Æneid.

Credite, *veftra meus molliet arma torus.*] An legendum Cedite? Sed *Credite*, fupple, mihi fane. *Meus torus*, lectus, coniugium vt eleg. 3. fup. verf.71. & eleg.20 lib.3. fæpe. *Molliet arma veftra*, leniet, & mulcebit veftra bella, & animos pugnandi cupidos; nam & ferrum igni mollitur. Horat. fat.4. lib.1. *Dum ferrum molliat ignis.* & oda 5. epod.

Quale poffet impia Mollire Thracum pectora.

Virg 2. Æneid.

—— *Mollitque animos, & temperat iras.*

Et *iam quarta canit venturam buccina lucem.*] Sic eleg. 28. lib.2. *Et iam Luna negat*, &c. *Buccina quarta.* Nox in quatuor vigilias caftrenfes diuiditur, fingulas ternarum horarum, quæ tuba vel buccina diuidebantur. Ita media nox finis fecundæ vigiliæ; & quartæ vigiliæ initium hora, quæ nobis quarta matutina dicitur. Plin. cap.21. lib.10. de gallis. *Norunt fidera, & ternis diftinguunt horas interdiu cantu. cum fole eunt cubitum, quartaque caftrenfi vigilia ad curas laboremque reuocant, nec folis ortum incautis patiuntur obrepere, denique venientem nunciant cantu.* Veget. cap.8. lib.3. de re milit. *Et quia impoffibile videbatur in fpeculis per totam noctem vigilantes fingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepfydram funt diuifæ vigiliæ, vt non amplius quam tribus horis nocturnis neceffe fit vigilare. à tubicine omnes vigiliæ committuntur: & finitis horis à cornicine reuocantur.* ergo hic buccinam pofuit, pro tuba, vt infra docet cum ait:

Atque intermiffa caftra filere tuba. Sic Seneca in Thyefta: *Nondum in noctem*

Vergente die Tertia mifit buccina fignum.

Aufonius in Grypho ternarij numeri:

—— *Ter clara inftantis Eoi*
Signa canit ferus depenfo Marte Satelles,

In quem locum Scaliger è Grammaticis Græcis tradit etiam apud Græcos ita diuifam noctem; fed tuba principium tantum, & finem noctis defignari. vnde Sophocles in Tragœdia [illegible] vocauit [illegible], tempus quod eft inter crepufculum & diluculum. *Buccina canit*, vt Ouid.6. Faft. *Cantabat fanis, cantabat tibia ludis.* *Venturam lucem*, inftantem diem.

Ipsaqve *in Oceanum fidera lapfa cadunt.*] Id eft, Merguntur Oceano veniente die. occidunt. *Cadere*, pro occidere Virg. 2. Æneid.

Suadentque cadentia fidera fomnos.

& 9. Æneid.

Oceani finem iuxta, folemque cadentem.

eodem fenfu Ouidius 1. & 4. Faft. dixit:

Lapfaque fub terras, ortaque figna canam.

Lapfa cadunt, ὡς τὸ ἀνω, vt eleg.15. lib.3.

Sic cadit infelix lapfa puella genu. Virg.6. Æneid.

Lapfa cadunt folia. Furius apud Macrob. *Lapfufque in humum defluxit.* Vetus poëta apud Cic.3. Tufc. —— *vt fcias quanto è loco,*

Quantis opibus, quib. de rebus lapfa fortuna occidat.

Experiar *fomnum, vide te mihi fomnia quaram.*] An confulam? Ouid.4. Faft.

Magna fides auium eft, experiamur aues.

Virg.4. Æn. *Rurfufne procos irrifa priores Experiar*, id eft, adibo cum periculo repulfæ. Plaut. Afin. fc.vlt. act.1. *Dignos indignos adire, atque experiri certum eft mihi.* Terent: Hecyra act. 5. fc.2. *Porro hanc experiamur id eft, vtamur eius opera*, inquit Donatus. *Opes fuas experiri in aliquo*: Cic. pro Quinctio *Experiar fomnum*, conabor inire fomnum. *Quæram de te fomnia*; captabo omina Lunæ & quod ait Terent. Eunuch. *te fomniabo.* de fomniis amantium eleg. 3. libr. 1. Somnum à fomniis feparat, quia fomni miniftri fomnia apud Ouid. Sic Tibull.

Poftque venit tacitus fuluis circundatus alis
Somnus, & incerto fomnia nigra pede.

Quærere, pro captare, vt eleg.15. lib.3.

Et fi forte meo tramite quæris auem.

vt eleg. 9. infra. *Quærere venerem.*

Fac *venias oculis vmbra benigna meis.*] Id eft. Imago blanda & grata offeras te oculis meis. Tu ipfe facilis mihi videaris dormienti. *Fac venias*, venito, vt eleg. vlt. infra:

Fac teneas vnum nos imitata virum. Plaut. Curcul. fc.3. act.1. *Facito vti pretio peruincas tuo.* & in Amphitr. *Facito vt Amphitruonem aduenientem abigas ab ædibus.* Ouid. 4. Faft.

Et dixit femper fac puer effe velis. venire vmbra dicitur, vt Virg.2. Æneid.

Ipfa fed in fomnis inhumati venit imago, Coniugis. & eleg.17. lib.3. *Accerfitus fomnus in offa.* Vmbra de imagine eft iam fpirantis. Sic Virg.6. Æneid. vmbras de fomniis dixit:

Qua veris facilis datur exitus vmbris.

Venias oculis, ante oculos adfis, vel benigna oculis, & adfpectu mihi iucunda. An *oculis meis*, mihi vt fup. hic

Et formofa oculis arma Sabina meis?

An quia videre videmur in fomniis, & in oculos fomnus illabitur? Terent. *Eun.* act. 3. fc.1. *Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis.* hinc Ciceronis iocus in Caninium Rabulam: *Vigilantem habemus confulem, qui toto fuo confulatu fomnum non vidit.* Ipfe eleg.25. lib. 2.

Cum fatis vna tuis infomnia portet ocellis.

Benigna, blanda, vt Plauto in Afinaria *Blanda verba*, quæ ipfe eleg.13. lib.3.

Præbebant veftris verba benigna focis.

Benignus, inquit Feftus, *Propriè qui bonis & dignis largitur, à bono & gignendo.* Plaut. Aulul. *Benignius me omnes falutant*; id eft blandius.

Dixit, *& incerto permifit brachia fomno.*]

An dedit manus somno; id est, victa sopore iacuit, quo de genere sermonis dictum ad illud eleg. supr.

Cum rudis vrgenti brachia victa dedi.

An vt Virg. *Si brachia forte remisit.* nam *permittere* apud Nonium in exemplis Sisennæ est, se immittere, vel præcipitare. Sic Galli dicunt: *Se laisser aller au sommeil.* vel *Permisit somno*, Somni arbitrio & potestati tradidit. vt Virg. 4. Æn.

Dotalesque tuæ Tyrios permittere dextra.

Horat. *Permitte Diuis cetera.* Sic *Permittere se fidei, vel in fidem alicuius*, ei se dedere: Cæsar & Liuius. *Incerto somno*, quia languent membra, & remittuntur somno, vide Ouid. 11. Metam. de somno: *——Tardaq. Deus grauitate iacentes*

Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens

Excussit tandem sibi se. ipse el. 3. lib. 1.

Talis visa mihi mollem spirare quietem

Cynthia, non certis nixa caput manibus.

vt hic possit esse hypallage; pro, incerta brachia. An *Incerto somno*, vt Plautus Casina apud Nonium: *Nam vbi domi sola sum, sopor manus caluitur?*

N e s c i a *se flammis accubuisse nouis.*] ignorabat, inquit, se cubitum discessisse, & iacere vna cum nouo amoris ardore. *Accubare flammis*, vna cum flammis cubare, vt Horat. ep. 5. lib. 1. *Assidet insano.* ipse eleg. 32. lib. 2.

Atque inter pecudes accubuisse Dea.

Flammis nouis, vel magnis, vel incognitis. & quia ad alias flammas Vestæ scilicet adsueuerat vigilare. Aliter el. 6. infra:

——Et noua flamma Luxit.

Flamma de amore, vt eleg. vlt. lib. 2.

Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.

Sed vet. lib. *Nefarijs*; vnde Scaliger legit:

Nescia ne furijs accubuisse nouis.

Duæ negationes pro vna, inquit, vt Terent. *Faciunt ne intelligentes, vt nihil intelligant.* Malo, *se furijs*, furiæ, pro amore acerrimo. Virgil. 3. Georg. *In furias ignemque ruunt.* & 1. Æneid.

——furias Aiacis Oilei. sic el. 1. lib. 1.

Et mihi iam toto furor hic non deficit anno.

Beroaldus quoque legit *Nefarijs*, & exponit flagitiis; satis flagitiosè.

N a m *Vesta Iliaca felix tutela fauillæ*

Culpam alit, & plures condit in ossa faces.]

Nam Vesta, quæ ipsa ignis est & tuetur ac seruat feliciter ignem Troianum, & reliquias Ilij, fouet & nutrit nefandum amorem. *Tutela*, vt eleg. 13. lib. 3.

Dijque Deæque omnes, quibus est tutela per agros.

Horat. oda penult. lib. 4. *Tutela præsens Italiæ.* vt hic felix tutela. *Fauilla*, inquit Seruius in 3. Æn.

Est deserta igne scintilla. Ergo *fauilla Iliaca*, vt Virg. 2. Æneid. *Iliaci cineres.* & eleg. 1. sup.

—— Ilia Tellus

Viuet & huic cineri Iuppiter arma dabit.

Ouid. 3. fast. *Ignibus Iliacis aderam.* Idem 6. fast.

Ignis in Iliacis nunc erit estque focis. Ibidem:

Donec ab Iliaca placidus purgamina Vesta

Detulerit flauis in mare Tibris aquis.

Tutela fauilla, quæ seruat reliquias Troiæ. Ouid. 6. fast. vocat. Custodem flammæ.

Cum flamma custos æde recepta dea est.

A De hac re vide plura notata ad vers. 45. huius eleg. & vers. 11. el. 4. lib. 3. Stat. lib. 1. Sylu. in Equo Domitiani: *An tacita vigiles face Troicus ignis.* Iuuenal. sat. 4. *—— Diruta seruat*

Ignem Troianum, & vestam colit Alba minorem.

Culpam alit. sic eleg. 12. lib. 1.

Nec mihi consuetos amplexu nutris amores.

vbi vide adnot. Ouid. 3. de arte amandi:

Quod datur ex facili longum male nutrit amorem.

& 1. de Rem.

Verba dat omnis amans, reperitq. alimenta morãdo.

Culpa, Iurisconsultis est desidia, & amor desidia, vnde amor culpa dicitur, & peccare amare, vt

B ad illud eleg. 5. lib. 1. adnot.

Quod si parua tua dederis vestigia culpa.

Stat. 1. Thebaid.

Non egomet tacitos Veneris furata calores,

Culpamue feci. Contra 2. Thebaib. de amore honesto virginis nupturæ:

—— Subit ille supremus

Virginitatis amor, primæque modestia culpa

Confundit vultus.

Condit, coniicit & includit. *Condere*, inquit Festus, *in interiorem locum dare ad custodiam.* ideò dixit eleg. 17. lib. 3.

Veteres custodit in ossibus ignes.

C Sic Liuius: *Condere in carcerem, & vincula.* & Plautus: *Conditus in cunas. Faces*, lampadas, tedas, flammas, vide eleg. 3. supra vers. 52. *In ossa*, vt eleg. 4. lib. 1.

Qui non ante patet donec manus attigit ossa.

& eleg. 9. lib. 1.

Quam pueri toties arcum sentire medullis.

I l l a *ruit, qualis celerem prope Thermodoonta,*

Strymonis abscisso fertur aperta sinu.

Sic eleg. 8. lib. 3.

Seu sequitur medias Mænas vt acta vias.

Ruit, præceps & amens rapitur, vt eleg. 15. lib. 3.

D *Nescit vestra ruens ira referre pedem.*

Qualis Strymonis. sic Virg. 4. Æneid.

Qualis commotis excita sacris Thyias.

Strymonis patronymicum à Strymone fluuio; vnde Virg. 1. Georg. & 10. Æneid. *Strymoniæ grues.* & 4. Georg. *Deserti ad Strymonis vndam.* vide Plin. cap. 11. lib. 4. & Strabonem lib. 7. *Edonis* vocatur eleg. 3. lib. 1. vers. 5. *Fertur*, ruit, bacchatur. Ouid. 2. de arte amandi:

In ferrum flammasque ruit, positoque decore

Fertur, vt Aonij cornibus icta Dei.

Virg. 2. Æneid.

Medios fertur moriturus in hostes.

E *Aperta sinu abscisso*, nudato pectore ob laceram vestem, vel pectus; nam sinus & corporis & vestis, eleg. 8. lib. 3.

Fac mea rescisso pectora nuda sinu.

Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Neue cubet laxo pectus aperta sinu.

Ouid. 1. fast.

Altera dissuto pectus aperta sinu.

Prope Thermodoonta, fluuium Thraciæ, vt adnot. ad eleg. 14. lib. 3. vers. 13. *Celerem*, rapidum.

V r b i *festus erat, dixere Palilia patres.*] qui dies festi sint docet Macrob. cap. 16. lib. 1. Saturn. & Nonius in *Festum*, & *faustum*. Per translationem dixit Terent. Eunuch. *O festus dies hominis!*

pro, homine læto ac iucundo. Festus cum 3. casu. Horat. oda 14. lib. 3.

His dies verè mihi festus. Sic apud eundem *Festus pagus. Dixere Palilia patres*, ita eum diem maiores appellauere. *Patres*, pro, auis & maioribus. Virg. 2. Æneid.

Relligione patrum multa seruata per annos.

& 7. Æneid.

Et Turno Inachus Acrisiusque patres.

& 11. Æneid. *Et corpora quisque suorum*
More tulere patrum. Ouid. 2. fast.

Februa Romani dixere piacula patres.

De Palilibus vide notata ad eleg. 1. sup. vers. 19.

Hic *primus cœpit mœnibus esse dies.*] hoc die primum condita sunt mœnia. hic vrbis Romæ natalis. Ouid. 14. Metam.

Festisque Palilibus vrbis Mœnia conduntur.

Cic. 2. de diuinat. *L. Tarutius Firmanus, familiaris noster, imprimis Chaldaicis rationibus eruditus, vrbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab ijs parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romamque cum esset in iugo Luna natam esse dicebat, nec eius fata canere dubitabat.* Manilius lib. 4.

Hesperiam sua libra tenet, qua condita Roma:
Et proprijs frenat pendentem nutibus orbem,
Orbis & Imperium retinet: discrimina rerum
Lancibus, & positas gentes tollitque premitque
Qua genitus cum fratre Remus hāc condidit vrbem.

Sueton. in Calig. cap. 16. *Decretum autem, vt dies, quo cepisset imperium Palilia vocaretur, velut argumentum rursus vrbis conditæ.* Ouid. 4. fast.

Per flammas saluisse pecus, saluisse colonos
Quod fit natali nunc quoque, Roma, tuo.

Idem 6. fast.

Dena quater memorant habuisse Palilia Romam
Cum flamma custos æde recepta Dea est.

Id est, 40. natales, & annos. Dionys. lib. 1. ait eum diem Palilia scilicet, etiam sua ætate maximè festum fuisse, vt vrbis Romæ natalem. Plutarch. in Romulo Palilia fuisse docet ante vrbem conditam. *Cœpit.* non tunc quidem, sed paulo ante.

Annua *pastorum conuiuia, lusus in vrbe.*] vt eleg. 1. supr.

Annuaque accenso celebrare Palilia fœno.

id est, sollennia, vt Virg. 3. Æneid. dixit *Sollennes dapes.* De eiusmodi conuiuiis rusticorum, sed non de Palilibus. Virg. 1. Georg.

Mutuaque inter se læti conuiuia curant.

Hoc est *Mutitare* Gellio. *Lusus*, omnis remissio animorum. nam, vt ait Cic. 2. de leg. *Festorum dierum ratio in liberis, requietem habet litium & iurgiorum: in seruis operum, ac laborum.* Macrob. cap. 16. lib. 1. Saturn. *Festis* (diebus) *insunt sacrificia, ludi, epulæ. In vrbe.* alias, *in herbis.* Virg. 1. Georg.

——— *atque annua magnæ*
Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis.

Cvm *pagana madent fercula diuitijs.*] id est, dapes & epulæ paganorum. *Fercula sunt missus carnium,* inquit Fulgentius: Credo quòd cœnæ & prandio inferantur. Sunt & funerum, & ludorum & triumphorum fercula. Ferculum etiam ad gestanda spolia: Liuius lib. 1. & ad reponenda simulacra Deorum: Acron. Festus: *Pagani à pagis dicti. Pagi à fontibus; quod eadem aqua vterentur.*

A *nam aquæ* (fontes) *lingua Dorica* πηγαὶ *appellantur.* Seruius ad illud 2. Georg.

Ingentes pagos & compita circum.

Villæ, pagi, ἀπὸ τῶν πηγῶν *appellantur; id est, à fontibus, circa quos villæ consueuerant condi.* vnde & *pagani* dicti, quasi ex vno fonte potantes. Inde *Paganalia*, & *Paganicæ feriæ* Varron. 5. de lingua Lat. de quibus Horat.

Festus in pratis vacat otioso Cum boue pagus.

Isidor. cap. 2. lib. 15. *Pagi sunt apta ædificiis loca inter agros habitantibus. Hæc & conciliabula dicta, à conuentu & societate multorum in vnum.* Idem lib.

B 8. Paganos Christianis opponit, vt à Iurisconsultis Pagani opponuntur militibus. *Madent*, plena sunt, abundant. vt *fluere facetijs* dixit Plautus milite. Lucret. lib. 4. *Scilicet arte madent simulacra.* plena sunt, & imbuta, & prædita. Horat. oda 21. lib. 3. *Socraticis madet sermonibus.* Plaut. Mostell. *Madeo metu.* Gell. cap. 8. lib. 3. *Madere vitijs.* Martial.

Iure madens varioque toga limatus in vsu.

Virgil. apud Fabium: *Scholasticorum natio madens Pinguis. Diuitijs*, copia & omni genere frugum, quæ propriè opes, quia Ops & terra eas fundit.

C sic eleg. 13 lib. 3.

Diuitiæ quorum messis & arbor erant.

Sed alij libri, *Delicijs*; id est, delicatioribus cibis, & solito magis exquisitis, cum soleant alias asperiore victu esse contenti. *Deliciæ* à deliquando, vel deliquescendo; quod his homines delicati diffluant.

Cvmqve *super raros fœni flammantis aceruos*
Traijcit immundas ebria turba dapes.] quod legitur *Immundas dapes* mendosum est, quamuis dapes Palilibus ad expiationem adhiberi scribat Ouid. 4. fast. legendum, *Immundos pedes*, id est, cœno sordidos, vt eleg. 23. lib. 2.

Cui sæpe immundo sacra conteritur via socco.

D Cum, inquit, turba (pastorum) ebria traiicit pedes immundos super aceruos fœni. *Turba ebria*, vt Tibull. eleg. 6. lib. 2.

At madidus Baccho sua festa Palilia pastor
Concinet, à stabulis tunc procul este lupi.
Ille leuis stipulæ sollennes potus aceruos
Ascendet, flammas transilietque sacras.

Traijcit pedes, vt Ouid. 4. fast.

Moxque per ardentes stipulæ crepitantis aceruos
Traijcias celeri strenua membra pede.

ipse eleg. 2. sup.

Traijcit alterno qui leue pondus equo.

vbi vide adnot. Ouid. 4. fast. eodem sensu dixit:

Certe ego transilij positas ter in ordine flammas.

E *Super aceruos.* Super & supra confundit, vt eleg. 30. lib. 2.

Instat semper amor supra caput, instat amanti,
Et grauis ipse super libera colla sedet.

Raros, non densos, sed vbi paucæ stipulæ, vel paucos aceruos, & infrequentes, vt el. 5. infr. *Rari capilli.* An, *sacros*, legendum, vt Tibulli loco prænotato: *Flammas transilietque sacras fœni*, vt Pers. sat. 1. *Fumosa palilia fœno.* vide not. ad illud eleg. 1. sup. *Annuaque accenso celebrare palilia fœno.* vbi dixit, *Accenso*, vt hic *Flammantis*. Flammare, ardere. Lucret. *Flammantia mœnia mundi.* Catull. *Flammati Phaethontis.*

ROMVLVS *excubias decreuit in otia solui.*] Donat. in Andr. *Decernere est de magnis rebus certam proferre sententiam: vnde decretum senatus.* Idē in Hecyr. *Decreuerim, statuerim & defixerim.* vide Nonium in *Decernere*, constituere, definire, & dimicare. Iussit, inquit, vt in otia soluerentur excubitores & vigiles quietique indulgerent, quia festi dies requiem habent, & litium & iurgiorum, & operum ac laborum: Cic. 2. de leg. *Solui in*, vt Virg. 4. Æn. *Soluitur in somnos.* & 4. Georg. *Nec corpora segnes In Venerem soluunt.* Negotio astringimur: soluimur otio. Cic. 1. de Orat. *Solutæ opere aues.* Horat.

Cum famulis operum solutis.

Excubias; pro, excubitores, vt custodia pro custodibus. Quid excubiæ dixi ad eleg. 16. lib. 1. vers. 12.

ATQVE *intermissa castra silere tuba.*] Silentium esse in castris. Festus: *Silere, tacere, ab S litera silentij nota.* Est & verbum augurale. *Silent castra*, vt *nox* Virgilio, & *Tacet ager*, & *Silent aquora.* Isidor. cap. 10. lib. 13. in tenebræ. *Vbi sonus non est, silentium dicitur.* Cornel. Fronto: *Silet cuius loquentis sermo comprimitur, ab ipsa significatione literæ S tacet, qui ne loqui quidem cœpit. Intermissa tuba*, ad tempus omisso, & dilato clangore tubarum, quibus distingui solitas vigilias supra notaui ad versum illum:

Et iam quarta canit venturam buccina lucem.

Remissas autem significat excubias ob diem festum. Lucan. lib. 7.

—— *Ne rumpite somnos*
Castrorum vigiles, nullas tuba verberet aures.

Intermittere, ad tempus relinquere. Varro 4. de ling. Lat. *Ager qui intermittitur, à nouando noualis*, Horat. oda 1. lib. 4. *Intermissa Venus diu.* Cic. *Intermittere diem, tempus, studia, literas, consuetudinem, ludos.*

HOC *Tarpeia suum tempus rata, conuenit hostem.*] cum existimasset oblatam sibi εὐκαιρίας, id est, idoneam occasionem proditionis, adit & alloquitur Tatium. Festus: *Ratus sum, putaui, alioqui pro certo & firmo. Suum*, sibi commodum, vt Horat. oda 9. lib. Epod. *Ventis iturus non suis.* Ouid. 4. Metam. *Vota suos habuere Deos.* Cicer. pro Quinctio: *Alphenus vtebatur populo non suo.* Virg.

Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem.

Conuenit hostem. Donat. in Eunuch. *Conuenisse, non vidisse tantum, sed & allocutum esse significat.* Festus in *Conuenta. Conuenta condicio dicebatur, cum primus sermo de nuptijs & earum condicione habebatur.*

PACTA *ligat, pactis ipsa futura comes.*] *Pacta, quæ dicta, & promissa*, inquit Nonius, *Vt sperata antequam pacta esset.* Virg. 7. Æneid.

Gremiis abducere pactas. vsurpat itaque verba prisci iuris Rom. & ei rei propria, cum ait *Conuenit hostem, Pacta ligat.* Duplex pactum firmat, vnum connubij, alterum armillarum, de quo Ouid. eleg. 10. lib. 1. Amor.

Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas,
Vt premerent sacræ virginis arma caput.

Ligat pacta, conuentiones firmat, & sancit leges proditionis. Pactum, *duorum pluriumue in idem placitum & consensus.* Vlp. l. 1. de pactis. à pago,

A siue pango, statuo. vnde *Pangi vites* & arbores dicuntur. *Ligat*, vt eleg. 20. lib. 3.

Suo constringit pignora signo.

Inde *Obligatio* Iurisconsultis, quæ & *iuris vinculum* interdum dicitur. *Pactis*, ambiguè: vel septimo casu, secundum pacta: vel tertio casu, quæ pacta & paciscentem sequi mox debebat. Item, *Comes*, vel socia toti, vel quæ in Sabinos simul iret. *Comes*, cum tertio casu:

Exclusis fit comes ipsa Venus.

MONS *erat ascensu dubius, festoque remissus.*] Ouid. 1. fast.

B *Vtque leuis custos armillis capta Sabinis*
Ad summa Tatium duxerat arcis iter:
Inde velut nunc est, per quem descenditis, inquit,
Arduus in valles per fora cliuus erat.

Et supra asperum & lubricum significauit collem Tarpeium vers. 48. & 49. *Dubius ascensu*, difficilis & periculosus, vt Cic. Virg. Horat. *Res & tempora dubia* vocant, & *Rem incertam* Ennius, pro aduersa dixit: *Remissus festo*, cuius ob festum remissior, & negligentior erat custodia, quia in otia soluti vigiles. Cic. in Catil. *Sin remissiores esse volumus*, id est, solutiores. Et pro Murena: *Remissior in petendo.* Horat. dixit: *Remisso arcu*; C pro, laxo.

NEC *mora vocales occupat ense canes.*] ac statim inuadit, ac iugulat canes. Occupare est aggredi & perimere. vt eleg. 11. lib. 4.

Et votis occupat ante ratis. Ouid. 1. fast.

Occupat Alcides: adductaque claua trinodis,
Ter quater aduersi sedit in ore viri. & 4. fast.
Nec mora transilijt, retro Celer occupat ansam.
Ille premit duram sanguinolentus humum.

Mart. ep. 71. lib. 3. dixit, *Ferro occupare*, vt hic, *Ense. Occupat hunc ferro rusticus atque secat.* Liuius lib. 35. *Qui occupasset occidere eum totius rei gratiam laturum.* Q. Curtius lib. 8. *Cum aprum telo occu-* D *passet, quem rex ferire destinauerat.* & lib. 9. *Iussit quatuor admoueri canes, qui celeriter occupauerunt feram.* Plaut. Asin. sc. 2. act. 4. *Quam quidem nisi te occupassit, affliges scio.* Terent. Andria. *Mors ipsam occupat. Ense.* Isidor. Ensem à gladio distinguit, quod ensis ferrum solum; gladius & ferrum & capulus. *Canes*, qui etiam tunc alebantur in Capitolio, vt significarent si fures venissent: Cic. pro Sex. Roscio: De iis Liuius lib. 5. Plin. cap. 4. lib. 29. *Eadem de causa* (ob remissam Capitolij custodiam obsidentibus Gallis) *supplicia annua canes pendunt, inter ædem Iuuentutis & Summani viui in furca, sambucea arbore fixi.* leg. & Plutarch. E *De fortuna Romanorum*: *Vocales*, clamosos, acri voce & latratu, vt eleg. vlt. lib. 2. *Vocalis Arion.* Alludit autem ad etymon canis. Varro 4. de ling. Lat. *Canis dictus, quia canit, & vt signum signi voce dat.* Inde *Nictaculus.* ibid. & *Nictare* Festo.

OMNIA *præbebant Somnos, sed Iuppiter vnus*
Decreuit pœnis inuigilare tuis.] *Omnia*, locus, tempus, epulæ, lassitudo. *Præbebant somnos.* sic Virg. 4. Æn. *Dat somnos, adimitque.* Ouid. 3. fast.

Nox vbi iam media est, somnumq; silentia præbent.

& 3. fast.

In stipula placidi capiebant munera somni.

Homer. Odyss. π. *Καὶ ὕπνου δῶρον ἕλοντο.* *Sed Iuppiter*

nus, Tarpeius pater. nam Ζεὺς πίστιος odit proditores. *Decreuit*, constituit. *Inuigilare*, in statione manere dixit Ouid. 2. fast.

Dent tibi cœlestes, quos tu cœlestibus annos,
Proque tua maneant in statione domo.

Pacuuius: *Pro imperio vestro sic Salisubsulus excubet.* De vigiliis & dormitationibus Deorum legendus Arnobius. *Inuigilare* cũ tertio casu, vt Virg. 9. Æneid. *Venatu inuigilant pueri.* Cic. 14. Phil. *Inuigilare reip.* Sic Horat. dixit: *Indormire cubilibus*; & *facetis*. Inuigilare tuis pœnis, excubate, vt reulcisceretur.

P R O D I D E R A T *portaque fidem patriamque iacentem.*] per proditionem reserarat hosti suæ fidei (vel patris) & custodiæ mandatam portam Capitolij. *Fides*, pro tutela, vt *Dianæ sumus in fide.* supra dixit: *Limina capta Iouis.* & el. 19. l. 3.

Nise suas portas fraude reclusit Amor.

Prodere fidem dixit etiam Sallustius in Catilinario: *Sed ea sæpe fidem prodiderat, creditum abiurarat.* Cic. in Lucullo: *Prodere officium aut fidem.* Virg. 4. Æneid. *Prodere coniugium.* Sic dicitur & *Prodere dogma & decretum*, Cic. Hanc portam autem ab ipsa Iunone reseratã narrat Ouid. 1. fast.

Et iam contigerat portam Saturnia, cuius
Dempserat oppositas insidiosa feras.

Patriamque iacentem, vrbem & ciues somno vinoque sepultos.

N V B E N D I Q V E *petit, quem velit ipsa, diem.*] *petere diem*, vt Cicero in Verrem: *Inquirendi diem postulare.* Nuptiis autem certus dicebatur & constituebatur dies. quia vero addit, *Quem velit ipsa*: satis improbè petiisse diem ostendit, cum id arbitrij paterni esset, non sui. sic el. 19. lib. 3.

Hæc igitur dotem virgo desponderat hosti.

cum non sit puellæ spondere dotem. De consensu patris Iurisconsulti L. Aulus. L. Si ita pater 10. de ritu nupt.

A T *Tatius (neque enim sceleri dedit hostis honorem.)*] sic eleg. 2. sup. vers. 47. 49. 61. *Neque enim*, seruit parenthesi, vt el. 13. lib. 3.

Certa loquor, sed nulla fides (neq. enim Ilia quondam
Verax Pergameis Mænas habenda malis.)

Ouid. 3. Metam.

At pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquã
Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit.

H O S T I S *non dedit honorem sceleri.*] proditionem scelestam & nefariam afficere præmio noluit. Honos, τιμὴ, id est, præmium vel merces. Virg. 1. Æneid. *Hic pietatis honos.* & 5. Æneid.

Ipsis præcipuè ductoribus addit honores.

vide Nonium in *Honor.* *Dare honorem*, vt eleg. 2. supr. *Operi non datur vnus honos.* Locus similis de inuisa proditione etiam hostibus el. 19. lib. 3.

. N O N *tamen immerito Minos sedet arbiter Orci.*

Victor erat quamuis, æquus in hoste fuit.] vide Ouid. 8. Metam. sic Lasthenes proditor Olynthi, & Timolaus Thebarum ante proditionem amici Philippi vocabantur; postea inuisi pulsique, ac vexati ab eodem. Augustus de Thracum rege gloriante proditum à se Antonium: *Proditionem amo, proditores non laudo.* Q. Curtius lib. 8. de Indis, qui Erycem ducem suum interfecerant, & caput ac arma eius ad Alexandrum detulerant: *Facto*, inquit, *impunitatem dedit, honorem denegauit exemplo.* vide adagium: *Callicontis exitium*, & Erasmum in Apophteg. 657. & 46.

N V B E *ait, & regni scande cubile mei.*] κατ' μυκτηρισμόν. hoc schema dicitur Charisio lib. 4. per derisionem, vt Virg. 4. Æneid.

I sequere Italiam ventis, pete regna per vndas.

& 12. Æneid.

En agros, & quam bello Troiane petisti
Hesperiam metire iacens. Ouid. 2. Metam.
Nunc tibi me posito visam velamine narres;
Si poteris narrare, licet.

Scande cubile, conscende lectum meum, vt mecum quasi vxor iaceas. Varro 4. de ling. Lat. *Quia simplici scansione scandebant in lectum non altum, scabellum in altiorem, scamnum.* Virg. 12. Æneid.

——*Quæcumque Latina*
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile.

Ouid. 2. fast. de Fauno insidiante Omphale:

Ascendit, spondaque sibi propiore recumbit.

Inde Græcis: βατήριον λέχος, id est, cubile scansorium. Phocylides:

Μηδ' ἀλόχοιο ζώσης βατήριον ἐς λέχος ἐλθεῖν.

Homer. Iliad. 9.

Μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι. Hesiod. ἔργ.
Ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνει.

Theocritus in Encomio Ptolomei:

Ὀσπὼν ἐς φιλίων βαίνει λέχος ἐς φιλεούσης.

Regni mei, meum qui rex sum. cubile regium. vt Virg. 8. *Regnique coronã.* Regnum sumitur pro rege, vt *hospitium*, pro hospite; *coniugium* pro coniuge; seruitium pro seruis. Sic regna pro regina posuit Albinouanus in carm. ad Liuiam, vers. 375.

D I X I T *& ingestis comitum superobruit armis.*] *Super* vel iungi potest cum *Ingestis* per anastrophen. Superingestis, vt Plin. cap. 30. lib. 18. *Sunt qui aceruos leguminum superingerant.* vel *superobruit*, vt Apuleius lib. 1. Asini Aurei: *At ego de alto decidens Socratem superruo.* *Ingestis armis*, aceruatim coniectis in eam clypeis ingerimus enim nocitura, vt in Andria Terentij & Pseudolo Plauti: *Ingerere mala.* Horat. sat. 5. lib. 2. *Pueris conuicia nauta Ingerere.* Virg. 9. Æneid.

Raptas fugientibus ingerit hastas.

Sic Liuius *Ingerere saxa* & tela dixit. Hac de re Ouid. eleg. 10. lib. 1. Amor.

Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas
Et premerent sacræ virginis arma caput.

& 14. Met. ——*Arcisque via Tarpeia reclusa*
Digna animam pœna congestis exuit armis.

Liuius lib. 1. *Sp. Tarpeius Romanæ præerat arci. huius filiam virginem auro corrumpit Tatius, vt armatos in arcem accipiat. Aquã forte eo tum sacris extra mœnia petitum ierat. Accepti obrutam armis necauere: seu vt vi capta potius arx videretur: seu prodendi exempli causa, ne quid vsquam fidum proditori esset. Additur fabula quod vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo, gemmatosque magna specie anulos habuerint, pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent. Eo scuta illi pro aureis donis congesta sunt qui eam ex pacto tradendi quod in sinistris manibus esset, directò arma petiisse dicant; & fraude visam agere, sua ipsam peremtam mercede.* *Armis*, scutis quæ ab armis dependerent.

Hæc *virgo officijs dos erat apta tuis.*] optimè conueniebat, ô puella Tarpeia, tuis obſequiis cumptobro. *Apta*, in deteriorem partem, vt eleg. 11. lib. 3. *Dolis aptiſſima Tellus. Officijs.* nam officium ſæpe in obſcœnis, vt not. ad eleg. 21. lib. 2. verſ. 24.

A *Duce Tarpeio mons eſt cognomen adeptus.*] ſpurius qui Tarpeius virginis pater arci, ſed non ideo dux appellatur. Quare legendum puto:

A duce Tarpeia mons eſt cognomen adeptus.

Nam omnes vno conſentiunt ore ab ea montem Tarpeium dictum, vt not. ad verſum primum huius elegiæ, quia ea dux Tatio fuit. Ouid. 1. faſt.

Vtque leuis cuſtos armillis capta Sabinis
Ad ſumma Tatium duxerat arcis iter.

Mons, nempe Saturnius, dein Capitolinus. *Adeptus eſt cognomen*, aſſecutus nomen, quia mons Tarpeius, ſiue ſaxũ Tarpeium, ſiue Rupes Tarpeia dicta. Et boc eſt, quod dixit eleg. 1. ſupr.

Sacra deoſque canam & cognomina priſca locorum.

vbi & cognomen, pro nomine ponitur, vt hîc. vide Plutarchum in Coriolano de nomine & cognomine.

O *vigil iniuſtæ præmia ſortis habes.*] Quem alloquitur? an Iouem ipſum, de quo dixit:

—— ſed Iuppiter vnus
Decreuit pœnis inuigilare tuis?

Et ita *habes præmia*, ſumpſiſti pœnas de Tarpeia templi tui proditrice, iniqua ſorte & condicione. An vigiles Romanos alloquitur, quibus proditis ſolatio eſt pœna proditricis, & iniuſtam ſortem vigilum vocat, qui non bene ſortiti erant vigilias. nam eæ ſorti permittebantur. Virg. 9. Æneid.

Omnis per muros legio ſortita periclum
Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum eſt.

An ad ipſam Tarpeiam dirigitur ſermo, quæ vigilem ſeruabat ignem, & cuius cuſtos erat. Ouid. 1. faſt.

Vtque leuis cuſtos armillis capta Sabinis.

vt eius iniquam ſortem vocet, quod ita obruta. vt Virg. 12. Æneid.

Et Turni ſortem miſeratur iniquam.

Et ita *habes præmia*, id eſt, repenſus eſt honos tibi mortuæ, quia de nomine tuo mons dictus, vnde tibi perennis fama. Sic Ouid. 2. faſt.

Illa loco nomen fecit, locus ipſe Lupercis.
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Præmia ambiguè. Virg.

Hæc præmia, qui me Ferro auſi tentare, ferant.

Sic *pretium* Terent. & Virgil. & ſupra *Honor.* Obſcurus ſanè hic locus.

AD ELEGIAM V.

TERRA *tuum ſpinis obducat, lena, ſepulcbrum.*] Terræ numen Lenæ quodam modo imprecatur, quod negat Plinius cap. 63. lib. 2. fieri ſolere, quaſi id nimis graue ſit ac noxium. Suetonius tamen in Tiberio cap. 75. *Pars terram matrem Deoſque manes orarent, ne vllæ ſedem mortuo, niſi inter impios darent. Obducat*, tegat: Nonius. Virg. eclog. 1. *Limoſoque palus obducat paſcua iunco.* ipſe eleg. 16. lib. 3.

A *Obductis committam mene tenebris?*

Terra obducat ſepulcrum, propriè. Cic. 2. de leg. *Redditur terræ corpus, & ita locatum ac ſitum quaſi operimento matris obducitur.* Quod ait *Spinis*, Cicero 5. Tuſc. *Gloriatur ſe indagaſſe ſepulchrum Archimedis ſeptum vndique ac veſtitum vepribus ac dumetis.* Sic infra impreeatur illi caprificum. & eleg. 7. infra Cynthia ait: *Pelle ederam tumulo. Lena. Lena & Leno*, vt Copa, Copo; Lea, Leo; Draco, dracæna. *Lenones dicti ab alliciendo*: Feſtus. Iſidor. lib. 10. A deleniendo & blandiendo. Aſcon. 3. Verr. *Lenones ſcortorum ſunt: productores inuitarum perſonarum.* Cicero vtitur eo verbo in
B bonam partem 1. de Nat. Deor. *Natura quaſi ſui Lena, & blanda conciliatrix.* Vlpian. L. Palam. De ritu Nupt. Lenas eas eſſe ait, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt, & quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet, & quæ cauponam exercens corpora quæſtuaria habet prætextu inſtrumenti cauponij.

Et *tua, quod non vis, ſentiat vmbra ſitim.*] Lenæ ſunt anus, quæ natura ſiticuloſæ. vnde Ouidio Lena vocatur *Dipſas* eleg. 8. lib. 1. vbi ſic illi imprecatur:

Dij tibi dent nulloſque Lares, inopemque ſenectam,
Et longas hyemes perpetuamque ſitim.

C & eleg. 17. lib. 2.

Vel tu Tantalea moueare ad flumina ſorte.

vide Plautum Curcul. ſc. 2. act. 1. Inde, *Ad armillum redire*, ſiue *ad armillæ*; prouerbium in anus ebrioſas. Apuleius lib. 6. & lib. 9. Et *Armillum* Feſto, *vas vinarium in ſacris.* vide Nonium in *Armillum. Sentiat ſitim*, eum cruciatu, vt eleg. 5. lib. 1. *Meos ſentire furores. Quod non vis*, tibi minime placet.

Nec *ſedeant cineri Manes, & Cerberus vltor*
Turpia ieiuno terreat oſſa ſono.] Manes non in ipſo cinere maneant, & quieſcant, ſed er-
D rent, & vagentur perpetuo. nam manes ipſos vna eum cinere ſepulchro includi credebant. vnde el. 13 lib. 2.

Deinde vbi ſuppoſitus cinerem me fecerit ardor
Accipiat Manes paruula teſta meos.

Ouid. 3. faſt.

Terque vale dixit, cineres ter ad ora relatos
Preſſit, & eſt illis viſa ſubiſſe ſoror.

Ideo cineres & manes ſæpe coniungit. Virg. 4. Æn.

Id cinerem & Manes credis curare ſepultos.

Ibid. *Nec patris Anchiſæ cineres Maneſue reuelli.* & 10. Æneid.

Manibus & cineri, ſi qua eſt ea cura, remitte.

E *Sedeant*; quia *Sepulcrum portus corporis* Ennio. vnde ſedes, pro ſepulcro Virg. 6. Æneid.

Sedibus hunc refer ante ſuis, & conde ſepulcro.

Sedere cum 3. caſu, vt Virg. 2. Æneid.

Atque aris inuiſa ſedebat. Et Cerberus. lege At Cerberus. de Cerbero el. 5. lib. 3.

Nam tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
Cerberus.

vide illic adnot. *Terreat.* vulgo enim perſuaſum latratu Cerberi terreri vmbras. Virg. 6. Æneid.

—— licet ingens Ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat vmbras.

Stat. Epicedio in Glauciam lib. 2. Sylu.

Illum nec terno latrauit Cerberus ore.

& 3. Sylu. in lacrymis Hetrusci:
——Longe furiarum sibila; longè
Tergeminus custos.
& 5. Sylu. in Abscantij pietate:
Nempe times ne Cerbereos Proserpina tremiscat
Latratus; tacet ille pius.
& eodem libro Epicedio in patrem:
——Tedas auferte, comasque
Eumenidum: nullo sonet asper ianitor ore.
eod. lib. *—— Sanas vtinam exorare liceret*
Eumenidas, timidaque auertere Cerberon vmbra.
Mart. epigr. 35. lib. 5.
Pallida nec vrgeat horrescat Erotion vmbras,
Oraque tartarei prodigiosa canis.
Ossa turpia, deformis anus ossa. *Ieiuno*, acri, vt ieiunæ canis sæuior latratus. vide Laërtium in Diogene. Horat. oda 5. Epod.
Et ossa ab ore rapta ieiuna canis.
Sic eleg. 10. *Iratam sitim* dixit, quia sitientes iracundiores. *Sono*, latratu. vt el. 7. infra vers. 57.
Tergeminusque canis sit mihi molle sonet.
DOCTA *vel Hippolytum Veneri mollire negantem.*] Sic Plaut. Bacchid. sc. 3. act. 1. *Namque, ita me Dij ament Lycurgus, vt mihi quidem videtur, posset huc ad nequitiam adducier.* In Priap.
Crissabit tibi fluctuante lumbo
Sic vt non modo te Priape posset,
Priuignum quoque sed mouere Phedra.
Ouid. el. 4. lib. 2. Amor.
Illic Hippolytum pone, Priapus erit.
Mart. lib. 14. Lemmate, Puella Gaditana:
Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, vt ipsum
Masturbatorem fecerit Hippolytum.
Notus Hippolytus ex Euripide, & aliis. *Docta*, callida, vafra; vt Plaut. Persa:
Ille doct is Leno pene in foueam decidit.
& in militie vbique. *Docta mollire*, vt el. 3. lib. 2.
Par Aganippea ludere docta lyra.
Mollire, mollem & facilem reddere amori; vt el. supr. *Vestra meus molliet arma imus.* & el. 11. lib. 2.
Quaris Demophoon cur sim tam mollis in omnes.
Vel, etiam. vt eleg. 18. lib. 2.
Hoc tibi vel poteris coniux ignoscere Iuno.
Hippolytum, castissimum, & pœne osorem mulierum. *Negantem Veneri*, refractariom, nec morem gerere volentem libidini. Lucanus lib. 8.
Cornipedem exhaustum cursu, stimulisque negantem
Magnus agens. Stat. in Hercule Sorrentino lib. 3. Sylu.
—— Labor est exscindere ferro
Oppositas rupes, & saxa negantia ferro.
Marr. ep. 7. lib. 13.
Si spumet rubra conchis tibi pallida testa
Lautori cœnis sæpe negare potes.
CONCORDIQVE *toro pessima semper anus.*] Alij libri, pro *Anus*, *anus*, & eam lectionem probat Beroaldus: non ego. nam anis inauspicatissima lena matrimonio & coniugio vnanimi. Horat. oda 15. lib. 1. *Mala ducis aui domum.* & oda 3. lib. 3. vers. *Alite lugubri.* & oda 10. Epod.
Mala soluta nauis exit alite. ἀσυμφόρῳ ὄρνιθι dixeris Græcè. Vetus Poëta apud Cic. 1. de diuin. *Soluere imperat secundo rumore, aduersaque aui.* Homer. Iliad. ω.
Μὴ δέ μοι αὐτὴ ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλευ

A Verba sunt Priami ad Hecubam dehortantem ne se castris Græcorum committeret redempturus Hectoris cadauer. *Toro concordi*, vnanimis coniugibus Mart.
Quæ sciet hos illos vendere lena toros.
Concordes & *excordes* à corde; id est, animo: Cic. 1. Tuscul. vt hic *Toro concordi*, sic alias dixit: *Bene-conueniens iugum.*
PENELOPEN *quoque neglecto rumore mariti,*
Nubere lasciuo cogeret Antinoo.] vt Hippolytum casti viri exemplum, sic Penelopeo probæ fœminæ profert. Sic Ouid. 1. de arte Am.
B *Penelopen ipsam, perstes modo, tempore vinces.*
ipse eleg. 9. lib. 2.
Penelope poterat bis denos salua per annos
Viuere. vide illic adnot. Seneca tamen dixit ep. 89. *Verba dedit sæculo suo Penelope. Neglecto rumor mariti*, spreta fama, quæ de Vlyssis reditu spargebatur. Ac leg. *Mariti*, vel *Mariti*, id est, fama pudicitiæ coniugalis. Virg. Æneid. lib. 4.
Neque enim specie famaue mouetur.
Ipse eleg. 5. lib. 2. *Contemnas murmura famæ*, dixit, vt hic *Neglecto rumore. Cogeret*, nempe blanditiis, vel, vi carminis magici, vt eleg. 3. lib. 1.
C *Nunc quis inuitam cogeret esse suam.*
Nubere. obscœnè, vt eleg. 3. sup. vers. 16. *Lasciuo Antinoo*, proco illi libidinoso & proteruo. Homer. lib. 2. Odyss. ait esse Epithei filium, & lib. 17. superbum indocit, & lib. 22. Primum omnium eum Vlysses interfecit. Ouid. in ep. Penelopes: *Eurymachique auidas, Antinoique manus.*
ILLA *velit, poterit magnes non ducere ferrum.*] Sic Tibull. eleg. 2. lib. 1.
Cum libet hac tristi depellit nubila cœlo,
Cum libet æstiuo conuocat orbe niues.
Illa venit, modo id cupiat. & subauditur. Si. Si velit. vide adnot. ad el. 2. sup. vers. 37. *Magnes poterit non ducere.* id est, non ducet ferrum, &
D vim adferet ipsi naturæ. *Poterit non ducere*, pro, non ducet: vide eleg. 2. supra vers. 6. adnot. De magnete, qui & Heraclius lapis, & Sideritis dicitur, Lucret. lib. 6.
Quod superest agere incipiam, quo fœdere fiat
Natura lapis, hic vt ferrum ducere possit
Quem magneta vocant patrio de nomine Graij
Magnetum quod sit patrijs in finibus ortus.
Plato in Timæo. Aristot. lib. 1. de Anima. Plin. cap. 14. lib. 34. & cap. 16. lib. 36. Idem cap. 4. lib. 37. ait Adamas si adsit, non pati ferrum duci à magnete. Ergo & sine vi magica magnes poterit non ducere ferrum. *Non ducere*, ad se non trahere, vt eleg. 6. lib. 3.
E *Straminea rhombi ducitur ille rota.*
Alias legitur: *Inducere.* sic *inuidere*, pro non videre: Apul. Apolog. & *Inuisus Deus* Arnob. Tirinius Barathro apud Charis. lib. 2. *Inaurata atq. inlauta mulieres.* id est, non auratæ. *Indelicta*: Atrios apud Festum in *Probrum. Inermare*: *insiteri*: Festus. *Insperare.* Ennio, & eleg. 6. lib. 1. *Inarmata* patriæ vers. 21.
ET *volucris nidis esse nouerca suis.*] id est, odisse pullos, suis pollis infesta esse, vt nouerca suis priuignis solet; nec libenter eos alere. Plin. initio lib. 7. *Parens melior homini, an tristior nouerca fuerit.* Petronius: *Quibus est mea Roma nouerca.*
Et Scipio

Et Scipio apud Valer. cap. 2. lib. 6. *Taceant quibus Italia nouerca est.* Odium nouercale abiit in prouerbium. *Nouerca est*, inquit Festus, *quam quis sublatis liberis nouam vxorem ducit arcenda familiæ gratia.* Paulus I. Adoptinus de ritu nupt. *Nouerca patris est vxor. Nidus*, pullis metonimicῶς. Virg. 2. Georg. —— *Iuuat imbribus actis*

Progeniem paruam, dulcesque reuisere nidos.

& 4. Georg. —— *ipsasque volantes*

Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.

Nonius in *Nidus*, fœtus auiom. apud eundem Varro *Nidum* vocat poculi genus.

QVIPPE *&* *Collinas ad fossam mouerit herbas.*] *Quippe* pro, Necnon. Virg. 1. Georg.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus

Fas & iura sinunt. *Mouerit.* an euulserit mano legendo, an transtulerit voce sola; vt Virg. 4. Æneid. *Descendere montibus ornos.* An legendum *Nouerit*, vt scire & tenere dicatur quæ ad fossam sint aptæ herbæ. sic Tibull. el. 2. lib. 1.

Sola tenere malas Medeæ dicitur artes.

Collinas herbas, à collibus hîc dici putat Beroaldus, & sic exponit: Tantam esse eius potentiam, vt possit fontes & flumina inducere herbis montanis: vnde apparet eum legisse non *fossam*, sed *fontem*: quomodo in quibusdam libris legitur. Ego vero *Collinas herbas* interpretor, quæ nascuntur ad portam Collinam, eaque erat iuxta collem Quirinalé: Festus in *Salaria via*, in litura. Ad eam autem portam Vestales incœsti compertæ viuæ defodiebantur: Festus in *Sceleratus campus.* & Plutarch. in Numa. hinc herbæ collinæ ad fossam (natæ) vbi defodiebantur Vestales. Ouid. de Collina porta lib. 4. fast.

Templa frequentari Collinæ proxima portæ

Nunc decet. vbi intelligit templa Veneris Erycinæ. Sic ad portam Esquilinam Canidia magiam exercet, inquit Scaliger. An *ad fossam* dixit, quia in scrobem deuotiones sepulcrales, procurabantur, vt apud Apuleium lib. 1. Asin. & de *fossa magica* Horat. epod. 5. & sat. 8. lib. 1. An per *collinas herbas*, herbosos colles intelligit, quos ea in fossam & vallem traduceret? An *ad fossam herbæ*, vt eleg. 22. lib. 3. *Ad elegatum cines.* Collinus; à collis deducitur. & *Collina regio*, & *Collina tribus*, à Varrone memoratur lib. 4. de ling. Lat.

STANTIA *currenti diluerentur aqua.*] Beroaldus: Natura, inquit, rerum mutaretur, & solida terra in aquam conuerteretur, duraque liquescerent. Alij libri: *Stagnaque.* Aquæ, inquit, stantes in currentes, hoc est, fluuios, vel torrentes mutarentur. An *Stantia*, exstantia, excelsa perfunderentur fluuiis retro ascendentibus. nam stare & currere diuersa inter se. *Currenti aqua*, vt el. 2. lib. 1.

Vt sciat indociles currere lympha vias. Virg. 4. Georg. *Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Diluerentur*, mergerentur. vnde diluuium & diluuies Horatio.

AVDAX *cantata leges imponere luna.*] id est, quæ non veretur vim Diis afferre, quod audaciæ, & sceleris Titanici. Audacia enim omnis sceleris mater. Virg. 6. Æneid.

Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

A *Audax imponere*, vt Horat. oda 3. lib. 1. *Audax omnia perpeti.* sic el. 19. lib. 1. *Cupidus attingere. Imponere leges*, cogere sibi parere. est enim potentioris leges dare, vt el. 1. sup.

Atque vbi nunc terris dicuntur iura subactis.

Ouid. 8. Metam.

Et vt leges victis iustissimas auctor

Hostibus imposuit. Virg. 6. Æneid.

Pacique imponere morem. Luna cantata, excantatæ, & vi carminum de cœlo deductæ; vt supra el. 4. *Magica cantamina Musæ.* Ouid. eleg. 5. lib. 2. Amor. *Aut tur cantatis luna laborat equis.* & eleg. 6. lib. 3. Amor.

B *Ilicibus glandes, cantataque vitibus vua*

Decidit. & 2. fast.

Tunc cantata tenet cum fusco licia plumbo.

De luna carminib. cœlo deducta vide ad eleg. 1. lib. 1. vers. 19.

ET *sua nocturno fallere terga lupo.*] fallere ἀφανίζειν; pro abscondere, tegere. Ouid. 3. fast.

Et sua diuina furta fefellit ope. id est, abdidit, occultauit. *Fallere*, latere, effugere, frustrari. el. 4. lib. 1. *Accepta fallit vterque fide.* eleg. vlt. infr. *Fallere oscula*, pro tegere, & fingere vultu. *Terga* dixit, pro, facie, & forma, quæ à tergo conspiciatur, vt Virg. 7. Æneid.

C *Quos hominum è facie Dea sæua potentibus herbis*

Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Ao per hypallagen. Audax fallere nocturnum lupum suis tergis. id est, cum à tergo noctu à lupo conspiceretor, eum falleret, vt qui crederet esse lupam. *Nocturno*, noctu vagari solito, vt eleg. 4. lib. 2. *Nocturna Cytais.* Virg. 9. Æneid.

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili

Cum fremit ad caulas ventos perpessus & imbres,

Nocte super media. Versipellem autem eam significat, qua de Virg. eclog. 8.

His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis Mœrin.

D POSSIT *&* *intentos astu cæcare maritos.*] id est, calliditate sua & fallacia cæcos reddere, quantumuis perspicaces, & hoc agentes, sommaque diligentia vxores custodientes, vt quod viderent, non viderent. Cæcare, vt Cic. 4. Philipp. *Spes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorum. Intentos*, vt Horat. in arte:

Si veluti merulis intentus decidit anceps In puteum.

Astu, malitia: nam astuti propriè malitiosi, inquit Setu. in 11. Æn. Donat. in Eunuch. Astu, pro astutè aduerbium. alias nomen, vt *In astu venit.* Festus: *Astu apud Poetas astutiam significat, cuius origo ex Græco, ab oppido ἄστυ deducitur, in quo*

E *qui conuersati assiduè sint, cauti atq. astuti esse videātur.*

CORNICVM *immerita eruit vngue genas.*] id est, cornicibus oculos effodit & exsculpsit, non re vera, sed allegoricῶς, vt rectè notat Beroaldus. Prouerbium est: *Cornicum oculos configere*, quo vtitur M. Tull. pro Murena, & pro Flacco. Macrob. cap. 5. lib. 7. Saturn. *Græcum Græco eripiat hunc plausum, & tanquam cornix cornici oculos effodiat.* De astuto eluso à calidiore. Sumptum Pierius in Cornice putat ex historia, qua dicuntur Areopagitæ poenam capitis damnasse, quod oculos cornicum studiosius erueret, tam id signum improbissimæ mentis. *Genas*, pro oculis posuit, vt eleg. 12. lib. 3.

Exustaque tuæ mox Polypheme genæ. & el. vlt.
Cum venient siccis oscula falsa genis.

Ex Plinij cap. 37. lib 11. intelligitur genas esse membranas, quæ tegunt oculos, & vnde cilia eminent. plura de genis vide adnotata ad locum eleg. 12. lib. 3. ante laudatum. *Eruit*, vt Charis. lib. 3. *Eruo mendacis & mendaci oculos.* Ouid. 12. Metamorph.

Figitur hunc duplici Gryneus in lumina ramo,
Eruiturque oculos. Sueton. in Nerone: *Equiti Romano liberius iurganti oculum eruit.* sic loquitur etiam Pliu. & Lactant. *Vngui*, id est, digitis, vt eleg. 20. lib. 1.

Qua non decerpens tenero pueriliter vngui.

CONSVLVITQ. *striges nostro de sanguine, & in me Hippomanes fætæ semina legit equæ.*] *Consuluit*, ab iis consilium petiit, & quid facto opus. Explorauit euentura. sic Ouid. 1. fast.

Et primum visam consulit augur auem.

Virg. 4. Æneid. *Spirantia consulit exta.* & 7. Æn.
Lucosque sub alta Consulit Albunea.

Cic. 1. de diuin. *Consulere aruspicem.* & alibi: *Consulere populum, Senatum.* inde *Iurisconsulti*. *Striges.* de iis vide adnot. ad eleg. 6. lib. 3. vers. 29. Ouid. 6. fast. de Strigib.

Nauisque in volucris falsa figurat anus.

Sed legendum pro falsa, *Marsa*. *De*, exponi potest, in, vt Virg. 6. Æneid. *Cui tantum de te licuit.* Cic. 9. fam. 56. *Consilia inita de me.* & 13. Philipp. *De quibus lata* (lex) id est, in quos. Ipse eleg. 21. lib. 2. *De me finxit.* *Sanguine*, cæde, nece, exitio. eleg. 4. lib. 2.

Altera vix ipso sanguine mollis erit.

Cic. pro Ligario: *Scio vos non petere sanguinem.* An re vera. *Sanguine*, quia sanguinem præsertim infantium exsorbere credebantur? Ouid. 6. fast.

Carpere dicuntur lactentia viscera rostris,
Et plenum puro sanguine guttur habent.

Et legit, excepit, decerpsit. *Hippomanes.* Virgil. 3. Georg.

Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus,
Hippomanes quod sæpe malæ legere Nouercæ,
Miscueruntque herbas, & non innoxia verba.

Idem 4. Æneid.

Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor. Theocrit. Pharm.
Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι, τῷ δ' ἔπι πᾶσαι
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι.

Tibull. eleg. 4. lib. 2.

Et quod, vbi indomitis gregibus Venus afflat amores,
Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ.

Arist. 6. de historia animalium: *Cum equa peperit, statim secundas deuorat, atque etiam quod pulli nascentis fronti adhæret, hippomanes dictum, magnitudine minus caricæ.* vide Plin. cap. 42. lib. 8. & Columell. cap. 27. lib. 6. Iuuenal. sat. 6.

Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit. & paulo post:
Tanti partus equæ, quanti vna venefica constat.

Ouid. eleg. 8. lib. 1. Am. (Scit Lena)

Quid valeat virus amantis equæ.

& 2. de arte amandi:

Datque quod à teneri fronte reuellit equi.

& de medic. fac.

Nec tentate nocens virus amantis equæ.

Semina, semen genitale. *Virus* vocat Ouid. & Virg. locis antecitatis. *Fætæ equæ*, nuper enixæ. Seruius in illud 1. Æneid. *Loca fæta furentibus austris.* *Fæta*, inquit, *medius sermo est, vel partu liberata, vt: fecerat & viridi fætam Mauortis in antro. Et fæta, grauida: vt Non insueta graues tentabunt pabula fætas.* Plin. cap. 40. lib. 8. *Optimus in fætu qui nouissimè cernere incipit: aut quem primum fert in cubile fæta.* id est, nuper enixa.

EXORNABAT *opus verbis, ceu blanda perurat*] nihil hic Betoaldus. Scaliger autem: Insinuatione, inquit, vtebatur, tanquam de re difficillima dicere aggressura. Alij libri: *Exorabat* hoc sensu: *Exorabat opus*, persuadere puellæ conabatur, vt lecti sui copiam alicui faceret. nam *opus* in obscœnis. Ouid. 2. de arte amandi:

—— furtiuum nec timor vrget opus. in Catal.
——Rogatq. tentes Si pictas opus edat ad figuras.

Exorare opus verbis dicitur, vt el. 13. lib. 1. (licet alio sensu) *Illa suis verbis cogat amare Iouem.* *Ceu blanda perurat*, vt est delenifica, & impetrabilis, amore perurat & incendat, quas velit. *Τὸ verbis*, iterandum est, & *verbis exorabas*, & *verbis perurat*, & *Blanda verbis*, vt in Prologo Laberij apud Macrob. *Blandiloquens oratio.* & Plaut. Asin. *An in blanda verba aurum esse rere?*

SAXOSAMQVE *terat sedula culpa viam.*] Scaliger: *Terere saxosam viam, est per saxosam viam ire.* & prouerbium ait esse, pro in difficultatibus versari: quo Plautus alluserit (Captiuis) *Non meus scrupesam victus commentas viam.* Beroaldus ait blandiloquis verbis Lenæ puellæ mentem exorari, vt via saxosa sedulitate conteritur. Ideq. Beroaldus pro *ferat*, qood legetat, emendauit, *Terat*. Ego: *Culpa sedula*; vel ipsa Lena, culpæ & stupri suada: vel puella eius Lenocinio & blandis verbis corrupta; quæ sedulo & diligenter vltro citroque ad amatores commeat. *Sedula*, vt el. 3. lib 1. *Luna moraturis sedula luminibus.* Sedulus est, à quo dolus abest, nec abest diligentia, quæ tamen nocet interdum. vt Cic. pro Archia: *Sedulitatem mali Poëtæ* dixit, qui multum & diligenter scriberet, sed aduersis musis. Horat. ep. 13. lib. 1.

Ne studio nostri pecces, odiumque libellis
Sedulus importes. & ep. 1. lib. 2.
Sedulitas autem, stultè quem diligit, vrget.

& sat. 5. lib. 1. *——Vbi sedulus hospes*
Pene macros arsit dum turdos versat in igne.

Culpa, pro Lena colpæ, id est, stupri internuncia: vel pro meretrice; vt scelus, crux, venter, carcer & *stuprum Clytemnestra* eleg. 7. iost. *Lyra imbelles* ibidem, pro Citharœdo. *Terat viam saxosam*, semper vagetur, fiatque vulgaris puella, vt el. 23. l. 2.

Cui sæpe immundo sacra conteritur via socco.

Saxosam viam, saxis & silicibus stratam. alias Saxosum, asperum, vt *Saxosæq valles* Virgilio. Saxa autem & silices atterunt itu & reditu frequenti Virg. 1. Georg. *Angustum formica terens iter.* Plin. cap. 30. lib. 11. *Silices itinere earum* (formicarum) *attritos videmus.* Iuuenal. sat. 6.

Nec melior pedibus silicem quæ conterit atrum.

Lucret. l. 1. *Strataq. iā vulgi pedibus detrita viarum*
Saxea conspicimus. Sic *Tritor compedum*, &

Conterere carcerem Plautus dixit.

S i *te Eoa iuuat dabatarumque aurea ripa.*] si delectaris auro & gemmis, quæ in littore maris Indici leguntur. ipse eleg. 13. lib. 3.

Inda cauis aurum mittit formica metallis.

Iuuat, vt eleg. 3. sup. *Hæc me turba iuuat. Eoa ripa*; Indica, vt *Eoi lapilli* eleg. 15. lib. 1. vers. 7. eleg. 13. lib. 3. *Eois maritis.* eleg. 3. sup. *Eoa aqua*, vel *Eois equis* vers. 10. *Ripa aurea* hyperbolicωs, pro ripa fluminis aurum vehentis. Q. Curtius lib. 8. *Aurum flumina vehunt, quæ leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt. Aurea*, pretiosissima, vt *Aurea libertas, aurea mediocritas.* An *ripa* de litore Erythræi maris. Horat. oda 18. lib. 2.

Marisque Baijs obstrepentis vrges
Summouere littora,
Parum locuples continente ripa.

& oda 27. lib. 3.

Aequoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas.

Plin. cap. 9. lib. 15. de mari Pontico: *Thynni dextra ripa intrant, læua exeunt.* Seruius: *Ripa propriè fluminum: littora maris.* An *ripa*, pro flumine, vt eleg. 3. lib. 1. in Apidano, pro ripa Apidani. *Ripam fluminis* Vlpian. definit esse id *quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens. L. 1. de fluminibus.* & Paulus l. penult. eod. Tit. *Ripam ait dici, quæ plenissimum flumen continet.* An à rupendo, vt rupes? *Debatarumque.* Codex Beroaldi, *Derorautem*, quod interpretatur, capiti roramenta respergentem, quò magis coma illuminata flauescat. nugas garrit. Testatur etiam legi *Dorozantum*, quos ait esse Indiæ Populos apud Curtium. non reperi. Liber Scaligeri *Dorizantium*; vnde legit: *Dorixanium*, vt *Philocomasium, Erotium, Adelphasium.* Turneb. verò cap. 16. lib. 21. legendum putat *Doroxaninm*, vel *Doroxanium*, vt sit nomen puellæ, vt Acanthis lenæ. *Et legerem*, inquit; *Dorozantum, nisi hanc nominis formam mulieri non conuenire crederem.* Et sensus est, inquit, Si delectaris auro Indico, & abundare vis.

E t *quæ sub Tyria concha superbit aqua.*] id est, quæ videtur gloriari quasi conscia sibi suarum diuitiarum, seque maximè ad tingendam purpuram experi. *Superbit concha*, vt el. 1. sup. *Superbiat Vmbria* eleg. 1. sup. el. 11. infr. *Ara superba Ionis.* sic *Limina superba*, postes, & fasces Horat. & Virg. sic eleg. 12. lib. 3. *Lætentur cæde sagittæ.* Quod de margaritis exponit Beroaldus, non placet. non enim in Tyrio, sed Erythræo mari nascuntur, vt eleg. 13. lib. 3.

Et venit è rubro concha Erycina salo.

Sed muricem ostrum & purpuram intelligit cuius sanguine inficitur lana. qua de re dictum eleg. 13. lib. 3. vers. 7. *Aqua Tyria*, maris Tyrij. vide Festum in *Tyria muria.*

E v r y p y l i q v a *placet Coæ textura Mineruæ*] *Textura*, vestis texta. Plaut. Stycho: *Vt operam perdam aranearum, & texturam improbam. Texturas & texta* sæpe vsurpat Lucretius. Tibull. hac de re eleg. 3. lib. 2.

Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa
Texuit auratas disposuitque vias.

vide adnot. ad eleg 2. supra vers. 23. *Minerua Coa*, artificium texendi, cui præsidet Minerua. Ouid. 3. fast.

Pallade placata lanam mollire puellæ
Discant, & plenas exonerare colos.
Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit, & rarum pectine densat opus.

Sic Virg. 8. Æneid.

Tolerare colo vitam tenuique Minerua.

de Eurypylo Homerus in Catalogo nauium:

Καὶ Κῶ Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους Καλύδνας.

Meminit Strabo li. 10. & 13. Is Euæmonis filius Homero. ιλ. β. & λ. cuius meminit & Pausanias Laconicis, & Achaicis. Fuit & alter Telephi filius, de quo Strabo lib. 13. Virg. 2. Æneid.

Suspensi Eurypylum scitatum oraculo Phœbi
Mittimus.

S e c t a q v e *ab Attalicis putria signa toris.*] signis ornata fulcra lectorum Attali, quæ vetustate ipsa pene consumpta, tamen inde absecta & ablata valdè expetebantur. Aliter dixit el. 3. sup. *Et Tyria in gladios vellera secta suos.* An *signa* non solida, sed intexta vestibus intelligit, vt Virg. 1. Æneid. *Pallam signis, auroq. rigentem. Putria*, vetustissima, vt Pacuuius & Attius, *Putret annis & ætate corpus* dixere apud Nonium in *Putret.* Catull.

Putridaq; infirmis variabant pectora palmis.

Attalicis toris, vt el. 13. lib. 2.

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

S e v *quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ,*
Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.]

Ægyptiæ Thebæ palmis inclytæ: Strabo lib. 17. multa narrat de præstantia palmarum Thebaicarum. Plin. cap. 5. lib. 13. *Palma quæ fert myrobalanum, probatissima in Aegypto.* Idem & cap. 4. lib. 13. eius palmæ meminit. Solinus Ægyptiæ palmæ fructus proprium esse ait, vt sitim sedet, vnde ἄδιψος ea nominata. Ouid. el. 13. l. 2. Am.

Isi, Parætonium genitaliáque arua Canopi,
Quæ colis, & Memphin, palmiferamque Pharon.

Thebæ, ἑκατόμπυλοι. Homero ιλ. ι. meminit & Οδ. δ. vide Strab. li. 17. *Mittunt venalia.* sic Virg. 1. Georg. *India mittit ebur, molles sua tura Sabæi.* *Venalia*, id est, merces Ægyptiacæ, vt lina, chartæ, vnguenta, vasa crystallina: Plinius & Strabo vbique. Scaliger vitreos calices Ægyptios intelligi putat, qui [illegible] dicebantur. Ergo ñ *Pocula* iterandum. quod placet. *Murrheaque pocula*, ex murrha facta. Lucan. lib. 4. *Non auro murrhaue bibunt.* Stat. 3. Sylu. in coma Earini:

Prima duci murrhasque graues, crystallaque portat
Candidiore manu.

Iuuenal. sat. 6.

Grandia tolluntur crystallina; maxima rursus
Murrhina.

& 7. sat.

Empturus pueros, argentum, murrhina, villas.

Mart. lib. 14. Lemmate, *Murrhina.*

Si calidum potas, ardenti murrha salerno
Conuenit, & melior fit sapor inde mero.

Plin. cap. 2. lib. 37. *Oriens Murrhina mittit. inueniuntur in pluribus locis, nec insignibus, maximè Parthici regni.* Ibidem Petronij trullam murrhinam commemorat. Turneb. cap. 1. lib. 8. citato hoc versu: *Murrhina*, inquit, *pocula hic significantur, quæ Propertius fictilia fuisse videtur exstimasse, cum in Parthorum caminis coqui ea scribat, dissentiente Plinio, qui humorem putat sub terra con-*

crescere, densarisq; calore, eumq; lapidem erui, & in vasa calari. Seneca ep. 120. *Vtrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murrheum, an Tiburtinus calix, nihil refert.* Sic emendat Turnebus, cum editum sit, *Vitreum*, cap. 14. lib. 26. vt *murrheum*; pro *murrhinum* dixerit, quomodo & hic Propertius. vide Plin. loco citato. Baifius ait ætate nostra ea vasa nulla esse, vel nobis ignota, nec esse quam *Porcellanam* vocant. *Coctis focis Parthis*, in fornacibus & caminis Parthorum, vt Virg. 7. Æneid.

Recoquunt patrios fornacibus enses.

Parthis, pro Parthicis, vt eleg. 4. lib. 3.

—— Partha tropæa.

SPERNE *fidem, prouolue Deos, mendacia vincant.*] sic Lena apud Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Nec si quem fallas tu periurare timeto,
Commodat illusis numina surda Venus.

Sperne fidem, nulla sit tibi cura fidei seruandæ. *Spernere*, & colere contraria. sic ipse eleg. 4. li. 1.

——Contemnere aras.

vetus Poëta apud Cic. 3. offic.

Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.

Prouolue Deos, habe ludibrio, proculca, potro vt in luto volue. Prouoluuntur Dij, cum violantur periurio, & contumelia afficiuntur. Citra translationem Terent. Andr. act. 4. sc. 5.

Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam, teque ibidem peruoluam in luto.

Virg. 12. Æneid.

Hunc lora & iuga subter Prouoluere rota.

Lucret. lib. 6. per tmesin:

Multa siti prostrata viam per, proque voluta
Corpora. Corn. Tacit. lib. 5. Annal. *Multi fortunis prouoluebantur. Mendacia vincant*, potiora sint falsa veris, & periuria superent fidem. Plaut. milit. sc. 2. act. 2. *Qui se arguet, eum contra vincat iureiurando.*

CEDANT *damnosæ iura pudicitiæ.*] commoda & præmia honorum decreta matronis. vt eleg. 5. lib. 2.

Per dominæ Iunonis dulcia iura.

Virg. 4. Æneid.

Ante pudor quam te violem aut tua iura resoluam.

Damnosæ pudicitiæ, cum damno & rei familiaris & æratis coniunctæ, vt eleg. 9. infr. *Damnosi canes.* Horat. sat. 8. lib. 2. *Damnosa Venus.* Plaut. *Damnosi mariti. & Dij damnosissimi. Cedant iura*, discedant, valeant. Tanti non sint iura & sanctitas matronarum; vt eleg. 9. lib. 1. *Cedat amor.* An *Iura*, veneratio, reuerentia, vt Virg. 2. Æneid.

Sed iura fidemque Supplicis erubuit.

Quod alij libri præferunt. *Frange*, est glossema *τῶ Cade* &; Cædere, violare, vt Virg. 12. Æneid. dixit: *Pulsatos referens infecto fœdere diuos.* Hæc tamen lectio vet. lib. *Frange* &, probatur à Lipsio cap. 20. lib. 2. Antiq.

ET *simulare virum, pretium facit: vtere causis.*] id est, etiam fingere te nuptam esse; tibi esse maritum, vel alium amatorem cogit pecuniam. Sunt enim qui nuptas magis deperéunt. Horat. sat. 4. lib. 1. *Hic nuptarum insanit amore.* Alij libri, *Stimulare*, quod erit stimulis & aculeis Zelotypiæ accendere. Galli dicunt, *donner martel en teste.* Sequentia magis conueniunt simulandi verbo, ob illas causas:

A

Infelix hodie vir mihi rure venit.

Pretium facit, vt vulgo dicimus: *Faire argent.* sic Cic. 4. & 5. Verr. *Facere pecuniam* dixit. Martial. aliter de emptoriente ep. 60. lib. 9.

Et pretium magnis fecit Iaspidibus.

Alio item modo eleg. 1. sup. dixit:

Nunc pretium fecere Deos.

& Ouid. eleg. 10. lib. 1. Amor.

Et vendit quod vtrumq; iuuat, quod vterq; petebat:
Et pretium quanti gaudeat ipsa facit.

B

vbi *pretium facit*, ea quæ vendit. An *pretium facit*, pretiosam & cariorem reddit eam mercem? Ouid. 5. fast.

Fit pretium dignis, nec sibi quisque placet.

Id est, sunt in pretio. *Vtere causis*, adfer causas & excusationes. causare semper aliquid. vnde Virg. eclog. 9.

Causando nostros in longum ducis amores.

Causa, Gallicè *deffaite*. Terent. Andr. act. 1. sc. 5.

Censen me vllam causam potuisse proloqui.
Aut vllam causam, ineptam, falsam saltem.

& in prologo Hecyræ: *Mea causa causam hanc accipite*, & alibi sæpe. Ascon. in 3. Verrin. *Omen magis; quam causa. Causa*, inquit, *excusatio.* Plaut. Asin. sc. 1. & 4. *Nolo habere vllam causam, & votitam dicere.* Ouidius hac de re el. 8. lib. 1. Amor.

C

Sæpe nega noctem: capitis modo finge dolorem:
Et modo quæ causas præbeat Isis erit.

MAIOR *dilata nocte recurret Amor.*] non dissimile est illud Ouid. 3. de arte amandi:

Quod datur ex facili longum male nutrit amorem?
Miscenda est lætis rara repulsa iocis.

Maior amor, acrior, vt el. 3. sup.

Omnis amor magnus sed aperto in coniuge maior.

Recurret, statim redibit, vt eleg. 5. lib. 2.

Si dolor abfuerit, crede, redibit amor.

D

Horat. *Naturam expellas furca tamen vsque recurret.* & mox: *Bruma recurrit iners. Nocte dilata*; promissis ducendo amantem; quia mora peritat. sic eleg. 9. lib. 2.

Coniugium falsa poterat differre Minerua.

SI *tibi forte comas vexauerit vtilis ira.*] sic Iuuenal. sat. 11.

Vexatasque comas, & vultum auremque calentem; & sat. 13. *Vexare oculos humore coacto.* Petron. excussit vexatam salo vestem, id est, incompositam. Martial. epigr. 90. lib. 11.

At te vexatas malo tenere rosas.

E

Ergo *vexatas comas* τοῖς ἀκόμοις, pro ornatas dissoluerit, vt Tibull. el. vlt. lib. 1.

Sit satis ornatas dissoluisse comas.

De verbo vexare vide Gell. cap. 6. lib. 2. & Macrob. cap. 7. lib. 6. sat. *Ira*, nempe amatoris, id est, amator iratus, sed cum tuo commodo, vt eleg. 5. lib. 2.

Nec tibi connexos iratus carpere crines
Nec duris ausim lædere pollicibus.

Vtilis, vnde vsus & commodum ad te perueniet. vt el. 13. lib. 3. *Ille furor patria fuit vtilis.*

POSTMODO *mercata pace premendus erit.*] id est, mox vrgendus, velut impositis capiti pedibus, vt el. 21. lib. 3.

At ex omni me premit vsque Deus.

An mulgendus, vt *Pressare vbera* Virgilio. ipse A eleg. 16. lib. 2.

Et stolidum pleno vellere carpe pecus.

An onerandus damnis? Plaut. Aulul. sc. 4. act. 1. *Hic onerat aliquam Zamiam.* id est, imponit damnum. Et in Mostell. act. 3. sc. 2. *Vehere clitellas, & homines clitellarios*, senes vocat Tranio. & alibi: *Plus iusto vehit.* *Postmodo*, id est, mox vt eleg. 10. lib. 2. *Sentiet illa tuas postmodo victa manus.* *Pace mercata*, dato pretio vt te sibi pacatam & tranquillam habeat. qua de re eleg. 6. lib. 3.

Quod mihi si tanto felix concordia lecto
Exstiterit. & eleg. 13. lib. 2.
Quod si forte bonas ad pacem verteris aures.

Pax mercata, vt Cic. pro Cluentio: *Numarius interpres pacis.* *Mercata*, pathetikōs, vt eleg. 3. lib. 1. *Mercato cultu.*

DENIQVE *vbi amplexu Venerem promiseris empto.*] *Denique* ad summam propetat, finemq. dictorum: Donat. in Andriam. *Venerem*, *concubitum*, vt eleg. 15. lib. 2. vers. 11. *Amplexu empto*, mercatis gaudiis, vt eleg. 22. lib. 2.

Quid cum è complexu Briseidis iret Achilles.

Empto, vt eleg. 20. lib. 2.

Nec mihi muneribus nox vlla est empta beatis.

FAC *simules puros Isidis esse dies.*] id est, finge C te operatam esse, & secubare. *Fac similes*, pro simulato, vt eleg. 4. supra vers. 66. *Fac venias*, pro venito. *Esse*, alias *Isse*. An pro venisse, vt eleg. 4. lib. 2. *Saepe repulsus eas?* *Puros dies Isidis.* De sacris Isidis vide eleg. 33. lib. 2. *Puri dies*, quibus, vt certis aliis quibusdam rebus, ita & venere abstinendum erat, vt in sacris Cereris & Isidis. vide & Ouid. eleg. 9. lib. 3. Amor. Idem eleg. 8. lib. 1. Amor.

Et modo quae causas praebeat Isis erit.

Idem alibi:

Nec fuge Niligenae Memphitica templa Iuuencae
Multis illa fuit, quod fuit ante Ioui.

Legendus & Festus in *Puri menstrio.* Sic Graeci D dicunt ἁγνεύειν, & ἁγνῶς ἔχειν, purè habere. in Catalectis:

Hus huc quisquis es in Dii salacis
Diuerti graue ne puta facellum,
Et si nocte fuit puella tecum,
Haec re quod metuas adire non est.
Istuc Calitibus datur seueris.

Plaut. Poenulo act. 1. sc. 2. *Pura sum, comperce amabo me attrectare Agorastocles.* Tibull. eleg. 1. libr. 2.

Vos quoque abesse procul iubeo, discedite ab aris
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus.

Dicuntur etiam *puri dies*, non religiosi, non ominosi, & apti nuptiis. Ouid. 2. fast.

Exspectet puros pinea teda dies.

INGERAT *Apriles Iole tibi: tundat Amycle Natalem Maijs idibus esse tuum.*

Iole, nomen ancillae: quomodo vocata Euryti filia ab Hercule amata. *Ingerat*, subinde moneat & in aurem inferciat: vnde *fartores* dicti Festo. Ingeruntur dicta tanquam tela. nam & *verba iaci* dicuntur. vide eleg. 4. supra vers. 91. *Ingestis armis.* Dictitet Iole idus Apriles tuum esse natalem, qui dies natalis Maecenatis fuit. Horat. oda 11. lib. 4.

——— Idus tibi sunt agendae
Qui dies mensem Veneris marinae
Findit Aprilem.

Aprilis, quasi Aperilis, quod Ver omnia aperiat; non ab Aphrodite. Varro 5. de ling. Lat. & Ouid. 4. fast. *Amycle*, nomen ancillae, ab Amycla Amphionis & Niobes filia, quae cum Chlori sorore sola seruata ex illa fratrum & sororum caede: Pausanias Corinthiacis. *Tundat*, obtundat, saepius idem monendo: *Fodiat*, vt Terent. & Horat. Terent. Hecyr. act. 1. sc. 2. *Tundendo atque odio effecit senex.* vbi Donatus: *Tundere est saepius idem repetere; translatione à fabrorum malleo.* Inde B *Tudites*, mallei: Festus. Natali vero die mittebantur munera. Martial. ep. 54. lib. 9.

Natali tibi, Quinte, tuo dare parua volebam
Munera, tu prohibes, imperiosus homo es.

Idem ep. 63. lib. 8.

Vt possis Clyte munus, exigasque,
Vno nasceris octies in anno
Et soles puto tresue quattuorue,
Non natalitias habes calendas. Idem:
Natales mihi Martiae Calendae
Lux formosior omnibus Calendis,
Qua mittunt mihi munus & puellae.

Terent. Phorm. act. 1. sc. 1. *Porro autem*
Geta ferietur alio munere vbi hera pepererit:
Porro alio autem vbi erit puero natalis dies.

Iuuenal. sat. 9.

——— cui fuscina mittas
Grandia natalis quoties redit.

Ouid. 1. de arte:

Siue dies fuerit natalis; siue Calendae
Quas Venerem Marti continuasse iuuat.

Ibidem:

Quid quasi natali cum poscit munera libo.
Et quoties opus est, nascitur illa sibi

Petronius: *Vestimenta mea cubitoria perdidit, quae mihi natali meo dederat Cliens. Idibus Maijs*, Idus Maiae natalis Mercurij. Martialis:

Maiae Mercurium creastis Idus.

Et iisdem Idibus aedes Mercurij dedicata. Festus in *Maijs*. Idemque Festus dies mercatoribus. Idem in *Maius*. de Maij nomine & Ouid. 5. fast.

Templa tibi posuere patres spectacula circum
Idibus. ex illo est haec tibi sacra dies.

Idus ab iduare, quod est Hetrusca lingua diuidere, vide Macrob. cap. 15. lib. 1. Saturn. & Plut. ῥωμ. quaest. 24.

SVPPLEX *ille sedet, posita tu scribe cathedra*
Quidlibet, has artes si pauet ille, tenes.

E Vt eleg. 4. supra vers. 33. *Captiua sedet*, ita & hic *Supplex*, veniam orans. Tibull. eleg. vlt. libr. 2.

Illius ad tumulum fugiam, supplexque sedebo.

Posita cathedra. Plin. Iunior ep. ar. lib. 8. *Iulio mense, quo maxime lites interquiescunt, positis ante lectos cathedris amicos colloco.* (lecturus illis) Iuuenal. sat. 9.

——— Strata positus, longaque cathedra
Munera femineis tractas secreta calendis.

Mart. ep. 109. lib. 9.

Inter femineas tota qui luce cathedras
Desidet. Calpurnius in Bucolico:

Inter femineas spectabat turba cathedras.

Horat. sat. vlt. lib. 1.

Discipularum inter iubeo plorare cathedras.

De *cathedra*, pro sella feminea Legendus Lips. cap. 19. lib. 1. Elect. Erant & cathedræ doctorum, de quibus Ausonius in epigrammate in Rufum, & in Parentalibus. *Tu scribe quidlibet*, quidquid visum erit scribe in tabellis. τὸ *Quidlibet* non raro obscœnè capitur, vt eleg. 6. lib. 2. vers 26. & vers. 22. *Has artes si ille pauet*, si dolos & astus tuos reformidat, iisque mouetur. *Artes*, pro dolis, vt eleg. vlt. lib. 3.

Ista sum captus ab arte.

Pauere cum quarto casu, vt Horat. oda 12. Epod. *Vt pauet acres agna lupos.* Attius Prometheo apud Cic. 2. Tusc. *Noctem pauentes. Tenes.* An, *Tenes, quidlibet*, id est, statim quiduis auferes? An *Tenes*, tuus est, cepisti. sic eleg. 7. infr.

Si te non totum Chloridos herba tenet.

SEMPER *habe morsus circa tua colla recentes.*] vide adnot. hac de re eleg. 3. sup. vers. 25. & 26. *Morsus*, notam modo impressam dente, vestigium nequitiæ. *Circa colla*, vt collum ambiant, eleg. 6. infra:

Plauserunt circa libera signa Deæ. Ibid.

Terque focum circa laneus orbis eat.

LITIBVS *alternis quos putet esse datos.*] Catull. hac de re:

Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ.

Iuuen. sat. 6.

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus
In quo nupta iacet.

Putet, vnde æmulatio nascatur. Alias legitur, *putat. Datos.* Dare morsus, mordere; vt dare ictus, gemitus, saltus, carmen, motus; & *Dare notas* eleg. 3. sup. vers. 26.

NEC *te delectent Medeæ probra sequacis.*] *Probum* alias flagitium & stuprum: Festus, & ipse eleg. 4. sup.

Et valeat probro Vesta pudenda meo.

Alias maledictum & conuicium, vt hîc. Liuius lib. 2. *Ingerere probra.* Cic. lib. 11. ep. ad Attic. *Omnium probrorum plenæ epistolæ.* & pro Flacco: *Maledictis & probris vexare.* Maledicta ergo & conuicia Medeæ in Iasonem intelligit, de quibus Euripides & Seneca: An quæ ipsi Medeæ ab Iasone & Creonte exprobrata sunt. *Sequacis*, Securuleiæ, Petronio. Sequi virum est mulieris libidinosæ, vnde eleg. vlt. lib. 2.

Cælebis & ignotum nomne secuta virum?

Virg. 1. Georg. dixit: *Capreæque sequaces. Persecutrices*, inquit Seruius, vt 5. Æneid. *Maleæque sequacibus vndis.* & 4. Georg. *Fumosque manu prætende sequaces, Persecutores apum*, inquit. & 8. Æneid. *Flammisque sequacibus.* id est, *Persecutricibus.* & 10. Æneid. *Latio dare terga sequaci.* id est, Latinis persequentibus. Lucret. lib. 2. *Curas sequaces* dixit, & lib. 3. *Mores sequaces. Sequaces hederæ* Persius. *Sequaces lanæ* Martial. *Sequax bitumen*, id est, lentum & facile Plinius.

NEMPE *tulit fastus ausa rogare prior.*] id est, Passa repulsam; imo etiam repudiata est & eiecta. eleg. 21. lib. 2.

Colchida sic hospes quondam decepit Iason:
Eiecta est. *Ferre fastus*, vt el. 19. lib. 3.

Testis Cretæi fastus quæ passa iuuenci.

Rogare, & petere, libidinis, vt *Ausa*, impudentiæ. ipse el. 5. l. 1. *Non impune illa rogata venit.* vbi vide adnot. & *Prior rogare*, vt eleg. 25. lib. 2.

Vltrò contemptus rogat. Sic Sallustius de Fuluia: *Quæ viros sæpius peteret, quam peteretur.* id est, petulans & procax.

SED *potius mundi Thais pretiosa Menandri.*] nempe, te iuuerit, te delectet. *Thais pretiosa. Multinumma* Varroni: quæ noctem suam magno vendebat, vt eleg. 13. lib. 3. *Nox pretiosa.* Alij libri. *Prædosa*, vt ait Beroaldus. Sic *præmiosa* Cato dixit apud Festum. *Mundi*, culti, elegantis, vt eleg. 2. sup. *Mundus institor.* & el. 9. infra: *Munda rosa.* An *mundus*, diffluens & dissolutus? talis enim Menander apud Phædrum p. 61. vers. 8. & 9. el. 21. lib. 3. *Doctum* vocauit vers. 28. *Thais Menandri.* Varro Meleagris in *Dimittere*, & in *Tunica* apud Nonium: *Cum etiam Thais Menandri tunicam habeat demissam ad talos.* vide adnot. ad eleg. 6. lib. 2. vers. 3.

CVM *ferit astutos comica mœcha Getas.*] *mœcham* pro meretrice posuit, vt & fortasse Catullus:

Mœcha comica redde codicillos. Græcũ est μοιχὸς, adulter. vnde *Mœchimonium* dixit etiam Laberius apud Gellium, & Nonium. *Comica*, quæ in comœdiis inducitur, vt apud Cicer. *Comici stulti senes. Ferit*, deludit, emungit, & dolo & damno afficit. eleg. 3. lib. 3.

Qui volet austeros arte ferire viros. vbi vide adnot. vet. gloss. *Dispendium feriendum*, Ζημία ἐπιτιθεμένη. *Astutos Getas.* Ouid. el. vlt. lib. 1. Am.

Dum fallax seruus, durus pater, improba lena
Vixerit & meretrix blanda Menandros erit.

Idem 3. de arte amandi:

Nota sit & Sappho; quid enim lasciuius illa.
Cuiue pater vafri luditur arte Getæ.

Auson. in Monosyllabis:

Barbarus est Lydus, fallax Geta, femineus Phryx.

Donat. in Adelph. *Infidelis seruus in comedijs vel Syrus, vel Geta.* Strabo lib. 7. apud Athenienses vnde Getarum & Dauorum nomina seruilia fluxerint docet. *Astuti*, ab ἄστυ, quia in vrbe versati callidiores esse solent: Festus.

IN *mores te verte viri: si cantica iactat,*
I comes, & voces ebria iunge tuas.] id est, morem gere viro, id est, amatori. Obtineas Polypi ingenium, quale fuisse Catilinæ Cicero & Sallustius scribunt, & Alcibiadis Plutarch. *Verte*, vt eleg. 2. sup.

In quamcunque voles verte decorus ero. Morum similitudo & morigeratio conciliat amorem. Afranius Vopisco apud Nonium in *Mala ætas*:

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Aetas & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum:
Mala ætas nulla delinimenta inuenit.

Lege & Lucret. lib. 4. *Viri*, pro amatoris, vt el. 6. lib. 2. *Phryne tam multis facta beata viris. Cantica iactat*, pro cantat, vt Virg. eclog. 2.

——— *vbi hæc incondita solus*
Montibus & syluis studio iactabat inani.

Sic *iactare conuicia*, pro conuiciari el. 8. lib. 3. vbi vide adnot. *Canticum*, carmen quod modulatione

quadam pronunciabatur in theatro. Cic. ep. 22. libr. 9. fam. *Vt ille in demiurgo: nosti canticum.* *Cantica* fabularum, vt & *diuerbia*, de quibus Donatus in Terentium. Isidor. lib. 6. *Canticum, vox cantantis in lætitia.* Fab. cap. 3. libr. eiusmodi canticum vocat *modulationem scenicam*, quam vitiosam oratori docet in pronunciatione. apud Sueton. in Calig. cap. 54. *Cantico desaltato.* id est, fabula & tragœdia. Canticum intelligit eleg. 22. lib. 2. *Seu varios incinit ore modos.* Ouid. 3. Fast. de meretricibus in Festo Annæ Perannæ:

Illic & cantant quidquid didicere theatris.

Apul. Apol. 1. *Fenestra canticis circum strepita.* *I comes*, adde te sociam cantico. *I*, pro veni, vt sup. *Puros Isidis esse dies. Et voces tuas iunge*, illi accine. addit, *Ebria*, quia ebrietatis comes, vt saltatio, ita & cantus lasciuior. Tibull. eleg. 7. libr. 1.

Non tibi sunt tristes curæ, nec luctus, Osiri.
Sed chorus, & cantus, lenis & aptus amor.

Fabius cap. 3. lib. 11. *Quid enim oratori minus conuenit, quam modulatio scenica, & nonnunquam ebriorum, aut comessantium licentiæ similis?*

Ianitor *ad dantes vigilet: si pulset inanis,*
Surdus in obductam somniet vsque seram.

Sic Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Surda sit oranti tua Ianua, laxa ferenti.

vide & eleg. 6. eiusdem libri ad Ianitorem. *Vigilet ad dantes*, excubet, & paratus sit aperire dantibus, & quibus manus grauior fiet, vt loquitur Plautus. *Ad dantes*, erga dantes, vel dantibus, vt eleg. 14. lib. 3. *Ad latus esse suæ.* & eleg. 9. libr. eiusd. *Hic salus ad pacem.* eleg. 18. lib. 1. vers. 30. *Dicere ad aues. Si pulset inanis.* Apul. Apol. 1. *Qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo eos obseruat, suo arbitratu ascendunt: qui inaniores venere signo dato pro adulteris deprehenduntur. Pulsat*, qui admitti vult, vt eleg. 14. lib. 2.

Pulsabant alij frustra, dominamque vocabant.

Plautus etiam verberare dixit in Asinaria: *Noli fore verberare conseruas meas.* κόπτειν Græci dicunt, quod est pulsare, ingredi volentium: & ψοφεῖν, egredientium, quod Latinis: *Crepuerunt fores*; quia crepitu digitorum significabant se velle egredi, ne quem prætereuntem læderent, quia in publicum fores aperiebantur. Turneb. cap. 12. lib. 11. aduers. *Inanis*, qui nihil adfert; *Cui steriles manus*, Plauto. Idem Pseud. sc. 3. act. 1. *Nihil te mei miseret? Inanis accedas? nihilne te pudet? te amatorem inuentum esse inanem, quasi cassam nucem.* Idem Mostel. sc. 1. act. 3. *Hic homo est inanis.* Idem Asin. sc. 3. act. 3. *Ego baiulabo*: (crumenam) *tu, vt dominum decet, ante me ito inanis.* Eidem Pseud. sc. 3. act. 1. *inanilogus* dicitur, cui non sit argentata querimonia. Tibull. eleg. 5. libr. 1.

Heu canimus frustra, nec verbis victa patescit
Ianua, sed plena (numis) *est percutienda manu.*

id est, graui. *Surdus*, qui audire non vult nec curat eleg. 3. sup. *Omnia surda tacent. Surdum* à se & auditu. nam *aures, quasi audes. Somniet*, dormiat. nam somnium sine somno & dormitatione non est *Vsque*, diu ac multum inquit Donat. in Eunuch. aut continuo & perpetuo, vt eleg. 30. lib. 2. *Vsque sequetur amor. In seram ob-*

A *ductam*, quousque sera obducta erit: at illa semper erit inani. sic *dormire in lucem*, & *In medios dies*, & *In aurem vtramque.* An indormiat seræ, & obductæ? Obductam seram, occlusam Ianuam. nam *sera est claustrum Ianuæ*, inquit Donat. ad illud Eunuch. sc. 6. act. 4. *Ostium obsera intus.* de sera dicetur ad eleg. 7. intra.

Nec *tibi displiceat miles non factus amori.*] Id est, Nec sordeat miles rudis in amoris militia & tyro; licet in Martis militia veteranus. qua de re Plautus Trucul. *Displiceat*, Sic Augustus: *Dic me tibi displicuisse. Places*, verbum amatorium. contra, *Displices*, repudiantis. *Non factus*
B *amori*, quia *Horridus miles* Ennio; *Barbarus & durus* Virgilio. *Factus*, aptus, habilis. Cic. pro Milone. *Ad quam* (legem) *non facti, sed imbuti sumus.* & in Bruto: *Quamuis natura non est ita factus.* Alij lib. *Miles modo factus amori*, qui nuper militare in castris amoris cœpit. nam fieri militem dixit Cic. pro Cæcina. *Quod miles factus non esset.* Sic Ouid. eleg. 6. lib. 4. Trist.

Fert bene præcipites nauis modo facta procellas.

hac de re Ouid. 3. de arte amandi.

Hic rudis & castris nunc primum notus amoris
Qui tetigit thalamos præda nouella tuos.

C & sic τὸ *Miles* iterandum: Ne tibi displiceat miles, miles modo factus amori. Notat tamen Beroaldus ex Aristot. 2. Polit. Milites esse pronos & procliues ad libidinem mulierum, vnde orta sit Martis & Veneris fabula.

Nauta *nec attrita si ferat æra manu.*] Id est: Adportet stipem. & æra fert tam miles, quam nauta. *Aes* enim militare, stipendium Plaut. Aul. *Cedit miles, æs petit.* vnde *are diruti milites.* & æra sunt nautarum, naulum scilicet; vt eleg. vlt. infra: *Si portitor æra recepit.* & æra etiam meretrices accipere dicuntur. Iuuenal. sat. 6.

Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit.

D Ouid. opinor:

Stat meretrix paruo cuiuis mercabilis ære.

Inde *quadrantaria* dicta *Clodia*, quod vt meretriculæ quadrantes ei dati, qui numuli ærei Plinio Plutarch. in Cicerone. & C. Marius impudicæ mulieri multam dixit quatuor quadrantes: Idem Plutarch. in Mario. Martial. ep. 33. libr. 9.

Hanc volo quam redimit totam denarius alter.

Avt *quorum titulus per barbara colla pependit.*] Ouid. eleg. 8. lib. 1. am. in hanc sententiam.

Nec tu, si quis erit capitis mercede redemptus,
Despice gypsati nomen inane pedis.

Scaliger. *Caput*, inquit, *erat ædilitij edicti* (apud
E Gell. cap. 2. lib. 4.) *Qua parte de mancipiis vendundis cautum est: Titulus seruorum singulorum vti scriptus siet coirato, ita vt intelligi rectè possiet, quid morbi viticique quoique siet, quis fugitiuus, errone siet, noxaue solutus non siet.* vide etiam titulum ad ædilitium edictum in Pandectis iuris. & Vlp. l. 1. de ædilitio ed. §. aiunt ædiles, vbi tamen tituli nulla mentio; sed vt pronuncietur, quid vitij, &c. Hic Propertius scribit titulos illos vnicuique ex collo aptos fuisse. ego reperio etiam venalitio pingi solitos. Petronius: *Ego autem collecto spiritu non destiti totum parietem persequi. erat autem venalitium titulis pictum.* venali-

rium vocat *ῥυποσχεδίαν*. Hæc Scaliger. Seneca ep. 47. *Stare ante limen Callisti dominum suum vidi: & eum qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula* (leg. *reicula*) *mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi.* Serui quoque cum ad supplicium ducerentur, titulum, causamque supplicij in tabula descriptam gestabant. Dio lib. 54. fortasse autem venaliriis addebantur rituli, vt etiam indicarent cuius regionis, ætatis, artis, pretij essent. Sic tituli meretricij. Iuuenal. sat. 6.

Tunc nuda papillis
Constitit auratis titulum mentita Lycisca.

erant & tituli in pompa. eleg. 4. lib. 3.

Et titulis oppida capta legam. Titulo prælato victima: Sueton. in Aug. cap. 59. &, *Proposito titulo venere capita sua.* In. Calig. cap. 14. & *statuarum tituli.* Ibid. cap. 34. & in Galba cap. 2. *Tituli adium venalium.* Tibull. eleg. 4. lib. 2.

Quinetiam sedes iubeat si vendere auitas,
Ite sub imperium, sub titulumque lares.

Petron. *Titulus trepidi temporis*, id est, Index. Citat hunc versum Turneb. cap. 1. lib. 8. aduers. nec quicquam affert. *Pendere per colla*, pro, ex collo. eleg. 12. lib. 3. dixit *Pendebit collo.* An pro ante, vt eleg. 13. lib. 3.

Et spolia opprobrij nostra per ora trahit.

Barbara colla, barbarorum mancipiorum, maximè Syrorum & Lydorum. sic Horat. oda 25. lib. 3. *Ac pede barbaro Lustratam Rhodopen.* eleg. 1. sup. *Rudi collo.* eleg. 8. infra: *Colla molossa.*

Celati *medio cum saltere foro.*] *Celati*, inquit Beroaldus, *sub galea occultati gladiatores, vel serui stigmatici.* Scaliger: *Celati, procul dubio sunt signati: στιγματίαι, vt Xenophon περὶ πόρων dixit, ἀνδράποδα στιγματίας. nam mancipiorum pedes signabantur creta: siquidem priuati homines essent, heri sigillo; sin publica, reip.* Plin. cap. 17. lib. 35. Pedes venalium creta denotari solitos ait trans mare aduectorum; vnde Tibull. eleg. 3. lib. 2. *Gypsatos pedes* vocat. & Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor. An ergo legendum *Cretati*? Turoeb. cap. 1. libr. 8. Celare exponit, omni mangonio pingere, & omni lenocinio celare. errat. *Cum saltere foro medio.* Scaliger: in foro venalia prostabant mancipia, & saltare ac currere circum coronam solebant: Menander ἱερείᾳ.

Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ τὰ τῆς θεοῦ
Εἰς τὰς κύκλους ἰέναι ὑπολύσασθαι
Ὀρχεῖς κύκλῳ περίχορον καὶ πωλούμενον.

Id est. *Currebant ergo dum præco ipse venales prædicabat, & saltabant, vt cognoscerentur, qui essent.* Næuius agitatoria. (apud Charis. lib. 2. in Tax pax.)

Age ne te mihi aduorsari dicas, hunc vnum diem
Demea, Sequior sinam illos esse tax pax, postea
Currentes ego illos omnes vendam, nisi tu viceris.

περίχορον Menander; *currentes* Næuius; *salientes* Propertius dixit, quibus plaudebat ipse præco. Cornutus ad illud Persij:

Cappadocas rigidos pingui pauisse catasta.

Legitur, inquit, *& plausisse: quoniam venales antequam in catasta imponantur, cantant vniuersi pariter more gentis suæ.* hæc Scaliger. Turneb. cap. 1. lib. 8. *In foro saltare, ingenuo turpe erat, quod seruitia, cum venibant, faciebant.* Beroaldus: *Quia virgis cæsi in medio foro saliebant stigmatici serui.* Sic

A *præsul* in ludis apud Liuium. Nescio an huc pertineat argumentum declamationis 340. apud Fabium. *Qui voluntate domini in libertate fuerit, liber sit. Mango nouitium puerum per publica rostra iecit prætextatum. dicitur ille liber.*

Avrvm *spectato, non quæ manus afferat aurum.*] Id est. Auri rationem habeto, non afferentis militis, nautæ, serui. *Spectato*, & an probum sit, & an aurum. *Non quæ manus afferat*: Huc spectat historia, quæ legitur apud Sueton. in Vespas. cap. 23. *Reprehendenti filio Tito, quod etiam vrinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur,*
B *& illo negante: atqui, inquit, è lotio est.*

Versibvs *auditis quid nisi verba feres.*] Sic Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Ecce quid iste tuus præter noua carmina vates
Donat? amatoris millia multa leges.
Qui dabit, ille tibi magno sit maior Homero
Crede mihi res est ingeniosa dare.

Idem 2. de arte.

Quid tibi præcipiam teneros quoque mittere versus?
Hei mihi, non multum carmen honoris habet.
Carmina laudantur, sed munera magna petuntur.
Dummodo sit diues barbarus, ille placet.
C *Ipse licet venias Musis comitatus Homere,*
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Ipse eleg. 26. lib. 2. *Dicat de nostro surge poëta toro.* vbi magni fieri versus suos à Cynthia docet, vt eleg. 13. lib. 1. & eleg. 8. lib. 1. *Quid feres.* id est, auferes, accipies. vt ipse eleg. 24. lib. 2.

Ab Hesperio mala dracone ferat. Nisi verba, præter inania verba, præter meras nugas. *Verba* ambiguè, ἔπη ἢ λόγους. Ideo sæpe verba, pro versibus vt eleg. 2. lib. 3.

Turba puellarum si mea verba colis.

Verba, pro dolo eleg. 9. lib. 2.

Sed vobis facile est verba & componere fraudes.

D sic *Virtutem verba putas.*

Qvi *versus, Coa dederit nec munera vestis.*] Sic eleg. 4. lib. 3. vers. 8. *Munus equi.*

Ipsivs *tibi sit surda sine arte lyra.*] Nam & lyra elegi canuntur & cithara. eleg. 10. lib. 2.

Nunc aliam cytharam me mea Musa docet.

Lyra surda, quæ non auditur, vt cæcum, quod non videtur. Iuuenal. sat. 7.

Surda nihil gemeret graue buccina.

Idem sat. 13. *Diri conscia facti.*

Mens habet attonitos, & surdo verbere cadit.

Pers. sat. 6.

Remque omnem votaque surda Condidit Ionio.

Locus surdus Vitruuio lib. 5. vbi non facile vox
E redditur. Plin. libr. 36. refert etiam ad visum: *Surdusque color fit.* Pers. sat. 6. ad odoratum. *Nec spirent cinnama surdum*; non sentiatur odor; vt Horatius *Exsurdant vina palatum*; hebetant. *Sine arte*, rudis & indocta. eleg. 1. sup.

Non fuit opprobrio facta sine arte casa.

Contra eleg. 1. lib. 2.

Siue lyra carmen digitis percussit eburnis,
Miramur faciles vt premat arte manus.

Legitur & ære. id est, lyra inanis & immunis.

Dvm *vernat sanguis, dum rugis integer annus,*
Vtere; ne quis eat liber amore dies.

Titius legebat, *annis vtere*: ridetur à Scaligero

p. 33. & 34. *Vernat*, in ætatis vere, & flore calet; viget, eleg. 19. lib. 1.

Illic formosæ vernant chorus heroinæ.

vt omnia florent & vigent vere, sic in iuuentute quod ver est ætatis sanguis vernat. Sic Tibull. eleg. 8. lib. 1.

At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Vtere, non tardo labitur illa pede.

Ouid. 3. de arte amandi.

Dum licet & veros etiam nunc editis annos,
Ludite, eunt anni more perennis aquæ.

& mox. *Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas.* *Annus integer* (à) *rugis*, ver ætatis à rugis intactum. *Integer annus*, ætas integra Plauti Pseud. sc. 2. act. 1. *Vbi sunt quibus ætas est integra, & qui amant ab lenone.* Sueton. in Aug. cap 19. *Neque ætate, neque corpore integer.* & in Calig. cap. 25. *Neque facie insignis, neque ætate integra.* Plaut. Mercat. act. 3. sc. 2. *Adolescens cum sis, tum cum est sanguis integer.* Virg. 2. Æn. *Quibus integer æui Sanguis.* *Integer rugis*, vt Virg. in Culice *Vix compos mente resurgit.* & Ennius: *Studiosum robore belli.* Sic dicitur & *Expers domo*, & *Expers metu*, & *Expers more* apud Plautum. vel τὸ à subauditur, vt hîc *Liber amore dies.* *Annus*, pro, anni, enallage numerorum, vt *Misenus, Bosphora, Capitolia.* *Annus*; pro, parte anni Tibull. eleg. 4. lib. 1.

Annus in apricis maturat collibus vuas.

Virg. *Frigidus annus*, &, *formosissimus annus.* & *annus hybernus* Horat. *Rugis*, quæ comites senectutis, vt eleg. vlt. lib. 3.

Et veniet formæ ruga sinistra tuæ. *Vtere.* eleg. 15. lib. 2. dixit: *Fructum hunc ne desere vita.* Sueton in Galba cap. 20. *Galba cupidè fruaris ætate tua.* *Ne quis eat liber amore dies.* ex Ceruini coniectura Titius legit: *Annus*

Vtere, ne quid eras liber ab ore dies.

& ita vet. lib. Ridetur à Scaligero. p. 33. 34. *Dies eat*, abeat, prætereat, vt eleg. 4. libr. 1. vers. 10. *Turpis eat.* Senec. cap. 6. de Consol. ad Matr. *Eat omnis inter luctus dies.* Alludit autem ad Apellæum illud: *Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit.* *Liber amore*, vacuus & immunis, vt eleg. 2. lib. 2. *Liber eram.* sic *Liber locus*, *liberum hospitium.* Liber cum sexto casu, vt Virg. 3. Georg.

Liber habenis equus. & 10. Æneid. *Libera fatis.* Cic. *Liber terrore*, cura. & *Liber ab irrisione.* Horat. cum 2. casu. in arte:

Indoctus quid enim saperet, liberque laborum.

VIDI *ego odorati victura rosaria Pæsti*
Sub matutino cocta iacere noto.]

A floribus, maximè rosis argumentum ducitur breuis & fugacis formæ. vide notata ad eleg. 15. lib. 2. vers. 51. *Rosaria*, pro ipsis rosis, vt eleg. 2. sup. *Cerasos* arbores, pro fructu; & eleg. 13. lib. 3. *Rubos* pro moris. *Rosarum*, vt violarium, pomarium, significat copiam rosas gignentium fruticum, vt *rosetum* Virgilio locum ipsum rosis consitum. Plin. cap. 11. lib. 21. in fin. *Rosaria à fauonio fossa esse oportet.* Sueton. Nerone cap. 27. *Indicebat & familiaribus cœnas, quorum vni mitellita quadragies H S. constitit, alteri pluris aliquanto absortio rosaria.* *Pæsti.* Virg. 4. Georg.

Biferique rosaria Pæsti. vbi Seruius. *Pæstum oppidum Calabriæ, vbi bis anno nascitur rosa.* (Maio &

A Septembri:) Ouid. 15. Met.

Leucadiamque petit, biferique rosaria Pæsti.

Martial. ep. 31. lib. 12.

Prataque nec bifero cessura rosaria Pæsto.

Auson. in Rosa:

Vidi Pæstano gaudere rosaria cultu.

de Pæsto Lucaniæ oppido, & sinu Pæstano Plin. cap. 5. libr. 3. & Strabo libr. 5. in fine. *Odorati*, suauεolentis. vide eleg. 3. sup. vers. 66. *Victura*, diutius permansura in flore absque noto esset. *Victura*, quia vt plantæ, ita & flores viuere dicuntur, vt & mori. Stat. 2. Sylu. in epiced. in

B Glauciam:

Ille velut primos exspiraturus ad austros
Mollibus in pratis altè flos improbus exstat.

& 3. Sylu. in lacrymis Hetrusci:

Pubentesque rosæ primos moriuntur ad austros.

Cocta sub noto. Auster enim torret simul & putrefacit. Horat. sat. 2. lib. 2. *At vos*

Præsentes austri coquite horum obsonia.

Stat. 7. Theb.

Vt cum sole nouo, tristique rosaria pallent
Vsta noto.

An *cocta*, adusta frigore quia addit *matutino*, & est *frigida aura Eoo gelu.* eleg. 16. lib. 1. Virg. 1. Georg. *Penetrabile frigus adurit.*

C Auster inimicus floribus vnde Virg. ecl. 2.

Floribus Austrum
Perditus & liquidis immisi fontibus apros.

Sub noto, sub flatum Austri, vt Ouid. 1. Met.

Vel iam sub luce reliquit. Vel est alieni imperij; vt Horat. *Sub rege Medo.* Ouid.

Sub Ioue mundus erat. *Matutino*, mane flante, vt eleg. 16. lib. 1. *Nocturnis Zephyris.* Mane autem ob rorem teneriores sunt rosæ. *Iacere*, aut ægra languere, aut decidisse & humi esse strata. Ouid. ad hanc sententiam 5. Fast.

Et monet ætatis specie dum floreat vti;
Contemnunt spinam cum cecidere rosæ.

D HIS *animos nostra dum versat Acanthis amica.*]

Aptum nomen lenæ asperæ & garrulæ; ab spinis, & auicula acanthide; de qua consulendus Plinius, vt de herba eiusdem nominis. *Versat animos*, labefactat huc & illud impellendo. eleg. 8. lib. 3.

Non est certa fides quam non iniuria versat.

Animos amicæ, amicam. nempe Cynthiam, vt eleg. 7. infra. *Pectora nota.* vers. 64.

PER *tenues ossa sunt numerata cutes.*] Id est. Tota hellucebat macie. A quibusdam hic versus obelisco confoditur, vt nothus ac spurius, quibus assentitur Scaliger. Significat eam morbo, vel fame in extremam maciem adductam.

E Plaut. Aulul. sc. 5. act. 3.

Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet.
Quin exta inspicere in sole etiam viuo licet,
Ita is pellucet quasi laterna Punica.

Idem Captiuis sc. 2. act. 1. *Ossa atque pellis sum misera macritudine.* Virg. ecl. 3. *Vix ossibus hæret.* Theocrit. Pharmaceutria.

Αὐτὰ δὲ λοιπὰ ὀστί' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα. Id est. Ipsa autem reliqua ossa erant & cutis. Apollonius libr. 2. de Phineo; ῥινὸς δὲ σὺν' ὀστέα μοῦνον ἔεργεν. Cutisque ossa duntaxat contexerat. *Ossa*, penthemimeris. vide ad illud eleg. 1. sup.

Nulli cura fuit externos quærere diuos.

Per, *à tauers.* vide eleg.4. sup. vers.20. adnot. *Cutes*, insolens numerus pluralis, vt *Ostrus*, *Misenis*, *Bosphora*, *Illyrias.* Cutis hæret viuis: mortuis detrahitur pellis. Isidor. tamen lib.11. confundit. Ouid.8. Met. in descriptione famis:

Dura cutis per quam spectari viscera possent.

Idem eleg.6. lib.4. Trist.

Vix habeo tenuem quæ tegat ossa cutem.

Sed *cape torquatæ, Venus ô regina, columbæ*
Ob meritum ante tuos guttura secta focos.

Sic eleg.6. lib.2.

At tu nunc nostro, Venus ô, succurre dolori.

Regina, vt eleg.3. lib.3.

Et Veneris dominæ volucres mea turba columbæ.

Horat. oda 26. lib.3.

O quæ beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sithonia niue
Regina, sublimi flagello
Tange Chloen semel arrogantem.

Ab Hesychio memoratur Ἀφροδίτη βασιλίς. *Cape*, verbum dicantis & soluentis votum. Varro Quinquatribus apud Nonium in *Autumnitas.* *Cape hanc caducam Liberi mollem dapem.* Tibull. lib.4. *Magne Geni, cape tura libens.* Idem lib. eod.

Natalis Iuno sanctos cape turis honores.

Brisson. in formulis. 37. & 38. *Guttura secta columbæ*, periphrasis iugulatæ columbæ, vt Horatij oda 3. epod. *Senile guttur fregerit.* id est, strangularit, suffocarit. & est enallage numerorum pro guttur, vt paulo ante *Cutes*, pro, cutem. Columba grata Veneri victima, cui sacra, vt eleg.3. lib.3. vers.31. adnot. Ouid.1. Fast.

Ergo sæpe suo coniux abducta marito
Vritur in calidis alba columba focis.

Torquatæ, velut torqui collum cinctæ vario colore. hinc corrigendus Apuleius lib.6. Met. *Procedunt quatuor columbæ, & hilaris ingressibus picta colla torquentes* (leg. *torquatæ*) *subeunt.* & 2. Florid. *Enimuero ceruicula eius* (Psittaci) *circulo minio, velut aurea torqui, pari fulgoris circumactu cingitur, & coronatur.* Næuius Cypriæ Iliad. libr.1. apud Charis. lib. 1.

Collum marmoreum torquis gemmata coronat.

Torquata columbæ, vt apud Martial. ep.67. lib.13.

Torquati palumbi. & Ouid. ep. Phyllidis.

Affuit Alecto breuibus torquata colubris.

Ante focos tuos, ad aras tuas. vt eleg 19. lib.2.

Hœdus vbi agrestes corruet ante focos.

& eleg. prox. seq.

Et cadat ante meos icta iuuenca focos.

Ob meritum, quia me vlta. Tibull. eleg.19. lib.1.

Venerique merenti
Fixa notet casus aurea palma meos.

Ouid.4. Fast. *Redduntur merito debita vina Ioui.* & eleg.2. lib.4. Trist.

Munera dat meritis, sæpe datura, Deis.

in veteri monimento *V. S. L. M.* id est. Votum soluit libens merito. Brisson. form. 38. vers. 19.

Vidi *ego rugoso tussim concrescere collo.*] vide adnot. ad eleg.2. sup. vers. 53. *Tussim concrescere*, id est, humorem, caussamque tussis coalescere, & deosari in eius faucibus. De tussi Isidor. lib. 4. & libr.10. & Cornel. Celsus cap. 4. libr. 4. *Concrescere*, densari. Virg.1. Georg.

A *Putres concrescere fungos.* & 3. Georg.

Concrescunt subitæ currenti flumine crustæ.

id est, *congelascunt*, inquit Seruius. & 2. Æneid.

Concretos sanguine crines. & alibi sæpe. Seruius in illud ecl.6.

Mundi concreuerit orbis: collectus & informatus sit. vtitur sæpe Gell. cap.8. lib.17. *Concrescere*, cogi, coalescere, congelascere. Cic. 2. de Nat. Deor. *Niue pruinaque concrescere.* & *Cœlum concretum & crassum.* *Rugoso collo*, quia vt rugis integra ætas caret, sic exaratur iis senectus. Lucillius 9. sat. apud Nonium in *Passum.*

Rugosi, passique senes eadem omnia quærunt.

B tussi autem vrgentur Horat. sat.5. lib.2.

Si quis Forte cohæredum male tussiet. Tussim & dentes coniungit, vt Martial. ep.76. lib.1.

Si memini fuerunt tibi quattuor Ælia dentes.
Expulit vna duos tussis & vna duos.
Iam secura potes totis tussire diebus
Nil istic quod agat tertia tussis habet.

Idem ep.26. lib.1.

Quod querulum spirat, quod acerbum Næuia tussit
Inque suos mittit sputa subinde sinus.

Spvtaqve *per dentes ire cruenta cauos.*] Id est, vidi illam exspuere saniem. quod id Græcis dicitur αἱμόπτοια, quod quomodo fiat, scilicet
C vt tussis sanguinem extrudat, docet Corn. Celsus cap.4. lib. 4. vbi ait, sæpe euenire vt sanguinem pus sequatur. hinc *Cruenta, sputa* vocat, id est, mixta sanie. πτύω, spuo. *Screantiæ* dictæ eiusmodi mulieres à screando; Varro 6. de ling. Lat. *Screptæ* apud Nonium legitur ex Plauti friuolaria, & Festum in *Screptæ.* vbi etiam *Screæ* dicuntur, ab exscreando. ideo ille senex lepidus in Milite Plauti ait act.3. sc.1. *Minimè sputator, screator sum, minimè item muccidus.* An spuere malus est quam screare, quasi pus eiicere, vt pus, spus: lis, stlis; lata, stlata? *Dentes cauos*, putres & intus exesos. Horat. oda 13. lib.4.
D *Luridos dentes* dixit & oda 8. epod. *Dentem atrum.* *Ire*, fluere.

Atqve *animam in segetes putrem exspirare paternas*
Horruit algenti pocula curua foco.

Vetus lectio: *Algenti pergula curta foco*, quam Turneb. cap.1. lib.8. tuetur; quia pauperes, inquit, quibus cella non erat, nec domus, in pergulis habitabant, vt & scorta in pergulis prostabant in Plauti Pseud. act.4. sc.2. Sic Suetonius Crassitium Libertinum in pergula docuisse scribit. hæc Turnebus, quem repræhendit Scaliger, quod putarit pergulas, ædificia publica fuisse, aitque fuisse appendices ædificiorum in
E publicum spectantes. vnde artifices illic opera sua proponebant, vt ita populo innotescerent. Iuuenal.

Sed nec structor erit cui cedere debeat omnis
Pergula. hic autem ait tuguriolum significare vt apud Ausonium:

Vilis arundineis cohibet quem pergula tectis.

Tria ergo pergularum genera, vt colligitur ex Scaligero in Ausonium; vnum, ædificiorum appendix, vulgò *Galerie*, sed quæ publicum spectaret: alterum, casula, siue tuguriolum, vt hîc: tertium in opere topiario, vulgò *Vne treille*; quod sub ea tecti pergimus, & inambulamus, vt

apud Columellam. Vlpian. quoque l. hæres. §. Proinde. de Iudiciis. *Tabernulam, pergulam, officinam, horreum conducere.* Interpres Iuuenal. in sat.11. *Pergula, qua boletaria ponuntur. Pergula algenti foco*, vt Virg. 3. Æneid.

——Domus sanie, dapibusque cruentis. Ipse el. 3. sup. *Pictoque Britannia curru.* Beroaldus nugatur dum reponit *Pertica*, & exponit de ligno foco imposito. *Pergula curta algenti foco horruit*; id est, Pergula exigua angustáque cum horrore aspexit talem exitum lenæ. sensum tribuit pergulæ, vt Virg. *Hac terra videbit. Flerunt Rhodopeia arces.* Cic. pro Cœlio. *Ne ipsa eiiciat vocem domus.* sic Ianua conqueritur eleg.16. lib. 1. *Curta pergula*, quamuis exigua, non tamen integra, & suis constans partibus, vt *Curto equo* eleg. 1. sup. sic Persio *Curta supellex.* & infra hic: *Curto collo amphora. Horruit* ambiguè, de conspectu ipso horribilis rei, & de frigore vnde, *Tremulus horror*: eleg.5. lib.1. *Algenti foco*, exstincto, & vbi frigus multum, calor nullus. summum iudicium egestatis ne ignem quidem habere, præsertim in foco, quæ ignis sedes. Catull. in Furium: *Furi, cui neque seruus est, nec area, nec cimex, nec araneus, nec ignis.* Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Me mea paupertas vita traducat inerti,
Dum meus aßiduo luceat igne focus.

significat ergo lenam nec habuisse quod coqueret, nec vnde coqueret, aut foueret ætatem frigidissimam. Matt. ep.66. lib.8.

Alget adhuc nudo clausa culina foco.

sic vulgo dicimus: *Il n'y a rien si froid que l'atre.* Festus: *Algeo ex Græco ἀλγῶ, id est doleo, vt sit frigus dolor quidam membrorum rigore collectus.* id frigus sequitur tremor. vnde Iocus apud Cic. 2. de Orat. *Sapiens si algebis tremes. Perire algu* dixit Plautus Rodente. vide Nonium in *Algu. Exspirare animam. Efflare extremum halitum* dixit vetus Tragicus apud Cic. 2. Tusc. Virg. 11. Æneid.

——Atque inter tuta domorum
Confixi exspirant animas. sic 5. & 3. Æneid.
Exspirare flammas. Catull.
Suaues exspirans lectus odores.

Sæpius ἀπλῶς dicitur exspirare, pro mori. *Putrem animam* odiosè dixit, vt eam infra sues amandaret, quibus anima data pro sale, ne putrescant. Cic. 5. de fin. *sic corpus annis putrere* dixerunt Attius & Pacuuius apud Nonium in *Putret.* An *animam putrem*, pro habitum putrem? *In segetes*, vt *In partes fuisse*, eleg. 9. lib. 3. vers. vlt. *Tegetes* Næuio *stegetes* dicuntur, vt emendo apud Festum in *Penem*, & in *Penus.* Tegetes à tegendo, inquit Nonius. Varro 1. de re Rust. *Sic quæ fiunt de cannabino lino, iunco, palma, sirpo, vt funes, vestes, tegetes.* In iis iacebant egeni. vulgo *Nattes, mattelats.* Iuuenal. sat. 6.

Ausa Palatino tegetem præferre cubili.

& sat. 7. *Institor hyberna tegetis.* & sat. 9.

En aliquid figam, quo sic mihi tuta senectus
A tegete, & baculo.

Eius interpres in sat. 5. *Et tegetis pars*, pinnatæ sportæ, aut tegetis de sirpo factæ. Idem in sat. 6. *Teges. vt matta, supellex cubilis obscœni. Aut forte hoc tegete quo tegitur domus mendicorum, vt tegumenta fornicis.* & in sat. 7. *Hyberna tegetis ædificij frigidi.* Matt. ep. 57. l. 11.

Et seges atque cimex, & nudi sponda grabati.

de egentissima. vide eundem & ep. 39. lib. 6. & ep. 33. lib. 11. & ver. gloss. In *Teges. Paternas*, ita vt hereditaria ei fuerit inopia. Sic Laberius carcere apud Nonium: *Homo frugi, quod tibi relictum est, misermonium retines.* Vet. libr. & Beroaldus *patentes*, vt persfabilem casam, dicat. Periisse itaque lenam algu & fame significat Propertius.

EXEQVIÆ *fuerant rari furtiua capilli*
Vincula, & immundo pallida mitra situ.]

Malim legere, *fuerunt*, vt eleg. 3. lib. 2.

Hæc tibi contulerunt cælestia munera diui.

vel *fuerant*, pro erant, vt eleg. 29. lib. 2. *Sed nudi fuerant.* &c. *Vincula capilli rari*, vittæ quibus capillum, eumque rarum, quia prope calua erat, religabat, eæque vittæ non suæ, sed furto partæ. de vittis dictum eleg. 3. sup. vers. 16. Vrg. 9. Æn.

In vultus sese transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines.

Rari capilli, vt *Raros acernos* eleg. 4. sup. vide illic. *Mitra.* vide adnot. de mitra, tegmine capitis muliebris ad el. 2. sup. *Cinge caput mitra.* Addam tamen esse auicularum proprium illud tegmen etiam interdiu. Ouid. 4. Fast.

Illa negat: simularat anum: mitraque capillos
Presserat. (Ceres.) & 3. Fast.
Orta suburbanis quædam fuit Anna Bouillis,
Pauper, sed multa sedulitatis anus.
Illa leni mitra canos incincta capillos. & 14. Met.
Ille etiam picta redimitus tempore mitra
Aßimulauit anum.

Virg. in Copa; nam Priscianus eius esse putat.

Copa Syrisca caput Graia redimita mitella.

vbi Scaliger adfert epigramma Græcum Sidonij Antipatri. *Pallida*, squallida, informis. sic Ouid. eleg. 12. lib. 1. Amor.

Immundo cera sit alba situ.

Lucillius apud Nonium in *pallorem*, pro vetustate & negligentia.

Lana opus omne perit, pallor, tinea omnia cedunt.

Tibull. *Iacebis inter arma pallidus situ.*

ita ver. libr. vulgo, *squallidus. Immundo situ*, vt Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Canescunt turpi tecta relicta situ.

vnde notandum *pallida, alba, canescunt* de situ dici. Ipse eleg. 7. lib. 1. *Flebis in æterno surda iacere situ.*

ET *canis in nostros nimis experrecta dolores.*] Cremabantur cum dominis pretiosissima, vt docuimus ad eleg. 18. libr. 3. Canis autem lenæ fuerat ad custodiam & in deliciis, itaque vna cum mitra vittisque cremata. Tibull. eleg. 6. lib. 1. de canis excubiis.

Ille ego sum, nec me iam dicere vera pudebit,
Instabat tota cui tua nocte canis. Idem:
Hæc fecere malas, hinc clauim Ianua sensit,
Et cœpit custos liminis esse canis.

Horat. oda 16. lib. 3.

Et vigilum canum tristes excubiæ.

Tristes excubiæ, vt hîc *Nimis experrecta in meos dolores*, cuius excubiæ mihi tristes & odiosæ. nimis vigil & diligens; quæ mihi nunquam dormiebat, vt *Vigilax suburra*, vbi habitabat Cynthia eleg. 7. infra & Horat. oda 5. epod.

Suburranæ canes latrent.

τὸ *Nimis*, vt Virg. 6.

Æneid. *Quando omnia verè*
Heu nimium de te vates Misene locuta est.

Nimis dicta τῷ malè. Ipse eleg.33. libr.2. vers. 21. *Nimium placata. Ita, nimium diligentes. Expessecta in dolores nostros*, vt Ouid. in ep. Ariadnæ.

Flaminaque in lacrymas officiosa meas. & 3. Fast.
Bacche leuis, leniorque tuis, quæ tempora tingunt
Frondibus, in lacrymas cognite Bacche meos.

Experrectus, inquit Festus, *à porrigendo se* (vulgo malè *Corrigendo*) *quod ferè facimus recenter à somno. Expergitus*, inquit idem, *ab alio excitatus. Experrectus qui per se vigilare cœpit. In nostros dolores*, meo malo. in me dolentem & miserum. eleg. 25. libr.2. *Vnica nata meo pulcherrima cura dolori*

B CVM *fallenda meo pollice clatra forent.*] Cum legeretur *Culra*, Beroaldus emendauit *clathra*. Scaligeri liber *Culta*; vnde legit *clustra*, id est, claustra. emendationem Beroaldi adiuuat illud eleg. 7. infra.

Et mea nocturnis trita fenestra dolis.

Clathra, κλῇθρα. *trellis*, à κλείω, claudo. vnde Plauto in Milite: *Fenestra clathrata*; *trellissée*. Horatio *Clathri* dicuntur.

Obiectos caueæ valuit si frangere clathros.

C Glossæ veteres Latinogrecæ: *Clatri*: Κάγκελ, οἱ ἐν θυρίσιν ἐπιθέμενοι. Cato de re Rust. *Bubilia bona præsepia. Faliscas clathratas. Clatra inter se oportet pede distare.* Idem Cato cap. 14. de re rust. *Clatros in fenestras.* meminit Columella lib.9. & lib.10. In vet. epigr.141. *Fores clatratæ. Fallenda pollice*, furtim reseranda fenestra clathrata, clanculum insertis manibus aperienda inquit Beroaldus, vt el.7. infr. *Fenestra trita dolis.* An *fallenda claustra*, id est, & ianua, & ipsi custodes? sic *Fallere terga lupo.* eleg 5. sup. de astu recludendæ ianuæ Tibullus & Plaut. Curcul. *Fallere claustra*, vt el.4. sup. *Prodere portæ fidem.* Huc spectat illud Trabeæ apud Cic. 4. Tusc. *Aduenient digito impellam ianuam, fores patebunt.* Terent. Eunuch. *Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus.*

D SIT *tumulus lenæ curto vetus amphora collo*;] Sic eleg.7. lib.3. *Pro tumulo mare* vers. 12. & Attius: *Natis sepulcrum ipse est parens.* Lenam autem ebriosam vult in amphora condi, vt vinum quomodo Plautus Curcul. sc. 2. act.1. *Statuam vinitam*, pro aurea lenæ pollicetur, quæ eius gutturi sit monimentum. Ibidem: *Quantillum sit? modica est; capit quadrantal.* id est, amphoram; quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit sextarios, inquit Festus in *Quadrantal.* Et in Pseud. sc. 2. act. 2. vocat idem Plautus *anum doliarem.* Amphora autem octaua pars modij vini nostratis, vt docet Budæus de Asse. Baifius, 32.

E *Singula amphoræ decem & octo quartarios nostros capiunt.* & memorat de Bonoso Imperatore, cum se suspendisset dictum fuisse: *Non imperatorem, sed amphoram pendere.* Vopiscus in Bonoso. vide Isidor. cap.25. lib.16. *Vetus*, id est, vetustate putris, ideoque vilissima. eleg. 25, lib.2.

Et vetus in templo bellica parma vacat.

Martial.

Dentibus antiquas solitus producere pelles
Et mordere luto putre vetusque solum.

Amphora curto collo. Sic Cato cap. 88. de re rust. dixit *Amphoram defracto collo.* Vet. gloss. *Curtus*, Κολοβός, ὁ ἡμίδιφμος. Collum Amphoræ, vt nasos tribuunt, & aures. vnde *Nasiterna*, & *Diota.* Laërtius in Diogene Κεράμιον τράχηλον dixit: vrcei collum. *Curto*, augusto vt sup. hic *pergula curta* vel imminuta, vt Martial.

Nec curtus Chiones Antiopesue calix.

Ouid.2. Fast.

Ara sit, huc ignem curta fert rustica testa.

Mart. ep.40. libr. 3.

Curtaque Ledæ sobrius libat testa.

Forma autem amphoræ erat gracilescente collo, vt ex Catone Budæus & Baifius memorant.

HVNC *hunc supra vis caprifice tua.*] Apostrophe ad rem mutam, vt eleg.18. lib.1, *pro quo diuini fontes. &c. Caprifice*, quæ arbores solent saxis sepulchrorum innasci. Iuuenal. sat.10.

Patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum & laudis, tituliquie cupido
Hæsuri saxis cinerum custodibus, ad quæ
Discutienda valent sterilis male robora ficus.

vbi *Robora* dixit, vt hic, *vis tua.* Pers. sat. 1.

Rupto iecore exierit caprificus. Horat. od. 5. epod.
Iubet sepulchris caprificos erutas.

Martial. ep.2. lib.10.

Marmora Messalæ findit caprificus.

Isidor. cap.7. libr.17. *Caprificus appellata eo quod parietes, quibus innascitur, carpit. Rumpit enim & prodit è latebris quibus concepta est. alij quod ficus arbor eius remedio fœcundetur.* De caprifico. Plin. cap.19. libr.15. & cap.6. libr.23. caprifici ramo circundato taurorum collo, eorum ferociam adeo mitigari scribit, vt immobiles præstet. *Vis tua*; sic *Vis canum* Virg. 4. Æneid. *Vrgeat*, premat incumbens. Lucret. lib.3.

Vrgeriuè superne obtritum pondere terræ.

Tibull. eleg. 4. lib.1. *Infelix vrgeat ossa lapis.*

Virg.2. Georg.

Qui saxo super ingenti pondere testa Vrgerent.

vbi *super*, pro desuper vt hic. nam incumbebant arbores monimentis vt notatum ad illud eleg.13. lib.2.

Et sit in exiguo laurus superaddita busto,
Quæ tegat exstincti funeris vmbra locum.

QVISQVIS *amas scabris hoc bustum cædito Saxis.*] Turneb. cap.6. libr.23. adfert ad hunc versum illum Maronis: *Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.* Scaliger vero adfert epigramma Græcum Argentarij poëtæ, quo docet prætereuntibus busta lapidibus peti solita; non odio nocendi, sed ritu quodam venerandi. Dionys. Halic. lib.3. de sorore cæsa à fratre Horatio, & sepulta quoquo modo. p. 158. ἀλλ' οἱ παριόντες αὐτὴν ἐρριμμένην ἐν ᾧ διεχειρίσθη χωρίῳ, λίθοις ἐπιφέροντες, ὡς γὰρ ὁμόδουλοι εἰς ταῦτα ὅρμων κειμένων. Verum prætereuntes ipsam proiectam in eo, vbi occubuerat, campo, lapides & terram congerentes tumularunt vt proximorum cura destitutum cadauer. Ouid. eleg.11. libr.3. Trist.

Quid cinerem saxis, bustaque nostra petis.

Caduo saxis, lapidibus appetito: nam vt ait Ouid. Nuce.

Obruere ista solet manifestos pœna nocentes,
Publica cum lentam non capit ira moram.

Cic. 3. Verr. *Cadere aratorem saxis, instare ferro. Scabris*, asperis, leg. Festus in *Rodus.* Scabrum, asperum,

asperum, horridum. Virg. 1. Georg.

Scabra rubigine pila; *Aspera*, inquit Seruius, vnde *scabies* à corporis asperitate. Verus Poëta apud Cic. 3. Tusc. *Barba pædore horrida atque intonsa infuscat pectus illuuie scabrum.* Horat. ep. 7. libr. 1.

Quem simul adspexit scabrum intonsumq; Philippus.

MIXTAQVE *cum saxis addito verba mala.*] Alias legitur, *Adice.* Recte, & ad vtrumque refertur: nam & lapides & verba iaci dicuntur. *Verba mala*, conuicia & imprecationes, vt eleg. 9. lib. 2. vers. 22. Ouid. in Ibin:

Dixerat inuito quæ mala verba viro.

Mixta cum saxis, vnaque & pariter cum saxis.

AD ELEGIAM VI.

SACRA *facit vates, sint ora fauentia sacris.*] *Vates*, Musarum sacerdos eleg. 1. lib. 3. *Facit sacra*, Diis operatur, maxime Phœbo. Vates vnde, dictum eleg. 1. sup. vers. 75. *Sacra facere*, sacrificare, quod & *facere* tantum dicitur. Seruius in illud 5. Æneid. *Ore fauete omnes: apto*, inquit, *sermone vsus est & sacrificio & ludis. nam in sacris taciturnitas, in ludis necessarius fauor est, quem propter plausum futuris spectatoribus dat. Fauet autem ore quis etiam per taciturnitatem. Horatius* (oda 1. lib. 3.) *Fauete linguis.* hæc Seruius. Festus in *Fauentia: Fauentia bonam ominationem significat: nam præcones* (clamantes) *populum sacrificiis fauere iubebant. Fauere enim est bona fari; quo veteres poëtæ pro silere vsi sunt.* Idem Festus in *Pascito: Pascito linguam in sacrificiis dicebatur: id est, coërceto; contineto; taceto.* Attius Oenomao apud Nonium in *Obscænum: Ominibus faustis augustam adhibeant fauentiam, ore obscæna dicta segregent.* Seneca cap. 26. de vita beata. *Quoties mentio sacrarum literarum interuenerit, fauentibus linguis. hoc verbum non, vt plerique existimant, à fauore trahitur, sed imperatur silentium, vt rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente.* Ouid. 1. Fast.

Prospera lux oritur, linguisque animisque fauete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Plura Brissonius collegit in formulis, *Sint fauentia*, aut dicant bona verba, aut sileant. εὐφημεῖν.

ET *cadat ante meos icta iuuenca focos.*] *Icta*, percussa malleo, vel securi i. malleo, vt apud Suet. Calig. cap. 32. securi, vt Ouidij 7. Met.

Feriuntque secures Colla torosa boum. & el. 2. lib. 4. Trist. *Candida adducta collum percussa securi,*
Victima purpureo sanguine tingit humum.

& 4. Fast. *Apta iugo ceruix, non est ferienda securi.* Vide Brissonij formulas. *Icta*, vt Ouid. eleg. 4. libr. 2. de Ponto:

Victima pro templo cur cadet icta Iouis?

Iuuenca, an votiua victima ob Augusti reditum vt Horatij ep. 3. lib. 1.

Pascitur in vestrum reditum votiua Iuuenca.

& oda 2. lib. 4.

Te decem tauri, totidemque vaccæ.

an quia mactantur boues albi Phœbo: Horat. Carmine seculari:

Quique vos bobus veneratur albis
Clarus Anchisæ, Venerisque sanguis.

A *Cadat*, immoletur κατ' εὐφημισμόν. Tibull. el. 1. lib. 1. *Agna cadet vobis.* Virg. 1. Æneid.

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

Ouid. 1. Fast.

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

Ipse eleg. 19. lib. 2. *Tibi victima corruet Acron.* vide Brisson. in form. Si vero non in eam partem corporis decidisset, quam oporrebat; opus erat piaculari sacro: Festus in *Piaculatia sacra.* *Ante meos focos*, à me excitatas aras: eleg. sup. vers. 64.

CARA *Philetæis certat Romana corymbis.*] Pro *Cera*, Scaliger è coniectura, Serta, fem. gen. vt

B eleg. 33. lib. 2. vers. 37. *Corona*, inquit, *Rom. certet corona Philetæa, & sacra facturi σίφωνον ἢ χέρνιβα adhibebant; illam à Phileta, hanc à Callimacho petit.* Sed vet. libr. Edra, pro edera. *Cera Romana*; id est, versus Romani, inquit Beroaldus. An quia in cera scribuntur? An *Cera*, imago poëtæ cerea? *Certet*, contendat cum tertio casu vt el. 3. lib. 2. *Vt Mæotica nix minio si certet Ibero.* & el. 14. libr. 1. *Contendere amori.* *Corymbis.* vide adnot. eleg. 30. libr. 2. vers. 39. Seruius in ecl. 3. vuas ederarum exponit. edera & corymbi vt Bacchi, ita & poëtarum sunt, vt nor. el. 5. lib. 2.

C vers. 26. Per corymbos ergo Philetæas denotatur ipse poëta Philetas, quem cum Callimacho more suo coniungit, vide el. 1. l. 3. ibique adnot.

ET *Cyrenæas vrna ministret aquas.*] Id est: Studium venamque Callimachi Cyrenæi; vt *Aqua Philetæa* eleg. 3. libr. 3. & *Quamue bibistis aquam* eleg. 1. lib. 3. Ergo aquas vnde Callimachus bibit, vel quibus sacra Musis fecit. Strabo lib. 17. docet Cyrenem à Theræis conditam, qui ex Laconica profecti Theram insulam coluerunt, quæ Thera olim Callista dicebatur; subiicitque versus Callimachi:

Καλλίστη τὸ πρόσθεν, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη
D *Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.*
Nomine Calliste primum, sed postmodo Thera
Dicta fuit Tellus, vrbis origo meæ.

Addit Cyrenen perhiberi à Batto conditam, quem πρόγονον & proauum suum vocet Callimachus. Inde à Poëtis dicitur *Battiades.* Multa illic Strabo de Cyrenis. vide & Plin. cap. 5. lib. 5. & ipse Callimachus Cyrenæum se inscribit, suæque patriæ sæpe alias meminit: vide eum in hymno Apollinis vers. 65. & 72. & 88. *Vrna ministret*, præbeat, fundat, vt eleg. 17. libr. 3. vers. 38. Crater fundit merum. vnde *minister*, ἀντλητὴς Catullo. Ipse el. 10. inf.

Terraque non vllas fœta ministrat aquas.

E Plaut. Amphitr. sc. 2. act. 2. *Ad aquam præbendam* dixit. *Aquas*, ad sacra videlicet, vt not. sup. eleg. 4. vers. 15.

COSTVM *molle date, & blandi mihi turis honores.*] Costum & tus coniungit in suffitionibus sacrorum, vt & Ouid. 1. Fast.

Tura nec Eufrates, nec miserat India costum.

vbi addit & crocum, & myrrham. Horat. oda 1. lib. 3. *Achæmenium costum* vocat. Plin. cap. 24. lib. 12. *Odorum causa vnguentorumque, & deliciarum, si placet etiam superstitionis gratia emantur; quoniam ture supplicamus, & costo.* Idem cap. 12. lib. 12. Radicem costi fruticis odore ait esse eximio. In-

de ergo suffitus. *Molle costum*, vel quod molles, & delicati eo vtantur, vel tenerum, vt eleg. 1. lib. 3. *Mollia serta.* vel suaue, vt Virg.

Mollissima vina mollis viola, Mollia vaccinia, & Horat. *Molli mero.* & sat. vlt. lib. 1. *Molle atque facetum*, (genus styli) & Cic. *O poema tenerum, moratum atque molle. Et honores.* Honos pro munere quod Diis honoris causa datur. Virg. 1. Æn.

—— aut oris imponat honorem.

& 8. Æneid.

Semper honore meo, semper celebrabere donis.

Donat. in Eunuch. honos pro munere. Nonius: *Honos sacrificium, libatio, cultura, obseruantia.* Ouid 1. Fast.

Farra Deæ, micæque licet salientis honorem
Detis, & in veteres curea grana focos.

Hic honore turis Deos colere vult. at eodem ture seipsum vult coli eleg. 9. lib. 3.

Meque Deum clament, & mihi tura ferant.

Blandi turis, quod odore suo naribus blanditur. blandum enim & ad auditum refertur, vt *blanda verba*, & ad aspectum, vt *blandis imaginibus* eleg. 20. lib. 1. & ad odoratum, vt hîc, & apud Tibull. eleg. 3. lib. 3.

Blandaque cum multa cura dedisse prece.

vel *blandi*, quo facile Dij persuadentur & exorantur, vt contra eleg. 4. sup. vers. 25. *Blandis Nymphis.*

TERQUE *focum circa laneus orbis eat.*] Id est: Aram ambiant vittæ laneæ. Scaliger hîc, Quid sit, quæratur, inquit, nam hunc ritum plane ignoro. Beroaldus de laneis coronis interpretatur, quarum vsum antiquissimum fuisse, ait Festus, & meritò ridetur à Scaligero. Ego laneum orbem, vittam laneam in orbem circumactam accipio. nam cingebantur & coronabantur aræ eiusmodi vittis. Virg. ecl. 8.

Affer aquam, & molli cinge hac altaria vitta.

Molli, id est lanea. Sic vittæ laneæ periphrasis apud Stat. 8. Theb.

Atque vt vbi intorto signauit vellere crinem.

(fortasse de diademate.) Templa etiam cingebantur eiusmodi vittis. Virg. 4. Æneid.

Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum.

& 3. Æneid. *Aræ Caruleis mæsta vittis.*

Ouid. in ep. Didus laneam vittam commemorat & ipse eleg. 6. lib. 3. vers. 30. *Orbem* dixit, vt Iuuenal. *Magnaque corona Tantum orbem.* De coronatis aris dictum eleg. 10. lib. 3.

Deinde coronatas vbi ture piaueris aras.

Eat circa focum, circumeat, cingat, & est anastrophe. Ouid. eleg. 12. lib. 2. Amor.

Ite triumphales circum mea tempora lauri.

Virg. 1. Georg.

Terque nouas circum felix eat hostia fruges.

Ipse coniunctim & recto ordine eleg. 5. libr. 2.

Cuius non edera circumiere caput.

Circa autem dixit pro circum, vt infra: *Circa libera signa*, & eleg. sup. prox. *Circa tua colla.* Charis. lib. 2. *Circum, circa, circiter differunt. Circum loci est; circum theatrum: Circa temporis; circa calendas: circiter numeri; Circiter horas decem.* & si aliter inueniantur, licentia dictum videtur. Virg. 3. Georg. *Et lucos Silare circa.* per circum. Horat. oda 3. lib. 1. *Circa pectus.* oda 18. lib. 1.

A *Circa mite solum Tiburis, & Circa ietur, circa nemus,*
Ter, quia ternatius numerus dicatus sacris, hîc & Virg. ecl. 8.

SPARGITE *me lymphis, carmenq́; recentib. aris*
Tibia Mygdonius libet eburna Cadis.]

Cum inquit, Spargite, περιῤῥαντήριον significat, & lustralem aspersionem ramo lauri. *Spargite me lymphis*, rore leui lustrate. hinc apparet frustra esse Macrobium & Seruium, qui censent sparsionem esse in sacris inferorum; ablutionem in sacris superorum. nam contra eleg. 3. sup. *Et stygio sum sparsa lacu.* Ouid 4. Fast.

Bis caput intonsum fontana spargitur vnda.

B Ibidem.

Iunxerunt elementa patres, aptumque putarunt
Ignibus, & sparsa tingere corpus aqua.

& 5. Fast. de mercatore se expiante:

Spargit & ipse suos lauro rorante capillos.

Et tibia. tibicines adhiberi sacris solitos notissimum ex Horatio, Liuio, Virgilio. Ex ebore autem interdum tibiæ fiebant; vnde hinc *Tibia eburna*, & Virg. ebur dixit 2. Georg.

Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras

Tibia cadis Mygdoniis, vt *Hospes Zacyntho* Plauto, pro Zacynthius, inquit Scaliger. Itaque C Phrygia tibia significatur. nam Mygdones, Lydi, & Phryges vicini sunt. Strabo libr. 7. & 12. Plin. cap. 32. lib. 5. *Cadi* vrbs Phrygiæ, vel, vt alij volunt, Lydiæ, vt scribit Strabo lib. 12. Scaliger in Catal. de pithaulis olim interpretatus erat hunc versum; sed postea sententiam mutauit. Beroaldus, *Cadis*, vino exponit, quod vinum Diis libaretur, vel emendat *Modis*. vtrumque nec rectè. dictum *Tibia Cadis*, vt *Crotalistria Phylis* el. 9. inf. vers. 11. *Libet carmen*, canat in honorem Deorum. Diis carmen offerat, & consecret. Libatum enim dicitur quidquid Deo sacratur, & dicatur, quod ante degu- D stari solet uel ad os referri, vt not. sup. eleg. 4. ad illud: *Hunc Tarpeia Dea fontem libauit.*

& eleg. 7. lib. 3.

Libatum fundens in tua sacra merum.

Ouid. 3. Fast. Libare, libamen, & libum à Libero patre deducit; cum sit Græcum libo. Idem 1. Fast.

Inde triumphata libasti munera gentis.

id est, dicasti. Ibid.

Semimaris flammis viscera libat ouis.

Id est, dat & dicat. *Tibia libat carmen*, quia ad os refertur tibia à tibicine. *Recentibus aris*, modo à me exstructis. contra eleg. 3. sup.

Et crepat ad veteres herba Sabina focos.

E vel *Recentibus*, è recenti gramine & viuo stipite. An *Aris*, pro ipsis Diis: *Libet carmen aris*, vt eleg. 10. lib. 3. *Ture piaueris aras.* Pro, *libet*, alias legitur, *Cantat.* sic Ouid. 6. Fast.

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis.

ITE *procul fraudes, alio sint aëre noxæ.*] Tibull. eleg. 1. libr. 1.

Vos signa, tubaque Ite procul. & eleg. 1. lib. 2. *Vos quoque abesse procul iubeo.*

Virg. 6. Æneid. *Procul este profani.* Dicebatur & vno verbo, *Exesto*: Festus. arcebantur enim sacris & profani & impij. Callimachus apud Seruium editum à Georgio Fabricio ἑκὰς, ἑκὰς

ἐν βίβλῳ. Idem in hymno Apollinis: *ἑκὰς, ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός.* Ouid. 1. Fast.

Innocui veniãt: procul hinc, procul impius esto Frater.

Stat. 3. Sylo. *Procul hinc procul ite nocentes. Fraudes,* scelera & scelerati ipsi. eleg. 22. lib. 2.

Quidue de mea fraude Deos insana fatigas.

& eleg. 19. lib. 3.

Nise tuas portas fraude reclusit amor.

id est, scelere & proditione. *Noxæ*, damna, & culpæ: Seruius in 1. Æneid. *Vnius ob noxam: pro noxiam,* inqoit: *nam noxia culpa est, id est peccatum: noxa, pœna.* Idem scribit & Cornel. Fronto. At Festus: *Noxia, damnum, vel apud oratores & poëtas etiam culpa. noxa, peccatum, aut pro peccato pœna.* Donat. in Hecyr. *Pro leuibus noxis. id est iniuriis, culpis.* Idemque in Eunuch. Noxam & noxiam docet permisceri; vnde Iurisconsulti. Noxam noxiamque nocere sæpe coniunctim dicunt. Noxa aotem & fraus differunt, quia ooxa priuati delicti, fraus publici. Vide Vlp. l. aliud. 131. de verb. sign. *Alio aëre sint*; dixit *Alio sub cœlo.* Virg. 1. Æneid. quod idem, *Alio sub sole* & Horat. Sic Auson. Paolino. ep. 24.

In Medos Arabasque tuos per nubila & atrum
Perge chaos.

P V R A *nouum vati laurea mollit iter.*] sic eleg. 1. lib. 3. *Opus hoc de fonte sororum*
Detulit intacta pagina nostra via. Ibid.
Primus ego ingredior puro de fonte Sacerdos.

& eleg. 3. lib. 3.

Qua noua muscoso semita facta solo.

Laurea pura, vel casta Phœbi laurus, vnde mea rempota cingontur, quia ab edera ad laurum, id est, quia ab amoribus & elegis ad bella & epos transeo: vel *Pura* quæ purgat, & lustrationibus adhibetur; vt *pura vestis, pura arbor,* & *pura lympha* eleg. 10. libr. 3. Lostralem esse laurum aqua tinctam scribit Iuuenal. sat. 2.

Cuperent lustrari signa darentur
Sulphura cum tedis & si fores humida laurus.

& Seruius. p. 414. Ouid. 5. Fast.

Spargit & ipse suos lauro rorante capillos.

Plin. in fine libr. 15. vnius lauri folia distingui appellatione ait, vocari enim laoream. Virg. tamen & Horatio laurea pro lauro arbore. Interdum pro corona Martial.

Qua datur è Dacis laurea tota tua est.

eleg. 1. sup. dicitur: *Hirsuta corona. Mollit iter,* mollem & facilem reddit viam intactam. sic Cæsar dixit: *Mollire cliuum.* Albinouanus: *Mollitos gradus* eleg. ad Liuiam vers. 400. & *Molli via mederi* Seneca cap. 2. de Consol. ad Elbid. ipse eleg. 4. sup. *Mollset arma torus.*

M V S A *Palatini referamus Apollinis ædem.*] Vtitur iouocatione, vt in magno opere, & quia dignus vindice nodus. Sic Homer. initio Iliad. & Odyss. Virg. 1. 7. & 12 Æneid. Horatius per ludum & iocum sat. 5. lib. 1.

Nunc mihi paucis
Sarmenti scurra pugnam, Meßique Cicerri
Musa velim memores.

Referamus, canamus, celebremus, vt eleg. 9. lib. 3.

Nec referam Sceas & Pergama. Apollinis ædem. templum quod Actio Apollini struxit dicauitque in Palatio Augustus. Augustus in breuiario

A rerum à se gestarum: Calchidicom remplumque Apollinis in palatio cum porticibus. (feci.) Sueton. io August. cap. 29. Dio libr. 53. initio. Horat. oda 31. lib. 1. & ep. 3. libr. 1. & io carm. sæcul. Ipse eleg. 1. sup.

Atque vbi nauali stant sacra palatia Phœbo.

In quibusdam libris alia ab hoc versu incipit elegia.

R E S *est Calliope digna fauore tuo.*] A suauitate vocis & sermonis nomen habere Calliopem not. ad eleg. 2. libr. 3. vers. 16. vbi eam veluti suam Musam agnoscit. & eleg 3. eiusd. lib. hor-
B tatur Propertium ad amores scribendos. *Res,* argumentum, materia. *Digna fauore tuo*, ope, oumine, afflatu. Fauor numinis, com adest, & veluti nobis plaudit. nam verbum est ludorum & theatri. Tibull. el. 5. lib. 2. *Phœbe faue.* Ipse el. 1. sup. *Roma faue.*

C Æ S A R I S *in nomen dicuntur carmina, Cæsar*
Dum canitur, quæso Iuppiter ipse vaces.]

Dum Cæsaris Augusti laudes & res gestæ celebrantur oro Iuppiter ipse vacuus sis, & huic vni vacuas purgatasque aures prebeas. *Nomen*, laudem & famam, eleg. 4. lib. 1.

Cynthia non alias nomen habere sinat.

C *Dicuntur carmina*, canuotur. Horat. in carm. sæcul. *Diis, quibus septẽ placuere colles Dicere carmen,* & alibi sæpe. & sequitur *Canitur.* Sed alij libri *ducuntur*, deducuntur, reoui stylo scribuntur, vt eleg. 16. lib. 1. *Nouo deduxi carmina versu.* vide illic adnot. Ducere fabrorum est, vt *ducere æra*, & *Incudi reddere versus* Horatius dixit. Aliud apod Horat. in arte: *Ducit venditque poëma,* producit. *Quæso.* Donat. in Andriam: *Quæso modo obiurgantis, modo rogantis.* Festus: *Quæso idem rogo. sed & Ennius pro quærere posuit. Iuppiter ipse,* vt eleg. 26. lib. 2.

Incendat nauem Iuppiter ipse licet.

D *Vaces.* sic Ouid. eleg. 2. lib. 2. Amor.

Dum perago tecum pauca, sed apta, vaca.

Contra Valet. Caro in Diris dixit. Iuppiter auertas aures.

E S T *phœbi fugiens Athamana ad littora portus.*] *Τοπογραφία*, & in ea vsitata formula. Virg. 1. Æneid.

Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit. Ouid. 1. Met. *Est nemus Aemoniæ.* &c. & 11.
Est sinus Aemoniæ curuos falcatus in arcus.

Fugiens, recedens, quasi se substrahens. Ipse eleg. 10. libr. 2.

E *Et siqua extremis tellus se substrabit oris.*

vbi vide adnot. sic *Scandentes arces* dixit eleg. 1. sup. *Portus*, inquit Seruius, *Vbi hyemant naues: statio, vbi ad tempus stant.* Isidor. cap. penult. libr. 14. *Portus locus est ab accessu ventorum remotus, vbi hybernare naues solent: & portus dictus à deportandis commerciis. hunc veteres à baiulandis mercibus baias vocabant, illa declinatione à baia, baias, vt à familia, familias.* Portus in 12. Tab. pro domo, inquit Festus in *Angiportus.* Donat. in Adelph. *Domos, vel portus, vel insulas veteres dixerunt. Phœbi.* vide eleg. vlt. libr. 2. adnot. ad illod:

Actia Virgilium custodis littora portus.

Ad Athamanis littora, Epirotica. Strabo libr. 7. Epiroticos populos facit Athamanas, vbi etiam describit Actium promontorium. Meminit & lib 9. duobus locis. At Plin. cap. 2. lib. 4. scribit esse Ætoliæ populos. Apud Ouid. vlt. Met.

Admotis Athamanis aquis accendere lignum

Narratur, vulgo malè editum, Athamantis: nam ille fons Epiri Plinio.

QVA *sinus Ioniæ murmura condit aqua.*] Qua parte aquam Ionij maris obstrepentem sinus recondit, & silere facit tutam à ventis. Sic eleg. 4. sup. *Tuleen fera murmura conde.* De Ionio vide adnot. ad eleg 11. lib. 3. vers. 72. In eo Leucates & Actium.

ACTIA *Iulæa pelagus monimenta carinæ*
Nautarum votis non operosa via.]

Festus in *Monimentum. Monimentum est quod mortui caussa ædificatum est, & quidquid ad memoriam alicuius factum est, vt fana, porticus, scripta & carmina.* vt not. ad eleg. 2. lib. 3. vers. 18. Ergo rectè hic *Monimenta* propter templum Apollinis Actij, vrbem Nicopolin, Coloniam Actiam, & Actiacos ludos. Appositio, *Pelagus Actia monimenta*, & hypallage, pro Actium Pelagus, vt el. 16. lib. 2. *Actia æquora.* & eleg. 15. libr. eiusd. *Actiacum mare.* Nisi forsan legendum sit, *Actium Iulæe*, &c. *Pelagus*, propriè altum. πέλαγος enim, quasi πήλαγος, quod sit πῆλε τῆς γῆς, procul à terra. vnde Virg. 5. Æneid.

Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla
Apparent terræ, maria vndique, & vndique cælum.

Lucret. lib. 5. & 6. *Pelage* dixit neutro genere, & numero multitudinis. Valer. Flaccus lib. 1. pelagum masculino genere, vt vulgum. Interdum pelagus, pro aquarum copia in fluminibus. Virg. 1. Æneid. *Pelago premit arua sonanti.* Inde metaphoricωs Varro 8. de ling. Lat. *Pauca excepta verba ex pelago sermonis puri.* id est, ingenti copia. Isidor. cap. 16. libr. 13. *Pelagus est latitudo maris sine littore & portu, Græco nomine ἀπὸ τῆ πλάγιε, à latitudine dictum. vnde & plagia eò quod sint importuosa.* Sed πλάγιον Græci obliquum dicunt, non latum. *Carina Iulæe, ratis Augustæ*, vt loquitur infra vers. 23. & *Augusti puppis* vers. 29. *Iulia rostra.* vers. 54. Semper rem Romanam in laudem Iuliæ familiæ ad Cæsarem referunt, vt eleg. 1. sup.

Felix terra tuos cepit Iule Deos. Virg. 4. Æneid.
Ascanium surgentem & spes heredis Iuli.

& 12. Æneid. *Cedet Iulus agris.* Ouid. 4. Fast.

Assaracique nurus dicta est, vt scilicet olim
Magnus Iulæos Cæsar haberet auos.

& 5. Fast. *Et tot Iulææ nobilitatis auos.*

Lucanus. *Phrygijque penates Gentis Iulæa.*

id est Iuliæ, quia Iulia gens ab Iülo, Virg. 1. Æneid. *Via non operosa*, portu scilicet nunc munito ab Augusto, non difficilis, quia eo facilè perueniunt nautæ nunc, & optato portu fruuntur; cum olim contra fieret, vnde Virg. 3. Æneid.

Et formidatus nautis aperitur Apollo.

sic *Operosa antra* eleg. 2. libr. 3. Ouid. 3. de arte amandi.

Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis.

Horat. oda 1. lib. 3. *Diuitias operosiores.* & oda

A 12. eiusd. lib. *Operosæ Mineruæ.* & oda 2. lib. 4. *Operosa carmina.* Albin. ad Liuiam.

Facta ducis viuent operosaque gloria rerum.

Operosa votis, vt eleg. 9. infr. *Operosa comis.* Vota suscipere solent nautæ in tẽpestate, quæ postea in littore soluunt: Virg. 1. Georg. & 12. Æneid. mare autem ab Augusto pacatum, vnde vota & omina fausta in eum nautarum, vt not. ad eleg. 11. libr. 3.

At tu siue petes portus, seu nauita linques:
Cæsaris in toto sis memor Ionio.

HVC *mundi coiere manus, stetit æquore moles*
Pinea, nec remis æqua fauebat auis.]

B vide de hac re Dionem libr. 50. Virg. 8. Æneid. & Plutarch. in Antonio. *Manus mundi*, orbis totius copiæ, vt eleg. 20. lib. 1. *Manus heroum.* vers. 21. *Coiere*, conuenere, vt el. 7. lib. 3.

Pætus vt occideret tot coiere mala.

Stetit. State, ad pugnam paratum esse, vt eleg. 4. sud. *Stabant Romano pila Sabina foro.* Virg. 2. Georg. *Cum longa cohortes*

Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto.

& 11. Æneid. *Stetimus tela aspera contra.* Inde *Statarius miles* Liuio libr. 9. Ouid. 3. Met. aliter dixit: *Stetit æquore puppis.* id enim est, immobilis mansit. *Moles pinea*, classis vasta & immensa

C magnitudine. Virg. 8. Æneid. de ea mole:

Pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.

Moles, inquit Festus, *pro magnitudine poni fere solet.* *Pinea moles*, quia pinus aptissima nauigationi. vnde sæpe à poëtis pro naui ponitur, vt eleg. 22. libr. 3.

In faciem proræ pinus adacta nouæ.

Nec auis æqua fauebat remis, non erant æqua auspicia, & æquè fausta vtrique classi. *Auis*, pro auspiciis, vt el. 1. sup. *Inceptis dextera cantet auis.* & eleg. 5. sup.

Concordique toro pessima semper auis.

D *Fauebat*, vnde faustum omen & auspicium dicitur. *Remis*, nauigationi, classi nauiganti. Virg. 8. Æneid. hac de re:

Totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostrisque tridentibus æquor.

Contos etiam commemorauit eleg. 11. lib. 3.

Baridos & contis rostra Liburna sequi.

Diræ, aues sont obscœnæ Virgilio, quas adfuisse illi certamini Virg. ait lib. 8. Æneid.

Stetit medio in certamine Mauors.
Cælatus ferro, tristesque ex æthere diræ.

ALTERA *classis erat Teucro damnata Quirino*]

Notandum *Altera* semel positum. Virg. ecl. 3.

E *Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos.*

Altera classis, Antonij scilicet. Seruius in 1. Æneid. *Pallasne exurere classem Argiuum. Classis ἀπὸ τῶν κάλων; vnde & calones, qui ligna, & fustes, & καλοπόδια portant.* Olim multitudinem hominum classem vocabant; deinde ita vocarunt nauium multitudinem: Festus in *Classes*, in *Classis*, & in *Procincta.* Fabius cap. 10. libr. 1. à calando deducit. Seruius ad illud, *immittit habenas*, plura de verbo Classis, & propriè ait Classes equitum esse, & quia olim equites stipendium dabant in naues, inde illis inditum classis nomen. *Damnata Quirino Teucro*, quæ addicta

iam & adiudicata Augusto. Virg. 4. Æneid.

Stygioque caput damnauerat Orco. Stat. 3. Sylu. in lacrymis Hetrusci.

Et magno gens est damnata triumpho. & 6. Theb. de rogo: *Damnatus flamma torus.* & 7. Theb.

Subeunt campo qui proximus vrbi
Damnatus bellis patet. Ibid. *Cum iam dånata sororis*
Igne Therapnæo fugerunt carbasa fratres.

Mart. ep. 26. lib. 10.

At nunc Ausonio frustra promissa Quirino.

id est, duci; vt hîc, *Teucro Quirino.* Seruius in illud 1. Æneid. *Remo cum fratre Quirinus.* *Populus, inquit, Romanus Octauiam tria obtulit nomina, vtrum vellet Quirinus, an Cæsar, an Augustus vocari. ille ne vnum eligendo, partem læderet, quæ aliud offerre cupiebat, diuerso tempore omnibus vsus est.* Et primo Quirinus dictus est; postea Cæsar, postremo Augustus sicut Suetonius probat, & in Georg. Virg. ostendit, cum ait:

Victorisque arma Quirini. Dio lib. 53. p. 311. scribit Augustum vehementer Romuli nomen appetiisse, sed Augusti assumpsisse ad vitandam affectari regni suspicionem. Sueton. in Augusto. cap. 7. *Quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis.* Idem ait Flurus in fine historiæ suæ. Errat Beroaldus, qui *Tenerum Quirinum* M. Antonium interpretatur. *Teucro Quirino,* vt Virg 1. Æneid.

Pulchra Troianus origine Cæsar.

PILAQVE *feminea turpiter apta manu.*] *Turpiter,* cum dedecore: non enim arma Romana feminam decent. Tibull. l. 4. *At tu violenta caueto.*

Ne tibi miranti turpiter arma cadant. Horat. in arte: *Vt turpiter atrum desinat in piscem.* *Apta,* pro aptata. Virg. 4. Æneid.

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

& apud Cic. *Apta rudentibus fortuna.* vide Nonium in *aptum,* calligatum, connexum. Festus in *Apex. Aptus, conuenienter alicui iunctus.* videtur autem legendum *Feminea manu* 3. casu. Sed alij libri *Acta,* pro adacta, vibrata, emissa. Virg. 7. Æneid. *Actaque multo*

Perque vterum sonitu, perque Ilia venit arundo.

Feminea manu, propter Cleopatram. An etiam propter spadones, & milites Romanos feminæ emancipatos. Horat. oda 9. epod.

Romanus, eheu posteri negabitis,
Emancipatus feminæ. Vet. poëta apud

Cic. 1. Tusc *Sed feminea vir feminea interimor manu.*

HINC *Augusta ratis plenis Iouis omine velis.*] altera ex parte nauis augusti. De Augusti nomine Dio lib. 53. Ouid. 1. Fast. Sueton. in Aug. cap. 7. & Festus in *Augustus. Augusta ratis,* vt Ouid. 1. Fast. Postibus Augustis. &c. *Plenis Iouis omine velis,* cum vela agerentur vento secundo, & felici auspicio. Iuppiter enim ventus est. Catull. *Siue vtrumque Iuppiter*

Simul secundus incidisset in pedem. sic Virg. 1. Æneid. *Neptunus ventis implentu vela secundis.* *Iouis omen*; augurium à Ioue missum, vt Aquila, vel læuum fulmen. & Augures, interpretes Iouis. mox omen flammæ commemorat. Iuppiter autem ab Augusto stabat, vt Anubis à Cleopatra eleg. 11. lib. 3.

Ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubin.

A Omen faustæ nauigationis est cum vento secundo implentur vela, vt hîc & apud Stat. initio 2. Achill. *Et dubiis pleno dedit omina velo.*

SIGNAQVE *iam patria vincere docta sua.*] De signis vide adnot. el. 1. sup. vers. 95. & 96. *Docta,* assueta. sic *docta falle* eleg. 19. lib. 2. Sæpius autem vicisse denotat, & quasi vsu perita. sic eleg. 11. inf. *sic vincere sueuit.* *Patria sua.* quasi non sibi, sed suis ciuibus, & imperij dignitati victoriã quæreret. Sic in vet. inscripr. in Plinij epist.

Hic situs est Rectus pulso qui vindice quondam
Imperium asserut non sibi, sed patriæ.

& Cic. pro M. Marcello ait Cæsarem *Satis sibi,*
B *satis gloria vixisse, at patria parum.*

TANDEM *acies geminos Nereus lunarat in arcus.*] post longam moram; vel quia auidis pugnæ omnis mora longa, vel quia cunctabantur confligere. *Nereus lunarat acies*; quasi Deus ipse marinus acies marinas instruat. de Nereo eleg. 7. lib. 3. *O centum æquorea Nereo genitore puella.* & Hesiodus in Theogonia. *Lunarat,* curuarat in speciem & formam arcus, instar lunæ semiplenæ. Ouid. eleg. 1. lib. 1. Amor.

Lunauitque genu sinuosum fortiter arcum.

Vetus Poëta apud Cic. in Lucullo.

Intendit crinitus Apollo
C *Arcum auratum lunat nixus.* de acie lunari Ælianus. p. 267. & seq. Sic hodie Turcæ classes instruunt. sic *Delphinus lunata cauda* apud Senecam in Oedipo. Lucanus lib. 3. in pugna nauali Massiliensium, Cæsarianorum:

Lunata fronde recedunt
Ordine contentæ gemino creuisse Liburna,
Lunare in arcum, vt Virg. 3. Æneid.

Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum.

id est, *in arcus similitudinem,* inquit Seruius, vt Sallustius de Ponto: *Speciem efficit Scythici arcus.* Ouid. 11. Met.

D *Est sinus Aemoniæ curuos falcatus in arcus.*

Ideo apud Plautum incurua senectute lena vocatur *Arcus.* *Geminos,* propter vtrãque classem.

ARMORVM *& radiis picta tremebat aqua.*] *Picta aqua,* in qua varij colores videbantur. & ex opinione *picta*; vt sop, *Fugiens portus,* quia aqua pingi non potest. vnde prouerbium: *In aqua scribere. εἰς ὕδωρ γράφειν.* Sed è mari reddebatur, vt è speculo varius armorum fulgor. Virg. 8. Æneid. de hac pugna.

Hæc inter tumidi latè maris ibat imago *Aurea.* videlicet ob auri armorum fulgorem. *Tremebat,* repercussu luminis vibrabat. Virg. ibid.

Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis. &c.
E & lib. 7. *Splendet tremulo sub lumine pontus.* Ennius Menalippa apud Macrobium.

Lumine sic tremulo terra, & caua templa candent.

Catull. in Ariadna.

Tum tremuli salis aduersas procurrere in vndas.

CVM *Phœbus linquens stantem se vindice Delon.*] Sic Horat. oda 19. lib. 1. *Venus Cyprum deserens.* Catull. *Perge linquere Thespiæ Rupis Aonios specus.* Virg. 4. Æneid.

Qualis vbi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta
Deserit: ac Delon maternam inuisit Apollo.

Nam Apollo, inquit Seruius, *sex mensibus hybernis Pataræ, sex æstiuis in Delo responsa dabat.*

Stantem, immotam. Sedere dixit Ouid. vlt. Met.

Tempusq; fuit, quo nauit in vndis Nūc sedet Ortygie.

quia & stare & sedere quietis est. Seneca Hercule furente sc. 1. act. 1. *Quibusque natis mobilis tellus stetit.* vnde ἄτροπος dicitur Callimacho hymno in Delum vers. 11. Ouid. ep. Cydippes:

Inque meis oculis candida Delos erat.
Quam procul vt vidi: quid me fugis, insula dixi.
Laberis in magno num velut ante mari.

Se vindice, se velut assertore, quia eam ab errore vindicauit & liberauit, tanquam ab aliqua seruitute. Festus: *Vindex ab eo quod vindicat, quo minus is qui prehensus est ab aliquo teneatur.* Ciceroni 2. de legibus. *Vindex, vltor.* Boëtius in Top. vindicem putat in 12. Tab. putat eum, qui nunc procurator dicitur, quod alterius causam vindicandam suscepisset; sed errat. Etenim qui sisti iudicio, iudicatumue solui pro alio satisdabat, is vindex. Ipse infra. *Quæ nunc se vindice freta.* Ouid. 5. Fast.

Vindice seruabat nullo sua publica vulgus. Ibid.
Multam subiere nocentes
Vindicibus laudi publica cura fuit.

Idem 3. Fast.

Protinus inuadunt Numidæ sine vindice regnum.

Id est defensore. Idem 12. Met. cum dixisset:

Raptamque furentibus aufert. mox.
Vindicis ora proteruis Insequitur manibus.

Suetn. in Neron. cap. 41. *Vindicem poscere*, ambiguè. *Vindicta*, ἀφαίρεσις, ἐξαίρεσις. vindicare, ἀφελεῖν, ἐξελεῖν, ἐξαιρεῖν Soloni.

(NAM *tulit iratos mobilis vna notos.*] Id est. Sola insularum vagata est per mare. est perpessa sæuitiam ventorum. *Tulit notos*, vt Virg.

Ventos perpessus & imbres. *Iratos*, sæuientes; vt contra Virg. *Ne saui magna sacerdos.* Horat. oda 3, lib. 1. dixit *Rabiem noti.* Virg 3. Æneid. de hac insula.

Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri & Neptuno Aegæo,
Quam pius arcitenens oras & littora circum
Errantem Mycone celsa Gyaroque reuinxit,
Immotamque coli dedit, & contemnere ventos.

Stat. 7. Thebaid. *Potuit Latonia frater*
Saxa, nec inuideo, defigere, Delon & imis
Commendare fretis. & 8. Theb. *Partuque ligatam*
Delon. vide Seru. in 3. Æneid. Thucydides lib. 2. Delon ait bello Peloponesiaco intremuisse, cum antea semper immota fuisset. vide & Apollodor. lib. 1. & Pausan. in Laconicis. Item Plin. cap. 12. lib 4. Strab. l. 10. & Cic. 3. Verrina.

ASTITIT *Augusti puppim super, & noua flamma*
Luxit, in obliquam ter sinuata facem.]

Quia scilicet in puppi Dij, ac tutelæ nauium, ideo inquit; *Astitit super puppim.* Persius: *& vna Ingentis de puppe Dei.* Ouid. 4. Fast.

—— & picta coloribus vstis
Cælestum matrem concaua puppis habet.

Forrasse illic sculptus, aut pictus fuit Apollo, cuius filius haberi volebat Augustus, eiusque ornatu gaudebat. Sueton. in Aug. cap. 70. & 94. Horat. oda 2. lib. 1. Virg. 8. Æneid.

Actius hac cernens arcum intendebat Apollo
Desuper. Quòd ait *Linquens Delon astitit.* &c. summæ celeritatis est, vt Virg. 1. Æneid.

A *—— volat ille per æthera magnum*
Remigio alarum; ac Libyæ citus astitit oris.

& 4. Æneid. *Deuolat, & supra caput astitit.* *Et noua flamma*, Insolita, & lucidior assueto. aliter eleg. 4. sup. *Flammis accubuisse nouis.* Lætum vero flammæ omen subito emicantis, vt eleg 4. sup.

Luxerit & tota flamma secunda domo.

vbi vide adnot. Sic Liuius de Seruio Tullio: *Dormienti caput ardere visum ostentum futuri regni.* & Ouid. 6. Fast. de eodem.

Signa dedit genitor tunc cum caput igne corusco
Contigit, inque comis flammeus arsit apex.

B τὸ *Ter* iterandum; & *Ter luxit*, & *Ter sinuata*, curuata & quasi falcata in obliquæ facis speciem. Est enim sinuare, velut in sinus inflectere. Virg. 2. Æn. *Sinuatque immensa volumine terga.* Ouid. 2. Met. in fine.

Tremula sinuantur flamine vestes. *Sinuata in facem* dictum vt supra: *Lunarat in arcus.* Sinus ille & obliquitas ob formam vtriusque aciei lunatæ; vultque eam flammam velut ducem fuisse ad pugnam. sic 2. Æneid. *Stella facem ducens*, signum & ostentum faustæ profectionis Æneæ.

NON *ille attulerat crines in colla solutos.*] Id est:
C Non venerat cum crinibus passis, & fluentibus, vt eleg. 7. lib. 3.

Attulimus longas in freta vestra manus.

Cicero pro Quintio: *Adferre gratiam in iudicium.* Laberius: *Quid in scenam adfero? Decorem formæ? an dignitatem corporis? Crines solutos in colla*, per colla fluentes comas, quales fert Pacatus. Tibul. de Phœbo eleg. 4. lib. 3.

Intonsi crines longa ceruice fluebant. Ipse eleg. 3. lib. 2. *Coma per leuia colla fluentes.* dixit vt hic *Crines in colla solutos.* Martial. lib. 1. ep. 121.

Lumina sideribus certent: mollesque flagellent
Colla comæ: tortas non amo, Flacce comas.

D AVT *testudinea carmen inerme lyra.*] Carmen lyræ, pro lyra canora. eleg. 1. lib. 2.

Sine lyræ carmen digitis percussit eburnis.

Inerme, molle nec aptum armis, & bello. vnde *Imbelles lyræ.* Ouid. in Ibin:

Omne fuit Musa carmen inerme mea.

Testudinea, vel eburnæ, vt Iuuenal. sat. 6. *Testudineo conopeo*: aut quia è testudine primum facta lyra à Mercurio: Homerida in hymno Mercurij. hinc *testudo*, pro lyra eleg. vlt. libr. 2.

Tale facis carmen docta testudine. Sententia est: Non illuc venerat, vt amores caneret, sed vt bella gereret. Est autem quoddam carmen non inerme, vt *epos*, quod Horatius *Forte* vocat; &
E *Iambus*: Horat. in arte.

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

SED *quali aspexit Pelopeium Agamemnona vultu.*] Id est. Vultu acri, truci, toruo. Vultus & oculi iræ indices. Ouid. 3. Met.

Aspicit hunc Pentheus oculis quos ira tremendos
Fecerat. Horat. oda 2. lib. 1.

Acer & Mauri peditis cruentum Vultus in hostem. & oda 3. libr. 3. *Vultus instantis tyranni.* apud Homerum tamen tantum dicitur χωόμενος κῆρ Apollo, id est, iratus cor: Il. α. quia repudiatus eius sacerdos Chryses ab Agamēnone. *Pelopeiū*, tertium Pelopis hæredem. Catull. in Ariadna:

Troicaque obsidens longinquo mœnia bello
Periuri Pelopis vastabit tertius hæres.

Pelopeium, vt eleg. 19. lib. 3.

Infamis stupro stat Pelopeia domus.

EGESSITQVE *auidis Dorica castra rogis.*] Ipse el. 18. lib. 3. hac de re:

Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos, &c.

Egessit castra, exhausit exinaniuit. Pers. sat. 5.

Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras
Egerit hos annos: & semper paulum erit vltra.

Egerere pecuniam ex ærario, clam auferre & furari: Liuius lib. 39. Idem lib. 5. *Asportata, egestaque opes.* & *egestio ruderum* Sueton. in Nerone cap. 38. Inde *Egeria Nympha, quæ conceptam aluum egereret*: Festus. Ergo Castra egerere, est milites ipsos efferre ad rogos & funera extra castra. *Dorica castra*, classis Græcorum, vt notatum ex Seruio & Nonio ad illud eleg. 8. lib. 2.

Feruere & Hectorea Dorica castra face.

Rogis, vel 3. casu, vel sexto. *Egessit rogis*, extulit ad rogos; vel euacuauit & exhausit funeribus. *Rogis auidis*, insatiabilibus, quia ea est ignis natura voracissima scilicet. vnde Horat. oda 4. lib. 3. *Hinc auidus stetit Vulcanus.* Ouid. el. 8. lib. 3. Amor. *Effugiunt auidos carmina sola rogos.* Ipse eleg. 28. lib. 2.

Has omnes ignis auarus habet. Notum autem est, vt Apollo pestem castris Græcorum immiserit, qua primum iumenta, canes, deinde homines aceruatim interierunt. Hom. Ιλ. α. quod autem ad rogos attinet:

—— αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Semper autem pyræ mortuorum incendebantur frequentes.

AVT *qualis flexos soluit Pythona per orbes,*
Serpentem, imbelles quem timuere lyræ.] *Soluit* confixit & mortuum porrexit, atque explicuit: Strauit, & fudit. Lucan. lib. 5.

—— *Rudibus Pæan Pythona sagittis*
Explicuit. Stat. 1. Theb.

Postquam cærulei sinuoso volumina monstri
Terrigenam Pythona, Deus septem orbibus atris
Amplexum Delphos squamisque annosa terentem
Robora, Castalijs dum fontibus ore trisulco
Fusus hiat, nigro sitiens alimenta veneno,
Perculit absumptis numerosa in vulnera telis,
Cyrrhæq́; dedit centum per iugera campi
Vix tandem explicitum. Ouid. 1. Metam.

Qui modo pestifero tot iugera ventre prementem
Strauimus innumeris tumidum Pythona sagittis.

Solui quoq. nexus serpentis dixit Virg. 3. Georg.

Cui medij nexus, extremaque agmina caudæ
Soluuntur, tardosque trahit sinus vltimus orbes.

Solui, pro mori sæpe dicitur, vt notaui ad illud eleg. 9. lib. 2. *Atque hanc mihi soluite curam.* Rutilius in itinerario:

Nunc indignemur mortalia corpora solui:
Cernimus exemplis oppida posse mori.

Quia Pythonem soluit Apollo dicitur ab Orpheo in hymnis Πυθοκτόνος. Is Python in hymno Apollinis apud Homer. dicitur *Typhaon*, vbi fabula narratur. *Delphyn* dicitur Dionysio de situ orbis:

Τῷ περ Πυθῶνος θεὸν τόδε ἔχε δράκοντα
Δελφύνης τετύπιον ... ὀλκός.

A vnde vrbs Delphi; & apud Tibull. mixto vtroque nomine, *Delphica Pytho.* vide Apollodor. lib. 1. & Plin. cap. 8. lib. 34. Pausan. in Phocic. latronem fuisse narrat cognomento Draconem: & Strabo lib. 9. *Per orbes*, trans sinuosa volumina adactis telis. *Orbes* de voluminibus serpentum: Stat. sup. & Virg. 3. Georg. Idem 2. Georg.

Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

Κύκλα vocat Apollonius. Virg. 5. Æn. & gyros.

Septem ingens gyros septena volumina traxit.

Flexos, obliquos, tortos Virg. 12. Æneid.

B *Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes.*

Imbelles lyræ, lyricen ipse, & citharœdus Apollo. eleg. 3. sup. vers. 24.

MOX *ait; ô longa mundi seruator ab Alba*
Auguste, Hectoreis cognite maior auis.] id est, sic affatur Cæsarem: ô vindex orbis terrarum, cuius virtus clarior spectata, quam auorum tuorum de gente Hectorea. *Auguste mundi seruator*: *Rerum custos.* Horat. oda vlt. lib. 4. *Custode rerum Cæsare.* & oda 5. lib. einsd. *Romule custos gentis.* *Auguste ab Alba*; ab origine Albanorum regum, vnde gens Iulia. nam illic Ascanius Iulus regnauit. *Auguste ab Alba* dictum, vt eleg. 9.

C lib. 3. *De sanguine regum.* Cic. *Philosophi à Platone*: Virg. 1. Æneid.

Impleuitque mero pateram, quam Belus, & omnes
A Belo soliti. Apud Cæsar 3. de bello ciuili: *A Placentia. à Puteolis.* id est, placentinus & Puteolanus. licet alter legatur in alijs libris. Ipse eleg. 11. infra:

Acron ab arce Cenina ductor. & eleg. 10. infr.

Raptor ab antro Cacus. De Alba dictum eleg. sup. vers. 35. *Longa vocata*, inquit Liuius lib. 1. *A situ porrecta in dorso vrbis.* Ἀλϐα̃ν μακρὰ vertit Græcè. Dionys. lib. 1. *Cognite maior*, vt Catull.

Vos vnis senibus bona Cognita bene femina.

D & eleg. 11. lib. 1.

Non quia perspecta non es mihi cognita fama.

vide laudes Augusti 6. Æneid. ab eo vers.

Hic vir, hic est tibi quem promitti sæpius audis.

Hectoreis auis. sic eleg. 1. lib. 2.

Cæsaris in Phrygios condere nomen auos.

VINCE *mari, iam terra tua est, tibi militat arcus*] Bene ominantis Imperatori: Plaut. Mercat. sc. 4. act. 2. *Vale, vince, & me serua.* *Vince.* M. Tull. lib. 10. ep. fam. ep. 26. *Vince igitur & vale.* & ep. 25. lib. 11. *Vince & vale.* Augustus tamen ante rem male gesserat. Ideoque in eum iactati hi

E versiculi:

Postquam bis classe victus naues perdidit,
Aliquando vt vincat, ludit assiduè aleam.

Sueton. in August. *Terra tua est.* Horat. oda 9. Epod. *Terra, mariq́; victus hostis*, &c. *Tibi militat arcus*, tua ego causa arcum meum contendi. Virg. 8. Æneid.

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper. *Tibi militat*, vt sup.

—— *signa docta vincere patria.*

Horat. epod. oda 1.

Libenter hoc & omne militabitur
Bellum in tuæ spem gratiæ. An *arcus*; pro sagittario, vt lyra pro citharœdo sup.

ET *fauet ex humeris hoc onus omne meis.*] *Onus*, vocat grauem telis pharetram; quod infra: *Pharetra pondus.* sic Horat. oda 20. lib. 1.

—— granida sagittis Pharetra.

Onus ex humeris, vt Virg. 4. Æneid.

Cui Pharetra ex humero. Horat.

—— insignemque Pharetra

Fraternaque humerum lyra.

Sic Ouid. 4. fast. *Onus inguinis aufert.* id est, testes. Arcus & iam ipse ex humeris pendebat 10. & 1. Æneid.

Namq. humeris de more habilem suspenderat arcum

Venatrix. Liuius Andronicus in Inone;

Pressaque iam granida crepitent tibi terga pharetra.

Fauet tibi, tibi studet: nam fauere est studiorum & partium, siue in bello, siue in theatro & circo, vt diximus ad versum 1. huius elegiæ.

SOLVE *metu patriam, quæ nunc te vindice freta*

Imposuit prora publica vota tuæ.

Libera metu huius belli patriam, de quo dictum ad eleg. 11. lib. 3.

Septem vrbs alta iugis, toto quæ præsidet orbi

Femineas timuit territa Marte minas.

Soluere, liberare, vt el. 21. lib. 3.

Vt me longa grauis soluat amore via.

Virg. 2. Æneid.

Ergo omnis toto soluit se Teucria luctu.

Idem 1. Æneid. *Soluite corde metum.* Cicer. 1. de Nat. Deor. *Soluti terroribus ab Epicuro.* Idem: *Solui religione, scelere, somno.* *Te vindice*, asseruisti enim libertatem aduersus dominationem Cleopatræ. *Freta*, nixa, fulta, fidens. eleg. 8. lib. 1.

Queis ego fretus amo. *Imposuit vota proræ*, in prora collocauit. Ouid. 5. fast.

Exsul ab Arcadia Latios Euander in agros

Veneris impositos attulerat que Deos.

Aliter eleg. 19. lib. 2.

—— mihi sacra Diana

Suscipere, & Veneri ponere vota iuuat.

Vota publica. sic Ouid. eleg. 1. lib. 2. Trist.

Et pia tura dedi pro te, cumque omnibus vnus

Ipse quoque adsum publica vota meis.

Vouemus aut publicè, aut priuatim. Publicè, vt magistratus, vel populus vniuersus, vt hic. priuatim vt Propertius ipse el. 16. lib. 2. de his votis Virg. 8. Æneid.

At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho

Mœnia Dijs Italis votum immortale sacrabat.

Idem ibid.

Ast Augustus agens Italas in prœlia Cæsar

Cum patribus populoque Penatibus & magnis Dijs.

Ergo vota cum Diis imposita eius naui. Apul. lib. 11. *Huius aluei felicis nitens carbasus litteras votum ingestans progerebat: Ecce litteræ votum instaurabant de noui commeatus prospera nauigatione.* Hîc votum in carbaso & velo nauis. quomodo ergo vota in prora? quia & in prora velum, quod mendicum dicitur. Festus in *Mendicum.* Scaliger hîc notat in prora fuisse tutelam nauis. vota autem in genibus Deorum insculpebantur, & inscribebantur. vnde Iuuenal. dixit: *Genua incerare Deorum.* & Apuleius in Apologia:

Votum in femore statua assignate.

QVAM *nisi defendes, murorum Romulus augur*

Ire Palatinas non bene vidit aues.] Ouid. 5.

A fast. De signis ademptis à Parthis agens:

Isque pudor mansisset adhuc, nisi fortibus armis

Cæsaris Ausoniæ protegerentur opes.

Horat. oda penult. lib. 4.

O tutela præsens Italiæ dominæque Romæ.

Augur murorum Romulus, qui muros & vrbem auspicatò condidit. Cic. 1. de diuin. *Romulus non solum auspicatò vrbem condidit: sed etiam optimus augur fuit.* *Augur*, cum secundo casu, vt Horatij oda 17. lib. 3. *Aquæ augur.* sic *virtutis Poeta*, ipse eleg. 17. lib. 3. & eleg. 17. lib. 2. *Horum ego sum vates.* *Augur*, inquit Festus, *ab auibus gerendoque dictus, quia per eum auium gestus edicitur, siue ab auiũ*

B *garritu, vnde augurium.* De augurum munere, & potestate Cic. 2. de leg. *Non bene vidit.* vidisse se putauit, falsò: vel sponte ementitus est. Dilogia: *Bene vidit; bene ire. Vidit.* Id augures Auem specere videbant. Varro 5. de ling. Lat. Inde *Auspicium*, & *Spectionem habere* dicuntur augures: Festus, in *Spectio*, & Cic. 2. Philipp. *Aues Palatinas.* Romulus enim captando augurio Palatinum collem, Remus Auentinum insederat, eaque templa ceperant. Liuius lib. 1. Dionys. lib. 1. Plutarch. in Romulo. at Ennius apud Cic. 1. de Diuin. in Auentino sedisse Romulum scribit: *—— at Romulus pulcher in alto*

C *Quærit Auentino seruans genus altiuolantum.*

Ouid. 4. fast. arbiter honorarius:

Contrahere agrestes, & mœnia ponere vtrique

Conuenit: ambigitur mœnia ponat vter.

Nil opus est dixit certamine Romulus vllo:

Magna fides auium est, experiamur aues.

Res placet alter init nemorosi saxa Palatî:

Alter Auentinum mane cacumen adit.

Sex Remus hinc volucres, bis sex videt ordine frater.

Statur, & arbitrium Romulus vrbis habet.

Aues, vultures: *Ter quatuor corpora sancta auium.* Ennius vocat apud Cic. 1. de Diuin. Ouid. 5. fast.

D *Hinc Remus institerat frustra, quo tempore fratri*

Regna Palatinæ prima dedistis aues.

Ire, volare. Virg. *It fama per vrbes*, id est, volat.

ET *nimium remis audent prope turpe Latinis*

Principe te fluctus regia vela pati.] vel nimium fluctus (Ionij) audent, vel, nimium prope (Italiam) quod Cic. pro Lege Manilia, & in Verrem de nauibus prædonum turpe Pop. Rom. fuisse ait. Alij interiectionis vicem legunt, *Prò*, siue *proh turpe.* *Turpe Latinis remis*, nauibus Romanis, vt sup. *Nec remis aqua fauebat auis.* *Audent pati*, non verentur id pari, quod illis turpe, & flagitiosum est. non id eos pudet. vel suscipiunt

E facinus. Horat. oda 3. lib. 1. *Audax omnia perpeti.* vel *Audent*, possunt; vt Terentij Adelphis. *Non audebam*, pro, *non poteram*, inquit Donatus. Plaut. Pseud. sc. 1. act. 1. *Nihilne me adiuuare audes?* id est, vis, potes. & sc. 2. act. 5. *Non audes mihi gratiam facere argenti?* Inde *Sodes*, si audes, id est, si vis, & placet. *Pati vela regia*, ferre & sustinere classem Cleopatræ regio spiritu, & nimis remis Latinis & nauibus Romanis turpe, quod classis Ægyptia tam prope nauiget. Sensum tribuit fluctibus, vt Xerxes, qui eos flagris cædi iussit. sic Virg. 1. Georg.

Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas.

& ipse eleg. 1. lib. 2. *Nilum debilem captiuis aquis.*

Remos aorem velis oppofuit, vt Horat.

Cæsar ab Italia volantem (velo)

Remis adurgens.

Regia vela. velum nauis Cleopatræ purpureom fuisse scribit Plin. cap. 1. lib. 19. *Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit.* Hoc fuit Imperatoriæ nauis insigne: Ergo purpureum velum, *Regnum*; vt, *Purpurei tyranni*, Horatio. *Principe te.* Ouid. 2. fast.

Tu (Romule) *domini nomen, principis ille* (Augustus) *tenet.* Horat. oda 2. lib. 1.

Hic ames dici pater atque princeps.

& oda 21. lib. 1.

Pestemque à populo & principe Cæsare.

ep. 1. lib. 2.

Et formidatam Parthis te principe Romam.

Princeps, primus captus, vt deinceps proximè captus: Festus in *Deincipem.* male Isidorus qood primum capiat.

NEC *te quod classis centenis remiget alis Terreat, inuito labitur illa mari.*] nec te vehementius commoueat, quod Antonij & Cleopatræ nauis centum remis, vi alis impulsa feratur. Scaliger Titium repræhendit, qood hic *Centenas alas*, centum vela exponat. nam non dicitur velis remigare, licet remigiom alarom dixerit Virg. 1. & 6. Æneid. & Sophocles πτερῶν ἐρετμοῖς, *Alis remigat*, pro volat. Ouid. 5. Met.

Posse super fluctus alarum insistere remis

Optastis. volat enim nauis vt velis, sic & remis. vnde Horat.

Ab Italia volantem Remis adurgens.

Remigare autem classis dicitur, vt Ciceroni pro Flacco *Nauigare*, & Plin. cap. 19. lib. 16. Significat aotem πεντηκοντόρους, naues quinquagenis vtrimque remis aptas. cuiusmodi apud Virg. 10. Æneid.

Centenaque arbore fluctus Verberat assurgens.

vel *Classis centenis alis*; id est, velis, vt *Remiget*, per se stet. vide ad illud 4. el. sup. *Lucus ederoso antro. Labitur*, oatat, vt el. 20. lib. 1.

Et modo præteritis labentem Athamantidos vndis.

Inuito mari, Ipse el. 17. lib. 1. *Inuito gurgite.* Ouid. in ep. Laod.

Hoc quoque, quod venti prohibent exire carinas Me monet; inuitis ire paratis aquis.

QVODQVE *vehunt prora Centaurica saxa minantes Tigna caua, & pictos experiere metus.*] Beroaldus ait Centaureum pognam cum Lapithis illic pictam, in qua saxis ingentibus res gereretur. Sane *Centauri* etiam naues à forma dictæ, vt apud Virg. 5. Æneid. & *Scylla, Chimæra, Pristis*, hodieque ingentem nauem suam Veneti *Bucentaurum* appellant. Maximè saxa in proris, quia illinc pugnatur. De saxis Centaoricis Ouid. 12. Met. vbi Charaxus Centaurus;

Inque humeros limen tellure reuulsum Tollit, onus plaustri. quod ne permittat in hostem Ipsa facit grauitas: socium quoque saxea moles Oppressit. Ibid.

Saxum quoque monte reuulsum Mittere conatur. Notæ Centaurorom vires. vnde Aristophanes in Ranis. Τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν ὡς κενταυρικῶς. Quis ostium pulsauit ita Centauricè, vehementer & validè. vide prouerb.

A *Centauricè. Minantes*, ad terrorem composita. Ipse eleg. 7. lib. 3.

Argiuni pœna minantis aquæ.

Experiere, senties, & teipsa cognosces. eleg. 22. lib. 2. *Sæpe est experta puella.* & experiri sæpe cum malo & periculo coniunctum. *Caua tigna*, minus metuenda, quam solida, & est periphrasis nauium. Virg. 3. Æneid.

Vastumque caua trabe currimus æquor.

& 1. Georg. *Cauat arbore lintres.* Ibid.

Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas.

Pictos metus, cassas formidines, vt *nebulas in pariete pictas* dixit Ausonius. Dij, hommes, belluæ in

B nauibus pingebantur. Stat. 8. Theb.

Inscriptaque Deus qui nauigat alno.

Horat. oda 15. lib. 1.

Nil pictis timidus nauita puppibus Fidit.

Apul. 4. Florid. sub fin. *Nauem bonam, bene intrinsecus compactam, & extrinsecus elegãter depictam.* Ouid. 4. fast.

——— & picta coloribus vstis

Cœlestum matrem concaua puppis habet.

vbi *Concaua* & *picta*, vt hic *Caua* & *pictos*. Idem el. 3. lib. 1. Trist.

——— & pictos verberat vnda Deos.

C Virg. 4. Georg. de Ægyptiorum Phaselis:

Et circum pictis vehitur sua rura Phaselis.

Picti metus, inanes & falsi, quibus opponuntur veri Horat. oda 37. lib. 1. *Redegit in veros timores.* Stat. 10. Thebaid.

Falleris, heu verosque metus, pater optime, nescis.

FRANGIT *& attollit vires in milite caussa.*]

Causa, ius partium. Cic. ep. 3. lib. 7. ad Attic. *Caussam solum ea causa non habet: ceteris rebus abundat.* & ep. 7. lib. 4. fam. *Non enim ijs rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa; quibus superiores eramus: sed lacertis & viribus, quibus pares non eramus.* & ep. vlt. lib. 5.

D fam. *Quamuis multum intersit inter eorum causas, qui dimicant.* A foro ad bellum translatom, vt Partes. Cic. vbique. Ouid. io eadem sententia lib. 1. de arte amandi:

Vincuntur Parthi caussa, vincentur & armis.

& 5. fast. *Statque fauor causa pro meliore tuus.* verba Aogusti ad Martem. & in ep. Laod.

Irruat, & causa quem vicit, vincat & armis.

Frangit vires caussa mala, quia ignauos & timidos reddit, sibi enim diffidunt. sic eleg. 14. lib. 1.

Illa potest magnas Heroum infringere vires.

E Virg. 2. Æneid.

——— fracta vires, auersa Deæ mens.

Attollit, iacentes excitat, auget & confirmat, vt Virg. 4. Æneid.

Punica se quantis attollet gloria rebus.

Attolluntur propriè iacentes. Virg. 5. Æneid.

——— ab humo miserans attollit amicum.

QVÆ *nisi iusta subest, excutit arma pudor.*] *Iusta*, causa, & *bona* dicitur. Cic. ep. penult. lib. 7. ad Attic. *Rem miseram. malas caussas semper obtinuit, in optima concidit. Subest causa.* Ouid. 4. fast.

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum In domina mensis? an sua causa subest?

Cicero sæpe ita loquitur præsertim Offic. 1. & 5. de fin. *Excutit arma pudor*, mens conscia turpitudinis, siue *conscius rubor*, vt ait Catullus, cogit

arma abiicere: efficit vt arma delapsa è manibus cadant. sic Tibull. el. 7. lib. 2.

Excutiunt clausa fortia verba fores.

Cic. *Ista nobis studia de manibus excutiuntur.* Virg. 9. Æneid. *Excussi manibus radij.* Terentius & Plautus: *Excutere lacrymas.* Cic. pro Sylla: *Excutere verborum iactationem.* Tibull. lib. 4.

—— at tu violente caueto
Ne tibi mirantis fortiter arma cadant.

TEMPVS *adest, committe rates: ego temporis auctor Ducam laurigera Iulia rostra manu.*] sic Virg. 5. Æneid. *Iamque dies, ni fallor, adest.* & 12. Æneid. *Nunc tempus adest.* ὡραία. *Committe rates*, iube naues congredi & confligere. de verbo committendi dictum sup. eleg. 4. *Commissas acies.* *Auctor temporis*, origo & fons & parens æui: nam sol annum & diem efficit. Virg. 1. Georg.

Idcirco certis dimensum partibus annum
Per duodena regit mundi sol aureus astra.

Ouid. 4. Met.

Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum.

Ibid. *Auctor lucis. Ducam manu*, duxero ad victoriam certam & facilem. Ducere manu, est χειραγωγεῖν. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. *Qui sit abditas sic tractet vt manu ducat.* vulgo, *doceat*, sed Turnebus emendauit. Lucret. lib. 2.

Nec contra pugnant in promptu credita quæ sint:
Sed magis ipsa manu ducunt, & credere cogunt.

Iulia rostra, vocat *Iuleam carinam*, & *Augustam ratem* sup. Rostratis autem Liburnis vsus Augustus, vt Horatij oda 1. epod. & ipse el. 11. li. 3.

Baridos & contis rostra Liburna sequi.

Rostra, ἔμβολας, nostri à forma *esperons*, ab asperitate. *Embolum nauis* dixit Petronius Græco verbo. *Laurigera manu*, victrici; quia lauri ramum gerunt triumphantes. Phœbus autem lauriger. Mart.

Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi.

Phœbus ipse apud Ouid. 1. Met.

——Semper habebunt
Te coma, te cithara, te nostræ laure sagittæ.

Iulia, quia Augustus in auunculi familiam & nomen adoptione transierat.

DIXERAT, *& pharetræ pondus consumit in arcus.*] id est, in arcus omnes sagittas impendit, aut vnam instar omnium, quia dicturus est:

Vna decem victi missa sagitta rates.

Consumpsit in arcus, sagittas omnes arcui imposuit, vt nulla superesset. sic Virg. 7. Æneid.

Absumptæ in Teucros vires cœliq; marisque.

& 3. Georg.

Sed tota in dulces consument vbera natos.

Cæsar 1. de bello ciuili: *Consumptis omnibus telis.* ipse eleg. 3. lib. 2. *Nox consumpta lusu.* Terent. Andr. sc. 1. act. 1. *Si quid consilij habet, consumet nunc.* Horat. sat. 4. lib. 2.

Nequaquam satis in re vna consumere curam.

Cic. *Consumere diem, operam, studium, vim suam, otium in aliquo, vel aliquem.* Stat. lib. 11. Thebaid.

Ite truces animæ, funestaque Tartara lato
Polluite, atque omnes Erebi consumite pœnas.

Enallage numerorum *Arcus*, pro arcum.

PROXIMA *post arcus Cæsaris hasta fuit.*] Hastam Cæsari tribuit, vt Homerus Achilli: Virgilius Æneæ & Turno, siue quod hasta signum

A imperij est; siue quod virtutis indicium; vnde ea viri fortes donantur. Olim pro sceptro fuit hasta: Turneb. cap. 12. lib. 22. *Proxima post*, secundum sagittam Phœbi emissa hasta Augusti. Plaut. Capt. act. 2. sc. 1. *Nam secundum patrem tu es pater proximus.* Cic. 1. offic. *Qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit.* & in Catone: *Fratre suo Censore, qui proximus ante me fuerat.*

VINCIT *Roma fide Phœbi: dat femina pœnas.*] *Vincit Roma*, pro qua stabat Cæsar. *Fide*, ope & auxilio: Donat. in Andr. act. 4. sc. 2. *Dij vestram fidem.* Virg. 10. Æneid. *Tyrrhenamne fidem*, id est, auxilium Hetruscorum. Catull. *Dianæ sumus in*
B *fide.* id est, tutela & numine. *Femina*, contemptim, de Cleopatra. sic eleg. 11. lib. 3.

Et famulos inter femina trita suos.

Dat pœnas, luit supplicium morte, quam ipsa sibi consciuit. eleg. 5. lib. 2.

Dabis mihi perfida pœnas.

Eodem sensu, *Persoluere pœnas* Virg. 9. Æneid. & Catull. *Dare supplicium.*

SCEPTRA *per Ionias fracta vehuntur aquas.*] id est, fractum imperium, & regnum, cuius insigne sceptrum. sic eleg. 11. lib. 3.

Quid nunc Tarquinij fractas iuuat esse secures?

C *Sceptra*, pro regnis, vt fasces & secures pro magistratibus. Virg. 1. Æneid.

—— Tu sceptra, Iouemque Concilias.

& *Sic nos in sceptra reponis?* & 3. Æneid.

Coniugio Aeacidum, Pyrrhi sceptrisq; potitum.

Scitum illud Stratonici citharœdi apud Athenæum Regi Ptolomæo de musica disceptanti: Ἕτερον, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. Lucret. pro principatu Poëtarũ posuit sceptra lib. 3. *Adde Heliconiadum comites quorum vnus Homerus Sceptra potitus.* *Vehuntur*, feruntur, fluitant, natant, vt el. 25. lib. 2.

Cum sæpe in portu fracta carina natet.

D *Per aquas Ionias*, fluctus Ionios. Cum fugit Cleopatra, tunc fractæ eius opes, & regna.

AT *pater Idalio miratus Cæsar ab Astro.*] C. Iulius Cæsar dictator, Octauiani auunculus natura, pater adoptione. Sueton. in Aug. cap. 4. *Attius Balbus Iuliam sororem Cæsaris duxit, matrem Attiæ, ex qua & Octauio genitus Augustus.* Ergo ei Cæsar natura maior auunculus. De eius adoptione idem Sueton. cap. 83. Ouid. 4. fast. initio, & vlt. Metam. Ambiguè autem *Pater*, genitor, & Deus, quia omnes Dij patres dicuntur. *Miratus*, spectans cum admiratione virtutem, & felicitatem filij. *Ab astro Idalio*, ab ipso cœlo, vbi stel-
E latus est, vt adnot. eleg. 18. lib. 3. *—— & qua*

Cæsar ab humana cessit in astra via.

Horat. oda 12. lib. 1.

Micat inter omnes Iulium sidus.

Idalio, Dioneo, Venerio. Idalia, siue Idalium ciuitas Cypri. vide adnot. ad illud Catull.

Quaque regis Golgos, quaque Idalium frondosum.

Plin. cap. 31. lib. 5.

SVM *Deus, est nostri sanguinis ista fides.*]

Ouid. 3. fast.

Sed tamen errabant etiam tunc tempora donec
Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit.
Non hæc ille Deus, tantæque propaginis auctor,
Credidit officijs esse minora suis.

Promissumque sibi voluit prænoscere cælum,
Nec Deus ignotas hospes inire domos.

Aliter amator Plautinus Curcul. sc. 3. act. 1. & Terent. Hecyr, act. 5. sc. 4. *Præclarus autem Deus qui se tum primum Deum esse intellexerit. Sanguinis,* stirpis diuinæ, generis, vt Horat. *Regius sanguis.* Virg. *Sanguis meus.* Ouid. 4. fast.

Intumuit Iuno raptum quod pellice natum,
Educet (Ino) *at sanguis ille sororis erat.*

id est, filius. Tibull. eleg. 6. lib. 1.

Quidquid agit, sanguis est tamen ille tuus.

Fides, certum indicium, argumentum, probatio. el. 1. sup. vers. 80.

PROSEQVITVR *cantu Triton, omnesq. marinæ Plauserunt circa libera signa Deæ.*] velut gratulabundus victorem comitatur Triton cum clangore tubæ, & omnes Nereides faustos sonos crepuere: eleg. 10. lib. 3. Plausum autem datum victori intelligit, de quo el. 3. lib. 3.

Ad vulgi plausus sæpe resistere equos.

& eleg. 4. lib. eiusdem:

Mî sat erit media plaudere posse via.

Triton, is Neptuni, & Amphitrites filius. Higinus p. 1. Hesiod. Theog. 191. Apollod. lib. 1. Virg. 1. 5. & 6. Æneid. Seru. in 1. Æneid. Neptuni & Salaciæ filium facit. Ouid. 1. & 2. Met. & in ep. Didus. De eius forma Pausan. Boëoticis. Plin. cap. 5. lib. 9. visum ait Tritonem & auditum concha canentem in quodam specu. Alludit autem ad tubicines triumphorum, de quibus Plutarch. in Paulo Æmylio. *Prosequitur.* Agrætius: *Consequimur, studio: obsequimur, officio: persequimur, iniuria: prosequimur, ordine: assequimur, voto.* Horat. oda 5. lib. 4. *Te multa prece, te prosequitur mero. Diffuso pateris.* Virg. 6. Æneid. *Prosequitur lacrymis.* Cicer. 4. Verrin. *Verbis prosequi aliquem.* Philipp. 4. *Gratissimis animis prosequi memoriam.* De Arusp. Resp. *Plausu prosequi.* vbique Cicero de honore, qui tribuitur discedenti. Prosequendi officium, *Prosequium* dicebatur: Festus. *Omnes Deæ marinæ*: eleg. 17. lib. 1.

—— formosa Doride natæ.

Plauserunt circa signa, quia in orbem ludunt Nereides, earumque chorus dicitur Virg. 10. Æn. & Stat. 3. Sylu. in Propemptico Metij Celeris. *Libera signa*, & victricia & defensa vindice Cæsare. contra *Captiua signa Crassi. Libera signa*, exercitus liberi, vt eleg. 30. lib. 2. *Libera colla.* Minabatur autem Pop. Rom. seruitutem Cleopatra eleg. 11. lib. 3.

ILLA *petit Nilum cymba male nixa fugaci.*] ἡ *Illa* δεικτικῶς Cleopatra. sic eleg. 6. lib. 3.

Improba non vicit me moribus illa, sed herbis.

Petit Nilum, in Nili recessus fugit, vt el. 11. lib. 3.

Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili.

Virg. 8. Æneid.

Contra autem magno mærentem corpore Nilum,
Pandentemque sinus, & tota veste vocantem
Cæruleum in gremium latebrosaque flumina victos.

Seneca Octauia:

Superatus acie puppibus Nilum petit
Fuga paratis. agit de Antonio:

Male nixa cymba, non bene freta, quia parum in cymba præsidij. sic Virg. 2. Æn. *Male fida statio,* & *Male numen amicum.* & 1. Georg.

A *Male pinguis arena.* Ouid. 3. fast.
Graria facundum, sed male forte genus.
Nixa cymba, vt el. 11. lib. 1. *Remis confisa minutis.*
Cymba. el. 13. lib. 2. *Mors nixa toro. Cymba fugari,*
vel in qua ipse fugax erat, vel celeri. Horat. oda
37. lib. 1. vtrumque complexus est, cum eam
cum columbis comparauit, & ab Italia volantem dixit: nec cymbam dixit, vt noster, sed nauim tantum: *Vix vna sospes nauis ab ignibus.* vide
Plutarch. in Antonio. Dionem sub finem lib.
50. Florus cap. 11. lib. 4. *Prima dux fuga reginâ*
cum aurea puppi, veloque purpureo se in altum dedit.
B Virg. 8. Æneid. de hac fuga:

Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, &c.

HOC *vnum, iusso non moritura die.*] id tantum defuit Augusti triumpho, & in hac vna re fortis Cleopatra, quod sibi necem consciuit, de qua eleg. 11. lib. 3. Sic Virg. 12. Æneid.

In rebus defuit vnum. ἡ *Moritura* Iterandum: Moritura, sed hoc vnum, (erit) non moritura
iusso die. *Iusso die*, ipsa iussa, vt Seruius in 10.
Æneid. *Cesserunt æquore iusso*; ipsi iussi, estq. vsurpatum participium: nam iubeor non dicimus.
C Hæc ille, & errat. *Iusso die*, vt Ouid. 3. Met.

Iussa me aduertite terra. quam iussi, vt el. 1. sup.
Gutta quoque ex oculis non nisi iussa cadet.

Virg. 4. Georg.

—— Huc tu iussos asperge sapores. & 3. Æn.
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.

Horat. oda penult. Epod.

Iussas cum fide pœnas luam. & ep. 12. lib. 1.
Stellæ sponte sua, iussæne vagentur & errent.

Moritur die iusso captiuus, qui tum iubetur mori cum victori libet; auditque Virgilij illud *Morere.* Sic 3. Æneid. *Iussa mori* (captiua Polyxena.) Captiui autem in carcere necabantur: Plutarch. in Mario, & Albinouanus ad Liuiam.

D DII *melius quantus mulier foret vna triumphus.*]
Dij melius prouerbialis sermo auerruncantium aliquid à se & depellentium. Virg. Cic. Plaut. Ouid. in ep. Briseidis:

Cumque mea patria laus tua victa iacet?

Dij melius. & alibi sæpe: *Mulier vna quantus triumphus.* dixit tamen el. 11. lib. 3.

Accepere tua Romula vincla manus.

Brachia spectaui, &c. Sed de imagine tantum Cleopatræ loquitur. *Quantus*, ἀρσενικῶς, de parta è muliere victoria eleg. 8. lib. 2. ad illud:

Mors est inhonesta futura. & el. 21. lib. 2. vers.
9. & 10. Vopiscus in Aureliano: *Sed Aurelianus*
indignum existimans mulierem interimi occisis plerisq.
E *quibus auctoribus illa bellum mouerat, parauerat, gesserat, triumpho mulierem reseruauit, vt Pop. Rom. oculis esset ostentus. Mulier vna*, vt Virg. 4. Æneid.

Vna dolo Diuûm si femina victa duorum est.

Ipse sup. hîc: *Dat femina pœnas.*

DVCTVS *erat per quas ante Iugurtha vias.*] ducti captiuitatis & seruitutis, vt el. 15. lib. 3.

Tibi gloria Dirce ducitur. Ouid. el. 2. lib. 1. Am.
Mens bona ducetur manibus post terga reuinctis.

Horat. oda 12. lib. 2.

Ductaque per vias Regum colla minantium.

& oda 2. lib. 4. *—— Trahet feroces*
Per sacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros.

Per vias, viam sacram intelligit, de qua el. 1. l. 3.

Actiaque in sacra currere rostra via.

De Iugurtha capto, & triumphato el 5. lib. 3.

Consule cum Mario capto Iugurtha sedes.

Cornelius Seuerus in necem Ciceronis apud Senecam:

Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Obfuerant. *Antè*, olim, vt el 8. lib. 1.

Et quas Elis opes ante pararat equis.

An ante currum? *Erat*, pro, fuit, enallage.

ACTIVS *hinc traxit Phœbus monumenta, quod eius*
Vna decem vicit missa sagitta rates.] sic eleg. 11. infra:

Hinc Pheretis dicta est ara superba Iouis.

Actius Phœbus. eleg. 11. lib. 3. *Leucadius* dicitur vers. 69. Apollonius lib. 1. Νηὸν αὖ τόθι βωμὸν ἐπάκτιον Ἀπόλλωνος, Ἀκτίου, Ἐμβασίοιο τ' ἐπώνυμον. Exstruxerunt ibi aram Epactij, siue litoralis Apollinis, Actij Embasijque cognominem. *Traxit monumenta*, celebritatem nominis, & famam. vide vers. 17. sup. hîc. Sic Cic. *Trahere cognomen & nomen. Vna sagitta.* at dixit vers. 55. sup. *Pharetra pondus. Vicit decem rates.* De decem ratibus ictu sagittæ victis nihil Plutarch. in Antonio; nec Dio lib. 50. Virg. hoc tantum 8. Æneid.

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper, omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

BELLA *satis cecini: citharam iam poscit Apollo*
Victor, & ad placidos exuit arma choros.] Lyram vult sibi dari, vt Pæana & epinicia canat positis armis: nam *imbelles Lyras* dixit sup. vers. 36. Cithara pacis, arcus belli. Horat. oda 10. l. 2.

—— Quondam Cithara tacentem
Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.

Apud Sueton. in Nerone cap. 39.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus;
Noster erit Pæan, ille Hecatebeletes.

Victor, quia victoriæ dux, & dixit supra:

Ducam laurigera Iulia rostra manu.

Exuit arma, deposuit arma; ἀπογυμνώσας; quia non amplius bella canenda sunt, inquit Beroaldus, sed ludicra. Ego exuit iram & studiũ belli. nam arma sua nunquam exuit, si credimus Horatio, & Euripidi. Horat. oda 4. lib. 3.

Nunquam humeris positurus arcum.

Euripides in Alcestide:

Σύνηθες αἰεὶ ταῦτα (τόξα) βαστάζειν ἐμοί.

Loquitur Apollo. *Ad choros placidos*, vel vt ipse choros ducat, vt solet cum musis: Virg. 4. Æn. *Instauratque choros.* vel vt saltantibus canat cithara. *Placidi chori*, quia sunt pacis & otij; vel ad discrimen Pyrrhicæ, in qua saltabant armati. *Ad choros*, vt Albinouanus ad Liuiam: *Tamen ille redemptus ad ignes.*

CANDIDA *nunc molli subeant conuiuia luco.*] sic Horat. oda 37. de hac victoria:

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus. vbi conuiuia, & saltationes coniungit, vt hîc. *Candida conuiuia*, vel læta & felicia, vt el. 1. sup. *Date candida ciues Omina.* vel quia albati sollennes epulas celebrabant. Horat. sat. 2. lib. 2.

Ille repotia, natales, aliosue dierum

A *Festos albatus celebret.* Et *conuiuia*, pro conuiuis ipsis, vt sup. *Lyræ*; & *hospitium*, & *coniugium*, pro hospite, & coniuge. *Subeant luco*, succedant in lucum, vt eleg. 14. lib. 1.

Nec timet ostrino Tullæ subire toro.

Ponitur & cum 4. casu, vt eleg. 4. sup. vers. 27. *Subit capitolia. Molli*, molli fronde vestito, & herba molli strato, vt el. 3. lib. 3.

Mollia sunt paruis prata terenda rotis.

In lucis autem sacrificia fiebant: Horat. oda 4. lib. 1. *Nunc & in vmbrosis fauno decet immolare*
Lucis. Aut quia æstate vmbram captabant. Virg. in Daphnide:

B *Ante focum si frigus erit, si messis in vmbra.*

Ad fana erant luci. An lucum Esquilinum intelligit, de quo Varro 4. de ling. Lat.

BLANDITÆQVE *fluant per mea colla rosæ.*] sic Scaliger legit & citat locum Plinij ea cap. 2. lib. 25. & Tibulli el. 4. lib. 1. *Blandita*, participium pro nomine, blandæ scilicet. Plin. cap. 23. lib. 10. *Hanc principio blandita peregrinatione auidè profectam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit.* *Blandita*, suaues & odoris aspectusque iucundi, vt sup. hîc *Blandi turis honores.* & supra eleg. 4. *Tacentes aquas.* & eleg. 2. sup. *Properanti falce.* &

C eleg 17. lib. 3. *Laxatis corymbus*, pro laxis; & *Hiante calamo*, pro hiulco. sic Verrius apud Prisc. lib. 8.

Blanditusque labor molli curabitur arte.

Fluant rosæ per colla, ex collo pendeant vagæ & solutæ. Ouid. 2. fast.

Ecce nurum regis fusis per colla coronis
Inueniunt posito peruigilare mero.

De rosis & sertis conuiuiorum vide adnot. ad eleg. 5. lib. 3.

Et caput in verna semper habere rosa.

Horat. sat. 3. lib. 2. ——*Potus vt ille*
Dicitur è collo furtim carpsisse coronas.

Tibull. eleg 7. lib. 1.

D *Et capite & collo mollia serta gerat.*

In veteribus marmoribus conuiuæ capite, collo, brachiis coronas gestabant. *Fluant*, vt el. 3. lib. 2. *Coma per colla fluentes.* An *fluant*, affluant?

VINAQVE *fundantur prœlis elisa falernis.*] expressa premendo; tum enim eliduntur vuæ. Horat. sat. 3. lib. 2.

Absentis ranæ pullis vituli pede pressis;
Vnus vbi effugit, matri denarrat vt ingens
Bellua cognatos eliserit.

vbi *Pressis*, & *Eliserit* idem. Elidimus, vel stringendo manu, vel premendo pede. vide Nonium in *Elidere.* Cic. 1. Tusc. *Elidere neruos virtutis.* &

E 3. Tusc. *Elidere fibras stirpium.* Per prela autem falerna, vinum quoque falernum intelligit, vt Horat. oda 20. lib. 1.

Cæcubum & prelo domitam Caleno
Tu bibes vuam. *Prela*, inquit Seruius in 2. Georg. *Trabes sunt quibus vua iam calcata premitur.* vide Caton. cap. 18. de re Rustica. De prelo & torculari. *Fundantur*, è cado in Cyathos nempe.

TERQVE *lauet nostras spica Cilissa comas*] Turneb. cap. 2. lib. 8. quosdam ait spicas Croci existimare in radice esse, quia eorum, quæ bulbosa radice constant, in nucleos diuidua, nuclei, spicæ vocantur. Ipse fila illa croci longa croceaq. esse spicã credit. Beroaldus per spicam Cilissam nardum

nardum & nardinum vnguentum intelligit, quia ſpica nardi dicatur, & nardus in Cilicia naſcatur auctore Dioſcoride. At Scaliger Spicam Ciliſſam bulbum croci interpretatur, vt Spicam nardi ait eſſe bulbum oardi Indicæ. vbi multa de hac re. An crocino vnguento vult comam perfundi, de quo eleg. 10. lib. 3.

Et crocino nares myerbeus vngat Onyx.

Lucan. lib. 3. de Indis:

Et qui tingentes croceo medicamine crinem.

Quid *Spica* adnot. ad el. 2. verſ. 14. *Ciliſſa*, vt Libyſſa, Phœniſſa, Threïſſa. Martial.

Et Cilices nimbis hîc maduere ſuis.

Cilicium crocum optimum Plin. cap. 6. lib. 21. *Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Corico monte.* Croco autem vtebantur in ſacris. Ouid. 1. faſt.

Tura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum
Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Miſerat, nempe ad ſacra. Idem in Ibin:

Nam neque quod flores Sicula naſcuntur in hybla
Quotue ferat dicam ſpica Ciliſſa crocos.

& 5. faſt. *Et ſonet accenſis ſpica Biliſſa focis.* vide Iunium prouerb. 96. cent. 6. *Lauet comas, perfundat crines* dixit el. 2. lib. 2. lib. 1. verſ. 3. *Ter.* vide adnot. verſ. 6. ſup.

INGENIVM *potis irritet Muſa Poëtis.*] exacitet, exacuat, acrios reddat. Sueton. in Nerone cap. 39. *Ne fatendo dolorem irritaret ingenia.* Horat. in arte:

Segnius irritant animos demiſſa per aurem.

id eſt, mouent. Ouid. 2. faſt.

Tum ſicco primas irritat cortice flammas.

Cicero ep. 17. lib. ad Brutum: *Pueri cupiditatem & licentiam potius irritatam eſſe, quam compreſſam.* Ductum à canibus quæ *Irrire* dicuntur. Nonius & Donatus, qoia r r r ſonant. Lucilius: *Irritata canes quod homo quam planius dicit.* Pro, *Irritet*, Scaliger legit *Irritat*, vt ſit γνώμη. *Ingenium*, quo valent: Cic. pro Morena. Ipſe eleg. 30. lib. 2. *Nam ſine te noſtrum non valet ingenium.* *Potis Poëtis.* Sic Horat. ep. 19. lib. 1.

Ennius ipſe pater nunc niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda. vbi plurima in hanc ſcotentiam. Mart. ep. 7. lib. 11.

Poſſum nil ego ſobrius: bibenti
Succurrunt mihi quindecim Poëtæ.

Ouid. 7. Metam.

—— necnon & carmina vino
Ingenium faciente canunt.

Verior hæc lectio, *Potis*, & ſic correxit Scaliger cum antea legeretur, *Poſitis*; quod ſi retines, dictum vt eleg. 3. lib. 1.

Subiecto leniter poſitam tentare lacerto.

& eleg. vlt. lib. 2.

Me iuuet heſternis poſitum languere corollis.

BACCHE *Soles Phœbo fertilis eſſe tuo.*] Apollinis & Poëtarum ingeoium fœcuodare. ſic Horat. ep. 5. lib. 1.

Fœcundi calices quem non fecere diſertum.

Ouid. lib. 4. de Ponto:

Fertile pectus habes, interque Helicona colentes
Vberius nulli prouenit iſta ſedes.

Tranſlatio eſt à fœcunditate vitis ad fœcunditatem ingenij. *Tuo*, fratri, familiari, & conſorti. Nam & Apollo & Muſæ in comitatu Bacchi; &

A ſacra iis communia in Paroaſſo. Tibull. el. 4. lib. 3. Phœbum, Bacchum, & Muſas coniungit:

Salue cura Deûm; caſto nam rite Poëta,
Phœbuſque & Bacchus Pieridesque fauent.

Præterea Liber & Sol idem Macrobio. *Tuo.* vide adnot. eleg. 3. ſup. verſ. 1. & 2.

ILLE *paludoſos memoret ſeruire Sicambros*] Beroaldus: *Viciſſim*, inquit, *Bacchus & Apollo memorent victorias Auguſti.* Ego referri puto ad ſuperius, *Poetis*, vt el. 1. lib. 3.

Nec non ille tui caſus memorator Homerus.

Sicambros, Germaniæ populos; De quibus Strabo lib. 4. Albinouanus ad Liuiam:

B *Ille genus Suenos acie, indomitoſque Sicambros*
Contudit, inq; fugam barbara terga dedit.

Ibid. *Nec tibi delectos poterit narrare Sicambros.* De iis & Horat. oda 2. lib. 4. & penult. In deditionem accepi ductu Tiberij: Dio lib. 55. Tacit. 2. Annal. & ibi Lipſius, à quo Sugambri vocantur. Sueroo. in Auguſt. cap. 21. *Paludoſos.* ſic Strabo lib. 4. Menapios Sicambris proximos ait paludes incolere. *Palus*, inquit Varro 4. de ling. Lat. *Paululum aquæ in altitudinem, & palam latius diffuſæ.* Iſidor. cap. 13. lib. 15. *Paludes dictæ à Pale paſtorali Dea, quod paleas & pabula nutriat iumentorum.* ridiculè. *Seruire*, victos & deditos eſſe.

C Horat. oda 8. lib. 3.

Seruit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ
Cantaber ſera domitus catena. Cic. pro lege Manilia. Salluſt. in ep. Mithridatis.

CEPHÆAM *hic Meroën fuſcaque regna canat.*] De Meroë inſularum, qoas Nilus efficit, maxima, & capite Æthiopici regni, Strabo lib. 1. & 17. & Plin. cap. 73. lib. 2. Eſt & oppidum eiuſdem nominis Plin. cap. 29. lib. 6. meminit & cap. 75. lib. 2. Dicta Meroë à Cambyſis matre Diodorus. Ouid. 4. faſt.

Hinc Libi, hinc Meroë, ſiccaque terra ſubeſt.

D Auſonius ep. 19. in Meroën anum:

Et tu ſic Meroë, non quod ſis atra colore
Vt quæ Niliaca naſcitur in Meroë.

Cephæam, in qua Cepheus pater Andromedæ regnauit, de quo eleg. 3. lib. 1. verſ. 3. & 4. *Cephéam*, vt eleg. 3. lib. 1. *Orphéa lyra.* *Fuſca regna*, vt eleg. vlt. infra: *Fuſca Deus aula*, Pluto. Intelligit autem Ægyptum, & Æthiopiam, atque Indiam. eleg. 33. lib. 2.

An tibi non ſatis eſt fuſcis Aegyptus alumnis.

vbi vide adnotata. ſic *Nocticolor* Memnon: Næuius apud Gellium. Cornel. Fronto: *Fuſco album opponitur; nigro candidum.* Feſtus: *Aquilus*

E *color eſt fuſcus & ſubniger; qui albi & nigri particeps.* *Brun, Bazané.* Sed ſæpe pro nigro. Tereotius Scaurus de Orrographia: *Furnos dicimus, quos antiqui fuſcos.* Virg. eclog. 10.

—— Quid tum ſi fuſcus Amyntas?
Et nigræ violæ, ſunt & vaccinia nigra.

HIC *referat ſero confeſſum fœdere Parthum.*] *Confeſſum*, victum, fatentem ſe peccaſſe & veniam petentem, ſupplicem. Ouid. io Epicedio Tibulli. *Ignoſcite falſo*; quia confeſſis ſæpe ignoſcitur. Stat. 9. Theb. *—— Poſuique trementem*
Ante tuos confeſſa pedes. Atalanta faſſa & veniam petens, quod Parthenopæum peperiſſet. Ouid. 5. Metam.

Confessasque manus, obliquáque brachia tendens,
Vincis ait Persen. Idem eleg. 9. lib. 2. Amor.
Quid? non Aemonius quem cuspide perculit heros.
Confessum medica postmodo iuuit ope.

Sic vulgati libri. alij *Confossum.* Paterculus: *Dalmatia rebellis ad certam confessionem redacta est imperij.* Idem. *D. Tiberius Hispanis parendi confessionem extorserat.* In 12. tab. *Aeris confessi* (ita leg.) *rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto.* Apud IC. in D. *Titulus est, De confessis* 2. lib. 42. Sunt qui putent. *Confessum* hic dici, pro confosso, quia in omnibus est libris antiquis, quod Turneb. & Lambinus mutarunt. sic legitur in Bacchidibus Plauti act. 4. sc. 8. *Faciam te Confessiorem soricina Nania.* Nænia intestinum sonat: Festus in *Nania* in litura, & Arnobius. *Sero federe*, seris condicionibus pacis. Soeton. in Aug. cap. 17. *Antoninum quidem seras condiciones pacis tentantem ad mortem compulit.* Ipse el. 4. lib. 3.

Sera, sed Ausonijs veniet prouincia virgis.
Assuescent Latio Partha trophaea Ioui.

Horat. oda 8. lib. 3.

Cantaber Sera domitus catenas

Stat. in equo Domitiani lib. 1. Sylu.

—— Tu tardum in federa montem
Longo Marte domas. Horatius hac de re ep. 12. lib. 1. vbi confessum & supplicem designat Parthorum regem: *—— Ius Imperiumque Phraates*
Caesaris accepit genibus minor.

Redoat *signa Remi, mox dabit ipse sua.*] vide adnot. hac de re ad illud el. 5. lib. 3.

—— vos quibus arma
Grata magis Crassis signa referte domum.

Reddat signa Remi, restituat adempta Crassis signa Romana. vide adnot. ad el. 1. sup. vers. 9. Ouid. el. 1. lib. 2. Trist.

Nunc petit Armenius pacem, nunc porrigit arcus
Parthus eques, timida captaque signa manu.

Ibid. *Tu veniam Partho superato saepe dedisti. Mox dabit ipse sua*, Tradet Augusto sua signa, vt victus victori solet, vt eleg. 11. infra:

Hic spolia ex humeris ausus sperare Quirini
Ipse dedit.

Sive *aliquid pharetris Augustus parcet Eois.*] Nonnihil remitter & abstinebit pharetratis populis orientis. Terent. Adelph. act. 4. sc. a. *Venit post insaniens. nihil pepercit. non puduisse verberare hominem senem.* Parcere cum 4. & 3. casu. Virg. 10. Æneid. *Talenta Natis parce tuis.* Gell. cap. 19. lib. 16. *Vitam sibi vt parcerent orauisse. Eois pharetris*, vt sup. hîc. *Lyra*, pro citharœdo. el. 12. lib. 3. *Meda sagitta*; pro, pharetra decoris Medis. Populi autem orientis calamis bella conficiunt: Plin. cap. 36. lib. 16.

Differat *in pueros ista trophaea suos.*] id est, Eam laudem & ad liberos & nepotes peruenire sinat. *Ista trophaea*, victorias de Parthis & Indis. vide adnot. ad el. 3. lib. 3. vers. 8. *In pueros* Ouid. eleg. 2. lib. 4. Trist.

Et qui Caesareo iuuenes sub nomine crescunt:
Perpetuo terras vt domus ista regat.

& el. 9. lib. 4. de Ponto: De Cæsaris domo:

Ne desit pars vlla domus stat vterque nepotum,
Hic auiae lateri proximus, ille patris.

vide Sueton. in August. cap. 63. 64. & 65. & Ouid. 1. de arte amandi. *Pueri*, pro liberis, vt el. 15. lib. 3. *Tu reddis pueris matrem*, &c.

Gaude *Crasse, nigras siquid sapis inter arenas.*] Ouid. 6. fast.

Crassus ad Euphraten aquilas natumque suosque
Perdidit, & leto est vltimus ipse datus.
Parthe, quid exsultas, dixit Dea, signa remittes.
Quiq; necem Crassi vindicet vltor erit.

Idem 1. de arte amandi:

Parthe dabis poenas, Crassi gaudete sepulti,
Signaque barbaricas non bene passa manus.

ipse eleg. 10. lib. 2. vers. 13. & 14.

Iam negat Euphrates equitem post terga tueri
Parthorum, & Crassos se tenuisse dolet.

vide ibi adnot. *Gaude*, vt el. 8. lib. 3.

Gaude, quod nulla est aequè formosa.

Plaut. Capt. sc. 1. act. 4. *Gaude.* H. *Quid ego gaudeam?* E. *quia impero. Si quid sapis*, si quis adhuc manibus tuis sensus est. *Sapere*, sentire, vt el. 13. lib. 2. *Non nihil ad verum conscia terra sapit.* eodem sensu Albin. ad Liuiam:

Hac sentit Drusus, si quid modo sentit in vmbra.

Seneca Octauia: *Tristes questus nate exaudi*
Si quis remanet sensus in vmbris. *Nigras arenas*, arenosos campos Assyriæ, de quibus Plutarchus in Crasso & Antonio, & in quibus occubuit Crassus. Addidit *nigras*, quia sunt & flauæ, siue fuluæ arenæ. Virg. 3. Georg.

Nigramque altè subiectat arenam. & 4. Georg.
Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Sic *Atra puluis* Horatio dicitur.

Ire *per Euphaten ad tua busta licet.*] Liberum iter est ad sepulchrum tuum, vt tibi iusta soluantur. *Liter*, quia cesserunt Armenia Parthi & Mesopotamia: Sueton. in Aug. cap. 21. *Ire.* vnde *Iter ad sepulchrum*, de quo Cic. pro Sex. Roscio, & Paulus *l. Seruitutes. §. Seruitus itineris. D. de Seruitut. Busta*, tamen Crassi nulla fuerunt. quod sciam. Lucanus: *Crasso quaeremus sepulchrum*, nam caput ei, & dextra abscissa, & delata ad regem Parthorum. Dio, Plutarch. Appian. qui de bustis nihil.

Sic *noctem patera, sic fallam carmine, donec*
Inijciat radios in mea vina dies.]

Sic pro igitur, vel lentè & hilarè. eleg. 10. lib. 3. *Natalisque tui sic peragemus iter.* vel *sic*, pro omnino: el. 12. lib. 3. *Erroris que sui sic statuisse modum. Ducam noctem*, producam & consumam, traducam, transigam. eleg. 10. lib. 3. de Natali Amicæ: *Noxque inter pocula currat.* eleg. 4. lib. 1.

Quid me non pateris, vitae quodcunque sequetur
Hoc magis assueto ducere seruitio.

& eleg. 14. lib. eiusd.

Totum ducis amore diem. & el. 23. lib. 3.
Blandis ducitur hora dolis. sic *Trahis quietem* el. 14. l. 1. Horat. *Tendere noctem. Patera, carmine*, vino & cantu in victoriam Augusti. Horat. oda 13. Epod. *Illic omne malum vino cantuque leuato.* Canunt Poëtæ cum biberunt; supra:

Ingenium potis irritet musa Poetis.

Patera, qua libet ipsi Augusto & Apollini. & hîc pro vino, vt Virg. 7. Æneid.

Nunc pateras libate Ioui.

Paterae, inquit Varro 4. de ling. Lat. *Quod pateant. Hisce etiam nunc in publico conuiuio, antiqui-*

tatis retinendæ causa, cum magistri fiunt, potio circumfertur; & in sacrificando de eis, hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Festus in *Pateram*, & in *Inferium*. Isidor. cap. 5. lib 10. Macrob. cap. 21. lib. 5. Saturn. *Patera*, quia sacra facit: Auson. *Turibula & pateræ quæ tertia vasa Deûm, laux. Dies inijcias radios*, vibret vt sagittas. vt soli sic & Diei sua tela sunt, & radij. Lucret.

Non radij solis, neque lucida tela diei.

Et Plauto: *Alius dies, alius sol. In vina mea*, prelis elisa falernis, vel io pateras, vt Virg. *Et vina coronant.* Plaut. Menech. act. 1. sc. 1.

Mihi, tibi, atque illi iubebo iam apparari prandium,
Inde vsq. ad diurnam stellam crastinam potabimus.

id est, Luciferum, vt rectè exponit Turneb. cap. 14. lib. 18. Horat. oda 21. lib. 3.

Te Liber, & si læta aderit Venus,
Segnesque nodum soluere Gratiæ,
Viuæque producent lucernæ
Dum rediens fuget astra Phœbus.

Idem oda 8. lib. 3.

Sume Mecænas cyathos amici
Sospitis centum, & vigiles lucernas
Profer in lucem. Tibull. el 9. lib. 1.
Illum sæpe ferunt conuiuia ducere Baccho,
Dum rota luciferi prouocet orta diem.

Ouid. eleg. 8. lib. 1.

—— nigri non illa parentum
Memnonis in roseis sobria vidit equis.

Mart. ep. 85. lib. 1.

Hesternum fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur, in lucem semper Acerra bibit.

AD ELEGIAM VII.

SVNT *aliquid manes, letum non omnia finit.*] sic eleg. vlt. lib. 2.

Nec si post Stygias aliquid restauerit vndas.

Ouid. 6. Met. in fabula Terei:

Si tamen hoc superi cernunt, si numina Diuûm
Sunt aliquid. Idem el. 1. lib. 4. de Ponto:
Da mihi si quid ea est, habet autem pectora, Lethen.

Manes sunt aliquid. Sic Achilles 18. ψ. visus in somnis videre vmbram Patrocli, ac cum ea sermonem ferere, quia euanescente exclamat.

Ὢ πόποι, ἦ ῥά τίς ἐστι καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι
Ψυχὴ καὶ εἴδωλον. Est aliquid, est certe Plutonis in ædibus vmbra. Ergo eorum opinionem improbat, qui nihil esse Manes contendunt, sed meram fabulam, vt Horatius *Fabulæque Manes.* Persius. *Et Manes, & fabula fias.* ipse el. 5. lib. 3.

An ficta in miseras descendit fabula gentes,
Et timor haud vltra quam rogus esse potest.

Ouidius:

Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis?

Iuuenal. *Esse aliquos manes*, &c. Callimach. lib. 3. epigr. Gr.

Ὦ Χαρίδα, τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότος. αἱ δ᾽ ἄνοδοι, τί;
Ψεῦδος. ὁ δὲ Πλούτων; μῦθος. ἀπωλόμεθα.

O Charida, quidnam est infra? tenebræ. reditus quid? Nugæ. quid Pluto? fabula. concidimus. Cæsar apud Sallustium, & Cic. in Tusc. 1. & in Catilin. & pro Cluentio. & Plin. cap. 55. lib. 7. *Letum non omnia finit*, non cuncta simul cum corpore intereunt. bene *Letum* nam à leo,

A id est, deleo Priscianus deducit, quasi mors cuncta deleat. vnde Horat. ep. 16. lib. 1. *Mors vltima linea rerum est.* Cic. Torquato ep. 4. lib. 6. *Præsertim cum id impendeat, in quo non modo dolor nullus, sed etiam finis doloris futurus sit.* & in ep. 22. lib. eiusd. *Mors omnium rerum extremum.* Demosthenes περὶ στεφάνου. Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος. Stat. 8. Thebaid. de Plutone:

O cunctis finitor maxime rerum; & Arist. lib. 3. Ethic. ideo morte nihil horribilius ait, quia sit extremum omnium rerum; nihilque postea neque boni, neque mali.

LVRIDAQVE *euictos effudit vmbra rogos.*]
B *Vmbra lurida. Pallida imago* Virgilio, *Simulacra modis pallentia miris.* Festus: *Luridi supra modum pallidi.* Isidor. lib. 10. *Luridus a loro, pallidus, quod eiusmodi habeant cutem.* (quasi loro ictus, & luridus factus.) el. vlt. infra:

Obserat vmbrosos lurida porta rogos.

Tibull. *Orcus luridus*, & Horat. oda 4. lib. 3. *Luridi dentes* oda 13. lib. 4. & oda penult. Epod.

Ossa pelle amicta lurida. Ouid. 1. Metam. *Lurida aconita. Effugit rogos*, euolat ex igne rogi. Ouid. el. 8. lib. 3. Amor.

Effugiunt auidos carmina sola rogos.

Idem eleg. 3. lib. 3. Trist.

C *Effugiatq; auidos pars mea nulla rogos.*

& eleg. 2. lib. 3. de Ponto:

Effugiunt structos carmen honosque rogos.

& eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Et gracilis structos effugit vmbra rogos.

& 5. fast. inquit vmbra Remi:

Non sum elapsa rogi flammis, & inanis imago.

Albin. ad Liuiam:

Facta ducis viuent, operosaque gloria rerum;
Hæc manet, hæc auidos effugit vna rogos.

Rogos euictos; domitos, quia non potuere vmbram exurere. vt Virg. 4. Æneid. *Euicta dolore*, & *Euicta lacrymis.* Aliud est *Euincere* IC. Sed alij
D libri *Exstructos*, vel, *Euinctos.* Ex vtraque lectione leg. *Exstinctos*; vel *Exstructor.*

CYNTHIA *namq. meo visa est incumbere fulcro.*] Argumentum Plautinum: Verum, nam ita feci. *Visa est* insomnij, vt notaui ad eleg. 26. lib. 2. vers. 1. *Incumbere*, imminere & inniti, vt Virgilianus Damon *Incumbens tereti sic cœpit oliuæ.* Ouid. 5. fast.

Vmbra cruenta Remi visa est assistere lecto.

& 3. fast.

Nox erat, ante torum visa est astare sororis
Squallenti Dido sanguinolenta coma.

E & 11. Metamorph.

Luridus, exanimi similis, sine vestibus vllis
Coniugis ante torum misera stetit.

MARMOR *ad extrema nuper humata via.*] Mendosa est lectio *Marmor*, quam etiam de coniectura Lipsius cap. 17. lib. 3. Var. reponebat. nam neque marmoreus ei tumulus, neque ad marmor humata, sed sub marmore diceretur. legendum *Ad murmur extrema via.* id est, in ipsa ripa fluuij Anienis. infra:

Accessit ripæ laus Aniene tuæ.

Murmur fluuij, qui *vagus sonitus* el. 15. lib. 3.

Sæpe vago Asopi sonitu permota fluentis.

& eleg. 6. sup.

Quà sinus Ionia murmura condit aqua.
Horat. ep. 10. lib. 1.
Per pronum trepidat cum murmure riuum.
Stat. in Genethliaco Lucani:
Sic ripis ego murmurantis Hebri.
Præceps autem ruit Anio, vt dictum el. 16. lib. 3. vers. 4. vet. lib. *Margine:*
Margine in extrema nuper humata via.
id est, ripa. An *ad marmor*, pilam aut columnam & lapidem, quo milliare signabatur? *Extrema via* fluuius ipse est in quem via desinit. *Vlp. l. 3. De locis & itineribus publicis.* Tit. 7. lib. 43. *Vsa militares exitum in mare, aut in vrbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. Humata*, pro sepulta: nam cremata fuerat eleg. 11. lib. 2. vers. vlt.

CVM *mihi ab exsequijs somnus penderet amoris.*] cum à funere amicæ meæ dubius & incertus mihi essem somnos, vt el. 4. sup.
Incerto permisit bracchia somno.
vnde *suspensi* dicuntur. Virg. 4. Æneid.
Suspensam insomnia terrent. Terent. Adelph. act. 2. sc. 4. *Animus tibi pendet.* & *Eun.* act. 4. sc. 4. *Pendebit animi.* Cic. pro Flacco & 2. de leg. *Pendere spe, & exspectatione. Ab exsequijs.* vnde somnium secutum, quia visa vigilantibus videntur in somnis: Cic. 6. de Rep. Sic ab exequiis Remi ipsius vmbra apparet Faustulo & Laurentiæ apud Ouid. 5. fast. *Amoris*, amicæ meæ. vide el. 13. lib. 1. vers. 2.

ET *quererer lecti frigida regna mei.*] cum lamentarer me solum relictum iacere, & algere torum. quomodo *Algentem focum* sup. dixit el. 5. Plaut. Amph. act. 1. sc. 3. *Prius abis, quam lectus, vbi concubuisti, concaluit locus.* Ouid. in ep. Penelop. *Non ego deserto iacuissem frigida lecto. Regna lecti.* vide el. 1. sup. vers. 10. adnot.

EOSDEM *habuit secum, quibus est elata, capillos.*] *Fuluam comam*, el. 2. lib. 2. vers. 5. *Quibus est elata*, subaudi, Cum. vt el. 4. sup. vers. 3 *Elata*, domo ad sepulchrum. Cic. 3 de Nat. Deor. *Q. Maximus filium extulit consularem.* & pro domo sua: *Funere elatam remp.* vide adnot. ad eleg. 15. lib. 1. vers. 21.

EOSDEM *oculos; lateri vestis adusta fuit.*] Homer. Il. ψ.
Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο
Πάντ' αὐτῷ μέγεθός τε καὶ ὄμματα κάλ' ἐϊκυῖα
Καὶ φωνὴν, καὶ τοῖα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο.
Ad me infelicis Patrocli venit imago;
Omnia persimilis, membra ardua, lumina pulcra,
Vocemque, & tales gestabat corpore vestes.
Eosdem oculos, nigros nempe, vt est eleg. 12. lib. 2. vers. 23. Atqui claudebantur oculi mortuis; sed & iisdem in rogo patefiebant, vt not. ad el. 13. lib. 2. vers. 17. *Vestis*, ostrina tunica, vel toga candida, de quibus eleg. 29. lib. 2. & el. 10. lib. 3. De more vestium cremandarum in rogo Virg. 6. Æneid. Stat. 6. Thebaid. Sueton. in Cæsare. *Fuit lateri*; quod *Ad latus esse* el. 14. lib. 3. eleg. 23. lib. 3. *Vulgari buxo sordida cera fuit.* Virg. 12. Æn.
Postquam habilis lateri clypeus, loricaque tergo est.
Silius lib 6. *Demexum lateri pendet Tuder.*

ET *solitum digito beryllon adederat ignis.*] Adedere, vt Virg. 4. Georg.

A *Nam sæpe fauos ignotus adedit Stellio.*
Alij lib. *Abederat.* sic Cornel. Tacit. 15. Annal. *Exorta vis locustarum abederat quidquid erat herbidum aut frondosum.* Auratus obederat legendum putat. *Ambederat.* Virg. 3. Æneid.
Ambesas subigat malis consumere mensas.
& 5. Æneid.
—— *Flammisque ambesa reponunt*
Robora nauigiis.
Ambedere & edere dicitur, vt 2. Æneid.
—— *Ilicet ignis edax.* & 3. Georg.
Contactos artus sacer ignis edebat.
B Horat. oda 4. lib. 3.
Ned peredit celer ignis Aetnam.
Stat. 9. Theb. —— *nec ipse*
Si demus, pius ignis edat. Mattius ap. Varr. 6. de ling. Lat.
Corpora Graiorum mœrebant mandier igni.
Beryllon, leg. Plin. cap. 5. lib. vlt. Isidor. cap. 7. lib. 16. Iuuenal. sat. 5. *Et inæquales beryllos; Phialas ex gemmis*, inquit Interpres. Mecœnas apud Isidor. in epitaphio Horatij: *Lugeo, ô mea vita, te Smaragdus; Beryllus quoque.* Albin. ad Liuiam:
Vincit vulgares, vincit Beryllus arenas.
C Et Augustus Mecœnatem vocat; *Beryllum Porsenæ*, apud Macrob. cap. 4. lib. 2. Saturn. Cum gemmis autem suis mortui cremabantur. Stat. 6. Theb. *Crepitant gemmæ, atque immane liquescit Argentum* (in rogo.) Infra: *Hyacynthos iniecerit.*
De gemmis Cynthiæ el. 6. lib. 3.
Ornabat niueas nullane gemma manus.
Solitum digito, assuetum digito, vt el. 3. lib. 2. *Solitus ponto.* Seneca ep. 84. *Solita ebrijs facere.* ita sæpe Cornel. Tacitus. Veteres & Græci & Romani anulos gestabant in digito sinistræ manus, qui minimo est proximus, quia neruus tenuissimus ab eo digito ad cor peruenit. Gell. cap. 10. lib. 10.

D SVMMAQVE *Lethæus triuerat ora liquor.*] id est, Aqua fluuij Lethes, quia mortui, vt Virg. ait 6. Æneid.
Securos latices, & longa obliuia potant.
vbi multa de Lethæo fluuio. *Liquor Lethæus*, vt *Liquor Martius* el. 1. lib. 3. hîc *Lethæus*, pro Stygio, vt infra: *Lethea ad stagna. Triuerat*, paulatim minuerat sæpe bibendo; quia & silex liquore teritur. sic Virg.
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.
Ora summa, primorem oris partem, id est, labra ipsa sæpe ea rigando & alluendo. Virg. 1. Æn.
Primaque libato summo tenus attigit ore.
E & 3. Georg. *Rescindere summum Vlceris os.* vbi ridiculos Seruius, qui de ossa, non de ore interpretatur. Sic Græci ἄκρῳ χείλει, summo digito. & ἄκρῳ ποδί: Plato in Lachete:

SPIRANTISQVE *animos & vocem misit: at illi Pollicibus fragiles increpuere manus.*] *Misit animos & vocem spirantis*, animosè & iracondè locuta est, vt viua & spirans solebat, vt, *Spirantis*, secondo casu accipiatur. *Animas*, mauult Palmerius. 190. 1. Alij lib. *Spirantesq; animos*; id est, spiritus animosos & feroces. contra eleg. 21. lib. 2.
Quod si tam facilis spiraret Cynthia nobis.
Sic Homer. Il. γ. Μένεα πνείοντες. De animis & iracundia Cynthiæ eleg. 5. sup.

His animos nostra dum versat Acanthis amica. & eleg. 5. lib. 2.

Parce tuis animis, vita, nocere tibi.

& Senecæ cap. 1. lib. 1. *Spiritus coactus, ac stridens iræ indicium & gestus irati. Misit vocem*, vt Horat. in arte Poëtica:

Nescit vox missa reuerti. & oda 5. Epod.
Misit Thyesteas preces. Catull.
Nec missas audire queunt, aut reddere voces.

Lucanus ad Pisonem: —— *cum tua mæstos*
Defensura reos vocem facundia mittit. *At illi.* vide eleg. 4. supra vers. 15. *Manus fragiles*, & graciles & exiles, quales sunt vmbrarum tenuium & exilium, quas *falsas palmas* vocat eleg. 19. lib. 1. *Fragiles* etiam similem fragori sonum edentes Virg. eclog. 8.

Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.

Lucret. lib. 6.

Et fragiles sonitus chartarum commeditatur.

Ouid. eleg. 10. lib. 3. Trist.

Quid loquar, vt cuncti concrescunt frigore riui?
Deque lacu fragiles effodiantur aquæ.

Virg. 1. Georg. ——*Tristisq́; lupini*
Sustuleris fragiles calamos, syluamque sonantem.

Increpuere manus pollicibus, id est, manus vsque ad articulorum crepitum strinxit, vt loquitur Petronius. *Increpare* cum 6. casu, vt Ouidij in extremo fast. *Annuit Alcides increpuitque lyra.* & eleg. vlt. lib. 3. Amor.

Corniger increpuit Thyrso grauiore Lyæus.

Virg. 12. Æneid.

Sanguineus Mauors clypeo increpat.

& 1. Georg.

Cornuum increpuit densis exercitus alis.

De hoc autem more Petron. Arbiter: *Retexit superbum pallio caput, & manibus inter se vsque ad articulorum crepitum strictis. Quanam est, inquit, hac audacia?* Scaliger putat esse gestum contemptentium se ad dicendum. Sed Douza in Petron. indicium esse, ait, commoti vehementius animi: Seneca teste lib. 3. de Ira: *Adijce articulorum crepitum, cum se ipsa manus frangunt.* & lib. 1. cap. 1. de Ira. *Horrent, ac surriguntur capilli; spiritus coactus ac stridens, articulorum se ipsos torquentium sonus, gemitus, mugitusque.* Pro Scaligero stat Apuleius lib. 2. Asini. *Et sustat oratorum conformat articulum, duobusque infimis conclusis digitis, ceteros eminus porrigens, & infesto pollice clementer subrigens, infit Telephron.* Fulgentius Placiades de continentia Virgiliana. *Itaque compositus in dicendi modum erectis in totam duobus digitis, tertium pollicem comprimens ita verba exorsus est.* Citat vtrumque locum Scaliger & addit alterum è Petronio. & eo gestu, ait, pingi episcopos qui nlim sic populum alloquebantur: nunc tantum benedicunt. Turneb. cap. 30. lib. 29. ostendit loco nutus aut vocis, sonum digiti fuisse. An huc pertinet illud Tibulli el. 2. lib. 1.

Et voces ad digitis me taciturna sonum.

Velius Longus de Ortographia: *Nam & digitorum sono pueros ad respondendum citamus.*

PERFIDE, *nec cuiquam melior sperande puella.*] amatorium conuicium. Catullus:

Sicciue me patrijs abductam perfide ab oris,
Perfide deserto liquisti in littore Theseu.

A Ipse eleg. 5. lib. 2. *Dabis mihi perfida pœnas. Non sperande melior*, de qua spes nulla, vt fidelior existas vel amicæ, vel feminæ. *Bonus*; fidus, quia fide bonus vir æstimatur. Sic el. 19. lib. 3. *Bona littora nautis*, id est, fida. *Nec sperande*, perditum hominem notat, & desperatum, vt Cicero vocat in Catil. & Pison. & alibi.

IN *te iam vires somnus habere potest?*] Tune potes cedere somno, & succumbere: quia ὕπνος πανδαμάτωρ. sic Virg.

Nate Dea, potes hoc sub casu ducere somnos.

Homer. Ιλ. ψ.

Εὕδεις, αὐτὰρ ἐμεῖο λελασμένος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ;

B *Habere vires*, vt el. 11. inf. *Dat gloria vires. Iam*, tam cito; vt el. 32. lib. 2.

Tristia iam redeunt iterum sollennia nobis.

IAM NE *tibi exciderant vigilantis furta Suburræ?*] melius: *Exciderunt*; quomodo etiam legendum censui eleg. penult. lib. 3.

Exciderunt surdo tot mea vota Ioui.

Exciderε, quod Virg. planè 1. Æneid. *Exciderant animo*, & eodem sensu eel. 1. *Labatur pectore vultus*, contra *tenere memoria*. nam ea thesaurus. Ergo *exciderunt*, oblitus es. *Furta*, furtiui amores & concubitus, vt eleg. 30. lib. 2. vers. 28. *Suburra*. Pub. Victor in 2. regione: *Luparia in Suburra.* C & in 3. reg. *Suburra caput.* Fab. cap. 13. lib. 1. *Suburra cum tribus literis notatur, c tertiam ostendit.* (Suc. id est, Succurra.) Varro 4. de lingua Lat. *Subura, quod sub antiqua vrbe fuerit: vel potius à pago Sucusano: & Sucusanus pagus, quod succurrat Carinis.* Vetus Horatij interpres ad illud: *Vespertinumque pererro Sape forum*: *Aut Subura maior, inquit, in qua res furtiua vesperi vendebantur; aut minus frequens forum.* In Catal.

Nota Suburranas inter Teletusa puellas.

Pers. sat. 5. —— *Totaq́; impune Suburra*
Permisit sparsisse oculos mihi candidus vmbo.

Iuuenal. sat. 10.

D *Media vexillum pono Suburra.* & sat. 11.
Cedere namque foro iam non est deterius quam
Esquilias à feruenti migrare Suburra. Ibid:
Et tota sonat vlmea cœna Suburra.

Mart. ep. 66. lib. 6.

Fama non nimium bona puellam:
Quales in media sedent Suburra;
Vendebat modo præco Gellianus.

Idem ep. 18. lib. 12. *Clamosa Suburra.* Festus in *Suburra* ex Verrio idem quod Varro, quia solita esset succurrere Esquiliis. At Propertius Esquilis habitabat, vt ait el. 23. lib. 3. Inde *Suburrana tribus* Varroni & Festo ibid. *Vigilantis*, quia illic E peruigilatur à meretricibus, vel propter nocturnas rixas, de quibus eleg. 9. infra; vel ob canum excubias & latratus: Horat. oda 5. Epod.

Latrent Suburrana canes. Alij lib. *Vigilacis.* Auson. *Iam strepit nidis vigilax hirundo.* Columella cap. 12. lib. 7. de Villicis: *Vigilaces & perspecti.* & Caius l. Siquid. De *Aedilitio edicto* semel atque iterum *vigilacem seruum* dixit.

ET *mea nocturnis trita fenestra dolis.*] Ouid. 2. de arte amandi:

At tu per præceps tecto delabere aperto,
Det quoque furtiuas alta fenestra vias.

vide adnot. ad eleg. 20. lib. 3. vers. 29. *Trita*,

frequenti vsu pene consumpta. el.11. lib.3.

Atque inter famulas femina trita suas.

Nocturnus dolus. vnde *Insidiari somno maritorum* dixi: Cicero. eleg. 9. lib.2.

Nocturno soluens texta diurna dolo. Ouid.6.fast.

Nocte domum parua solita est intrare fenestra.

PER *quam demisso quoties tibi fune pependi.*] id est, in tuam gratiam commisi me periculo cadendi ex fune apto. eleg.8. infra:

Spectaculum ipsa sedens primo temone pependi.

Tibi, in tuæ spem gratiæ, vt eleg.1. sup.

Roma faue, tibi surgit opus.

D. Paulus cap. 11. ep. 2. ad Corinth. in fine. *Per fenestram in sporta demissus super murum, & sic effugi manus eius. Demisso fune.* Virg.2. Æneid.

Demissum lapsi per funem. Lucret. lib.2. in extremo: —— *mortalia secla supernè*

Aurea de cælo demisit funis in arua.

Horat. in arte Poëtica:

Si quis curet opem ferre, & demittere funem.

Petron. Arbiter: *Per funem lapsi descendimus in scapham.*

ALTERNA *veniens in tua colla manu.*] vt Ouid. 11. Metam.

Et amplexus in virginis ire marina.

Veniens in colla, ruens in ampleaus tuos. sic eleg. 8. infr. *Redeunt in colla parentum.* Afranius Priuigno apud Nonium in *Frigit*: *Occasione cepta* (vulgo *terta*) *mulier inuolat in collum.* Sic *venire in honorem* el. 24. lib. 2. *Alterna manu*, vt faciunt, qui per funem descendunt. el.15. lib.2.

Vario amplexu mutamus brachia.

SÆPA *Venus triuio commixta est pectore mixto.*] ipse eleg. 14. lib. 3. *In triuijs ad latus esse sua.* vbi & adnot. quid Triuium. Catull.

Nunc in quadriuijs & angiportis

Glubit (Lesbia) *magnanimos Remi Nepotes.*

vnde idem Catull.

Omnes pusilli, & semitarij mœchi.

& infr. el 9. *Lasciuum forum* vocat, quia nocturnis stupris infame. *Commixta Venus*, iuncta. nam *iungere Venerem* Tibullo & Ouidio idem est quod misceri in amore, & periphrasis concubitus. Catull. ep. 98.

Tanquam commixta spurca saliua lupa.

Qui locus à doctis tentatur frustra. Virg. 2. Georg. —— *& omnes*

Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.

(Æther mixtus terræ.) & 7. Æneid.

Mixta Deo mulier. Cic. 2. de Nat, Deor. *Commiscendorum corporum mira libidines.* Sic μιγῆναι Græcis. Homer. Iλ. γ. & τ.

Μάνη τῆς ἀιῆς ὑπευνάσθαι, ἠδὲ μιγῆναι.

& Odyss. α. Ποσειδάωνι μιγεῖσα. Hesiod. Theocrit. vbique. *Mixto pectore*, Conduplicato pectore Plaut. quia in hac pugna pectoribus aduersis concurritur, vt eleg.20. lib.3.

Forsitan & alto pectus amore terit.

sic infra hîc, *Miscere ossa*, & eleg.14. lib.3. *Mixto, cõmixta, dic τὸ ἀοῖτε*; vt el.1. sup. *Rata carmina vera.*

FECERVNT *tepidas pallia nostra vias.*] Vesticontuberuium significat, vt eleg.4. lib.1.

—— *& qua*

Gaudia sub tacita ducere veste libet.

Ouid. eleg. 4. lib.1. Am.

Sæpe mihi, Dominaque mea properata voluptas

Veste sub iniecta dulce peregit opus.

Pallia, hîc *vestes* inditui stragularum loco eleg 3. sup. *Tum queror in toto non sidere pallia lecto.* Palliati autem tunc plerique Romani, & crepidati corruptis moribus. *Fecerunt tepidas*, tepefecerunt, vt eleg. 12. lib. 1. *Facere moram.* vers. 2. & eleg.30. lib.2. *Facere turpia* vers.18. *Tepidas vias*, vt eleg. 16. lib.1.

Turpis & in tepido limine somnus erit.

Augustus apud Sueton. cap. 71. *Lusimus per singulos dies, forumque aleatorium calefecimus. Via*, ergo χαμαιστρωτῶν, & χαμαιτυπεῖον.

FÆDERIS *heu taciti, cuius fallacia verba*

Non audituri diripuere Noti.] interiectio loco verbi, *Heu federis*; pro, pudet pigetque, ac pœnitet federis tacitè & occultè inter nos icti. Scaliger: σχετλιαστικῶς. cum genitiuo Græco more. Οἴμοι τῶν κακῶν. Plautus: *Dij immortales mercimonij lepidissimi. Tacitum fœdus*; occultum, translatione ab auribus ad oculos, & contra. sic eleg. 21. lib.3.

Lenibunt tacito vulnera nostra sinu.

Noti, venti el. 6. sup. *Iratos notos.* vers. 28. *Non audituri.* sic Ouid.5 fast. —— *Falsone citani*

Non audituri numina vana Iouis. & 2. Met.

Non auditurum miseras Phaethonta querelas

Nocte dieque vocat. ipse eleg 33. lib. 2.

Non audis, & verba sinis mea ludere.

Venti autem audire interdum putabantur, & ad Deos perferre preces. Virg. eclog. 3.

Partem aliquam venti Diuûm referatis ad aures.

Ouid. 10. Metam.

Detulit aura preces ad me non inuida blandas.

& contra ipse eleg. 8. lib.1.

Meas eleuet aura preces.

Diripuere verba, discerpsêre, nubibus irrita donauere. Virg. 9. Æneid.

Multa patri mandata dabat portanda, sed auræ

Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

Catull. in Ariadna:

Quæ cuncta aërij discerpunt irrita venti.

vide prouerbia: *Ventis loqui*, & *Ventis tradere. Verba fallacia*, vana & inania. vide adnot. ad eleg.10. lib.3. vers. 5.

AT *mihi non oculos quisquam inclinauit euntes.*] Nemo supremum illud mihi præstitit officium eunti & obeunti, vt oculos inclinaret, id est, inflecteret, deprimeret & clauderet, vt el.1. lib.2.

Sic cum pofcentes somnus declinat ocellos.

Morientibus claudebantur oculi, & rursus patefiebant in rogo inquit Plin. lib. 7. De hoc more dicetur ad el. vlt. infra. Vt hic, *Inclinare oculos*, sic Horat. *Inclinare meridiem* dixit, quia dies vergit ad occasum. & est ruinæ verbum Virg. 12. Æneid. *In te domus inclinata recumbit.* Varro inclinationes verborum appellat, quas Grammatici declinationes. Est & *Inclinare* in obscœnis, vt *incuruare.* Altera lectio, *Inclamauit.* Festus in *Ingens*: *Inclamare*, *valde clamare*, alias increpare, inquit idem. Solebant autem conclamari mortui. vide adnot. ad illud eleg. 17. libr. 1.

Illa meum extremo clamasset puluere nomen.

Inclamauit oculos, me ipsam cuius oculi maximè

formosi; & quia primi oculi in homioe moriuntur. Plin. lib.7. Sic eleg 10. lib.4.

Sic quæ primum oculos cepisti veste Properti.

Ita exponit Turneb. cap. 2. lib.8. *Oculos euntes*, recedentes & cauos. Ouid. in epicedio Tibulli *Fugientes* vocat. vel *euntis* 2. casu, abeuntis mei, & obeuntis, hoc modo: *Quò abis, redi, redi.* eleg. 27. lib.2. Clamare & reuocare in ea re coniungit.

V N V M *impetrassem te reuocante diem.*] exorassem Plutonem, vt vnum saltem diem me apud superos esse pateretur. *Impetrare*, proprie perficere. Plaut. Pœnulo act.5. sc.2. *Incipere multo est, quam impetrare facilius.* Alludit autem ad eos qui licentia Parcarum redierunt ab inferis, de quibus Higinus Fab. 251. Ipse eleg. 19. lib.1. *Illic Phylacides*, de Protesilao, quem Higinus Fab.103. tres horas impetrasse scribit, quibus cum Laodamia loqueretur. vnde Auson. in Cupidine crucifixo:

Præreptas queritur per inania gaudia noctes
Laodamia duas viui functique mariti.

& Stat. in Genethliaco Lucani:

Soles hoc patere limen
Ad nuptas redeuntibus maritis.

nescio quid simile narrant de Sisypho. *Te reuocante*, clamante vt ab ipso inferorum limine, & cymba Charontis redirem. Ipse el.13.lib.2.

Sed frustra mutos reuocabis Cynthia manes.

Lucret. lib.3. de veteenoso:

Vnde neque exaudis voces, neque noscere vultus
Illorum potis est, ad vitam qui reuocantes
Circumstant lacrymis rorantes ora, genasque.

N E C *crepuit fixa me propter arundine custos.*] Beroaldus custodem cadaueris intelligit (de quo Apuleius lib.2. Asini Aurei) qui fistula insonare soleat, vt excitatior sit ad vigiliam. Scaliger, *Ianitor*, inquit, *à te subsidio vulneratus non est ob amores nostros.* Mihi videtor Custodem, id est, Cynthiæ iouisum ianitorem (vt Horat. loquitur) innuere, qui vapulare in eius funere debuerit, vt in funere C Marij vulneratus Scæuola; & vt hostium sanguine mos parentandi fuit. *Crepuit*, vapulauit cum crepitu plagarum. Cic. 7. Verr. *Inter dolorem, crepitumque plagarum.* Virg.5. Æneid. *Duro crepitant sub verbere malæ.* *Arundine fissa*, baculo infracto, & simul fisso vt Virg.9. Æneid.

Frangitur & fisso transit præcordia ligno. vbi etiam legitur *fixo*, vt hîc legit Scaliger *Arundine fixo*, id est, missa & hærente sagitta *Arundo* quoque *fixa* dicitur Horatio, licet alio sensu sat.8. libr. 2. Douza in Petronium Arundinem hîc virgam ostiarij interpreratur. Petròn. *At non seruus publicus eam languidè agit, sed raptam cauponi arundinem subter lectum mittit.* Idem: *Et arundinem ab ostio rapuit, iterumque nihil respondentem mulcauit, ac nisi primo ictu arundo quassata verberantis impetum minuisset, forsitan etiam brachia mea caputque fregisset.* Seneca lib.2. de Tranq. vitæ *Ille pusilli animi est, qui sibi placet quod hostiario liberè respondit, & virgam eius fregit.*

L Æ S I T *& obiectum tegula curta caput.*] *Tegula curta*, mutila & fracta, vt eleg.1. sup. *Curto equo.* Scaliger exponit. *Tegula è tectis nostris (ô Properti)*

A *in caput tuum missa non est.* Qua de re Plaut. in Amphitr. & Auson. in Parentalibus. Melius tamen Beroaldus queri Cynthiam ait, sibi pro molli puluillo duram tegulam eamque mutilam & fractam suppositam fuisse. De collocatione Cadaueris dictum eleg.17. lib.1.

Molliter & tenera poneret ossa rosa.

Virg.11. Æneid.

Ipse caput niuei fultum Pallantis, & ora
Vt vidit. de mortuo collocato *Tegula curta*, vt Ouid.6. Fast.

Suppositum cineri panem focus ipse parabat,
Strataque erat tepido tegula quassa solo.

B Siseona libr.3. Hist. apud Nonium in *Imbrices*. *Dissipatis imbricum fragmentibus, & testis tegularum.* Isidor. cap.8. lib. 15. *Tegulæ, quod tegant ædes; & Imbrices, quod accipiant imbres.* *Læsit*, vulnerauit, vt eleg.5. sup. *Ne faciem læderet hasta Tati.* *Obiectum caput*, expositum ictibus, & plagis. eleg.27. lib.2. per hypallagen:

Rursus & obiectum capitis esse tumultum.

Virg.2. Æneid. *Caput obiectura periclis.* Cic. pro domo sua: *Obiicere caput suum ferro.* Sed v. l. *Abiectum*, quasi durius collocatum & contemptum, vt Cic 1. Tusc. *Abiicere inhumatum.*

C D E N I Q V E *quis nostro curuum te funere vidit?*] *Denique* stomachantis, vt tandem & demum, estque ad finem properantis dictorum, vt ait Donatus, *à deniciando, quia perimit sententiam & postremum est, vnde dicti dies Deniciales.* Curuum, demisso capite incedentem, vt mœsti solent, & lugentes. el.14. lib.2. *Demissis ceruicibus.* Pers.

Obstipo capite, & figentes lumine terram.

Idem sat.1. *Verum nec nocte paratum*
Plorabit, qui me volet incuruasse querela.

Aliter, *Curua anus* dicitur eleg. 18. libr. 2. An, *furuum*, legendum? *funere.* Subaudi, In, vt sup. vers.16. hîc, *Triuio*, pro in triuio.

D A T R A M *quis lacrymis incaluisse togam?*] *Lugubria* vocat el.vlt. inf. Ab atra veste, *Atrati*: Cic. in Vatin. ipse eleg.5. lib.2.

Solis & atratis luxerit orbis equis. Varro 3. de vita pop. Rom. apud Nonium in *Anthracinus*, niger. *Propinquæ adulescentulæ, & adulescentuli etiam, anthracinis; proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum.* Idem ibid. apud Nonium in *Pullus*: *Vt dum supra terram essent ricinis, lugerent funere ipso vt pulliis pallis* (vel *palliis*) *fœtus.* Ouid.4. Met. *Pullos & luctibus aptos fetus.* quod Plutarch. de albatis matronis in funere problematis scribit, id post factum est. *Incaluisse lacrymis*, factam tepidam quia lacrymæ

E tepentes. Tibull. el 6. lib. 2.

Et simulacra Deûm lacrymas fudisse tepentes.

Aliàs legitur, *Immaduisse*; Ennius Thelamone, apud Nonium in *Squallam*: *Strata terræ lauère lacrymis vestem squallam & sordidam.*

S I *piguit portas vltra procedere, at illuc*
Iussisses lectum lentius ire meum.]

Si graue fuit egredi vrbe, & funus vsque ad sepulcrum comitari, saltem, & quod minimum est, iubere debueras eos qui lectum, meque in eo compositam ferebant spissius ingredi, vel vt me diutius in vrbe defleres, & postremum aspiceres; vel, vt ego mollius incedere con-

sueta (eleg. 12. libr. 2.) gestaret sine successu. *Pudere verecundiæ: pigere, penitentia*, inquit Nonius. Imo hîc est inertiæ, & fugæ laboris, & molestiæ. Varro Parmenone ibid. *Piget currere, & una sequi.* Martial.

Te vt videam duo millia non piget ire.

Vt te non videam quattuor ire piget.

Festus: *Pigere, interdum pro tardari, interdum pro pœnitere poni solet.* eleg. 1. sup. *Verba pigenda*, pro, pœnitenda. *Pudet, dedecoris: piget, damni & doloris.* Donat. in Adelphos. *Procedere vltra portas.* eleg. 20. lib 1. *Vltra processerat querere aquam.* *Procedere*, & *prodire* exsequiarum est, & comitatus pompæ. Terent. Andr. sc. 1. act. 1. *Egomet quoque eius causa in funus prodeo.* mox. *Funus interim procedit. In vrbe* autem non sepeliebantur, vnde & dicebantur *Efferri* M. Tull. libr. 2. de legibus ait fuisse in 12. Tab. *In vrbe ne sepelito: neue vrito.* ideo mentio portarum. & ita collocabatur funus in limine, vt pedes portam vrbis spectarent. Persius: *In portam rigidos calces extendit.* Plaut. *Cupit te videre ardentem extra porta Mettiam.* sic ad portas sepulcra Syracusis extra vrbem: Cic. 1. Tusc. Stat. libr. 5. Sylu. in Abscantij in Priscillam pietate.

Est locus ante vrbem, qua primum nascitur ingens

Appia. &c. mox illic crematam, & sepultam ait. Cic. 2. de fin. *Non elogia monimentorum id significant, velut*e *id ad portam. V no ore.* &c. *At*, pro saltem vt eleg. 2. lib. 3. *At Musa comites. Illuc*, vsque ad portas, vel ad sepulcrum. vel *Illuc*, pro, illud. si *Illinc*, à porta ad sepulcrum. *Iussisse*, pro, iubere debueras. Ouid. eleg. 16. libr. 2. Amor.

Solliciti iaceant, terraque premantur iniqua

In longas orbem qui secuere vias.

Aut iuuenum comites iussissent ire puellas,

Si fuit in longas terra secanda vias.

Virg. 4. Æneid. *Eadem me ad fata vocasses.* & 8 Æneid. *At tu dictis Albane maneres.* Ouid. 5. Met.

Ex illo scopulis vbi erant affixa, petisses.

Terent. Andria: *Prædiceres.* Plaut. Pseudolo. act. 1. sc. 3. *Quid si non babes? B. Iam haberes; inuenires mutuum. Ad Danistam deuenires.* &c. Aulul. sc. 2. act. 3. *Ad focum si adesses non fissile haberes caput.* Cic. pro Sextio: *Restitisses, repugnasses, mortem pugnans oppetisses. Ire lentius.* Pacuuius Niptris apud Cic. 2. Tusc. *Pedetentim ite, & sedato nisu*, (id est, gradu) *ne succussu arripiat maior dolor.* Lectus autem fetalis significatur de quo el. 13. lib. 2.

Nec sit in Attalico more mea nixa toro.

CVR *ventos non ipse rogit ingrate petisti?*] Vetus mos vsque ab Homero Il. ψ. in funere Patrocli. locum Homeri adnotat Scaliger. citat & Herodianum neque profert verba. Apud Herodotum lib. 7. Græci aduersus Xerxem pugnaturi ex oraculo preces & sacra ventis faciunt. & Plutarch. in Sylla sub finem fortunæ Syllæ adscribit quod impendente pluuia iam ab initio diei cum hora nona elatus esset Sylla, & impositus pyræ subito coortus ventus pyram incenderit, & iam consumpto corpore, magna cœperit pluuia quæ noctem perpetem durauit. Venti etiam ad alias res vocabantur. Virg. 3. Æn.

A *Italiam cursu petitis, ventisque vocatis.*

& 5. Æneid. *Poscamus ventos.* Ibid.

Ventisque vocatis Prona petit maria.

Lucret. *At prece quæsit*

Ventorum pauidus pacem, animasque secundas.

Ouid. eleg. 11. lib. 2. Amor.

Ipsa roget Zephyri veniant in lintea pleni.

Ventos petere, adire, alloqui, adorare. Attius Tereo apud Nonium in *famulanter*, & in *Affare*. *Deum Cadmæa natum Semela affare, & famulanter pete.* Ouid. 2. Fast.

Saepe adhuc, canamque petit Saturnia Thetin

Mænaliam tactis ne lauet Arcton aquis.

B *Ingrate*, sup. *Perfide.* vide eleg. 20. lib. 2. vers. 26. Ridiculus hîc Beroaldus, cum ait, cur non optasti, vt venti flarent, ignemque restinguerent: mira ratio restinguendi incendij: oleo ita extingueretur.

CVR *nardo flamma non oluere mea?*] Flammæ rogi mei cur non odoribus, & vnguentis perfusæ? de quibus eleg. 13. libr. 2. vers. 23. & 30. & eleg. 16. lib. 3. vers. 23. *Olere* cum sexto casu, vt Plaut. Amph. sc. 1. act. 1. M. *Olet homo quidem malo suo.* S. *hei nequam obolui.* Mart. ep. 62. lib. 9.

Atque oluere lares comissatore Lyæo,

C *Creuit & effuso latior vmbra mero.*

Ouid. in ep. Sapphus.

Non Arabum noster rore capillus olet.

& alibi.

Perque locos sacros, & olentia sulphure fertur.

Itaque ridiculus Lipsius cap. 12. lib. 2. Varr. qui nardom legendum censet. De nardo frutice & nardino vnguento, quod & *foliatum* dicitur Plin. cap. 12. lib. 2. & cap. 1. lib. 13. Horat. oda 11. lib. 2. & oda 12. lib. 4. & oda 5. & 13. epod. Tibull. eleg. 2. lib. 2.

Illius è puro distillent tempora nardo.

Isidor. lib. 17. p. 423. *Flamma oluere narda*, vt el. D 10. infra: *Pitris odorato luceat igne rasa.*

vel mea flamma, ego cremata, vt mea vita, ætas, gloria, mors.

HOC *etiam graue erat nulla mercede hiacynthos Inijcere, & fracto busta piare cado.*]

Erat, pro fuit: nam dixit, *Pignit*, fic el. 4. sup.

Hæc virgo officiis dos erat apta tuis.

Hiacynthi; gemmæ, quæ nomen apud nos retinet. Plin. cap. 9. lib. 37. Beroaldus hîc flores interpretatur, non gemmas: sed errat. *Nulla mercede, nullo pretio, vilee*; vt eleg. 10. lib. 2. *Vilia tura. Hiacynthi nulla mercede*, vt Ciceroni, *Homo nullo numero*, & *summo loco*, & el. 4. sup. *Lucus ederoso antro. Mercee* à merendo & ære: Varro 4. de ling.

E Lat. vt not. ad eleg. 6. lib. 3.

Promissa est Lygdame mercee? Inijcere. Terent. Andr. sc. 1. act. 1. *Qua sese voluit in ignem inijcere, prohibui. Piare busta*, placare manes. Ouid. 5. Fast.

Compositique nepos busta piabat aui.

quod Virg. 6. Æneid. *Ossa piabant.* sic rogos, manes, vmbras, & ossa coniunxit eleg. 8. libr. 2. *Cado fracto*, effuso mero; nam respergebatur vino rogus. Inde *Vinum respersum*, quia in sacris nouendialibus sepulcrum spargebatur: Festus in *Respersum*. Homer Il. ψ. in funere Patrocli.

Πρόσω μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσατ' αἴθοπι οἴνῳ.

Virg. 6. Æneid.

Relliquias vino, & bibulam lauêre fauillam.

Tibull. el.a. lib.3.

Et primum annoso spargunt (ossa) *collecta Lyæo.*

Fracto cado, quia cadus vas fictile, & fragile. Ouid.12.Met. *Et prima pocula pugna*

Missa volant, fragilesque cadi, curuique lebetes.

Nonius: *Cadi quibus vina conduntur.* Isidor. cap. 25. lib.16. *Cadus Græca amphora, continens vrnas tres.* Bodæus 5. de asse cadum, & metretam idem esse probat, Græcamque vtramque vocem, & congiorum decem. vide illic plura. Seruius in 6. Æneid. *Congesta cremantur*

Turea dona, dapes, fuso Crateres oliuo: Inferis sacrificantes etiam vasa in ignem mittebant: vnde ait Crateres: quod etiam Statius (6. Theb. in *Archemori* sepultura commemorat.

LYGDAMVS *vratur, candescat lamina verna.*] De Lygdamo eleg. 6. lib.3. & el.9. infra. *Candescat lamina vernæ*, ad vernam cruciandum. Ignes & ardentes laminæ quæstionum sunt, & tormentorum. Cic. Top. *In igne fatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere.* Iuuenal. sat.14.

Quoties aliquis tortore vocato

Vritur ardenti duo propter lintea ferro.

vide plura hac de re adnot. eleg. 1. lib. 1. vers. 27. *Lamina*; metallum est latum, quod postea deducitur varios in vsus, nostri lamam vocant. ἐλασμός. Plaut. Asin. sc.2. act.3. *Aduorsus stimulos, laminas, cruces.* Valer. Max. cap.3. lib.3. (de patientia) *Rupit verbera, fidiculas laxauit, soluit eculeum, laminas exstinxit.* Horat. ep.15. lib.1.

Scilicet vt ventres lamna candente nepotum

Diceret vrendos. Cic. 7. Verr. *Quid cum ignes, candentesque laminæ, cæterisque cruciatus admouebantur?* Lucret. lib.3.

Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.

Vernas, inquit Nonius, *appellabant eos, qui vere sacro fuerant nati, & habebantur pro maledicto.* Plaut. Amphitr. *Hic qui verna natus est queritur.* Festus: *Vernæ qui in villis vere nati, quod tempus, duce natura fœturæ est.* Ibid. ait dictos Romanos vernas, quasi ibidem natos. Ibid. Paulus: *Vernæ, qui ex ancillis ciuium Romanorum vere nati.* Vernaculum, ac domi natum: Varr. 9. de ling. Lat.

SENSI *ego, cum insidiis pallida vina bibi.*] *Sensi*, animaduerti, sed serb. Sentire damni est, vt el. 5. lib.1. *Sentire furores. Insidiis*: subaudi ex, vt el. vlt. lib. *Ab insidiis Cynthia flere soles.* Virg. ecl. 3. *Excipere insidiis.* quod 3. Æn. *Excipere incautum.* significat ergo Lygdamum veneno insidiatum esse vitæ suæ. Sic Gell. cap.7. lib.12. *Exceptum insidiis occidere*, veneno. Scaliger χοὰς & inferiorum vinum significari putat, quod manibus fundebatur, per *Pallida vina.* sed mihi non probat. Imò *Vina pallida*, quibus pallida venena, & lurida mixta sunt aconita. nam qui Virgilio 1. Georg. *Pallidus orcus*, ab Horatio & Tibullo *Luridus* vocatur. Sic idem Tibullus eleg. 8. lib 1. *Te pallentibus herbis Deuouit.*

Virg. 4. Æneid.

Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni.

Ipse eleg. 27. lib.2.

Neu subeant labris pocula nigra tuis.

AVT *Nomas arcanas tollat versuta salinas.*] Pu-
A to legendum, *At*, pro autem. *Nomas*, à patria
vt *Mysis, Syra, Lesbia, Geta, Dauus, Lydus.* Virg. in
Moreto: *Afra genus.* Plin. cap.2. lib.7. in Afri-
ca familias ait esse fascinantium laudatione ipsa.
Versuta, versipellis & saga,

Doctaque nocturno fallere terga lupo.

Festus: *Versuti dicuntur, quorum mentes crebro ad
malitiam vertuntur.* At ipse magicas artes, *falla-
ciam* vocauit eleg.1. lib.1. Cic.3. de Nat. Deor.
Versutos eos appello, quorum mens celeriter versatur.
Ibid. *Malitia est versuta & fallax ratio nocendi. Tol-
lat*, remoueat, auferat, adimat mihi, quia no-
cent etiam mortuæ, vel tibi, ô Properti. vt
B eleg.3. lib. 2.

Differtur, nunquam tollitur vllus amor.

Beroaldus exponit, *Manifestet*, quia legit *Prodat*;
& ita v. l. eius. Scaliger: *Aut crucietur*, inquit,
*Lygdamus: aut tollat saliuas lustrales saga illa, quam
Lygdamus consulit.* Saliuis ad expiationem vte-
bantur. Pers. sat.2.

Ecce auia, aut metuens Diuûm matertera, cunis

Exemit puerum, frontemque, atque vda labella

Infami digito, & lustralibus ante saliuis

Expiat, vrentes oculos inhibere perita.

Plin. cap.2. lib.28. *Alius, saliua post aurem digito
relata, solicitudinem animi propitiat.* Idem cap.2.
C libr.2. Certorum hominum saliuam in Helle-
sponto, ait, Serpentum ictibus mederi. & Var-
ronis verba ea de re Priscianus refert apud Mu-
ret. cap.2. libr.2. Var. Idem cap.4. lib.28. *Ho-
minis ieiunam saliuam contra serpentes præsidio esse.
sed & alios efficaces eius vsus recognoscat vita. Despui-
mus comitiales morbos. id est, contagia regerimus. si-
mili modo & fascinationes repercutimus. Veniam quo-
que à Deis spei audacioris petimus in sinum spuendo.
Eadem ratione terna despuere deprecatione in omni
medicina mos est. atque effectus adiuuare; & incipien-
tes furunculos ter præsignare ieiuna saliua. Mirum di-
cemus, sed experimento facile. Si quem pœniteat ictus
D cominus eminusue illati, & statim exspuat mediam in
manum qua percussit, leuatur illico percussus à pœna.
hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur, statim à
tali remedio correcto animalis ingressu.* & cetera, quæ
multa mira de saliua commemorat ibidem. Be-
roaldus saliuas venenatas mixtas vino intelligit.
Ego amoris poculum propinatum Propertio;
quia sequitur: *Aurata cyclade signat humum*, vi-
delicet, vt pellex. *Arcanas*, magicas: nam ar-
cana sacra magica Horat. oda 5. epod. quia in
solitudine fiunt, & ab iis omnes arcentur. Ita
Arcana taberna eleg. 8. inf. Festus: *Arcani ser-
monis significatio trahitur, siue ab arce, quæ tutissima
E pars est vrbis: siue à genere sacrificij, quod in arce fit
ab Auguribus, adeo remotum à notitia vulgari, vt ne
literis quidem mandetur, sed per memoriam successo-
rum celebretur. Siue ab arca in qua quæ clausa sunt,
tuta manent.* cuius ipsius origo ab arcendo pen-
det. Nonius: *Arcanum, secretum & absconditum,
quia quæ in arcis sunt, celata sunt, & abscondita.* Seru.
in 1. Æneid. *Fatorum arcana; secreta*, inquit, *vnde
arca & arx, quasi res secreta.* nogatur.

DICET *damnatas ignea testa manus.*] *Testa
ignea*, candens frustum vasis fictilis, vt sup.
Candescat lamina. Aliud est Virg. 1. Georg. *Testa
cum ardente.* &c. lib.4. Rhet. ad Heren. *Testam*,

qua sibi petat ignem, non reliquit. Ouid. 2. Fast.

Ara fit: huc ignem curta fert rustica testa.

Testa, pro vase fictili, Horatius sæpe, & ipse pro *vrna* posuit eleg 13. lib. 2. vers 32. A testa, *testudo*; quia testa tectum hoc animal. *Testa* & *Testu* dixere veteres, quo vtroque verbo idem significatur, quia Græci sine distinctione ὄστρακον dicunt, tam amphoræ, quam testudinis. licet alij testam amphoræ; testu esse testudinis dixerint; inquit Charis. libr. 1. Idem eodem libro: *Testu*, ὄστρακον. Inde *Testatim*, id est, minutim: Pomponius apud Nonium. Horat. sat. 4. lib. 2. pro murice & ostreis.

Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.

Ignea, pro ignita, vt Horat. *Ignea æstas*, & *Ignea Chimera*. *Ignia*, vitia vasorum fictilium: Festus. *Dicet manus damnatas*, fateri coget, eius manibus sceleratis mixtum mihi venenum; aut tibi, ô Properti, poculum amoris. Sic eleg. 10. lib. 1.

Crudelis Minyis dixerit Ascanius. Cic. pro Cœlio: *Ne ipsa eiciat vocem domus. Dicet*, dicere faciet. Ouid. 5. Fast.

Contemnunt spinam cum cecidere rosæ.

id est, contemni faciunt. vel subauditur, *homines*. Beroaldus pro *dicet*, legit: *Dic &c.* absurdo sensu. Scaliger legit: *Ducet*, filatim liquefaciet, vt fit in pingui, quod igni remittitur. &c. *Damnatas manus*, sceleratas: sceleratæ & veneficæ, vt humeros pios eleg. 1. sup. vers. 44. Petron. *Et attulissem mihi damnatas manus, si non inimici victoriæ inuidissem.* Turneb. cap. 2. lib. 8. *Sensum*, inquit, *horum versuum puto: quæstionem habe de Lygdamo, aut de Nomade, quæ te amatorio veneficio nunc delinunt. ea si arcanas suas remouerit salinas quas clam ad incantandam mentem tuam cibo immixtas tuo adhibet & ignea testa vratur, de scelere veneficij perpetrati confitebitur.*

Q V Æ *modo per viles inspecta est publica noctes,*
Hæc nunc aurata Cyclade signat humum.]

Inspecta est, vt sciretur an placeret emptori. nam inspiciuntur merces, & res venales. Horat. sat. 2. lib. 1.

Regibus hic mos est, vbi equos mercantur, opertos
Inspiciunt. id est nudos videre omnino volunt. Ergo, nuda prostitit. Sueton. in Othone. cap. 6. *Deinde liberto adesse architectos nunciate, quod signum conuenerat, quasi venalem domum inspecturus, abscessit.* Sic, *Inspicere prædia l. Si post inspectum. De per. & com. Inspicere domum* Cic. ep. 15. libr. 9. fam. & *hortos* ep. 1. & 28. libr. 13. & Plaut. Mostell. act. 3. sc. 2. & 3. *Inspicere ædes*, & *spectare*. *Publica*, vt Plaut. Bacchid. act. 4. sc. 8. *Tum eam quæ corpus publicat vulgo suum.* Idem Curcul. sc. 1. act. 1. *Nemo ire quemquam publica prohibet via.* & in Amphitr. *Corpus vulgauit suum.* Seneca ep. 89. (Quæritur) *In his* (Didymi Grammatici quatuor millibus librorum) *an Sappho fuerit publica.* Gell. cap. 7. lib. 6. *Corpus in vulgum dedit Acca.* vnde *Vulgaris vxor* dicitur in l. 13. §. 1. *Ad l. Iul. de adult.* quam, vt loquitur Martialis, *Communem vir habet cum populo*. *Per noctes viles*, pro Noctibus vilibus, vt *Per arma* eleg. 9. lib. 3. & *per artem*, *per scelus*, *per dolum*. vel noctium tempore, vt Horat. *Per dies Festos*. sic per tempus omne, per æuum, per sæcula. Virg.

A 2. Æneid. *Per noctem obscurus in vlua Delitui.* *Noctes viles*, quæ paruo emuntur, quibus opponitur *nox pretiosa* eleg. 13. libr. 3. sic eleg. 24.

Quare ne tibi sit mirum me quærere viles.

id est, quadrantarias, quæ Scorta diobolaria Plauto in Pœnulo. Triplex contemptus, & quod *publica*, & quod *inspecta*, & quod *per viles noctes*. *Signat humum*, signum sui relinquit humi, & cycladis vestigia. Horat. in arte.

Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo
Signat humum. Virg. 3. Georg.

Et summo vestigia puluere signent. id est, pul-
B uerem vestigiis. & 1. Æneid.

Versa puluis inscribitur hasta. Ouid. 11. Met. eodem sensu:

Verrit humum Tyrio saturata murice palla.

Cyclade. Cyclas, genus vestis muliebris, sic à forma dicta, & rotunditate. Seruius in illud 1. Æneid.

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Cycladem, inquit, *significat*. *Aurata*, auro intertexta, vt Virg. 8. Æneid.

Chlamydemque auro dedit intertextam.

Alexander Imperator apud Lampridium matronas regias ait contentas esse cyclade, quæ sex
C vnciis auri plus non haberet.

E T *grauiora rependis iniquis pensa quasillis.*] Sic Ouid. in ep. Deianiræ.

Aequaque formosæ pensa rependis heræ.

Rependis, reddit cum pondere. *Grauiora Pensa.* Tibull. eleg. 3. lib. 1.

At circa grauibus pensis affixa puella.

Ipse el. 15. lib. 3. *Famulam pensis onerauit iniquis.* vbi vide adnot. *Quasillis*, vasis vimineis aptis lanificio. dicitur & *qualus* Horatij oda 12. lib. 3. Tibull. lib. 4. eleg. Cuius initium. Gratum est.

Si tibi cura togæ potior, pressumque quasillo
Scortum, quam Serui filia Sulpicia.

D Inde *Quasillariæ mulieres* Petronio. *Conuocat omnes quasillarias, familiæque sordidissimam partem.* Legendus Festus in *Calathos*, & *Talassionem*. Isidor. cap. 29. lib. 19. Seru. in ecl. 2. *Lilia plenis*

Ecce ferunt Nymphæ calathis. sane calathus Græcum est: nam Latinè quasillum, vel qualum dicitur. Cic. in Philipp. 3. *At vero huius domi inter quasilla pendebatur aurum.* Id est, inter scorta pensis affixa. Virg. 2. Georg.

Spisso vimine qualos, Colaque prælorum.

Cato & Columella, *quala* vocant, vnde & *quasillos* & *quasilla* dicimus, vt à palo paxillus; à paullo, pausillus, vel pauxillus.

E G A R R V L A *de facie siqua locuta mea*,] infra; eodem sensu.

Nec matrem laudate nimis, collata priori
Vertet in offensas libera verba suas.

Garrula, nimium loquax, cum suo damno, quia præstiterat tacuisse. Ouid. de Tantalo: *Hoc illi garrula lingua dedit.* Ipse eleg. 28. lib. 2.

Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi lingua dedit.

Garrire auium est. *Locuta de facie mea est*, me dixit ipsa formosiorem: & est eclipsis. subauditur enim, ei, vt eleg. 10. lib. 2.

Dein qua primum oculos cepisti veste Properti,
Indue. subauditur, eam. *Facie mea*, vide el. 4. sup. vers. 26.

NOSTRAQVE *quod Patale tulit ad monimenta corollas.*] Id est, serta tulit ad sepulchrum ex more, de quo dictum eleg. 16. libr. 3. vers. 24. In quæstionibus Adriani Imperatoris, & responsis Epitecti. *Cur coronantur mortui? quia defuncti sunt vita certamine.* In vet. epigr. p. 35. *Coronis inlatis, signisque vnctis. Petale.* πέταλον, folium: vel lamina, siue bractea. πέταλα, vituli, & πεταλίζειν, germinare. aptum nomen corollas ferenti. Seruius: à Phyllide φύλλα dicta folia, quæ ante Petala dicebantur. *Monimenta.* enallage numerorum. eleg. 6. sup. vers. 17.

CODICIS *immundi vincula sentit anus.*] Id est. Adstricta est & alligata codici. *Anus.* γραῦς ab ætate, vt infra vers. 73. *In tremulis annis.* vnde dicta Anus est apud Festum in *Anus. Sentit*, patitur, vide vers. 36. sup. hic. *Vincula codicis*, vt eleg. 5. sup. *Capilli vincula.* Turneb. cap. 20. lib. 23. πεντεσύριγγον ξύλον, robur, vel codex vel cippus, cui manus & pedes inserebantur caputque: & à robore diuersum scribit, cum sit ligneus stipes, quem allegati serui trahebant, cuique insidebant vincti, qualis solet adnecti simiis Iuuenal. sat. 2.

Horrida quale fecit residens in codice pellex.

vbi Interpres: *Magno odio habetur apud vxorem ea qua Domino miscetur. Ergo hanc insequens grauioribus pœnis domina, catena vinctam infigit codici, atque ita iubet facere pensa.* Alij, inquit ibidem Turnebus, putant idem esse, quod Cicero de Lacedæmoniis dixit, *In robore accumbere.* Alij distinguunt, vt robur sit carceris, codex priuatarum ædium. Plaut. Pœn. act. 5. sc. 3. *Quos ego iam detrudam ad molas. Inde porro ad puteum, atque ad robustum codicem. Codex*, vulgo, *vn billot.* Terent. Heaut. docet in stultum dici solere; *Caudex, stipes, asinus, plumbeus.* Seneca de breuitate vitæ, Claudium eum, qui primus Romanis persuasit nauem conscendere Caudicem cognominatum scribit, quia caudex sit plurium tabularum contestus. Festus *Caudicaria naues, ex tabulis crassioribus facta.* Varro libr. 3. de vita pop. Rom. apud Nonium in *Caudicarias*: *Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tiberi naues codicarias appellamus.* Isidor. lib. 7. cap. 5. *Codex* (in vitibus) *quasi caudex, vt Clodus pro Claudo.* Idem lib. 6. *Codex, multorum librorum est: liber, vnius voluminis.* Virg. 2. Georg.

Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.

Plaut. Pseud. sc. 2. act. 1. *Te cum securi caudiculi præficio prouincia. Immundi*, tetri, horridi, situ & squallore obsiti, vt eleg. 5. sup. *Immundo situ.* vers. 45.

CÆDITVR *& Lalage tortis suspensa capillis.*] Lalage nomen est puellæ apud Horat. oda 2. lib. 1. oda 5. lib. 2. λαλαγή, vox, sonus, & λαλαγήτης, nugator, ἀπὸ τοῦ λαλεῖν. *Cæditur suspensa*, pendens verberatur. Sic apud Plaut. Amphitr. act. 1. sc. 1. & Asin. & Capt. sæpe. In Pseud. sc. 5. act. 1. *Pendeant gestores linguis, auditores auribus.* Terent. Phorm. *Ego plectar pendens.* Idem Eunuch. *Tu iam pendebis. Tortis capillis.* Non ad formam sed etiam ad pœnam dati mulieribus capilli, quibus rapiantur, alligentur, suspendantur.

A Virg. 2. Æneid.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus. Ouid. in ep. Hermionæ.
Traxit inornatis in sua tecta comis.

& 15. Met.

Raptaturque comis per vim noua nupta prehensis.

Plaut. Menech. sc. 2. act. 5. *Capillo decurru deripit.* & apud Propert. eleg. 15. libr. 3. Dirce trahitur religata crinibus. *Tortis*, implexis in modum funis: vide Pausan. p. 475. vnde *Funem torquere* el. 3. sup. Sic Seneca Troiade act. 1. sc.

Cum ferox læua manu (ita lego)
Coma reflectens regium torta caput
B *Alto nefandum vulneri ferrum abdidit.*

Aliter Martialis:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Aethiopes.

Errat Beroaldus, qui exponit Lalagem per capillos trahi. quo enim istuc foret, *Cæditur suspensa?*

PER *nomen quoniam est ansa rogare meum.*] Orare te, vel illam, per Cynthiam. sic eleg. 9. infra

Geniumque meum prostratus adorat. *Per nomen*, vt eleg. 5. lib. 2. *Per dominæ Iunonis conscia iura.* *Nomen*, vt el. 17. lib. 1.

C *Illa meum extremo clamasset puluere nomen.*

TE *patiente mea conflauit imaginis aurum.*] Flando liquefecit imaginem meam auream, vt in aliam mutaret formam. Virg. 1. Georg.

Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.

Sueton. in Aug. cap. 52. *Conflare statuas argenteas.* Plin. cap. 56. lib. 7. artem eam vocat *Conflaturam*, quam ait à Cadmo repertam. *Conflare*, χωνεύειν. *Imaginis aurum*, vt eleg. 1. sup.

Tunc animi cecidere Deci. id est, Decius animosus. eleg. 4. sup. *Cubile regni*, regium. eleg. 20. lib. 1. *Error Herculis.* De more eiusmodi imaginum Stat. lib. 2. Sylu. in Genethl. Lucani:

D *Et solatia vana subministrat*
Vultus, qui simili notatus auro
Stratis prænitet, incubatque somno.

Idem 3. Sylu. in lacrymis Hetrusci: *Et fuluum vultus imitabitur aurum.* vbi plura de cultu imaginum. & lib. 5. Sylu. in Abscantij pietate:

Sic auferre rogis vmbram conatur, & ingens
Certamen cum morte gerit, curasque fatigat
Artificum, inque omni te quærit amare metallo.

Iuuenal. sat. 11. *Perituram arcessere summam*
Lancibus appositis, vel matris imagine fracta.

Vbi interpres: *Argentum vendet, aut matris imaginem, si in auro picta est, aut in argento.* Ouid. el. 6. lib. 1. Trist.

E *Effigiemque meam fuluo complexus in auro.* (anuli)

Seneca cap. 2. de Consol. ad Mart. *Te patiente*: te & sciente & sinente. Ergo tua culpa, cum prohibere posses. Culpa autem caret, qui scit: sed prohibere non potest. *L. Culpa de Reg. iur.* Catull.

Quis hoc potest videre? quis potest pati?
Cinæde Romule hæc videbis & feres?

Terent. Adelph. *Eho? scis & patere?* Cic. ep. 26. lib. 13. ad Attic. *Cur pateris, inquam? malo enim ita dicere quam cur committis.* Vnde *Admittere*, id est, pati fieri: Donat.

PARTHENIA *ex nostro dotem habitura rogo.*]

De Parthenie vide adnot. infra hîc vers. 74. Alij libri habent *Ardens*, pro Parthenie rectè sic Tibull. eleg. 4. lib. 2.

Ardentem flebitur ante rogum. & Græcis dicitur πυρκαϊά, quasi pyra incensa. Scaliger legit *Ardeat ex nostro.* Alludit autem ad prouerbium: *E flamma cibum petere*: Terentij Eunuch. Catull.

Vxor Menens sæpe quam in sepulcretis
Vidistis ipso carpere è rogo cœnam.

Ouid. in Ibin:

Et qui debuerat subitas exstinguere flammas,
Is prædam medio raptor ab igne petit.

Inuidiosè ergo & sordidè, *Dotem è rogo*; quia ei debebatur illa imago aurea, vt pretiosissima quæque cremari solebant, qua de re dictum ad eleg. 5. sup.

N O N *tamen insector, quamuis mereare Properti.*] Exagito te, tibi insulto, vt eleg. 8. lib. 2.

Exagitet nostros manes, sectetur & vmbras.

Gell. tamen cap. 9. lib. 2. *Non modo hanc non sectatur, sed etiam insectatur.* Plaut. Capt. *Hostis insectatus est patrem & matrem.* Ibid. *Vos insectabit lapidibus.* Horat. ep. 1. lib. 2.

Non equidem insector, damnandaque carmina Lini
Esse reor. & sat. 7. lib 2.
Tu cum sis quod ego & fortassis nequior, vltro
Insectère, velut melior. id est, obiurges. *Mereare*, dignus sis increpatione. eleg. 8. lib. 1.

Sed quocunque modo de me periura mereris.

L O N G A *mea in libris regna fuere tuis.*] Regnaui diu, & principatum tenui in versibus tuis. eleg. vlt. lib. 3.

Quinque tibi potui seruire fideliter annos.

Regna. præter illa quæ plurima adnotaui ad eleg. 1. sup. vers. 10. scitum illud Socratis apud Laërtium in vita Aristotelis τὸ κάλλος (esse) ὀλιγοχρόνιον τυραννίδα; & Carneadis ἀδορυφόρητον βασιλείαν. *In libris*, versibus. infra hîc vers. 77. tres libros commemorat eleg. 13. lib. 2.

I V R O *ego fatorum nulli reuocabile carmen.*] *Iuro carmen* & *per carmen*, vt el. 15. lib. 1. *Hos tu iurabas.* & eleg. 20. lib. 2. *Ossa tibi iuro per matris.* *Carmen fatorum*, fata ipsa, quæ cani dicuntur, & quæ hexametris etiam versibus continebantur. Catull. de Parcis.

Talia diuino fuderunt carmine fata. Tibull.
Abdita quæ senis fata canit pedibus.

Iuro carmen fatorum, vt Virg. *Fata per Aeneæ iuro.* *Carmen fatorum*, vt sup. vers. 47. *Imaginis aureæ.* pro, *Carmen* v. l. *Stamen*, vt Horat. dixit

Et sororum *Fila trium patiuntur atra.*

Reuocabile nulli, quod reuocare & irritum facere nemo potest: reuocantur enim, quæ redire iubentur, vt præterita; at fata porrò semper pergunt. Horat. ep. 18. lib. 1.

Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Cic. ep. 2. lib. 1. ad Q. fratrem: *Iracundus scripseram & reuocare cupiebam.* Sed editio Beroaldi habet *Reuolubile*, quod magis placet, quoniam *voluere* Parcarum est, vt 1. Æn. *Sic voluere Parcas.* 3. Æneid. *Sic fata Deûm rex Sortitur, voluitq; vices.* & 1. Æneid.

Longius & voluens fatorum arcana mouebo.

Inde & Atropos dicta.

T E R G E M I N V S Q V E *canis sic mihi molle sonet.*] vide adnot. de Cerbero ad eleg. 5. vers. 45. lib. 3. & vers. 23. lib. eiusd. *Tergeminus canis*, vt *Tergeminus Geryon*; *Septemgeminus Nilus*: *Centumgeminus Briareus.* vbi geminus, pro simplici. *Sic.* vt *Iuro* est affirmantis, *sic* optantis. vide eleg. 3. sup.

Sed tua sic domitis Parthæ telluris alumnis.

Molle sonet, leniter allatret. de hac veterum superstitione vide not. ad eleg. 5. sup. vers. 3. & 4. *Molle sonet*; vt Ouid. 6. Fast.

Forte senex, quo vectus erat, Silenus Asellum
Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ.

Sana sonanda. Attius apud Nonium in *Cachinnare.* Virg. 11. Æneid.

Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.

Item 6. & 12. Æneid.

Horrendum intonare, & Asper acerba tuens.

Horat. *Turbidum lætatur.* Mart. ep. ep. 27. lib. 2.

Quod querulum spirat, quod acerbum Næuia tussit.

Stat. 1. Theb.

Quà molle sedens in plana Cithæron *Porrigitur.*

& 6. Theb.

Non tibi molle tuenti *Hippomedon.*

vbi vulgo editum, *Mole.* & 3. Sylu. in Psittacum:

Argutumque tuo stringentia lumina cornu.

& Sylu. epicedio in Patrem:

Acclinis tumulo quo molle quiescis.

Pers. sat. 3. *Candida vicini subrisit molle puella.* Apuleius lib. 10. *Mollius mihi renidentis fortunæ contemplatus faciem.*

M E *seruasse fidem; si fallo, vipera nostris*
Sibilet in tumulis, & super ossa cubet.]

Contra sæpe arguit Cynthiam perfidiæ, vt eleg. 3. sup. *Incorrupta mei conserua fœdera lecti.* *Seruasse fidem*, fidelem tibi fuisse. Virg. 2. Æneid.

Seruataque serues Troia fidem. & 4. Æneid.
Non seruata fides. *Si fallo*, si mentior. eleg. 15. lib. 1. *Hos tu iurabas, si quid mentita fuisses.* Formula est, *Si sciens fallo*, de qua vide adnot. eleg. 20. lib. 2. vers. 16. Ouid. 5. Fast.

Siue ego te feci testem, falsone citaui
Non audituri numina vana Iouis;
Siue Deum prudens alium, Diuamve fefelli.

Vipera sibilet in tumulis. Imprecatio, vt eleg. 5. sup. Spinis obducat sepulchrum vers. 1. Bene *Vipera in tumulis*: nam, vt Plinius cap. 39. libr. 8. *Serpentium vipera sola terra dicitur condi, cæteræ arborum, aut saxorum cauis.* Horat. oda 16. epod.

Nec intumescit alta viperis humus.

Contra tamen Aristot. cap. 5. lib. 8. hist. *Animal*; *Viperam sub petris condi, terra cæteras serpentes.* De Viperis Plin. cap. 62. libr. 10. *Sibilet*, nam sibilus serpentium est. eleg. 8. infra:

Ieiuni serpentis honos dum pabula poscit
Annua & ex ima sibila torquet humo.

Virg. 7. Æneid. *Tot Erynnis sibilat hydris.* & 10. Æneid.

Arrectisque horret (squamis) *& sibilat ore*
Arduus insurgens. & 2. Æneid.
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Et super ossa cubet. Sic Virg. 6. Æn. de Cerbero.

Ossa super recubans antro semesa cruento.

N A M *gemina est sedes turpem sortita per amnem,*
Turbaque diuersa remigat omnis aqua.]

Duplex habitatio, & via, piorum & impiorum, de qua

de qua Cic. 1. Tusc. Plato in Phœdone, & in Gorgia, & Sallustius in Catilina. Tibull. eleg. 3. lib. 1. ab eo versu:

Sed me qui facilis tenero sum semper amori
Ipsa Venus campos ducet ad Elysios. &c. mox.
At scelerata iacet sedes in nocte profunda
Abdita, quam circum flumina nigra sonant.

Leg. Lactant. cap. 3. & 4. lib. 6. *Nam*, pro autem, vt el. 1. sup. vers. 139. τὸ *Gemina*, aut refertur ad *Turba*. Turba gemina est sortita sedes. vt eleg. 3. lib. 3. *Diuersaque nouem sortita rura puellæ.* vel legendum. *Geminas*, Turba sortita est geminas sedes, & nacta. vel si retinemus *Gemina sedes sortita*, erit, sorte data. παθητικῶς, vt Virg. 6. Æn.

Nec vero hæ sine sorte datæ sine iudice sedes.

Sed longè alio sensu. eleg. vlt. infra: *Sortita pila* pathetic*ῶ*s, sorte educta. Non reiicienda tamen altera lectio:

Nam gemina est sedes turpem partita per amnem.

id est, diuisa medio, & interiecto Acheronte. *Partita* pathetic*ῶ*s, vt eleg. 10. infra:

Per tria partitos qui dabat ora sonos.

Confirmat hanc lectionem Horatius od. 13. l. 2.

Quam penè furuæ regna Proserpinæ,
Et iudicantem vidimus Aeacum,
Sedesque discretas piorum, &
Aeoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus. & Virg. 6. Æn.
Hic locus est partes vbi se via findit in ambas.

Per turpem amnem. Acherontem significat, aut Cocytum, aut Styga, vbi informis limus. Virg. 6. Æneid. de Acheronte:

Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurges.

Turpis amnis, vt contra eleg. 20. lib. 1.

Et modo formosis incumbens nescius vndis.

Turba, multitudo vmbrarum. Virg. 6. Æneid. sæpe vocat turbam animarum, vt Horat.

Virgaque leuem coercens aurea turbam. quem & *nigrum gregem* idem vocat. Albin. ad Liuiam:

Fata manent omnes, omnes exspectat auarus
Portitor, & turba non satis vna ratis.

Remigat, remorum ducit sorte vices, vt loquitur el. 22. lib. 3. Aliter eleg. 6. sup. Classis remigat. De remigatione animarum vide eleg. 27. lib. 2. *Iam licet & Stygia sedeat sub arundine remex.* *Diuersa aqua*, per quam in diuersas sedes itur. Sic Cato apud Sallust. in Catil. *Diuerso itinere malos à bonis loca tetra, inculta, fœda, atque formidolosa habere.* Diuersum proprie de via, vt diuertere, diuerticulum & diuortium. etiam de aquis dicitur, vt hîc.

VNA *Clytemnestræ stuprum vehit, altera Cressæ*
Portat mentitæ lignea monstra bouis.]

Vna, inquit, aqua vehit Clytemnestram impudicam & stupratam, altera Pasiphaën. *Stuprum Clytemnestræ*, vt *Libido Martis* eleg. 32. lib. 2. vers. 33. & sup. *Imaginis aurum* De Clytemnestra vide eleg. 19. lib. 3. vers. 19. & 20. *Altera.* editio Beroaldi: *Atraque. Atra monstra*, tetra & fœda. An atra aqua ipsa? Alias legitur & *Albaque*; vt alba vacca, albo tauro iungeretur. *Portat*, sic eleg. 18. lib. 3. *Huc animæ portent corpus inane tuæ.* *Bouis mentitæ lignea monstra.* Hypallage & enallage numerorum, pro portat stuprum monstri lignei, mentiti bouem, quia simulacro ligneo vac-

A cæ inclusa Pasiphaë à Dædalo. *Mentiri bouem* vt el. 18. lib. 2. *Quæ mentita suas vertit inepta comas.* Virg. ecl. 4. *Nec varios discet mentiri lana colores.* Martial. *Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis.* Plin. cap. 88. lib. 37. *Inficitur candoremque mentitur.* hæc fabula explicata est eleg. 19. lib. 3. vers. 11.

ECCE *coronato pars altera vecta phaselo*] τὸ *Ecce* in re inopinata & mira, vt eleg. pen. lib. 3.

Ecce coronatæ portum tetigere carinæ. vbi *Coronatę carinæ*, vt hîc *Coronatus phaselus.* sed illic de appulsu. at hîc de ipsa profectione. Virg. 4. Æn.

Vndique conuenere, vocat iam carbasus auras,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.

B de phaselo vide adnot. el. 21. lib. 3. vers. 20. & *Honoratæ aquę* dicuntur eleg. vlt. infra. per quas piæ animæ vehuntur.

MVLCET *vbi Elysias aura beata rosas.*] Leniter afflat felix & secundus Zephyri flatus. vel aura beatorum camporum. nam *mulcere*, mollire, & lenire, vnde *Mulciber* à molliendo ferro, inquit Festus. Seruius in illud 8. Æneid.

Assuetę ripis volucres, & fluminis alueo
Aethera mulcebant cantu. id est, *leniebant*, inquit, *corporalia sunt elementa, & non mulcetur nisi quod corporale est.* Catullus:

Vt flos in septis secretus nascitur hortis
C *Ignotus pecori, nullo contusus aratro,*
Quem mulcent auræ. Ouid. 1. Met. *Auris*
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.

Mulcere barbam: Liuius. *Mulcere tigres & fluctus & pectora*: Cic. & Virg. *Rosas Elysias*, quæ sunt in cãpis Elysiis, vbi ver æternum. Tibull. el. 3. l. 1.

Ipsa Venus campos ducet ad Elysios.
Hîc choreæ cantusque vigent, passimque vagantes
Dulce sonant tenui gutture carmen aues.
Fert casiam non culta seges, totosque per agros
Floret odoratis terra benigna rosis.

Seruius in illud 5. Æneid. *Sed amœna piorum Concilia, Elysiumque colo: Elysium est*, inquit, *vbi* D *piorum animę habitant post corporis animęque discretionem. vnde & interitus dicitur res inter animam & corpus veniens. Ergo Elysium* ἀπὸ τῆς λύσεως. Quod secundum poëtas in medio inferorum est, suis felicitatibus plenum: vt *Solemque suum sua sidera norunt.* Secundum Philosophos Elysium est insulæ fortunatæ, quas aiunt inclytas esse Homeri carminibus, quarum descriptionem Pius commentator dicit esse sublatam. Secundum Theologos, circa lunarem circulum, vbi iam aër purior est. vnde ait ipse Virg. *Aeris in campis.* Item Lucanus:

Non illuc auro positi, nec ture sepulti Perueniunt.

E Apud Homer. Odyss. δ. Proteus vaticinatur Menelao non interiturum eum, quia Iouis gener sit; Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν.

& addit illic esse Rhadamantum, & facillimam viuendi rationem:

Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

vnde hîc dixit; *Mulcet aura rosas Elysias.* vide Plutarch. in Sertorio, & in Consolatione ad Apollonium ex Pindaro, vbi rosarum & florum mentio. Horat. oda 16. epod. Videndus & Stra-

bo initio lib. 1. qui ex illis Homeri verfibus Elyfium campum, & fortunatas infulas ad Hifpaniam locat.

Q V A *numerofa fides, quâ queritur vnda Cybelles.*] Turneb. cap. 7. libr. 25. Lipfius cap. 20. libr. 2. Antiq. & Palmerius agnofcunt hanc lectionem:

Quâ numerofa fides, quaque æra rotunda Cybelles.

Fides numerofa : aut enallage numerorum pro fides numerofæ, & chordæ canoræ; aut *fides*, fidis, pro lyra. M. Tull. in Arato. *Cedit clara fides Cyllenia.* Ouid. 5. Faft.

Inuentor curuæ, furibus apte, fidis.

Id eft, lyræ. ita à Columella dicitur. à Plinio & Gellio *fidicula*. Cic. 2. de Nat. Deor. *Quid? fi platani fidiculas ferrent, numerosè fonantes, idem fcilicet cenferes, in platanis ineffe muficam?* lege:

Si platani fidiclas ferrent numerofa fonantes.

Sic Prifcianus lib. 5. f. 292. p. 2. Feftus: *Fides genus citharæ, quod tantum inter fe chorda eius, quantum inter homines fides, concordent. cuius diminutiuum fidicula eft.* Agrætius: *fides, de fidelitate dicitur: fidis de chorda.* Ifidor. lib. 3. cap. 5. *Veteres citharam, vel fidicem* (lege *fidem*) *nominauerunt, quia tam concinant inter fe chordæ eius, quam bene conueniunt inter quos fides fit. Numerofa fides, quæ obloquitur numeris feptem difcrimina vocum,* & numerosè fonat. Virg. 10. Æneid. *Cui carmina femper*

Et citharæ cordi, numerofque intendere neruis.

Cic. 2. de Orat. *Numerofum in fonis & vocibus dicitur, quod habet quafdam impreffiones, & quod metiri poffumus interuallis imparibus.* Ibid. *Numerofa oratio*, & *Numerosè cadere.* Noftri *Cadentias* vocant. *Numerofus*, εὔρυθμος. Numerofa oratio, ῥυθμικὸς λόγος. De modis & numeris vide adnot. eleg. 22. lib. 2. *Seu varios incinit ore modos.* *Æra rotunda Cybelles*, Turnebus loco antedicto interpretatur Cymbala quæ ærea fuiffe Virgilius docet, cum ait 4. Georg.

Tinnitufque cie, & matris quate cymbala circum.

Vide adnot. ad eleg. 17. lib. 3. verf. 35. & 34. *Rotunda.* vetus fcriptura, vt in Varrone cap. 7. lib. 2. de re ruft. *Genibus rotundis.* Semirotunda erant cymbala, & fimilia foliis cotyledonis herbæ vt ex Scribonio Largo refert Turneb. An legendum, *Æra recurua Cybeles?* id eft, cornua æris flexi, vel tibia adunca.

M I T R A T I S Q V E *fonant Lydia plectra choris.*] Cybele & Bacchus iuncti, vt el. 17. lib. 3. *Lydia plectra*, lyræ cum harmonia Lydia. Legendus Arift. lib. 8. Polit. de Muficæ Lydia flebili, & querula. Plato lib. 3. de Rep. & Athenæus lib. 14. ex Heraclide Pontico. Apuleius libr. 1. Florid. de Antigenida tibicine: *Seu tu velles Aeolium fimplex; feu Afium varium; feu Lydium querulum; feu Phrygium religiofum; feu Dorium bellicofum.* Apud Lucianum in Harmonide; Phrygiæ harmoniæ τὸ ἔνθεον; id eft, animorum diuina concitatio tribuitur; Lydiæ τὸ βακχικὸν: Doriæ τὸ σεμνόν: Ionicæ τὸ γλαφυρόν. *Sonant plectra choris*, Percuffis fidibus fonum excitant. Horat. oda 13. lib. 2.

Et te fonantem plenius aureo Alcæe plectro.

Sonant choris, cum tertio cafu Varro apud Nonium: *Tibi tympana mater Deûm tonimus.* *Mitratis*: nam chori Lydorum, & Phrygium, & Bacchantium mitrati. de Mitra vide el. 2. fup. verf. 31.

A A N D R O M E D E Q V E *& Hypermneftre fine fraude*
Narrant hiftoriæ pectora nota fuæ.] [*maritæ*

De Andromede vide el. 3. lib. 1. verf. 3. & 4. *Hypermneftra.* Alij lib. Hypermneftra, vt *a* fit dichronon, quomodo el. 14. lib. 2. *Nec fic Electra.* &c. fabula eft eleg. 1. libr. 2. verf. 67. & Apollodorum fufiffimè lib. 2. fuit & altera Hypermneftra Theftij filia eidem Apollodoro, & Higino, fed nihil ad hanc. *Maritæ.* Mariti & maritæ, vt *viri* & *viræ*. Fefto in *Querquetulana*. fic *pueri*, & *pueræ*. Horat. oda 8. epod.

Nec fit marita, quæ rotundioribus
B *Onufta baccis ambulet.* Catull.
Poftquam eft prorecto facta marita fene.

Ouid. 2. Faft.

Tu rapis, hic caftas duce te iubet effe maritas.

Sine fraude, fine culpa, pudicæ. el. 20. lib. 2.

Quidue mea de fraude Deos infana fatigas?

el. 6. lib. 3. *Iram, non fraudes effe in amore meo.* Aliter Horat. in carmine fæculari: *Cum per ardentem fine fraude Troiam.* Veteres etiam, *Se fraude*, & *fe frade* dixerunt: in vet. infcript. *Narrant.* De illis Heroidum narrationibus eleg. 28. lib. 2. *Narrabis Semela.* &c. *Pectora nota fua hiftoria*, hypallage, pro, hiftoriam notam pectori-
C bus fuis, id eft, fibi. Sic Plaut. Amph. *Scio illud quam doluerit cordi meo.* Ennius: *Quem credidit effe meum cor.* Virg. ecl. 1.

Quam noftra illius labatur pectore vultus.

Ipfe el. 1. lib. 1. *Non fani pectoris auxilia.* el. 5. l. 3.

Non tamen inuifo pectus mihi carpitur auro. el. 5. fup. *His animos noftra dum verfat Acanthis amica.* id eft amicam ipfum. Liber Scaligeri; *Corpora.* quod probat. at aliud eft corpus hiftoriæ, vt Ciceroni dicitur *Corpus orationis*, & *Corpus defenfionis. Hiftoriam fuam*, fuos cafus, & quæ fibi contigerunt viuis; fuas lacrymas. fic eleg. 22. lib. 3.

Famam Roma tuæ non pudet hiftoriæ.

D id eft; Rerum à te geftarum.

H Æ C *fua maternis queritur liuere catenis*
Brachia, nec meritas frigida faxa manus.]

τὸ *Hæc* debuit ex vfu fermonis ad verbum proximius referri, fcilicet *Hypermneftre*, fed refertur ad remotius, *Andromede.* vide adnot. el. 14. libr. 3. verf. 18. *Maternis catenis*, quas mater Caffiope potius meruerat. eleg. 24. lib. 3.

Non hîc Andromedæ refonant pro matre catenæ.

Liuere Brachia, plumbeum colorem ducere. vt Horat. oda 8. lib. 1.

Neque iam liuida geftat armis Brachia.

Albinouanus ad Liuiam:

E *Afpiciam regum liuentia colla catenis.* *Sua maternis.* ita lib. M. & Palmer. & Lipf. è coniectura cap. 20. lib. 2. Antiq. Alias legebatur. *Hæc fumma æternis queritur.* &c. *Nec*, diffoluendum in & non, vt el. 5. fup. *Qui verfus, Coa dederit nec munera veftis. Nec meritas frigida faxa manus*, indignas quæ ad rupem frigidam adftringerentur. el. 15. lib. 3.

At tu non meritam parcas vexare Lycinnam.

Frigida faxa, vt el. 18. lib. *Frigida rupes. Duras cautes* vocat el. 3. lib. 1. & Ouid. 4. Met.

N A R R A T *Hypermneftre magnũ aufas effe forores,*
In fcelus hoc animum non valuiffe fuum.]

τὸ *Magnum* poteft per fe ftare, vt el. 15. lib. 2.

Qui nunc magnum fpiramus amantes.

Sed *ἀπὸ κοινοῦ* referendum ad *Scelus*, qood sequitur. *Ausas magnum scelus*, vt Virg.

Ausi omnes immane nefas; ausoque potiti.

Ausas, & perfecisse, vt eleg. 28. lib. 2.

Palladis aut oculos ausa negare bonos. Ouid.

Quaque parare necem miseris patruelibus ausa

Belides. De eo Daoaidnm scelere Horat. oda 11. lib. 3. *Non valuisse animum in scelus*, ei sceleri parem noo fuisse, non eam vim animo fuisse, non fuisse animum tam durum, vt Horat. loco prænot. *Ego illis mollior. Valere in scelus*, vt eleg. 7. lib. 3. sed alio sensu.

In mare cui soli non valuere doli.

Cic. *Vales hoc in omnem partem.*

Sic *mortis lacrymis vitæ sanamus amores.*] Ad eum modum medemnr vulneribus amoris, quæ in vita accepimus; & pro medicina eius mali sunt lacrymæ. vt eleg. 10. lib. 1.

Et possum alterius curas sanare recentes.

Sanamus; id est, sanare conamur: noo enim sanantur amores. Alij libr. *Solamur*: id est, leuamus, minuimus. Virg. 4. Georg.

Ipse caua solans ægrum testudine amorem.

Lacrymis, querelis & flebili narratione. vt eleg. 1. sup. *Incipe tu lacrymis æquus adesse meis.* Ibid. *Accersis lacrymis cantus. Mortis*, mortuorum Manium, vt eleg. 13. lib. 2. *Mors mea.* De hac re tota Virg. 6. Æneid.

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem

Lugentes campi. sic illos nomine dicunt.

Hic, quod durus amor crudeli tabe peredit

Secreti celant calles: & myrtea circum

Sylua tegit. curæ non ipsa in morte relinquunt. &c.

Ipse: *Traiicit & fati litora magnus amor.* Sic animæ infantum flentes apud inferos Virg. 6. Æn. & Anchisæ. *Effusaque genis lacrymæ.* vide Auson. io Cupidine crucifixo.

Coelo *ego perfidiæ crimina multa tuæ.*] Dissimulo, & silentio tego. vt eleg. 13. lib. 1.

Et quæ deinde meus celat amice pudor.

Crimina perfidiæ, vt *Crimen desidiæ* el. 12. lib. 1. *Crimina cæli* eleg. 28. libr. 2. Cic. ad Attic. *Ingrati animi crimen horreo.* Addidit, *multa*; quia sæpe mutabat alio amores: eleg. 3. lib. 1. *Parua crimina* vocat eleg. 32. lib. 2. vers. 30.

Sed *tibi nunc mandata damus; si forte moueris.*] *ἀπὸ κοινοῦ*: *Sed*, pro autem, vt eleg. 2. sup.

Cassibus impositis venor; sed arundine sumpta,

Faunus plumoso sum Deus aucupio.

Mandata damus, te oramus, & hæc tuæ fidei peragenda committimus. de mandatis dictum el. 3. sup. vers. 1. inter absentes sunt mandata, & absens erat Cynthia. Sic eleg. 7. lib. 3.

Flens tamen extremis dedit hæc mandata querelis,

Cum moribunda niger clauderet ora liquor.

Si forte moueris, tangeris cura mei. eleg. 22. lib. 3.

Et desiderio Tulle mouere meo.

Si *te non totum Chloridos herba tenet.*] Veneficia eius meæ pellicis, vel sagæ, quam pellex consuluit, vt mihi te omnino abalienaret, & ad amorem sui traduceret. *Herba*, vt el. 5. sup.

Quippe & Collinas ad fossam mouerit herbas.

Circæum gramen dixit el. 1. lib. 2. vers. 53. *Chloridos.* Beroaldus alteram lectionem, *Colchidos*, commentus est. *Chloris*, nympha quæ Latinis *Flora.*

A *Tenet*, te cepit. vide eleg. 5. sup. vers. 38. & eleg. 20. libr. 2. vers. 20. *Te totum.* vt nullam partem tori vindicare possim: eleg. 11. lib. 1.

Ecquis in externo restat amore locus?

Nutrix *in tremulis ne quid desideret annis*

Parthenie: patuit, nec tibi auara fuit.

Pathos ab ætate senecta. *Parthenie*, non à virginitate; quæ enim virginitas in nutrice, & aou? sed à patria, & Parthenio monte, vt *Nomas* sup. fuit quoqoe Virgilij nutrix *Parthenie*, vt ait Seroius, quem vide. *parthenius* item *Vates* dictus ipse Virgilius. *Ne quid desideret*; ne qua te egeat: est enim desiderium absentium, & triste, vt carendi verbum. Tibull. in Panegyrico ad Mes-

B salam. *Nunc desiderium superest.* vbi vide adnot. *patuit*, vel aperto vultu, & animo erga te fuit, vt contra Cic. ep. pen. lib. 14. ad Att. *Nosti virum, quam tectus.* de Cornelio Balbo. Idem pro Muræna de Catilina: *Vt fuit semper apertissimus.* vel *patuit*, fecit ipsa, vt tibi Ianua mea pateret. te benignè amisit. est & patere in obscœnis Tibullo: *Nec tibi tener puer patebit vllus.* Alij lib. *potuit*, potens domi meæ fuit, & gratia multum valuit. Sic Antooius Hircio & Cæs. *Si domi possit.* & M. Cicero: *poterit mihi crede.* An *potuit* (auara

C esse) nec auara tibi fuit: non exegit à te pecuoiam vt intromitteret. vt Ouid. 1. Met.

proque ministerio magni sibi ponderis aurum

postulat. Aglauros vt intromittat Mercurium. vide Plaut. Trucul. Legitur & *Amara*, vt el. 23. lib 2. *Cernere vti possis vultum custodis amari.* vbi etiam legitur, *Auari. Tibi.* Afranius epist. apod Nonium in *Triste, Iratum*: *Iactabit sese; iactet, mihi erit tristior.*

Deliciæque *meæ Latris, cui nomen ab vsu est.*) sic Catull. ep. 30.

Amabo mea dulcis Ipsithylla

Meæ deliciæ mei lepores, .i. Mel meum & vo-

D luptas. vide not. ad vers. 74. eleg. vlt. lib. 2. Scaliger: *In vet. inscript. Serui & ancillulæ delitium vocantur. Abra* dicebatur & eiusmodi ancilla. Item, *fauea.* vet. gloss. *Fauea, παιδίσκη. Fauens, παῖς* hæc ille & inquit Iuuenalem Abram intelligere cum ait; *Et flauam cui det mandata puellam. Latris ab vsu*, id est, à ministerio sic dicta, ἀπὸ τοῦ λατρεύειν, τοῦτ' ἐστι δουλεύειν. vode & *latrones* dicti. ὁ λάτρις, ιος, seruus: ἡ λάτρις, ιος, serua, ancilla. *Vsus*, ministerium, vt el. 2. sup.

Qui me tam dociles potuisset fundere in vsus.

vnde *vtilis seruus*, frugi. Lucillius libr. 22. apud Donat. in Phormionem:

Seruu' nec infidus Domino, nec inutili' cuiquam,

E *Lucili columella hic situ' Metrophanes.*

Apud Donatum legitur: *Hic situs est Tubero.* sed Martial. ep. 91. lib. 11. habet. *Metrophanes.*

Ne *speculum dominæ porrigat illa noua*] Ministerium certum ancillæ, porrigere speculum dominæ formam suam contemplati volenti. Plaut. Mostell. act. 1. sc. 3. *philematium. Cedo mihi speculum, & cum ornamentis arculam actutum, Scapha.* Ouid. 2. de arte amandi.

Nec tibi turpe puta (quamuis sit turpe, placebit)

Ingenua speculum sustinuisse manu.

Iuuenal. sat. 2.

Ille tenet speculum, pathici gestamen Othonis.

Etant autem & quæ speculum Deabua tenerent in pompa, vt ex Senecæ epistolis, & libro de superstitione apud D. Augustinum, & lib. 11. Apuleij docet Lips. cap. 18. lib. 2. Electorum. *Porrigat*, præbeat, offerat, vt eleg. 1 sup.

Mi folia ex edera porrige, Bacche, tua.

Porrigere stipem elephanto: Macrob. *Porrigere manum* (accipiendo argento) Plaut. Pseud. τὸ *Illa* vacat. eleg. 29. lib. 2.

Mane erat, & volui si sola quiesceret illa
Visere, at in lecto Cynthia sola fuit.

eleg. 15. lib. 3.

Illa rudes animos per noctes conscia primas
Imbuit, heu nullis capta Lycinna datis.

Domina noua, Chloridi, vel Nomadi. Ouid. 5. Fast.

Omnia quæ dominos sunt habitura nouos.

Plaut. Capt. sc. 2. act. 2. *Vult te nouus herus veteri domino operam dare.*

E T *quoscunque meo fecisti nomine versus,*
Vre mihi; laudes desine habere meas.]

eleg. vlt. lib. 2.

Cynthia quinetiam versu laudata Properti.

vbi vide adnot. *Fecisti versus*; nam facere, ποιεῖν, vnde ποιηταὶ dicti. *Vre mihi*, cremato in honorem meum, ignibus dato eleg. 18. libr. 3. vbi de eo more, & eleg. 5. sup. *Desine habere*, ne diutius retineto quod meum est, & reposco ad flammas rogi mei. *Sic Vlp. l. nec vllam causam. De hæredit. petit. § vlt. Desinere possidere. & l. sed etsi lege. §. perinde idem. eod. tit. & l. priore. Quod ignotorum dolo desiit possidere, qui desiit restituendi facultatem habere.* Sic *res desinere abesse dicitur l. 13. de verb. sign. Laudes meas*, præconia meæ formæ, & ingenij, versibus mandata.

P E L L E *ederā tumulo, mihi quæ pugnante corymbo*
Mollia contortis alligat ossa comis.]

Contra el. 4. sup.

Terra tuum spinis obducat, lena, sepulcrum.

Turneb. cap. 6. lib. 23. ad hunc versum notat *In tumulis eorum, quos habebant caros, dumos & sentes excidere, & purgare solebant. Propertius: pelle ederam tumulo. Pelle*, amoue eleg. 1. lib. 2.

A medio pectore pellet auem. Virg. 2. Æneid.

Lacrymas dilectæ pelle Creusæ. Non ineptè legeretur etiam, *Velle*. Edera autem omnia illigat. Catull.

Vt tenax edera hac & hac Arborem implicat errans.

vbi vide adnot. Plin. cap. 34. lib. 16. *Non solum arboribus sed etiam muris noxiam esse ederam scribit, licet eos amplecti non possit, vt amplectitur arbores, quas amplexu necat, sugit ac strangulat.* Idem ibidem: *Edera inimica arbori satisque omnibus: sepulcraque ac muros rumpit. Alligat ossa.* An *Ora*? quia sequitur, *comis.* sic eleg. 15. lib. 3.

Molliaque immites fixit in ora manus.

vel *Ossa mollia*, mollis puellæ; vt el. 5. sup.

Turpia ieiuno terreat ossa sono. vel *Ossa*, cadauer, & cineres, vt vbique. Martial. ep. 35. lib. 5.

Mollia nec rigidus cespes tegat, nec illi
Terra grauis fuerit, non fuit illa tibi.

sic *Molle caput* eleg. 3. sup. vers. 46. *Mihi*, iterandum, & *Mihi pugnante*, & *Mihi alligat. Pugnante mihi corymbo*, racemis & vuis ederæ mihi inimicis & infestis: nam ab hostibus alligantur victi. *Mihi pugnante*, vt eleg. 10. lib. 1. *Pugnare puella.*

A Pugnans, pro infesto, vt Horat.

Mea cum pugnat sententia mecum. Comis contortis. Si legimus, ora, id erit implexis edera crinibus, vt sup. *Tortis suspensa capillis.* Aut erit διὰ τῶ αὐτῶ, *Edera pugnante corymbo, contortis comis*; implicitis foliis, & frondibus & ramulis. Comæ arborum, herbarum, florum. eleg. 16. lib. 3.

Me tegat arborea deuia terra coma.

Corymbo, comis: geminus ablatiuus, vt el. 3. libr. 3.

Lymphisque a fonte petitis
Ora Philetæa nostra rigauit aqua.

vel est asyndeton.

R A M O S I S *Anio quā pomifer incubat aruis.*]

B de Aniene vide adnot. el. 16. lib. 3. vers. 4. *Pomifer Anio*, vt *Apidanus herbosus* eleg. 3. lib. 1. vers. 6. Ouid. 1. Met. *Populifer Sperchius.* & eleg. 5. lib. 3. Amor.

Nec te prætereo, qui per caua saxa volutus
Tiburis Argæi spumifer arua rigas.

vbi videri possit legendum esse *pomifer* ex hoc loco. Sane ille locus pomariis abundabat. Horat. oda 7. lib. 1.

Et præceps Anio, & Tiburti lucus, & vda
Nobilibus pomaria riuis. Idem sat. 4. lib. 2.

Picenis cedunt pomis Tiburtia succo.

C Strabo lib. 5. Tiburtina in regione miram fructuum ait esse copiam. *Incubat aruis*, desuper ruit in arua, & ea premit aquis suis. vide adnot. de eius fluminis situ el. 16. lib. 3. vers. 4. Sic sup. hîc vers. 3. *Incumbere fulcro.* Virg. 1. Æneid.

Ponto nox incubat atra. & 6. Æneid. *Diuitiis incubuere.* & 3. Georg. *Defossoque incubat auro.* 2. Georg. *Si tempestas à vertice syluis Incubuit.* Horat. oda 3. lib. 3.

Et noua febrium terris incubuit cohors.

Plaut. de compressu & complexu. *Corpore corpus incubat.* sic *Incubare ouis* dicuntur gallinæ. Inde *Incubi* dæmones. *Incubat Anio*, vt Horat. oda

D 17. lib. 1. *Vsticæ cubantis Leuia personuere saxa.* Virg. 3. Georg. *Aut sicubi nigrum*

Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra.

quod tamen Turneb. exponit, vt vmbra sub nemore cubet, & iaceat: nam supra dixerat: *Speluncaque tegant & saxea procubet vmbra.* Fluuij cubantes & reclinati pingebantur. *Aruum* ab arando, inquit Varro 4. de ling. Lat. Næuius & Pacuuius *Aruas* feminino genere dixere apud Nonium. Festus: *Aruum dicimus agrum necdum satū.* Varro 1. de re rust. *Aruum dicimus quod aratū, necdum satū est.* Seruius ad initiū Georg. ex Varrone: *Aut aruus est ager; id est, sationalis: aut consitus, id est, aptus arboribus: aut pascuus, qui herbis*

E *tantum, & animalibus vacat: aut florens, in quo sunt horti, apibus congruentes & floribus.* Ergo dicitur Arua (terra:) Aruus (ager:) & Aruum.

E T *nunquam Herculeo numine pallet ebur.*] Nunquam sordet & squallet, candoremque suum semper retinet, quia ita visum Herculi. *Pallet*, vt eleg. 5. sup. *pallida missa situ.* vbi vide adnot. Martialis epigr. 28. libr. 8. de Ebure Tiburtino.

Et Tiburtino monte quod albet ebur.

Silius Italicus. *Tiburis aura Pascit ebur.* De ebore Plin. cap. 3. libr. 8. & Pausan. Eliacis. Delectabatur Tibure Cynthia, vt intelligimus

ex eleg.32. lib.1. & el.16. lib. 3. Erat autem Herculi sacrum Tibur. vide adnot. el.32. lib.2 vers. 5. *Numine Herculeo*, vt eleg.1. lib.3.

Troia bis Oetæi numine capta Dei.

Hoc *carmen media dignum me scribe columna,*
Sed breue quod currens vector ab vrbe legat.] eleg.23. lib.3.

I puer, atque aliqua citus hæc propone columna,
Et dominum Esquiliis scribe habitare tuum.

Sed hîc *Scribe*, est incide, vt el.18. lib.1.

Scribitur & vestris Cynthia corticibus. Auson.
Frontibus & scriptis hoc monimenta iubent.

Scribe columna, quod Horatius; *Sepulcro scalpe.* B *Columnæ dictæ quod culmina sustineant*: Festus. *Media columna*, vt manifestæ sint literæ, & minore negotio regi possint. In sepulcris vero columellæ coostroctionem operis sustinebant. eleg. 1. lib.3. *Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro.* Cic.2. de Leg. *Ne columnam quis in sepulcro violet, deiiciat, frangat.* Ibid. *Columellam super terræ tumulum in sepulcris statui.* & 5. Tusc. de sepulcro Archimedis: *Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua ineeat sphæra, & figura cylindri.* Vide prouerbium: *Odium nouercale*, vbi epigramma Callimachi citatur in priuignum columellam nouercæ coronantem, quem illapsa ea obtriuerit. ea columna & pila lapidea, quæ imponebatur monimentis, στήλη dicitur Græcis, vt ibid. apud Callimachum. *Hoc carmen*, epitaphium. Sic Tibull. eleg.2. lib.3. vocat *Carmina*, duorum versuum epitaphium:

Atque hæc in celebri carmina fronte notet.
Lygdamus hîc situs est dolor huic & cura Neæræ
Coniugis ereptæ causa perire fuit.

Disticha frequentia in epitaphiis; vt not. ad el. 13. lib.2. vers.35. *Dignum me*, quod formam, & mores meos aureos deceat; vt eleg. 13. libr.1. *Ioue digna. Sed breue*, pro atque id breue, vt el. 11. infra. vers.14.

Hic spolia ex humeris ausus sperare Quirini,
Ipse dedit, sed non sanguine sicca suo.

Breue carmen ergo dixit, vt eleg.1. lib.2.

Et breue in exiguo marmore nomen erit.

M.Tull. lib.2. de leg. plus 4. heroicis versibus negat cõstare epitaphium oportere. Ouid.3. Fast.

Compositusque cinis, tumulique in marmore carmen
Hoc breue, quod moriens ipsa reliquit, erat.
Præbuit Æneas & causam mortis & ensem,
Ipsa sua Dido concidit vsa manu.

Vector currens ab vrbe, qui Roma veniens nauiget & properet Tibur per Anienem vectus. *Vector*, & qui vehit, vt *Sileni vector Asellus*: & qui vehitur, vt Virg. ecl.4. *Cedet & ipse mari vector.* Cic.7. Philipp. *Gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent.* dixit autem *Currens*, quia in monimentorum inscriptionibus paulisper astare iubentur viatores. Ouid. eleg.3. lib.3. Trist.

Quosque legat versus oculo properante viator
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum lusor amorum
Ingenio perij Naso poeta meo.

Currens, properans, vt nautæ solent. eleg.8. lib.1. *Nautas rogitare citatos*: vel nauigans, vt el.14. lib.1. *Currere lintres. Vrbe*, Roma. el.4. sup. *Lusus in vrbe.*

A & *Vrbi Festus erat*, vbique.

Hæc *Tyburtina iacet aurea Cynthia terra.*] Formula celeberrima: *Hic iacet.* eleg.13. lib.2.

Qui nunc iacet arida puluis. Simonides apud Strabonem lib 8.

Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι ῥήμασι.

Aurea Cynthia, formosissima, præstantissima forma. vt *Aurea secula.* Virg.1. Æneid.

Cum venit, aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda. Tibull. el.6. lib.1.
Atque iras aurea vincit anus. Horat. oda 2. lib.

B 4. *Animique mores aureos.* vide adnot. ad illud Catull.

Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes.

Tiburtina. vet. lib. *Tiburnina*, à Tiburnus. Dicitur autem Tiburs, & Tiburtinus. Horat. *Tiburtè via, & Tiburtia poma.* Virg. *Tiburtia mœnia.* Stat. 1. Sylu. Tiburtinum Manlij. Tibure delectata fuerat, vt iam adnotatum sup. *Terra.* An *hac terra*? An *hîc iacet*? An *Hæc iacet*? vt el.11. lib.1.

Quà iacet Herculeis semita littoribus.

Accessit *ripa laus, Aniene, tua.*] *Anio* fluuius, Anien; & *Anienus* Deus ipse fluuij: vt *Tiberinus.* Stat.1. Sylu. in Tiburtino Manlij:

C *Illis ipse antris Anienus fonte relicto,*
Nocte sub arcana glaucos exutus amictus.

Cicero apud Nonium in *Torquem* dixit Anienum, pro Anienem. *Laus accessit tua ripa*, aucta honore nouo & fama, quia illic sepulta Cynthia, cuius magna sepulcri futura fama. Cum ait, *Accessit*, alios illic sepultos significat; Cynthiæ autem sepulcrum fore auctarium glorię. Horat. in arte: *Tantum de medio sumptis accedit honoris.* Cic. pro Murena. *Accessit his tot virtutibus doctrina.* Sæpe io deteriorem partem ponitur. Alludit vero ad morem, de quo Virg.6. Æn. agens de Manibus Heroum: *Lucis habitamus opacis*

D *Riparumque toros, & prata recentia riuis Incolimus.* Apul. lib.1. Met. *Defletum pro tempore comitem misellum arenosa humo in amnis vicinia sempiterna cõtexi.* supra: Ad murmur extremæ aquæ humata est Cynthia. Sic Cic.2. de Leg. C. Marij reliquias sitas ad Anienem ait à L. Sylla dissipatas.

Nec *tu sperne piis venientia somnia portis.*] Caoe cootemnas, & eleues fidem somniorum. nam valde somniis mouebatur Cynthia, vt appatet ex el.3. lib.1. el.29. lib.2. & el.6. lib.3. vide Plutarch. in Sylla. & cootra Tibull. eleg.4. libr.3. *Venientia piis portis*, emissa per portas pias, per qoas pia & bona somnia manes ad cœlum mit-

E tunt. Stat.5. Sylu. epicedio in patrem in fine:

Inde tamen venias melior qua porta malignum
Cornea vincit ebur. *Malignum* vt *mala somnia* Tibullo el. vlt. lib.2. & *Crudelia somnia*, el.9. lib. 3. cootra hîc *Pia somnia.* Pium sæpe dicitur de rebus moltis, vt eleg.1. sup. *Pio versu.* & *Pia saxa*; & el.7. lib.3. *Pia terra.* Tibullo. *Pia tura.* Ouidio. *Pius ignis.* De portis cornea & eburnea. Virg.6. Æneid. & illic Seruius & Macrobius ex Porphyrio, cap.3. Commentarij prioris in somniom Scipionis. Homer.19. Odyss. vbi Penelope suum narrat somniom Vlyssi ignoto. Horat. od.27. l.3.

Ludit imago Vana, quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit.

Cvm *pia venerunt somnia, pondus habent.*] Id est. Cum pia somnia sese obtulerunt dormienti graoia, firma & rata sunt. *Pia somnia*, vt eleg. 4. sup. *Fac venias oculis vmbra benigna meis.*
Pondus habent, vt el. 25. lib. 2.
Nulla diu femina pondus habet. & el. 7. lib. 3.
Verbaque dixisset pondus habere mea.
Ouid. 9. Met. in fabula Biblydis:
Quid mihi significant ergo mea visa? quod autem
Somnia pondus habent? an habent & somnia pondus?
Nocte *vaga ferimur, nox clausas liberat vmbras.*] Id est: Erramus, volitamus temerè huc & illuc. Virg. 6. Æneid.
Sic tota passim regione vagantur Aëris in campis. B
necesse est enim vagari, & errare in tenebris. ipse eleg. 29. lib. 2. *Cum potus nocte vagarer.*
Tibull. el. 2. lib. 1.
En ego cum tenebris tota vagor anxius vrbe.
Ouid. el. 6. lib. 1. Amor.
Nec mora venit Amor: non vmbras nocte vagantes,
Non timeo strictas in mea fata manus.
Ferimur, ruimus. eleg. 4. sup.
Illa ruit, qualis celerem prope Thermodoonta
Strymonis abscisso fertur aperta sinu.
Virg. 2. Æneid. *Ferimus per opaca locorum.*
Charis. lib. 2. *Nocte vagari*, non *noctu*. Sisenna Milesiarum 13. Inde *Noctiuagus* Attio & Virgilio. Ouid. el. 3. lib. 3. Trist. C
Inter Sauromatas Romana vagabitur vmbras.
Nox liberat vmbra clausas, emittit è custodia animas interdiu clausas.
Errat *& abiecta Cerberus ipse sera.*] De Cerbero eleg. 5. sup. vers. 3. sic eleg. vlt. infra:
Cerberus & nullas hodie petat improbus vmbras,
Et iaceat tacita lapsa catena sera.
Ex hoc autem loco apparet vererum seram exemptilem fuisse, nec affixam iaouæ, vt nostræ sunt seræ, nisi eæ quæ catenatæ dicuntur; Gallicè, *Cadenats.* Ouid. 1. Fast.
Vt populo pateant reditus ad bella profecto, D
Tota patet dempta Ianua nostra sera. Ibid.
iam contigerant portam, Saturnia cuius
Dempserat appositas insidiosa seras.
Idem el. 6. lib. 1. Amor.
Tempora noctis eunt, excute poste seram.
Petronius: *Dum loquimur, sera sua sponte delapsa cecidit, reclusaque subito fores admiserunt intrantem.* Sera est claustrum ianuæ, inquit Donat. in Eunuch. Varro sub finem lib. 6. de ling. Lat. *Reserare*, à serare dictum, id est operire: vnde *Sera*, quibus remotia fores pandontor. Nonius: *Reserare, quia remota sera fores patefiunt.* Idem: *Patibulum, sera, qua ostia occluduntur, quia hac remota valua pateant.* Festus in *Adserere*: *Sera appellantur quia foribus admota apponuntur, defixa postibus, quemadmodum ea qua terra inseruntur.* Leg. idem in *Reserare* (in litura.) E
Lvce *iubent leges Lethaa ad stagna reuerti.*] Luce, ab ipsa noctis meridie. vnde Anchises apud Virg. 5. Æneid.
Iamque vale torquet medios nox humida cursus,
Et me saeuus equis Oriens afflauit anhelis.
Quia lux vmbris inimica, percuntque vmbra solis aduentu, inquit illic Seruius. *Leges*, fatorum & inferorum. eleg. vlt. infr.

A *Cum semel infernas intrarunt funera leges.*
eleg. 27. lib. 2. *Concessum nulla lege redibit iter.*
Κρίνειν νόμος, Callimach. εἰς λουτρά. vers. 100. *Iubent*, quia legia est iubere aut vetare, aut permittere. Cic. 1. de Leg. *Lex est recta ratio in iubendo aut vetando.* De Letæo flooio sup. hic.
Summaque Lethaus triuerat ora liquor.
Vtrobique Lethæum, pro stygio posuit, vt & Tibull. el. 3. libr. 1. *Nudus Lethea cogeter ire rate.* quod ipse *Stygia arundine* eleg. 27. lib. 2. nam ad Letheum fluuium animæ non veniunt nisi post annos mille. Virg. 6. Æneid.
Has omnes vbi mille rotam voluere per annos
B *Lethaum ad fluuium Deus euocat agmine magno.*
quæ sumpsit Virgilius ex Platonis Phædro. *Stagna Lethea*, vt Virg. 4. Georg.
Terque fragor stagnis auditus auernis; quia aquæ illæ pigræ & languidæ. Horat.
Visendus ater flumine languido Cocytus errans.
Tibull.
Me vocet in vastos annus nigramque paludem
Diues & ignaua luridus Orcus aqua.
Virg. 6. Æneid. *Cocyti stagna alta vides.*
Nos *vehimur, vectum nauta recenset onus.*] ego & ceteræ vmbræ traiicimur, & portamur. eleg. 18. libr. 3.
C *At tu nauta piae hominum qui traiicis vmbras*
Huc anima portent corpus inane tua.
Albinouanus ad Liuiam:
Supprime iam lacrymas, non est reuocabilis istis,
Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit.
Id est, Charon. *Recenset onus*, init vmbrarum numerom, & eas recogooscit ne qua forte desit. Virg. 4. Georg.
Confedit scopulo medius, numerumque recenset.
& 6. Æneid.
Omnemque suorum Forte recensebat numerum.
Recensere Captiuos, & *Recensere exercitum* Liuij lib. 26. Ooid. 3. Fast. *Signa recensebat bis sol sua.*
D id est, lustrabat. Apud Gell. cap. 10. libr. 17. *Recensere* est, quod ibidem dicitur retractare & corrigere. Inde *Recensio & Recensus populi* Sueton. in Cæs. cap. 41. & *Recensiti*. Inde recensere, sigillatim numerare. Ouid. in ep. Deian.
I nunc, tolle animos & fortia facta recense.
Onus, vectores. Onus de mercibus, quæ mari portantor; vnde Oneris auersi actio Iurisconsult. in *Tit. locati ad L. Rhod. de iactu, & de exercit. act.* vnde & *naues onerariæ.*
Nvnc *te possideant alia, mox sola tenebo.*] *Nunc*, dum fata sinunt. *Te possideant*, sibi habeant, vtantur, fruantor; vt el. 18. lib. t. *Possidet aura nemus:*
E vt habere & haberi. nam vt ait Ælius Gallus apud Festum *Possessio est vsus rei, non res ipsa.* Theophilus definit *Possidere*, ψυχῇ τῷ δεσπόζοντι κατέχειν. *tenere* vero dicitur, qui rei corporaliter incumbit, licet nou possideat. *L. 9. de rei vindic.* Sed ad factum sæpe à Iurisconsolt. refertur. vnde ab illis doplex statoitur possessio Naturalis & Ciuilis. Naturalis est facti, ciuilis ioris. belle igitur *Tenebo*, quia corpore eius corpori incumbet. *Possideant alia*, vt Nomas, & Chloris sup. & el. 9. infra Philis, & Theia; & el. 15. lib. 1. Lyeinna.
Mecvm *eris, & mixtis ossibus ossa teram.*] Amatoriè, *Mecum eris*: nam *Esse cum muliere di-*

cebaot. Varro 5. de ling. Lat. *Violanit virginem pro vitianit dicebant aquè eadem modestia potius, cum muliere fuisse, quam concubuisse dicebant.* Plaut. Amphit. sc. 2. act. 2. *Quid ego tibi deliqui, si cui nupta sum, tecum fui?* Io vet. iosεriptione apud Cyprianum à Popina Interpretem Sallustij: 159. *Si non respondes, non respondebis desiderium tui, per quod ipsu mecum semper es. Ossa teram,* arcte premam; & amoris ac eoitus est, vt el. 20. lib. 3.

Ille alto pectus amore terit. nam quæ atteruotur premi, & iungi necesse est. *Mixtis ossibus.* Ouid. 11. Met.

Si non vrna tamen iunget nos littera, si non
Ossibus ossa meis, at nomen nomine tanquam.

Albinouanus ad Liuiam:

Miscebor cinerique cinis atque ossibus ossa.

Sueton. io Domitiano cap. 17. *Reliquias templo Famæ gentis clam intulit, cineribusque Iuliæ filiæ Titi, quam & ipsa educauerat, commiscuit.* Vetus inscriptio Romæ apud Brissooium in formolis p. 750. *Ossa mea in aram mixta cum filia* (scilicet ossibus) *vna requiescunt. hoc solatium meum erit.* & 797. *Cineres admisceri, meos iussi,* (patris & matris cineribus) *vt quibus vita coniunctus fuerim, in vltimo postea fato veniente, forem coniunctior, puluere meo pulueri eorum admixto.* vide plura hac de re adnot. ad eleg. 8. lib. 2. vers. 25.

HÆC *postquam querula mecum sub voce peregit.*] his verbis finem imposuit. *Agere,* orare, dicere. vt agere causas, peragere, perorare. Ouid. eleg. 2. lib. 2. Amor.

Dum perago tecum pauca, sed apta, vaca.

& 5. fast. *Et peragit tales, arbore nixa sonos.* Horat. sat. 10. lib. 1. ——— *an & cum*

Dura tibi peragenda reis sit caussa Petilli.

Idem sat. 4. lib. 2.

Vt pote res tenues tenui sermone peractas.

id est, scriptas & dictas. *Peregit mecum,* vt dicitur Agere cum aliquo, alloqui & tractare, & expostulare, & orare. vide el. vlt. iofra adnot. ad illud: *Caussa perorata est. Peragere reum,* est damnare. vide Lexicon Brissonij. Virg. 5. Æneid.

Post vbi confecti cursus, & dona peregit.

id est, omnia tribuit. *Sub,* abundat, vt eleg. 28. lib. 2. *Desierunt magico torti sub carmine rhombi.* el. 5. supr. *Sub matutino cocta iacere noto.* Ooid. 3. fast.

Effuge, ne dubita, mæstum soror effuge tectum.
Sub verbum querulas impulit aura fores.

Subest autem verbis querimonia ideo dixit: *Sub voce querula,* simul mœsta & irata. nam Cyothiam querulam induxit eleg. 6. lib. 3.

Rettulit & querulo iurgia nostra sono.

eleg. 8. lib. 1.

Et queritur nullos esse relicta Deos.

sic Ouid. 5. fast.

Vmbra cruenta Remi visa est adsistere lecto
Atque hac exiguo murmure verba loqui.

INTER *amplexus excidit vmbra meos.*] Seneca Troiade: *Fallax per ipsos vmbra complexus abit.* Lucan. lib. 5. ——— *Sic fata refugit*

Vmbra per amplexus trepidi dilapsa mariti.

Ouid. 5. fast. de vmbra Remi:

Mandantem amplecti cupiunt, & brachia tendunt,
Ludicra prensantes effugit vmbra manus.

Virg. 6. Æneid.

A *Ter frustra comprensa manus effugit imago.*

Ouid. 11. Metam.

Ingemit Alcyone, lacrymas mouet, atque lacertos
Per somnum, corpusque petens amplectitur auras.

Homer. Iliad. 4.

Ὡς ἄρα φωνήσας ὠρέξατο χερσὶ φίλῃσιν.
Οὐδ᾽ ἔλαβεν, ψυχὴ δ᾽ κατ᾽ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς
ᾤχετο τετριγυῖα.

Sic fatus carasque manus protendit Achilles,
Nec pote complecti, querulo nam murmure fugit
Sub terras anima vt fumus.

B

AD ELEGIAM VIII.

DISCE *quid Esquilias hac nocte fugarit aquosas.*] Quasi diceret. Accipe cur Esquiliæ ipsæ fogerint, suis sedibus conuulsæ nocte præterita. *Quid fugarit Esquilias,* cur nemo remanserit Exquiliis. *Exquilias,* pro ipsis incolis, vt Roma, Italia Ciceroni. eleg. 22. lib. 3. *Geryona stabula.* eleg. 4. sup. *Mons remissus.* de Exquiliis eleg. 23. lib. 3. *Et domanum Esquilijs scribe habitare tuum.* *Aquosas,* vdas, vt apud Horat. oda 20. lib. 3. *Aquosa raptus ab Ida;* quam Homerus vocat πολυπίδακα. C Alirer sup. *Aquosa Crystallus* el. 3. & *Aquosus Orion* eleg. 16. lib. 2. *Fugarit,* vacuas reddiderit actis in fugam incolis, quasi locus ipse fugam arripuerit eleg. 22. lib. 3.

Nec tremis Ausonias Phœbe fugate dapes.

Cic. 3. Philipp. *Moueri sedibus suis huic vrbi melius est, atque in alias, si fieri posset, terras demigrare.* Et in Pisonem. *Mihi ipsa Roma prope conuulsa sedibus suis ad complectendum conseruatorem suum procedere visa est. Hac nocte,* superiore scilicet. Cootra Virg. eclog. 1.

Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte.

CVM *vicina meis turba cucurrit agris.*] vet. lib. Scaligeri:

D *Cum vicina nouis arna cucurrit agris.*

vnde legit: *Cum vicina nouis aura cucurrit agris. Et per nouos agros Exquilias intelligit, qua eo tempore colebantur, sublato communi sepulcro plebeiorum.* Horat. (sat. 8. lib. 1.) *Nunc licet Exquilijs habitare salubribus.* Mœcenas etiam *ibi concessis ab Augusto aliquot iugeribus cœpit hortos colere, qui ab eo Mæcenatiani dicti.* hæc Scaliger, qui *Auram,* strepitum ioterpretatur, qui verberauit aures vicioiæ, vt eleg. 10. lib. 3. legit:

Publica vicinæ perstrepat aura via.

Ego veterem lectionem retineo, & expono, frequentia vicinorum sese effudit ad spectaculum Lanuuini aoguis, & *Cucurrit meis agris,* per E meos agros, & prædia Lanuuina, quia el. prox. dicet: *Lanuuij ad portus hei mihi solus eram.*

LANVVIVM *annosi vetus est tutela Draconis.*] Strabo lib. 5. Lanuuium municipium Romanum locat in dextra viæ Appiæ, imminens Ariciæ. De Lanuuij & Lauioij differentia lege scholia Sigonij io Liuij lib. 8. Dionys. lib. 5. vbi describit & recenset populos Latij, qui coniurarunt in Populum Romanum Lanuuinos, & Lauinienses diuersos nominat. meminit Liuius lib. 6. non procul ab initio. ipse el. prox. Horat. oda 27. lib. 3. Cicero 1. de Diuin. vbi loquitur de Roscio in cunis circumplicato serpentis.

Cvm *pia venerunt ſomnia, pondus habent.*] Id A
eſt. Cum pia ſomuia ſeſe obtuleruur dormienti grauia, firma & rata ſunt. *Pia ſomnia*, vt eleg. 4. ſup. *Fac venias oculis vmbra benigna meis.*
Pondus habent, vt el.25. lib 2.

Nulla diu femina pondus habet. & el.7. lib.3.
Verbaque dixiſſet pondus habere mea.

Ouid.9. Met. in fabula Biblydis:

Quid mihi ſignificant ergo mea viſa? quod autem
Somnia pondus habent? an habent & ſomnia pondus?

Nocte *vaga ferimur, nox clauſas liberat vmbras.*] Id eſt: Erramus, volitamus temerè huc & illuc. Virg. 6. Æneid.

Sic tota paßim regione vagantur Aëris in campis. B
neceſſe eſt enim vagari, & errare in tenebris. ipſe eleg.29. lib. 2. *Cum potus nocte vagarer.*
Tibull. el.2. lib.1.

En ego cum tenebris tota vagor anxius vrbe.

Ouid. el.6. lib.1. Amor.

Nec mora venit Amor: non vmbras nocte vagantes,
Non timeo ſtrictas in mea fata manus.

Ferimur, ruimus. eleg.4. ſup.

Illa ruit, qualis celerem prope Thermodoonta
Strymonis abſciſſo fertur aperta ſinu.

Virg.2. Æneid. *Ferimur per opaca locorum.*
Chariſ. lib.2. *Nocte vagari, non noctu.* Siſenna Mileſiarum 13. Inde *Noctiuagus* Attio & Virgi- C
lio. Ouid.el.3. lib.3. Triſt.

Inter Sauromatas Romana vagabitur vmbras.

Nox liberat vmbra clauſas, emittit è cuſtodia animas interdiu clauſas.

Errat *& abiecta Cerberus ipſe ſera.*] De Cerbero eleg.5. ſup. verſ.3. ſic eleg. vlt. infra:

Cerberus & nullas hodie petat improbus vmbras,
Et iaceat tacita lapſa catena ſera.

Ex hoc autem loco apparet veterum ſeram exemptilem fuiſſe, nec affixam ianuæ, vt noſtræ ſunt ſeræ, niſi eæ quæ catenatæ dicuntur; Gallicè, *Cadenats.* Ouid. 1. Faſt.

Vt populo pateant reditus ad bella profecto,
Tota patet dempta Ianua noſtra ſera. Ibid.
Iam contigerant portam, Saturnia cuius
Dempſerat appoſitas inſidioſa ſeras.

Idem el.6. lib.1. Amor.

Tempora noctis eunt, excute poſte ſeram.

Petronius: *Dum loquimur, ſera ſua ſponte delapſa cecidit, recluſæque ſubito fores admiſerunt intrantem.* Sera eſt clauſtrum ianuæ, inquit Donat. in Eonuch. Varro ſub finem lib.6. de ling. Lat. *Reſerare*, à ſerare dictum, id eſt operire: vnde *Seræ*, quibus remotis fores pandootur. Nonius: *Reſerare, quia remota ſera fores pateſiunt.* Idem: *Patibulum, ſera, qua oſtia occluduntur, quia hac remota* E
valua pateant. Feſtus in *Adſerere*: *Seræ appellantur quia foribus admotæ apponuntur, defixæ poſtibus, quemadmodum ea quæ terræ inſeruntur.* Leg. idem in *Reſerare* (in litura.)

Lvca *iubent leges Lethæa ad ſtagna reuerti.*] Luce, ab ipſa noctis meridie. vnde Anchiſes apud Virg.5. Æneid.

Iamque vale torquet medios nox humida curſus,
Et me ſæuus equis Oriens afflauit anhelis.

Quia lux vmbris inimica, pereuntque vmbræ ſolis aduentu, inquit illic Seruius. *Leges*, fatorum & inferorum. eleg. vlt. infr.

Cum ſemel infernas intrarunt funera leges.

eleg.27. lib.2. *Conceſſum nulla lege redibit iter.*
Κρόνιοι νόμοι. Callimach. εἰς λουτρά. verſ.100. *Iubent*, quia legis eſt iubere aut vetare, aut permittere. Cic.1. de Leg. *Lex eſt recta ratio in iubendo aut vetando.* De Letæo fluuio ſup. hîc.

Summaque Lethæus triuerat ora liquor.

Vtrobique Lethæum, pro ſtygio poſuit, vt & Tibull. el.3. libr.1. *Nudus Lethea cogerer ire rate.* quod ipſe *Stygia arundine* eleg.27. lib.2. nam ad Letheum fluuium animæ non veniunt niſi poſt annos mille. Virg. 6. Æneid.

Has omnes vbi mille rotam voluere per annos
Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno.

quæ ſumpſit Virgilius ex Platonis Phædro. *Stagna Lethea*, vt Virg. 4. Georg.

Terque fragor ſtagnis auditus auernis; quia aquæ illæ pigræ & languidæ. Horat.

Viſendus ater flumine languido Cocytus errans.

Tibull.

Me vocet in vaſtos annus nigramque paludem
Diues & ignaua luridus Orcus aqua.

Virg.6. Æneid. *Cocyti ſtagna alta vides.*

Nos *vehimur, vectum nauta recenſet onus.*] ego & cetetæ vmbræ traiicimur, & portamur. eleg. 18. libr.3.

At tu nauta pias hominum qui traiicis vmbras
Huc animæ portent corpus inane tuæ.

Albinouanus ad Liuiam:

Supprime iam lacrymas, non eſt reuocabilis iſtis,
Quem ſemel vmbrifera nauita lintre tulit.

Id eſt, Charon. *Recenſet onus*, init vmbrarum numerum, & eas recoguoſcit ne qua forte deſit. Virg.4. Georg.

Conſedit ſcopulo medius, numerumque recenſet.

& 6. Æneid.

Omnemque ſuorum Forte recenſebat numerum.

Recenſere Captiuos, & *Recenſere exercitum* Liuij lib. 26. Ouid.3. Faſt. *Signa recenſebat bis ſol ſua.*
D id eſt, luſtrabat. Apud Gell. cap.10. libr.17. *Recenſere* eſt, qood ibidem dicitur retractare & corrigere. Inde *Recenſio* & *Recenſus populi* Sueton. in Cæſ. cap.41. & *Recenſiti.* Inde recenſere, ſigillatim uumerare. Ooid. iu ep. Deian.

I nunc, tolle animos & fortia facta recenſe.

Onus, vectores. Onus de mercibus, qoæ mari portautur; vnde Oneris auerſi actio Iuriſconſult. in *Tit. locati ad L. Rhod. de iactu, & de exercit. act.* vnde & *naues onerariæ.*

Nvnc *te poßideant aliæ, mox ſola tenebo.*] Nunc, dum fata ſinunt. *Te poßideant*, ſibi habeant, vtantur, fruantur; vt el.18. lib.1. *Poßidet aura nemus*:
E vt habere & haberi. nam vt ait Ælius Gallus apud Feſtum *Poſſeßio eſt vſus rei, non res ipſa.* Theophilus definit *Poßidere*, ψυχῇ τοῦ δεσπόζοντος κατέχειν. *tenere* vero dicitur, qui rei corporaliter incumbit, licet non poſſideat. *L. 9. de rei vindic.* Sed ad factum ſæpe à Iuriſconſult. refertur. vnde ab illis duplex ſtatuitor poſſeſſio Naturalis & Ciuilis. Naturalis eſt facti, cioilis ioris. belle igitur *Tenebo*, quia corpore eius corpori iucumbet. *Poßideant aliæ*, vt Nomas, & Chloris ſup. & el. 9. infra Philis, & Theia; & el. 15. lib.1. Lycinna.

Mecvm *eris, & mixtis oßibus oſſa teram.*] Amatoriè, *Mecum eris*: nam *Eſſe cum muliere* di-

cebant. Varro 5. de ling. Lat. *Violauit virginem pro vitiauit dicebant aquè eadem modestia potius, cum muliere fuisse, quam concubuisse dicebant.* Plaut. Amphit. sc. 2. act. 2. *Quid ego tibi deliqui, si cui nupta sum, tecum fui?* In vet. inscriptione apud Cyprianum à Popina Interpretem Sallustij: 159. *Si non respondes, non respondebit desiderium tui, per quod ipsa mecum semper es. Ossa teram,* arcte premam; & amoris ac coitus est, vt el. 20. lib. 3. A

Ille alio pectus amore terit. nam quæ atteruntur premi, & iungi necesse est. *Mixtis ossibus.* Ouid. 11. Met.

Si non vrna tamen iunget nos littera, si non B
Ossibus ossa meis, at nomen nomine tanquam.

Albinouanus ad Liuiam:

Miscebor cinerique cinis atque ossibus ossa.

Sueton. in Domitiano cap. 17. *Reliquias templo Flauiæ gentis clam intulit, cineribusque Iuliæ filiæ Titi, quam & ipsa educauerat, commiscuit.* Vetus inscriptio Romæ apud Brissonium in formulis p. 750. *Ossa mea in aram mixta cum filiæ* (scilicet ossibus) *vna requiescunt. hoc solatium mecum erit.* & 797. *Cineres admisceri, meos iussi,* (patris & matris cineribus) *vt quibus vita coniunctus fuerim, in vltimo postea fato veniente, forem coniunctior, puluere meo pulueri eorum admixto.* vide plura hac de re adnot. ad eleg. 8. lib. 2. vers. 23. C

HÆC *postquam querula mecum sub voce peregit.*] his verbis finem imposuit. *Agere,* orare, dicere. vt agere causas, peragere, perorare. Ouid. eleg. 2. lib. 2. Amor.

Dum perago tecum pauca, sed apta, vaca.

& 3. fast. *Et peragit tales, arbore nixa sonos.* Horat. sat. 10. lib. 1. ——— *an & cum*

Dura tibi peragenda rei sit caussa Petilli.

Idem sat. 4. lib. 2.

Vt pote res tenues tenui sermone peractas.

id est, scriptas & dictas. *Peregit mecum,* vt dicitur Agere cum aliquo, alloqui & tractare, & expostulare, & orare. vide el. vlt. infra adnot. ad illud: *Caussa perorata est. Peragere reum,* est damnare. vide Lexicon Brissonij. Virg. 5. Æneid. D

Post vbi confecti cursus, & dona peregit.

id est, omnia tribuit. *Sub,* abundat, vt eleg. 28. lib. 2. *Desinunt magico torti sub carmine rhombi.* el. 5. supr. *Sub matutino cocta iacere noto.* Ouid. 3. fast.

Effuge, ne dubita, mæstum foror effuge tectum.
Sub verbum querulas impulit aura fores.

Subest autem verbis querimonia ideo dixit: *Sub voce querula,* simul mœsta & irata. nam Cynthiam querulam induxit eleg. 6. lib. 3.

Retulit & querulo iurgia nostra sono.

eleg. 8. lib. 1. E

Et queritur nullos esse relicta Deos.

sic Ouid. 5. fast.

Vmbra cruenta Remi visa est adsistere lecto
Atque hæc exiguo murmure verba loqui.

INTER *amplexus excidit vmbra meos.*] Seneca Troiade: *Fallax per ipsos vmbra complexus abit.* Lucan. lib. 3. ——— *Sic fata refugit*

Vmbra per amplexus trepidi dilapsa mariti.

Ouid. 5. fast. de vmbra Remi:

Mandantem amplecti cupiunt, & brachia tendunt,
Lubrica prensantes effugit vmbra manus.

Virg. 6. Æneid.

A *Ter frustra comprensa manus effugit imago.*

Ouid. 11. Metam.

Ingemit Alcyone, lacrymas mouet, atque lacertos
Per somnum, corpusque petens amplectitur auras.

Homer. Iliad. ψ.

Ὣς ἄρα φωνήσας ὠρέξατο χερσὶ φίλῃσιν.
Οὐδ' ἔλαβε, ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς
Ὤχετο τετριγυῖα.

Sic fatus carasque manus protendit Achilles,
Nec pote complecti, querulo nam murmure fugit
Sub terras anima vt fumus.

B

AD ELEGIAM VIII.

DISCE *quid Esquilias hac nocte fugarit aquosas.*] Quasi diceret. Accipe cur Esquiliæ ipsæ fugerint, suis sedibus conuulsæ nocte præterita. *Quid fugarit Esquilias,* cur nemo remanserit Exquiliis. *Exquilias,* pro ipsis incolis, vt Roma, Italia Ciceroni. eleg. 22. lib. 3. *Geryonæ stabula.* eleg. 4. sup. *Mons remissus.* de Exquiliis eleg. 23. lib. 3. *Et domum Esquilijs scribe habitare tuam.* *Aquosas,* vdas, vt apud Horat. oda 20. lib. 3. *Aquosa raptus ab Ida;* quam Homerus vocat πολυπίδακα. Aliter sup. *Aquosa Crystallus* el. 3. & *Aquosus Orion* eleg. 16. lib. 2. *Fugarit,* vacuas reddiderit actis in fugam incolis, quasi locus ipse fugam arripuerit eleg. 21. lib. 3. C

Nec tremis Ausonias Phœbe fugare dapes.

Cic. 3. Philipp. *Moueri sedibus suis huic vrbi melius est, atque in alias, si fieri posset, terras demigrare.* Et in Pisonem. *Mihi ipsa Roma prope conuulsa sedibus suis ad complectendum conseruatorem suum procedere visa est.* *Hac nocte,* superiore scilicet. Contra Virg. eclog. 1.

Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte.

CVM *vicina meis turba cucurrit agris.*] vet. lib. Scaligeri:

D *Cum vicina nouis arua cucurrit agris.*

vnde legit: *Cum vicina nouis aura cucurrit agris. Et per nouos agros Exquilias intelligit, quæ eo tempore colebantur, sublato communi sepulcro plebeiorum.* H[...]*at.* (sat. 8. lib. 1.) *Nunc licet Exquilijs habitare salubribus.* Mœcenas etiam *ibi concessis ab Augusto aliquot iugeribus cœpit hortos colere, qui ab eo Mœcenatiani dicti.* hæc Scaliger, qui *Auram,* strepitum interpretatur, qui verberauit aures viciniæ, vt eleg. 10. lib. 3. legit:

Publica vicina perstrepat aura via.

Ego veterem lectionem retineo, & expono, frequentia vicinorum sese effudit ad spectaculum Lanuuini anguis, & *Cucurrit meis agris,* per E meos agros, & prædia Lanuuina, quia el. prox. dicet: *Lanuuij ad portus hei mihi solus eram.*

LANVVIVM *annosi vetus est tutela Draconis.*] Strabo lib. 5. Lanuuium municipium Romanum locat in dextra viæ Appiæ, imminens Ariciæ. De Lanuuij & Lauinij differentia lege scholia Sigonij in Liuij lib. 8. Dionys. lib. 5. vbi describit & recenset populos Latij, qui coniurarunt in Populum Romanum Lanuuinos, & Lauinienses diuersos nominat. meminit Liuius lib. 6. non procul ab initio. ipse el. prox. Horat. oda 27. lib. 3. Cicero 1. de Diuin. vbi loquitur de Roscio in cunis circumplicato serpentis.

amplexu. & 2. de Dioin. in Selooio, qoi est campus agri Laouuini vim magnam anguiom fuisse scribit, adeò vt ad focum nidulari solereot. Ouid. 6. fast.

Et populus Laurens, Lanuuiúq. meum, inquit Iuno. vbi perpeaam legitur Laoiniumque. Turneb. cap. 2. lib. 8. Aduers. adfert ad hunc versum id ex Plutarchi parallelis: Ἡδὲ ἑστία ἐλεήσασα δαίμων ὑπέβαλεν, καὶ αὐτὴν ἐκόμισεν εἰς Λανύιον, καὶ ἱέρειαν τοῦ σεβομένου παρ' αὐτοῖς δράκοντος ἀπέδειξεν. Sed Vesta miserata eam (filiam Metelli quam immolare parabat Vestæ ad eam placandam, & ventum secundum impetrandum) iuuencam supposoit, & ipsam transtulit ornatam Lanuuium, & sacerdotem, Draconis, qui apud illos colitur, constituit. Meminit Lanuuij & Cic. in Rullum, pro Milooe, & pro Muræna, vbi vocat *Antiquissimum municipium & ornatissimum*; vt hîc, *Vetus tutela*. *Tutela*, pro eo qui est in alterius fide, & quem is tuetur. Sic apud Horat. oda 6. lib. 4. *Deliæ tutela Deæ*, .i. pueri & puellæ, qui Dianæ sūt in fide, vt loquitur Catullus. Sic dicitur *Custodia*, pro iis qui custodiuntur apud IC. & Sueton. Ouid. el. 9 lib. 1. Trist.

Est mihi, sitque precor flauæ tutela Mineruæ
Nauis. Alias tutela est ipse, qui tuetut. vide eleg. 4. sup. vers. 69. *Vetus tutela*, quia Draco ipse cum annosus sit, & sit genius Lanuuij, ipsum Lanuuium vetus est. Donat. in Prologo in Andr. *Vetus plerumque refertur ad laudem*. *Annosus*, ab annorum multitudine; vt *Aerosa Cyprus, herbosus, frondosus*, &c. Sic *Annosa quercus* Virg. 4. Æneid. ipse el. 15. lib. 2. *Annosus miles*.

Hic *vbi Tartareæ non perit hora moræ*.] τὸ *Tartareæ* est coniectura, & error Beroaldi qoi descensom illic esse ad Tartara somniat, oec vllam esse horam, quin animæ illac descendant. Antea legebatur, *Tam raræ*. id est, rarissimæ, vt eleg. 3. lib 3.

Paruaque tam magnis admoram fontibus ora.
Turneb. cap. 2. lib. 8. Aduers. *Moram*, inquit, *vt* [*m*]*ior, raram dicit, quia raro spectaculum hoc videre* [*lic*]*uerit*. Hæc ille. Sic supra eleg. 3. *Raris calendis*, quotannis semel. nam sequitur: *Pabula poscit Annua*. *Hora moræ*. ἀκμὴ τοῦ αἰῶνος. occasio temporis; temporis momentum. vt eleg. 7. lib. 1. *Aetatis tempora*. el. 4. lib. 1. *Temporis ætas*. el. 3. sup.

Peterat Hyberni temporis esse moras.
Hora, pro tempore el. 10. lib. 3.

Cum fuerit multis exacta trentibus hora.
Non perit, non finitur effluere. Cic. 1. de leg *Ea tempora perire non patior*. ipse eleg. 12. lib. 2.

Et leuibus curis magna perire bona.

Qva *sacer abripitur cæco descensus hiatu*.] *Descensus* vt Virg. 6. Æneid.

——*facilis descensus Auerni*.
Sacer, vel ipsa religione serpentis veoerandus; vel diros & exsecrandus, vt à Virgilio dicitur *Auri sacra fames*; & ab Afranio frarris. *O sacrum scurram & malum*. & *sacerrimus leno* Plaut. Pœnulo. vide Nonium in *Sacrum*. *Abripitur*, quod Virg. 6. Æneid. *Patet in praceps*. triboit motum loco, vt eleg. 1. sup. *Scandentes arces*. vide adnot. ad eleg. 10. lib. 2. *Se substrahit vndis*. Abripi è loco tuto inpericulosum rapi, vt abripi in carcerem. Virg. 1. Æneid.

Tres notus abreptos in saxa latentia torquet.
Hiatu cæco, τυφλῷ χάσματι, obscuro & profundo. eleg. 7. lib. 3.

Et niger inuisus traxit hiatus aquam.
Cæcum, obscurum; vt eleg. 19. lib. 1. vers. 8. adn.

Qva *penetrat virgo tale iter omne caue*.] Scaliger legit è coniectura:

Qua penetral. (virgo tale iter omne caue.)
nec quicquam aliud addit. Ego,

Qua penetrat virgo (tale iter omne caue)
Ieiunus serpentis honos cum pabula poscit
Annua: &c. *Penetrat*, penitus intrat, quia demittirur in eum specum. An legendum,

Quæ penetras virgo tale iter, omne caue: vide ne illuc descendens casta non sis. *Penetrare*, inquit Festus, *Penitus intrare*. Idem *Penetrale sacrificium dicitur, quod in interiore parte sacrarij conficitur*. Nonius: Penetrare cum vi ingtedi. Item, se proripere. Plautus: *Quo illic homo foras se penetrauit ex ædibus omne caue*, pro, omnia per enallagen numerorum, vt el. prox. sup. *Cum bibit, omne decet*. senteotia erit. Cum te committis tam periculosæ viæ, adhibe omnem cautionem, vt sis casta. vel etiam atque etiam ne pudorem podicitiámque aliqua ex parte læseris, vt Cic. ep. 21. lib. 11. fam. *Neque metuam quicquam, & cauebo omnia*. *Caue*, ingredieodi dicebatut. vnde, *Caue canem*. Varro, & Petron.

Ieivni *serpentis honos cum pabula poscit Annua, & ex ima sibila torquet humo*.] An *honos*, sacrificiom? nam *sacra* mox vocat, vt el. 6. sup. *Blandi turis honores*. An *honos serpentis*, ipse serpens hooouratos, vt el. 4. sup. *Sine matris honore*. id est, honesta matre. *Serpentis Ieiuni*, famelici & sicci, quia semel quorannis pascebatur. Ergo magis metuendi, vt noto ad eleg. 5. sup.

Ieiuno terreat ossa sono. Confundit autem hîc Draconem, serpentem, & anguem, vt Virg. 2. Æneid. *Orbibus immensis angues*. mox: *Serpens cōplexus vterque*. mox: *Delubra ad summa Dracones Effugiunt*. vbi ootat Seruios ex verbis Virgilij angues esse aquarum; serpentes terrarum; Dracones templorum. *Dracones*, inquit Festus, παρὰ τὸ δρακεῖν, *quod aciem oculorum clarissimam habeant; ideo & incubare thesauris custodiæ causa dicuntur, & Aesculapio sacri sunt*. *Poscit pabula annua*. Sibilo illa significat se petere alimenta annua & stata. mox vocabit, *Escas*. Quidquid pascit & alit, pabulum est; vnde *Pabula amoris* Lucretio. Virg. *Serpens mala gramina pastus*. *Annua*, anniuersaria, sollennia, stata. *Poscit*. Dooat. in Andr. *Petimus, precariò; poscimus, imperiosè: postulamus, iure*. Agrætius: *Postulatur aliquid honestè: poscitur improbè*. Seroius in 9. Æoeid. *Poscimus pro merito nostro; Petimus, humiliter & precibus*; ex Vattone: *Et torquet Sibila*. eleg. 7. sop.

Si fallo vipera nostris Sibilet in tumulis.
Torquere sibila, vt *Iacere verba* & voces; quia linguæ ipsæ serpentium vibrantes. Virg. 2. Æn.

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Ex ima humo, è profundo specu. vet. lib. *Vna*, Beroaldus emendauit, *ima*. Virg. 4. Æneid.

Sed mihi vel Tellus optem prius ima dehiscat.
Ima, qoia humos infima in mundo.

TALIA *demissæ pallent ad sacra puellæ.*] *puellæ*; A virgines sup. vers. 6. & infra vers. 11. & 12. *puellæ innuptæ*. nam & nuptæ puellæ: el. 5. sup.

Saluo grata puella viro. *Demissæ*, deorsum missæ per fuoem scilicet, vt el. 7. sup.

Per quam demisso toties tibi fune pependi.

Demittere se, est descendere cum periculo. Cælius Ciceroni ep. penult. lib. 8. fam. *Ne te sciens prudensque eo demittas, vnde exitum vides nullum esse.* & ep. 1. lib. 9. fam. *In res turbulentissimas se demittere.* *Pallent*, exalbescunt metu, quia terrorem pallor & tremor consequitur, inquit Cicero 4. Tusc. vide Macrob. cap. 11. lib. 7. Satur. B vnde pallor metuentibus; & Diogenis responsum de pallore auri. *Ad talia sacra*, tam periculosa. *Ἱστορεῖ* Draconis illius memorat Plutarchus.

CVM *temere anguineo creditur ore manus.*] committitur ori serpentis, & inferitur dentalis hiatibus. *Ore*, pro ori, vt eleg. 18. lib. 2.

Turpis Romano Belgicus ore color.

Seruio dicitur Antiptosis ad illud 11. Æneid.

——*nec sospite dirum*

Optabis nato funus pater.

Anguineo vero legendum, non *Anguino*, vt Catulli. *Anguineo capillo*, & *Anguineo femonio* Plaut. C Amphit. quamuis Plinius *Anguina ona* dicat, & *Anguinum venationem*, nisi forsitan media syllaba producatur, vt ab ouis ouinus: à bis, bious. *Temerè*, stultè, vt el. 21. lib. 2.

Discite desertæ non temerè esse bonæ.

Q. Cicero: *Nihil temerè credere.* Plautus, *Male. & Bene credi.* Alij libri, *Tenera*, vt el. 7. lib. 3.

Et dura teneras ludere fune manus.

Sed, *Temerè*, proba videtur lectio.

ILLA *sibi admotas à virgine corripit escas.*] non dixit, sumit; sed *corripit*, ob auiditatem & famem, vt el. vlt. infra:

Fallax Tantaleo corripiare liquor. D

Virg. 6. Æneid. de Cerbero:

——*Ille fame rabida tria guttura pandens*

Corripit obiectam (offam.)

Legitur & *Colligit*, pro, corripit, quod idem valet. Locillios apud Nonium in *Colligere*, auferre. *Rois hæc, & colligis omnia furtim.* oam [illegible]gere est etiam carpere vel rapere. *Escas*, supra *pabula*. *Epulas* vocat, Virg. 4. Æneid. de hoc verbo vide adnot. eleg. 7. lib. 3. vers. 8. *Admotas*, plus est, quam oblatas. sic Virg. 4. Æneid.

——*admorunt vbera tygres.* & el. 3. lib. 3.

Paruaque tam magnis admoram fontibus ora.

VIRGINIS *in palmis ipsa canistra tremunt.*] E *Ipsa* abundat, & ornatus tantum, vt el. 4. sup.

Ipsaque in Oceanum sidera lapsa cadunt.

Canistra. vide adnot. eleg. 13. lib. 3. vers. 28. *Tremunt*, quia manus ipsa virginis tremit. *Tremere*, vt supra Pallere in metu. *In palmis*, manibus. eleg. 19. lib. 1. *Falsis palmis.* eleg. 20. lib. eiusd. *Demissis palmis.* Isidor. lib. 11. *Palma est manus expansis digitis, vt contractis pugnus.* Ideo Cicero de fin. & in orat. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem ait visam Zenoni. *Virginis*, παρθένου.

SI *fuerint castæ redeunt in colla parentum.*] Sic eleg. 7. supr.

Alterna veniens in tua colla manu.

CLAMANTQVE *Agricolæ fertilis annus erit.*] *Clamant*, præ lætitia. Tibull. eleg. 1. lib. 1.

Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes

Clamet, Io messes & bona vina date.] *Fertilis annus*, omni genere frugum, & pecoris abundans. Tibull. eleg. 6. lib. 2.

Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis,

Omine quo felix & sacer annus erat.

Laurus vbi bona signa dedit gaudete coloni,

Distendet spicis horrea plena Ceres.

Virg. 1. Georg.

Et Cererem clamore vocent in tecta.

HVC *mea detonsis auecta est Cynthia mannis.*] huc, pro, illuc. el. 6. sup. *Huc mundi coiere manus.* Seruius ad illud 1. Æneid. *Hic illius arma.* *Figura celeberrima*, inquit, *aduerbium pro aduerbio loci præsentis pro absentis, hic, pro illic.* *Mea Cynthia*, vt eleg. 5. lib. 1. vers. 31. *Auecta*, ab vrbe vecta. eleg. 2. lib. 1. *Auecta externis Hippodamia rotis.* *Mannis.* Beroaldi coniectura, sed certa. Isidor. cap. 1. lib. 12. *Mannus, equus breuior est, quem vulgo brunitium vocant, vel brunistum.* Vetus Interpres Horatij in odam 27. lib. 3. *Mannos, equos paruos, burdos sine burdos. Mannus autem dictus quod mansuetudine manum familiaris sequatur.* Idem in Epod. 4. *Manni, equi sunt quos vulgo burdones, seu buricbiot nominamus.* & in ep. 7. *Mannis, paruis equis buricbis.* Gloss. : *Mannis, βουρίχοις.* Seneca ep. 88. *Obesis mannis, & asturconibus.* *Mannuli* etiam dicuntur per diminutionem Plinio Iuniori, & Martiali. An *Manni*, eculei, qui vulgo *Bidés*? sic apud Cinnam, *Bigæ nanæ* Gellij cap. 13. lib. 19. *Bigis rbeda rapit citata nanis.* & Martial. lib. 14. Lemmate 197. *Mulæ pumiliæ.* *Detonsis*, valdè tonsis, quibusque ademptæ forcipibus iubæ, vnde deformes & viles. In Sabinum Virgilius Catal.

Bidente dicit attondisse forcipe

Comata colla, ne qua sordidum iugo

Premente dura vulnus ederet iuba.

Ouid. eleg. 17. lib. 2. Amor.

Paruaque quamprimum rapientibus esseda mannis,

Ipsa per admissas concute lora iubas.

vbi *admissa iuba*, laxæ & promissæ, formosiores manni. & alibi de mannis:

Frenaque in effusa laxa iacere iuba.

Detonsi manni, inquit Beroaldus, pexi & ornati non probo. Detonsi. vt Plautus Bacchid. *Detonsa bos ouis.* Ouid. 3. fast.

Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes.

Idem 6. fast.

Nec mihi detonso crines depectere buxo.

id est, rasili.

CAVSA *fuit Iuno, sed mage causa Venus.*] *causa Iuno*, prætextus, quia fingebat se religione *Iunonis Sospitæ* commoueri, quæ colebatur sanctissimè Lanuuij: Cic. pro Milone & Morena, in fine, & 1. de Nat. Deor. Liuius lib. 8. 9. & 22. Festus eam quoque *Sospitam* dictam ait. Silius Italicus lib. 13.

Lanuuio generate, inquit, quem sospita Iuno

Dat nobis, Milo, gradiui cape victor honorem.

Dilogia autem est; Caussa, caussa, vt Cic. *Ea caussa caussam non habet.* *Caussa Venus*, id est libido. vide eleg. 32. lib. 2. vbi ait excurrere Cynthiam

A ab vrbe fpecie teligionis, fed re veta ftupri caufla.

APPIA *dis quaſo quantum te teſte triumphum*
Egerit effuſis per tua ſaxa rotis.] Apoftrophe ad rem mutuam, vt el.5. fup.

Vrgeat hunc ſupra vis capriſice tua.

Sic Appiam alioquirur Marrial. ep. 104. lib. 9. *Dic*, &c. *Te teſte.* formulam foiffe puto teftes togandi, *Dic.* Cic.2. dc Orar. *Dic de Sexto Annali.* Sic in fententiis in Senatu rogandis, *Dic Marce Tulli* 5. 7. & 9. lib.ep. ad Attic. Liuius lib.9. *Dic Spuri Poſtumi.* Sic in Iudiciis ad teum, patronum, aecofatorem, *Dic*, &c. *Age dic*, &c. Martial. lib.6.

Iam dic Poſtume de tribus capellis.

Sic teftibus dicebatur; *Teſtimonium in eam rem perhibetote. Dic*, interrogatio & teftimonium tei mutæ, vt eleg.20. lib.1.

Crudelis Minyis dixerit Aſcanius.

& eleg. 11. lib.2.

Iam negat Euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum. vide adnot. de via Appia eleg. 32. lib.2. verf.6. vbi cito illud Horatij:

Via te conſpexerit Appi. vbi via Appia confpicit, vt hîc *teſtis* eft, & *dicis*. *Te teſte*, arbitra, quafi oculata fit via. fic eleg. 32. lib.2.

Teſtis eris puras Phœbe videre manus.

Egerit triumphum, triumpharit acto curru per viam. eleg.1. fupr.

Quattuor hinc albos Romulus egit equos.

Sic *Egit choros Ariadna*, eleg.3. lib.2. Cicero 6. de Rep. *Cum triumphum egeris, Cenſorque fueris.* & ep. 10. lib.3. fam. *Ages victor ex inimicorum dolore triumphum iuſtiſſimum. Effuſis per tua ſaxa rotis;* quod eleg.4. lib.3. dixit:

Dexteraque immiſſis da mihi ſigna rotis.

Effundere, rotom fimul emittere. Virg.1. Georg.

Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ.

& 3. Georg. *Ruuntque effuſi carcere currus.* Ibid.

Iubam ceruice effudit equina. & 12. Æneid.

Irarumque omnes effudit habenas.

Cic. ad Brotum: *Tota ciuitas ad te ſe cum coniugibus & liberis effudit.* Et de Arofp. Refp. *Iudices è carcere in forum effudit.* Ductum à rebus liquidis, vt illud: *Vomit vndam ſalutantum. Rota*, pro curru, vt eleg.1. lib.3.

Scriptorumque meas turba ſecuta rotas.

Per tua ſaxa; ambiguè, vel, ftrata faxea, fiue pet viam faxo & lapide filice ftratam, el.5. fup.

Saxoſamque terat ſedula culpa viam.

Tibull. eleg.7. lib.1.

Namque opibus congeſta tuis hîc glarea dura
Sternitur; hîc apta iungitur arte ſilex.

vel quia faxofa ea via, & afpera. Stat.4. Sylu. in via Domitiani:

Quis duri ſilicis, grauiſque ferri
Immanis ſonus, æquori propinquum
Saxoſæ latus Appiæ repleuit?

TVRPIS *in arcana ſonuit cum rixa taberna?*] quia turpe rizari cum mulieribus, & in taberoa. Sic, *Turpes corollæ*, el.16. lib.1. *Et Turpis ſomnus in limine*, Ibid. eleg.5. lib.2. *Turpia prælia quærat. Rixa ſonuit*, longè latéque aodita eft. el.prox.inf.

Omnis & inſana ſemita nocte ſonat.

& eleg.18. lib.2.

Et ſonat Herculeo ſtructa labore via.

vide illic. *Taberna arcana.* Donat. in Adelph. *Veteres ganeum meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς, quod ſit in terra, non, vt cœnacula ſuperius. vnde & taberna, quaſi trabena, à validioribus dicta trabibus, quibus ſuperiora ſuſpenſa ſunt.* Feftus: *Tabernacula dicuntur à ſimilitudine tabernarum, quæ ipſæ quod ex trabibus olim fiebant, dictæ ſunt, non, vt quidam putant, quod tabulis cludantur. Tabernas autem*, inquit Nonius, *non ſolum vinarias, vt nunc; ſed alias popularis & diuerſi vſus vocauere.* Ifidor. cap.2. lib.15. *Taberna olim vocabantur ædicula plebeiorum parua & ſimplices, in vi-*
B *cis, axibus & tabulis clauſa, dicta quod ex tabulis ligneis erant conſtructa; quæ nunc etſi non ſpeciem tamen nomen priſtinum retinent.* Vlp.l. Tabernæ 183. de verb. fign. *Taberna appellatio omne vtile ad habitandum ædificium demonſtrat, ex eo quod tabulis cluditur.* Diomedes lib.3. *Secunda ſpecies togatarum, quæ tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum, & argumentorum ſimilitudine comœdiis pares, in quibus non magiſtratus & reges, ſed humiles & priuatæ domus inducuntur, quæ, quod olim tabulis tegerentur, communiter tabernæ dicuntur. Arcana taberna*, temota, obfcura, vt eleg. 9. inf. —— *illas*

Excipit obſcura prima taberna via.

C Sic eleg.7. fup. *Arcanas ſalinas.* vbi vide adoot. vet. lib. *Aricina.* fortaffe rectè; quia Ariciæ imminebar Lanuuium, vt ait Strabo lib.5. & Aricioæ tabernæ & diuerforia in ipfa Appia, Horat. fat.5. lib.1. verf.1. Iuuenal. fat.4.

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

SI *ſine me fama non ſine labe mea.*] pro, etfi, & fubauditur, ramen; vt el.28. lib.2.

Si non vnius quaſo miſerere duorum.

Sioe me rixa illa fonoit, quia ego tacitus & ftupens vt eleg. prox. feq. Quamuis ipfe corpore adeffem, aberam tamen animo. Aliter el.16. l.2.

D *Nunc ſine me plena fiunt conuiuia menſa:*
Nunc ſine me tota Ianua nocte patet.

Labe, macula & dedecote, vt eleg. vlt. infra:

—— *nec vlla*
Labe mea noſtros erubuiſſe focos.

Feftus: *Labes macula in veſtimento dicitur, vnde transfertur in homines vituperatione dignos.* Ergo à lauando, qood eloenda fit. An *labes* propriè lutum in quo labimut; vnde labofum iter Lucillio? & *Labes* io agtis χάσμα. Seruius in 2. Æn.

Hinc mihi prima mali labes. *Labes*, inquit, *ruina, à lapſu.* Virg.6. Æneid. *Concretam exemit labem.* Ouid. in ep. Deianiræ:

E *Lætaque ſit vita labe nouerca tuæ.*

Cic.2. de leg. *Labes animi manibus vllis elui non poteſt.* Labes autem Propertij famæ afperfa, quia deprehenfus inter meretrices, & quia vapularit, &c. el. prox. feq.

SPECTACLVM *ipſa ſedens primo temone pependit.*] licet federet in curru, tamen & pendebat, vt folebant agitatores, qui fedentes in iugis curruum, propendebant io eam partem, qua verberibus equos ad curfum incitabaot. Virg.5. Æneid.

Nec ſic immiſſis auriga vndantia lora
Concuſſere iugis, proniique in verbera pendent.

Au ita fedrbat, vt plerumque aurigæ demiffis

cruribus & peodentibus vtrisqoe simul vna ex parte, vt equitare solent mulieres. *Ipsa pependit spectaclum*, conspicienda. nam & spectaculum est rei, & loci, & hominis. hominis, vt hîc, & apud Ouid 3. fast.

Cum redeunt titubant, & sunt spectacula vulgi.

Horat. sat. 7. lib. 1. ——— *in ius*

Acres concurrunt, magnum spectaculum vterque.

& oda 28. lib. 1.

Dant alios furiæ toruo spectacula Marti.

Rei, vt eleg. prox. seq.

Spectaculum capta nec minus vrbe fuit.

loci, vt io Curcul. Plauti: *Spectacula ibi ruunt.* Isidor. cap. 16. lib. 18. *Dicta spectacula, eo quod hominibus ibi publica præbeatur inspectio, eademque ludicra nominantur, ob ludos & scenas. Pependit Spectaclum.* Idem valet in milite Plauti: *Vt te quasi pompam illac præterducerem. Primo temone*, prima parte temonis, vt eleg. 26. lib. 2.

At tu vix primas extollens gurgite palmas.

Ouid. 4. fast. De Claudia Vestali:

Ipsa sedens plaustro primo temone pependit.

Temo, inquit Varro 6. de ling. Lat. *Dictus est à tenendo, is enim continet iugum & plaustrum.* Lignum est quod ad iugum ioter equos excurrit: ῥυμὸς, τιμόνιον. volgò, *Timon*. Seru. in illud 1. Georg.

Hinc à stirpe pedes temo protentus in octo;

Temo ad quem ligantur, vel iunguntur boues. Virg. 3. Georg.

Et iunctos temo trahat aureus orbes.

Avsa *per impuros frena mouere locos.*] *Ausa*, quæ temeraria id aggressa est supra vires & pudorem. vt eleg. 28. lib. 2.

Palladis aut oculos ausa negare bonos.

Mouere frena, Virg. *Frena concutere* 5. Æneid.

Immissis auriga vndantia frena

Concussere iugis. & 12. Æneid.

Manibus molitur habenas. Seneca:

Et propior nocti fessus quatiebat habenas.

Per locos impuros. An per Exquilias, vbi puticuli? An viam sacram? eleg. 23. lib. 2.

Cui sæpe immundo sacra conteritur via socco.

Ao viam Appiam, quam saxosam vocat eleg. 5. sup. An Aricioam tabernam, de qoa sup. Nam Cauponæ etiam lenoniam exercebant. *Vlp. l. Palam. De ritu nupt.* An quia Lanuuij male audiebant? An quod Sclonium campum agri Lanuuini serpentibus abundare scribit Cicero 2. de Diuinat.? Nam de Suburra oon loquitor, nisi profectam inde significet. Donat. in Adelph. *Impurum hominem, modo improbum, modo auarum* exponit. Nonius: *Impurus, vitio maculatus.* Item, *Improbus.* Plaut. in Persa: *Impurus leno.* & in Curcol. *Impura lena.* Ergo *impuri loci*, Lenonij vt loqoitur Plautus, vtqoe *Lenonis impuritiæ* dicuotur in Persa. Cicero pro Q. Roscio: *Lutulenta, impura, inuisa persona lenonis.* Aliter *Purus locus* dicitur Iurisconsultis. *l. 2. §. Purus. De relig. & sumpt. fun.* Qui neque sacer, oeque sanctus, neq. religiosus. & *Purus campus* Virgilio & Ouidio, vacous & latè pateos sine vllis arboribus. vulgo: *Campaigne raze.*

Serica *nam taceo volsi carpenta nepotis.*] vet. lib. *Striganum tacto*; vnde Beroaldus fecit, *Serica nam taceo*; *mitto*, inquit, *ea dicere.* noo probo.

A Turneb. cap. 2. lib. 8. *Striga, nam &c. Strigare*, inquit, *est in strigam equos, vel mulos iunctos agere, & recta dirigere ne diuersi abeant, hi in hanc, illi in illam partem. Eo verbo vsus est, qui parodiam venustissimam epigrammatis Catulliani lusit in Ventidium mulionem:*

Et inde tot per orbitosa millia

Iugum tulisse, læua siue dextera

Strigare mulas; siue vtrumque cœperat.

Hæc Turneb. Charis. lib. 1. *Striga, castrense vocabulum, interuallum turmarum significans, in quo equi stringuntur. vnde etiam strigosi dicuntur corpore macilento.*

B Scaliger in Catal. *Strigare dicuntur equi quoties interquiescunt veluti ad vrinam mittendam. Striga, in vet. gloss.* ὀρθοστάτης, hoc est, ereta, quod ea stringuntur vestiméta apud Fullonem. Item *Striga*, λαμμυζώ, ἢ γυνὴ φαρμακίς. Corrige, *Strix.* Glossæ: *Triga*, (mendosè pro *striga*) τόπος ὅπου ἵπποι γυμνάζονται. cootrarium est *restrigare* Seoeca ep. 4. *Surge, & restriga, ac clinum istum vno, si potes, spiritu exsupera.* Hæc Scaliger. Strigare, ioteriuogere, iongere, & abiungere, siue abiugare verba aurigarum, pro, *Taceo*, vet. lib. *capto, rapto, tacto.* vndè Scaliger & alij auctore Turoebo legunt *Capto.*

C *Capto corpenta*, quasi ex insidiis capere volo, & rogare, vt det mihi mutua quæ oon reddam, vt apud Catullum meretricula agens de hominibus ad lecticam:

Istos commodita, volo ad Serapim

Ferri mane. *Carpentum*, ioquit Isidor. cap. 12. lib. 20. *pompaticum vehiculi genus est, quasi currum pompaticum.* Ex quibus verbis apta sacrorom pompæ ea vehicula foisse intelligimus. At Cynthia Iuoooia sacrum suæ libidini prætendebat. Festus: *Pilentis & carpentis per vrbem vehi matronis concessum est, quod cum aurum non reperiretur, ex voto quod Camillus vouerat Apollini Delphico, contulerunt.* Varro 4. de ling. Lat. *Supra eum vt mitteret car-*

D *pentum mulio, instat.* (Tollia.) Ouid. 1. fast.

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant,

Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Carmenta. Sueton. in Claudio cap. 11. *Natali die matri carpentum* (decreuit) *quo per circum duceretur.* Idem ibid. cap. 17. *Currum eius Messalina vxor carpento secuta est.* vide figuram carpenti apud Læuinum Torrentium in notis ad Sueton. 353. initio. *Carpenta Gallica* enummerat Liuius lib. 21. Inde *Carpentarius* Isidoro cap. 19. lib. 19. qui carpenta facit; sed Iurisconsulti latios sumunt pro fabris lignariis io exercitu. vnde nobis *Charpentiers.* Volsi, pro vulsi, vt Volsinij, pro Vulsinij. eleg. 2. sup. & *volt*, pro volt:

E *Seruos*, pro serous. Vulsi autem *cinædi*, quibos pili vellebantur, glabrique fiebant. Plaot. Aolul. sc. 6. act. 2. *Tu istum gallum, si sapis, glabriorem mihi reddes, quam vllus vulsus ludius est.* Hinc *vulsa corpora* (effemioarorom) Fab. io proœmio lib. 8. Hinc *volsella* in iostrumento Lennnio apud Plaut. Corcul. sc. 4. act 4. & Martial. lib. 9.

Purgentque sævæ cana labra volsellæ.

Sueton. in Cæsare cap. 45. *Vellebatur Cæsar, non solum radebatur.* Velli etiam mares ad libidinem dixit in Galba. cap. 21. *Volso corpore esse* in Orbone cap. 11. Scaliger; Volsum ἀνδρογυνιζόμενον, nepotem, *ἄσωτον* intelligo, &c. *Nepotes*, prodigi

luxuriosi, dictum ad eleg. 13. lib. 3. vers. 11. Confirmat Beroaldi & Scaligeri interpretationem quæ sequuntur de sagina, & de barba erasa; sed tamen *Volsi* & *Volesi* Nepotes Romæ fuerunt. Iuuenal. sat. 8. ——*& quæ*

Turpia cerdoni Volsos Brutosque decebant.

Volusij Nepotis mentio apud Festum in voce *Optima*. Catull. *Volusii annales.* Item *Nepotes Metelli & Cornelij.*

Atqve *armillatos colla molossa canes.*] *Armillatus* est, qui armillas gestat, vt apud Sueton. in Calig. cap. 52. & in Nerone cap. 30. *At armilla, licet gestetur brachio, à circuli forma non distat, quia vbi ponitur id ambiendo* (Sic legendum, *non ambigendo*) *constringit, & quando latius extenditur circulus rotundus fit*; inquit Isidor. cap. 31. lib. 19. Ab ea igitur forma *collare* vocauit armillam. Propertius. *Armillum*, quod & *Armele* Apuleio, aliud est, vas vinarium scilicet: Fest. & Non. Propriè tamen, inquit Festus in *Millus*: *Collare canum venaticorum millus dicitur; factum ex corio, confixumque clauis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum.* Scipio Æmylianus ad populum. *Vobis*, inquit, *reique publicæ præsidio erit is, quasi millus cani.* At apud Varron. cap. 9. lib. 2. de re rust. *Melium* dicitur in optimis exemplaribus. alias *Melium*. *Ne vulnerentur à bestijs, imponuntur ijs collaria, quæ vocantur Melium. id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri.* vet. gloss. *Armilla*, & *armillum*, Ψέλιον, κλάσιον. *Armillarius*, ψελιοφόρ. *Armillati colla*, colla vincti armillis, seu collaribus, per synecdochen Poëticam, vt el. 2. lib. 2. *Pectus operta comis. Molossa colla*, alia synecdoche, qua ex parte totum intelligitur, vt el. 1. sup. *Rudi collo*, & *humeros pios*. Epirotici autem canes, siue Molossi generosi habebantur. Varro cap. 9. lib. 2. de re rust. Horat. oda 6. Epod. & sat. 6. lib. 2. Virg. 3. Georg.

Veloces Spartæ catulos, acremque molossum
Pasce sero pingui. vbi Seruius: *Molossia Epiri ciuitas.* Plaut. Captiu. sc. 1. act. 1. *Prolatis rebus parasiti venatici sumus, quando res redierunt, Molossici.* A Molosso filio Pyrrhi ad Andromaches regionem Epeiri dictam Molossiam volút. Pausan. in Atticis meminit eius Molossi. Idem in Arcadicis *Molossum amnem* commemorat. De Molossis populis multa Strab. lib. 7. vide Iun. prouerb. 14. cent. 5.

Qvi *dabit immundæ venalia fata saginæ.*] *Qui se auctorabit ludo gladiatorio*, inquit Scaliger. *Dabit venalia fata*, vt Manil. lib. 4. de iis qui sub Scorpio nati:

Nunc caput in mortem vendunt & funus arenæ.

Iuuenal. sat. 8.

Quanti sua funera vendant Quid refert.

Idem sat. 3.

Et præbere caput domina venale sub hasta.

Petron. *Tanquam legitimi gladiatores domino corpora, animasque religiosissimè addicimus.* Turneb. cap. 2. lib. 8. *Venale dare, vt dare venum, & venumdare. Saginæ*, ad saginam Plaut. Trin. act. 3. sc. 2. *Aut aliquem ad regem in saginam herus se conijciet meus.* id est, fiet miles, vel gladiator. Iuuenal. sat. 11.

Scripturus leges, & regia verba lanistæ.

vbi Interpres. id est, *Se auctoraturus: aut hæc scripturus, quæ iuris & consuetudinis erant ab ijsdem scribi, qui accepto pretio se in ludo distrahebant.* Idem ibidem ad illud: *Sic veniunt ad miscellanea ludi.* id est, *Cum non habeant vnde manducent, distrahunt se ad ludum; genus miserabile ferculi, Miscellanea; cibus gladiatorum, id est, vltima cœna; ideo miscellanea, quia omnia, quæ apponuntur ijs miscent, & sic manducant.* Hæc ille. Cornutus vero ad illud Persij sat. 6.

Cappadocas rigida pingues pauisse catasta; *Gladiatores dicit: nam apud antiquos venales gladiatores in catasta ponebantur, vt in ijs possent omnia membra inspici.* Legendus Beroaldus ad hunc locum, & Scaliger; nec non Lipsius libro de gladiatoribus, Seneca cap. 31. lib. 3. nat. quæst. & ep. 37. *Illius turpissimi auctoramenti verba sunt, Vri, vinciri, ferroque necari. Ab illis, qui manus arenæ locant* (hîc *dant venales*) *& edunt, ac bibunt quæ per sanguinem reddant. Immunda.* Quid enim fœdius quam instar suis saginari ad cædem? quid sordidius miscellaneis?

Vincet *vbi erasas barba pudenda genas.*] cum radere barbam incipiet, vt adhuc puer videatur, sed frustra, quia inuita nouacula, & radendi cura barba subinde renascetur. nam *Naturam expellas furca tamen vsque recurret. Vbi*, pro cum, vt ibi, pro tunc, aduerbium loci, pro temporis. *Barba pudenda*, quæ te ob hispidam faciem turpem reddet tuis amatoribus. Tibull. el. 8. lib. 1.

Carior est auro iuuenis, cui læuia fulgent
Ora, nec amplexus aspera barba terit.

Horat. oda 10. lib. 4.

Insperata tuæ cum veniet pluma superbiæ. & mox:
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam.

Pudenda, cuius te pudebit, vt Virg. 10. Æneid.

Pudendis Vulneribus. Vincet, potior & superior erit. eleg. vlt. lib. 3. *Fletum iniuria vincit. Genas*, malas & mentum. vide el. 5. sup. vers. 16. *Erasas*, penitus rasas. vt el. 7. sup. *Euictos eniolasse* el. 7. lib. 1. *Eradenda elementa*, pro euellenda Horatio. *Erasi* Plinio in Panegyrico, deleti è numero.

Cvm *fieret nostro toties iniuria lecto.*] cum fides marita toties à te violaretur. nam iniuria definitur 4. ad Heren. *Quæ aut pulsatione corpus; aut conuicio aures; aut aliqua turpitudine vitam alicuius violat.* Atqui id fecit Cynthia cum stupris suis derideodum omnibus propinauit Propertium. & infamem reddidit, vt el. 24. lib. 2.

Nec sic per totam infamis traducerer vrbem.

& eleg. 20. lib. eiusd.

Cum de me & de te compita nulla tacent.

& eleg. vlt. lib. 3. *Risus eram*: &c. Plaut. milite sc. 5. act. 2. *Meo hero facis iniuriam, supra certa vicinos vagas, vitij probrique plena.* Iniuriam sæpius vsurpat Propertius, pro fastu Cynthiæ & repulsa. *Lectus*, pro amore & coniugio. Dictum ad eleg. 3. sup.

Incorrupta mei conscena fœdera lecti.

Lips. cap. 18. lib. 2. Var. monet ab hoc versu: *Cum fieret*, &c. inchoandam elegiam sequentem.

Mvtato *volui castra mouere toro.*] Beroaldus emendat, *Volui.* Cum toties, inquit, iniuriā mihi sua petulantia faceret Cynthia, mutare castra amatoria volui. *Volui*, etiamsi non successit,

cessit, eleg. prox. seq. Sic el 4. sup.

Quæ voluit flammas fallere Vesta tuas.

Castra mouere, allegoricè, quod eleg. 1. lib. 1.

Nec assueto mutet amore locum.

Sic eleg. 1. supr.

Finge elegos, fallax opus, hæc tua castra.

Mouent autem castra & signa duces, cum alio proficiscuntur, vel locum commodiorem capturi sunt. Iuuenal.

Quò signa duces & castra mouebant.

Virg. 3. Æneid. de profectione nauium:

Dat clarum è puppi signum, nos castra mouemus.

vbi Seruius: *Castra vbicumque miles steterit, quod illic castraretur libido. nam nunquam his mulier intererat.*

AD ELEGIAM IX.

PHYLLIS *Auentinæ quædam est vicina Dianæ.*] Præter Phyllida Demophoontis, fuit & Phyllis tunc meretriculæ nomen, vt hîc, & Horatij oda 4. lib. 2. & oda 11. lib. 4. & Virg. ecl. 3. & 5. De Phyllide bibace Mart. ep. 66. lib. 12. *Quædam*, contemptim; el. 13. lib. 1.

Perditus in quadam tardis pallescere curis

Incipis. *Vicina Dianæ*, quæ iuxta eius ædem habitat; vt eleg. 4. sup. *Saxa vicina Iouis.* *Auentinæ*, vt Ouid. 3. fast.

Luna regit menses, huius quoque tempora mensis

Finit Auentino Luna colenda iugo.

Horat. in Carm. Sæcul.

Quæque Auentinum tenet, Algidúmque

Quindecim Diana preces virorum

Curet. *Auentinensis Diana* dicitur Festo in *Nesi*, pro Sine, & in *Seruorum*, vbi à Seruio Tullio dicatam ait ædem eam fuisse. Dionys. lib. 3. structam ait ab Anco Martio. At idem lib. 4. à Seruio Tullio. Varro 4. de ling. Lat. *Alij ab aduentu hominum* (dictum Auentinum putant) *quod commune Latinorum ibi Dianæ templum sit constitutum.* Vide Liuium lib. 1. & Pub. Victorem in 13. regione vrbis. Martial.

Laudat Auentinæ vicinus Sura Dianæ.

Sed Lilius Gyraldus ædem Lunæ in Auentino diuersam ab æde Dianæ fuisse docet.

SOBRIA *grata parum, cum bibit omne decet.*] Sicca parum placet, vbi maduit vino omnia decent. *Sobria.* vide eleg. 2. sup. vers. 29. *Grata*; *Amabilis* dicitur Horatio. sic eleg. 2. lib. 1.

Semper eris nostræ gratissima vitæ.

Cum bibit; *pota*, dixit infra. *Postquam adbibit plus paulò*, Terentio. Plaut. Amphit. act. 2. sc. 1. *Tu istuc vbi bibisti?* de ebrio. *Omne decet*, pro omnia, vt eleg. sup. *Omne caue. Cum bibit, omne decet*; quia è vino lætitia, vnde auxilium formæ, hinc & *Lætus*, pro pulchro. Ipse eleg. 33. lib. 2.

Iam bibe, formosa es: nil tibi vina nocent.

ALTERA *Tarpeios est inter Theia lucos.*

Candida, sed potæ non satis vnus erit.] *Altera*, quia duæ tantum. *Est*, pro, manet, habitat, & *Inter*, pro d'entre, vel è medijs lucis, vt el. 7. sup. vers. vlt. *Tarpeios lucos*, vocauit *Tarpeium nemus*, el. 4. sup. vers. 1. *Theia*, nomen ei à patria, vt el. sup. *Nomas*; *Theos* vrbs Ioniæ in peninsula sita, inquit Strabo lib. 14. & Anacreontis patria, vnde Horat. dixit *Anacreonta Theion*, & *fide*

A *Theia.* Plin. cap. 31. lib. 5. Theon insulam cum oppido memorat iuxta Chium. Est & altera Teos in Scythia ad paludem piscosam, cui oleũ innatat tanta copia, vt in visa ad vsum colligi possit. *Candida.* pars formæ candor, vt not. ad eleg. 3. lib. 2.

Nec me tam facies, quamuis sit candida, cepit.

Non satis vnus potæ, cum bibit, vno contenta non erit. contra el. 29. lib. 2. *Sat erit mihi cognitus vnus.* Iouenal. sat. 6.

Vnus Iberinæ vir sufficit, ocyus illud

Extorquebis, vt hæc oculo contenta sit vno.

Castæ vno contentæ, vt el. vlt.

B *Fac teneas vnum nos imitata virum.*

Virosam ergo & vinosam simul significat. Lucillius apud Nonium in *Virosa.*

——— vetulam atque virosam

Vxorem cædem potius, quam castrem egomet me.

Afranius diuortio:

Vigilans ac sollers, sicca, sana, sobria:

Virosa non sum, & si sim, non desunt mihi,

Qui vltro dent: ætas integra est, forma satis.

Pota, ebriæ. Lucillius apud Nonium in *Potus. Ab ludo bene potu' recessit.* Plaut. Rudent. Sc. *Quid illud. Amare vtramuis possum si probe appotus siem.* & eleg. 6. supr.

C *Ingenium potis irritet Musa Poëtis.*

HIS *ego constitui noctem lenire vocatis.*] Decreui; vel etiam horam locumque statui quibus ad me venirent. id enim est constituere, vnde Iurisconsultis *Constitutum.* Cic. pro Cæcina, & Cœlio, & Varro cap. 5. lib. 2. de re rust. *Venire ad constitutum.* vnde Iocus lib. 7. ep. fam. ad Marium: *Si quod constitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas.* *Assignationem* vulgus vocat. *vi bis*, ergo & 3. & 6. casu. *Vocatis*, per Lygdamum. sic Horat. *I pete vnguentum puer, &c. Dic & argutæ properet Neæræ.* Vocantur scorta, veniunt, ducuntur; & vocantur conuiuæ, vnde

D *Vocationes* Catullo. Ergo *Vocatis* & ad cœnam & ad stuprum. eleg. 25. lib. 2.

Quamuis te persæpe vocet, semel ire memento.

Lenire noctem, minus asperam reddere. & paullo hilarius traducere. nam amara nox soli Propertio. eleg. 17. lib. 3.

Semper enim vacuos nox sobria torquet amantes.

Plaut. Amphit. *Vbi sunt isti scortatores, qui soli inuiti cubant.*

ET *Venere ignota furta nouare mea.*] *Venere*, vel amplexu & amore, vt el. 5. sup.

Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem.

vel amica, vt el. 1. lib. 1.

E *In me nostra Venus noctes exercet amaras.*

Ignota, nondum experta, in illis scortis scilicet. eleg. 5. lib. 2.

Et non ignota viuere nequitia.

Ergo *insolita*, noua. Tibull. contra:

Nota Venus furtiua mihi est.

Nouare furta, instaurare. contra eleg. 2. lib. 2. *Pristina furta.*

VNVS *erat tribus in secreta lectulus herba.*] Ridiculè Scaliger: *Nulla erat herba; sed prouerbialiter dictum, vt*

Si te non totum Chloridos herba tenet.

Vnus lectulus, vt eleg. 1. sup.

Vnus erat fratrum maxima regna focus.

Erat tribus. Tres esse lectulos oportuerat, vt esset triclinium Interpres Iuuenalis ad illud sat. 5. *Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. Apud veteres*, inquit, *accubitorum vsus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. Tres autem lectuli erant in quibus discumbebant: vnde hodie triclinia appellantur.* Horat. sat. 4. lib. 1.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Cicero in Pison. *Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures.* Legenda sat. 8. lib. 2. Horatij de eiusmodi conuiuiorum lectis, & Seruius in illud 1. Æneid. *Mediamque locauit. In herba.* Propter anni tempus, herba substrata lectulo. nam sequitur, *Æstiua supellex.* Ergo etiam domi herba, vt apud nos æstate solet. Non autem herba secreta; sed lectulus ipse in secreta parte domus, vel in arcana taberna, vt eleg. prox. sup. sic eleg. seq. *Lympha secreti liminis.* An vt Horat. oda 3. lib. 2.

Siue in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota falerni.

Erant & trichilæ in tabernis. Auctor Copæ:

Sunt cupæ, calices, cyathi, rosa, tibia, chordæ,
Et triechila vmbriferis frigida arundinibus.

vulgo, *Treilles.* Horat. oda vlt. lib. 1.

Sub arcta vite bibentem.

An alludit ad torum, qui dictus ab herbis intortis? An vt Tibull.

Tunc operata Deo pubes discumbet in herba.

& Virg. 1. Georg. *Lætis operatus in herbis?*

QVÆRIS *concubitus? inter vtramque fui.*] Scire vis quo loco & ordine discubuerimus? medius discubui. Apostrophe ad absentem incertum. eleg. 1. lib. 2.

Quæritis vnde mihi toties scribantur amores?

Concubitus, honestè & propriè. nam concumbere est simul cubare; sed vsus turpe verbum reddidit. sic eleg. 1. sup.

Euandi profugæ concubuere boues.

Inter vtramque fui. In lecto cum erant terni, vnus erat summus, alter imus, tertius medius, vt hîc Propertius. Sic eleg. 31. lib. 2.

Deinde inter matrem Deus ipse interque sororem
Pythius. id est, medius. el. 30. lib. 2.
Et medius docta cuspide Bacchus erit.

Nam dominus conuiuij erat Propertius, & medius locus honoratissimus. Seruius ad illud 1. Æneid.

Aurea composuit sponda, mediamq; locauit:

Ipse apud maiores domini fuerat locus, vt apertè Salustius docet. Igitur discubuere; Sertorius inferior in medio: super eum Tuscius Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis: In summo Antonius; & infra scriba Sertorij Versius; & alter scriba Mecœnas supra. In imo medius inter Tarquinium & Onium Perpenna. Hîc tres lecti. In primo duo tantum; in altero & tertio, terni. Horat. sat. 8.

Summus ego, & prope me Viscus Turinus (medius) *& infra,*
Si memini Varius. (hîc vnus lectus & in eo terni) *cum Seruilio Balatrone*
Vibidius, quos Mecœnas adduxerat vmbras.

(hic alter lectus, in quo Mecœnas medius.)

A *Nomentanus erat super ipsum* (Nasidienum)
Porcius infra.

Hic tertius lectus, vbi medius Nasidienus. & in medio lecto è tribus Mecœnas. Cicero Papyrio lib. 9. ep. vlt. ad fam. De cœna apud Volumnium: *Supra me Atticus, infra Verrius.* Ergo medius Cicero. Sic in chorea medius Bacchus eleg. 30. lib. 2. & 6. Æneid. media Helena. In incessu medius Iuppiter 10. Æneid. & 6. Æn. Musæus media, & 7. Æneid.

Solio medius consedit auito. Ouid. 5. fast.

Et medius iuuenum non indignantibus ipsis
Ibat, & interior si comes vnus erat.

B sic Plutarch. in Cicerone. Ciceronem ipsum medium inter condiscipulos redire à ludo solitum ait. Sallustius in Iugurtha: *Sed Hyempsal dextra Adherbalem adsedit, ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret.* Idem fecit Cato Vticensis apud Plutarchum cum sellam suam medism inter se, & Scipionem Iuba poni iussisset. Sueton. in Calig. cap. 22. *Consistens sæpe inter fratres Deos medium se adorandum adeuntibus præbebat.* Ouid. el. 16. lib. 2. Amor.

Non ego si medius Polluce & Castore ponar,
In cœli sine te parte fuisse velim.

LYGDAMVS *ad cyathos; vtriq; æstiua supellex.*]
C pro *Vtrique*, Scaliger legit, *Vinique.* adde ad ea quæ profert de vitreis vasis Martial. epigr. 94. 112. 115. lib. 14. Sanè τὸ *Vtrique*, huic loco non conuenit, cum tres sint. *Lygdamus ad cyathos*, à poculis; pocillator; οἰνοχόος; *minister falerni*, Catullo. Sic *Ad vaculum pastor*, sup. Iuuen. sat. 15.

Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis vxor
Ad cyathos. Horat. oda 29. lib. 1.
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur vnctis?

Sueton. in Cæsare cap. 49. *C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse obiecit, cum*
D *ceteris exoletis.* Sic *Ad remum serui* Liuij lib. 34. *Canes ad venandum* Terent. Inde *Cyathissare* Plaut. Menech. *Qui tibi sæpissimè Cyathisso apud nos quando potas.* id est, vinum admetior. *Cyathi pondus* decem drachmarum inquit Isidorus cap. 26. lib. 16. Duo cyathi sextantem efficiebant, vt docet Lipsius in Antiq. lect. è cado in cyathos, & è cyathis in maiora pocula certo numero fundebatur vinum, & miscebatur. Pleni exemplorum Plautus, Horatius, Martialis. vide Budæum lib. 5. de Asse, vbi cyathus dicitur etiam ἀρυστήρ, ἀρυτήρ, ἀρύστιχος, ἀείτυρα, οἰνοχόη, ab fundendo, vel hauriendo.
E *Vtrique æstiua supellex*, subaudi, erat. *Supellex*, quid docent Iurisconsulti l. 1. 6. & 7. de supell. leg. & vnde dicta eodem, l. 7. Supellex autem olim recto casu dicebatur *Supellectilis*, vt ait Festus, & Charis. & Seruius. Supellex de vasis, vt apud Horat. sat. 6. lib. 1.

Cœna ministratur pueris tribus, & lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet, astat Echinus
Vilis, cum patera guttus, Campana supellex.

ET *Methymnæi grata saliua meri*] vet. lib. Scaligeri, *Græca*, vt sit, inquit, οἶνος θαλασσίτης, quod Celso dicitur *vinum salsum Græcum* cap. 6. & 7. lib. 3. Sed tamen, *Grata*, retineri potest è verbis Plinij cap. 1. lib. 23. *Sua cuique vino saliua inno-*

centissima, sua cuique atas gratissima. id est, media. Persius sat. 6.

Nec tenuem sollers tardarum noscere salinam.

id est, *sapores*, inquit Interpres. sic locutus Martial. lib. 14. ep. 113.

—— & melior sit sapor inde mero.

Ego *Graia* eum Palmerio legendum puto. sic eleg. 8. lib. 3.

Dulcior ignis erat Paridi cum Graia per arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre sua.

Methymnai meri. Lesbium vinum significat, de quo eleg. 14. lib. 1. vers. 2. *Methymna* Lesbi insulæ vrbs, Arionis patria, vt Herodotus scribit, Seruius in illud 2. Georg.

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos:

Methymna, inquit, *ciuitas Lesbi habens pretiosissimum vinum.* Ouid. 1. de arte amandi:

Gargara quot segetes, quod habet Methymna racemos.

Strabo lib. 13. *In Lesbo insula Arisba, cuius agrum Methymnæi habent.* De Methymna & Plin. cap. 31. lib. 5.

NILE *tuus tibicen erat, Choralistria Phyllis.*] Ægyptium tibicinem significat; nam per fluuios Poëtæ regiones designant, vt el. 33. lib. 2.

Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit.

Sic de Ægyptio tibicine Iuuenal. sat. 15.

Inde virorum Saltatus nigro tibicine.

Tacit. lib. 14. Ann. *Destinatur reus cognomento Eucerus, natione Alexandrinus, canere tibijs doctus.* Tibicines autem conuiuiis adhiberi solitos notum vel è Plauti Sticho. ipse el. 10. lib. 3.

Tibia nocturnis succumbat rauca choreis.

Scaliger pro, *Nile, tuus*, legit *Niletes*, Νειλείτης, vel *Nilotes*, Νειλώτης. Petronius:

Memphitides puellæ
Sacris Deûm paratæ
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci;

id est, χειρονόμος χερσὶν, inquit Scaliger. Martialis de pueris Ægyptiis:

Nequitiam Tellus scit dare nulla magis.

Choralistria. Turneb. cap. 18. lib. 8. reposuit, *Crotalistria*, quæ crotalis sonat, vt apud Petronium, *Pictaticulatrix, gracilipes, crotalistria*, quia *Crepitante Ciconia rostro*, vt Ouid. loquitur, crotalorum strepitum imitatur, vnde Iuuenal.

Quaque salutato crepitat concordia nido.

Nam olim & nunc quoque ad crotalorum sonitum saltabant. In Copa:

Crispum sub crotalo docta mouere latus.

Sic *Lysistrias* dixit Interpres Iuuenalis de Gaditanis puellis in sat. 11. nisi legēdū sit, *Crotalistrias.* Scaliger in Catal. Crotalum putat ab Apuleio describi his verbis (lib. 11.) *Dextera ferebat æneum crepitaculum, cuius per angustam laminam, in modum balthei recuruatam, traiectæ mediæ pauca virgulæ, crispante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum sonum.* addit Scaliger fieri, & crotalum exscissa arundine. Testulas etiam & ossicula vsum crotali præstare, quæ vocantur *Crumata.* Martial.

Edere lasciuos ad Bætica crumata gestus,
Et Gaditanis ludere docta modis.

vide illic, & in Propertium. Addo. Apol. Apologia priore: *Histrionis vel crotalo ad trieterica orgia.*

A Cic. in Pison. *Neque collega tui cymbala & crotala fugi.* Meminit Aristophanes in Ranis, & in Nebulis. Dicta ἀπὸ τοῦ κρούειν, à quatiendo & pulsando. *Crotalistria*, quæ cum crotalis saltat, vt *Cymbalistria* apud Petron. *Phillis.* rectè Scaliger legit, *Philis.* dictum *Crotalistria Philis*, vt eleg. 6. sup. *Tibia Mygdonijs Cadit.* Philæ insula ad Sienem. Seneca lib. 4. Quæst. Nat. cap. 2. Strabo lib. 1. Ægyptiorum & Æthiopum communem sedem esse ait. & lib. 17. vbi se ait Philas venisse, & spectasse, quæ illic visenda sunt. meminit Plin. cap. 9. lib. 5.

B ET *facilis spargi munda sine arte rosa.*] quæ facile, & sine vllo negotio iacitur, & funditur. *Facilis spargi*, vt el. 11. lib. 1.

Alternæ facilis cedere lympha manu.

Spargere, vt Virg. 6. Æneid. *Purpureos spargam flores.* quod 5. Æneid. *Purpureosque iacit flores.* Horat. ep. 5. lib. 1. *Potare & spargere flores Incipiam.* De rosis conuiuiorum, vtque in rosa potare solerent dictum ad eleg. 5. lib. 3.

Et caput in verna semper habere rosa.

& eleg. 6. sup. *Blanditiaq; fluant per mea colla rosæ.* *Munda rosa*, mundus lautisque conuiuiis apta.
C Horat. oda 5. lib. 1.

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro?
Cui flauam religas comam?
Simplex munditijs, heu quoties fidem,
Mutatosque Deos flebit.

vbi *munditias* dixit de vnguentis & rosis. *Sine arte*, temerè, & sine ordine. vel solutam rosam, non sertam significat.

MIMVS *& ipse suos breuiter concretus in artus*
Iactabat truncas in caua buxa manus.] Beroaldus ex deprauata lectione *Magnus*, correxit *Nanus.* Gell. cap. 7. lib. 16. Notat à Laberio nanum,
D pro pumilione dictum. Idem cap. 13. lib. 19. *Νάνους Græci vocauere breui atque humili corpore homines, paulum supra terram exstantes*; vt hîc *Nanus breuiter concretus in artus suos*, coactus & collectus in sua & exigua membra. *Concrescere*, coalescere, condensari, vt eleg. 5. sup. *Tussim concrescere.* Stat. 1. Sylu. In Cal. Decemb. Saturn.

Hic audax subit ordo pumilorum,
Quos natura breui statu peracto
Nodosum semel in globum ligauit.

Martial. lib. 14. Lemmate, *Pumilio:*

Si solum spectes hominis caput, Hectora credas:
Si stantem videas, Astyanacta putes.

Iuuenal. sat. 8. *Nanum Atlanta vocant.* Sed lib.
E Scaligeri *Curuatus*, & adfert verba Dionysij Longini, quæ videsis apud eum. *Concretus in artus*, vt el. 22. lib. 2. *—— Exiles videor tenuatus in artus.* *Suos*, vacat, vt eleg. penult. lib. 3.

Vinctus eram versas in mea terga manus.

Iactabat manus, frequenter mouebat. Ouid. in epist. Leandri:

Iactabam liquido brachia lenta mari. & 3. fast.
Illic & cantant quidquid didicere theatris
Et iactant faciles ad sua verba manus.

Truncas, curtas, & quasi mutilas ob breuitatem ductum ab arboribus quibus amputati rami, & solus relinquitur truncus. Virg. 11. Æneid.

Telaque trunca viri. id eft, *perfracta*, inquit Seruius. Idem 4. Georg. *Trunca pedum primo*: id eft, carentia pedibus. *Ad caua buxa*, periphrafis tibiæ, & enallage numerorum. Virg. 9. Æneid.

—— Ite per alta
Dindyma: vbi affuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos, buxufque vocat Berecynthia Matris
Idea. & Ouidij 4. Metam.
Concauaque æra (cymbala) *fonant longoque foramine buxus.* & 6. faft. ioquit Pallas:
Prima terebrato per rara foramina buxo
Vt daret, effeci tibia longa fonos.

Hic ergo duo tibicines, Ægyptius & Nanus; aut fcabillum fignificabit. Stat. 7. Theb.

—— & adenfpirata rotare Buxa.

vbi vetus Interpres: *Buxa tibia, vel fcabillum, quod in facris tibicines pede fonare confueuerunt.* Hæc Scaliger. *Caua buxa*, vt Ouid. 6. faft.

Quæritur in fcena caua tibia.

S E D *neque fuppletis conftabat flamma lucernis.*] Flamma eadem non manebat, quæ antea. el. 9. lib. 2. *Non conftat fedus in ira.* Seneca Hippolyto: *Conftat inferno numerus Tyranno.* Ouid. 2. faft. *Flamina non conftant*, iocerti fuot venti. & 3. de arte amandi:

Vt iam decipiant, quid perditis? omnia conftant.
Mille licet fumant, deperit inde nihil.

Omen finiftrum malignæ flammæ. Ouid. 10. Metamorph.

Fax quoque quam tenuit lacrymofo ftridula fumo
Vfque fuit, nullofque inuenit motibus ignes.

De omine à flamma lucernæ dictum eleg. 3. fup. verf. 62. *Suppletis lucernis*, oleo fuffufo. Petronius: *Iam & triclıniarches experrectus lucernis occidentibus oleum infuderat.* Eadem pagioa. *Lucernæ quoque humore defectæ tenue & extremum lumen fpargebant.* Lucernas autem veteres non exftinguebaot, fed finebaot languefcere: Plutarch. Sympof. quæft. 4. & Romaicis, quæft. 75. *Supplere*, vt Virg eclog. 7. *Supplere gregem.* & 3. Æneid. *Remigium fupplet.* & Sueton. *Supplere fenatum.* Nota vox Anaxagoræ apud Plutarch. in Pericle: ὦ Περίκλεις, καὶ οἱ τῷ λύχνῳ χρείαν ἔχοντες, ἔλαιον ἐπιχέουσι.

D E C I D I T *inque fuos menfa fupina pedes.*] vt lucernæ infelix omen cum eaftingueretur, fic & menfæ cum caderet. quemadmodum migrare menfa infauftum Fefto & Virgilio, & Plutarcho tollere menfam inanem. vide notata ad illud Catulli.

Surgere iam tempus, iam pingues linquere menfas.

Supina menfa, inoerfa iacens. Proni cadimus in faciem, fupini contra cœlum fpectamus, vnde eleg. 20. lib. 2. *Supina ofcula. Decidit*, fua fpoote non propulfa. vt eleg. 8. lib. 2. verf. 3. vide Feftum in *Caduca aufpicia. In fuos pedes.* vt eleg. 6. lib 3. Pedes lecti; fic pedes meofæ. Horat. fat. 3. lib. 1. *Modo fit mihi menfa tripes.* Ouid. 8. Met.

Menfa fed erat pes tertius Impar.

& 12. Metamorph.

Hunc pede conuulfo menfa Pellæus acernæ
Strauit humi. *Menfa bipes* Martial. lib. 12. ep. 29. Erant & *monopodia* Liuio lib. 29. & Plin. cap. 3. lib. 34.

M E *quoque per talos Venerem quærente fecundos.*]

A Per felicem talorum iactum, vt eleg. 10. lib. 3. *Secunda flamma.* Talos in conuiuio iaciebant, vt notum ex Curcolione Plauti, & Afinaria; vode iocus in eiufdem milite fc. 2. act. 2. *Atque ideo vt ne fraudem legi faciam talaria, Accuratote vt fine talis agitent conuiuium.* In Copa:

Pone merum & talos, pereat qui craftina curat.

Talis enim regem fortiebantur. Horat. oda 4. lib. 1. *Nec regna vini fortiere talis.* Idque Veneris iactu contingebat. idem Horat. oda 7. lib. 2.

Quem Venus arbitrum Dicet bibendi.

Cicero 1. de Diuio. *Quatuor tali iacti cafu venereum* (iactum) *efficiunt. num etiam centum Venereos, fi quadringentos ieceris, cafu futuros putas?* Plaut. B Afin fc. 2. act. 5. *Hoc Venerium eft; pueri plaudite.* Sueton. in Auguft. cap. 71. *Talis iactis, vt quifque canem, aut fenionem miferat, in fingulos talos, fingulos denarios in medium conferebat, quos tollebat vniuerfos, qui Venerem iecerat.* Plutarch. io Catone Cenforio: Ἐν δὲ ταῖς δίαιταις ἐκλήρουν ἀεὶ τῶν μερίδων. εἰ δὲ ἀπολάχοι ποτὲ τῶν αἱρεῖν τὴν φίλων κελευόντων, ἔλεγε μὴ καλῶς ἔχειν ἀκούοντος τῆς Ἀφροδίτης. videtur idem effe *Bafilicus iactus* in Curculiooe Plauti. Iactus talorum, Canis, Seoio, Chius, vulturij, Venus. Sic apud Græcos τρὶς ἕξ βάλλειν, C feliciffimus iactus. Turneb. cap. 6. lib. 8. de talis quædam & Venere: non ad hunc locum. Tunc autem videtur Veneris iactus fuiffe, cum omnium talorum diffimilis erat figura. Martial. lib. 14. ep. 14.

Cum fteterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediffe tibi.

Porphyrio ad Horatij odam 7. lib. 2. *Venerium*, ait, *iactum in talis fummum numerum habere.* Citat Beroaldus hæc ea Arift. lib. 2. de Hift. Anim. *Omnia quibus datus eft talus, cruribus eum pofterioribus, contineat ita, vt erectus inde, fuffragine parte fui prona, foras fupina, introrfum fpectet, quæ Vene-* D *res vocantur; intus aduerfa fibi pofitæ fint, quæ Canes foris, quæ antennæ fupra habeantur. Hic talorum omnium fitus eft.*

S E M P E R *damnofi fubfiluere canes.*] & *femper damnofi*, & *femper fubfiluere*, id eft, io omoi iactu. *Damnofi*, qui pecuoia multaot, & damno afficiunt ludentes. fic eleg. 5. fup.

Cedant damnofa iura pudicitia.

Qui canem iecerat nihil tollebat, fed aliquid conferebat: Sueton. in Auguft. cap. 71. vnde *damnofos* vocat. Sic Ouid. 2. de arte:

Seu iacies talos, victam non pœna fequatur,
Damnofi, facito ftent tibi fæpe canes.

E & eleg. 1. lib. 2. Trift.

Quid valeant tali; quo poffis plurima iactu
Figere, damnofos effugiafque canes.

Perfius fat. 3.

Scire erat in voto damnofa canicula quantum
Raderet. Mart. epigr. 1. lib. 13.
Senio nec noftrum cum cane quaffat ebur.

Subfiluere, emicuere, furfum faliere Lucretius lib. 2.

Nec cum fubfiliunt ignes ad tecta domorum.

Plaut. Curcol. fc. 2. act. 1. *Fite mea cauffa ludij barbari: fubfilite obfecro* (peffuli.) Inde fubfultare Plauto Capt. fc. 4. act. 5. *Tu fubfultas, ego vix mifer afto præ formidine. Subfulue*, vt el. 17. lib. 3.

Destituisse in vada. Beroaldus emendat, *Subsiliere.*

CANTABANT *surdo, nudabant pectora caeco.*] Prooerbium, vt eleg. 20. lib. 2.

De te quodcumque ad surdas mihi dicitur aures.

Virg. eclog. 10. *Non canimus surdis.* Æschylus κωφῷ λέγει. Terent. *Haut. Atque ille haud scit quam surdo narret fabulam.* Horat. ep. 1. lib. 2.

Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo.

eleg. 5. sup. paulo aliter. *Omnia surda tacent.* Nudare pectus, & mamillas meretricium est. eleg. 22. lib. 2. *Candida non tecto pectore si qua sedet.* & eleg. 15. lib. 2.

Nam modo nudatis mecum est luctata papillis.

Alterum prouerbium : *Caeco ostendere.* vtrumque complexus Ouidius el. 6. lib. 3. Amor.

Quid iuuat ad surdas si cantet Phemius aures?
Quid miserum Thamyram picta tabella iuuat?

De Cæco vide prouerbium : ἀναθεωρεῖν. *Caeca speculatio.* & τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. *Caecus caeco dux.*

LANVVII *ad portas, hei mihi, solus eram.*] Fortasse simplex & honesta sententia, Cum essem ad portas Lanuuij frequentissimi oppidi, mihi tamen solus videbar : vel cum essem Lanuuij, quod pene ad portas vrbis Romæ est, videbar tamen esse in solitudine. sic dictum *Ad portas*, vt apud Cic. 1. Philipp. *Annibal erat ad portas.* Sed eruditis placet obscœnum esse sensum, quia & *Lanuuium* ipsum est & in obscœnis, & *porta* etiam apud Catull. *Quem attractu pedibus, patente porta.* Lanuuij autem erant coloni, vt Cliterniæ, vnde Cicero ep. 22. lib. 9. *Honesta coles Lanuuini; Cliternini non honesti.* & ep. 9. lib. 15. ad Attic. (in vulgatis libris est illa ep. 5.) *Lacedæmonem Lanuuium existimaui.* nam Lacedæmon male audiebat, & λακωνίζειν. Hesychio est παιδικοῖς χρῆσθαι; & Λακωνικὸς τρόπος, τὸ παιδεύειν, & παιδεραστεῖν, ἢ παρέχειν ἑαυτὸν εἰς ἔκλυσιν. Plaut. Trocul. sc. 2. act. 2. *Lanuuine hic sunt quas habes victorias?* verba sunt serui Strabacis Astaphium ancillam contrectantis, qua parte mulier erat. Lanouium autem opinor ex pars vocata est ob pudendorum lanuginem; vnde *Pubem* vocant. Sic *Clazomenas*, quod omen oppidi, pro natibus posuit Ausonius:

Et teris incusas pumice Clazomenas.

ἀπὸ τοῦ κλάζεσθαι. id est, frangi & diuidi. Turneb. cap. 7. lib. 23. obscœnam hic partem ait significari, velut quodam lanitio, aut lanugine hirtam. nec quidquam adfert. Festus in *Nefrendes. Sunt qui nefrendes testiculos dici putent, quos Lanuuini appellant Nebrundines.* Sic Lanouiæ in Trucolento obscœnè, & in Lexico M. S. *Galatia. Hei mihi*, piget pudetque. el. 1. sup.

Hei mihi quam nostro paruus in ore sonus.

Quod legitur, *Heu mihi*, sic sæpe Plautus, vt in milite, & Mercatore. *Solus eram.* Desiderio scilicet Cynthiæ. ex opinione dictum, vt apud Virg. 4. Æneid.

Sola domo mæret vacua. Plaut. Amphit. *Sola nunc mihi videor, quoniam ille hinc abest.* Ipse eleg. 13. lib. 1.

Quod abrepto solus amore vacem.

Sic Cicero lib. 12. ep. ad Attic. *Quamuis multi sint, magis tamen ero solus, quam si tu vnus esses:* &

A 8. fam. ep. 6. Virg. eclog. 10.

Alpinas, ah dura, niues & frigora Rheni
Me sine sola vides.

CVM *subito rauci sonuerunt cardine postes.*] *Rauci postes*, ianua quæ cum rauco sonito aperitur, vel est hypallage, pro, Raucus cardo sonuit postibus. nam æreus cardo, raucus, vt *Rauca cymbala* eleg. 17. lib. 3. Virg. 2. Æneid.

Rauco quod protinus aere repulsum.

Querulas fores vocauit. Ouid. 3. fast.

Sub verbum querulas impulit aura fores.

Raucescimus enim querela, vt not. ad eleg. 16. lib. 1. Virg. 1. Æneid.

B *——foribus cardo stridebat ahenis.*

Plaut. Curc. sc. 3. act. 1. *Sonitum prohibe forium, & strepitum cardinum.* *Sonuerunt cardine*, sonitum ediderunt ob cardinem ipsum æneum, ideoque raucum, vbi vertitur. sic Stat. 1. Sylu. in Epithal. Stellæ & Violantillæ:

Vnde sacro Latij sonuerunt carmine montes.

Tiboll. eleg. 2. lib. 1.

Ianua iam pateas vni mihi victa querelis;
Nec furtim verso cardine aperta sones.

Cardine, vt contra eleg. 16. lib. 1.

Tu sola humanos nunquam miserata dolores
Respondes tacitis mutua cardinibus.

C Cardo, στροφεύς; Suidæ. στρόφιγξ, στροφεὺς Polluci. *Le gond, & le piuot d'vn huys. Postes* sunt qui vtrimque stantes sustinent limen superum, & iunguntur infero, quibusque suffixa ianua. nam ostium duobus artectariis tigillis suffixum. Postibus seræ affixæ erant. vt ait Festus in *Adserere* vnde Ouidius dixit: *Excute poste seram.* Coniungit postes cum cardine, vt Virg. 2. Æn.

Postesque à cardine vellit. Ibid.

Emoti procumbunt cardine postes.

Isidor. cap. 7. lib. 15. *Postes & Antes, quasi post & ante stantes, & quod post ostium postes sient.*

D ET *leuis ad primos murmura facta Lares.*] id est, Strepitus exiguus auditus in primo limine ædium. Ouid. 5. fast.

Atque hac exiguo murmure verba loqui.

Facere murmur, murmurare, vt facere mu, mutire Lucillo, & facere turbam Terent. Eunueb. bis. *Leuia murmura*, quia sunt & grauia murmura eleg. 4. sup. *Fera murmura.* vide illic. *Ad primos Lares*, ad primam partem ædium, vt eleg. prox. sup. vers. 21. *Primo temone. Ad Lares*, vt sup. *Ad portas. Lares*, domus eleg. 3. sup. vers. 56.

E NEC *mora cum totas resupinat Cynthia valuas.*] id est, ac statim cum Cynthia eoertit & prosternit valuas, ita vt supinæ iacerent, è digitis elapsa sunt pocula mihi pertorbato. *Resupinat valuas*, vt supr. hic vers. 16. *Mensa supina.* Resupinus, idem quod supinus. Virgilius 1. Æneid.

Currque haeret resupinus inani.

Resupinare; etiam peruertere Nonio interprete. Attius Antigona. *Quid agis? perturbas rem omnem, ac resupinas, soror.* Iuuenal. obscœnè sat. 3.

Horum si nihil est, auiam resupinat amici.

& sat. 8.

Et resupinati cessantia tympana Galli.

Valuas totas, vt infra: *Totas lacernas*, & *Toto toro*. *Valuæ*, inquit Seruius in 1. Æneid. ex Varrone, *quæ in se reuoluuntur, & se velant; fores, quæ foras aperiuntur.*

NON *operosa comis, sed furibunda decens.*] non operosè compta. magnæ multæque operæ muliebres comæ. nam *dum moliuntur, dum comuntur annus est.* *Sed furibunda*, furentis in morem, vt eleg. 8. lib. 3.

Cum furibunda mero mensam propellis.

Nam Cynthia molliter irasci non solebat el. 5. lib. 1. Furor tamen ille eam decebat. Formosior videbatur insana. Ouid. 7. Met.

——Tu collige qualis in illa,
Phoce, decor fuerit, quam sic dolor ipse decebat.

POCVLA *mi digitos inter recidere remissos.*] vt el. 4. sup. *Interque oblitas excidit vrna manus.* *Pocula.* calices vitreos intelligit. sup. *Vtrique aspena supellex.* Varro 5. de ling. Lat. à πίνω, potio, vnde poculum. *Cecidere inter digitos remissos*, vt Ouid. 4. Metam.

——pauet illa, metuque
Et colus, & fusus digitis cecidere remissis.

Quia soluuntur frigore (timoris) membra. *Remissi digiti*, vt mox, *Soluta labra.* sic *Mons festo remissus* el. 4. sup. vers. 83. Tibull. el. 3. lib. 1.

Paulatim somno fessa remittat opus.

Ouid. 3. fast.

Desinit in lacrymis, inceptaque fila remisit.

PALVERANTQVE *ipso labra soluta mero.*] Aut est enallage temporum, *Cecidere, palluerant*, aut legendum *Palluerunt*, vt *exciderunt* eleg. 7. sup. vers. 15. *Labra soluta*, remissa, lãguida: vino enim, vt & somno soluimur. Ouid. 2. fast.

Vtque videt comites vino somnoque solutos.

Donat. in Eunuch. *Labra sunt superiora: Labia inferiora; & Labia sunt maiora, vnde Labiones; Labra vero sunt asinorum.* Verrius Flaccus apud Charis. lib. 1. *Modica labra, labia immodica, & inde labiones.* sunt & *labra* vasa, & margines aquarum dicta labra à lauando. Isidor. lib. 11. *Labra à lambendo, & superius labium, inferius labrum: Alij virorum labra, mulierum labia dicunt.* Sed Seruius in eclog. 2. ineptissimam ait esse illam discretionem. *Palluerant ipso mero*, vi ipsius meri, etiam sine metu iam palluerant. Plin. cap. vlt. lib. 14. de ebrietate. *Hinc pallor, pendulæ genæ, tremulæ manus, effundentes plena vasa.*

FVLMINAT *illa oculis, & quantum fœmina sæuit.*] *Fulminat*, pro fulgurat videtur dixisse, vt sæpe fulgura, pro fulminibus: nam & fulmen à fulgeo, vt à luceo, lumen. Ouid. tamen eleg. 8. lib. 1. Amor.

Suspicor, & fama est: oculis quoque pupula duplex
Fulminat & geminum lumen ab ore venit.

Aurelius Victor in Augusto. *A cuius facie dum quidam miles auerteret, & interrogaretur cur ita faceret, respondit: quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum.* De oculis Cynthiæ eleg. 3. lib. 2.

Non oculi geminæ, sidera nostra, faces.

vbi vide adnot. *Fulminat oculis*, quia iratis micant, & ardent oculi. Lucret. lib. 3.

Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira
Cum feruescit & ex oculis micat acribus ignis.

Virg. 12. Æneid.

——Totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt; oculis micat acribus ignis.

Iliad. 13. περὶ δ' ὄσσε δεδήει. Igne autem oculi ardebant. *Oculorum ardor imperatorius.* Cicer. pro C. Balbo. De C. Mario & Plutarch. *Quantum fœmina*, (subaudi sæuire potest) *sæuit.* id est, irascitur, tumultuatur & sæuitiam exercet pro mulierum viribus.

SPACTACLVM *capta nec minus vrbe fuit.*] non minus horrenda facies rei, quam vrbis captæ. Prouerbialis hyperbole, *Vt in vrbe capta.* Catull. *Quid facerent hostes capta crudelius vrbe?* Virg. 2. Æneid.

Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?

& 4. Æneid.

Non aliter quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago. Ouid. el. 3. lib. 1. Trist.
Si licet exemplis in paruis grandibus vti,
Hæc facies Troiæ cum caperetur erat.

Idem in ep. Hermionæ:

Quid grauius capta Lacedæmone serua tulissem?

Sallustius Catilin. *Capta vrbe nihil fit reliqui victis*, &c. vide ibid. in oratione Cæsaris & Catonis. Liuius lib. 37. *Haud secus quam in incendio, aut in vrbe capta trepidatur.* Homer. lib. 9. Iliad.

——Οἱ κατέλεξεν ἅπαντα
Κήδε' ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ.
Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει.
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

vide eundem lib. 22. Iliad. de luctu Troianorum in morte Hectoris.

PHYLLIDOS *iratos in vultum conijcit ignes.*] Alij libri, *Vngues.* id est, *Phyllidis os & faciem vnguibus appetit, vt iratæ solent.* τὸ *Ignes*, mauult Scaliger, quia sequitur, *Clamat aquas.* præterea quod dixerit eleg. 8. lib. 3.

Tu minitare oculos subiecta exurere flamma.

Sed ineptè dicerentur, *Irati ignes.* Quare malo, *vngues.* nam ita dixit eleg. vlt. lib. 3.

Nec tamen irata ianua fracta manu.

& eleg. 6. lib. 1.

Insanis ora notet manibus.

& eleg. 15. lib. 3.

Molliáque immites fixit in ora manus.

Iratos vngues, insanam manum: nam *Ira furor breuis est.* *Iratos*, pro sæuos, vt contra *sæuire*, pro irasci. & *conijcit*, tanquam telum. Nam vngues & dentes arma sunt muliebria. Martial. ep. 85. libr. 11.

Non iracundis fecit (hoc) *grauis vnguibus vxor.*

TERRITA *vicinas Theia clamat aquas.*] metu percussa poscit cum clamore, vt in incendio, *Aquam Aquam.* sic *Clamasset nomen* eleg. 17. lib. 1. cum clamore vocasset. Apuleius lib. 3. *Trepido etiã rumore viciniæ conclamãtis Latrones, profugit territus.* vbi *Conclamare Latrones*, vt hic *Clamare aquas.* Item: *Vicinia*, vt hîc *Vicinas*, & *Territus*, vt hîc *Territa.* Fab. decl. 12. Pro ciuibus contra legatum: *Vt Arma bello, vt Aquam incendio inclamare publicè solent.* Sed & exclamabant Aqua reperta diu quæsita, *Aqua, Aqua.* Stat. 4. Theb.

Ibi exsultans conclamat ab agmine primus,
Sicut erat leuibus tollens vexilla maniplis,
Argus, Aqua, longúsque virûm super ora cucurrit
Clamor, Aqua. Sic in Conuiuio, sed sine

tumulto, poſcebant, *Aquam manibus*; *Aquam pedibus*. *Vicinas*, ambiguè aut ipſam viciniam ſubſtantiuo oomine; aut *Vicinas Aquas*, Eſquilinas fortaſſe, vt *Vicina ſaxa Iouis* eleg.4. ſup. ſigoificat autem id qood dixit eleg 3. lib.3.

N. *Inrugque canes ebria ſigna fugæ.*

Clamat cum gemino accuſatiuo, vt *Pacem te poſcimus omnes.*

LVMINA *ſopitos turbant elata Quirites.*] An ſignificat illos ignes cooiectos io vultum Phyllidis? An lucernam, cuius meminit ſupra, extra ædes latam in viam? An vicinos extuliſſe faces, vt videreor quid, & vbi turbaretur? ſic eleg. 1. ſup. *Sub noctem porrigit ignes.* vide illic adnot. Ao leg. *Allata*, vel, *Illata*? Ouid.2.Faſt.

Fit ſonus, & comites inclamat, lumina poſcit
Mæonis; illatis ignibus acta patent.

Q. Curtius lib.8. *Itaque apertis foribus, & lumine illato ſopitum mero ac ſomno excitant regem.* vbi *ſopitum*, vt hîc *ſopitos*; & *excitant*, vt hîc *turbant*. Ennius apud Cic.1. de diuin.

Excita cum tremulis anus attulit artubu' lumen.

Turbant, excitant cum tumultu. *Turbant*, qoia moleſtom eſt abrumpi ſomoos. eleg.3. lib.1.

Nec tamen auſus eram dominæ turbare quietem.

Sopitos, ſomno ſepoltos. eleg.26. lib.2.

Vnum littus erit ſopitis. Sopiti ſunt ſine ſenſu ad tempus. vnde Liuius lib.42. *Sopitum humerum*, vulgo, *Endormi*. *Quirites*, ciues. ergo Romæ ea rixa non Ariciæ, aut Lanuuij: Sed & Aricini & Lanouini, Quirites, quia municipes. De Quiritibus, vide el.1. ſup. verſ.13.

OMNIS *& inſana ſemita nocte ſonat.*] Sunt in vrbe, vt in agris, & viæ, & ſemitæ; vode *de via & de ſemita decedere.* Aut ſemita, pro via, vt infra verſ.3. Nam quod dixit eleg.11. lib.1.

Qua iacet Herculeis ſemita littoribus.

eleg.18. lib.3. *Et ſonat Herculeo ſtructa labore via.* *Omnis ſemita*, vt Virg.4. Æo. *Opere omnis ſemita feruet.* Quid eſt, *Nocte inſana*? An tumultuoſa? An in qua inſani per vrbem diſcurrebant? An vt eleg.7. lib.3. *Nox improba*? Sed legeodom puto, *Inſana voce*, vt eleg.8. lib.3.

Vocis & inſanæ tot maledicta tuæ.

Ooidius id nos docet io epiſt. Canaces:

Eripit infantem, mentitaque ſacra reuelat
Aeolus, inſana regia voce ſonat.

Scriptum fuerat *noce*, pro *voce*, vnde factum, *Nocte*.

ILLAS *direptiſque comis, tuniciſque ſolutis*
Excipit obſcuræ prima taberna viæ.]

Prima taberna viæ obſcuræ, quæ prima oblata eſt in via obſcura, quia noctu ea rixa fuit. vnde lucernarũ mentio ſupra, & luminom elatorum. *Excipit illas*, admittit fugientes; verbum hoſpitalitatis. Virg.4. Æneid. *Eiectum littore, egentem Excepi.* & 5. Æoeid.

Gratatur reduces, & gaza lætus agreſti Excipit.

& 7. Æneid.

Nec gremio Auſonios Troiam excepiſſe iuuabit.

Direptis comis, diſcerptis, vt eleg.7. ſup. *Verba dicipuere noti.* ſic eleg.5. lib.2.

Nec tibi connexos iratus carpere crines.

An legendum, *diruptis*? *Tunicis ſolutis.* diſcinctas eas ſignificat à Cynthia, quod turpe habe-

A batur. Albin. in obitum Mec.

Inuide quid tandem tunicæ nocuere ſolutæ. Inter ignominias militares fuit diſcinctos ſodere, ceteris ſpectantibus: Plutarch. in Lucullo. Sueton. in Aug. cap.24. & Corn. Tacit.11. Aon. docet accioctum militem ſodere vallum oportuiſſe. De *Tunica* quid & vnde, virili & muliebri, vide adnot. ad eleg.2. ſup.

Demiſſis inſtitor in tunicis.

CYNTHIA *in exſuuiis gaudet, victrixque recurrit.*] τὸ *In*, vacat. Terent. Adelph. act.1. ſc.1. *In eo me oblecto.* vide adnot. ad illud el.4. lib.2. *Gaudeat in puero Victrixque recurrit*, curſim ad me

B reuertitur fugatis hoſtibus, & male multatis, vel voti compos, vt el.13. lib.3. *Ardent victrices.*

ET *mea peruerſa ſauciat ora manu.*] Mala & improba maou grauiſſimè vulnerat. Ouid.3. de arte amandi: *Indignas ſauciat vngue genas.* Salluſt. lib.2. hiſt. apud Nonium. *Ita vt Metellus ictu tragulæ ſauciaretur.* vtitur Cicero ſauciandi verbo. *Manu peruerſa*, improba, ſæoa. vt Auſon.

Verſat manus improba furtum. Virg.7. Æneid.

Contra fata Deum peruerſo numine poſcũt (bellum.) id eſt, irato & iniquo. Plaut. in Menech. *Peruorſus dies.* Cic. 1. de Nat. Deor. *Peruorſiſſimi oculi*,

C vt ſit peruerſitas, prauitas membrorum. Sueton. in Auguſt. cap.62. *Pertæſus peruerſitatem morum.*

IMPONITQVE *notam collo, morſuque cruentat*] Dictum *Imponere notam*, vt Cic. pro Sextio: *Plagam mortiferam reip. imponere.* Idem lib.1. & 5. ad Attic. *Imponere vulnus prouinciæ.* & Verr 6. *Imponere iniurias. & contumelias*, & pro Quintio. Petroo. *Placuit vtriſque quadringenas plagas imponi.* Lucillios apud Nonium: *Cui ſæpe impoſuit mille plagarum in diem.* geſtantor collo ootæ; ergo impoountur, vt onera moleſta. Horat. dixit *Imprimere notam.* Tibull. *In collo figere dente notas.*

D Ipſe eleg.3. ſop. verſ.26. *Dentibus dare notas per colla.* *Morſuque cruentat*, ita mordet, vt cruor conſequator. Ipſe eleg.5. ſup.

Semper habe morſus circa tua colla recentes.

Plutarch. in Alcib. *Mordes vt feminæ.* Plaut. Curc. ſc.1. act.5. *Manum arripuit mordicus. Apage hanc caniculam.* *Morſu cruentat*, vt Horat. ep.14. lib.1. *Morſuque venenat*, id eſt impreſſo dente.

PRÆCIPVEQVE *oculos, qui meruere, ferit.*] Ante omnia eam partem mei appetit, qua maximè peccatum eſt. vode Iocus Martialis ep. 43. libr.3.

Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho?
Non hac peccatum eſt parte, marite, tibi.
E *Stulte quid egiſti? nihil hic tua perdidit vxor:*
Cum ſit ſalua tibi mentula Deiphobi.

Auſon. ep.15.

Pergame, non rectè punitus, frontè ſubiſti
Supplicium, lenta quod meruere manus.
At tu qui Dominus, peccantia membra coërce.
Iniuſtum falſos excruciare reos.
Aut inſcribe iſtam, quæ non vult ſcribere dextram:
Aut profugos ferri pondere necte pedes.

Ferit oculos: quia illam partem vlciſcebatur. Plaut. Aſin. ſub finem. *In oculos inuade optimum eſt.* Tiboll. eleg.6. lib.1. *Oculos appetat illa meos.* Terent. Euouch. act.4. ſc.3. *Vt ego vnguibus facile*

illi in oculos inuolem venefico. Cicero in Orat. de suppliciis: *Proximus lictor conuerso bacillo oculos misero tundere vehementissimè cœpit.* Q. Curtius lib. 6. *Hastis os oculosque euerberare.* de Philotæ tormentis. Seneca ep.72. *In oculos mihi manus intentat ille.* *Oclisferia* verbum Senecæ ep. 33. de iis quæ in taberna in oculos incurrunt, & eos monent. Oculi autem præcipuè meruere; nam el. 32. lib.2. dixit:

Qui videt, is peccat: qui non te viderit ergo
Non cupiet, facti crimina lumen habet.

ATQVA *vbi iam nostras lassauit brachia plagis.*] Postquam defessa est verberando. Ouid. 4. Fast.

Sedula fune viri contento brachia lassant.

& 3. de Ponto.

Mitius ille perit subita qui mergitur vnda,
Quam sua qui tumidis brachia lassat aquis.

Apul. lib.7. in fine. *Tunc de brachiorum suorum cita fatigatione conquesta, procurrit ad focum.* *Plagis.* Donat. in Phorm. *Plectar feriar. vnde plectrum & plaga.* Nonius; *plaga, vulnera.* Item, *verbera.* πληγὴ Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ πλήσσω.

LYGDAMVS *ad plutei fulcra sinistra iacens*
Exuitur, Geniumque meum prostratus adorat.]

Exuitur, tunicas ponere iubetur, vt nudus cædatur. Cato apud Gell. cap.3. lib.10. *Iussit vestimenta detrahi, atque flagro cædi.* Ouid. el.6. libr.1. Amor.

Certe ego cum posita stares ad verbera veste,
Ad dominam pro te verba tremente tuli.

Idem in ep. Acontij.

Vtque solent famuli, cum verbera sæua verentur,
Tendere submissas ad tua crura manus.

Plaut. Persa act.3. sc.1. *Herus si minatus est malum seruo suo, tametsi id futurum non est, vbi captum est flagrum, dum tunicas ponit quanta afflictus est miseria.* Iuuenal. sat.6.

Perit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas.

Iacens, prostratus, vt el.6. lib.3.

Scriniaque ad lecti clausa iacere pedes.

Sed alij libri, *Latens eruitur,* quod & ipsum rectum est. Eruuntur enim latentia & defossa. Vatinius Ciceroni ep.4. & ep.10. lib.5. ad fam. *Tibi illum inde aliquando eruam.* (fugitiuum è latebris.) Varro 5. de ling. Lat. *Quæ obruta vetustate, vt potero, eruere conabor.* Horat. ep.1. lib.2.

Obscurata diu populo bonus eruet, atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum.

Cicero 1. in Rullum: *Indagare, inuenire, eruere è tenebris.* & pro Murena: *Eruere memoriam ex vetustate annalium.* Sueton. in Galba cap.9. *Carmina ex penetrali eruere.* *Ad fulcra plutei,* quæ pluteum sustinent, vt eleg.7. sup. *Fulcrum lecti* dixit. Vet. gloss. *Fulcrum,* ὑποστήριγμα. *Sinistra,* pro ratione loci aut situs, vt eleg.1. sup. *Cancri terga sinistra.* An eam partem intelligit, quæ hæret interiori spondæ lecti, vulgo, *En la ruelle du lict.* Festus: *Plutei, crates corio crudo intentæ, quæ solebant apponi militibus opus facientibus, & appellabantur militares. nunc etiam tabulæ, quibus quid præsepitur eodem nomine dicuntur.* Vet. gloss. *Pluteus,* προσθήκημα (additamentum) ἀνάκλιτον (reclinatorium, lectus discubitorius) θυμέλη σκηνῆς (scenæ pars, vel tabulatum nauis) ἐγγώνιον τετράγωνον (quadrilatera tabulata triclinij.) etiam Martialis τὸ ἀνάκλιτον τοῦ κλίνης vocat. vulgo, *le dossier,* libr.3. ep. 49. *Namque puer pluteo vindice tutus erat.*

Aliæ glossæ. Pluteum γυψωτικόν (quod è gypso formatum.) hæc Scaliger ad Festum Isidor. cap. 11. lib.18. *Plutei sunt crates corio crudo intexta* (legendum *Intentæ* ex Festo) *quæ in opere faciendo hosti obiiciuntur.* Sunt ergo plutei militares, plutei nauales, scenici, librarij, & lectorum, vt hîc & supra in versu Martialis, & apud Sueton. in Calig. cap.26. *Cœnanti modo ad pluteum* (lecti,) *modo ad pedes stare succinctos* (Senatores) *linteo passus est.* Meminit pluteorum Vitruuius cap.4. lib.4. & cap.1. lib.5. *Iacens prostratus adorat,* vt

B Lucret. lib.5.

Nec procumbere humi prostratum, & tendere palmas
Ante Deûm delubra. quod *Aduolui* dixit el. 17. lib.3. vers.1. *Prosterni ad pedes* Cic. 2. Philipp. & *Prosternere se, & supplicare* pro Plancio. *Adorat Genium,* veneratur, mihi per Genium meum supplicat. *Adoro,* per se est oro, & suppliciter peto, quæsoque, vt not. ad eleg.4. sup.

Maneat sic semper adoro. Orare autem solebant per Genium; Stat.2. Sylu. in Abscantij pietate.

——— *Dum cunctis supplex aduolueris aris*
Et mitem Genium Domini præsentis adoras.

C Tiboll. eleg.4. lib.4.

Perque tuos oculos, per Geniumque rogo.

Horat. ep.7. lib.1.

Quod te per Genium, dextramque Deosque Penates
Obsecro & obtestor. & *Per Genium Cæsaris iurare* Vlp. in *L. Si duo. §. vlt. de iureiur.* Tertull. in Apologetico cap. 28. Item in libro ad Scapulam. & Minutius felix in Octauo Sueton. in Calig. cap.27. Dio lib.57. Apul. libr.9. *Genium,* inquit Festus, *appellabant Deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum* (sic legendum.) *Aufustius: Genius,* inquit., *est Deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur. Et propterea Genius meus nominatur, quia me genuit. Alij,* inquit, *Genium esse putarunt vniuscuiusque loci Deum.* Charis. l.1. *Genius* ὁ τῆς τύχης. Nonius: *Genius, generis* (*Deus*) Laberius imagine: *Genius generis nostri parens.* Id quid sit explicat in ep.2. lib.2. Horatius:

Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in vnum-
Quodque caput. Isidor. lib.8. *Genius, quod quasi vim habeat omnium rerum gignendarum; vel à gignendis liberis.* vnde *Geniales lecti.* Seru. ad illud 1. Georg. *Inuitat genialis hyems.* *Genium veteres dixere naturalem Deum cuiusque vel loci, vel rei, vel hominis.* Idem ad illud 6. Æneid.

Quisque suos patimur Manes. *Cum nascimur, duos Genios sortimur, vnum qui ad bona hortatur; alterum qui ad mala.* Censorinus cap.3. de die natali, plurima de Genio collegit. vide D. Augustin. lib.7. de Ciuit. Dei. & Plutarch. problem. & Lilium Gyraldum.

LYGDAME *nil potui, tecum ego captus eram.*] Nulla tum mea gratia fuit, aut valuit pro te, cum nec pro me valuerit. Simile est illud eleg. 5. libr. 1.

Non ego tunc potero solatia ferre roganti
Cum mihi nulla mei sit medicina mali.

Aliter Terent. Eunuch. *Nihil potesse.* Contra

Virg. 6. Æneid. Potes namque omnia. Captus, & deprahensus & redactus in Cynthiæ potestatem. Cœlius Ciceroni ep. 2. lib. 8. fam. Obstupui & mihi visus sum captus esse.

SVPPLICIBVS palmis tum demum ad fœdera veni.] eodem sensu el. 9. lib. 1.

Ecce iacet, supplexque venis ad iura puellæ.

Tum demum, ægrè ac vix tandem, vix denique, nam demum signum est tarditatis, vt eleg. penult. libr. 3.

Nunc demum vasto fessi resipiscimus æstu.

Veni ad fœdera, vltro petij condiciones pacis, quamuis iniquas. Veni, vt victus ad victorem accedit orans pacem. Virg. 4. Æneid.

Aut hac in fœdera veni. Sic Ouid. in ep. Phædræ. In socias leges vltima gentis eo.

Virg. 12. Æneid. Aeterna in fœdera mittent.

Supplicibus palmis, Virg. 12. Æneid. dixit, Precante dextra. sic el. 20. lib. 2.

Nec tu supplicibus me sis venerata tabellis.

CVM vix tangendos præbuit illa pedes.] Superbum istuc præbere pedes tangendos, vt rem sacram. Ouid. in ep. Paridis.

Nunc mihi nil superest, nisi te formosa precari,
Amplectique tuos, si patiare, pedes.

& 2. de arte amandi:

Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellæ,
Turpe nec ad teneros oscula ferre pedes.

& in ep. Acontij:

Vtque solent famuli, cum verbera sæua verentur
Tendere submissas ad tua crura manus.

Mos satisfacientium Sueton. in Tiber. cap. 27. Consularem vero satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit, vt caderet supinus. Venerabundi tangebant pedes. Iuuenal.

—— Cereris tangens aramque, pedemque.

Horat. oda 19. lib. 2. Et recedentis trilingue
Ore pedes tetigitque crura. Virg. 2. Æneid.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat. & Thetis Iliad. 1. genibus Iouis aduoluta hæret. Præbuit pedes, vt Sueton. in Vitellio cap. 2. Pro maximo munere à Messalina petiit, vt sibi pedes præberet excalceandos.

ATQVE ait, Admissa si vic me ignoscere culpa.] Admissa culpa, vt el. 29. libr. 2. Admisso adulterio. vers. 38. Ignoscere cum 3. casu vt eleg. 6. libr. 2. Ignosce timori. & cum 4. casu eleg. 2. libr. 2.

Ignosco pristina furta tua. Ignoscit, qui se non videre simulat, nec scire. Animaduertit, qui quod vidit, vlciscitur.

ACCIPE quæ nostræ formula legis erit.] Imperiosè, vt dantis leges eleg. 13. lib. 2. mandantis est.

Accipe quæ serues funeris acta mei.

Formula legis; id est, quibus verbis lex, quam tibi dicemus concepta erit. Translatum à formulis Iurisconsultorum, vnde ipsi Iurisconsulti formularij vocantur à Fabio cap. 3. libr. 12. Quorum alij se ad album & rubricas transtulerunt, & formularij, vel, vt Cicero ait, Leguleij esse maluerunt. Erat formula certa conceptio verborum, quæ petebatur à Iurisconsult. in agendo, quem vulgus stylum vocat, inquit Budæus in adnot. in Pandect. vnde Errare formula. Fabio decl. 260. Excidere formula, Sueton. in Claudio cap. 14. Formula cadere; Senec. ep. 49. Cicero vbique de formu-

A lis actionum iudiciorum & Iurisconsult. vnde 1. de Orat. Formularum cantor. & pro Murena. Ei quoque carmen compositum est. Festus: Patret, quod est in formulis. Liuius lib. 45. Hac formula dicta in Illyrico, Cum pronunciatum esset, quo iure & condicione futuri in Illyrico. & lib. 39. Thessalorum formula factum. i. Iuris. hac de re Tibull. el. 6. lib. 1. Et mihi sunt duræ leges, &c. vide Plaut. Asin. sc. 1. act. 4. vbi syngraphum appellat, & leges inter amatorem & amicam.

TV neque Pompeia spatiabere cultus in vmbra.] Mart. ep. 48. lib. 11.

B Cur neque Pompeia lentus spatiatur in vmbra.

Idem el. 10. lib. 5.

Sic veterem, ingrati, Pompeij quærimus vmbram.

vide de Pompeij porticu eleg. 32. lib. 2. vers. 11. 12. 13. 14. 15. vbi describitur. Spatiabere, lentè incedes, & inambulabis. Ouid. el. 1. lib. 2. Trist.

Cum quædam spatientur in hac vt amator eodem
Conueniat, quare porticus vlla patet.

de hoc verbo vide plura adnot. eleg. 2. libr. 2. vers. 7. Cultus, bene pexus & vestitus quomodo Ornatus differat à culto adnot. el. 2. libr. 1. vers. 1.

NEC cum lasciuum sternet arena forum.] Nec cultus eris cum per forum arena spargetur, vt
C firmius insistant gladiatores. vel Nec, pro, & non. Et caue ne inflectas, &c. eleg. 1. sup. vers. 27. Arena sternet forum, vt Ouid. eleg. 1. libr. 2. Trist. Martia cum durum sternet arena forum.

Idem 1. de arte amandi:

Sparsaque sollicito tristis arena foro. & 3. Fast.
Altera tresque super strata celebrantur arena.

Manil. lib. 4.

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arena.

Horat.

Ne populum extrema toties exoret arena.

Inde Arenarij Symmacho, Tertulliano & Arcadio Iurisconsult. qui in arena depugnant. vide
D Lipsij Amphitheatrum cap. 3. Arena sternet forum, Horat. oda 17. lib. 3. Cras foliis nemus
Multis & alga littus inutili
Demissa tempestas ab Euro
Sternet. Virg. 3. Georg.
—— Stipula filicumque maniplis
Sternere subter humum. Hic ego hypallage.

Forum lasciuum, vbi nequitiæ fomenta. Ouid. 1. de arte amandi:

Et fora conueniunt, (quis credere possit?) amori;
Flammaque in arguto sæpe reperta foro.

& mox.

Illo sæpe loco capitur consultus amore,
E Quique aliis cauit non cauet ipse sibi.

& mox.

Spectatum veniunt, veniunt spectentur vt ipsæ:
Ille locus casti damna pudoris habet.

vide eleg. 19. libr. 2. vers. 9. adnot. Leg. Lipsius cap. 11. lib. 1. Elect. de scortis in scena vel Lasciuum, nocturnis stupris infame. vt eleg. 7. sup. adnot. vers. 19. vide Lips. lib. 3. Antiq.

COLLA caue inflectas ad summum obliqua theatrum.] Id est, Respicias detorta ceruice. Horat. oda 12. lib. 2.

Cum flagrantia detorquet ad oscula ceruicem.

Cicero 2. de Leg. Ceruices & oculos torquere in audiendis modis tibicinis. quid sit obliquum adnot.

ad el.3.fup. *Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno.* *Inflectas obliqua*, δἰς τὰ αὐτὰ. *Ad fummum theatrum.* Lipfius in Amphith. cap.14. in fine adfert è Seneca de Tranquillitate vitæ: *Verba ad fummam caueam fpectantia*, pro vilia & minutæ plebis,& feminas inde fpectaffe ex hoc loco probat,& ita legit ac interpungit:

Tu neque Pompeia fpatiabere cultus in vmbra,
Et cum lafciuum fternet arena forum
Colla caue inflectas ad fummum obliqua theatrum.

Sueton. in Aug. cap. 44. *Feminis ne gladiatores quidem,quos promifcuè fpectari folemne olim erat, nifi ex fuperiore loco fpectare conceffit.* Calpurnius:

Venimus ad fedes vbi pulla fordida vefte
Inter femineas fpectabat turba cathedras.

AVT *lectica tua fudet aperta mora.*] Lipf. cap. 19. lib.1. Electorum, de lectica claufa hunc locum intelligit, & fic legit:

Nec lectica tua fit adoperta mora.

Nolo, inquit Cynthia, collum flectas ad fummam caueam, vbi feminæ: nolo etiam lectica per viam te moretur claufa,ne curiosè infpicias quæ aut qualis vehatur. hæc ille. Palmer. 189. legit *Sidat*. Neuter rectè. nam fudare coguntur lecticarij, cum detinentur in via diutius, quæ geftantur. Martial. ep.23. lib.9.

Vt canufinatus noftro Syrus afferere fudet.

Lectica; pro lecticariis,vt eleg.3. fup. *Tua hafta*, tu haftatus; *tuam famem*, te famelicum eleg. 6. fup. *Conuiuia*, pro conuiuis. De lecticæ forma Lipfius cap.19. libr.1. Elect. Ouid.1. de arte amandi:

Interea fiue illa toro refupina feratur,
Lecticam domina diffimulanter adi.

& 2. de remedio Amor.

Forte aderam iuueni, dominam lectica tenebat:
Horrebant fæuis omnia verba minis.
Iamque vadaturus lectica prodeas,inquit.
Prodierat, vifa coniuge mutus erat.

Aperta tua mora, quæ aperitur, vt tu fermone detineas amicam, capite inferto in lecticam. Cic.Philipp.2. *Caput in lecticam auerfam inferens beneficia quæ venderet à collega petebat.* Beroaldus etiam de Propertio per lecticam fpectante in via mulieres exponit; fed prior interpretatio verior. Vt lectica pro lecticariis, fic mora pro moratore el.9. lib.3.

Tota fub exiguo flumine noftra mora eft.

eleg.16. lib.1.

Sollicitas triuio peruigilare moras. id eft, me morantem & follicitum.

Lygdamus inprimis,omnis mihi caufa querelæ
Veneat,& pedibus vincula bina trahat.

Ante omnia,inquit Cynthia,volo vt Lygdamus vendatur, quia per eum vnum de te queror. is enim eas pellices vocauit, & adduxit. *Querela*, doloris, id quod fequitur, pro eo quod præcedit. *Querela*, pro minis el.6. lib.1.

His ego non horam poffum durare querelis.

Veneat & trahat vincula. Serui enim interdum alienabantur ea condicione, vt compedes traherent, vt Italia exportarentur, aut ne quo loci morarentur l. 1. & 2. *De feruis exportandis*. & dicitur pœna homini irrogata, l. 6. Ibid. & animo fæuientis prioris Domini an fatisfacien-

A dum fit quæritur. Ibid. Plaut. epidico. fc. *Caue præterbites.* (Empta tibi fit) *Atque ita profecto vt hanc ex hoc exoneres agro. Trahat*,dixit,non geftet, vt pondus compedum oftendat, vt Virg.

Stridor ferri, tractaque catenæ. *Bina vincula*, geminas compedes, vt eleg. 1. libr.2. *Bina vada.* Contra Plaut.Captiu. act.1. fc.2. *His indito catenas fingularias.* quamuis Turneb. exponat fingularum libratum.

INDIXIT *leges: refpondi, Ego legibus vtar.*] Seruius ad illud 5. Æneid. *Indicitq; forum; verbum iuris effe*, ait, & exponit, *locum tempufq; defignat.* Idem 1. Æneid. *Diuum templis indicit honorem;*
B *iuffit fieri, vnde indicta feria.* & 7. Æneid.

Ergo iter ad regem polluta pace Latinum
Indicit primis iuuenum. *Figuratè*, inquit, *Verbum bellicum pofuit.* Varro, *Indicere Illicium*, *Indicere funus*, quod fieri per præconem illa denunciatio foleat. Cicero, *Indicere bellum.* Sed idem Cicero 5. Verrina. *Legem enim fibi indicunt innocentia, continentia, virtutumq; omnium, qui ab altero vitæ rationem repofcunt;quod eft præfcribunt & iubent.* &c. vt hic Sueton. *Indicere vectigalia, filentium matrimonium.* aut eft compofitum, pro fimplici, vt eleg.15. lib. 2.

Forfitan includet craftina fata dies.

C pro,claudet.Perf.fat.1. *Lenior cippus nunc imprimit;* pro premit. eleg. 1. fup. *Mœnia difponere*; pro ponere. fic eleg.4. fup. dixit:

Tetricis dicuntur iura fubactis. Leges autem eleg. 9 lib.1. vocat. *Supplexque venis ad iura puellæ.* *Vtar legibus*, Accipio leges, iifque parebo. Cic. pro Cæcina. *Omnes debent vti iure fimili.* Idem ibidem. *Vtimur eodem iure in ædibus.* Idem pro Quintio: *Vti condicione pari.* & 7. ad Attic. *Vti condicionibus.* & in renunciatione fponfaliorum, vt Caius Iurifconfultus fcribit, l. 2. *De fponfalib.* dicebant: *Condicione tua non vtor.* Plaut. Afin. *Eadem nos difciplina vtimur.* Terent. Phormione:
D *Scifti vti foro.* Horat. ep.17. lib.1.

Si pranderet olus patienter regibus vti
Nollet Ariftippus. fi fciret regibus vti
Faftidiret olus. An vt idem dixit,*Iudiciis fruar iifdem?* fed *iudiciis* eft opinionibus.

RISERAT *imperio facta fuperba dato.*] enallage temporis, pro rifit, vt fupra

Palluerantque ipfo labra foluta mero.

Facta fuperba, reddita. vt eleg. 22. libr. 2. *Facta beata.* Plaut. Amphitr. *Faciam te fuperbum nifi hinc abis. Imperio dato*, conceffo imperio, quod eft viti, vt & maieftas. Plaut.Afin. fc.1. act.1.

Argentum accepi, dote imperium vendidi. Ser-
E uius ad illud: *Liceat Phrygio feruire marito; Vxor*, inquit, *in manu mancipioque viri erat per coëmptionem.* M. Cato in oratione de dote apud Gell. cap.23. lib.10. *Vir nifi cum diuortium fecit, mulieri iudex & pro cenfore eft. Imperium, quod videtur, habet. fi quid peruersè tetreque factum eft à muliere, multatur. Si vinum bibit. fi cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. Præterea in adulterio fi vxorem tuam deprehendiffes impune necares, digito non auderet contingere neque ius eft.* Idem Cato de lege Oppia apud Liuium lib.34. vocat *Maieftatem virorum* (in vxores.) & Attius Tereo apud Nonium in *Contendere.* *Video te mulier multarum vtier,*

Vt vim contendas tuam, ad maiestatem viri. *Dato imperio*, vt el.6. lib.1. *Accepti pars imperij.*

DEIN *quemcunque locum externa tetigere puellæ*
Suffiit, & pura limina tergit aqua.]

Ita emendauit Beroaldus cum ver. l. haberent *Sufficit*. Seruius ad illud 4.Georg.

Aut suffire thymo, cerasque recidere inanes.

Suffire, inquit, *fumigare*; quo verbo Columella & Varro in eadem re vtuntur. Inde *suffimenta* Festo, & Ouidio *Sanguis equi suffimen erit.* Varro 5. de ling.Lat. *Suffibulum, à suffiendo.* Lucret. l.2.

Ignibus ætheriis terras suffire feraces.

Ouidius suffitum significat enim air:

Vre mares oleas, tedamque herbasque Sabinas.

Arnob. libr. 4. *Thuris suffimenta libare diis.* vide Theocrit. Pharmac. de eo genere purgationis & lustrationis, & Plin. Scaligeri v. l. *Suffocat.* nam suffocare secunda longa à faucibus, & secunda breui à foco, vt notant veteres Grammatici; vt sit *suffocare*, πυρῶσαι. Theocrit.

—— πυρώσατε δῶμα θεείῳ Suffocate domum sulfure. *Externa puellæ*; alienæ, vt eleg. 3. lib.1. *Externo longas sæpe in amore moras.*

Tetigere locum, quasi contactu suo polluissent. *Tergit.* Non dixit lauit, sed tergit quod maius est. & *Tergit*: pro terget. Cic. Paradox. *Qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt.* & *Limina*, vel vtraque, superum & interum, vel limen inferum tantum, quod tetigisse ominosum, præsertim nouæ nuptæ. & *limen sacrum*, vnde & *Limentinus*, & *Limus*, & *Lima*, Dij præsides liminum, & sub his Magi occultare quædam solebant Virg. & Theocrit. in Pharmac. est autem enallage temporis *Suffiit* & *tergit*, vt sup. *Cendere, palluerant, Indixit, riserat.* nisi sit præteritum à præsenti, vt el 32. lib.2.

Nuper enim de te nostras me lædit ad aures
Rumor. *Aqua.* Ouid.6.Fastor. de lustratione aduersus Striges:

Spargit aquis aditus, & aquæ medicamen habebant.

de purgatione quæ fit per ablutionem vide Festum in *Aqua.* *Pura*, vel limpida; vt apud Horat. *Puræ riuus aquæ.* vel petita è puro fonte, vel viuo flumine, & apta ad purgationem; vt eleg. 10. libr. 3.

Ac primum pura somnum tibi discute lympha.

sic *pura laurea* eleg.6.sup. quia adhibebatur lustrationi. Virg. 6. Æneid.

Idem ter socios pura circumtulit vnda.

IMPERAT *& totas iterum mutare lacernas.*]

Iubet pro imperio dato. Imperiosa femina, vt eleg.9. lib.1.

Et tibi nunc quauis imperat empta modo.

Mutare lacernas,. aliter Cicero: *Mutare vestem in luctu, aut temporibus reip.* & Horat.

Mutata veste fortuna. & Virg.12. Æneid.

Vertere vestes. *Lacernas.* vide adnot. ad eleg. 3. sup. vers.18. *Totas*, vt eleg 14. lib.1. *Toto cubili.* & eleg.3.sup. *Toto non fidere pallia lecto.*

TERQVE *meum tetigit sulfuris igne caput.*]

De ternario numero in sacris & lustrationibus eleg. 6. sup.

Terque focum circa lauens orbis eat.

Meum caput, aut re vera caput, aut meum caput, pro me ipsum. el.10. lib.3.

A *Inque meum semper stent tua regna caput.*

Sulfuris igne, flamma sulfurea, & sulfure accenso. vim autem lustrandi in sulfure putabant esse. Plin.cap.15. l.35. *Habet* (Sulfur) *& in religionibus locũ ad expiãdas suffitu domos.* Seruius ad illud 6.Æn. *Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos.* *In sacris omnibus tres sunt istæ purgationes. nam aut teda purgantur & sulfure: aut aqua abluuntur: aut aere ventilantur, quod erat in sacris Liberi.* Ouid. 4. Fast. de expiatione palilibus:

Cærulei fiant puro de sulfure fumi,
Tactaque fumanti sulfure balet ouis.

& 7. Met.

B *Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.*

Idem 2. de arte amandi:

Et veniet quæ lustret anus lectumque locumque
Præferat & tremula sulfur & oua manu.

Apuleius lib. 11. *Teda, & ouo, & sulfure purificatum dedicauit.* Tibull. el.5. lib.1.

Ipseque ter circum lustrauit sulfure puro,
Carmine cum magico præcinuisset anus.

Homer. 22. Odyss. verba Vlyssis ad Eurycleam nutricem post interfectos procos:

Οἶσε θέειον γρηῦ, κακῶν ἄκος, οἶσε δέ μοι πῦρ
Ὄφρα θεειώσω μέγαρον. Porta sulfur anus malorum

C medelam, porta autem mihi ignem, vt suffiam domum. *Igne sulfuris*, vt *eques Parthorum* eleg.10. lib.2.

ATQVE *ita mutato per singula pallia lecto,*
Respondi: & toto soluimus arma toro.]

eleg. 29. lib. 2.

Atque ita me iniecto duxerunt rursus amictu.

An *Respondi, Ita*, id est legibus vtar, vt reuocet superiora. Scaliger τὸ *Respondit*, verbum iuris putat, quia cum indixit leges ab eo stipulata erat. Plaut. Capt. sc.2. act. 4. E. *Spondes istud?* H. *spondeo.* E. *At si ego aduenisse gnatum tuum respondeo.* dictum vt Restipulor. An *Respondi*, sa-

D tisfeci? Virg.1.Georg.

Illa seges demum votis respondet auari.

Agricolæ. Sueton. in Cæsare. *Villam, quia non tota ad animum responderat.* Varro 5. de ling.Lat. *Respondere, est ad voluntatem rogantis. nam qui aliud dicit non Respondet.* An *Respondi*, annui & consensi? Plaut. Pœnul. act.5. sc.3. *Salutat, respondebimus.* Donat. in Adelph. *Respondere proprie dicitur cum lis intenditur. Spondere enim est priorem alloqui; Respondere posteriore loco dicere.* *Mutato lecto.* Aliter dixit in fine eleg.8. sup.

Mutato volui castra mouere toro.

Hic mutatus lectus ob mutata pallia. potest & esse hypallage, mutatis singulis palliis per le-

E ctum. pallia hîc sunt vestes stragulæ. vide ad eleg.3. sup.

Tum queror in toto non sidere pallia lecto.

Aliter eleg.7. sup.

Fecerunt tepidas pallia nostra vias.

Per singula, sigillatim, & tamen per omnia. Virg. 6. Æneid. cum dixisset.

Ipsa Deûm pœnas docuit, perque omnia duxit;

post ait,

Quæ postquam Anchises natum per singula duxit.

nam ex singulis coniunctis cuncta fiunt. *Soluimus arma.* Obscœnè, *Arma*, quibus pugnatur in certamine nocturno, & quæ non prohibentur

lege Cornelia. vide adnot. ad eleg.3. libr.1. verſ. 16. An *Soluimus arma*, pugnam & rixam omnem diremimus; vt eleg.4. ſup.

Commiſſas acies ego poſſum ſoluere.

AD ELEGIAM X.

AMPHITRYONIADES *qua tempeſtate iu-Egerat à ſtabulis, ô Erythræa, tuis.*] [*uencos* Turneb. cap.7. lib.23. *Erythija* hîc emendat. & *Erytheadas* apud Ouid.1.Faſt.

Ecce boues illuc Erytheadas applicat heros,
Emenſus longi clauiger orbis iter.

Nec aliud exemplum adfert, quòd hæc inſula Geryonis in Oceano omnium conſenſu ita vocata fuerit. Ouid.5. Faſt.

Victor abit (Alcides) *ſecumque boues, Erytheida prædã*
Abſtrahit. vnde & 1. Faſt. leg. *Erytheidas.* Scaliger legit, *Erythea.* ἐρυθεια. *Erytheam* Geryonis filiam commemorat Pauſan. in Phocicis. Pherecydes Gades appellauit *Erytham*, vt ait Strabo lib.3. & addit aliis videri adiectam Gadibus inſulam, vbi regnarit Geryon. Mela cap. 6. lib.3. *In Luſitania Erythia, quam Geryone habitatam accepimus.* Heſiodus in Theog. περιρρύτῳ ἐρυθείῃ vocat, & ἀμφιρρύτῳ εἰν ἐρυθείῃ. Euripid. in Hercule furente vocat Geryonem τὸν τρισώματον βοτῆρ᾽ Ἐρυθείας. Plin. cap. penult. libr.4. *Erythia dicta quoniam Tyrij ab origine eorum, orti ab Erythræo mari ferebantur.* Apollodor. libr.2. de Erythia. Macrob. cap.21. lib.5. Plaut. Perſa. act.2. ſc.3. *Nam herus meus me Eretriam miſit domitos boues vt ſibi mercarer.* & ſc.5. act.2. *Dominus boues me mercatum Eretriam miſit* corrige, *Erythiam.* *Qua tempeſtate*, Notat Cicero in Oratore, & 3. de Oratore antiquè dictum. frequens apud Salluſtium, *Ea tempeſtate.* Catull.

Qua rex tempeſtate nouis auctus hymenæis. Idem.
Illa tempeſtate, ferox, quo tempore Theſeus.

Feſtus: *Tempeſtatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui.* Varro 6. de ling. Lat. *Libri augurum frequenter tempeſtatem pro tempore dicunt; & eſt in 12. Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.* vtitur ſæpe Liuius vide Nonium. *Amphitryoniades*, Hercules, qui licet Iouis filius, tamen Amphitryonis putabatur, vnde Catullo *Falſiparens.* Virg. 8. Æneid.

Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet.

De Amphitryone Plautus in fabula eiuſdem nominis. Pauſan. Arcadicis. Higin. Apollod. alij. *Egerat à ſtabulis.* Anaſtrophe, pro, abegerat, vt eleg.15. lib.3.

Manſiſſi ſtabulis mater abacta tuis.

Tacitè tanquam abigeum, ſiue abactorem notat Herculem. Liuius lib.1. *Boues miranda ſpecie Herculem abegiſſe.* Feſtus: *in Potitium. Potitium & Pinarium Hercules, cum ad aram, quæ hodieque maxima appellatur, decimam boum, quos à Geryone abductos abigebat Argos in patriam profanaſſet, genus ſacrificij edocuit.* Stabula Geryone intelligit, de quibus eleg.12. lib.3. *Iuuencos.* boues vocat paulo poſt. vt & Liuius loco prænotato, Virg.8. Æn. *Tauros.* vide adnot. el.1. ſup. verſ.129.

VENIT *ad inuictos pecoroſa palatia montes.*] Hebe apud Ouid. 6. Faſt.

Hæc quoque certa aliquid debet mihi nomine magni
Coniugis: huc raptas appulit ille boues.

Inuictos montes, vbi poſtea fuit Roma inuicta. *Inuictus*, qui vinci non poteſt, vt el.20. lib.1.

At comes inuicti iuuenis. Sic *Indomitus*, *inuiſus*, *immotus*, *interritus*, *illaudatus*, *inculpatus.* *Montes*, enallage. vide eleg.9. lib.3. verſ.49. *Palatia*, de quibus dictum eleg.1. ſup. verſ.3. At Ouid. 4. Faſt.

Venerat Euander plena cum claſſe ſuorum,
Venerat Alcides, Graius vterque genus.
Hoſpes Auentinus armentum pauit in herbis
Clauiger, & tanto eſt Albula pota Deo.

Pecoroſa, quæ pecore abundant, vt Ver pecoroſum Stat.10. Theb.

Cui fætura gregem pecoroſo vere nouauit.

Pecoroſus, πολυβοτος. dictum vt *numeroſus*, *pectoroſus*, *ſceleroſus*, *operoſus.* *Armentoſiſſima Italia* Gellij cap.1. lib.11. Inde *Petuſcum* dictum pars Palatij ad mare verſus: Feſtus in *Pecuſcum.* vulgo male *Pectuſcum*, vel *Petuſcum.* Varro 4. de ling. Lat. *Eundem hunc locum Petuſcum à pecore dictum putant: Nænius Balantium appellat.*

ET *ſtatuit feſſos, feſſus & ipſe boues.*] poſt longum errorem hic conſiſtere iuſſit ad quietem, & pabulum. Statui etiam dicitur, & conſtitui victima ad aram, vt & ſiſti. *Feſſos, feſſus*, commutatio, vt eleg.19. lib.2.

Sola eris, & ſolos ſpectabis Cynthia montes.

de feſſo Hercule inf. hac elegia:

Feſſa vix mihi terra patet. Liuius lib.1. *Vt quiete & pabulo lecto reficeret boues, & ipſum feſſum via, procubuiſſe.* Contra tamen Ouid.9. Met.

Defeſſa iubendo eſt
Sæua Iouis coniunx, ego ſum indefeſſus agendo.

Martial. ep.104. lib.4. de Hercule:

Heſperias Tuſco lauit in amne boues.

QVA *velabra ſua ſtagnabant flumine, quaque*
Nauta per vrbanas velificabat aquas.]

Fori partem notat. eſt autem hypallage, pro, flumen ſtagnabat, & effundebatur per velabrum, & exundabat. Nam Liuius lib.1. *Lenibus*, inquit, *ſtagnis effuſus Tiberis.* Virg.3. Æneid.

Exſupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.

quia ſcilicet egreſſæ alueo aquæ plerumque ſtant in agris. Cornel. Tacit. lib.1. Annal. ἱστορ. *Tiberis plana vrbes ſtagnauerat.* Columella de cultu hortorum lib.11.

Nam neque ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude
Perpetitur querula ſemper tonnecta rana.

Alibi tamen Corn. Tacitus dixit: *Agris humidis atque ſtagnantibus.* vbi ſtagnare agri ita dicuntur, vt hîc *Stagnabant velabra.* *Velabra* Varro 4. de ling. Lat. *Regionem Romæ fuiſſe dictam à vehendo*, inquit, *quod illic ratibus veherentur, quod ipſum dicitur etiam velaturam facere.* Erat autem & maius & minus velabrum. Varro ibid. *Ab iis* (Lauiulis) *palus fuit in minore velabro*, (ad aram) *qua in nauam viam exitur.* Plutarch. in Romulo idem, quod Varro ſcribit de etymo Velabri. Memorat Liuius vbi ſitum libr.37. Meminit Plautus in Curcul. & Captiu. & Cicero in epiſt. Ad Brutum. Horat. ſat.3. libr.1. & Sueton. in Cæſare. Ipſe eleg.2. ſup. verſ.7. *Velificabat*, vela faciebat,

faciebat velaturam, nauigabat, quod Tibull. eleg.5. lib.2.

At quà Velabri regio patet, ire solebat
Exiguus pulla per vada linter aqua.

Vrbanas, medio foro labentes.

SED *non, infido, manserunt hospite Caco*
Incolumes; furto polluit ille Iouem.]

Boues, inquit, non manserunt incolumes Caco hospite infido; id est, latrone, cui nulla fides, & qui omnibus ftroit insidias. *Incolumes*, salui & tuti à furibus. Non manet incolume, qood amittitur & perit domino. Sic Virg. ecl. 7.

Caper tibi saluus & hœdi. *Hospite infido.* vterque hospes & Cacus & Hercules: sed ille accipiebat, hic accipiebatur hospitio. eleg.24. libr.2. *Hospes vterque malus*; id est, infidus. Ouid.1.Met. *Non hospes ab hospite tutus.* Ouid.1.Fast. de Caco: *Non leue finitimis, hospitibusque malum.*

Herculem tamen hospitio excepit Euander, non Cacus: Virg.8.Æneid. Ouid.1.Fast. Liuius lib.1. vbi de Caco & eius furto. Ouid.6.Fast.

Hîc male defensus flammis, & dote paterna,
Cacus Auentinam sanguine tinxit humum.

Seruios in 8. Æneid. *Seruus*, inquit, *Euandri κακὸς & malus fuit, vnde Κάκος dictus mutato accentu.* Legendus de eo & Dionys. libr. 1. Item Fulgentius p.130. *Polluit*, violauit, vt el.34. lib.2.

Polluit ille Deus cognatos. *Iouem*, nempe hospitalem, de quo Virg.1.Æneid.

Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.

Ouid.5.Met. *Testatus iusque fidemque*
Hospitiique Deos ea, se prohibente, moueri.

Homerus lib 6. Odyss. *Πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες Ξεῖνοι πτωχοί τε.* *Furto*, quod Iurisconsulti. *Abigeatus crimen.* l.2. de *Abiges.* l.5. de re milit. *Abigei autem à furibus hoc distant*, quod fur vnam ooem, aut bouem; Abigeus plures abducere soleat. *l.1. & vlt. de abigeis.* & *l.16. §. quantitas. De pœnis*: Qui ouem voam, vel suem surripuerit, vt fur coërcetur: qui plures, aut gregem, vt abigeus. Dicitur & *Abactor*: Græcis *ἀπελάτης*. Mox Cacus vocatur *Raptor*, mox *Fur*.

INCOLA *Cacus erat metuendo raptor ab antro*
Per tria partitos qui dabat ora sonos.]

Cacus incola, qui *Accola* Liuio lib.1. *Pastor, accola eius loci.* Dionys. libr.1. *αὐτόχθων ἐπιχώριος*. Indigena. *Incola*, inquit Isidor. lib. 9. *non indigenam, sed aduenam significat.* Atqui Plautus Aolul. *Optati ciues, populares, Incolæ, accolæ, aduenæ.* Legendos Pomponius l. *Pupillus.* §. *Incola.* 239. *de verb. sign.* & *l. 35. ad Municipalem*, & Alciat. cap7. libr.2. Parergω. *Raptor*, pro prædone; *Harpax* Plauto; *Rapo* Varroni apud Nonium, & *Rapinator*. *Ab antro raptor*, qui prodite & è spelunca ad rapiendum & latrocinandum solebat. sic eleg.6. sup. *Seruator ab Alba.* vide illic. *Antro.* Speluncam vocant Liuius libr.1. & Virg.8. Æneid. *ἄντρον* Dionys. libr.1. & *σπήλαιον*. *Metuendo*, horrendo, qoia foribus speloncæ affixa humana ora. Virg. loco antedicto. *Semperque recenti*

Cæde tepebat humus, foribusque affixa superbis
Ora virûm tristi pendebant squallida tabo.

Ouid.1. Fast.

Proque domo longis spelunca recessibus ingens
Abdita, vix ipsis inuenienda feris.

A *Ora super postes, affixaque brachia pendent,*
Squallidaque humanis ossibus albet humus.

Ouid.1. Fast.

Cacus Auentinæ timor, atque infamia syluæ.

Fulgentius per speluncam interpretatur latebras malitiæ, quæ nunquam simplex & aperta sit. *Qui dabat sonos.* Virg. de Caco 8. Æneid.

Atque insueta rudentem. *Dare sonos*, edere voces. Virg.2. Æneid. *Sonitum quater arma dedere.* eleg.3. sup. *Dare carmen aues.* vide illic. Sed alij lib. *Focos.* An quia vomebat atros ignes & fumum Cacus. vt Virg.8. Æneid. ? probo. sic el. vlt. infra. *Exhibuit viuos carbasus alba focos.*

B *Partitos per tria ora.* Ergo *τρικάρηνον* & tricipitem, trisaucemque Cacum hic noster fingit, cuius rei apud alios nulla mentio, quod sciam, nisi apud Fulgentium, qui tribos modis malitiam nocere ait, apertè vt validiores; clam, vt fures & latrones: blandè ac dolosè, per falsos amicos. Virg. Semihominem & semiferum vocat, vt duplex fuerit, non triplex. Fulgentius interpretatur inimicam esse veritati & luci malitiam, rebusque tenebras offundere, & latebras quærere.

HIC *ne certa foret manifesta signa rapinæ.*] Id est, Ne in manifesto furto deprehendi posset.

C *Signa*; *indicia viarum* vocat Virg. & *Vestigia.* Idem: *Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.* *Certa signa*, vt Virg.1. Georg.

Atque hæc vt certis possis cognoscere signis.

Ibid. *Solem certissima signa sequuntur.*

De rapina vide adnot. ad eleg.2. libr.a. vers. 10. *Rapina manifesta*, vt furtum manifestum, id est, quod deprehenditur dum fit, vt definit Massurius apud Gell. cap. vlt. libr. 11. quasi manu ferens fur deprehendatur. nam manifestus à manu & ferendo, vt infestus. De furto manifesto, nec manifesto, concepto, oblato vide l.3. & seq. *De furtis.* & Paulum lib.3. sentent. Tit.31. *Certa*,

D *manifesta.* *δὶς τὸ αὐτό*, vt el. sup. *Inflectas obliqua.*

Auersos cauda traxit in antra boues.

Virg.8. Æneid.

Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros
Auertit, totidem forma superante iuuencas,
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos, versisque viarum
Indiciis raptos saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.

Liuius lib.11. *Cacus ferox viribus, captus pulchritudine boum, cum auertere eam prædam vellet, quia si agendo armentum in speluncam compulisset ipsa vestigia quærentem Dominum eo deductura erant, auersos*

E *boues, eximium quemque pulchritudine, auersos caudis in speluncam traxit. mox vt vestigia foras omnia versa vidit.* &c. Dionys. libr.1. *Εμβάλλει τῆς κατὰ φύσιν τῆς ζώοις πορείας ἐναντίως ἑκάστην κατ' οὐράν.* Contra naturalem & solitum animalibus incessum singulas traxit per caudam. Homer. in Hymno Apollinis de eius bobus à Mercurio surreptis.

Πεντήκοντ' ἀγέλης ἀπετάμνετο βοῦς ἐριμύκους,
Πλανοδίας δ' ἤλαυνε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον
Ἴχνι' ἀποστρέψας, δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης
Ἀντία ποιήσας ὁπλὰς τὰς πρόσθεν ὄπισθεν.
Τὰς δ' ὄπιθεν πρόσθεν, κατὰ δ' ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινε.

Idem Mercurius apud Apollodorum lib. 3. cum abigeret boues Apollinis ἵνα μὴ φωραθείη ὑπὸ τῶν ἰχνῶν, ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιέθηκε. Ouid. 1. Fast.

Nulla videt tacitus quærens vestigia furti.
Traxerat auersos Cacus in antra boues.

Mart. ep. 66. lib. 5.

Syluarumque tremor, tacitè qui fraude solebat
Ducere non-rectas Cacus in antra boues.

NEC *sine teste Deo furem sonuere iuuenci.*] Sono & mugitu furem prodidere boues. *Sonare* cum 4. casu, vt eleg. 31. lib. 2. vers. vlt. *Sonat carmina.* Sic *Insanit amores: Requieuerat arctos.* el. 33. lib. 2. *Et pecoris duro perdere verba sono.* id est, mugitu. Virg. 8. Æneid. de hac re:

Discessu mugire boues, atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum (subreptarum) *vocem, vastoq;*
Mugiit, & Caci spem custodita fefellit. [*sub antro*

Ouid. 1. Fast.

Seruata male parte boum Ioue natus abibat,
Mugitum rauco furta dedere sono.

Liuius lib. 1. *Inde cum actæ boues, quædam ad desiderium, vt fit relictarum, mugissent, reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem conuertit.* Dionys. lib. 1. αἱ ἐνδοθεν αὐτῷ μυκησάμεναι ταῖς ἔξωθεν. *Non sine teste Deo.* Pœnis enim Caci Iupiter hospitalis inuigilare decreuit, vt loquitur el. 4. sup. *Testis,* arbiter & spectator. vidit Deus scelus, & vltus est. Prouerbialis sermo Σὺν τῷ θεῷ: & ὁ ἄνευ θεοῦ Pindaro. Horat. oda 4. lib. 3. *Non sine Dis.* Virg.

Nec hæc sine numine Diuûm Eueniunt. Item Theocrit. Id. 10. Τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ πλοῦτος. & Ομμα δικαιοσύνης. & ἐστὶ Δίκης ὀφθαλμός, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. Apollon. l. 4. Ἥδεεν ᾗ Ζῆνα κακῶν ἐπιμάρτυρας ἔργων.

FVRIS *& implacidas diruit ira fores.*] *Ira,* pro irato Hercule. eleg. 5. lib. 2.

Nec mea præclusas fregerit ira fores.

el. 19. lib. 3. *Nescis vestra ruens ira referre pedem.* vide Iunium prouerbio 100. cent. 7. Virg. hac de re:

Hic vero Alcidæ furiis exarserat atro Felle dolor.

Diruit fores, euertit, quod el. sup. *Resupinat valuas.* Virgilius ingens fuisse ait saxum, & silicem ferro & arte Vulcani pendentem præ foribus speluncæ.

Hãc (silicẽ) *vt prona iugo læuũ incũbebat ad amnẽ,*
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus, inde repente
Impulit, impulsu quo maximus intonat æther.

Ouid. 1. Fast.

Ille aditum fracti præstruxerat obice montis,
Vix iuga mouissent quinque bis illud onus.
Nititur hic humeris cœlum quoque sederat illis,
Et vasto motu collabefactat onus.
Quod simul euulsum est (aliàs *euersum*) *fragor æthera*
Ictaq; subsedit põdere mollis humus. [*terruit ipsũ.*

Implacidas fores, importunas, sæuas. Placidum, mite. Implacidum, immite. Claudian.

Implacidas nullo solabor pignore curas.

Stat. 9. Theb. *Diuum implacidissimũ* vocat Martẽ. Horat. oda pen. l. 4. *Genaunos Implacidum genus.* sic eleg. 16. lib. 1. Ianua sæuitiæ accusatur.

MÆNALIO *iacuit pulsus tria tempora ramo*
Cacus, & Alcides sic ait, ite boues.]

Liuius lib. 1. *Ictus claua* (vt hîc, *pulsus*) *Fidem pastorum nequicquam inuocans morte occubuit.* (hîc, iacuit.) Dionys. l. 1. Ἡρακλῆς αὐτὸν τῷ ῥοπάλῳ κτείνει. *Iacuit,* procubuit, vnde mortui *iacere* dicuntur, vt cadere. eleg. 7. sup.

Hic Tiburtina iacet aurea Cynthia terra.

Pulsus, pro pulsatus, & percussus. eleg. 2. sup.

Remorum auditos per vada pulsa sonos.

eleg. 32. lib. 2. *Lernæ pulsa tridente palus.*
eleg. 1. lib. 3.

Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces.

Tria tempora, vt sup. *Tria ora,* vnde tria capita intelliguntur. pars autem illa capitis appetitur ab hostibus, vt maximè opportuna letalibus plagis. *Mænalio ramo,* claua, quæ excisa è Mænalo Arcadiæ monte. Sic eleg. 1. lib. 1.

Ille etiam Hylæi percussus vulnere rami.

id est, clauæ. Virg. 8. Æneid.

—— Rapit arma manu, nodisque grauatum
Robur. Ouid. 1. Fast.
Occupat Alcides, adductaque claua trinodis
Ter quater aduersi sedit in ora viri.

Apollodor. lib. 1. vbi recenset arma Herculis, Ῥόπαλον αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας. Clauam ipse sibi excidit è Nemeæ sylua. At Nemea est Achaiæ, non Arcadiæ, vt Mænalus. Pausan. in Corinthiacis; Herculem ait abscidisse clauam suam ab oleastro, quem ad Saronidem paludem inuenisset (est autem palus Achaiæ) & eam clauam dicatam Mercurio, actis radicibus regerminasse. *Alcides.* Seruius ad illud 6. Æneid.

Nec vero Alciden. Alij dictum volunt ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, à virtute & robore, quod non procedit, quia initio illi hoc impositum nomen fuit: ideo ab Alcæo auo paterno potius ita dictus. *Sic ait,* ὡς φάτο. An *Sic,* lentè, vt eleg 3. lib. 1.

Sic ait in molli fixa toro cubitum. *Ite boues, Ite.*

Geminatio, & apostrophe pastoribus vsitata, in agendo, vel reducendo grege. Virg. ecl. 1.

Ite meæ quondam felix pecus, ite capellæ. ecl. 7.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci. ecl. 10.
Ite domum saturæ, venit hesperus, ite capellæ.

& 9. Æneid. *Vos ite solutæ, Ite Deæ pelagi.*

HERCVLIS *ite boues, nostræ labor vltime clauæ.*] *Boues Herculis* nunc, olim Geryonæ, & nuper Caci. *Labor vltime,* ad hoc tempus scilicet; nam 1. Labor, Leo; 2. Hydra; 3. Aper; 4. Ceruus; 5. Stymphalides; 6. Baltheus; 7. Stabula Augiæ; 8. Taurus; 9. Equi Diomedis; 10. Geryonis boues. sequuntur duo Cerberus, & aurea mala. De his omnibus vide Apollodor. libr. 2. qui δώδεκα ἄθλους vocat. *Labor clauæ,* vt infra. *Fortia facta clauæ Herculeæ.* eleg. 23. lib. 2.

Deinde vbi pertuleris quos dicit fama labores
Herculis. Festus: *Claua teli genus, quo Hercules vtebatur.* & in *Calones. Clauatores, qui claua vtuntur.* Clauatorum etiam mentio apud Plaut. in Mercat. & in Rudente. Isidor. cap. 7. lib. 18. à clauis ferreis dictam putat, & *Cateiam* etiam dici, & ab Horatio *Caiam* vbi? Euripides in Hercule furente Clauam vocat ἀλεξητήριον ξύλον. Lignum adiuuans in certamine, & vindex; & *Donum fallax Dædali.*

BIS *mihi quæsita, bis mea præda boues.*] Semel quæsiuit quando Erythiam profectus est, & iterum quia amotæ sunt & abactæ à Caco. *Mihi,*

à me, vt el. 21. lib. 3. *Omnia sunt tentata mihi.* Aliter Virg. dixit 3. Georg.

Quæsitas ad sacra boues Iunonis. *Bis præda*, quia partæ iterum à me, & labore ac periculo certaminis cum Geryone & Caco. *Præda, quasi parida, quod sit manu parta*, inquit Varro. Ouid. 5. Fast.

Victor abit, secumque boues Erytheida prædam
Abstrahit. *Mea præda*, vt eleg. 16. lib. 1.

Maxima præda tibi, maxima cura mihi.

Plaut. Pseud. *Præda hæc mea est.* Gell. cap. 24. lib. 13. Prædam ait esse propriè corpora ipsa rerum quæ capiuntur.

ARVAQVE *mugitu sancite boaria longo.*] Sancta posteris hæc loca reddite, & confirmate boatu vestro futurum nomen fori boarij. Sancta loca propter ædem Herculis, quæ in foro boario fuit, vt ait Macrob. cap. 6. lib. 3. Saturn. *Sancire arua mugitu*, vt infra: *Manibus purgatum sanxerat orbem.* An ergo hîc sancire, est sanctum, id est, purum facere, vt *Sancta anima* Virgilio, vt quodammodo polluta furto Caci loca expientur. Donat. in Adelph. *Sanctas nuptias: Sanctum est, quod omni obseruatione inuiolatum est.* & in Hecyram: *Sanctius iusiurandum, firmius.* Festus: *Sagmina herbæ puræ à sanciendo* (faciendo) *id est, confirmando.* Seru. in 12. Æneid. *Sancire est sanctum & consecratum aliquid facere fuso sanguine hostiæ.* vide Iurisconsult. & Macrob. & Fest. in *Religiosum.* Longo mugitu, vt el. 16. lib. 1. *Longa querela.* vers. 39. & Virg. 4. Æneid.

Longas in fletum ducere voces.

NOBILE *erit Romæ pascua nostra forum.*] Quasi à boum Herculis mugitu dictum sit forum boarium, quod Varro negat. Festus: *Boarium forum Romæ dicebatur, quod ibi venderentur boues.* & in *Pudicitiæ: Pudicitiæ signum in foro boario est.* P. Victor in vndecima regione meminit *Herculis Victoris in foro Boario.* Varro 4. de ling. Lat. *Boarium forum, forum olitorium.* ἀγορὰν βοαρίαν vocat Dionys. lib. 1. & 4. quod prope Ara Maxima. Ouid. 1. Fast.

Constituitque sibi quæ Maxima dicitur, aram,
Hîc vbi pars vrbis de boue nomen habet.

Plin. cap. 29. lib. 10. *Romæ, in ædem Herculis, in foro boario, nec muscæ, nec canes intrant.* Idem cap. 7. lib. 34. *Hercules ab Euandro sacratus, vt ferunt in foro boario, qui triumphalis vocatur, atque per triumphos vestitur habitu triumphali.* Idem cap. 2. eiusd. libr. *Bos æreus inde* (ex Ægina) *captus in foro boario est Romæ.* & cap. 2. lib. 28. *Boario in foro Græcum, Græcamque defossos.* Addit Liuius lib. 22. *Gallum & Gallam.* *Forum nobile*, celebre, frequens, insigne, vt eleg. 11. lib. 1. *Misenis nobilibus.* *Pascua nostra*, vbi nostri boues pasti. Lætum & herbidum illum locum tunc fuisse ait Liuius lib. 1.

DIXERAT *& sicco torret sitis ora palato.*] Ora tosta & adusta siti cum arido palato, vt eleg. vlt. lib. 3. *Veneris torrebar aëno.* & eleg. 28. libr. 2.

Quo torridus æstuat aer. Si *Torquet*, cruciat. dictum à distortione membrorum in eculeo, quæ non fit sine graui sensu. eleg. 17. lib. 3.

Nox sobria torquet amantes. *Torret*, quia sitis ignea. Virg. 3. Æneid. *Ignea venis*

Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus.

Sicco palato, quod vdum esse solet. Virg. 3. Georg.

A *Nigra subest vdo tantum cui lingua palato.*

vnde Ouid. eleg. 8. lib. 4. Trist.

Nec siccam Getico fonte leuare sitim. vide el. 17. lib. 2. *Vt liquor arenti fallat ab ore sitim.*

Isidor. lib. 11. cap. 1. *Palatum nostrum sicut cælum sursum est positum, & inde palatum à polo per declinationem: sed & Græci similiter palatum οὐρανὸν appellant, eo quod sui concauitate cæli similitudinem habeat.*

TERRAQVE *non vllas fœta ministrat aquas.*] *Fœta*, grauida humore. & τὸ *Non* iterandum, vel quæ fœta esset, si ministraret aquas. Beroaldus: *Fœta id est fœcunda & ferax, cuius contrarium est ef-* B *fœta.* Virg. 1. Georg.

Effœtos cinerem immundum iactare per agros.

Quid sit fœtus vide ad eleg. 5. sup. vers. 18. *Ministrat aquas*, suggerit, suppeditat. vide eleg. 6. vers. 4. sup.

SED *procul inclusas audit ridere puellas.*] *Procul* An πόῤῥωθεν, & è longinquo audit? an pro prope? Virg. ecl. 6.

Serta procul capiti tantum delapsa iacebant.

Id est *prope*, vt loquit Seruius. & 5. Æneid.

Est procul in pelago saxum non nimis longè, inquit idem Seruius: *Audit ridere puellas.* risus enim familiaris huic generi. Horat. oda 9. lib. 1.

C *Gratus puellæ risus ab angulo.* vnde Venus φιλομμειδὴς Homero, & Horatio *Erycina ridens.* & el. sup. *Riserat imperio facta superba dato.* versu 33. huius elegiæ eodem fere modo dixit *Sacro quæ ludicis antro.* *Inclusas*, septas vnde *Opertum*, & infra: *Femineæ loca clausa Deæ.*

LVCVS *ab vmbroso fecerat orbe nemus.*] Quia illic sacrarium bonæ Deæ, ergo & lucus. plures autem arbores in luco effecerant nemus. vnde intelligimus, vt religione, ita etiam arborum numero differre lucum à nemore. præterea lucos religionis est, nemus voluptatis; simile tamen hoc illi. Tibull.

D *Et nemora in domibus sacros imitantia lucos.*

τὸ *Ab* vacat. vide eleg. 1. sup. vers. 126. *Orbis vmbrosus*, arbores vmbrosæ in orbem satæ. *Vmbrosus Auernus* eleg. 18. lib. 3. *Orbis*, pro arboribus in orbem, vt Ouid. 5. Met.

Sylua coronat aquas cingens latus omne.

Orbis à figura, vt eleg. 6. sup. *Orbis laneus.* An hunc lucum significat Ouid. 6. Fast.

Lucus erat dubium Semelę Stimelęne vocetur.
Mænadas Ausonias incoluisse ferunt.

FOEMINEÆ *loca clausa Deæ, fontesque piandos,*
Impune & nullis sacra retecta viris.]

Macrob. cap. 12. lib. 1. Saturn. de Bona Dea di- E sputat. hæc apud Græcos θεὸς γυναικεία dicitur. Macrob. eandem esse cum terra ait Bonam Deam, Famam, Opem, Faunam, Semelen, Hecaten, Medeam. vbi viris dicitur vetitus conspectus, & aditus eorum sacrorum. Cicero hac de re multa de Arusp. resp. Lactant. cap. 22. lib. 1. de falsa religione. Iuuenal. sat. 6.

Nota Bonæ secreta Deæ. Varro filiam Fauni tradidit; adeo pudicam vt extra γυναικωνῖτιν nunquam sit egressa, nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec virum vnquam viderit, vel à viro visa sit: propter quod nec vir templum eius ingreditur. Festus in *Religiosus*, in ædem Bonæ Deæ virum introire nefas esse ait. Idem in *Da-*

minum: *Damium, sacrificium, quod fiebat in operto in honorem Bonæ Deæ, dictum à contrarietate, quod minimè esset* δημόσιον (id est publicum:) *Deaque quoque ipsa Damia, & eius sacerdos* δαμιάτρια *appellabatur.* Tibull. el.6.lib.1. *Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.* Idem scribit Plutarch. in Cæsare, à quo γυναικεία dicitur fauni vxor, vel mater Midæ, aut nutricum Bacchi. *Loca clausa*, sacrarium septum, *Opertum*: *Dea feminea. Feminarum Dea* dicitur Macrob. cap.12. lib.1. sat. *Fontesque piandos*, explaodas aquas, si vir inde bibisset. *Faussa* ea loca dicuntur: Festus in *Faussa. Sacra*, & simolacra ipsa, & ritus ac ceremoniæ. *Retecta*, aperta. Virg. 1. Æneid.

Cæcumque domus scelus omne retexit.

& 4. Æneid. *Radiisque retexerit orbem.*

quia Nox *operit terras.* De virorum oculis inde exclusis Macrob. Cic. Tibull. locis prænotatis. adde ex Seneca ep.98. *Sic submotis extra conspectum omnibus viris, vt picturæ quoque masculorum animalium contegantur.* Existimabant autem cæcari eos qui vidissent sacra vetita, vt Appio contigit, & Pontifici Metello. Cicero de Arusp. resp. multa in P. Clodium de ea re: Cæcum illum factum mente, non corpore. Hinc Plaut. Asin.

Si quem virum aspexit, cæca continuo fiet.

DAVIA *punicea velabant limina vitta.*] de vittis vide adnot. ad eleg.3. sup. vers.16. vittis autem ederaceis, vt nunc ornantur limina templorum diebus Festis, sic olim ipsa templa & aræ. De aris dictum eleg.6. sup. vers. 6. De templis Virg.4. Æneid. *Templum*

Velleribus niueis & festa fronde reuinctum.

sic apud eundem Virg.

Variis florentia limina sertis. Tibull. eleg. 1. lib.1. de corona pendente ante fores. Ouid.4. Met. de apparatu nuptiarum Persei:

Sertaque dependent tectis. & 4. Fast.

Obtergat ornatas longa corona fores.

Iouenal. sat. 6. *Necte coronam.*

Postibus & densos per limina tende corymbos.

Vitta punicea, sic infra hîc de sacerdote:

Puniceo canas stamine vincta comas.

& eleg.13. lib.3. *Puniceis plena canistra rosis.*

pro, purpureis. Virg.5. Æneid.

Puniceis ibant euincti tempora tænis.

aliàs *vittis.* vbi Seruius, Roseas (id est, purpureas) vittas exponit. Loquitur de lemniscatis coronis, & fasciis discoloribus ornatis. Festus: *Tutulum vocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus.* Seneca in Thyesta.

Post terga iuuenum nobiles reuocat manus,
Et mæsta vitta capita purpurea ligat.

Stat. in fine 2. Theb. de custodientibus virginibus ignem alternum, *Et ab arbore casta*

Nectent purpureas niueo discrimine vittas.

alloquitur Tydeus Pallada *Velabant*, & tegebant & ornabant. Catull.

Vestibulum vt molli velatum fronde vireret.

Limina deuia, secreta. *Auia* dixit infra hac eleg. vers.60. sic *Deuia rura* eleg.19. lib.2. vers.1.

PVTRIS *odorato luxerat igne casa.*] Scilicet ob sacrificium & suffitum. *Casa*, exigua ædicula, vel tugurium ædi additum, vt eleg.1. sup. vers.

A 6. *Facta sine arte casa. Putris*, vetustate caduca, vt *animam putrem* dixit eleg.5. sup. *Luxerat*, pro lucebat vt eleg. sup. *Riserat.* eleg.7. sup. *Piguit*, graue erat. Dicitur casa igne lucere, vt à Virg.5. Æneid. *Mœnia collucent flammis.* & 11. Æneid.

Lucet via longo Ordine flammarum.

Tibull. eleg.1. lib. 1.

Et meus exiguo luceat igne focus.

Odorato, è lignis odoratis, vel herbis, aut aromatis. Virg.7. Æneid.

Vrit odoratam nocturna in lumina Cedrum.

Ouid.1. Fast.

Cernis odoratis vt luceat ignibus æther.

B suffitum significat, vt el.6. sup. vers.5.

POPVLVS *& longis ornabat frondibus ædem.*] Id est, decorabat fanum Bonæ Deæ patulis ramis. *Populus Alcidæ gratissima*, inquit Virg. in Meliboeo. vnde eius vmbra Herculea ab eodem vocatur 2. Georg.

Herculeaque arbos frondosa corona.

Sed nondum fortasse Herculi sacra erat. De populo Plin. cap.23. lib.16. *Ornabat*, ante fores templi ornatus causa sata erat. Ante vestibula templorum arbores serebantur, vt nunc, & Ouid.8. Met. de casa Philemonis, & Baucidis in C templum versa, & iis mutatis in arbores. Sic & *Imminet villæ pinus* apud Horatium. *Longis frondibus*, ramis frondosis longè lateque porrectis.

MVLTAQVE *cantantes vmbra tegebat aues.*] Sic eleg.13. lib.2.

Quæ (lotus) *tegat exstincti funeris vmbra locum.*

Multa vmbra, densa vt eleg.4. sup. vers. 4. *Multa arbor. Tegebat aues*, quia illa sunt frondea tecta auium. Virg.4. Georg.

—— Aquas dulces & frondea semper
Tecta petunt. Lucret. *Frondiferasque domos auium.*

Aues cantantes, argutas eleg.18. lib.1. vers.30.

D HVC *ruit in siccam congesto puluere barbam.*] Eo præceps fertur. *Huc*, pro illuc eleg. 6. sup.

Huc mundi coiere manus. Ruit, vt impotens animi, & sitis eleg.4. sup.

Illa ruit, qualis celerem prope Thermodoonta
Strymonis abscisso fertur aperta sinu.

In barbam siccam, vt antea dixit, *Sicco torret sitis ora palato. Siccam*, vento scilicet & puluere, quam aridam ipse vocat eleg.13. lib.2. vers.35. Contra Iuuenalis,

Dum Rhodopes via terit inguina barba.

& Ouid.1. Met. *Barba grauis nimbis.* & 11. Met.

—— vda videtur
Barba viri, madidisque grauis fluere vnda capillis.

E *Congesto puluere*, de via collecto & barbæ inhærente. est autem puluis laboris, & longæ viæ indicium. Cic.5. Tusc. *Sol, puluis, cursus ab Eurota.* Horat. *Patiens pulueris atque solis.* Ouid.

Præmia militiæ puluerulenta sequi. & Senecæ dicitur *Virtus puluerulenta* cap.7. de vita beata, vt notatum ad el.14. lib.3. vers.7. *Congerere*, est simul gerendo aliquo coniicere, & cumulare. vnde aues Virgilio congerere dicuntur, quando nidificant, & Gellio & Plauto. Græcè Συμφορεῖν. Venti autem aduersi sæua tempestate flantes puluerem in faciem & barbam viatorum coniiciunt plurimum ferentes. Lucanus in extremo lib.8.

Pulueris exigui sparget non longa vetustas
Congeriem. De puluere à ventis aduersis congesto Plutarchus in Sertorio.

ET *iacit ante fores verba minora Deo.*] Humilius loquitur quam Deum mox futurum decet. *Iacere*, iactare, mittere verba, pro loqui. eleg. 1. lib. 2. *Muta iace verba fauillæ.* *Verba minora.* Ouid. in ep. Medeæ:

Nunc animis audi verba minora meis.

Sic *Verba magna*, & *Magnum aliquid dicere*, *Virg. Deo*, μέγα φθέγγεσθαι. Sic Virg. 8. Æneid.

Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium aduentumque Dei. (Herculis.) Ipse eleg. 18. lib. 3. *Thebano Deo.* Tibull. lib. 4.

Alcides Deus ascensurus olympum.

Auctor ad Liuiam.

Cum sint imposito membra cremata Deo.

Ante fores, vide eleg. 7. lib. 3. vers. vlt.

VOS *precor ô luci sacro quæ luditis antro.*] Hæc sunt verba minora, quia precatur, non iubet. *Luditis*, παίζετε. Supra: *Audit ridere puellas.* vt risus sic & lusus puerorum est & puellarum. Horat. oda 15. lib. 3.

Illam cogit amor Nothi
Lasciuæ similem ludere capreæ.

Ibid. *Inter ludere virgines.*

Ouid. 1. Met.

Venit & ad patrias, vbi ludere sæpe solebat
Inachidas ripas.

Antro sacro luci. vt in syluis antra, sic & in lucis. eleg. 4. sup.

Lucus erat felix ederoso consitus antro.

Antra autem sacra Nymphis, & Satyris, & amoribus, atque etiam Musis. vide adnot. ad eleg. 1. lib. 3. vers. 5

PANDITE *defessis hospita vestra viris.*] Aperite, recludite, reserate, vt eleg. vlt. infra.

Panditur ad nullas Ianua nigra preces.

Dictum à pane dando, quod panis daretur iis omnibus, qui in Cereris asylum confugissent, nec iis aditus negaretur: Nonius ex Varrone. Dicitur *Pandere & pandare* inquit Charis. libr. 3. quod posterius explicat. ἐξέχειν διαστρέφειν. id est, pandum facere, & incuruare. vtuntur Plinius & Vitruuius, sed nihil ad hunc locum. *Hospita vestra.* v. l. Scaligeri, *Hospita vana*, vnde legit, *Hospita fana.* probo: nam appellauit ædem, & lucum commemorauit. Lipsius cap. 20. lib. 2. Antiq. in v. l. esse etiam scribit *vana*, vnde facit, *Nana*: sed errat. Alij libri *Tesqua.* Apuleius libr. 2. Florid. *Quoniam in Tesquis suis nullus fructus est* supra *Rupicinas*, & *senticeta*, & *heredeolum sterile.* & lib. 3. Florid. *Merulæ in remotis tesquis fringultiunt.* Varro 6. de lingua Latina confirmat veterem lectionem *Tesqua*, siue Tesca, quæ exstat etiam in editione Antuerpiensi, *Loca quædam agrestia, quod alicuius dei sunt, dicuntur tesca.* Attius Philocteta. *Quis tu es mortalis, qui in deserta & tesca te apportes loca?* Vide Festum in *Tesca.* Sanè *Tesca* valde huic loco conuenit ex illis exemplis, quia & sacra, & inculta, & auia. Alij libri *Tecta. hospita tecta* vt Ouid. 1. Metam.

Arcados hic sedes, & inhospita tecta tyranni.

Cic. 3. Philipp. *Quippe qui in hospitiis tectis Brun-*

A *dusij fortissimos viros iugulari iussit.* Statius in extremo libr. 4. Theb. mouet suspicionem pro *Vestra, Tesca, vana, tecta.* aliud quoddam verbum desiderari.

——— *Fessisque libens iterum hospita pandas*
Flumina. nam & hîc *Defessis* & *Pandite. Viris*, mihi, & est enallage. *Defessis*, ideoque sitientibus eleg. 12. lib. 3.

Potabis galea fessus Araxis aquam.

FONTIS *egeus erro, circaque sonantia lymphis.*] *Erro*, vagor, feror incerto pede Horatio. & verbum aptum Herculi, vt el. 20. libr. 1.

Quæ miser ignotis error perpessus in oris
B *Herculis.*

Egens fontis, vt Horat. oda vlt. libr. 3.

Pauper aquæ Daunus. & sat. 5. libr. 1.

Aqua non ditior vrna. Egens, plus quam pauper. Virg. 8. Æneid. *Non te rationis egentem.* & 11. Æneid. *Quem non virtutis egentem.*

Circaque sonantia lymphis. Scaliger hic legit, *Circoque* vel, *Circansque*, quod circare sit περιδινεῖν. vnde *Circanea auis* Miluius, quod semper circando agros oberret. ver. gloss. *Circitat, Circat*, κυκλεῖ; *Circitor, lustrator*, περιοδευτής. vnde corrigit apud Tibullum: *Tantalus est illic & circat stagna.* Retineo illîc *Circum stagna* (sunt,) vt hîc.
C præterea dixit *Vmbrosum orbem*, cui respondet *circa*, siue *circum*; quasi in mediis pene aquis sitire dicat. *Sonantia lymphis*, supple loca, vbi aquæ sonant, & cum murmure labuntur. sic eleg. sup. *Semita sonat voce.* & *sonuerunt cardine postes.* Sic Virg. 2. Georg.

Insulæ quà ponto latè sonat vnda refuso.

& 7. Æneid.

Nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

ET *caua suscepto flumine palma sat est.*] Hypallage, pro, susceptum flumen caua palma sat est. τὸ *Et* subaudit, Tamen. sic eleg. 11. lib. 3.

Et famulos inter femina trita suos. *Caua palma.*
D Virg. 8. Æneid.

Rite cauis vndam de flumine palmis Sustulit.

Calpurnius:

Concauat ille manus, palmasque in pocula vertit.

videndus Ælianus lib. 1. de Sineta aquam offerente vtraque caua manu Artoxerxi. & in Diogene Laërtius. Sic cauis manibus dare poma el. 3. lib. 1. & Tibull. el. 4. lib. 2.

Illa caua pretium flagitat vsque manu.

Flumine, sic eleg. 20. lib. 1.

Tandem haurire parat demissis flumina palmis.

de aqua fontana. & eleg. 3. lib. 3.

Quid tibi cum tali demens est flumine.

E de fonte. *Suscepto*, pro sumpto, hausto, quod Virg. 9. Æneid. dixit, *Vndam sustulit.* Suscipere pro tollere, vt, *Suscipere onus*, *Suscipere liberos.*

AVDISTISNE *aliquem tergo qui sustulit orbem?*] Vestras per aures nomen eius iit? An fama alicuius vestras peruenit ad aures, qui, &c. *Audire aliquem*, pro de aliquo. Plaut. Curcul. sc. 1. act. 5. *Neque vidi, neque audiui peiorem.* Cicero pro Cæcinna. *Condemnare aliquem, quem nunquam videris, aut audieris.* *Aliquem* de incerto, vt el. 23. lib. 3.

Me miserum his aliquis rationem scribit auaris.

Sustulit, suscepit gerendum, & gessit, vt in epigrammate in Neronem:

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.
Ipse el.9. lib.2.
Maximaque in parua sustulit ossa manu.
Ouid.2. de arte amandi hac de re.
Ille fatigata vincendo monstra nouercæ
Qui meruit celum, quod prius ipse tulit.
Ergo orbem pro mundo, id est, cœlo posuit, vt eleg.6. sup. contra *O longe mundi seruator ab Alba.* id est orbis. Horat. oda 3. lib.3.
Si fractus illabatur orbis. id est, Si cœlum ruat. Virg.1. Georg.
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.
vocat idem, *Orbes cœli.* & *Aethereos humero qui sustinet orbes* 8.Æneid. *Tergo,* humeris & ceruice. Ouid. 1. Fast. de Hercule:
Nititur his humeris, cœlum quoque sederat illis.
& 9.Met. ipse Hercules ait: *Hac cœlū ceruice tuli.* & in ep. Deianitæ.
Quod te laturum est cœlum prius ipse tulisti.
Hercule supposito sidera fulsit Atlas.
Apollodor. libr.2. Monitum ait à Prometheo Herculem ne ad aurea mala proficisceretur, sed Atlantem pro se mitteret suscepto interea cœli pondere: acceptis ab Atlante malis, vt ei onus redderet finxit se speiran velle tantisper facere, vt cœlum commodius ferret; atque ita recepto ab Atlante cœlo discessit. Seruius scribit ab Atlante Herculem didicisse astrologiam, vnde fingatur vterque tulisse cœlum.

ILLE *ego sum, Alciden terra recepta vocat.*] Tiboll. eleg.6. lib.1.
Ille ego sum, nec me iam dicere vera pudebit.
Ouid.4. Met.
Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum.
Plaut. Amphitr. *Quis ad fores? Ego sum. Terra,* pro orbe terrarum, vt el.6. sup.
Vince mare iam terra tua est. *Recepta,* vindicata, liberata, purgata à monstris. Recipitur enim quod amissum est, vel in amittendi periculum venit. Virg.6. Æn. *Medosque ex hoste recepit.* Ouid.5. Fast. *Agnorunt signa recepta suos.*
Id est, recuperata de Parthis. Terra autem erat sub potestate tyrannorum & monstrorum; vindex fuit Hercules. Ouid. 9. Met.
Timuere Dei pro vindice terra. & in ep. Deianiræ.
Respice vindicibus pacatum viribus orbem.
Vocat Alciden, Ambiguè, vel Alciden à virtute nominat, vel inuocat Hercolem quem omnes, qui laborant, inuocant. legendus Varro apud Nonium in *Titanus.*

QVIS *facta Herculea non audit fortia claua?*] Vel *Audit* presentis, quod malo; vel præteriti temporis per contractionem audît. Sic Virg.7. Æneid.
Quis genus Aeneidum? quis Troia nesciat vrbem?
Quia *facta,* vox media est, addidit, *fortia.* Sic Virg.1. Æneid. *Cælataque in auro*
Fortia facta patrum. *Facta claua,* vt sup. *Labor claua,* vers.17.

ET *nunquam ad natas irrita tela feras.*] *Tela irrita,* quæ frustrantur iaculantem. Seneca in Hercule furente, vbi Hercules ipse suas donat sagittas Philoctetæ:
Virtute felix iuuenis, has nunquam irritas

A *Mittes in hostes.* Virg.2. Æneid. *Vnde*
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
Ibidem: *Imbelle sine ictu telum.* & 11. Æneid.
Quò ferrum quidue hæc gentis tela irrita dextræ?
vbi Seruius exponit, *Inertia, quæ nos vlcisci minimè valent.* hoc est quod idem Virg. ait libr.10. Æneid.
Suggere tela mihi non vllum dextera frustra
Torserit in Rutulos. *Ad feras,* aduersus feras, vt eleg.24. lib.2.
Si libitum tibi erit Leonas pugnet ad hydras.
Feras, ut Græci *bestias* Cicero vocat, vt Leones
B & serpentes. nam & sunt inter feras nonnoxiæ. *Fera bestia* Iurisconsult. mansuetis sunt contrariæ, cuiusmodi leones, vrsi, pantheræ, tigres. *l. 2. ad legem Aquiliam. l.1. de postul.* & *l.3. de acquir. rer. dom.* *Natas,* corrupta lectio; addita litera lego vastas, vt supra contra eleg.7. *Insana nocte,* pro *voce,* mutata litera N. & V. el.19. l.2.
Non tamen vt vastos ausim tentare leones.

ATQVA *vni Stygias hominum luxisse tenebras.*] Caliginem inferiorum discussam esse immisso lumine. Virg.8. Æneid.
Trepident immisso lumine manes. *Stygias tenebras* Virg.6. Æneid. vocat *Tristes sine sole domos.*
C Idem lib.3. Georg.
Sæuit & in lucem stygiis emissa tenebris
Pallida Tisiphone. Ipse el.19. lib.1. *Caris locis.* *Luxisse vni,* vt Ennius apud Ciceronem 1. Offic.
Nihilominus ipsi lucet cum illi accenderit. Plaut. Casina. *Lucebis huic nouæ nuptæ facem.* *Vni,* vt Catull. *Vnus Italorum* epigr.1. lib.1. dixit *hominum,* quia Bacchus ad inferos iam descenderat: Pausanias, & Horatius oda 19. lib.2. & Mercurius eo sæpe commeat. Orpheus eodem iit, sed post Herculem. Adde Amphiaraum, sed non rediit. Mutat autem ordinem laborum: nam nondum Cerberum inferis extraxerat. vide ad illud, *La-*
D *bor vltime* vers.17. sup.

ACCIPITE. *hæc fesso vix mihi terra patet.*] Versum hunc suppositium esse monet Scaliger, quia infra legitur. Ergo hîc lacunam relinquendam. *Accipite,* admittite. vt vers.66. infr.
Angulus hic mundi nunc me mea fata trahentem
Accipit. videlicet, vt hospitem. Varro Meleagris apud Nonium in *Capere,* & in *Recipere:* *Quem terra non cepit, & cœlum recepit.* *Hac terra vix mihi patet,* vt patet cœli porta: Ennius. contra Virg.1 Æneid.
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.
Fesso, vide adnot. ad vers.4. & 34. sup.

E QVOD *si Iunoni sacrum faceretis amaræ.*] Sacrificaretis Iunoni, vt eleg.6. sup. vers.1. *Sacra facit vates.* sic eleg.1. sup.
Iunoni votum facite impetrabile. *Si faceretis Iunoni amaræ;* At Bonæ Deæ facitis. *Iuno amara,* aspera vt eleg.3. sup. *Noctes amaras* vers.29.

NON *clausisset aquas ipsa nouerca suas.*] De Nouerca vide adnot. eleg.5. sup. vers.10. *Clausisset aquas,* vt Virg. ecl.3.
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.
Cicero pro Murena. *Noli esse tam iniustus, vt cum tui fontes, vel inimicis tuis pateant, nostros riuulos etiam amicis putes clausos esse oportere.* & 2. de Orat. *Vbi non seclusa aquula teneatur.* Aquam autem

negare immane est, *quam*, vt ait Plautus Rudente, *hostis hosti commodat*. vide eleg. 15. lib. 3.

Vilem ieiunæ sæpe negantis aquam.

Claudere aquam alicui, est obstruere aditum ad aquam. *Ipsa nouerca*, etiam quæ dura mihi, & valde infesta priuigno. Notum Iunonis in Herculem odium. Ouid. 9. Metam. Seneca in Hercule furente. Virg. 8. Æneid.

—— & duros mille labores
Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquæ
Pertulerit. Ipsa vt el. 16. lib. 1.
Ianua vel Domina penitus crudelior ipsa.

SIN *aliquam vultusque meus, setæque Leonis*
Terrent, & Libyco sole perusta coma.] *Aliquam*, vestrûm, quia naturæ pauidæ puellæ. Alias legitur, *Aliquem*. nam aliquis fem. gen. vt quis, & quisquis. *Vultus meus*, facies torua, & acres oculi, & barba hispida. Virg. 8. Æneid.

—— nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villosaque setis
Pectora semiferi. *Setæ leonis.* Pellis leonina villis horrens; Virg. 8. Æneid.

Villosi pelle leonis *Accipit Æneam.*

& 7. Æneid.

Ipse pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum seta cum dentibus albis.

Ouid. 2. fast.

Vt tetigit fului setis hirsuta leonis
Vellera, pertimuit, sustinuitque manus.

in ep. Deianiræ:

Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis
Edidit, vnde humerus tegmina læuus habet.

Meminit Laërtius in Diogene. *Terrent*, metu concutiunt. Insistens versus, vt eleg. 9. sup.

Lygdamus ad plutei fulcra sinistra iacens *Exsuitur.*

Et coma perusta sole Libyco. Horat. oda 2. Epod.

Aut perusta solibus *Pernicis vxor Appuli.*

Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Vretur facies, vrentur sole capilli.

& eleg. 10. lib. 1.

Illic percussisque genis, vstoque capillo,
Errat ad obscuros pallida turba lacus.

Sic Ouid. eleg. 4. lib. 3. Trist.

Astricto terra perusta gelu.

Sole Libyco, ardore solis, qui in Libya vehementissimus est. Libyam autem peragrauit Hercules cum Antæū interfecit, & aurea mala decerpsit.

IDEM *ego Sidonia feci seruilia palla*
Officia, & Lydo pensa diurna colo.] sic eleg. 1. sup. *Idem ego cum Cynaræ traheret Lucina dolores.* *Feci officia seruilia*, inter ancillas feci ministeria seruilia. Plaut. Amph. *Hic suum officium facit.* idem vbique de seruis. *Palla.* vide eleg. 4. supr. vers. 60. *Sidonia*, purpurea. el. 16. lib. 2.

Quare ne tibi sit tanti Sidonia vestis.

& eleg. 29. lib. 2. *Sidonia mitra.* *Feci pensa*, id est, neui, quia sequitur *Colo*. Alias *Facere pensum*, est lanam carpere & putare. *Diurna pensa*, quia sunt & nocturna Virg. 1. Georg.

Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ.

Pensa diurna, quotidiè reddenda heræ. eleg. 9. lib. 2. *Texta diurna.* *Lyda colo.* Martial. ep. 69. lib. 9. *Lydia nec dominæ traxisses pensa superbæ.* De colo, siue colu dictum eleg. 1. sup. vers. 72. *Lyda colus*, ancillæ Omphales, quæ Lydorum regina

A fuit, vnde *Lydia puella* dicitur eleg. 11. lib. 3. vers. 17. & 18. vbi hæc fabula narratur.

MOLLIS *& hirsutum cepit mihi fascia pectus.*] vnde Martiali lib. 14. Lemmate 134. *Fascia pectoralis:*

Fascia lactentes dominæ compesce papillas,
Vt sit quod capiat nostra, tegatque manus.

Ibidem in Amictorium:

Mammosas metuo, teneræ me trade puellæ,
Vt possint niueo pectore lina frui.

Nonius: *Strophium est fascia breuis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarū.* Cicero tamen de Aruspicum responsis separat: *Clodium à mulierribus*
B *soleis: purpureisque fasciolis*, &c. legendus idem Nonius in *Calantica*. *Strophium* vocat Catull.

Nec tereti strophio luctantes vincta papillas.

Erat & fascia, siue fasciola texta, quæ capillum in capite colligeret: Varro 4. de lingua Lat. *Fasciola*, inquit & Isidorus cap. 33. lib. 19. *Est quæ ambit extremitates vestium.* *Mollis*, feminea, puellaris, vt eleg. 3. sup. vers. 46. *Molle caput.* *Cepit pectus*, continuit, inclusit. *Hirsutum.* Indicium roboris, vel libidinis. Virg. 8. Æneid. de Caco:

Villosaque setis *Pectora semiferi.*

Ouid. 2. fast. de Hercule:

Horrenda densis aspera crura pilis.

C Idem eleg. 1. lib. 2. Trist.

Sumpserit annales nihil est hirsutius illis.

id est, libidinosius.

ET *manibus duris apta puella fui.*] Subaudi, licet: nam teneræ sunt puellarum manus, Herculis duræ. Sic eleg. 11. lib. 3. de Hercule:

Tam dura traheret mollia pensa manu.

& Ouid. 2. fast.

Crassaque robusto deducis pollice fila.

Duris, callosis. *Apta puella*, vel ministerio illi conueniens & habilis; vel decens & venusta. vide Indicem.

D TALIBVS *Alcides. At talibus alma sacerdos*
Puniceo canas stamine vincta comas.] apud Festum in *Damium*. Sacerdos Bonæ Deæ vocatur *Damiatrix*. Cicero in Orat. de Aruspic. resp. hoc sacrificium ait fieri solitum per virgines Vestales. *Alma*, sancta. nam Virg. 6. Æn. cum de Sibylla dixisset:

Natiq; patrisque Alma precor miserere.

Ait ibidem. *Tuque ô sanctissima vates.* Seruius in illud 10. Æneid. *Alma parens Idæa Deum.* *Alma propriè Tellus, eo quod alat: quod epitheton alijs numinibus abusiuè tribuitur.* Idem in illud 1. Georg. *Liber & Alma Ceres.* *Alma ab alendo: Ceres à creando.* & in 1. Æneid. *Vt primum lux alma data est;*
E *ab eo quod alat quia cuncta per diem crescunt.* Festus: *Alma, sancta, siue pulchra, vel alens, ab alendo scilicet* (&) *Almities, habitus almarum rerum* Charisius lib. 1. *Almities*, ei, [illegible]. Numina quæ vitam alunt & sustinent alma sunt, vt Venus, Sol, Lux, Ceres siue Terra; at Bona Dea quibusdam videtur esse Ops, vt notaui supra ex Macrobio. Virgilius etiam *Almum agrum*, & *almas vites* vocat. *Vincta comas*, religata & stricta, quia vittatæ erant sacerdotes, vt notum est. Iuuen. sat. 4.

—— cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.

Vates tamen eas vittas soluebant cum fundere

parabant oracula. Virg. 3. Æneid. de Heleno.

—— vittasque resoluit Sacrati capitis.

Vincta comas, vt eleg. penult. lib. 3.

Vinctus eram versas in mea terga manus.

& supra, *Pulsus tempora. Canas comas*, albentes senio, vt eleg. 18 lib. 2.

Et cana totiens oscula ferre coma.

infra vocatur *Anus. Stamine*, vitta, laneo orbe. Stamen, pro filo & licio, vnde fiunt vittæ. Sic eleg. 4. sup.

Cum patuit lecto stamine torta via.

vide illic *Puniceo*. vt sup. hac eleg. vers. 27. *Puniceæ vittæ*. Catull. de Parcis in Ariadna:

At roseo niueæ residebant vertice vittæ.

PARCE *oculis, hospes, lucoque abscede verendo.*] Abstine à conspectu sacrorum nostrorum. Tibull. eleg. 2. lib. 1.

Parcite luminibus, seu vir, seu femina fiat
Obuia. Sic Virg. 2. Georg.

—— ver magnus agebat
Orbis & hybernis parcebant flatibus Euri.

& ipse eleg. 28. lib. 2. vers. 13. *Parcere verbis. Abscede luco verendo*, absiste luco cuius pars ante ipsum limen erat, vt ostendit supra de populo ornante ædem, & multa vmbra ante fores. Virg. 6. Æneid.

—— Procul, ô procul este profani
Conclamat vates, totoque absistite luco.

Verendo luco, & metuendo viris, quia sacra luci nullis viris impune visa; & Venerando, quia Virg. 7. Æneid.

Horrendum syluis, & relligione parentum.

Vereri etiam pietatis est, sed adiuncto metu ad cultum, vt *Vereri Iouem* Plauti Amphit. Donat. in Andriam: *Veretur liber, metuit seruus*. Liuius lib. 39. *Veremur vos, Romani, &, si ita vultis, etiam timemus*. vide Ciceronem initio pro Quinctio, & Nonium in *Vereri*. cum secundo, vel quarto casu docent dici Gellius, & Palæmon & *Vereor te*, & *Vereor tui*. *Reuerens Deorum* dixit Ouidius 1. Metamorph. & alibi:

CEDE *agedum, & tuta limina linque fuga.*] Sic Plautus Amphit. *Concedite, atque abscedite, omnes de via discedite. Cedere*, pro discedere el. 9. lib. 2.

Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam.

Agedum, etiam hortantis plures, vt el. 1. lib. 1.

En agedum domina mentem conuertite nostra.

Linque limina, abi à limine: nam in limine etiam insignia eius sacri erant. dixit enim:

Dena puniceæ velabant limina vittæ.

Fuga tuta, quæ te tuebitur, & defendet à cæcitatis periculo. Virg. 8. Æneid.

Tuta tenebant Castra locis.

INTERDICTA *viris metuenda lege piatur,*
Quæ se summota vindicat ara casa.] Præter illa, quæ notaui supra ad eum versum:

Impune & nullis sacra retecta viris.

Ouid. 3. de arte amandi:

Cum fugit à templis oculos bona diua virorum
Præterquam si quos illa venire iubet. & 5. fast.
Templa patres illic oculos exosa viriles
Leuiter accliuo constituere iugo.

vide & Iuuenal. sat. 2. *Interdicta*, prohibita. Horat. ep. 6. lib. 1.

Cui potior patria fuit interdicta voluptas.

A Donat. in Hecyr. *Edicimus, quod iubemus fieri: Interdicimus, quod vetamus fieri. Edicimus vni generi hominum, interdicimus diuersis*: vnde *Interdicta* & *edicta prætorum*. Ideo in interdictis. *Veto*, verbum inerat: Festus in *Possessio*. vide Lexicon Brissonij. Sic *interdicere aqua, & igni, & domo. Piatur*, expiatur, si polluta & violata est, vt supra: *Fontesque piandos. Aras piare* ita dixit el. 10. lib. 3. *Lege metuenda*, horrendi nempe carminis: Liuij lib. 1. id est, sanctione grauissimæ pœnæ; puta, ex Asinaria Plauti, *Si quis vir aspexit cæcus continuo fiet*. Lex, pro conditione & conceptione verborum, vt eleg. 9. sup. *Quâ*, vide eleg. 8.

B supra vers. 5. *Se vindicat*, se asserit, & tuetur aduersus oculos virorum, quia est in secessu posita & solitudine eius ædes. de vindicandi verbo dictum eleg. 3. supr.

Illa sui partem vindicat vna tui.

Summota, penitus reposta, Virg. Ita in æde Vestæ locus erat intimus tegetibus septus, qui vocabatur *Penus*: Festus in *Penus*. Idem Festus: *Impenetrale, cuius vltimum penetrale, intrare non licet. Submouere* siue *summouere*, verbum lictorum. Liuius lib. 3. *I, lictor, summoue turbam, & da viam domino ad prehendendum*. Horat. oda 11. Epod.

Desinet imparibus certare submotus pudor.

C Sed hîc *Summota* dictum, vt à Virg. 7. Æneid.

Audiit & si quem Tellus extrema refuso
Summouet Oceano. & 8. Æneid.
Hîc Spelunca fuit vasto summota recessu.

sic ipse eleg. 10. lib. 2.

Et si qua extremis Tellus se subtrahit oris.

Sic & Virg. 6. Æneid.

Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris.

vbi *Tuta*, vt hîc *vindicat*. *Casa*, ædicula vide supr. vers. 28.

MAGNAM *Tiresias aspexit Pallada vates.*] de Tiresia Vlysses apud Horat. sat. 5. lib. 2.

D *O nulli quicquam mentite.* & ibidem Tiresias: *O Laertiade, quicquid dicam aut erit, aut non.* Circe apud Homer. Odyss. lib. 10. vbi præcipit Vlyssi vt consulat animam Cæci vatis Tiresiæ: Τοῦ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἴῳ πεπνῦσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Hinc etiam mortuo mentem dedit Proserpina Soli sapere: reliqui vmbræ feruntur. de eodem agit & lib. 11. Odyss. apud Ouid. 3. Metam. cæcatus est à Iunone, sed Iuppiter:

—— pro lumine adempto
Scire futura dedit, pœnamque leuauit honore.

E & in Ibin:

Qualis erat (cæcus) postquã est iudex in lite iocosa
Sumptus, Apollinea clarus in arte senex.

Iuuenal. sat. 13.

Nec surdum, nec Tiresiam quemquam esse Deorum.

Higinus fab. 75. narrat vt vir & femina, & iterum vir fuerit, vt à Iunone cæcatus, & factus augur peritissimus à Ioue, & datum vt septem ætates viueret. Callimachus id à Pallade accepisse narrat Ouidius ergo & alij Latini oculis priuatum à Iunone scribunt, hic noster secutus est Callimachum hymno, qui inscribitur: Εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος.

—— Ἀλλὰ Πελασγὶ

A Φθέγξατο μ' οὐκ ἐθέλων τὸν βασίλειαν ἴδης.
Ος κεν ἴδῃ γυμνὰν τὰν Παλλάδα, τὰν πολιοῦχον,
Τῶργος ἐσόψεται τῦτο πανυστάτιον.

Sed tu Pelasge caue ne (etiam) *inuitus reginā Mineruam videas. Qui aspexerit nudam Mineruam tutelarem Deam Argos aspiciet hoc postremum.* Deinde narrat vt è venatione sitiens ad fontem venerit Tiresias, imprudensque Dianam lauantem aspexerit, & cæcus ab ea factus sit; licet eius mater esset Palladi carissima. Ouid. 4. fast. tangit hanc historiam:

Nec Dryadas nec nos videamus labra Dianæ.

De aspectu Palladis vide Plutarchum in Arato. *Vatee*, postea factus, vt sup. *Verba minora*
B *Deo.* supple, futuro. pro *Magnam* legitur in ver. lib. *Magno*, & rectissimè id est, cum ingenti damno & malo. sic eleg. 18. lib. 3.

Atridæ magno cum steteit alter amor.

Magno, quod Callimachus, μισθῷ μεγάλῳ.

—— Κρόνιοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι
Ος κε τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται,
Αθρήσῃ, μισθῷ τῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.

Sed Saturnia sic iubent leges. Quisquis aliquem immortalium, nisi Deus ipse velit, conspexerit, mercede conspiciat magno. vide & eundem in hymno Dianæ vers. 263.

C FORTIA *dum posita Gorgone membra lauat.*] sic eleg. 14. lib. 4.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoonteis turba lauatur aquis.

Fortia membra, inuictum corpus Callimachus: Εἶδες Ἀθηναίας στήθεα, καὶ λαγόνας. *Vidisti* (ô fili Tiresia) *Mineruæ pectora & ilia.* Sic Virg. 1. Æneid. *Fortia corpora.* ipse *Fortia signa* eleg. 12. lib. 3. *Posita Gorgone*, deposita ægide, exutisque armis. de Gorgone vide eleg. 2. lib. 2.

Gorgonis anguifera pectus operta comis.

Posita, deposita, vt eleg. 2. lib. 2.

Idæis tunicam ponere verticibus.

D γυμνὰν Παλλάδα dixit Callimachus; idque ipse tangit eleg. 13. lib. 3.

Nec fuerat nudas pœna videre Deas.

DII *tibi dent alios fontes, hæc lympha puellis*
Auia secretis limitis vna fluit.] Afranius Vopisco apud Nonium in *Proprium*:

Dij tibi dent propria quæcunque exoptes bona.

Plaut. Asinaria sc. 1. act. 1. *Dij tibi dent quæcunque optes.* Horat. sat. 3. lib. 2.

Dij tibi dent capta classem deducere Troia.

Est & imprecantis. Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amor.

Dij tibi dent nullosque Lares, inopemque senectam.

E Catull. *At vobis mala multa Dij Deæque Dent.* *Fontes*, vt vers. 35. sup. *Hac lympha auia*, sepositus fons eleg. 20. lib. 1.

Raram sepositis quærere fontis aquam.

Auia, extra viam posita, & in recessu, vt supr. *Deuia lumina. Auia secreti*, δὲ τὸ αὐτὸ; vt hîc

Ac ne certa forent manifestæ signa rapinæ.

& eleg. 4. sup.

Lubrica tota via est, & perfida, quippe tacentes
Fallaces celat limite semper aquas.

vbi *Limes*, pro riuo, aluco, via aquæ. vide illic adnot. Virg. 7. Æneid.

Nemoris auia matres Insultant thyasis.

Secretis, remoti, abditi, vt eleg. 9. sup.

A *In secreta lectulus herba.*

Fluit, manat. eleg. 3. lib. 3.

Bellerophontei quà fluit humor equi.

Horat. oda 15. Epod. *Tibique Pactolus fluat. Puellis*, in vsum puellarum. *Puellis*, an virginibus? an feminis?

SIC *anus, ille humeris postes concussit opacos.*] *Sic anus*, supple ait. sup. vers. 51.

Talibus Alcides; at talibus alma sacerdos
Puniceo canas stamine vincta comas.

Ille concussit postes, labefactauit & impulit ita vt euerteret, vt supra: *Diruit ira fores. Postes*, vide adnot. ad eleg. 9. supr. vers. 21. *Opacos.* Festus:
B *Opaca, vmbrosa.* Virg. eclog. 1.

—— *frigus captabis opacum.* 6. Æneid.

Vlmus opaca ingens. &, *Lucis habitamus opacis.*

Opaci ergo postes inumbrati frondibus eius populi quæ ornabat ædem, vt dixit sup. An geminas arbores vmbrosas pro postibus ianuæ fuisse significat, vt ruri sæpe videmus. *Opacum* ab operiendo deducunt. An ab Ope, id est; terra & aquis, quia humida loca vmbrosa solent esse. *Humeris.* sic Virg. 4. Æneid. —— *Trudunt*

Obnixæ frumenta humeris. Ouid. 1. fast.

Nititur hic humeris, cælum quoque sederat illis,
Et vastum motu collabefecit onus.

C De Hercule, & Caci speluncæ foribus. Plaut. Capt. sc. 1. act. 4. *Humerus mihi est aries.*

NON *tulit iratam ianua clausa sitim.*] non sustinuit impetum sitientis, & ideo magis irati Herculis, vt supr. *Ira diruit fores.* eleg. 8. lib. 1.

Vicimus assiduas non tulit illa preces.

resistere non potuit: sic Virg. 2. Æneid.

—— *nec claustra, nec ipsi*
Custodes sufferre valent.

id est, sustinere non possunt, pares non sunt ei. *Ianua clausa.* sic eleg. 23. lib. 2.

Ah pereant, si quos ianua clausa iuuat.

D & eleg. 3. lib. 1. *Clausis expulit è foribus.* vnde *Ianus Clusius. Sitis*, pro sitiente vt el. 5. lib. 3.

Non bibit è gemma diuitis nostra sitis.

& eleg. 5. supr. *Tuam famem*, pro te famelicum. Vt autem famelici, & ieiuni iracundiores, (vt diximus ad eleg. 5. sup. *Ieiuno sono.*) sic siticulosi. Virg. 3. Georg. de Angue:

—— *flammantia lumina torquens,*
Sæuit agris, asperque siti, atque exterritus æstu.

Complexus vtrumque Virg. 9. Æneid.

—— *ille asper & improbus ira*
Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.

E AT *postquam exhausto iam flumine vicerat æstum.*] sic eleg. 2. sup.

At postquam ille suis tantum concessit alumnis.

Vicerat, domuerat, compescuerat. eleg. 17. lib. 3.

Vince sopore caput. Sederat & restinxerat sitim; quia victi quiescere coguntur. *Æstum.* id est, sitim id quod præcedit, pro eo quod sequitur: nam æstum sequitur sitis. eleg. 4. sup.

—— *Quo dulcis ab æstu*
Fistula poturas ire iubebat aquas.

sic eleg. 7. *Damnatas manus.* id est, sceleratas. & eleg. 6. supr. *Confessum Parthum.* id est, victum. Contra Virg. sitim, pro calore posuit 4. Æneid.

Hinc deserta siti regio. & ecl. 1. *Sitientes Afros.*

Exhausto iam flumine. quasi totum fontem ebiberit, præ siti, vt sitire fons ipse cogatur, vt Cicero in ep. ad Q. fratrem δίψῶσαν κρήνην, dixit. Sic *exhaurire fontem benignitatis.* Cic. 2. offic. *Interbibere fontem*: Terent. *Intertrahere animam puteo*: Plaut. *Epotaque flumina Medo*: Iuuenal. vide Statium 4. Thebaid. sub finem de exhausto à sitiente fluuio. *Flumine.* vide verf. 36. sup.

PONIT *vix siccis tristia iura labiis.*] vt eleg. 9. lib. 3. *Et liceat medio ponere iura foro.* Sic νομοθετεῖν, Græcis, νομοθέτης, καὶ νομοθεσία. *Tristia iura*, amara, feuera, dura mulieribus. *Rigoureuses loix.* Contra eleg. 5. lib. 2.

—— Per domina Iunonis dulcia iura.

& eleg. vlt. infra:

Dei pater hic vmbra mollia iura mea.

eleg. 1. fupr. *Tristis pertica.* & *Triste cubile*, pro durum eleg. 15. lib. 3. Albin. ad Liuiam:

—— nec omnes

Mutarunt audi tristia iura Dei.

vide Nonium in *Triste.* Cicero 2. Verr. *P. Sulpitius iudex tristis & integer.* *Vix siccis labiis*, statim à potu. nam illico arefcunt labra. alio modo Catullus de Parcis neentibus:

Laneaque aridulis hærebant morsa labellis.

Est autem ira, & studium vindictæ moræ impatiens.

ANGVLVS *hic mundi nunc me mea fata trahentem*

Accipit, hac fesso vix mihi terra patet.] Festus: *Angulus à Græco ἀγκύλον, siue ab eo quod est ἐγγύς, id est, propè: quod adducatur* (alias *aduncatur*) *quod ex diuerso coacta faciunt anguli formam.* Isidor. cap. 8. lib. 15. *Angulus* (domus) *quod duos parietes in vnũ coniungat.* De angulis ædiũ (abditis locis) Plautus & Terentius. M. Cato dierum dictarum apud Charisium lib. 2. in *Nocte*: *Mare velis florere vides vltra angulum Gallicum.* Varro 1. de ling. Lat. apud Priscianum ait scribi solitum *aggulus*, vt *aggulla, aggeps, aggora.* Idem 5. de ling. Lat. ab agendo deducit, quod in eo propter angustiam nihil agi potest: & quod in eo locus angustissimus cuius loci is angulus. At Scaliger in Varron. ab ἀγκών deducit. Horat. oda 6. li. 2.

Ille terrarum mihi præter omnes

Angulus ridet. fat. 6. lib. 2.

—— O si angulus ille

Proximus accedat, qui nunc deformat agellum.

ep. 14. lib. 1.

Angulus iste feret piper, & thus ocyus vua.

Seneca ep. 28. *Non sum vni angulo* (terræ) *natus.* Ibidem: *In angulo Barbariæ esse.* Videtur etiam idem esse apud Horatium, *Latus mundi*; oda 22. lib. 1. & oda 24. lib. 3. *Angulus hic mundi accepit me*, vt hospitem nempe. vide fupr. hac elegia verf. 42. *Mea fata trahentem.* vitam vix agentem fato constitutam. vix ferentem fatis decretos labores. Non ducentem, fed trahentem vitam, quam mihi fata ærumnosam dederunt. el. 8. fup.

Qui dabit immunda venalia fata sagina.

id est, vitam & caput. *Trahere fata*; miro fermone: nam *fata volentem ducunt, nolentem trahunt.* At hic etiam sua fata trahit. id est, vitam fato constitutam; vt Virg. 2. Æneid.

Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebam.

& 3. Æneid.

A *Cum vitam in syluis inter deserta ferarum*

Lustra domosque traho. fic ibidem:

Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant

Corpora. & 3. Georg.

Frigidus in Venerem senior, frustraque laborem

Ingratum trahit. id est, vix fert. el. 14. lib. 1.

Nam sine optatam mecum trahit illa quietem.

Phineus apud Apollonium lib. 2.

—— καὶ γῆρας ἀμήρυτον ἐς τέλος ἕλκω.

Et senectutem longæuam ad finem traho. Electra in Euripidis Oreste: Βίοτον ἀ μέλεος εἰς τὸν αἰεὶ ἕλκω χρόνον. *Vitam* (ipfa ego) *misera in omne tempus tra-*

B *ho.* Ducitur vita felicibus; Trahitur miferis, vt onerofa, & nimis longa. Seneca paulo aliter dixit cap. 14. de confol. ad Marc. *Ducentem fata.* Virg. 5. Æneid.

Nate Dea quo fata trahunt, retrahuntque sequamur.

De fatis Herculis Apollodorus lib. 2. qui fcribit Iouem inter Deos dixisse, eum, qui primus è Perfei genere nafceretur, Mycenis imperaturum: Iunonem autem exorasse Ilithyiam, vt feptimestrem Eurysthea producere in lucem remorato Alcumenæ partu, & ita fato subditum imperiis Eurysthei Herculem.

C MAXIMA *quæ gregibus deuota est ara repertis.*] Virg. 8. Æneid.

Hanc aram luco statuit (incertum Hercules, an Potitius) *quæ maxima semper*

Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.

vbi Seruius: *Ingens illa ara fuit, sicut videmus hodieq;.* Addit prædictum fuisse Herculi ab Apolline, fore, vt in Italia Deus coleretur. Liuius lib. 1. Euandrum inducit faluere iubentem Herculem, & narrantem prædictum à matre Carmenta Deum futurum, aramque illi dicatum iri, quam opulentissima gens in terris Maximam vocet. Macrob. cap. 6. lib. 3. Saturn. Ab Hercule Victore aram maximam fuisse narrat,

D & aperto capite illic facrificari, quia constituta sit ante Æneæ in Italiam aduentum. Idem cap. 12. eiusd. lib. docet ante vrbem conditam facrificantes ad aram Maximam folitos coronari populo; poftea lauro. Pub. Victor in 11. Reg. vrbis, Circus Maximus: ad ædem Herculis, & templum vetus Castoris Aram Maximam locat. Interpres Iuuenal. fat. 8. *Magna ara ad Herculem dicitur Romæ, iuxta circum flaminium.* Ouid. 1. fast.

Immolat ex illis (receptis à Caco) *taurum tibi Iuppiter vnum*

Victor, & Euandrum ruricolasque vocat.

Constituitq; sibi, quæ Maxima dicitur, aram,

Hic vbi pars vrbis de boue nomen habet.

E Dionyf. lib. 1. ftatim ab interfecto Caco Herculem ait ftatuisse Διὸς εὑρεσίου βωμόν. & ibid.

Ὁ δὲ βωμὸς ἐφ' οὗ τὰς δεκάτας ἀπέθυσεν

Ἡρακλῆς, καλεῖται μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων Μέγιστος.

Ἐπὶ δὲ βοαρίας λεγομένης ἀγορᾶς πλησίον.

Hæc ara vbi decimas boum sacrificauit

Hercules, vocatur à Romanis Maxima.

Est autem prope boarium forum. Addit iusiurandũ apud eam, & pacta concipi, quæ volunt esse firma, & decimas offerri facultatum. Legendus Festus in *Potitium.* Meminit & Varro 5. de ling. Lat. vbi differit de porriciendis libamentis ex mercibus Herculi in aram, & quid sit

Polluctum & Profanatum. Deuota. id quod præcedit, pro eo quod sequitur. vt sup. *Aestus*, pro siti. Nam vouere præcedit soluere, & dicare sequitur. Liuius dicatam aram scribit. *Deuouere* autem in bonam partem, vt eleg. 32. lib. 2. A

Cum videt accensis deuotam currere tedis.

vbi vide adnot. Gregibus enallage numerorum pro grege. id est, armento. nam grex hîc est generis nomen. nam erant 4. tauri, & totidem iuuencæ Virgilio. Sic Iuuenal. de liberis Niobes 12. vel 14. sat. 3. *Extulit illa greges natorum.* sic el. 8. lib. 3. *Custodum gregibus.* vbi vide adnot. Vlpian. *L. 1. de rei vendicat. §. Per hanc actionem.* Gregem, Equitia, & armenta distinguit. sed illic grex est nomen formæ, non generis. B *Repertis*, iterum partis, cum inuenti sunt. vnde βωμὸς Διὸς εὑρεσίου statuit Hercules, vt notaui ex Dionysio, & ipse dixit sup.

Bis mihi quæsita, bis mea præda boues.

A R A *per has, inquit, maxima facta manus.*] sic Ouid. el. 13. lib. 3. Amor. de hac ara:

Ara per antiquas facta sine arte manus.

& ipse eleg. 18. lib. 3.

Et per maternas omnia gesta manus.

vbi vide adnot.

H Æ C *nullis vnquam pateat veneranda puellis.*] id est, interdicta sit omnibus feminis. C *Pateat ara*, vt sup. *Terra patet.* & vt *Patere templa* dicuntur. Addidit *Veneranda*, quia in propatulo posita ara omnibus & maribus & feminis conspici poterat, sed non adiri à mulieribus sacrificij caussa. *Veneranda ara*, vt Virg. 12. Aeneid.

—— Aram

Supplciter venerans demisso lumine Turnus.

Festus: *Venerari à venia, & orando.* At veniam & pacem per aras exquirebant; quod erat aras venerari, & simulacra in iis posita. Macrob. cap. 12. lib. 1. Saturn. *Mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse; quia Herculi, cum boues Geryonis per Italiæ agros duceret, sitienti respondit mulier,* D *aquam se non posse præstare, quia feminarum Deæ celebraretur dies; nec ex eo apparatu viris gustare fas esset. Propter quod Hercules facturus sacrum, detestatus est præsentiam feminarum, & Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit ne mulierem interesse permitterent.* Idem refert Sex. Aurel. Victor in origine gentis Romanæ. Plutarch. in lib. de Pythiæ oraculis, scribit in Phocide templum Herculis fuisse, qui μισογύνης diceretur, id est, Osor mulierum. eadem de re Plutarch. ἐν ῥωμ. quæst. 60. Inde formula apud Festum in *Exesto. Hostis, vinctus, mulier, virgo exesto.* Minutius Felix in E Octauio: *Nonnulla absque feminis sacra sunt.* Cato cap. 83. de re rust. Post traditam formulam. voti, quod pro bubus, vt valeant, fieri debet Syluano: *Mulier*, inquit, *ad eam rem ne adsit, neue videat quomodo fiat.* Gell. cap. 6. lib. 11. *Neque viros, ait, per Castorem, neque mulieres per Herculem iurare. & mulieres quia Herculano sacro abstinent.*

H E R C V L I S *eximij ne sit multa sitis.*] ne sit impune mulieribus quod sitienti Herculi aquam negauerunt. Iucunda hominibus est vltio iniuriæ, & à natura insita: Cicero Topic. Arist. 1. Rhet. τὸ τιμωρεῖσθαι ἡδύ. & ibid. ὁ γὰρ θυμὸς, ὁ κολάσεως ἐστίν. *Omnis enim pœna, & vltio est doloris medicina.* Hinc illa Virgiliana: *Nunquam omnes hodie moriemur inulti.* & *Moriemur inulta?* & *Vlta virum. Eximium*, id est, insigni virtute seipsum appellat quia *Licet interdum de se magnificè loqui aduersus ignorantes*, inquit Brutus Ciceroni ep. 16. ad Brutum, & Plutarchus in libello: *Quomodo se quis absque inuidia laudare possit.* vnde citatur Catonis oratio de laudibus suis contra Thermum. *Eximij*, vt Horat. oda 6. lib. *Laudes egregij Cæsaris.* Donat. in Hecyram: *Eximia pecora, quæ è grege excepta sunt ad vsus dominorum suorum, vt vberius pascantur. Sed propriè eximij sunt porci maiores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur, vt boues ad* B *hoc electi, egregij, & oues lectæ.* Ibidem: *Eximius, separatus ex omnibus. & propriè eximius porcus est, exemptus à grege, atque signatus macula, aut nota.* Festus: *Eximium inde dici cœptum, quod in sacrificijs optimum pecus è grege eximebatur; vel quod primum erat natum.*

S A N C T E *pater Salue, cui iam fauet aspera Iuno*] mutanda disticha, vt sequens præcedat. *Sancte Pater Salue.* Virg. 5. Æneid. paulo aliter: *Salue Sancte Parens. Pater*, quia epitheton Deorum omnium honoris causa, vt eleg. 1. sup. *Tarpeiusque Pater.* eleg. 4. lib. 3. *Mars Pater.* eleg. 3. supra C vers. 49. *Pater Africus.* eleg. 6. sup. *Pater Cæsar.* eleg. 17. lib. 3. *Pater Bacchus* vers. 2. An Pater etiam quia ita felix fuerit, vt 70. liberos reliquerit? Festus in *Cingulo*; vnde *Herculeus nodus* in nouæ nuptæ cingulo ominis gratia: Festus ibidem. *Saluere* autem *Deos iubebant*; quæ salus venerationis erat, non vt bene valerent optantis. Plaut. Pœnulo sc. 2. act. 1. *Veneri dicito multam meis verbis salutem.* Liuius lib. 1. *Saluere vniuersi Romulum* (iam Deum) *iubent; pacem precibus exposcunt.* Virg. 8. Æneid. de Hercule ipso:

Salue vera Iouis proles. & 7. Æneid.

Vosque ait, ô fidi Troiæ saluete Penates. Catull,

O nimis optato seclorum tempore nati

Heroës, saluete Deûm genus.

vide Brissonij formulas. *Cui iam fauet aspera Iuno*, cui nouerca olim sæua & iniqua, nunc æqua est & benigna. Ouid. eleg. 5. lib. 3. Trist.

Neue hominum referam flexas ad mitius iras

Iunonis gener est, qui prius hostis erat.

Seneca Octauia: *Deus Alcides Possidet Heben*

Nec Iunonis Iam timet iras, Cuius gener est,

Qui fuit hostis. Apollod. lib. 2. Ἐκεῖθεν δὲ τυχὼν ἀθανασίας, καὶ διαλλαγεὶς Ἥρᾳ, Ἥβην ἔγημεν. *Exinde sortitus immortalitatem, & reconciliatus Iunoni, Heben duxit vxorem*, qua de re el. 13. lib. 1.

Nec sic cœlestem flagrans amor Herculis Heben

Sensit in Oetæis gaudia prima iugis.

vide & Ouid. 9. Metam. de Iunone Herculi reconciliata. *Aspera Iuno.* sup. vers. 43. dixit. *Iunoni amara.* Sic Virg. 1. Aeneid.

—— Quin aspera Iuno

Quæ mare nunc, terrasque metu, cœlumque fatigat,

Consilia in melius referet. *Iunonis* autem *grauis ira, nec exsaturabile pectus*, vt loquitur Virg. 5. Æn. Idem 12. Æneid.

Es germana Iouis, Saturnique altera proles

Irarum tantos voluis sub pectore fluctus.

Homerus Iouem inducit sub finem lib. 5. Iliad. sic Martem alloquentem:

Μητρὸς τοι μένος ἐστὶν ἀάσχετον, οὐκ ἐπιεικτὸν Ἥρης. *Matris tuæ animus est intolerabilis, non tractabilis Iunonis.* nam Iuno est aër, qui facile turbatur, & asperatur ventis, nubibus, imbribus, fulminibus, grandinibus. *Iam*, nunc, tandem, vel iamdudum. *Fauet*, vt eleg. 1. supra: *Roma faue.*

SANCTE *velis libro dexter inesse meo.*] Plinius cap. 2. lib. 28. morem fuisse ait Deos obtestandi, vt vellent. Virg. 1. Æneid.

Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyrijsque diem, Troiaq; profectis
Esse velis. vbi Seruius: *secundum Hetruscam disciplinam: nam dicebant, Volens propitiusque sis.* Tibull. lib. 4.

Pro quibus officijs, si fas est, Sancte paciscor,
Assiduus custos ruris vt esse velis.

Ouid. lib. 3. de arte:

O ita Phœbe velis; ita vos pia numina vatum.

vnde ad Populum formula. *Velitis, iubeatis.* & in edictis. *Dexter*, secundus, propitius. Sic Persius dixit: *Dextro Hercule.* Virg. 8. Æneid. ad Herculem:

Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

Ouid. 1. fast.

Huc tibi deuoto numine dexter ades. Ibid.
Dexter ades ducibus, quorum secura labore
Otia terra ferax, otia pontus habet.

DEXTER *ades patribusque tuis, populoque Quirini.*] vide adnotata eleg. 1. sup. vers. 68. *Inesse libro meo*, vt eleg. 1. supr. *Inque meis libris nil prius esse fide.* Alias legitur, *adesse.* vide Brisson. form. 77. in medio. Cur autem ad librum adesse, & ad versus suos Herculē vult? Plutarchus ἐν ῥωμ. quæst. 59. Cur communis erat Romæ Herculi ara, & Musis? quia is Euandrum, inquit, literas docuerit; quod olim perhonorificum erat. Hercules erat μουσηγέτης, id est, comes duxque musarum. In oratione Eumenij Rhetoris de instaurandis scholis: *Aedem*, inquit, *Herculis Musarum in Circo Flaminio, Fuluius ille nobilior ex pecunia Censoria fecit*, &c. vide apud Lilium Gyraldum p. 320. & 321. vbi docet defensoribus Heroibus Musas indigere. Peritum musicæ fuisse Herculem scribit Plutarchus in libello de Musica. Idem in libello quid significet εἶ, Herculem dialecticæ peritissimum euasisse ait, postquam vsus esset Promethei & Atlantis consuetudine. Statius in Syluis:

Dic age Calliope, socius tibi grande sonabit Alcides.

NVNC *quoniam manibus purgatum sanxerat orbem.*] τὸ Nunc videtur idem valere, quod igitur, vt eleg. 9. lib. 2.

Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam.

& eleg. seq. vers. 47. Alias legitur, *Hunc*, quod apertum est. *Sanxerat orbem*, sanctum & purum reddiderat, vt notauimus sup. ad illud:

Aruaque mugitu sancite boaria longo.

nam & *sanctum* sæpe idem, quod purum & castum. Macrob. ergo hic *διὰ τὸ αὐτὸ Sanxerat purgatum*; pro Sanxerat & purgarat. vide adnotata ad illud hîc sup.

Aruaque mugitu sancite boaria longo. ... *Ama secreti limitis vna fuit.*

ver. lib. *Senserat orbem.* Bernaldus correxit, *Sanxerat. Orbem* terræ intelligit, vt contra pro cœlo

A posuit sup. *Tergo qui sustulit orbem. Purgatum*, liberatum à monstris & tyrannis. nam pugnare est purum agere & facere. vnde *purgare se* dicuntur, qui se puros probare & insontes volunt. Cicero pro Sextio: *Cædem maximam facias, forum purges*; id est, purum locum, & solum reddas. vt Varro apud Nonium in *Expulsim*: *Purgatum scito, quoniam videbis in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere. Purgari pisces* dicuntur Terentio. Purgare est etiam medicorum, vt Ciceroni & Horatio. *Manibus*, vi ac virtute: el. 11. lib. 3.

Aut vbi Pompeia Bosphora capta manu.

Virg. 11. Æneid.

B *Manibusque meis Mezentius hic est.*

Significatur autem Hercules Alexicacos, & vindex terræ, Ouidio 9. Met.

SIC *Sanctum Tatiæ composuere Cures.*] τὸ *Sic*, ideo vel, itaque vel eo modo, quo nunc dicitur. eleg. 19. lib. 2.

Sic me nec solæ poterunt auertere syluæ.

Tatiæ Cures. Scaliger legit *Tatij* in masculino, vt Veij. errat; nam vrbem pro populo posuit. *Cures*, vrbs Sabinorum, vnde Numa. Virgilius 6. Æneid.

Curibus paruis & paupere terra.

Dionys. lib. 2. Modium Tabidium quendam
C condidisse ait τὰς καλουμένας Κύρεις, vel quia Martis filius haberetur, vel quia Sabini hastas Cures vocant, vbi plura. Strabo lib. 5. Cureis vrbem Sabinorum quondam nobilem ait fuisse, vnde reges duo Romæ regnarint, Tatius & Numa; sed exiguum vicum ætate sua fuisse. *Tatiæ* ergo *Cures*, in quibus Tatius regnauit, vt *Tatiæ prætoria turmæ* eleg. 4. supr. vers. 31. & *Tities viri* eleg. 1. sup. vers. 31. Ouid. 6. fast.

Quærebā nonas Sancto (alias Sanco) fidione referrē:
An tibi Semo pater: Tunc mihi Sancus ait.
Cuicumque ex illis dederis, ego munus habebo.
D *Nomina terna fero, sic voluere Cures.*
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,
Inque Quirinali constituere loco.

Composuere Sanctum, condidêre & constituêre ædem Herculi Sancto, & id ei posuêre nomen. *Componere*; pro, ponere, vt eleg 11. lib. 1.

Molliter in tacito littore compositam.

An significat apud Sabinos mortuum? non probo. Perspicuè autem Propertius Sanctum Herculem dictum esse confirmat, cum id nomen à sanciendo & purgando terrarum orbe deducit. Vetus inscriptio apud Aldum de Ortographia: *Sanctissimo Herculi inuicto.* Plutarch.
E in ῥωμ. quæst. 30. vbi quærit cur noua nupta dicat: *Vbi tu Caius, ego Caia.* ἐν τῷ τοῦ Σάγκου ἱερῷ, in Herculis sancti fano. M. Cato in Originum fragmentis, *quem Sabini Sangum dicerent, Romanos Sanctum pronunciasse.* D. August. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 19. *Sabini*, inquit, *regem suum primum Sangum, siue vt alij appellant, Sanctum retulerunt in Deos.* Silius Italicus lib. 8.

Ibant, & læti pars Sanctum voce canebant,
Auctorem gentis: pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Varro 4. de lingua Lat. *Aelius Gallus Dius fidius dicebat Iouis filius, vt Græci Διόσκουρον Castorem, & putabant*

putabant hunc esse Sanctum (alias Sangom) *ab Sabina lingua, & Herculem ab Græca.* Festus in *Prædia: In æde Sancti, qui Dius fidius putatur.* Dionys. libr. 2. Sangum (vel Σάγκον vt est io alus libris) δαίμονα ἐπιχώριον vocat, id est, Geniom eiua loci & regionis (Sabioorum) τίνοι δὲ τὸν Σάγκον ὑπὸ ἰδίου Πίνοι καλεῖσθαι Δία. Sed à Sancio, Sacio, Sancus, & Sagmina, & Saoctus. Apud P. Victorem *Sacellum Genij Sangi* est in 7. regione vrbis. Plio. eap. 48. lib. 8. in remplo Sangi lanam & eolum Cæciliæ durasse air ad M. Varronis ætatem. Lactantius cap. 15. lib. 1. Diuinarum Institutionum, Sangum vel Sancum vocat. Liuius lib. 8. *Bona Semoni Sango conseeranda.* & libr. 33. Ædem Sangi commemorat. & Festus in *Propter viam: Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Deus.*

AD ELEGIAM XI.

NVNC *Iouis incipiam causas aperire feretri.*] Sic exordirur eleg. 4. supra. τὸ *Nunc* ootat ordinem, & alia ante scripta, vt Virg. 2. Georg.

Hactenus aruorum cultus, & sidera cæli
Nunc te Bacche canam.

& eleg. 10. libr. 2.

Nunc volo subducto grauior procedere vultu,
Nunc aliam citharam me mea musa docet.

Incipiam aperire, aperiam pandam, explicabo à prima origine. Incipere est magoorum facinorum. Sic Virg. 1. Georg. *Hinc canere incipiam.* & sæpe vacat vt el. 1. lib. 4.

Incipe tu lacrymis æquus adesse meis.

pro, adsis. eleg. 4. lib. 3.

Inque sinu caræ nixus spectare puellæ
Incipiam. & eleg. 15. lib. 2.

Fluminaque ad caput incipient reuocare liquores.

Causas, varias oomiois rationes. Varro 6. de lingua Lat. voeat *Origines verborum.* mox *Verborum causas.* Ouid. 6. fast.

Est illis strigibus nomen, sed nominis huius
Causa, quod horrenda stridere voce solent.

Iouis feretri. Legendus Liuius lib. 1. & lib. 4. Plutarcb. in Romulo, & in Marcello. Dionys. lib. 2. Coroel. Nepos in vita Attici. Plin. eap. 53. lib. 2. Dio lib. 44. & 55. Aoctor de viris Illustribus cap. 2. Festus in verbo, *Feretrius,* & in *Opima.* Solinus Feretrij Iouis ædem se fecisse, & dicasse Augustus scribit in breuiario rerum à se gestarum. Vetus Poëta apud Terentianum: *Opima adposui senex Amori arma feretrio.* vide Brisson. form. p. 54. v. 18. & seq.

ARMAQVE *de ducibus trina recepta tribus.*] *Arma*, mox vocat *Exuuias & Spolia. Trina arma*, vt Cicero dixit: *Trinæ literæ. Trinis castris,* Cæsar *Per trina theatra virgis cadere* Sueton. in August. *Recepta.* compositum pro simplici, vt eleg. supra vers. vlt. *Composuere*, pro posuere. Donat. in Andr. *Re apud veteres abundat, vt renuntio.* sic *recondere*, pro coodere. eleg. 13. lib. 3. *Mixta referre lilia*, pro ferre. eleg. 26. lib. 2.

A *Vrna refudit aquas.* eleg. 29. lib. 2. *Retinere sagittas*; pro tenere. eleg. 8. lib. 3. *Rescisso sinu.* sic requiescere, relioquere, remorari, reponere. *De tribus ducibus*, Aerone, Tolumnio, Virdomaro. Est autem Hysteron proteron: oam prius egit de ducibus, deinde de nomine.

MAGNVM *iter ascendo, sed dat mihi gloria vires.*] allegoricῶς de opere difficili, *Magnum iter ascendo.* sic eleg. 6. supr.

Pura nouum vati laurea mollit iter.

vide adoor. ad illud eleg. 1. lib. 3.

Non datur ad Musas currere lata via.

B Petron. *Cæteri aut non viderunt, qua iretur ad carmen, aut visam timuerunt calcare.* vide Lactant. cap. 3. & seq. Diuin. Instit. lib. 6. *Ascendo iter*, vt eleg. 21. lib. 3.

Scandam ego Theseæ brachia longa viæ.

Dat mihi gloria vires, me adiuuat, & auget robur ingenij. sic Ouid. eleg. 13. lib. 5. Trist.

Denique non paruas animo dat gloria vires,
Et fecunda facit pectora laudis amor.

Idem eleg. 1. lib. eiusd.

Denique nulla mihi captatur gloria, quæque
Ingenijs stimulos subdere fama solet.

C Hoc facit & illud el. 3. lib. 4. Trist.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

& Virg. 6. Æneid.

Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.

NON *iuuat ex facili lecta corona iugo.*] sine labore parta præmia ingrata sunt. Horat. ep. 1. lib. 1. —— *cui spes,*

Cui sit condicio dulcis, sine puluere palmæ?

vnde apud Græcos ἀκονιτὶ, ἀκόνιτι, ἀναιμωτί. *Non iuuat. non facit caput* dixit eleg. 1. lib. 3. vers. 20. eleg. 16. lib. 2.

Non iuuat in cæco Venerem corrumpere motu.

Lecta corona, decerpta. Legere decerpere vel manu, vel ferro. ipse eleg. 12. lib. 2.

D —— *aut quæ*

Lecta Prometheis diuidit herba iugis.

Virg. 2. Georg. —— *sed vncis*

Carpendæ manibus frondes, interque legendæ,

E iugo facili, è sylua in iugo, & vertice, quò facile aditur. In iugis vulgo syluæ nascuntur, vnde Ouid. el. 1. lib. 1. Amor.

Quis probet in syluis Cererem regnare iugosis?

Facile iugum, clementi ascensu, & cliuo leni ac molli.

IMBVIS *exemplum primæ tu Romule palmæ.*] Exemplum institois, & doces posteros, quid sit faciendum ducibus Romanis aduersus hostium duces. Translatum à vasis quæ recentia

E liquoribus imbuootur. el. 15. lib. 3.

Illa rudes animos per noctes conscia primus
Imbuit.

Festus: *Imbutum quod rei cuiuspiam succum bibit; vnde infantibus an velint bibere dicentes bu syllaba contenti sumus.* vnde *buas* potionem infantum dixit Cato apud Nonium; & *Vinibuas* Lucillius, quas Plautus *Merobibas. Exemplum.* Romulus ipse apud Liuium lib. 1. *Me auctorem sequentes posteri ferent*, (Spolia opima in ædem tuam Iuppiter.) *Prima palmæ*, victoriæ, vide el. 1. supr. vers. 102.

HVIVS *& exuuiis plenus ab hoste redis.*] am-

biguè & *huius palmæ* & *huius* (hostis) *exuuijs.* *Exuuijs plenus.* sic Virg. 1. Æneid.

Spolijs orientis onustum. & 2. Æneid.

Redit exuuias indutus Achillei.

Plaut. Trucul. act. 2. sc. 6. *Filium peperisti, qui ædes spolijs opplebit suas.* Dionys. lib. 2. de hac re: τὸν Καινίνων βασιλέα ὑπαντιάσαντα σὺν καρτερᾷ χειρὶ, μαχόμενος αὐτοχειρίᾳ κτείνει, καὶ τὰ ὅπλα ἀφαιρεῖται. *Regem Ceninensium occurrentem cum valida manu, dimicans sua manu occidit, ac spoliat.* Liuius libr. 1. *Regem in prælio obtruncat, & spoliat,* &c. & mox: *Spolia ducis hostium cæsi, suspensa fabricato ad id apte ferculo, gerens, in Capitolium ascendit, ibique ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit Iouis templo fines,* &c. Plutarchus in Romulo ait Romulum Acronis arma suspensa in quercu præcisis ramis gestasse dextro humero. Pro *Exuuijs*, vet. lib. Habent, *Exuuio*, vt *delicium* & *deliciæ*; *vigilium* & *vigiliæ.* *Ab hoste*, à Ceninensibus.

TEMPORE *quo portas Ceninum Acrona petentem*
Victor in euersum cuspide fundis equum.]

sic eleg. 1. supr.

Tempore quo socijs venit Lycomedius armis.

& eleg. 10. supra vers. 1. *Qua tempestate.* *Victor*, & superior, & voti compos. *Fundis*, sternis. Virgilius 1. Æneid.

——*ingentia victor*
Corpora fundit humi. & 9. Aeneid.
——*fortemque manu fudisse Numanum.*

vide Nonium in *Fundere*, pro sternere. Pleni exemplorum historici. *Cuspide*; *hasta Romula* dixit eleg. 4. supra vers. 26. sic *Cuspis*, pro hasta eleg. 1. lib. 2. vers. 64. vbi vide adnot. *Acrona.* vet. lib. *Acronta*, vt *Draconta*: Charis. de Acronis cæde, & spolijs vide Valer. Max. cap. 2. lib. 3. *Ceninum.* Cænina oppidum, cuius incolæ Cæninenses; Propertio tamen Cænini, vt Liuio lib. 1. *Caninum nomen.* Plin. cap. 5. libr. 3. Καινίνη dicitur hæc vrbs à Dionys. lib. 2. & Stephano περὶ πόλεων. *Petentem portas*, accedentem ad ipsa vrbis Romæ mœnia. *In equum euersum.* Prostrauit hasta equitem & equum simul resupinauit. Euertimus ciuitates, domos, & æquora & naues Virgilio. Sed & homines ipsi euerti dicuntur in acie. Cicero pro Milone: *Mars sæpe spoliantem & exultantem perculit & euertit ab abiecto.*

ACRON *Herculeus Cenina ductor ab arce.*] an de gente Herculis? nam & Fabij ex ea, & apud Virg. *Satus Hercule pulcro Pulcer Auentinus.* An de vrbe Herculi sacra, vt erant Tibur & Tarentum? An vir fortis? nescio. nihil enim historici, quod sciam, de hac re prodiderunt. *Ductor*, pro duce, vt rector & regnator pro rege. sic Virg. *Maximè Troiugenûm ductor*; id est, rex. Et *Ductores Danaûm.* *Ductor ab arce*, vt eleg. 6. sup. *Mundi seruator ab Alba.* Cænina arx nulla memoratur ab historicis; sed tamen cum rex esset illi rectè arcem tribuit. Porro apud Ouid. 2. fast.

Te Tatius paruique Cures, Cæninaque sensit.

Leg. *Caninaque sensit.* sed alij libri, *Canitaque*, vt apud Dionys. lib. 2. βασιλέα τῶν Καινίνων.

ROMA *tuis quondam finibus horror erat.*] sæpe

A ad vrbem Romam sermonem conuertit, vt el. 1. supr. *Troica Roma resurges.* & *Roma faue.* & el. 4.

Romani colles, & montibus addita Roma.

& alibi: *Eras horror.* sic Ouid. 1. fast.

Cacus Auentinæ timor, atque infamia syluæ.

Martial. de eodem Caco ep. 66. lib. 5.

Syluarumque tremor. Lucret. lib. 3.

Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror.

Ouid. 1. Met. *Populisque nouis*, &c. *Terror eras.* ipse eleg. 6. lib. 3.

Audaci tu timor esse potes. Alij libri, *Hector*, vt Virgilius dixit 6. Aeneid.

——*Alius Latio iam partus Achilles.*

B *Tuis finibus* cum terminus imperij esset ripa dextra Tiberis, vt infra dicetur ad vers. 27.

HIC *spolia ex humeris ausus sperare Quirini.*] *Ausus*, spem improbam notat, & temeritatem. Sic Cicero pro Lege Manilia: *Victus tantum efficere potuit, quantum incolumis nunquam ausus est optare.* vide adnot. ad el. 11. lib. 3. vers. 13. *Spolia ex humeris.* periphrasis armorum. Festus: *Arma propriè dicuntur ab armis; id est, humeris dependentia, vt scutum, gladius, pugio, sica, & ea quibus propè præliatur; sicut tela quibus procul.* Seruius in 4. Æneid. *Arma sunt propriè, quæ armos tegunt.* Virg. ergo propriè 2. Æneid.

C *Arma diu senior desueta trementibus æuo*
Circundat nequicquam humeris.

Sic lorica circundatur humeris apud eundem Virgilium. Ouid. 5. fast.

Hinc videt Iliadem humeris ducis arma ferentem.

& ipse eleg. 6. supr. *Onus ex humeris*, de arcu & pharetra dixit. *Quirini.* vet. lib. Quirinis, Romuleis, vt Horat. oda 2. lib. 1. ——*Diuque*
Lætus intersis populo Quirino.

Ita vet. lib. sic eleg. 4. sup. *Romula hasta.* *Tatiæ Cures.* *Volsinij foci.* De Quirino dictum eleg. 6. sup. *Teucro damnata Quirino.*

D IPSE *dedit, sed non sanguine sicca suo.*] dat spolia qui victus est, etiam si inuito eripiuntur. Ennius: *Salmatida spolia sine sanguine & sudore.* eleg. 6. sup.

Reddat signa Remi, mox dabit ipse sua.

Sic *dare pœnas* dicuntur, à quibus inuitis exiguntur. *Ipse dedit*, vt *Faber ipse gestat compedes.* *Turdus ipse sibi malum cacat.* *Sed*, pro atque ea. eleg. 7. sup.

Hoc carmen media dignum me scribe columna,
Sed breue, quod currens vector ab vrbe legat.

Non sanguine sicca, non incruenta. sic Virg. 8.

E Æneid. *Et siccum sanguine guttur.* & 9. Æneid.

Et sicca sanguine fauces.

HVNC *vides ante cauas vibrantem spicula turres*
Romulus, & votis occupat ante ratis.] occurisse illi dicitur Romulus Liuio & Dionysio. *Vibrantem spicula*, torquentem hastilia & iacula. Virg. 11. Aeneid.

——*Hastasque reductis*
Protendunt longè dextris, & spicula vibrant.

Vibrare, brandir. Catullus:

Desissemque truces vibrare Iambos.

Est & *vibrare*, crispare vocem in cantando. Festus in *Vibrisse* ex Titinio: *Si erit sibi cantandum facito vsque exuibrisset.* *Vibrasse hastas* Cicer. 2. de Orat. Idem in Orat. neutraliter;

Demosthenis non tam vibrarent fulmina illa. Seneca ep. 50. *Cum tela vibrarent.* id est, vibrarentur. Sed alij lib. *Librantem.* Virg. 9. Æneid.

Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

& 10. Æneid. *Telum quod missile libro.* Ouid. 2. Metamorph.

Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure
Misit in Aurigam. quia æquo pondere iaculũ mitti solet, vt perferat ictum. Liuius lib. 7. *Tela librata ponderibus figi.* & lib. 30. *Quo grauior & librator ictus esset. Spiculum*, inquit Veget. cap. 15. lib. 2. *Nunc dicunt, quod olim pilum.* dictum puto quod spici formam referat. vnde Virgilius 1. Georg.

—— ferroque faces inspicat acuto.

Hîc pro hastili. sæpe pro sagittis, vt eleg. 13. lib. 2. vers. 2. *Ante cauas turres.* Ante vrbem exultantem & iaculantem, significatque Antarium bellum. De turribus Romanis dictum eleg. 21. lib. 3.

Romanæ turres, & vos valeatis amici.

Cauæ turres, quæ intus vacant capiendis propugnatoribus. Virg. 9. Æneid.

Armatique cauis exspectant turribus hostem.

sic *Caua buxa* eleg. 9. supr. *Occupat*, vide adnot. de hoc verbo eleg. 4. supra vers. 84. τὸ *Ante*, si iungitur cum *Occupat*, vacat, vt apud Cæsarem 2. de bello ciuili: *Præcurrit ante omnes.* & Sueton. in August. cap. 96. *Ante præsensit.* vel significat ante vouisse (quod Iuppiter ratum habuerit) deinde occupasse. sic infra:

Omine quod certo dux ferit ante ducem.

Vota rata, firma, vt el. 1. sup.

—— Pergameæ sero rata carmina vatis.

Rata vota, quæ Diis probantur, vt el. 1. lib. 3.

—— Lycio vota probante Deo.

sic Horat. *Spes iubet esse ratas.* & Cic. *Rati motus astrorum.* Ouid. in Ibin:

Nulla mora est in me, peragam rata vota sacerdos.

Plin. cap. 35. lib. 9. *Iniecit manum L. Plancus victumque Antonium pronunciauit, omine rato.* quod omen ratum mox fuit Actiaca victoria.

IVPPITER, *hæc hodie tibi victima corruet Acron.*] Plutarch. in Romulo alterum ab altero prouocatum scribit, stante vtrimque & spectante exercitu, & Romulum ante congressum arma hostis Ioui vouisse. Liuius voti ante pugnam non meminit. Dionys. de tota re silet. Precum autem & votorum formula, ab eo nomine: *Iuppiter*: Liuius lib. 1. Virg. 1. 4. 5. Æn. *Hæc victima.* Virg. 12. Aeneid.

Hæc melior magnis data victima diuis.

De humana victima vt hîc. Horat. *Victima nil miserantis Orci.* & Cic. pro Flacco. De Flacco: *Victima inimicorum.* Sic apud Liuium lib. 4. *Cossus minatur se* (Tolumnium) *mactatam victimam daturum Manibus legatorum.* Festus: *Victimam ait Aelius Stilo esse vitulum, ob vigorem, alij quod vincta adducatur: aut quod ad hostes victos immoletur.* Ouid. 1. fast.

Victima quæ cecidit dextra victrice vocatur.

Seruius in 1. Æneid. *Hostia sacrificia, quæ ab ijs fiunt, qui in hostem pergunt: Victimæ quæ post victoriam.* Isidor. lib. 6. *Victima quasi ictima, quod ictu* (securis vel mallei) *caderet. Corruet.* ex eo quod sequitur, quod præcidit intelligitur, nempe mactabitur. el. 8. lib. 2.

Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit. *Tibi.* Plaut. Amphit. sc. 2. act. 4. *Sacrifico ego hunc tibi Iuppiter.*

VOVERAT, *& spolium cecidit ille Ioui.*] statim vouit, & statim voti compos factus Acrona occidit. sic eleg. 6. lib. 4.

Dixerat & pharetræ pondus consumit in arcus.

Spolium Ioui, quia ei cæso detracta spolia opima, quæ dicata Ioui. *Ille spolium*, vt eleg. 4. lib. 2.

Nam cui non ego sum fallaci præmia vati.

Virg. 11. Aen. *Tibi magne trophæum Bellipotens. Spolium*, quia & vita & armis spoliatus. Ergo & victima, & spolium.

VRBIS *virtutisque parens sic vincere suenit.*] Romulus, qui vrbem condidit, & instituit ac imbuit cæteros exemplo suo ad virtutem, sic didicit & vsu nouit vincere. *Vrbis parens.* sic etiam consalutatur apud Liuium lib. 1. in eius apotheosi. *Deum, Deo natum, regem parentemque vrbis Romanæ saluere vniuersi Romulum iubent.* Lactant. lib. 1. cap. 16.

—— O Romule, Romule, die o
Qualem te patriæ custodem Dij genuerunt?
Tu produxisti nos intra luminis oras,
O pater, ô genitor, ô sanguen Dijs oriundum?

Ex Ennij Annal. lib. 3. Sed citat vltimum versum ex 2. Annal. Priscianus in *Sanguen. Virtutis*, τῆς ἀνδρείας. Seneca Octauia:

Vera priorum Virtus quondam Romana fuit
Verumque genus Martis in illis sanguisque viris.

Parens virtutis, vt Virg. 2. Georg.

Salue magna parens frugum Saturnia Tellus;
Magna virûm. *Parens lyræ* Mercurius dicitur Horatio. Ciceroni *Parens bonarum artium philosophia.* sic *Pater chori* eleg. 32. lib. 2. *Sic*, ad hoc exemplum Acronis cæsi, vel facile, vel omnino. *Vincere suenit*, vt el. 6. sup.

Signaque iam patriæ vincere docta suæ.

QVI *tulit aprico frigida castra lare.*] id est, cum ei apricus lar, & tepida domus esse posset in vrbe, castra tamen frigida militiamque tolerauit, vt hæc, *Aprico Lare*, per se stent 7. casu, & *Tulit castra*, idem sit quod *Militiam pati* eleg. 1. supr. vers. 137. sic dixit *Tulit notos* eleg. 6. supra vers. 28. *Frigida* vocat castra, quia vita illic sub Dio, qua de re Horat. oda 2. lib. 3.

Angustam, amici, pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat: & Parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta:
Vitamque sub dio, & trepidis agat *In rebus.*

Lare, vt eleg. 1. supr.

In tenues cogeris ire Lares.

vbi vide adnotat. *Aprico.* Festus: *Apricum locum, à sole apertum, quasi ἄνευ τῆς φρίκης, sine horrore frigoris: vnde & Africa.* Inde *apricari hyeme in sole*: Varro apud Nonium: & Cicero de Senectute. *Apricatione vel igni calescere.* Seruius in 2. Æneid. *Et apricus locus dicitur, vt Horat. Cur apricum oderit campum: & apricus homo; vt Pers. Apricis meminisse senes.* Idem in illud 5. Æn *Apricis statio gratissima mergis. Apricum quasi ἄνευ ψύχους sine frigore, & apricum sole calens, quod est abdito*

& opaco contrarium. Idem in illud: *Terris immittit apricis*: *Apricum ἄνευ φρίκης, sine frigore.* Beroaldus ad hunc locum: *Laudat*, inquit, *Romulum à præstantia virtutis, qui frigorum castrensium esset patiens, nec minus idoneus agricolationi, quam militiæ.* hæc ille. At Scaliger prouerbium, inquit. Horatius:

In pace aptarit idonea bello.

Ao legendum:

Qui tulit aprico frigida castra Lari.

Id est, prætulit, antetulit. Maluit frigos militiæ pati, quam otiosè in Lare aprico degere. An legendum:

Qui tulit à prisco frigida castra Lare.

Id est, iam tum ab illa casa Faustuli, in qua educatus, & vbi latrocinari cœpit.

IDEM *eques & frenis, idem fuit aptus aratris.*] Si de Romulo loquatur significat quod ait Plutarchus peditem retulisse trophæum, eundem alias equitem. sic eleg. 1. sup.

Quattuor hinc albos Romulus egit equos.

Sed qood sequitur, *aptus aratris*, non conuenit equiti, sed equo: Eques autem, pro equo Virg. 3. Georg.

Frena Pelethronij Lapythæ, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo. Ennius apud Gell. & Macrob.
Denique vt magna quadrupes eques, atq. elephanti
Proijciunt sese. Idem apud Nonium:
At non quadrupedes equites.

Lucill. apud Gell. cap. 5. lib. 18.

Queis nunc currere equũ nos atq. equitare videmus;
His equitat, curritque: oculis equitare videmus:
Ergo oculis equitat.

Si equitat equus, ergo eques. Contra equum, pro equo posuit eleg. 3. supr.

Quot sine aqua Parthus millia currit equus.

Equus autem & aratro & bello natus. Virgilius 1. Æneid.

——*Iactati vndis & turbine Pœni*
Effodere loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem.

& 3. Aeneid.

——*Bellum ô terra hospita portas:*
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes: & frena iugo concordia ferre.

Spes est pacis, ait. *Aptus frenis*, sic Ouid. 1. de arte amandi:

Curribus Automedon, lentisq; erat aptus habenis.

& Stat. 7. Thebaid. *Pecus vtile bellis.*

ET *galea hirsuta compta lupina iuba.*] vet. lib. *Cui galea,* &c. *Et galea,* supple apta. *Galea lupina,* quia à lupa nutritus eo insigni outricis gaudebat. Virg. 1. Æoeid.

Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus. & 7. Æneid.
Fuluosque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti. Varro 4. de ling. Lat.

Galea à galero, quo multi vsi antiqui. vnde *Galeritus Lucino* eleg. 1. sup. vbi vide adnot. Pellis lupina: ἡ λυκῆ ἢ λυκέη, ἢ τὸ λυκεῖον. Silius, ioquit Beroaldus, Codonem ferinum vocat:

——*Caput his codone ferino Stat cautum.*

A An codon pro ioba è cauda equina: nam κώδων Græcis tiotionabulum; sed τὸ κώδιον pellia cum villis. sic κυνῆ, ἢ κυνῆ, galea, quod ex pelle caoina. *Compta*, ornata. Festus: *Comptus, ornatus; à Græco κομμοῦν, comere. vnde Comæ, capilli cum cura ornati.* Citatur ex Festo, in vet. Grammaticis, *Comptum* pro ornatu posuisse Afranium. Item: *Comptum*, genus libaminis, quod ex farina consperſa faciebant. Virg. 7. Aeneid.

Fronde super galeam, & felici comptus oliua.

& 8. Aeneid.

Et vitta comptos voluit prætendere ramos.

Cic. in Catone: *Compta & mitis oratio.* Gell. cap.
B 8. lib. 1. *Linguæ & orationis comendæ gratia. Iuba.* Iubæ sunt Dracoonm, leonum, equorum: vt oot. ad el. 4. sup. vers. 20. hîc *iuba* est ornatos galeæ in apice & cono. *Hirsutam iubam* vocat, vt Virg. 10. Aeneid.

Aere caput fulgens, cristâque hirsutus equina.

vel *Codone ferino*, vt loquitur Silius Italicus. & 12. Aeneid. *Comantem galeam Androgeo.* & ibidem:

Graiarum errore iubarum. & 7. Aeneid.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet. de qua lib. 9. Aeneid.
——*Ipsum illum clypeum, cristasque rubentes*
Excipiam sorti. Ibidem:
C *Discussæque iubæ capiti.* vt *iubæ* Dracoonm,

& gallorum sont *Cristæ*. Hirsuta ob setas, vt el. supr. Hirsutum pectus. vide illic. Ocreas & cristas galearum Cares inuenere. Plin. cap. 56. lib. 7. Idem cap. 1. lib. 10. Strothiocamelorum penois conos bellicos & galeas ornari scribit.

PICTA *nec inducto fulgebat parma pyropo.*] quid *Parma* vide eleg. 25. lib. 2. vers. 8. *Picta parma*, vt eleg. 4. sup. vers. 20. *Arma picta.* Virg. 7. Æn.

Et picti scuta Labici. Picta autem parma, opinor, iusta militis: uam tyronis alba. Virgilius 9. Aeneid.

D *Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba.*

Fulgebat. vnde *Armorum radios* dixit eleg. 6. sup. Virg. *Sidereo flagrans clypeo.* &,

Vastos vmbo vomit aureus ignes.

Legendus Plautus initio Militis. *Pyropo.* Plin. cap. 8. lib. 34. de ære coronario; *Idemque in vncias additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea, ignescit.* vbi pyropum genos metalli facit, cum *bracteam* vocat *pyropi*. Isidor. cap. 19. lib. 16. Pyropom æs vocat, quod flammas imiteror ita dictum; & describit è Plinio. Falli autem puto, qui gemmam putant esse carbunculum ex Ouidio 2. Metam.

E *Flammasque imitante pyropo.*

nam illic metallum puto significare. Præterea epitheton *Inducto* id confirmat. nam *æs* illod *Ductile* appellatur Plinio, & Isidoro ibidem, *Quod tenuatur in laminas*, Plinio; Isidoro, *Quod malleo producitur*, non fonditur, vt illud quod *Fusile* vocant. *Inducto*, vt Ouid. 3. fast.

Limumque inducere monstrat.

& mox: *Et linit ora luto.* Ergo hîc, *Inducto*, illito; vt *pyropo*, sit, colore pyropi, ardentis æris, vt Virg.

Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.

aliter el. 5. sup. vers. 9. *Inducere ferrum.* & iofra hîc, *Inductum opus vinea tegebat.*

PRÆBEBANT *cæsi balteu lenta boues.*]

Fiebant è corio cæsorum boum; vt lorica, olim è loris fieri solita, vnde illi nomen, & galea è lupi pelle supra. *Cæsi*, vel mactati in sacris, vel alias occisi. Virg. 2. Georg.

——& ante

Impia quam cæsis gens est epulata iuuencis.

Olim enim cædere bouem impium erat. & 3. Georg. *Cæsosque videre iuuencos. Boues.* vnde iocus Plauti in Asin. sc. 1. act. 1. *Vbi viuos homines mortui incursant boues. Præbebant*, nempe Romulo. quia ab iis sumebantur, vt supr. *Ipse dedit* (Spolia.) sic eleg. 13. lib. 3. *Tyros præbet c[...]s.* vers. 7. *Baltea.* Seruius ad illud 10. Æneid.

Rapiens immania pondera baltei.

Balteus, inquit, *in singulari masculini tantum generis: in plurali etiam neutri.* Idem Seruius in illud 5. Æneid.

Alter Amazoniam pharetram, plenamque sagittis
Threicijs, lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.

Balteus est, inquit, *non tantum quo cingimur, sed etiam à quo arma dependent. Balteus*, ζωστὴρ, militare cingulum; *Baudrier.* Charis. libr. 1. *Plinius vult* (balteum) *masculino genere funiculum significare; neutro autem genere lora ad alligandum apta. Sed Varro baltea tantum dixit, & Tuscum vocabulum ait esse rerum humanarum* 18. Varro 4. de lingua Lat. *Balteum, quod cingulum è corio habebant bullatum, balteum dictum.* Isidor. cap. 33. lib. 19. *Balteus, cingulum militare, dictus propterea quod ex eo signa dependent ad demonstrandam legionis militaris summam, id est, sex millium sexcentorum, ex quo numero & ipsi consistunt.* deinde idem ait quod Seruius in 5. Æneid. Seneca ep. 77. *Balteus gladij.* Varro (apud Nonium in *Baltea* neutro genere) rerum diuinarum lib. 11. *Tragica vincula baltea sunt.* Liuius lib. 9. *Aurata vagina aurata baltea illis erant.* & apud Virg. 10. Aeneid. Balteus cælatus argumento Danaidum in auro. Idem Virg. 12. Æn. *Cingula cum bullis* exponit. *Lenta*, facilia, flexibilia. vide Nonium in *Lentum.* Lentum corium præsertim madidum, vnde *Lorum in aqua* Petronio. & Martiali ep. 37. lib. 7.

Madidoque simillima loro Inguina.

Item: *Loro cum similis iacet remissus.*

COSSVS *at insequitur Veientis cæde Tolumni.*] videtur hoc distichon postponendum sequenti:

Nec dum vltra Tiberim, &c.

At, pro, autem, vbique sic subijcitur, vt eleg. 1. sup. *Gallus at in castris,* &c. *Cossus insequitur*, proximus huic, (Romulo) *longo, sed proximus interuallo, insequitur*, inquit Virg. 5. Aeneid. vbi insequi, pro sequi tantum. compositum, pro, simplici, vt sup. *Recepta*, pro, capta. Plutarch. in Romulo, & in Marcello à Corn. Cosso Tolumnium ducem Thuscorum cæsum, & arma curru triumphali in speciem trophæi vecta Romam, & dicata Ioui feretrio scribit. Et Liuius lib. 4. Is A. Corn. Cossus tum erat tribunus militum, vt ait Liuius, quem tamen alij consulem, inquit, fuisse scribunt. Festus in *Opima. Altera*, (spolia) *quæ Cossus Cornelius de Tolumnio* (legit.) Idem in *Cossi: Cossi dicebantur natura rugosi corporis homines à similitudine vermium ligno editorum, qui Cossi appellantur:* de Cosso legendus Valer. Max. cap. 2. lib. 3. Seruius in illud 6. Æneid.

A

Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?

Cossus, inquit, *tribunus militaris fuit. Hic Lartem Tolumnium à loco dictum, occidit, & opima spolia reuocauit.* Est & Tolumnius Virgilio nomen auguris Etrusci. Causa belli, quod Fidenates colonia Pop. Rom. ad Lartem Tolumniũ Veientium regem defecerant. ac mox legatos Pop. Rom. interfecerant. *Cæde Tolumnî*, pro, cæso Tolumnio. nomen pro participio; vel absolutè. *Cæde Tolumnî*, vt sup. Aprico lare.

B VINCERE *cum Veios posse laboris erat.*] com magni operis erat posse superare & debellare Veios. *Erat laboris*, vt Cic. 2. de Orat. *Est enim* (hoc) *magni laboris, quem plerique fugimus. Labores militiæ* sunt. ipse el. 4. lib. 3.

Præda sit hæc illis quorum meruere labores.

Posse vincere, vide eleg. 2. supra vers. 6. *Veios.* Veij vrbs, & Veientes populi Etruriæ. de bello eorum aduersus Romanos, & vt tandem oppressum sit à Camillo captis Veiis Liuius lib. 5. Dionys. libr. 2. De iis Romulus, & alij reges victoriam etiam reportarunt auctore

C eodem Dionysio. Ab iis 300. Fabij occisi: Liuius, Ouidius. Ea vrbs Hetruriæ proxima Romæ. vide Plutarch. in Camillo. Veiorum & Veientium meminit Festus in *Ostum*, in *Sardi*, & in *Septimontio.* Florus: *De Veijs & Bouillis, pudet, sed triumphauimus.*

NEC DVM *vltra Tyberim belli sonus, vltima præda Nomentum, & captæ iugera pauca Coræ.*]

vt eleg. 9. lib. 1. *Necdum etiam Palles. Belli sonus*, clangor tubæ, classicum, bellicum. An pro bello tumultuoso, vt eleg. 3. lib. 3.

Nec te fortis equi duces in arma sonus.

Ennius apud Varron. 6. de lingua Latin. in *Olli*, pro, Illi: *Olli respondit suauis sonus Egeriai.*

D De belli clamoribus & tumultu Horatius oda 2. lib. 1.

Heu nimis longo satiate ludo
Quem iuuat clamor, galeæque leues.

Vltra Tyberim, & citra Tyberim postea dictum, quod antea *Vls & Cis Tyberim*, inquit Gell. cap. 13. lib. 2. de ripa Tiberis tum imperij fine dixi ad eleg. 1. supr.

Et Tiberis nostris aduena bubus erat.

Vltima præda Nomentum, qui longissimè prædatum ibant non præteribant Nomentum. sic supr. eleg. 1.

Hic vbi Fidenas longè erat ire vis.

Vltima præda, vt Ouid. eleg. 7. lib. 3. Amor.

E *Vltima mortali tum via littus erat.*

De Nomento Latij oppido Virg. 6. Æneid.

Hi tibi Nomentum & Gabios.

Dionys. lib. 2. Albanorum Coloniam ait fuisse. Plin. cap. 5. & 12. lib. 3. Strabo lib. 5. in agro Nomentano lauana (balnea) commemorat. Liuius libr. 1. Nomentum priscorum Latinorum oppidum captum ait à Tarquinio Prisco, quod & refert Dionys. Ergo hoc distichon male collocatum, nec referri potest commodè ad Cornelij Cossi tempora. vel ait stetisse victoriam Romanorum in illo capto oppido. *Iugera pauca.* sic eleg. 5. lib. 3.

Et Tityo ingera pauca nouem. vbi vide adnot. pro *pauca*, alij libri *Terra*, alij *Tena*. Scaliger legit *Terna*, & ita Lipſ. cap. 20. lib. 2. Antiq. qui nihil addit confirmandæ coniecturæ. At Scaliger ait exiguum agri modum intelligi pro virtute militi aſſignatum; vnde Iuuenal.

Tandem pro multis vix iugera bina dabantur
Vulneribus.

Liuius lib. 5. Colonis terna, iugera & ſeptunces diuiſa fuiſſe ſcribit. Sed loquitur, vt opinor, de toto ſolo & territorio Coræ, quod ait fuiſſe paucorum iugerum. De Cora oppido Latij Virg. 6. Æneid.

——*Bolamque Coramque,*
Hæc tum nomina erant, nunc ſunt ſine nomine terræ.

Apud Liuium lib. 2. Colonia Latina Cora ad Auruncos deficit. Strabo lib. 5. numerat inter oppida Latij. Plautus Captiuis, ſc. 1. act. 4. *ni vir Koeyr, mox vrbes barbaricas.* Apud Dionyſ. lib. 8. Coriolanus ad deditionem Coranos compellit, vbi Romanis bellum infert. Plin. cap. 5. lib. 3. Coranos ſcribit à Dardano Troiano ortos. *Capta Cora* (à Coriolano) ſed hîc non procedit. non reperi captam Romanis. *Capta Cora*, vt eleg. 9. ſupra verſ. 28. *Capta vrbe.*

ET *Veij veteres, & vos tum præda fuiſtis.*] de Veiis dictum ad verſ. 26. ſup. *Veteres*, vel nobiles vetuſtate, vel diuites, vt el. 1. lib. 2. *Non veteres Thebas.* Dionyſ. lib. 2. Athenis non minores fuiſſe Veios ſcribit. *Tum præda fuiſtis*, de vobis rapta ſpolia, & partus triumphus. Nota res captos à Camillo Veios, & de iis triumphatum, vt antea de Veientibus à Romulo. Beroaldus, pro vet. lect. *Tum præda* corrigendum ait, *Tum regna*; quod alioqui, inquit non quadret ſententia. Lipſ. cap. 20. lib. 2. Antiq. lect. ait ſcriptum in Vaticano Cod. *Et Volſcûm regna fuiſtis.* id eſt, fuiſtis ô Veij, & fuiſtis etiam regna Volſcorum, non amplius eſtis. quo de verbo dictum eleg. 8. lib. 2. *Altaque Troia fuit.* Sed quæ illa regna Volſcorum. Sane reges Volſcorum nullos memini, licet aduerſus Volſcos ſæpe pugnarint Romani: Liui. Dionyſ. Plutarch. in Coriolano. An abutitur verbo?

ET *veſtro poſita eſt aurea ſella foro.*] Terentius Scaurus de Orthogr. *Seddam dixere quam nos Sellam.* Varro 4. de lingua Lat. *A ſedendo ſellæ, & ſolium.* Feſtus, idem quod Scaurus. Valer. Max. cap. 7. lib. 3. *Et tempore & loco quo prædixerat* (Scipio) *ſella poſita ius eis dixit.* el. vlt. infr. *Sellam Minoida. Aurea*, vt Virg. 10. Æneid. *Aureo ſolio.* χρύσεον θρόνον vocat Homer. Iliad. θ. Cicero 2. Philipp. *Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea, in ſella aurea, coronatus.* & 4. ad Att. & 15. Faſtus regij aurea ſella. nam ſella curulis eburnea, non aurea. Ælianus lib. 9. in aurea ſella ſedentem Alexandrum ius dixiſſe ait; notans eius regis ſuperbiam. *Poſita*, vt Cic. 7. fam. 52. *Cum ſella Q. Maximi, quem illi conſulem dicebant, poſita eſſet.* eleg. 9. lib. 3.

Et liceat medio ponere iura foro.

Ponere foro, vt hîc.

NVNC *intra muros paſtoris buccina lenti*
Cantat, & in veſtris oſſibus arua metunt.]

Intra muros, in vrbe ipſa. Horat.

Iliacos intra muros pugnatur & extra.

Aſcon. in 4. Verr. *Omnis magiſtratus, qui intramuranus non eſſet, nec vrbanus, ad vrbem dicitur. Paſtoris lenti*, otioſi & ſecuri. Virg. eclog. 1.

——*Tu Tityre lentus in vmbra.*

Nam ſequitur: *Deus nobis hæc otia fecit.* idem 12. Æneid. *Qui nunc lenti conſedimus aruis.* & conſidere ſolent paſtores. & *Piſcis lentus.* Tibull. el. 3. lib. 2. *Buccina cantat*, vt eleg. 4. ſup.

Et iam quarta canit venturam buccina lucem.

eleg. vlt. infr. *Cecinere tubæ.* eleg. 12. lib. 2. *Canit Muſa.* & eleg. 7. lib. 2. *Caneret tibia. In oſſibus veſtris metunt arua*, in ſepulcris ciuium veſtrorum, ô Veij, nunc agricolæ metunt arua; etiam in media vrbe. Sic Ouid.

Iam ſeges eſt vbi Troia fuit, reſecandaque falce
Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.

Arua, pro frugibus ipſis. Catull.

Sole ſub ardenti flauentia demetit arua.

Sic contra *Seges*, pro terra. An eſt hypallage, pro, metunt oſſa (loco frugum) in veſtris aruis. quia vrbis loca nunc arua, vel paſcua. nam à paſtore & meſſore vtrumque vult intelligi paſcuum, vel aruum agrum. Legitur etiam, *Arma*, & ſic editio Beroaldi. Virg. 1. Georg.

Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila,
Et grauibus raſtris galeas pulſabit inanes;
Grandiáque effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.

vide Lucanum in fine 7. ab iis verſibus:

Quæ ſeges infecta ſurget non decolor herba?
Quo non Romanos violabis vomere Manes?

Horat. oda 16. Epod.

Barbarus, heu cineres inſiſtet victor, &c.

FORTE *ſuper porta dux Veius aſtitit arcem.*] initium narratiunculæ ab hoc aduerbio. Ouid. 5. Metamorph.

Forte Iouem memorant, &c.

Horat. ep. 7. lib. 1.

Forte per anguſtam, &c. & ſat. 9. lib. 1.
Ibam forte via ſacra, &c.

Dux, vt verſ. 2. & 9. ſup. *Rex* Liuio. *Veius.* aut triſyllabum eſt *Veius*, aut, quod Verius eſt, legendum, *Veiens*, vt ſupr. *Veientis cæde Tolumnî. Aſtitit ſuper arcem*, vt eleg. 6. ſupr. *Aſtitit Auguſtî puppim ſuper.* Virg. 6. Aeneid.

Tandem ſuperaſtitit arce.

Arcem porta, portam munitiſſimam, & editiſſimam partem murorum. ſupra dixit, *Portas Cæninû Acrona petentem.* mox: *Ante canas turres.* Arces autem etiam nunc plerumque in portis videmus.

COLLOQVIVMQVE *ſua fretus ab vrbe dedit*] Fecit Coſſo poteſtatem colloquendi, vt ſolet, ciuium ſuorum præſidio, & armis confiſus. vide Amphit. Plauti ſc. 1. act. 1. & Cic. 12. Philip. Liuius lib. 1. *Priuſquam dimicent opus eſſe colloquio.* Fictum autem hoc à Poëta de colloquio. nam nihil eiuſmodi Liuius lib. 4. vt fictum illud de Tolumnio ſuper arcem aſtante. *Fretus ab vrbe* vt Virg. 9. Æneid.

Quibus hæc medij fiducia valli,
Foſſarumque mora, leti diſcrimina parua
Dant animos.

Ab, vacat. vt el. 1. ſup.

Murus ab ingenio notior. vide illic. el. 6. ſup.

——*Qua nunc te vindice freta.*

DVMQVE *aries murum cornu pulsabat aheno.*] Varro 4. de ling. Lat. *Aries, quod eum dicebant Ares veteres.* Idem ibidem: *A similitudine dicuntur vinea, testudo, aries.* Charis. lib.1. *Tam scorpium animal appellamus, quam militare tormentum. Item musculum & arietem.* (adde equum, testudinem coruum, gruem, onagrum.) Isidor. cap.1. lib.12. *Aries* ἀπὸ τοῦ Ἄρεως: *vnde mares vocantur: vel quod aris mactatur.* Idem cap.11. lib.18. *Arieti nomen species dedit, eo quod cum impetu impingitur in murum, in modum arietum pugnantium. Valida enim ac nodosa arboris caput ferro vestitur, eaque suspensa funibus multorum manu ad murum impellitur, deinde retrorsum ducta impetu maiore destinatur; sicque crebris ictibus concussum muri latus cedit, cauatumque irrumpit ac fenestram facit.* De arietis inuentione & forma vide Vitruuium cap.19. lib.10. vbi arietaria illa machina κριοδόκη dicitur Græcis. Plin. cap.56. *Epeus ad Troiam equum machinam reperit, qui nunc aries dicitur.* Vide Veget. cap.14. lib. 4. *De materia & tabulatis*, inquit, *testudo contexitur, quæ ne exuratur incendio, coriis vel ciliciis centonibusque vestitur. hac intrinsecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro, quod falx vocatur, ab eo quod incurua est, vt de muro extrahat lapides: aut certè ipsius caput vestitur ferro, & appellatur aries; vel quod habet durissimam frontem, qua subruat muros: vel quod more arietum retrocedit, vt cum impetu vehementius feriat.* Iosephus arietem describit, & eius verbis Suidas. Virg.2. Æneid.

——labat ariete crebro Ianua.

& 11. Æneid.

Arietat in portas & duros obiice postes.

Attius Bruto apud Cic.1. de diuin. *Eius germanum cornibus conniti in me arietare.* Plaut. Capt. sc.1. act.4. *Humerus mihi aries est.* Cicero 1. Offic. *Quamuis aries murum percusserit.* vbi, *percutere murum* vt hîc *pulsare*, & apud Vitruuium cap.19. lib.10. Ipse eleg.1. lib.2. *Equo pulsas arces.* id est, pulsatas ariete. *Cornu aheno*: capite arietino, vestito ferro, qua de re Vitruuius ibidem, & Veget. cap.14. lib.4. *Ahenum*, ergo pro ferreo, vel ferrato, vt *aratas catenas* eleg.20. lib.2. *Ærato equo* eleg.12. lib.3.

VINEAQVE *inductum longa tegebat opus.*] Vegetius cap.15. l.4. *Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari barbaricoque vsu causias* (alias cattos) *vocāt. è lignis tenuioribus machina colligatur, alta pedibus octo, lata pedibus septē, longa pedibus sex. huius tectū munitione duplici tabulatis cratibusque contexitur: latera quoque viminibus sepiuntur, ne saxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinsecus autem, ne immisso concremetur incendio crudis ac recentibus coriis, vel centonibus operitur. ista, cum plures facta fuerint, iunguntur in ordinem* (vnde hîc *longa vinea* dicitur) *sub quibus obsidentes tuti* (vnde hîc *tegebat*) *ad subruenda penetrant murorum fundamenta.* (quod hîc *opus* dicitur.) Varro 4. de ling. Lat. *Vinea militares à similitudine* (dictæ) *vt testudo.* Idem ibid. *Vineta at vinea à vite multa.* Festus: *Sub vineam iacere dicuntur milites, cum astantibus centurionibus iacere coguntur sudes.* Item: *Sub vitem hastas iacere dicitur veles, cum eas sub manu sursum mittit.* Item: *sub vitem præliari dicuntur milites, cum sub vinea militari pugnant.* Charis. lib.1. *Vinea est vuarum, &* A *machina.* Plaut. Milit. sc.2. act.2. *Ad eum vineas, pluteosque agam.* Cicero 8. Philipp. *Conducta vineæ sunt, pugnatur acerrimè.* Idem ep.20. libr.5. *Ad Pindenissum cinximus vallo; fossa, aggere maximo, vineis, turre.* & ep.4. lib.15. fam. *Aggere, vineis, turribus oppugnaui.* *Tegebat*, & operiebat, & protegebat. *Opus*, militare; nam fodere & subruere militum labor. *Opus inductum*, Cuniculum opinor ductum vsque ad muros Veiorum fodiendo sub vinea. Sic *Inducere exercitum aliquò* Liuius lib. 40. & 41. pro eò ducere. Opera autem & ipsæ machinæ, & aggeres, & fossæ ac B cumuli.

COSSVS *ait, forti melius concurrere campo.*] τὸ *Melius*, honestius. nam bonum & honestum. *Concurrere*, congredi & decertare. Concurrere, quia initio pugnæ cursu vtrimque excitatur ardor animorum: Cæsar, Plutarchus. *Forti campo*, vbi fortia facta cernuntur, vt *Fortes rates, fortia signa.* Sed τὸ *forti* tertius casus est, hoc sensu: Melius est (viro) forti descendere in planitiem, quam fidere mœnibus, & arci: arcem enim portæ superstabat Tolumnius. Si vir fortis es, inquit, veni in equum & planum. *Concurrere campo.* Virg.12. Æneid.

C *Puro vt possent concurrere campo.* Ibid.

Campum ad certamen magnæ sub mœnibus vrbis
Dimensi, Rutulique viri, Teucrique parabant.

Idem 9. Æneid. *Teucrûm miratur inertia corda*

Non æquo dare se campo: non obuia ferre
Arma viros: sed castra fouere. & 9. Æneid.
Quem congressus agit campo.

NEC *mora sit, plano sistit vterque gradu.*] Res verba sequitur; vt eleg.4. sup.

Nec mora vocales occupat ense canes.

Sistit, pro stat, vt Virg.1. Georg. *Sistunt amnes.* vel se subauditur. & *Sistere* verbum fori ac vadimonij Cic. Plaut. Iurisconsultis. *Plano gradu*, D vt *planipedia*, fabulæ quæ plano pede aguntur, sine socco aut cothurno. sed vet. lib. pro *Gradu, gradum. Vterque sistit gradum*; adest & stat paratus ad pugnam, plano; id est, in plano, & æquo campo. Ouid.

Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit ipsum,
Sic cadit vt tacta surgere possit humo.

Varro 4. de ling. Lat. *Quod primum ex agro plano fructus capiebant campus dictus.* Ergo hîc explicat, quod sup. dixerat: *Concurrere campo.* Varro ibidem: *Deducta sunt in planum* (è superiore loco) Virg.2. Georg.

Collibus an plano melius sit ponere vites Quære prius.

E Sic *De plano, &, pro tribunali*, opponuntur apud Iurisconsultos. Lipsius cap.20. lib.2. Antiq. legit è coniectura: *Pleno gradu.* id est, militari, vt apud Fab. decl.3. *Ibit ad pœnam pleno gradu.* Liuius ita sæpe loquitur. *Pleno gradu.* id est, magnis passibus, vt *Plenis viis* Plauto. Sed tamen non probo coniecturam.

DII *Latias iuuere manus, desecta Tolumnî*
Ceruix Romanos sanguine lauit equos.]

Deorum ope ac auxilio vicit Cossus. Iuuant Dij cum adsunt pugnantibus. vnde Plautus in Milite: *Ita me machæra & clypeus bene iuuent pugnantem in acie.* Hinc *Iuppiter & Iuno* à iuuando. Plaut. Captiuis. *Dij te omnes adiuuent.* & Pseud.

Adiutum auxilio Dij me volunt. Sic eleg. 6. sup.

Vincis, Roma, fide Phœbi. *Manus Latias*, manus Ausonij & Romani tribuni Cossi. Sic *Latius Iuppiter* eleg. 4. lib. 3. & eleg. 6. sup. *Remi Latini.* •Ipsas autem pugnantium manus Dij interdum dirigunt, vt 6. Æneid.

Phœbe graues Troiæ semper miserate labores
Dardana qui Paridis direxti tela, manusque
Corpus in Aeacidæ. & 7. Æneid.

Nec dextræ erranti Deus absuit. *Ceruix*, posterior pars colli. αὐχὴν, ἰνίον: *le chignon, la nuque du col.* Cic. 7. Verr. *Frange ceruicem.* & in Vatinium: *Frangere ceruices.* & 11. Philipp. *Caput ceruicibus abscidit.* & pro Sex. Roscio: *Sectorum collorum & bonorum.* Sueton. in Caligula cap. 33. *Tam bona ceruix simul ac iussero demetur.* & *Vtinam populus Romanus vnicam ceruicem haberet.* *Desecta*, pro penitus secta & abscissa. Desecare, vel penitus, vel alicunde secare & abscindere. Varro 4. de ling. Lat. *Augmentum quod ex immolata hostia desectum in iecore.* Horat. oda 16. lib. 1.

Particulam vndique desectam. Virg. 8. Æneid.
Gorgona desecto vertentem lumina collo.

Liuius lib. 4. nihil scribit de abscisso Tolomnij capite, sed hasta deiectum equo, deinde repetitum sæpius cuspide ad terram adfixum. Ouid. in epigrammatis apud Priscianum:

Larte ferox cæso Cossus opima tulit.

Lauit. non respersit, sed lauit. Aliter eleg. 18. libr. 2.

Quamprimum abiunctos sedula lauit equos.

Attius παναμᾶς, siue Tropæo apud Nonium in *Lautum*, inquinatum. *Vulnere tetro deformatum, suo sibi lautum sanguine tepido.* Ennius Hecuba apud Nonium in *Sanguen. Heu me miseram, interij! pergunt lauere sanguen sanguine.* Virg 10. Æneid.

Lauit improba teter Ora cruor. Varro ὀνανήμβω περὶ θανάτου, apud Nonium in *Lauit. Pater vt cruore laueret ararum* (alias *terrarum*) *aggerem.* sed quos *Equos Romanos* vocat? An quadrigis inuectum fuisse fingit Cossum, vel iis relatum caput Tolumnij? An equos Romanorum spectantium pugnam de proximo? An est enallage numerorum? Plutarch. in Romulo scribit Cossum & Marcellum spolia sua curro triumphali inuexisse.

CLAVDIVS *à Rheno traiectos arcuit hostes.*] Intelligendus M. Claudius Marcellus, de quo dictum eleg. 18. lib. 3.

Qua Sicula victor Telluris Claudius.

vide Valer. Max. cap. 2. lib. 3. *Arcuit*, prohibuit, repulit eleg. 21. lib. 3.

Isthmos qua terris arcet vtrinque mare.

Festus: *Arcere, prohibere.* Virg. *Finibus arceret.* & *Arcere aquam pluuiam.* vnde arx. *Traiectos hostes*, transmissos, vt eleg. 18. lib. 3. *Qui traiicis vmbras.* & eleg. penult. ibid. *Traiecta syrtes.* Sed quomodo à Rheno arcuit, cum ad Clastidium cis Padum ea pugna pugnata sit, vt scribit Plutarchus, & cum ceteri Gessatæ tum obsiderent Acerras urbem ad Padum sitam eodem auctore. Fortasse legendum pro *à Rheno, Eridano.* Nam cæso rege Gessatæ rediere in patriam, eos dico, qui Acerras, ac deinde Mediolanum obsidebant. venerant autem in auxilium Insubrium Gallo-

A rum. An *hostes ab Rheno*, vt *ab Alba Augustus* eleg. 6. supra? Sed Galli, non Germani erant illi hostes.

BELGICA *cum vasti parma relata ducis.*] *Belgica*, pro Gallica. quam Belgæ tertiam Galliæ partem incolunt. Ao pro *Britannica*, quia *Aremoricus Lars* dicitur Virdomarus Ausonio. sic *Belgicus color*, pro Britanno eleg. 18. lib. 2. Scaliger è vet. lect. *Belligera*, sic legit; & interpungit:

Claudius à Rheno traiectos arcuit hostes
Belligerans. vasti parma relata ducis
Virdomari. sed ego potius legerem, *Bellica*, vt eleg. 25. lib. 2.

B *Et vetus in templo bellica parma vacat.*

quia sunt & parmæ gladiatorum. Fortasse scriptum erat *Belliga*, G, pro, C. *Relata*, reportata ex hoste cum laude. Virg. 4. Æneid.

——— *Spolia ampla refertis.*

& 3. Georg.

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Vasti, & corpore & armis ingentibus, vt eleg. 19. lib. 2. *Vastos tentore leones.* & eleg. sup. vers. 40. *Vastas feras*, è coniectura. Ouid. 12. Met.

Forte fuit iuxta signis extantibus asper,
Antiquus crater, quem vastum vastior ipse
Sustulit Aegeides. & *Vasti Cyclopes* Virgilio,

C & *Vastus Mezentius armis.* Plutarch. in Marcello ait pulcherrimum, maximumque omnium Gessatarum & Gallorum fuisse, & armis & veste ornatissimum. De Gallorum corporum magnitudine Pausan. Phocic. Gell. cap. 13. lib. 9. *Gallus formidanda vastitatis.* Agit de eo quem occidit A. Manlius. Polyb. lib. 2.

VIRDOMARI. *genus hic Rheno iactabat ab ipso.*] Epitoma Liuij lib. 20. *M. Claudius Marcellus Consul, occiso Insubrium Gallorum duce Viridomaro, opima spolia retulit.* Plutarch. in Romulo *Britomartum* vocat regem Gallorum, quem manu sua Marcellus occidit. At in Marcello vocatur

D *Britomatus* Rex Gessatarum. Seruius ad illud 6. Æneid.

Aspice vt insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur. & mox,
Tertiaque arma manu suspendet capta Quirino:

Viridomarum Gallorum ducem à Marcello cæsum scribit, & detracta ei spolia. Legitur *Viridomarus*, vel *Virdumarus* apud Festum in *Opima spolia.* In lapidibus Capitolinis *Virdumarus* scribitur, & admonet Aldus de orthographia. Virdomarus ad verbum ξέιππος, inquit Scaliger, nam *Mar* apud nostros erat equus, auctore Pausania, & ait idioma veterum Gallorum Teuthonicum

E fuisse. Alij libri, *Virtomani*, quod & ipsum Teuthonicum, *Virtman*: *Virtomanus*, ξέναδοκος. Mirum quod Aremoricum eum ducem facit Ausonius in Monosyllabis:

Tertia opima dedit spoliatus Aremoricus Lars.

Iactabat genus à Rheno, Inaniter gloriabatur Rhenum esse auctorem sui generis. nam fluuij Dij habebantur, & magnum videbatur eorum filios dici. Sic apud Virg.

Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis.

Ita Vfens & Galesus apud eundem filij fluuiorum; & Sperchij fluminis filius Menesthios Homero Il. π. Sed vet. lib. pro *Rheno*, *Brenno*,

quod verum puto. nam notus Gallorum Rex Brennus, de quo el.13. lib.3. verſ.53.

Torrida ſacrilegum teſtantur lumina Brennum.

Sic τὸ *Rheno* hîc bis mendoſum eſt, pro *Eridano* & *Brenno*. *Iactabat genus*, vt eleg.13. lib.2.

Nec ſi qua illuſtres femina iactat auos.

Horat. oda 14. lib.1.

Quamuis Pontica pinus
Syluæ filia nobilis
Iactes, & genus & nomen inutile.

Virg. 12. Æneid.

Murranum hic atauos & auorum antiqua ſonantem
Nomina.

NOBILIS *erectis fundere geſa rotis.*] Inſignis & maxima celebritate in fundendis, & ſargeodis iaculis. Epitheton cum infinitiuo, vt eleg. 5. ſup. *Audax tantata leges imponere lunæ.* eleg.19. lib.1. *Cupidus attingere.* eleg.3. lib.2. *Cognitus ſurripuiſſe.* el.21. libr.2. *Faciles præbere.* eleg.5. lib.3. *Serus verſare boues.* Horat. oda 12. lib. *Superare pugnis nobilem.* Idem oda 8. eiuſd. lib. *Iaculo nobilis expedito.* *Fundere*, ſine ceſſatione iacere, vt *fundere verba* apud Terentium Donatus exponit ſine ceſſatione proferre. Eſt & facilitatis vt *fundere verſus.* Iſidor. cap.10. lib.18. *Funda ex eo quod inde fundantur lapides, id eſt emittantur.* Virg.2. Æneid. *Viſus fundere lumen apex.* & 7. Æneid. *Criſtiſque à vertice flamma Funditur.* ſic *fundere flores* & *fruges.* dicitur terra: Ex eodem fonte eſt *ſpargere*; Virg.7. Æneid.

Pars maxima glandes Liuentis plumbi ſpargunt.

id eſt, iaciunt & fundunt. Virg.11. Æneid.

Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat.

& 12. Æneid.

Ferrumque haut debile dextra Spargimus.

Geſa, inquit Seruius ad illud 8. Æneid.

——*Duo quiſque Alpina coruſcat Geſa manu.*

Haſtæ, inquit, *viriles, geſa: quia Galli geſos vocant viros fores.* Feſtus: *Geſum, graue iaculum.* (Sic Scaliger. vulgo iactum) Chariſ. libr.1. *Geſa*, εἶδος ἀκοντίου γαλ. Nonius: *Geſa, tela Gallorum: Varro de vita Pop. Rom. lib.3. Qui gladiis cincti ſine ſcuto cum binis geſis eſſent.* Stat.7. Theb.

Cydonneas anteibant geſa ſagittas. & 2. Achill.

Quo Pæones arma rotatu, Quo Macetæ ſua geſa terẽt.

Liuius lib.8. *Geſa & haſtam gerere.* Gell. cap.20. lib.10. Commemorat gæſa inter genera telorum. *Geſſata* Gallorum lingua mercenarij: Plutarch. in Marcello, & Polyb. lib.2. *Erectis rotis*, alto & ſublimi curru, vt eſſedarij Britanni è curru pugnabant & veteres Græci ac Troiani & Galli. Galli Britannique è couino auctore Mela: vnde Lucanus:

Et docilis rector monſtrati Belga couini.

An legendum *E rectis rotis.* id eſt, è curru erecto & ſublimi. An eſt hypallage: pro, erectus ipſe? Plutarch. tamen in Marcello ex equo, non ex curru pugnantem facit. *Erectus*, & animo & corpore, vt vir acer ac fortis. Laus eſt rotis currentibus ſtare, & ſtantem iaculari. *Rotis*, curru vt eleg.8. ſup. verſ.18.

Effuſis per tua ſaxa rotis. vide illic adnot.

ILLI *virgatis iaculantis ab inguine Brachis*
Torquis ab inciſa decidit vnca gula.]

Scaliger τὸ *Illi* ἀρχαϊκῶς dictum putat, pro

A illius. ego ex altera lectione, iaculati, lego:

Illi virgatis iaculanti ex agmine brachis.

vel ordo erit, Torquis iaculantis ab inguine (vel agmine) decidit illi (qui) virgatis (erat) brachis. *Illi virgatis brachis.* id eſt, cui virgatæ brachæ erant. Virg. 4. Æneid.

Ipſa mola, manibuſque piis. & 7. *Ipſe Quirinali lituo.* eleg.10. ſup. *Ego Sidonia palla.* eleg.5. ſup.

Pergula algẽtis foco. el.3. ſup. *Picto q; Britannia curru.* eleg.4. ſup. *Lucus ederoſo antro.* eleg.30. libr.2.

Bacchus docta cuſpide. A brachis brachata Gallia. Diodor. lib.6. vt citat Beroaldus; *Galli veſtes gerunt intonſas variique coloris, quas braccas vo-*
B *cant.* At Baifius citat è lib.5. Diodori: Καὶ ἀναξυρίδας ἃς ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσι. & addit iis vti frigidioris plagæ homines. Anaxaridas etiam vocat Suidas, Heſych. & Euſtath. in Homer. & idem Baifius *Feminalia* ſiue femoralia interpretatur: Cornel. Tacit. lib.2. hiſt. *Cæcina in ſuperbiam vertebant, quòd ornatus verſicolore ſagulo, bracbas, barbarum tegmen indutus togatos alloqueretur.* Pomp. Mela cap.1. lib.1. *Sarmatæ totum braccati corpus, &, niſi qua vident, etiam ora veſtiti.* Ergo brachæ non ſunt femoralia. Ouid. el.10. lib.3. Triſt. de populis Ponti:

Pellibus & laxis arcent mala frigora brachis.

C Idem eleg.11. lib.5. Triſt.

Hos quoque qui geniti Graia creduntur ab vrbe
Pro patrio cultu Perſica braca tegit.

In Priapæis: *Medis laxior, Indicisque brachis.* Iſidor. *Femoralia* exponit cap.22. lib.19. vt adnot. ad eleg.4. lib.3. verſ.17. vet. gloſſ. *Braccatus*, περισκελωμένος. Sueton. in Cæſare: *Galli in curia bracas depoſuerunt.* *Virgatis*, purpureis Seruius exponit in illud 8. Æneid. *Virgatis lucent ſagulis, quod Gallis virga purpuram ſignificet.* ao ab figura ita dictæ, vt à trabium ſpecie *trabeata*; à palmarum intextarum, *palmata*; papauerum, *pa-*
D *pauerata* Plinio; & Catullo dicti *Virgati calatiſci.* vide adnot. eleg.13. libr.3. verſ.30. Apuleius de Mundo: *Rhabdos autem generis eiuſdem, ad virgæ rigorem per longum colorata nubecula dicitur.* Verus Interpres Iuuenal. in ſat.8. *Qua* (tunica) *Galli vtuntur in ſacris in modum organi, vtrimque decreſcentibus virgulis purpureis. Braca virgata*, vt Seneca Hippolyto *Tunc virgatas India tigres Decolor horret.* & Octauia: *Te fera Caſpia* (genuit)

Qua virgata tibi præbuit vbera. Altera lectio, *Velantibus inguina brachis*; aperta eſt; quia feminalia & femoralia eſſe; .i. anaxaridas, Iſidorus, & alij multi putant. An *Iaculati*, patheticῶς pro percuſſi & ſaucij? An *inguine brachis virgatis*,
E ſupple recto? *Ab inguine.* quid ſit inguen, dictum eleg.4. ſup. *In ſcanos inguina verſa canes.* Scaliger hîc ait, eſſe barbarum iaculari ab inguine, (nec tamen confirmat) Græcum autem à capite iaculari, quod probat Euripidis teſtimonio in Hippolyto. Ego adfero hoc ex Seruio in illud 9. Æneid.

Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure; Geſtus, inquit, *iaculantis exprimitur: duobus autem modis manualia tela mittuntur, aut enim ab aure, aut à latere tela iaciuntur.* Ouid.2. Met.

Intonat & dextra libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam. Sed alij lib. *ab agmine*, vel

ex agmine: notum quid fit agmen. *Torquis vnca decidit.* Torquibus & armillis femper ornati Galli equites; vnde inditum nomen A. Manlin. vide Gell. cap.13. lib.9. Sic Virg.8.Æneid.

——*Tum lactea colla Auro innectuntur.*

& 7.Æn. *Fit tortile collo Aurum ingens coluber.* vbi alludit ad torquis notationem. Lucillius fat.lib.11.

Conuentus pulcher, bracæ, faga, fulgere torques

Magni. Apud Nonium in *Torquem* mafculino & feminino genere. Varro ibidem: *Torques aurea, & fcuta cælata.* Idem ibid. *Torques aureæ multæ* (è Gallorum Senonum præda) *relata Romam.* Næuius Cypriæ Iliad. libr.1. apud Charif. in *Torques*:

Collum marmoreum torquis geminata coronat.

Ifidor. cap.31. lib.19. *Torques circuli aurei à collo ad pectus dependentes, & à viris geruntur, vt à feminis monilia. dicta quòd funt torta.* Ergo *Vnca torquis*, vncinato, inflexoque auro facta, *conſertaque hamis*, vt loquitur Virgilius. Idem Virg.5. Æneid. de torque: *It pectore fummo*

Flexibilis obtorti per collum circulus auri.

Decidit; amputato capite, vt Stat.10.Theb.

——*Penitus ceruice recifa,*

Verba folo, vultuſque cadunt, colloque decorus

Torquis in hoſtiles cecidit per vulnus arenas,

Ab incifa gula, defecta anteriore parte colli, & proxima iugulo, cuius fumma pars Donato dicitur *Frumen*. Plinio cap.37. lib.11. dicitur *anterior fiſtula epiglottidis*, qua cibus atque potus deuoratur, vt vulnus fignificet anterius, vt fup. pofterius, *Defecta ceruix.* Seneca cap.19. de vita beata: *Negant ex decreto Epicuri feciſſe, quod fibi gulam præcidit.* Sic Cic. *Incidere neruos, pennas, venas, gradus.* Virg. *Incidere vites.* Legendus Gellius cap. 13. libr.9. de Manlij Torquati pugna cum Gallo, vbi profert verba Q. Claudij Quadrigarij: *Vbi eum euertit, caput præcidit, torquemque detraxit, eamque fanguinolentam fibi in collum impoſuit.* profert eadem verba & Nonius in *Torquem*.

NVNC *fpolia in templo tria condita. cauſa feretri,*
Omine quòd certo dux ferit ante ducem.]

Sic fup.verf.2.

Armaque de ducibus trina recepta tribus.

Nunc in templo condita. etiam hodiè condita (cernuntur) tria fpolia. nam Auguftus ædem feretrij Iouis fecit; id eft, refecit & ditauit vetuftate dilapfam. Auctor ipfe in Breuiario rerum à fe geftarum. Liuius libr. 1. docet in Capitolio fedem eius templi fuiffe, quod primum omnium Romæ facratum fit. Seruius ad illud 6. Æneid.

Tertiaque arma patri fuſpendet capta Quirino.

Lege Numæ prima opima fpolia Ioui feretrio debere fuſpendi: Secunda Marti (belli præfidi, ciues templum extra vrbem:) *Tertia Quirino.* (id eft, Marti qui præeft paci.) ergo non in eodem templo pofita tria. Sed Plutarchus qui idem narrat in Marcello quod Seruius, & plura addit, obtinuiffe ait, vt omnia Ioui feretrio fpolia fufpenfa credantur. Feretrium autem illic Plutarchus dictum putat, vel ἀπὸ τοῦ φέρειν, quod ad eum ferantur hæc fpolia; vel à feriendo, quòd fulmine feriat Iuppiter, & quod ferire fit manu grauiter vulnerare & occidere. vnde in bello Romani milites clamant; *Feri, feri.* Feftus in *Feretrius, à ferendo, quod pacem ferre putaretur, ex cuius templo fumebant fceptrum, per quod iurarent, & lapidem filicem, quo fedus ferirent.* Dionyf. libr.2. Iouem feretrium, cui arma dicarit Romulus, dici poffe ait τροπαιοῦχον, aut σκυλοφόρον, aut quod fupra omnem rerum naturam emineat, ὑπερφερέτην. Scaliger hic addit à feretro pompæ triumphalis dictum. Valerius Flaccus:

Has, precor, exuuias, & opima cadauera noſtro

Linquite, ait feretro. An τὸ *Nunc* pro igitur, vt verf.penult. eleg.fup. Alias legitur: *Hæc fpolia.* &c. *Condita*, fufpenfa & data in interiorem locum ad cuftodiam & monimentum fempiternum, vt eleg.1. lib.2.

Cæſaris in Phrygios condere nomen auos.

Cauſa feretri. Ratio nominis. vt verf.1. fup. *Cauſas aperire feretri.* *Quòd dux ferit ducem.* Feftus in *Opima.* Liuius libr.1. & Plutarch. in Marcello, & Romulo aiunt Opima effe quæ dux duci detraxiffet. Varro apud Feftum ibidem etiam opima fpolia manipularem militem à duce capere ait. Valer. Max. libr.3. cap. 2. *Ferit antè*, vt fup. *Votis occupat occupat ante ratis.* Ambiguè, vel *ante vota* facit, vel ferit cominus. De verbo feriendi vide adnot. fup. ad illud: *In templo feretri.* *Certa omine. Omine rato* Plin. cap.35. lib.9. vide ad verf. 16. fup. *Votis ratis. Omine*, aufpicio exponit Beroaldus. non probo.

SEV *quia victa fuis humeris hæc arma ferebant.*]
fic eleg.1. verf.11.

Seu quia vertentis fructum percepimus anni. &c.

Ferebant. Liuius libr.1. de Romulo: *Spolia ducis hoſtium fuſpenſa fabricato ad id aptè ferculo, gerens, in Capitolium aſcendit.* Plutarch. in Romulo humero dextro geftaffe ait ferculum onuftum aptè fpoliis. Ouid.5. Faft.

Hinc videt Iliaden, humeris ducis arma ferentem.

& Virg.10. Æneid. ——*Arma Segeſtus*

Lecta refert humeris tibi Rex Gradiue trophæum.

& cum ait, *Arma humeris*, alludit ad armorum etymon. Pedes id fecit Romulus, vt Plutarchus ait aduerfus Dionyfium. Coffus & Marcellus curru vecti. *Victa*, captiua, victis detracta. Alij lib. *Vincta*, quòd aptè hærerent ferculo, & ordine fufpenfa effent; Plutarch. in Romulo.

HINC *feretri dicta eſt ara fuperba Iouis.*] hæc caufa nominis. Sic eleg. 6. fup.

Actius hinc traxit Phœbus monimenta.

Ara fuperba, cum templo. *Superba*, potens, magnifica, diues fpoliis. eleg.13. lib.3.

Frangitur ipfa fuis Roma fuperba bonis.

vide Nonium in *Superbum*, altum, opulentum. eleg.5.fup. *Concha fuperbit.* Virg. *Superbum Ilium, & Tibur, & Superbis aulæis, Superbi poſtes auro, Superba anima Bruti.*

AD ELEGIAM XII.

DESINE *Paule meum lacrymis vrgere fepulchrum*] τὸ *Define* obiurgantis, hîc mollius, aliàs acrius. Horat. oda 9. lib.2.

Define mollium Tandem querelarum. Virg.6.Æn.

Desine fata Deûm flecti spectare precando.
vide plura adnot. eleg. 15. lib. 1. vers. 26. *Paule.* Tres Paulos Æmilios eadem fere ætate fuisse reperio, patrem, filium, & nepotem. Patrem commemorat Suetonius in Augusto cap. 16. qui proscriptus fuerit ab Octauiano triumuiro. & ibidem eius filium Augusti comitem bello Siculo, cuius seruus Augustum interficere conatus, vt herum suum Paulum patrem vlcisceretur ab eo proscriptum. L. Paulum progenerum Augusti coniurasse in ipsum narrat ibidem cap. 19. siquidem vt idem narrat ibid. cap. 64. L. Paulo (nepoti) Censoris (filij) filio Iuliam neptem Augusti, filiam Agrippæ & Iuliæ nupsisse scribit. & in Claudio cap. 16. Censorum Pauli & Planci meminit. & ipse infra nepotes vers. 62.

Te Lepide, & te Paule meum post fata leuamen

Vrgere sepulcrum lacrymis, Instare sepultæ nec ab eius busto mœrentem discedere. Sic Horat. oda 9. lib. 2.

Tu semper vrges flebilibus modis Mysten ademptũ. Sic Seneca cap 5. de Consol. ad Martiam: *Premis eam reum faciem.* id est, tibi vsque proponis. Aliter, *vrgere tumulum* dixit eleg. 5. sup. vers. 74. Virg. 9. Æneid.

Veste tegens, tibi quam noctes festina, diesque
Vrgebam. Ouid. 4. Met.
Et adhuc Minoïa proles Vrget opus.

Tibull. eleg. 9. lib. 1.

Et durum terræ rusticus vrget opus.

vide Nonium in *Vrgere*, insistere. *Vrgere sepulcrum*, vt infra: *Fatigare noctes. Sepulcrum*, manes, vt eleg. 7. lib. 1.

Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulcro.

Nomen pro participio; sepulcrum, pro, sepultum. *Lacrymis*, fletu & querelis, flebilibus precibus. Lucret. lib. 1. *Aufer ab hinc lacrymas barathro, & compesce querelas.*

PANDITVR *ad nullas Ianua nigra preces.*] Nullis precibus & lacrymis patet. Præpositio cum quarto casu loco sexti casus aut tertij sine præpositione. eleg. 14. lib. 3. *Ad latus esse*, quod eleg. 7. sup. *Fuit lateri.* el. 1. sup. *Hærentes ad saxa*, pro saxis. Nullis autem precibus mouentur manes: Virg. 4. Georg.

Manesque adiit, regemque tremendum,
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

Ibidem.

Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.

Horat. oda 14. lib. 2.

Non si tricenis, quotquot eunt dies
Amice places illacrymalem
Plutona tauris. &c. Stat. 1. Theb.
Tenaria lumen petit irremeabile porta.

Bion itaque, siue Moschus in epitaphio Adonidis: Στυγνὸν βασιλῆα, & ἄχριν vocat regem inferorum. *Ianua nigra*, vt Virg. 6. Æneid.

Atri Ianua ditis. Lurida porta vocatur infra vers. 8. sic eleg. 24. lib. *Niger ille dies.* & eleg. 12. lib. 3. *Nigrantesque domos animarum. Panditur.* vide eleg. 10. sup. vers. 34.

CVM *semel infernas intrarunt funera leges.*] funera sunt ipsa mortuorum corpora, maxime cum efferuntur, eædem vmbræ & manes. eleg.

A 18. l. 3. vers. 23. *Hac anima portent corpus inane tuæ.* vbi vide plura adnot. eleg. 8. lib. 2. Manes, vmbras, rogos & ossa vocat. eleg. 17. lib. 1.

Haccine parua meum funus arena teget?

vbi adnot. quid funus. *Intrarunt leges infernas*, transierunt inferorum limen, vbi leges sunt immutabiles illic permanendi. Sic el. 12. libr. 3.

Nigrantesque domos animarum intrasse silentum.

Albinouanus ad Liuiam:

Sed nec Thetis ipsa, nec omnes
Mutarunt auidi tristia iura Dei. Ibidem:
Sed rigidum ius est & inexorabile mortis. Ibid.
Omnia sub leges mors vocat atra suas.

B Plaut. Trucul. sc. 2. act. 4. *Nam itidem vt Acheronti hîc accepti ratio scribitur: Intrò accipimus, quando acceptum est, non potest ferri foras.* Idem in pœnulo act. 1. sc. 2. *Quando apud me corpus copulas? Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiserit. Leges infernas* etiam significat el. 7. sup. vers. 91.

Luce iubent leges Lethæa ad stagna reuerti.

Semel. Albinouanus ad Liuiam:

Supprime iam lacrymas, non est reuocabilis istis
Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit.

Catull.

Nobis cum semel occidit breuis lux
Nox est perpetua vna dormienda.

C Horat. oda 7. lib. 4.

Cum semel occideris & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.

NON *exorato stant adamante viæ.*] *Viæ*, non εἴσοδοι, sed ἔξοδοι, exitus & egressus. *Stant*, an obstant abire volentibus? An horrent & rigent? Virg. 3. Georg.

——*Stant circumfusa pruinis*
Corpora magna boum. & 6. Æneid.
Stant lumina flãma. & 9. Æn. *Stant vertice tristæ.*

& 12. Æn. *Iam puluere cœlum Stare vident.*

D & eclog. 7.

Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ.

Vet. poëta 1. Tuscul. *Vbi rigida constat crassa caligo inferûm.* Nonius in *stare*, horrere, ex Titinnij Veliterna: *Fundi stabunt sentibus.* & Cæcilij Syracusiis: *Ager autem stet sentibus.* Legendus Gell. cap. 4. lib. 8. cur Virg. *Stare puluere cœlum* dixerit, & Lucillius: *Stare pectus sentibus.* De columnis adamantinis portæ Tartari. Virg. 6. Æneid.

Porta aduersa ingens, solidoque adamante columnæ.

Ouid. 4. Met. de furiis:

Carceris ante fores clausas adamante sedebant.

Theocritus φαρμακευτρίᾳ. Καὶ τὸν ἐν Ἀΐδα κινήσαις

E ἀδάμαντα καὶ εἴ τι περ ἀσφαλὲς ἄλλο. *Etiam ipsum apud inferos moueres adamanta, aut siquid* (est) *firmum* (magis) *aliud.* De adamantis duritia Plinius cap. 4. lib. 37. *Non exorato*, quem nemo exorare & flectere potest. nam Ianuæ etiam ipsi supplicatur. vide eleg. 16. lib. 1.

TE *licet orantem fuscæ Deus audiat aulæ.*] Quamuis ad Plutonis aures tuæ preces perueniant; audiet, & non audiet; surda negliget aure preces. Aliter Virg. 4. Æneid.

Talibus orantem dictis, arasque tenentem
Audiit omnipotens. & 11. Æneid.
Audiit & votis Phœbus succedere partem

Mente dedit, partem volucres discerpsit in auras.
Orare, precari, Græca origine verbi. Festus: *Oratores ex Græco ἀρητῆρες, quod missi ad reges nationesque Deos solerent ἀρᾶσθαι, id est, testari.* vide versus Lycophronis apud Scaligerum in Catal. *Deus aulæ fuscæ*, Pluto qui in regia nigra se iactat. *Luridus Orcus*. Sic *Pacis Deus* eleg. 5. libr.3. Quid *Aula* dixi ad eleg. 4. sup. vers. 55. *Fuscæ*, vt *Fusca regna* eleg. 6. sup. vers. 78. vbi vide adnot.

NEMPE *tuas lacrymas littora surda bibent.*] Sic eleg. 1. sup.

Nempe meam firmant nunc duo busta fidem.

id est, scilicet. *Littora*, ripæ fluminum infernorum eleg. 19. lib. 1.

Traiicit & fati littora magnus amor.

vbi vide adnotata. & Albin. ad Liuiam:

Nebulosum littus Auerni. *Surda littora*, quæ *Nec missas audire queunt, nec reddere voces*, vt ait Catullus de auris. Ouid. in ep. Hermiones: *Surdior ille freto.* Horat. *Scopulis surdior Icari.* Seneca in Hercule furente act. 2. de Orpheo:

Mulcet non solitis vocibus inferos
Et surdis resonat clarius in locis.

Est in Græcorum adagiorum collectaneis: *Αἰγιαλῷ λαλεῖς, Littori loqueris.* Contrarium est iisdem Græcis adagium; *ῥαχίας λαλίστερος, Littore* (aspero & confragoso) *loquacior*, quia scilicet fluctibus percussum assiduè resonat. In rabulas & inaniloquos. Sic Albin. ad Liuiam:

Ad surdas aquas questus. *Bibent*, haurient & absument. nam arenosa sunt littora, & arena sicca & bibula. Ouid. in ep. Canaces:

Et conor lacrymas combibere ipse meas.

& in ep. Sapphus:

Sex mihi natales ierant cum lecta parentis
Ante diem lacrymas ossa bibere meas.

Ibidem:

Grata prius lacrymas combibit herba meas.

& el. 4. lib. 3. Trist.

Nostra tuas vidi lacrymas super ora cadentes
Tempore quas vno fidaque verba bibi.

& 2. de arte amandi:

Et sicco lacrymas combibat ore tuas. & 3. Fast.
Mixta bibunt molles lacrymas virgulta fauilla.

Stat. 2. Syluarum in epicedio Pileti Vrsi:

At Domini fletus, hos tantum hausere fauillæ:
Hos bibit ipse rogus. & 3. Sylu. in lacrymis Hetrusci:

Semper & Assyrios felix bibat vrna liquores
Et lacrymas. & 6. Theb.
Bibit albentes humus arida nimbos. & 9. Theb.
Illius impulsu nostrum bibit vnda cruorem.

& 10. Theb.

Fulminis haud citius radiis afflata Cupressus
Combibit infestas & stirpe & vertice flammas.

& 12. Theb.

Eligitur sanos potura cruores *Terra rudis.*

Ouid. 3. Fast.

En iterum fluctus similes audite querelas,
En iterum lacrymas accipe arena meas.

Lacrymas, flebiles preces, vt vers. 1. sup. *Lacrymis vrgere sepulchrum.*

VOTA *mouent superos, vbi portitor æra recepit,*
Obserat vmbrosos lurida porta rogos.

A Votis; id est, promissis donis & sacrificiis precibusque flectuntur, non inferi. Homer. libr. 9. Iliad. ab iis verbis: στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί. Id est flexibiles & conuertibiles Dij. in oratione Phœnicis ad Achillem. de quo loco Homeri Plato lib. 2. de Rep. Virgil. contra:

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Mouere, flectere, vt eleg. vlt. lib 3.

Nil moueor lacrymis. *Portitor*, Charon. Virg. 4. Georg. ——— *Nec portitor Orci*
Amplius obiectam passus transire paludem.

Idem 6. Æneid.

Portitor has horrendus aquas & flumina seruat.

B & mox: *Portitor ille Charon.* &c. vbi Seruius: *Propriè qui portat portitor; abusiuè etiam, qui portatur, sicut & vector.* Albinouanus ad Liuiam:

Fata manent omnes, omnes expectat auarus
Portitor & turbæ non satis vna ratis.

Ita dictus, quia transportat vmbras, & *traiicit*, vt ipse loquitur eleg. 18. lib. 3. Iuuenal. sat. 3. portitorem Græcè dixit:

Iam sedet in ripa, tetrumque nouitius horret
Porthmea. Petronius: *Vix nauita porthmeus*
Sufficiet simulacra virûm traducere cymba,
Classe opus est. Est & portitor, qui aliquid portat. Stat. 1. Theb.

C *Languet hyperborea glacialis portitor vrsa.*

Claudianus: *Mirandum, lecti portitor ipse sui.* Donatus in illud Phormionis: *Et ad portitores esse delatam: More veterum*, inquit, *Magistri tributorum; id est, publicani, operam in portu dabant, inferendarum rerum & efferendarum vectigal exigentes.* Nonius: *Portitores Telonarij, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, vt ex eo vectigal accipiant.* Ascon. in Diuin. *Publicani, si decumas redimunt, decumani: si portum portitores: si pascua pecuarij dicuntur. Vbi recepit*, postquam accepit, vt eleg. sup. *Arma recepta*, pro, capta. vel re vera recepit, vt debita

D post traiectionem & vecturam, vt Virg. 4. Æn.

Pœnas inimico à fratre recepi. vel quia Orcus omnia recipit & thesaurus Orcinus omnium rerum communis. *Æra*, vt el. 5. sup. vers. 50.

Nauta nec attrita si ferat æra manu.

vbi notauimus æs & æra dici nautas accipere. Quod ad æra nautica & naulum Charontis Diodor. lib. 2. Charonti qui Ægyptiorum cadauera vehebat, ait solitum pro vnoquoque obolum dari, vnde fabulæ locus. Iuuenal. sat. 3.

Nec habet quem porrigat ore trientem. vbi Interpres numum, stipem. & nunc Athenienses mortuis solent in ore numum immittere, vt apud inferos non tanquam inopes errent; vn-

E de naulum Charon accipere solebat, vt Virg.

Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est.

Apuleius lib. 6. in fabula Psyches; in ore duas ferre stipes ait Psychen oportere ad inferos descendentem; Charontique dare nauli nomine de stipibus, quas ferret alteram, sic vt ille de ipsius ore sumat; ac redeuntem dare auaro nautæ, quam reseruarat stipem. &c. *Mox auarica stipe vectori data illic exclamat: Ergo & inter mortuos auaritia viuit? nec ille ditis pater tantus Deus quicquam gratuito facit; & pauper moriens viaticum debet quærere: ac si forte præ manu non fuerint, nemo eum expirare patietur.* Lucianus de luctu: πορθμεῖα [illegible]

ἀλλ' φέροντες ὀβολοὺς ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐλοῦ μισθὸν τοῦ πορθμοῦ τῆς ναυλίας γενησόμενον. Plaut. Pœnulo. *Ipse abiit ad Acherontem sine viatico. Lurida porta; Ianua nigra*, dixit sup. verſ.2. ſic *Lurida vmbra* eleg. 7. ſup. verſ.2. *Obſerat*, occludit, coërcet, quia *Non exorato ſtant adamante viæ*. Ductum à ſera, clauſtro ianuæ: Donat. in Eunuch. ad illud, *Oſtium obſera intus*. Horat. oda penult. epod.

Quid obſeratis auribus fundis preces?

id eſt, occluſis. cui contrarium reſerare eleg.16. libr. 1.

Cur nunquam reſerata meos admittis amores.

Rogos: id eſt, manes, vt ſup. *funera* verſ.3. & *ſepulcrum* ſup. verſo 1. vide adnot. eleg.8. libr.2. verſ.10. Ouid 6.Faſt.

Et dederat miſeris omnia iuſta rogis.

Martial. ep.78. lib.9.

Abſentemque patri rettulit vrna rogum.

id eſt mortuum. *Vmbroſi rogi*, vnde multæ vmbræ euolant, iis extinctis, vt eleg.7. ſup.

Luridaque extinctos effugit vmbra rogos.

S I C *mœſta cecinere tubæ, cum ſubdita noſtrum*
Detraheret lecto fax inimica caput.]

Id ſignificauit lugubris cantus tubæ, planè abiiſſe eum cuius funus celebratur, nec amplius rediturum. Tubæ funeribus diuitum, vt tibiæ pauperum adhiberi ſolebant, vt noto el. 13. lib.2. *Nec tuba ſit fati vana querela mei.* *Cum fax. Fax vltima* dicitur eleg.13. libr.3. verſ. 17. *Suppoſitus ardor* eleg.13. libr 2. verſ.31. Feſtus in *Rapi*. *Rapi ſolet fax, qua prælucente noua nupta deducta eſt, ab vtriuſque amicis, ne aut eam ſub lecto viri vxor ea nocte ponat, aut vir in ſepulcro comburendam curet; quo vtroque mors propinqua alterutrius captari putatur. Inimica*, infeſta & ſæua, quia ignis nemini parcit. Virg.4.Georg.

Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſes.

Subdita, ſubiecta, ſuppoſita. *Iacta eſt fax vltima lecto* dixit eleg.13. lib.3. verſ.17. vbi vide adnot. & eleg.13. lib.1. verſ.16. *Lecto*. de lecto mortifero vide adnot. eleg.7. ſup. verſ.30. *Detraheret*; ſubduceret eleg.2. lib.3.

Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores.

id eſt, ſenſim & furtim adimet. vide illic. ſic eleg. 11. lib. 3.

Tres vbi Pompeio detraxit arena triumphos.

Caput noſtrum, me mortuam. el.22. lib.3.

Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes.

el. 1. ſup. *Longæuum ad Priami vera fuere caput.* Albio. ad Liuiam:

Flamma diu cunctata caput contingere ſanctum.

Concurſus autem durus vocalium Ca Ca, vt eleg. 13. libr. 3.

Tu quoque vt auratos gereres Eryphila lacertos.

eleg. 20. lib. 2.

Nec tu ſupplicibus me ſis venerata tabellis.

eleg. 22. lib. 3.

Tulle Propontiaca quà fluit Iſthmos aqua.

Q V I D *mihi coniugium Pauli, quid currus auorum*
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?]

Vſitata conqueſtio, vt eleg.18. lib.3.

Quid genus aut virtus, aut optima profuit illi
Mater, & amplexum Cæſaris eſſe focos?

vbi vide plura adnot. *Quid profuit mihi coniugium Pauli?* Quid iu tam fortem familiam nupſiſſe

A profuit adderſus vim fati. *Quid currus*; id eſt triumphus. Inauratos currus vocat eleg 16. lib. 1. eleg.14. lib.2.

Hæc ſpolia, hæc reges, hæc mihi currus erunt.

& eleg 4. lib.3. *Spoliis oneratos Cæſaris axes.*

Eſt autem enallage numerorum. *Auorum*, Corneliorum, Africanorum. *Maiores* vocat verſ.37. infra. *Aut famæ pignora tanta meæ?* id eſt, Teſtimonia certa, monimenta, & quaſi cautiones nominis & exiſtimationis. Nam quod mihi coniux Paulus, aui Scipiones, hæc me obſtringunt ad famam integram, pudicitiamque ſeruandam. vt enim publicè cauetur ciuitati, præ-

B diis, & pignoribus; ſic priuatim creditoribus cauetur pignoribus & hypothecis el.20. lib.3.

Hæc amor ipſe ſuo conſtringit pignora ſigno.

vbi vide adnot. de pignore. *Fama* hic, vt eleg. 32. lib.2. *Fama ſacriſſima pudica*. Vt mihi credatur me pudicè & integrè vixiſſe, id confirmabunt coniux, & aui, idque etiam à me exegerunt.

N V M *minus immites habui Cornelia parcas?*] Ideone Parcæ mihi benigniores fuerunt? Sic eleg. 22. lib.2.

Quid cum è complexu Briſeidos iret Achilles,
Num fugere minus Theſſala tela Phryges?

C vbi vide adnot. Ouid. in ep. Canaces.

Quid iuuat admotam per auorum nomina cælo
Inter cognatos poſſe referre Iouem?
Num minus infeſtum, funebria munera, ferrum,
Fœmineа teneo, non mea tela, manu.

Habui, experta ſum. el.1. lib.1.

Cum tamen aduerſos cogor habere Deos.

Cic. ep. 4. lib.1. fam. *Eodie acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iuſtiorem.* ſic *habere amicum & inimicum.* Si legimus, *habuit*, de ſe tertia perſona loquetur, vt & infra verſ.43. de ſe tertia perſona loquitur.

Non fuit exuuiis tantis Cornelia damnum.

D *Parcas immites*, ſæuas; ἀνηλεῖς, vt *immites manus* eleg.15. lib.3. verſ.14. & alludit ad nomen parcarum, per antiphraſin, quod nemini parcant: Seruius in ecl. 4. Lycophron maris filias & puellas fingit, ob feritatem & crudelitatem. Tetricæ vocantur à Martiale, earum deſcriptio eſt apud Catullum & Platonem 10. de Rep. & in libris legum. *Cornelia*. Scriboniam nupſiſſe duobus conſularibus, antequam Auguſto nuberet, & ex altero etiam matrem (huius Corneliæ) fuiſſe ſcribit Sueton. in Auguſt. cap.62. Ergo alter de conſularibus illis è Corneliorum gente.

E T *ſum quod digitis quinque leuatur onus.*] Legendum, *En ſum quod.* &c. aut interpongendū.

E *Num minus immites habui Cornelia parcas?*
Et ſum quod digitis quinque leuatur onus?

Sum onus; vt el.3. ſup. *Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ.* & *Puluis & vmbra ſumus.* & infra:

Tota domus cœpit nunc onus eſſe tuum.

Onus, vt Ouid.14. Met. *Conſumptaq; membra ſenecta*
Ad minimum redigentur onus. *Leuatur digitis quinque*, vna manu tollitur & ſuſtinetur. *Leuare*, tollere el.4. ſup. *Pictaq; per flatus arma leuare iubas.* el.9. lib.2. *Maximaque in parua ſuſtulit oſſa manu.* vbi *manu*, vt hîc *quinque digitis* (licet ſint & ſedigiti) & *ſuſtulit*, quod hic *leuatur*. Ouid. 12. Met. non diſſimili ſententia:

Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
Nominis Aeacides, caput insuperabile bello,
Arserat: armarat Deus idem, idemque cremarat.
Iam cinis est, & de tam magno restat Achille
Nescio quid, paruum quod non bene cõpleat vrnam.

DAMNATÆ *noctes & vos vada lenta paludes.*] Testatur Tartarum se insontem, & eo indignam. *Damnata noctes*, erebi tenebræ, vbi sontes animæ. Sic eleg. 7. vers. 38. sup. *Damnata manus.* vbi vide adnot. *Paludes vada lenta.* Stagna Cocyti, & Stygiam paludem alloquitur, de quibus Virg. 6. Æneid. Palus paululum aquæ in altitudinem, & palam latius diffusæ: Varro 4. de ling. Lat. *Lenta vada*, aquæ pigræ & ignauæ & languidæ. Horat. oda 14. lib. 2.

Visendus ater flumine languido Cocytus errans.

Tibull. el. 3. lib. 3.

Me vocet in vastos amnes, nigramque paludem
Diues in ignara luridus Orcus aqua.

Apuleius lib. 6. *Nec mora cum ad flumen mortuum venies, cui præfectus Charon.* Mox. *Nec secius tibi pigrum fluentem transmeanti.* Stat. 8. Theb.

Tunc regemunt pigrique lacus, (Styx) vstaque paludes.

(Phlegeton) Ouid. 4. Met.

Styx nebulas exalat iners.

Seneca in Hercule furente:

Ferale tardis imminet saxum vadis
Stupente vbi vnda segne torpescit fretum.

ET *quacunque meos implicat vnda pedes.*] vt el. 7. lib. 3.

Et quacunque meum degrauat vnda caput.

Styx autem vmbras noueno fingitur ambitu coërcere, ob nouendiale sacrum. Virg. 6. Æn. & 4. Georg.

Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaque palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.

Catull. ad Ortalum:

Namque mihi nuper lethæo gurgite fratris
Pallidulum manans alluit vnda pedem.

Horat. oda 14. lib. 2.

Tityonque tristi Compescit vnda.

Implicat, impedit & coërcet.

IMMATVRA *licet, tamen huc non noxia veni.*] Quamuis ante diem acerbo elata funere, tamen ad inferos descendi insons & sancta anima. *Immatura*, vt Tibull. eleg. vlt. lib. 2.

Parce per immatura tuæ precor ossa sororis.

Plaut. Mostell. *Quia præmaturè vita careo.* vide adnot. de hoc verbo eleg. 7. lib. 2. vers. 2. *Huc*, ad inferos. el. 18. lib. 3.

Sed tamen huc omnes, huc primus & vltimus ordo.

Non noxia, innoxia, insons. Noxij, nocentes, vt eleg. 11. lib. 3. *Noxia Alexandria.*

DET *pater hic vmbræ mollia iura meæ.*] An patrem suum Cornelium significat, vt ius vmbris dicere illi concessum sit. Ita enim honoris gratia & iustitiæ ergo Virg. 6. Æneid. dixit:

Secretosque pios, his dantem iura Catonem. An ditem patrem significat? opinor. Stat. 8. Theb. initio:

Forte sedens media regni infelicis in arce
Dux Erebi populos poscebat crimina vitæ,
Nil hominum miserans, iratusque omnibus vmbris.

& infra: *—— O cunctis finitor maxime rerum;*

A *Ac mihi qui quondam causas, elementaque noram,*
Et sator. *Diespiter*, pater Pluton, ditis pater, Summanus. *Det iura*, vt eleg. 11. lib. 3.

Iura dare statuas inter & arma Mari.

Mollia, benigna, facilia, æqua. Meliora vocat Stat. loco prædicto: *Iuxta Minos cum fratre verendo Iura bonis meliora mouet.* (admonet Plutonem æquitatis.) sic *mollia fata* eleg. 7. libr. 1. vers. 4. *Mollisse legem* hîc infra vers. 41. Ouid. 6. Fast.

Valeas anus optima dixi:
Quod superest aui molle sit omne tui.

Aliter Tibull eleg. 3. lib. 2.

Ah pereant artes, & mollia iura colendi.

B Id est, consuetudo & instituta. *Vmbræ meæ*, mihi mortuæ vt infra vers. 91.

AVT *si quis posita iudex sedet Aeacus vrna.*] Sic eleg. 1. lib. 4.

Aut si quis motas Cornicis senserit alas.

Aeacus. vide adnot. eleg. 20. lib. 2. vers. 30. Iuuenal. sat. 1. *Quas torqueat vmbras Aeacus.* Stat. 3. Syl. in lacrymis Hetrusci:

—— & infernæ rigidum timet Aeacon vrna.

Sedet, vt eleg. 19. libr. 3. *Minos sedet arbiter Orci.* vbi vide adnot. interdum stabat iudex in caussis leuioribus. vnde Cic. in Bruto: *Ad stantem iudicem dicere.* *Vrna posita*, astante. Virg. 6. Æneid.

C *Ductis stat sortibus vrna.* sic posita cathedra, sella, mensa. *Vrna* significat sortitionem, quia iudicum nomina in vrna versabantur. Ascon. in Verr. 2. vrnæ iudicialis meminit, vbi agit de sortitione, & subsortitione iudicum. Idem in 3. Verr. *Ad hanc*, inquit, *similitudinem poeta Virgilius Minoem iudicem apud inferos, tanquam si prætor sit rerum capitalium, Quæsitorem appellat: dat ibi sortitionem, vbi vrnam nominat: dat electionem iudicum, cum dicit: Consiliumque vocat: Dat cognitionem facinorum cum dicit: Vitasque & crimina discit.* Iuuenal. sat. 12. *—— Impia quamuis*

Gratia fallaci prætoris vicerit vrna.

D Horat. oda 3. lib. 2.

Omnes eodem cogimur, omnium Versatur vrna.

oda 1. lib. 3. *Omne capax mouet vrna nomen.* & sat. 1. lib. 2.

Cernius iratus leges minitatur & vrnam.

Cic. 4. Verr. *Duxit ex vrna tres: iis vt Heraclium absentem condemnent.* Et ep. 6. lib. 2. ad Q. fratrem: *Senatorum vrna copiosè absoluit; Equitum adæquauit; Tribuni ærarij condemnarunt.* Apuleius libr. 10. in vrnam æream ex more perpetuo calculos iudicum condi solitos, ait, vbi etiam orificium eius vrnæ manu contegi interdum consueuisse docet. Stat. 8. Theb. *Scit iudicis vrna*

E *Dictæi, verumque potest deprendere Minos.*

& 11. Theb.

Si modo Agenorei stat gnosia iudicis vrna.

IN *mea sortita iudicet ossa pila.*] Sententiam ferat aduersum me mortuam. vt eleg. 20. libr. 2. *—— & me*

Inferno damnes Aeace iudicio.

Sic Cic. pro domo sua: *Iudicare sacramentum iniustum in libertatem.* & pro Flacco: *Iudicare contra aliquem.* Sæpius tamen dicitur, *Iudicare de aliquo.* Sed alij libri, *Vindicet*; id est, animaduertat & puniat si quid deliqui: dicimus enim vindicare in aliquem, & sic loquitur Gell. cap. 5. libr. 4.

cap 6. libr.10. & cap.7. libr.12. *In ossa mea*, me mortuam, vt sup. *Funera, sepulcrum, rogos.* sic eleg.8.lib.2. *Calret & ossa mea.* eleg.5. sup.

Turpia sciuno terreat ossa sono. hîc infra:

Defleta & gemitu Cæsaris ossa mea. Item:

Cuius honoratis ossa vehantur aquis.

Pila sortita, sorte educta patheticῶς, vt sup. eleg. 7.

Nam gemina est sedes turpem sortita per amnem.

Sortiri pilam, est sorte educere ex vrna nomen iudicis in pila scriptum. Sic, inquit Budæus, *Sortiri iudices* dicunt Latini, vt Græci λαγχάνειν δικας. De pilis in qoibus inscripta oomina iudicum Ascon. in Milon. Cuiusmodi autem hæc pila fuerit quæsiui, nec reperi. Sanè tabellis ad eam rem non pilis vtebantur Romani. Plutarchus in Lycurgo pilas exiguas è furfure commemorat, quibus coniectis in vas tanquam sortitione fabarum admittebatur, vel escludebatur aliquis à conuiuiis Lacedæmoniorum.

ASSIDEANT *fratres, iuxta Minoida Sellam*
Eumenidum intento turba seuera foro.]

Varia & lectio & interpunctio.

Assideant fratres, iuxta Minoa sella, &
Eumenidum intento turba seuera foro. &:
Assideant fratres iuxta Minoida sellam
Eumenidum intento turba seuera foro. &:
Assideant fratres iuxta Minoida sellam.
Eumenidum intento turba seuera foro.

Supple assideat, tanquam canes ad ministerium paratæ. vide Callimach. hymno in Delum. vers. 228. *Assideant fratres*, assessores Æaci sint eius fratres, Iouis scilicet filij, Rhadamanthus & Minos. Alludit autem ad assessores, qui assidere dicebantur ius dicenti prætori, quæsitori, præsidi. In peruigilio Veneris: *Ipsa præses iura dicet, assidebunt Gratiæ.* Sic Minos cum fratre assident Plutoni apud Statium 8. Theb. vide Tit. vlt. lib.1. D. de officio assessorum; qui ibidem lib. pen. dicuntur *Consiliarij.* Cic.1. de diuinat. *Lacedæmonij regibus suis augurem dederunt.* Sic Homer. od. λ. Circa Minoa sedentes alios facit, qui causas audiant & iudicent. Charis. libr.5. *Adsideo prætori & prætorem. Turba Eumenidum.* Turbam dixit de tribus, nisi vt ille ait, *Furiis ira est tribus addita quarta.* vel plures tribus esse furias intelligimus: scribit enim Virg.6. Æneid.

Continuo sontes vltrix, accincta flagello
Tisiphone quatit insultans: toruosque sinistra
Intentans angues, vocat agmina sæua sororum.

An quia & Diræ, & Harpyiæ sunt furiæ Virg.3. & 12. Æneid. *Seuera turba*, aspera, sæua. à Seuero monte scilicet Virg.7. Æneid.

Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Seuerum,
Casperiamque colunt. Nam *Tetrici* & *Seueri* ab illis asperis locis Eumenides seueræ finguntur, vnde Græcis σεμναὶ θεαί, vt ait Plutarch. in Theseo, & Pausanias in Atticis. Varro Eumenidibus apud Nonium in voce *Seuerum*: *Tertia pœnarum infamia, stans nexa in vulgi pectore fluctuantis, intonsa coma, sordido vestitu, ore seuero.* Virg. 6. Æneid.

Tu stygias inhumatus aquas, amnemque seuerum
Eumenidum aspicies. Ergo seueræ etiam ob

A fluuium seuerum & tristem, cuius ripas accolunt. Idem Virg.3. Georg.

Inuidia infelix furias, amnemque seuerum
Cocyti metuet. *Eumenides*, inquit Seruius in 6. Æneid. *Dictæ quod minimè bene velint, per antiphrasin, vt Parcæ, bellum.* Sedent autem furiæ in limine inferorum ante fores carceris, Virg.6. Æneid. & Ouid.4. Met. & assident iudicibus. id est appareot, vt lictores & carnifices. *Intento foro.* si tertio casu, iunge cum *seuera.* id est, seuera in forum intentum: id est, vmbras causam dicentes si 7. casu, supple; in foro, vt Ouid.el.vlt.

B lib 4. Trist. *Et sunt in Stygio crimina nostra foro. Intento*, hoc agente, quia ferrum suum in igni est. sic eleg.5. sup. *Intentos maritos*, & eleg.3.lib. 1. *Intentis ocellis.* An legendum, *In tanto.* potest esse hypallage; pro, Intenta foro; quia furiæ inuigilant pœnis. *Iuxta sellam Minoida*; sic *Minos sedet* eleg.19. libr.3. vers.27. à Minos, Minoous, a, um, vt eleg.19. libr.3. *Minoa figura*, & Minoius, vt Virg.6. Æneid. *Minoia regna.* & *Minois*, idis, vt eleg 24. lib.2.

Paruo dilexit spatio Minoida Theseus.

Sellam vt eleg. sup.

Et vestro posita est aurea sella foro.

C SISYPHE *mole vaces, taceant Ixionis orbes,*
Fallax Tantaleo corripiare liquor.]

Tres has pœuas vno verbo complectitur eleg. 5 libr. 3.

Num rota, num scopuli, num sitis inter aquas.

Sisyphe mole vaces, careas graui illo saxo, quod perpetuo volutas. eleg 17. lib. 2.

Vel tu Sisyphios licet admirere labores,
Difficile vt toto monte volutet onus.

Onus difficile, hîc *molem* vocat. & eleg.20. ibid.

Tum quoque Sisyphio saxa labore geram.

Taceant Ixionis orbes, Quiescat & consistat Ixionis rota. Tacere, pro quiescere. Nonius. *Tacere*

D *etiam dicitur, quod sine voce & sono est, vt Virg. Cum tacet omnis ager.* Plaut. Curc. sc.1. act.1. *Tacet ostium.* & *Taciturnissimum*, quia sine strepitu aperitur. Ouid.6. Fast.

Cessat opus, vacuæ conticuere molæ. Stridet autem rota cum voluitur vento. *Orbes.* enallage numerorum. nam orbis est tantum. id est, rota. vide adnot. eleg.9. lib.1.

Et magis infernæ vincula nosse rotæ.

Fallax liquor, vt eleg.17. lib.2.

Vt liquor arenti fallat ab ore sitim.

Apuleius de Deo Socratis: *Qui solus Tantali vice in suis diuitiis inops, egens, pauper: non quidem fluen-*

E *tum vllum fugitiuum captat, & fallacis vndæ sitim*, Sic *Fallax vnda Mæandria* eleg. vlt. libr.2. vers. 3. *Corripiare*, vide not. ad 8. sup. vers.11. *Corripit escas. Tantaleo.* Ταντάλειος vt Αἰδώνιος, ἠερχαιος Tarentini, inquit Scaliger, vnde Romanis Tantaleus, Adoneus. Ausoo. *Concedat Cei Musa Simonidei.* hæc Scaliger. An est epenthesis, vt *Colchiacis*; pro, Colchicis eleg. 1. libr. 2. vers. 54. *Ioniacas*, Ouidio pro Ionicas; Catullo *Oarion* pro Orion; & in Priapeiis: *Pallorem maciemque larualem*, pro, larualem. Sic Ouid. in Ibin:

Vel quæ, qui redimi Romano turpe putauit,
A duce Punico pertulit, ipse feras.

pro punico. An hypocorifticô, vt Inuleus, A
equuleus, hædu eus. An *Tantaleus liquor?* fed Tantaleus; pro Taotalus, vt Aufonio: *Tyndareus pater bis*; pro Tyndarus. fic *Eurytion* & *Eurytus* eleg.33. lib.2. verf.31. Atticè *πατρώιλεως*.

Cerbervs *& nullas hodie petat improbus vmbras.*] vult hoc tribui honori fuo, vt eleg.10.l.3.

Tranfeat hic fine nube dies: fleant aëre venti,
Ponat & in ficco molliter vnda minas.
Afpiciam nullos hodierna luce dolentes, &c.

aut vult cauſæ fuæ intentas effe vmbras, quod fieri non poffit nifi intermiffis pœnis. *Cerberus*. eleg.7. fup. *Errat & abiecta Cerberus ipfe fera.* *Improbus*, fæuus. el.1. lib.1. *Amor improbus* verf.6. B
Petat vmbras, inuadat animas, fiue manes quafi morfurus. Albio. ad Liuiam:

Quo ruis? attonita quid petis ora manu.

Feftus in *Retiario: Non te peto, pifcem peto.* Ouid. eleg 5. lib.3 Trift.

Non mihi quærenti peffundare cuncta petitum
Cæfareum caput eft, quod caput orbis erat.

& eleg 11. lib. eiufdem.

Quid cinerem faxis, buftaque noftra petis?

Tibull. eleg.9. lib 1.

Vt te meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus. Cic. *Petere collum, latus, ventrem.*

Vnde *petitiones gladiatorum.* vide eleg.13. libr.3. C
verf. 54.

Et *taceat tacita lapfa catena fera.*] Videtur fignificare ita iofartam feræ catenam, vt cum ea fimul decidat. fed verius eft effe hypallagen, *Iaceat fera lapfa, catena tacita* De iacente enim & abiecta fera dictum eleg.7. fup. verf.90. Catena autem tacet, cum abeft ianitor, nec tintinnit. Ouid. eleg.6. lib 1. Amor.

Ianitor indignè dura religate catena. Ibid.
Sic nunquam dura religere catena. & Sueton. de Claris Rhet. de Octacilio Rhetore; cum ait *Oftiarium & veteri more in catena fuiffe.* Petron. *Non longè ab oftiarij cella, canis ingens catena vinctus.* D
Ergo *Catena* hîc Cerberi, vt ianitoris, & vt canis Seneca 6. Controuerf. *Si canem ad oftium alligaffes.* apud Nonium & Feftum Afranius: *Ianitoris* (alias *oftiarij*) *tintinnire impedimenta audio*, id eft, catenam; de cuius tintinnitione etiam Virg.6. Æneid.

—— *Tum ftridor ferri, tractæque catenæ.*

Sera lapfa. Sic Petronius: *Sera fua fponte delapfa.* *Lapfa iaceat.* vide ad eleg. 4. fup.

In Oceanum fidera lapfa cadunt.

Ipsa *loquor pro me: fi fallo pœna fororum,*
Infelix, humeros vrgeat vrna meos.]

Vide Valerium Max. cap.3. lib.8. Quæ mulie- E
res apud magiftratus pro fe, aut aliis cauffas egerunt; Amefia fcilicet, Afrania, & Hortenfia. *Pro me*; quia pro aliis poftulare feminæ prohibentur edicto. *Vlpian l 1. §. Sexum. De poftulando. Si fallo.* vide not. ad el.7. verf.53. fup. *Pœna fororum*, Danaidum 50. vt eleg.7. fup verf.67.

Narrat Hypermneftre magnum aufas effe forores.

Vrna infelix, vt eleg.5. lib 3. verf.7. *Infelix terra.* *Vrgeat humeros.* Capite geftatur vrna eleg.4. fup. verf.16 hîc humeris, vt eleg.1. lib.2.

Ne tenera affidua colla grauentur aqua.

Ouid. in Ibin:

Quæque gerunt humeris perituras Belides vndas.

Meos, quafi mortuis fint humeri.

Si *cui fama fuit per auita trophæa decori.*] Oratio hæc laudationis funebris & apologiæ fimul eft loco. Itaque orditur à commendatione generis fui: paterni, Corneliorum: materni, Scriboniorum. *Fama* autem, laus à maioribus relicta, de quibus homines loquuntur cum admiratione rerum geftarum. Sic eleg.20. lib.3.

Splendidaque à docto fama refulget auo.

Effe decori, ornamento, vt el.12. lib.1. *Inuidiæ fuimus.* & eleg.5. lib.2. *Pallori erit. Decori effe, vt effe vfui*, inquit Charif. lib.2. Virg. ecl.5.

Vitis vt arboribus decori eft. Decor autem licet formæ fit, & decus famæ ac animi, vt Cornel. Fronto diftinguit, decorem tamen, pro decore pofuit. *Per auita trophæa*, per victorias infignes auorum virtute partas. *Per trophæa*, vt eleg. 4. lib.3. *Onerare per arma domum.* Quid trophæum dixi ad eleg 6. fup. verf.81. *Auita*, vt eleg. 24. libr.2. *Sanguine auito Nobilis* verf. 37. eleg. vlt. libr. eiufd.

Nullus ab antiquo Marte triumphus aui.

& el. 7. eiufd. lib. *Patrius natos praebere triumphis.*

Vera *Numantinos regna loquuntur auos.*] Quid eft, *vera regna?* An quia verè rex eft, qui rectè facit, feque ac fuas cupiditates regit vt Scipio Africanus: fic Horat. oda 2. lib.2.

Latius regnes auidum domando Spiritum, &c.

Eft qui legat, *verfa*, id eft, euerfa, vt 1. Æneid.

Tyrias olim quæ verteret arces. & 5. Æneid.

Vertere ab imo Mœnia. Sed vet. libr. *Atea*, vnde Scaliger legit, *Afra. Regna*, vero pro imperiis, vt 4. Æneid.

Quo regnum Italiæ Libycas auerteret oras.

vel id ait propter Syphacem, & quia Carthagini Dido regnarit. *Loquuntur auos.* Etfi muta funt, loquuntur tamen, quia ruinæ ipfæ teftantur auorum virtutem. Sic Catull. *Fama loquetur anus.* & *Charta loquatur anus.* Vetus poëta apud Prifcianum: Τὸν σὺν ἀγῶνας ἀιών κακώνη el. g.1. fup. *Fibra locuta Deos.* vide illic. Sic res ipfa loqui dicitur. *Numantinos.* id propter Scipionem Æmylianum, de quo Cicero 6. de rep. *Hanc* (Carthaginem) *hoc biennio euertes, Numantiamque excindes.* Inde Numantinus dictus Iuuenal. fat.8.

Si luditur alea pernox *Ante Numantinos.*

Ouid. 1. Faft. *Ille Numantina traxit ab vrbe notam.* Leg. Cic. pro Murena, pro Lege Manilia, & 4. Philipp. vide Liuij epitomem 57. & 59.

Altera *maternos exæquat turba Libones.*] Multitudo cognatorum pares facit Africanis & Numantinis auis paternis, auos maternos, Seribonios, Libones. *Exæquat.* Cæfar 1. de bello ciuili. *Pompeius neminem dignitate fecum exæquari volebat.* Salluft. in Catill. *Facta dictis exæquanda funt.* Lucret. lib.1. —— *Nos exæquat victoria cœlo.* & lib.5. *Exæquataque funt crepera certamina belli.* *Maternos* (auos) quia mater Corneliæ Scribonia dicebatur. verf.55. infra. Sic Virg.4. Æneid.

Materno veniens ab auo. Scribonij autem, Largi, Curiones, Drufi, Libones. Sueton in Tiberio cap.25. *L. Scribonius Libo, vir nobilis res nouas clam moliebatur.* Notum *Libonis puteal* in foro, vel ex Horat. ep.19. lib.1.

Forum putealque Libonis Mandabo siccis.

In vno vetere numo est ex altera patte puteal cum iis literis : *Puteal Scribon.* in altera caput cum iis literis : *Bon. euent. Libo.* In altero numo item Puteal, cum inscriptione. *Puteal Scribon. Libo.* in altera caput cum inscript. *Paulus Lepidus Concord.* L. Libo Consul cum Statilio Tauro memoratur à Tacito initio libr. 2. Annal. Plin. cap. 35. libr. 2. C. Scribonij Cos. meminit. & *Libonis ludis tectum theatrum.* Idem Plin. cap. 55. libr. 36. L. Scribonij meminit & Dio p. 340. Vide Sueton. de Claris Grammaticis in *Scribonio.*

Et *domus est titulis vtraque fulta suis.*] Gens Corneliorum & Scriboniorum : ac familia Scipionum & Libonum nixa est, & freta suis imaginibus, & monimentis, quibus inscriptiones adiici solent. Sic *domus,* pro gente & familia el. 1. sup. vers. 78. propriè el. 2. lib. 3.

Quod non Tenariis domus est mihi fulta columnis.

quod Tibull. el. 3. lib. 3.

Quidue domus prodest Phygiis innixa columnis.

Fulta titulis, vt infra : *Et serie fulcite genus.* Tituli autem sunt sepulcrorum, statuarum, imaginum. Tibull. lib. 4.

Nec quaris quid quaque index sub imagine dicat.

de titulis imaginum, ipse el. 4. lib 3.

Et titulis oppida capta leges. eleg. 5. sup.

Aut quorum titulus per barbara colla pependit.

& hîc infra : *Sub quorum titulis Africa tonsa iacet.*

Mox *vbi iam facibus cessit prætexta maritis.*] Transit ad pubertatem relicta pueritia, in qua sola indoles laudatur. vide eleg. 1. sup. vers. 131. De prætexta vide adnot. ad eleg. 15. lib 3 vers. 3. & eleg. 1. lib. 4. vers. 11. Ascon. ad hæc Ciceronis verba 3. Verr. *Eripies igitur puella togam prætextam.* togam notat communem habitum fuisse & marium & feminarum ; sed prætextam honestorum, togam viliorum : quod & circa mulieres seruari solitum. Cessit *Facibus maritis,* quasi venientibus nuptiis abiecit, & decesserit honoris causa. vt eleg. vlt. lib. 2.

Cedite Romani scriptores, cedite Graij.

Sic Virgilius Tmolum assurrexisse vitibus Falernis ait. Recta autem tunica nubentes induebant, vt notat Plinius cap. 48. libr. 8. & die nuptiarum, vt scribit Arnob. lib. 2. *Virginum togula fortunam deferebantur ad virginalem. Facibus maritis.* vide eleg. 3. vers. 13. sup.

Quæ mihi deducta fax omen prætulit.

Vinxit *& acceptas altera vitta comas.*] vide adnot. eleg. 3. sup. vers. 15. vbi *vitta recta* vocatur. *Vinxit comas,* adstrinxit. Sic Ouid. eleg. 5. l. 3. Amor. *Vitta nec euinctas impedit alba comas.* *Comas acceptas.* nam dixit el. 3. sup. *Vitta data est.* Sic *Capere crines* Plauto Milite. Legandus Festus in *Senis crinibus.* Alias legitur, *Aspersas.* sic eleg. 3. sup. *Et Stygio sum sparsa lacu.*

Iungor, *Paule, tuo sic discessura cubili.*] Fio particeps & socia tui tori. Virg. 1. Æneid.

Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

& 4. Æneid. *Qui me sibi iunxit.* Ibid.

Cui se pulcra viro dignetur iungere Dido.

Discessura, abitura è lecto & domo tua non diuortio, sed morte. Discedere enim de vtroque dicitur. De diuortio Cœlius Ciceroni ep. 6. lib. 8.

A fam. *Inter postulationem & nominis delationem vxor à Dolabella discessit.* eleg. 4. lib. 1.

Me neque amare aliam, nec abhac discedere fas est.

τῶ Sic κατ' ἀντιφρασιν, vt eleg. 12. lib. 3.

Sic redeunt illis qui periere locis.

In *lapide hoc, vni nupta fuisse legar.*] Nempe, à prætereuntibus, vt eleg. 7. sup. vers. 84.

Hoc carmen media dignum me scribe columna,
Sed breue, quod currens vector ab vrbe legat.

Vbi carmen vult scribi columna, vt hîc lapide. & eleg. 1. lib. 3.

Fac lapis inscriptis stet super ossa notis.

Vni nupta. Laus pudicitiæ mulieris, & vno

B contentam esse, & vni tantum nupsisse. P. Syrus : *Habent locum maledicti crebra nuptia.* Item : *Mulier, quæ multis nubit, multis non placet.* Seruius ad illud 4. Æneid.

Huic vni forsan potui succumbere culpæ ; Propter antiquum, inquit, *ritum, quo repellebantur à sacerdotio bis nuptæ. Biuiram* Varro vocat lege Meuia apud Nonium, quæ bis nupsit, non viduam, vt putat Nonius. Valer. Max. cap. 1. lib 2. *Quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur.* vnde ipse eleg. 13. lib. 2.

Vnius hic quondam seruus amoris erat.

C Ouid. in ep. Didus :

Nec consumpta rogis inscribar Elyssa Sichæi.

Lucan. *Liceat tumulo scripsisse, Catonis Martia.*

& Martial. ep. 63. lib. 10. *Fuitque*

Vna pudicitiæ mentula nota meæ. Hinc eiusdem Martialis iocus :

Inscripsisset tumulo septem terebrata virorum
Se fecisse Chloë. quid pote Sulpicius?

& infra hîc Cornelia filiæ ait :

Fac teneas vnum nos imitata virum.

Testor *Maiorum cineres, tibi, Roma, colendos.*] iuro per manes Africanorũ & Libonum. nam & qui iurat testes Deos facit, & qui precatur. Cic.

D 1. Offic. *Quod teste Deo promiseris ;* pro, iuraris. Virg. 4. Æneid.

Testatur moritura Deos, & conscia fati Sidera.

& mox : *Et nostras audite preces.* Sic Virg. 2. Æn.

Iliaci cineres & flamma extrema meorum
Testor in occasu vestro. Ipse eleg. 20. lib. 2.
Ossa tibi iuro per matris, & ossa parentis :
Si fallo cinis heu sit mihi vterque grauis.

vbi vide adnot. Ouid. 2. Fast.

Per tibi ego hunc iuro fortem castumque cruorem,
Perque tuos manes, qui mihi numen erunt.

Cineres colendos. Narratur apophtegma Augusti in Vectium, qui monimentum patris exararat apud Macrob. cap. 4. lib. 2. Saturn.

E *Hoc est vere patris monimentum colere.*

Ouid. in ep. Briseidis eadem mente :

Per tamen ossa viri subito malè tecta sepulcro,
Semper iudiciis ossa verenda meis.

Seneca Troiade :

Est tumulus ingens, coniugi caro sacer
Verendus hosti. *Tibi, Roma,* vt eleg. 11. sup. vers. 11. *Roma tuis quondam finibus horror erat.*

Sub *quorum titulis Africa tonsa iacet.*] Iacere sub titulis, quasi sub pedibus victoris subiectum esse. Sic *Cadere sub creditoribus* Sueton. in Othone. cap. 5. ipse eleg. 11. lib. 3.

Et trahit addictum sub sua iura virum.

Tutneb. cap.11. lib.10. huc adfert illud Horatij oda 9. epod. *Nec Africanum cui super Carthaginem virtus sepulcrum condidit.* Africa (vnde Africani) dicta, ioquit Festus in Apricum, quasi *ἀπὸ τῆς φρίκης*, quod sit sioe borrore frigoris. *Iaces*; quasi prostrata à victore & mortua. nam & victi & mortui iacere dicuntut. *Tonsa*, spoliata omni decore; vt eleg.19. lib.3.

Tondens purpurea regna paterna coma.

vbi vide adnot. An & allusit ad *Comantes frugibus agros Africæ?* sed vet. libr. *Tanta iaces*; quod *θαυμαστικῶς* dictum accipit Scaliger. An *tota*? vt eleg.20. lib.5. *Tantine in lacrymis Africa tota fuit?* hîc delirat Titius. vide Scalig. in Titium.

ET *Persen proaui simulantem pectus Achillis.*] Supple, Testor. Testatur Persen, siue Persea quia grauissimum est hostis de hoste in laudem testimonium. Silius Italicus de Philippo istius Persæ patre:

Hic gente egregius, veterisque ab origine regni,
Aeacidum sceptris, proauoque tumebat Achille.

De Perseo victo & capto à Paulo Æmylio dictum eleg.3. lib.3. vers.8. *Simulantem.* Vet. libr. 4. & agnoscit Beroaldus, *Stimulantem.* quasi doleat Achilli, quod tam ignaoum & imbellem pronepotem habuerit. Sic Plaut. Bacchid. *Cor stimulo foditur.* Beroaldus idem quasi de coniectora legit; *Simulantem*, quod probabilius est, fingebat enim id & mentiebatur se ab Achille genus ducere. oam Liuius oothum & Sputium fuisse scribit, & inuidia fratrem Demettium ac criminatione falsa de medio sustulisse. Lipsius in Velleium legit:

Et Persen proauo stimulantem pectus Achille.

quod animos attolleret ob proauum Achillem. Ego malim, *proauo stimulantem pectus Achilli.* vt sit ea sententia, quam supra attigi, & vtraque vetus lectio retioeatur, *Stimulantem* & *proauo.* nam *S.* adhæsit ob sequens *S*, & *Achilli*, lego pro Achillis. hîc insigniter nugator Coluius in Apuleium fol.148. Emendans *Tubulantem pectus. Pectus*, animos ac spiritus. eleg.1. lib.2.

Angusto pectore Callimachus. *Stomachum Pelidæ* vocat Horat. oda 6. lib.1. *μῆνιν* Homerus. Ouid. in epist. Hermionæ:

Pyrrhus Achillesdes animosus imagine patris.

vnde Plaut. Asin. sc.3. act.1. *Aeacidinis minis, animisque expletus.*

QVIQVE *tuas proauus fregit, Achille, domos:*] Paullum Æmylium intelligit, ex cuios genere ipsius Corneliæ maritus Paullus, & ipsa quoque Cornelia, quia in fato illam Scipionum Paulli filius taansiit adoptione. *Achille*, vltima breui, vt Martialis: *Aut cœnam crude Thyeste tuam.* vt Achilleus, Achilleu Græcis, sic detracta S. Latinis Achilles, Achille. Sic Ouid. el.4. lib.1. Trist.

Fecerunt furiæ tristis Oreste tuæ. *Fregit*, contudit, planè deuicit. eleg.6. sup. vers.58. *Fracta sceptra. Domos tuas*, sedes, patriam, Phtiam & Thessaliam. Virg.6. Æneid. *Veniet lustris labentibus ætas*

Cum domus Assaraci Phtiam. &c. sic el.6. lib.1. vers.4. *Domos Memnonias.* eleg.11. lib.3. vers.12. *Domos Aesonias.*

ME *neque censuræ legem mollisse nec vlla*
Labe mea nostros erubuisse focos.]

A Nihil fecisse indignum censura mariti Paulli, inquit Scaliger. *Duræ leges* dicuntur Tibullo, dura autem molliri dicuotur, vt eleg.4. sup.

Vestra meus molliet arma torus. Sic sup. hîc

Det pater huic vmbræ mollia iura meæ. Quæ autem hæc lex censuræ? Saoe Cato in oratione de dote apud Gellium cap.23. lib.10. *Vir cum diuortium facit, mulieri iudex & pro censore est.* An *legem*, pro leges dixit per eoallagen? Censoriæ autem leges etiam de re vxoria. Ideoque rogabant ciues: *Ex animi tui sententia vxorem habes?* Cicero 2. de Orat. Præterea Censores magistri

B erant morum. Cicero 2. de Leg. vbi Censorum officium describit. *Cælibes*, inquit, *esse prohibento; mores populi regunto.* *Seueritas Censoria* ab eodem dicitur, & *Seueritatis magister Censor*, pro Cluentio. vbi multa de eo magistratu. Et pro Cœlio: *Fuit pertristis quidam patruus, Censor.* vide Plutarch. in Paollo Æmylio de dignitate Censuræ, & de eius officio in Catone. Ait ergo Cornelia se nunqoam postulasse vt seueritas & disciplina Censorum mitigaretur, nec vlla macula sua Lares pudore, ait, affectos. *Labe mea.* hîc post vers. 45. dixit *Crimine.* eleg.8. sup. *Fama non sine labe mea.* *Erubuisse focos*; quasi moueantur Dij Pena-

C res vitiis, aut virtutibus familiæ, vt eleg.4. sup.

Et valeat probro Vesta pudenda meo. el.22. lib.3.
Famam, Roma, tuæ non pudet historiæ.

Albinouanus ad Liuiam:

Diique latent templis, nec iniqua ad funera vultus
Præbent, nec poscunt tura, ferenda rogo.
Obscuros delubra tenent, pudet ora colentum
Aspicere inuidiæ, quam meruere, metu.

Foci, pro, Laribus, vt eleg.18. lib.3.

Amplexum Cæsaris esse focos. *Erubescere*, pudore affici, id quod sequitur, pro eo quod præcedit. *Rubor* pudorem consequitur. Cicero 4. Tusc. Vnde sæpe rubor; pro, pudore. vt *pallor*, pro

D metu. vide Macrob. cap.11. lib.7. Plaut.

Faciam te vt pudeat, Nam in ruborem te totum dabo. & *Pudoricolor aurora* dicitur Næuio apud Gell. cap.7. libr.19. *Nostros.* Scaliger legendum ait *Vestros*, & ita vet. lib.

NON *fuit exsuuiis tantis Cornelia damnum.*] Rectus casus pro casu dandi, *Fuit damnum*, pro, damno, vt eleg.19. lib.3. *Crimen & illa fuit.* eleg. superiore. vers.29. *Veij vos præda fuistis.* & *Horror erat.* vers.10. Dãnum vero cum sit proprium rei familiaris (dictum à deminutione patrimonij & demptione Iurisconsult) ad famam transtulit; vt dicitur: *Famæ iactura pudicæ* eleg.32. libr.2.

E *Damnum rei; malum, hominis*; inqoit Donatus, *Fuit Corneliæ*; pro, fui, vt sup.

Num minus immites habuit Cornelia Parcas?

Non fui damno tantis exsuuiis, non deminui laudem maiorum. Exsuuias posuit pro victoriis & triumphis, id qood sequitur, pro eo quod præcedit; nam victi exsui & spoliari solent. Quid exsuuiæ adnotaui ad vers.116. el.1. sup.

QVIN *& erat magna pars imitanda domus.*] τὸ *Quin*, & quinetiam, imo etiam, vt Virg.6. Æn.

Quin & auo comitem sese Mauortius addet
Romulus. *Pars.* partis appellatione sæpe dimidiam significari scribuot Iurisconsulti vt in l.49. *de vsufr.* & l.169. *de verb. sign.* Ouid.5. Fast.

En ego dimidium voci, parsque altera vestri.

sic *vxor pars domus*, quia vbi Paullus Dominus & Cornelia domina; paterfamilias, materfamilias; Caius, Caia. *Pars imitanda*, vnde exempla virtutum petenda. nam vitia imitanda non sunt. Familia autem, & liberi & serui se ad exemplum conformant patris & matris-familias. infra hîc: *Fac teneas vnum nos imitata virum.* *Domus magna*, vel omnium maiorum, vt sup. *Domus vtraque*; vel domus nostræ & familiæ communis. Contra *Tenues Lares* dixit el.1. sup. & Ouid. 6. Met.

Orta domo parua, paruis habitabat Hypapis.

NEC *mea mutata est ætas, sine crimine tota est.*] Ego per totam vitam eadem mansi, & mihi constiti. *Mea ætas*, ego ipsa, vt eleg.6. lib.1.

Nam tua non ætas vnquam cessauit amori.

Mutata, in deterius, vt eleg.12. lib.1.

Mutat via longa puellas. & eleg.14. lib.2.

Quod si forte aliqua nobis mutabere culpa.

Mutata ætas quidem pueritiæ in iuuentam &c. Sed ætas, spatium hîc vitæ continuum quod tecum egi. *Sine crimine tota est.* *Non noxia* dixit sup. vers.17. *Labe* vers.42. Contra eleg.11. lib.1.

At nunc inuisæ magno cum crimine Baiæ.

Ouid. de nuce. *Cum sim sine crimine vita.* An crimen de stupro, vt eleg.6. lib.2. *Tu criminis auctor.* Ibid. *Cur paries multo crimine pictus erat.* *Viximus insignes inter vtramque facem.* Id est, inter facem nuptialem & sepulcralem. id est, toto tempore matrimonij. Ouid. 2. Fast.

Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris
Aufer, habent alias mœsta sepulcra faces.

10 ep. Cydippes:

Et face pro thalami fax mihi mortis adest.

Apuleius 3. florid. Comœdiam eius prius ad funebrem facem, quam ad nuptialem venisse. de illa vers. 10. de hac vers.33. sup. Festus in *Rapi*. *Viximus* refertur ad anteactam cum laude vitam, vt 4. Æneid.

Vixi & quem dederat cursum fortuna peregi.

Albinouanus ad Liuiam: *Spes publica vixi.* Plautus Bacchid. *Vixisse nimio satius est quam viuere.* vnde mortui vixisse dicebantur. *Insignes*, conspicuæ & illustri in loco. eleg. pen. lib.3.

Versibus insignem te pudet esse meis.

MI *natura dedit leges à sanguine ductas*;] Sic eleg.18. lib.2.

Vt natura dedit sic omnis recta figura.

Natura dedit leges. Cicero pro Milone: *Non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: verum à natura arripuimus, hausimus, expressimus.* Lex ea naturæ *Fortes creantur fortibus & bonis*, vt ait Horatius. vide illic Lambinum. *Ductas à sanguine*, vt eleg.1. sup.

A proauo ducta Conone domus. *Sanguine*, vt eleg. 1. sup.

Sanguinis altricem non pudet esse lupam.

NE *possim melior iudicis esse metu.*] sic Laërtius in vita Aristotelis: ἐρωτηθεὶς τί ποτ' αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, τὸ ἀνεπιτάκτως ποιεῖν ἅ τινες διὰ τὸν ἀπὸ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν: *Rogatus quid è Philosophia consecutus esset, hoc*, inquit, *vt iniussus ea faciam, quæ plerique per legum metum faciunt.* Horat. ep.16. libr.1.

A *Oderunt peccare boni virtutis amore.*
Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ.
Sit spes fallendi: miscebis sacra profanis.

Cicero 1. leg. & 2. de finibus multa in hanc sententiam, quæ adnotat Lambinus ad hunc locum Horatij. Terent. Adelph. sc.1. act.1.

Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.

Ouid. 1. Met. —— *Nec supplex turba timebat*
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.

Melior metu iudicis. id est, proba magis, vt eleg. 7. sup.

B *Perfide, nec cuiquam melior sperande puellæ.*

Ouid.

Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est.

& Tibull. *Ne saeuo sis casta metu.*

QVÆLIBET *austeras de me ferat vrna tabellas,*
Turpior assessu non erit vlla meo.]

Feratur, inquit, de me quodcunque iudicium, tamen nulla femina siue puella, siue nupta inhonestior erit, quod mihi assederit, vt amici solent reis, nullam labem famæ suæ asperget. Improbis autem & sceleratis assidere omnes fugiunt. vnde Cic. 2. orat. in Catil. *Quid quod aduentu tuo ista subsellia vacua facta sunt? quid quod*
C *omnes consulares, qui tibi ad cædem constituti sæpe fuerunt, simul atque assedisti, partem istā subselliorum nudā atque inanem reliquerunt?* Idem pro Cn. Plancio: *Huius (rei) repentino periculo commoti, huic assident, pro hoc laborant.* Inde locus Horatij ep.5. lib.1. *Parcus ob heredis curam, nimiumque seuerus Assidet insano.* id est, proximus est; quia sibi quisque proximus. *Qualibet vrna*; pro, quouis ordine iudicum. tres autem ordines erant iudicum, & cuique sua vrna, vt Senatoribus, Equitibus, Tribu. ærariis: Cicero ep. 6. lib.2. ad Q. Fratrem. *Ferat tabellas*; *Iudicet in*
D *mea ossa* dixit sup. vers. 20. hîc. sic *Ferre sententiam, ferre suffragium.* præter tabellas pictorum; duo alia genera tabellarum, priuatarum & publicarum. *priuatæ*, vel rationum sunt, vel epistolarum, de quibus eleg.23. libr 3. *publicæ*, vel fori, vt hîc; vel comitij & suffragiorum. De ternis tabellis iudicialibus, & cista in quam coniiciebantur Asconius in diuinationem Ciceronis. *Austeras*, rigidas, tetricas, seueras. eleg. 3. libr. 3.

Quæ volet austeros arte ferire viros.

VEL *tu, quæ tardam mouisti fune Cybellem,*
Claudia turritæ rara ministra Deæ:]

Siue tu Claudia, quæ nauem cum sacris matris
E Deûm Ideæ obhærentem vado Tiberino extraxisti, & fecisti vt sequeretur. Legend. Sueton. in Tiberio cap.2. in medio. Cicero pro Cœlio. *Ne progenies quidem mea Quinta illa Claudia æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat?* Ibidem de altera Claudia Vestali. Ouid.5. Fast. de templo Bonæ Deæ:

DEDICAT *hoc tēplum veteris Clausorum nominis* {*hæres,*
Virgineo nullum corpore passa virum.

Idem 4. Fast. initio rem narrat, & Lactantius cap.8. lib.2. & Silius Italicus libr. 17. Cicero de Arusp. Resp. *Q. Clodia matronarum castissima iudicata.* Liuius libr.19. *Matronæ primores ciuitatis,*

inter quas vnius Claudiæ Quintæ (lege *Quinta*) *insigne est nomen, accepere* (Idæam matrem.) Plinius cap.35. lib.7. *Pudicißima matronarum Claudia religionis experimento indicata inducta in vrbem Deûm matre.* ἢ *vel*, pro siue, & exempli gratia, vt eleg. 17. lib.2. vers.5. & 7. eleg 29. eiusd. lib. vers. 34. Plaut. Amphitr. sc.2. act.3. *Vel id hunc rogato Sosiam.* & Milite sc.1. act.1. *Amant te omnes vt vel illæ quæ heri pallio me reprehenderunt. Qua monstrô Cybellem.* Stat.1. Sylu. in epith. Stellæ.

——— Non Claudia talis
Respexit populos, nota iam virgo carina.

Ouid. 4. Fast.

Dixit & exiguo funem conamine traxit,
(Mira, sed in scena testificata loquor)
Mota Dea est, sequiturque ducem, laudatque sequēdo.

De Cybelle vide adnot. ad el.17. lib 3. vers.35.

Vertice turrigero iuxta Dea magna Cybelle.

vbi & adnotatum cur *Turrita. Tardant.* Ouid. 4. Fast. hac de re:

Sedit limoso pressa carina vado.
Quisquis adest operi plus quam pro parte laborat,
Adiuuat & fortes voce sonante manus.
Illa velut medio stabilis sedet insula ponto.
Attoniti monstro stantque pauentque viri.

Fune, sic eleg.14. lib.1.

Et modo tam tardas funibus ire rates.

vbi vide adnot. Est qui cingulo non fune id fecisse Claudiam scribat. *Rara*, singularis exempli, vt dicitur *Vnica*. eleg.8. lib. 1. *Cynthia rara mea est. Ministra*, vide eleg.4. sup. vers.44. *Turrita Dea*, Cybeles, vt Ouid. el.1. lib.2. Trist.

Carmina turrigera dicere iussit Opi.

Vel *cui commissos cum Vesta reposceret ignes,*
Exhibuit viuos carbasus alba focos.

Significat Æmyliam virginem Vestalem, de qua Dionys. lib.2. Cum olim ignis Vestæ defecisset, negligentius asseruante Æmylia, quæ eius custodiam alteri nouitiæ Vestali mandasset, venit in suspicionem quasi parum castè rem sanctissimam tractasset: tum inops consilij, Vestam prius apprecata, iniecit aræ auulsam partem carbasinæ vestis, ac tum è frigido cinere per carbasum flamma emicuit. Addit idem alteram fabulam de Tucia Vestali, eadem de caussa periclitante, petiisse Tiberim, & aquam cribro haustam pertulisse in forum, & ad pedes Pontificum effudisse. Valer. Max. cap.1. lib.1. *Maximè vero virginis Aemyliæ disciplinam, extincto igne, tutam ab omni reprehensione Vestæ numen præstitit, qua adorante, cum carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit.* ἢ *Cui commissos, & cui exhibuit. Cui commissos*, concreditos. vt eleg.2. sup.

Aut sibi commissos fibra locuta Deos.

Ignes; *fatalia lumina*: eleg.4. lib.3. *Palladis ignes* eleg.4. sup. vocauit. *Cum Vesta reposceret*, repeteret tanquam depositum à sacerdote sua, quia ei custodia ignis Vestæ concredita erat. Sic eleg. 1. libr. 2.

Quandocunque igitur vitam mea fata reposcent.

Carbasus alba, quia color albus præcipuè decorus Deo inquit Cicero 2. de legibus. vnde *Candida turba* Tibullo. Ouid.

Et populus Festo concolor ipse suo.

A De Carbaseis vestibus, siue Carbasinis dictum eleg. 3. sup. vers.66. Sunt & Carbasa; id est, carbasinæ vestes non albæ. Virg.8. Æneid. de Tiberino agens.

——— Eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus.

& 11. Æneid. de Chloreo sacerdote Cybeles:

Tum croceam chlamydemque sinusque crepantes
Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro.

Dionys. libr. 2. Τὸν τελαμῶνα ἀπὸ τῆς καρπασίνης ἐσθῆτος iniecisse ait Æmyliam. id est, Laciniam vestis carbasinæ. & mox: ἀναλάμψαι φλόγα πολλὴν διὰ τῆς καρπάσου, emicuisse multam flammam

B per carbasum. *Exhibuit*, edidit, palam ostendit. Exhibere, inferre, inquit Nonius, vt *Exhibere negotium*. imo præbere. παρέχειν. Plaut. Milite sc. 6. act.2. *Herum exhibeas volo.* repræsentes. *Exhibere se adorandum* Sueton. in Calig. cap.22. & in Nerone cap.12. *Exhibere ad ferrum* (gladiatores) Exhibere Iurisconsult. est facere in publico potestatem; vel præstare in eadem caussa, qua fuit, cum iudicium acciperet. l.2. & 9. *de exhibendo. Focos*, ignes vt eleg.10. sup. vers.10.

Per tria partitos qui dabat ora focos.

& *Iliacis focis* Ouidij 3. Fast. vt adnot. el.4. sup. vers.69. *Viuos.* vide adnot. eleg.3. sup. vers. 52.

C Ouid. 4. Fast.

Inque foco corpus pueri viuente fauilla Obruit.

Nec *te, dulce, caput, mater Scribonia læsi.*] Virg. 4. Æneid.

Testor cara Deos, & te Germana, tuumque
Dulce caput.

Horat. dixit *Carum caput*. Græci φίλη κεφαλή. Sic μακρὰ κεφαλή. *Lepidum caput*. De Scribonia legendus Sueton. in August. cap.62. 63. & 69. & lib. de illust. Grammat. cap.19. de Scribonio. Dio. p.226. & 231. & 256. & Tacitus. p.35. 4.

In *me mutatum quid nisi fata velis?*] Nullius rei pœnituit te nisi mortis meæ. Terent. An-

D dria sc.1. act.1. *Haud muto factum.* vbi Donatus: *Venustè, pro non pœnitet. nam si quid pœniteret infectum velle dicebant.* quod repetit in Hecyram. Sic in vet. inscript. *De qua doluit nihil nisi mors eius.* Sallust. in oratione Lepidi. *Quis eadem vult? Aut quis non omnia mutata præter victoriam.*

Maternis *laudor lacrymis, vrbisque querelis*
Defleta, & gemitu Cæsaris ossa mea.]

Lacrymæ, inquit, matris meam in ipsam pietatem, & eius desiderium testantur. Sic Albinouanus ad Liuiam:

Et voce & lacrymis laudasti Cæsar alumnum.
Tristia cum medius rumperet ora dolor.

E & Ennius: *Nemo me lacrymis decoret. Lacrymis maternis*, vt eleg.7. lib.3.

——— Materno tacta dolore Thetis

Defleta ossa mea, ego mortua vide sup. vers. 20. hîc. Virg.6. Æneid.

Hic multum fleti ad superos. Ipse el.19. lib.1.

Cura tamen lacrymis ossa futura meis.

& el.14. lib.2. *Cuius falsa tenens fleuerat ossa soror.* Contra Virg.11. Æneid.

Nos animæ viles, inhumata, infletaque turba. Ouid. in Ibin: *Indeploratum proiiciere caput.* Vet. l. *Defensa.* quasi suspicione alicuius culpæ perstricta sit Cornelia, quam tamen Cæsar falsam ostenderit,

qui & eius morti illacrymarit, & prædicarit
dignam, quæ filia sua esset. hîc nugatur Lipsius
cap. 1. lib. 4. Antiq. pro *Desleta*, *defusa* legens.
Vrbis querelis, publico luctu. Albinouanus ad
Liuiam: *Vrbs gemit, & vultũ miserabilis induit vnũ.*
Idem: *Luctus vt in Druso publicus ille fuit.* Euripides in extremo Hippolyto: *Κοινὸν τόδ' ἄχος πᾶσι πολίταις.* Communis hic dolor omnibus ciuibus.

ILLE *sua nata dignam vixisse sororem*
Increpat, & lacrymas vidimus ire Deo.] id est,
subinde dicit cum crepitu quodam verborum
& obiurgatione filiæ suæ, sororem eius (me
scilicet) vixisse dignam sua nata; id est, me se
dignam fuisse ait, non Iuliam sororem è matre
Scribonia. Relegata autem Iulia Augusti &
Scriboniæ filia in insulam Pandatariam, & eam
vltro illoc secuta mater Scribonia: Dio lib. 55.
Huc pertinet quod scribit Suetoo. in August.
cap. 65. cum relegasset Iulias filiam & neptem
omnibus probris contaminatas, & Phœbe liberta conscia earum adulterij suspendio vitam
finisset, Maluisse dixit se Phœbes patrem fuisse.
Increpat, vide de hoc verbo adnot. eleg. 17. lib. 1.
vers. 6. & eleg. 26. lib. 2. vers. 15. *Ire*, fluere.
Horat. *Manare per genas.* vt Ouid.

Hac ibat Simois, hac est Sigaia Tellus. Idem:
Perque sinus lacryma fluminis instar eunt.

Dij autem an lacryment, quæritur. ipse sane
eleg. 16. lib. 2. *Fleuit & ipse Deus.* vbi vide adnor. Ouid.

Memnona si mater, mater plorauit Achillem.

At Euripides in Hippolyto: Hippolytos: *ὁρᾷς μὲ δέσποιν' ὡς ἔχω τὸν ἄθλιον.* *Vides me regina, qualis sim miserabilem.* Diana: *ὁρῶ, κατ' ὄσσων δ' οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ.* *Cerno, ex oculis tamen non est fas emittere lacrymam.* & Ouid. 4. Fast.

Dixit (Ceres) & vt lacryma (neque enim lacrymare Deorum est)
Decidit in tepidos lucida gutta sinus.

Deo. vt el. 4. lib. 3. *Deus Cæsar.* vers. 1. Albinouanus ad Liuiam:

Denique laudari sacrato Cæsaris ore
Emeruit, lacrymas elicuitque Deo. Ibidem
Et fleuit populo Cæsar vtrumque palam. Ibid.
Vidimus erepta mærentem stirpe sororis,
Luctus & in Druso publicus ille fuit. Ibid.
Ecce ter ante datis iactura nouissima Drusus
A magno lacrymas Cæsare quartus habet.

vide Senecam de Consol. ad Pol. cap. 15. *Vidimus*, vt apud Senecam Clodius: *Cum vidit funus suum intellexit se mortuum esse.* Albinouanus ad
Liuiam vers. 460.

Et sensi exequias funeris ipse mei.

ET *tamen emerui generosos vestis honores.*]
sic Ouid. eleg. 1. lib. 3. Amor.

Et tamen emerui plus quam tu posse, ferendo
Multa supercilio non patienda tuo.

Idem 5. Fast.

Emeritus voti debita soluit honor.

Honores vestis generosos. Scaliger hinc ait colligi
matronas efferri ornamentis consularibus,
quarum filij coniules magistratus gessissent. Beroaldus vestem ait matronalem intelligi, quæ
concedi tos fœcundis mulieribus, & matribus trium liberorum, vt erat Cornelia. Sic

A Albinouanus ad Liuiam vers. 351. *Ius matris habemus ab vno.* vide Dionem lib. 55. Ego suspicor funus censorium hîc significari: nam censoris vxor erat Cornelia, vt infra dicet. Polybius lib. 6. Consulum aut imperatorum vestes
funebres *περιπορφύρους* ait fuisse; Censorum *πορφυρᾶς*; Triumphalium *διαχρύσους*. Liuius lib. 34.
Purpura viri vtemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotijs; nec id vt viui solum habeamus insigne, sed etiam vt cum eo crememur mortui. Censorij funeris
mentio apud Tacitum lib. 4. & 12. Annal. &
apud Capitolinum in Pertinace. Turneb. cap.
7. lib. 23. Idem fere quod Beroaldus; concedi
B solitam vel lege, vel more fœcundis matronis
honoratiorem vestem, cum qua efferrentur.
An *stolæ ius* intelligit, de quo Festus in *Matronas*. *Generosos honores*, qui generosis tribuuntur.

NEC *mea de sterili facta rapina domo.*] id est,
Ego rapta non fui de infœcunda familia vt infra: *Consule quo facto tempore rapta soror.* Sic el. 18.
lib. 1. *Mea querela*; vers. 29. eleg. 5. lib. 2. *Mea ira*, eleg. 13. lib. 2. *Mea mors.* hic supr. *Mea ætas.*
Facere rapinam, rapere, vt *Facere furtum*, furari;
Facere moram, morari; *Facere scissum*, scindere;
&c. Rapi autem simulabatur virgo è gremio
matris, aut, si ea non erat, è proxima necessitu-
C dine, cum ad virum tradebatur, quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit. Catullus:

Hespere qui cælo fertur crudelior ignis?
Qui natam possis complexu auellere matris.

Idem: *Qui rapis teneram ad virum virginem.*

TE *Lepide, & te Paule, meum post fata leuamen,*
(Condita sunt vestro lumina nostra sinu)
Vidimus, & fratrem sellam geminasse curulem,
Consule quo facto tempore rapta soror.] ita hæc
sunt interpungenda. Fratres interdum diuerso
cognomine, vt eleg. 1. sup. Gallus & Lupercus vers. 93. & 95. Sic è gente Æmylia, Æmy-
D lius Paulus, & Lepidus. Interpres Iuuenal. in
sat. 6. Iuliam Neptem Augusti nuptam ait Æmylio Paulo, qui maiestatis crimine perierit.
Tacit. lib. 2. Annal. Æmylio Lepido ait intestatæ Æmyliæ Musæ locupletis bona data à
Tiberio Æmylio Lepido, cuius è domo videbatur. In vetere numo apud Lambinum puteal
ex altera parte visitur cum his literis, *Puteal Scribon. Libo.* in altera caput humanum cum velamento dependente ad tergum, & scriptum,
Paulus, Lepidus concord. hi sunt Scriboniæ nepotes, & filij Corneliæ. L. Pauli progeneri, &
Lepidi iuuenis, qui coniurarunt in Augustum,
E meminit Sueton. in August. cap. 19. Velleius
posteriore volumine, Plutarch. in Antonio.
Apud Dionem lib. 54. Q. Lepidus fit Consul
per ambitionem. *Meum post fata leuamen*; solatium mortis meæ immaturæ, quia superstites
vos reliqui & florentes. Virg. in fine 3. Æneid.

Heu genitorem omnis curæ, casusq́; leuamen
Amitto Anchisen. Martial. lib. 6.
Hic tibi curarum socius, blandumque leuamen.

Sic Cicero dixit *Leuamen*, & *leuamentum miseriarum.* *Post fata*, eleg. 1. lib. 3. *Post obitum*; & *post cineres*; & *Ab exequijs.* *Condita lumina.* compositi
& clausi mihi oculi à vobis, cum in sinu & amplexo vestro exspiraui. Ouid. in ep. Penelopes:

Dij potius faciant vt euntibus ordine fatis
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

& in ep. Demoph.

Et quod non condant nati sua lumina palmæ
Fecisse hic nostras arguit vsque moras.

& in Epicedio Tibulli:

Hic certe manibus fugientes pressit ocellos
Mater. el. 3. lib. 3. Trist.

Nec mandata dabo, nec cum clamore supremo
Labentes oculos condet amica manus.

& eleg. 3. lib. 4. Trist.

Supremoque die notum spectantia cælum
Texissent digiti lumina nostra tui.

Statius 8. Thebaid.

Sponsæ manus miserabile tradunt
Declinare genas. Virg. 9. Æneid.
Nec te tua funera mater Produxi, pressiue genas.

vide plura adnot. ad eleg. 13. lib. 2. vers. 17.
Mors claudet ocellos. *Sinu vestro.* In complexu carorum emori solent, & libenter homines. Albinouanus ad Liuiam:

At miseranda parens, suprema neque oscula fixit,
Frigida nec fouit membra tremente sinu.

ipse eleg. 17. lib. 1.

Ossaque nostra tuo nulla tenere sinu.

Virg. 4. Æneid.

Semianimemque sinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu. *Fratrem*; Cornelium aliquem.

An fratrem Pauli & Lepidi, & filium Corneliæ? An ipsum Corneliæ fratrem? hoc verius. *Geminasse sellam curulem*; iterum factum esse vel Ædilem, vel Prætorem, vel Consulem. hi sunt enim curules magistratus. sic *geminatus honor* dicitur Liuio lib. 1. & Tacitus lib. 1. Annal. *M. Agrippam geminatis consulatibus extulit.* De sella quædam dicta supr. hic vers. 21. & el. 11. supra vers. 30. Eburnea vero sella illa fuit. Horat. ep. 6. lib. 1.

Cuilibet hic fasces dabit, eripietq́; curule
Cui volet importunus ebur. Ouid. 1. Fast.
Et noua conspicuum pondera sensit ebur.

idem el. 9. lib. 4. de Ponto:

Signa quoque in sella nossem formata curuli,
Et totum Numida sculpere dentis opus.

Silius de Vetulonia ciuitate Hetruriæ:

Hæc altas eboris decorauit honore curules.

Dionys. lib. 3. ab Etruscis esse sellam curulem etiam docet, vocatque θρόνον ἐλεφάντινον. Macrob. cap. 6. lib. 1. Sat. Debellatis Etruscis ait Tullum Hostilium tertium regem Romanorum sellam curulem, & lictores Romam trāstulisse. Ascon. in Diuin. *Subsellia, Tribunorum, Triumuirorum, quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium; qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant.* In reliquiis Festi seorsim excusis: *Curiales, eiusdem curiæ, vt tribules & municipes; Curules equi, quadrigales. Curules magistratus, qui curru vehebantur.* Ouid. de Ponto:

Conspicuum signis cum premet altus ebur.

Isidor. cap. 11. lib. 20. *Sellæ curules erant in quibus magistratus* (maiores) *sedentes iura reddebant. Dictæ autem curules, quia apud veteres, Prætores & Consules, propter itineris longinquitatem, curru foras prouehebantur, sellæ autem quæ post eos vehebantur, quibus sedentes dicere iura solebant, à curru curules*

A *sellæ sunt nominatæ.* C. Bassus apud. Gell. cap. 18. lib. 3. *Senatores dicti in veterum ætate qui curulem magistratum gessissent curru solitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru sella esset, supra quam considerent, quæ ob eam causam curulis appellaretur.* apud eundem cap. 9. lib. 6. Eam sellam sibi adferri iubet Ædilis, & ponit in limine, ne quis egrediatur. Seruius in illud 11. Æneid.

Munera portantes, eborisque aurique talenta:
Et sellam regni, trabeamque insignia nostri.

Bene, inquit, *nostri. Romanorum enim Imperatorum insigne fuit sella curulis, & trabea. Nam Diadema velut aliarum gentium reges non habebant. Et sciendum*
B *sellam curulem à curru dictam, quod hi tantum ea vtebantur, qui triumphali curru vecti fuissent.* hæc ille. sed errat. *Consule quo facto tempore.* Implicatio sermonis, *Quo tempore rapta soror, facto* (eo fratre) *Consule.* vel, *Quo*, iterandum vt sup. *Vidimus.* Aut *tempore*, pro, tempori, maturè, cum iam esset tempestiua viro. *Factus Consul* sæpe Cicero. Catull. *Facto consule nunc iterum.* vnde Iocus in Ventidium: *Nam mulas qui fricabat consul factus est.* & *Fato Metelli Romæ fiunt consules.* An *consul factus tempore*, id est, anno suo. *Soror.* An vestra? an mea? an ego ipsa? hoc opinor.
C *Rapta*, nupta. vide adnot. ad vers. 62. hîc sup.

Filia *tu speciem censuræ nacta paterna*
Fac teneas vnum nos imitata virum.]

Lipsius cap. 1. lib. 4. Antiq. damnat hanc lectionem vt ineptam. *Nam quomodo*, inquit, *mulier speciem censuræ gerat?* lib. vet. *Specimen.* Itaque legit; *Tu specimen censuræ nata paterna. Id est, Quæ ita nata es, vt censuram patris tuis moribus exprimas.* Hæc ille. Scaliger: *Speciem*, lege, *Specimen.* Nihil præterea. Retineo, *speciem*; Cum, inquit, nacta sis dignitatem & splendorem hunc, quia pater tuus censor fuit, fac vno viro contensa sis. Sic enim ipsa legem censuræ non molliui.
D Sic Q. Cicero sæpe *Speciem* vsurpat de Pet. Cons. & ipse el. 31. lib. 2. *Tanta erat in speciem*, &c. & Cicero 2. de Orat. De specie & dignitate censuræ Plutarch. in Paulo Æmylio. *Fac teneas*, vt eleg. 4. supr. vers. 66. *Fac veniat.* *Teneas vnum virum*; vni viro tantum nupta sis. Vniuira sis, meo exemplo, non biuira, aut multiuira. *Tenere virum*, vt *Tenere matrimonium.* Sueton. in Calig. cap. 25. *Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere.* Sic Virg. 3. Æneid.

Hectoris Andromache Pyrrhi connubia seruas.

Nos imitata, quia dixit sup.

E *In lapide hoc vni nupta fuisse legar.*

Et *serie fulcite genus; mihi cymba volenti*
Soluitur, vctturis tot mea fata meis.] Date operam liberis, ne deficiat soboles, & domus vestra ruat. supra eadem translatione:

Et domus est titulis vtraque fulta suis.

Virg. 4. Georg.

Et genus immortale manet, multosque per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.

& mox:

Quo magis exhausta fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas.

& 11. Æn. *Et Euandri tota cum stirpe videbit*
Procubuisse domum.

Tacit. lib. 1. Annal. *Quo pluribus munimentis insisteret, nititur subsidio plurium liberorum.* & lib. 5. histor. *Non legiones, non classes proinde firma imperij munimenta, quam numerum liberorum.* Virgil. 12. Æneid.

In te omnis (generum) *domus inclinata recumbit.*

Euripides Iphigenia in Tauris;

Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.

Serie, longo ordine liberorum, oepotum, & pronepotum. sic Iuuenal. *Longo ordine censeri*. Virg. 1. Æneid. —*Series longissima rerum*

Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.

Series est hoioinum vel rerum interse consertarum, & coniunctarum longus ordo. vnde Horat. *Innumerabilis annorum series.* sic Seneca cap. 15. de Consol. ad Marc. *Fulcire domum adoptione.* Lucret. *Natis munire senectam.* Ouid. 13. Metamorph. —*Sic à Ioue tertius Aiax*

Nec tamen hac series in caussam proficit Achiui.

Mihi cymba volenti soluitur; me non inuitam traijcere nunc Charon parat. eleg. 18. lib. 3.

Scandenda est torui publica cymba senis.

Soluitur oauis, & ora, & funis. Soluitur nauis, cum linqoitur portus, aut ripa, & religatur cum appellitur. Festus: *Prumnesius palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alij tonsillam vocant.* Nuoquam tamen soluitur Charontis cymba, si credimus Albinouano in Obitu Mœcenatis:

Irreligata ratis, nunquam defessa carina,

It redit in vastos semper onusta lacus.

Tot meis, vt iofra hîc: —*Illa meorum*

Omnis erit collo turba ferenda tuo.

Vncturis mea fata; curaturis funus; nam vngebantur mortui, vt eleg. 16. lib. 3.

Afferet huc vnguenta mihi.

vbi vide adnot. Martial.

Qui non cœnat & vngitur Fabulle,

Hic vero mihi mortuus videtur.

HÆC *est feminei merces extrema triumphi.*] Sic eleg. 4. lib. 3.

Magna viris merces parat vltima terra triumphos.

Triumphus autem allegoricōs de pompa funeris, & celebritate famæ, vt eleg. 1.

Quo me fama leuat terra sublimis, & à me

Nata coronatis Musa triumphat equis.

& eleg. 8. supra:

Appia dic quæso quantum te teste triumphum

Egerit. vbi femina quoque triumphat allegoricōs. Laodatio in funere, est triumphi loco. *Merces*, pretium summum matronalis decoris. infra:

Dum pretium vita grata rependit humus.

Albin. ad Liuiam:

Magnaque laudatus præmia mortis habet.

Extrema, vt eleg. 19. lib. 1.

Nec moror extrema debita fata rogo.

LAVDAT *vbi emeritum libera fama rogum.*] Ipse eleg. 1. lib. 3.

At mihi quod viuo detraxerit inuida turba

Post obitum duplici fenore reddet honos.

vbi vide adnot. *Fama*, sermo hominom de mortuis, qoalis apud Tacitum initio libri 1. Anoal. *Libera fama*, nulli vel inimicitiæ, vel gratiæ obnoxia. Ouid. in fioe Metam.

Hic sua præferri quanquam velat acta paternis

A *Libera fama tamen, nullisque obnoxia iussis,*

Inuitum præfert, vnaque in parte repugnat.

Seneca: *Fama liberrima principum iudex.* Cic. ep. 1. lib. 1. ad Q. fratrem: *Non est tibi his solis vtendum existimationibus & iudicijs, qui nunc sunt hominum, sed eorum etiam, qui futuri sunt; quanquam illorum erit verius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.* *Emeritum rogum*, maoes bene-meritos, & dignos laodatione, vt sup. *Emeriti honores.* vel *emeritum*, defunctum vitæ laboribus, & confectis mortalitatis stipendiis. nam dimittimur morte ab hac militia, & præsidio corporis. *Rogum*; manes, mortuam vers. 8. supr. hîc.

B NVNC *tibi commendo communia pignora natos.*] Sic Creusæ vmbra Æneæ marito apud Virgilium 2. Æneid.

Iamque vale, & nati serua communis amorem.

Nunc; postremo scilicet. *Commenda tibi*, trado in manom. Etiam mortui mandata dare finguntor, vt eleg. 7. sup. *Sed tibi nunc mandata damus*; & in Aodria Terent. *Natos.* oatorum nomine etiam filia cootioetur l. 116. & 122. de verb. sigo. *Commendamus nos notis committimus ignotis*: Donat. in Eunuch. Ouid. 3. Fast.

Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos

Commendant curæ, nominibusque tuis.

C Commendamus absentibus. Ouid. 6. Fast.

Ipse tibi Mauors; commendo mœnia dixit

Hæc tibi; tu pollens vrbe nepotis eat.

Catull. *Commendo tibi me ac meos amores.* *Communia pignora*, Ouid. 3. Metamorph.

Tot natos, natasque & pignora cara, nepotes.

Albinouan. ad Liuiam:

—*Amplexaque natos*

Pignora de Druso sola relicta tenes.

Aliter Virg. 4. Georg. de Apibus:

Solæ communes natos, consortia tecta

Vrbis habent; vt in Platonis politia & Lycurgi.

D HÆC *cura & cineri spirat inusta meo.*] *Et*, pro etiam, vt eleg. sup.

Et Veij veteres, & vos tum regna fuistis.

& el. 3. lib. 3. *Fallit portus & ipse fidem.* el. 15. lib. 3.

Te solam & lignis funeris vstus amem.

Hac cura; liberorum. *Cura cineri*, vt 4. Æneid.

Id cinerem aut manes credis curare sepultos.

Cura spirat, viuit adhuc. Horat. oda 9. lib. 4.

Spirat adhuc amor, viuuntque commissi calores.

sic Virg. 4. Æneid.

Viuit tacitum sub pectore vulnus.

& 3. Georg. *Alitur vitium, viuitque tegendo.* *Inusta cineri*, inhærens & penitus infixa etiam mortuæ

E adeo vt deleri nequeat. Ductum à notis; quæ candente ferro pecori imprimitur, de quibus Virg. Georg. 3.

Continuoque notas, & nomina gentis inurunt.

Quod ipsum dicebant, *dignorare*. Festus: *Dignorant, signa imponunt pecoribus.* Cicero 4. Verrina, & 11. Philipp. *Dolorem animis inurere.* & 1. Catilin. *Nota inusta vita.* & 3. Verrina: *Cur hunc dolorem cineri eius, atque ossibus inussisti?* Inurere infamiam, maculam, odium, vulnus. *Cineri meo*, meis manibos. infra:

Et tanti cineres duxerit esse meos.

vide vers. 37. sup. Calous apud Charis. lib. 1.

Forsitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis.

FVNGARE *maternis vicibus pater, illa meorum*
Omnis erit collo turba ferenda tuo.] Sufcipe etiam materna officia, & exequere licet fis pater. Agrætius: *Fungi, agere: defitere, vel peragere.* Fungi autem cum 4. vel 6. cafu iungi docent Nonius & Charif. *Vicibus*, officiis muneribus, quia ea mutua effe debent, & viciffim præftari. eleg. 21. lib 3.

Remorumque pares ducite forte vices.

Inde *Vicarius*, qui alterius munus fungitur. *Regiæ vices facta*, id eft, officij regij. Liuius lib. 1. Fungi vicibus, quod exercere vices Æneid. 9. Virgil.

O natis per mu os legio fortita periclum
Ex unas, ex-reetque vices, quod cuique tuendum eft.

Maternas partes ita Iouem fuftinuiffe ferunt in Baccho ferendo Scaliger hic citat ex Euripidis Alceftide: Σὺ νῦν ... *Illa meorum*, natorum. *Omnis turba*; *Tota caterua* dixit infra verf. 98 vt fup. *En nostrum turba*, de tribus, vel fpem nepotum intelligit. *Ferenda tuo collo.* Solent parentes interdum gremio geftare liberos, qui è collo pendent innexis brachiolis: Ouid. in ep. Hermionæ:

Non tibi blanditias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captans breuibus tua colla lacertis,
Nec gremio fedi farcina grata tuo

vide Cæfaris apophtegmata apud Plutarch. in Pericle initio in eos qui Romæ catellos & fimias in finu geftabant, *Num illi liberos haberent.*

OSCVLA *cum dederis tua flentibus; adijce matris.*] vt eleg. 15. lib 2.

Omnia fi dederis ofcula, pauca dabis.

Ofcula ferre dixit eleg. 6. lib. 2. verf. 8. & *Ponere* eleg. 13. lib. 2. verf. 29. de eiufmodi ofculis Virg. 2. Georg.

Interea dulces pendent circum ofcula nati.

D & 1. Æneid. Flenti Veneri natæ ofcula pater libat, vt confoletur. Ouid. 3. Faft.

Occupat amplexu, lacrymafque per ofcula ficcat.

Iuuenal. Sat. 6.

Tu tibi nunc curuca places, fletumque labellis
Exforbes.

Cicero pro Murena: Seruium Sulpicium ait *In ... tanquã filiolam exofculatus fuum.* Idem ep 3. lib. 16. ad Attic. *Atticam noftram cupio fuauiari. Ita, mihi dulcis vifa eft falus pro te ab ea miffa.* Idem ep. 6. lib. 16. ad Atticum: *Atticæ, quoniam, quod optimum in pueris eft, hilarula eft, et meis verbis fuauium des.* Flere autem puerorũ eft. Virg 6. Æn. *Infantumque animæ flentes.* Horat *Iniuſtus vt flebo puer* Seruius in 1. Æneid.

E *Ofculum religionis, fuauium voluptatis.* Donat in Eunuch. *Ofcula, funt officiorum: Bafia, pudicorum affectuum: Suauia, libidinum, vel amorum.* vide Nonium in *Ofculum*, & *Suauium*. *Adijce matris*, vt eleg 5 fup. *Adijce verba mala?*

TOTA *domus cœpit nunc onus effe tuum.*] Suftines curam totius familiæ folus, quia pars altera abeft; vt Virg. 12. Æneid.

In te omnis domus inclinata recumbit.

Omnis domus, cum antea tuum tantum effet dimidium curæ. Ouid. 4. Faft.

Si memor es (ô Iuppiter) de quo mihi fit Proferpina nata,
Dimidium curæ debes habere tuæ.

A Horat. oda 2. Epod.

Quòd fi pudica mulier in partem iuuet
Domum, atque dulces liberos.

ET *fi quid doliturus eris, fine teftibus illis.*] fupple, doleas. Si te aliquod defiderium noftri tanget & anget, ne fint illi arbitri & confcij. Sic eleg. 5. lib. 2.

Nec tu non aliquid, fed prima nocte dolebis.

vbi vide adnotat. de verbo *Doleo*. *Doliturus*, vt eleg 15. lib. 1.

Audax ah nimium noftro dolitura periclo.

Horat. *O dolitura meo multum virtute Neæra.* Inde
B verbum *Dolitare*, quo vtitur Cato de re ruft. *Sine teftibus*, nam verus ille dolor teftibus remotis. Martialis:

Amiffum non flet cum fola eft Gellia patrem:
Si quis adeft iuffæ profiliunt lacrymæ.
Non luget, quifquis laudari, Gellia, quærit.
Ille dolet verè, qui fine tefte dolet.

Teftes, præfentes, fuperftites; qui interfunt negotio, vt eleg. fup. *Nec fine tefte Deo.*

CVM *venient, ficcis ofcula falle genis.*] cum accedent ad te diffimula dolorem ficta lætitia in vultu. *Falle*, finge, compone, diffimula, lege, vt
C fallaces homines folent. fic el. 5. fup.

Et fua nocturno fallere terga lupo.

& eleg. ... fup. *Si te fallet litera. Ofcula*, ora, vultum. fic apud Virg. Æneas:

Spem vultu fimulat, premit altum corde dolorem.

fic eleg 15. lib. 2.

Ofcula funt labris noftra merita tuis.

id eft, ora. Apuleius lib. 3. *Et hiantibus ofculis, & fragrantibus papillis.* & lib. 5. *Ofculis hiantibus filium dei & preffulè fuauiata.* An *falle ofcula*, da falfa ofcula, fimulata fcilicet hilaritate. An decipe ipfa ofcula liberorum, qui tibi reddent ofcula læta tanquam læto. *Siccis genis*, abfterfis lacrymis. eleg. 19. lib. 1.

Cogat & inuitam lacrymas ficcare cadentes.

vbi vide adnot. & el. 6. lib. 3. verf. & el. 17. lib. 1. verf. 11. Albinou. ad Liuiam:

Tot dixit ficcis verba neque ipfe genis.

Genis; vide adnot. eleg. 5. fup verf. 16.

Sat tibi funt noctes, quas de me, Paule, fatiges] fic eleg. 17. lib. 1. *Sat tibi fit pœna nox. Fatiges noctes*, exerceas & malè habeas. Tribuit fenfum rei mutæ. vt Virg. 1. Æneid.

Terrafque metu, cœlumque fatigat. 8. Æneid.
Olli remigio noctemque diemque fatigant.

Plaut. Afinar. fc. 2 act 2. *Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens laceras diem.* Inaniter confumit, & cum odio, vt hîc. & eleg. ... lib. 1.

In me noftra Venus, noctes exercet amaras.

Quod tempus triftius ægris animis. *De me*, mea caufa, vt eleg. 20. lib. 2.

Quidue mea de fraude Deos infana fatigas.

vbi, *de*, valet, ob & propter, vt hîc.

SOMNIAQVE *in faciem credita fæpe meam.*] vifa nocturna, quibus fæpe fides habeatur. *Somnia*, pro vifis el 8. lib 3. verf. 15.

Seu timidam crebro dementia fomnia terrent.

Sæpe credita, vt eleg 15. lib. 1.

Per quos fæpe mihi credita perfidia eft.

In faciem meam, ad fimilitudinem oris, vocis, & habitus mei; vide adnot. ad illud el. 22. lib. 3.

In faciem prora pinus adacta uonæ.

De somniis viuorum formas & figoras imitantium vide Ouid. in fabula Ceycis 11. Metam. Huc faciunt hi versus Albinouani ad Liuiam:

Et modo per somnos agitaris imagine falsa,
Teque tuo Drusum credis habere sinu.
Et subito tentasque manu, sperasque receptum,
Quaris & tu vacui parte priore tori.

ATQVA *vbi secretò nostra ad simulacra loqueris.*] cum nostram imaginem alloqueris, & ad vmbram verba facies, vt apud Virg. Æneas alloquitur vmbram Hectoris 2. Æneid. *Loqui ad aliquem*, vt eleg. 18. lib. 1.

Cogar ad argutas dicere carmen aues.

Simulacra. Enallage numerorom, pro meum simulacrum, vaoam imaginem, & vmbram in faciem meam. Homerus εἴδωλον vocat lib. 22. Iliad. Lucretius ait Acherontia templa confinxisse:

Quo neque permaneant anima, neque corpora nostra,
Sed quadam simulacra modis pallentia miris.

Quod imitatus Virg. 1. Georg.

—— & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis. & 2. Æneid.
Infelix simulacrum, atque ipsius vmbra Creusa
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.

Sed significat potius hîc imaginem Corneliæ ex auro, vel argeoto expressam, qua de re dictũ ad illud eleg. 7. sup. *Conflamt imaginis aurum. Secretò*, clanculum, in cubiculo, atque adeo in cubili, ne quis te exaudiat, & insanum putet, qui rem mutam alloquaris, vel sine testibus liberis, ne ruis querulis vocibus moueantur. De aduerbio *Secretò* Afranius in Emancipato apud Charis. lib. 2. *Idcircò hac agere tecum secretò iussiti.* Cicero ep. 26. lib. 7. fam. *Secretò hoc audi: tecum habeto; ne Apella quidem liberto tuo dixeris.* & ep. 1. lib. 8. Cælius Cic. *Hac secretò narrantur.* Horat. Sat. 9. lib. 1.

Atqui nescio quid secretò velle loqui te
Aiebas mecum. Vtitur sæpe M. Tullios, vt mirer ootatum à Charisio.

VT *responsura singula verba iace.*] non *singula verba*; sed *responsura singula*, pro ad singula. sic eleg. 16. lib. 1. *Respondes mutua.* Virg. eclog. 10.

Respondent omnia sylua. Horat.
—— Seu ciuica iura Respondere paras.

Cicero de finibus: *Respondere ad singula.* & in Orat. *Ad res singulas.* Fab. cap. 10. lib. 12. de Cicerone: *Posteaquam vero triumuirali proscriptione consumptus est passim qui oderant, qui inuidebant, qui æmulabantur, adulatores etiam præsentis potentia, Non responsurum inuaserunt. Magnum solatium est appellare nomina mortuorum non responsura*: Seneca.

SAV *tamen aduersum mutarit ianua lectum.*] τὸ *Tamen*; pro, autem. vide el. 3. supr.

Se qua tamen tibi lecturo: &c.

Scaliger hîc; *Ianua dicitur mutare lectum, qua videt alium aduersum lectum in locum prioris, noua scilicet vxore domum ducta.* Idem in Festum: *In atrio sternebant lectos è regione ianua quos ideo aduersos vocabant.* Asconius in Milonianam. *Deinde omni vi ianua expugnata & imagines maiorum deiecerunt, (in atrio) & lectulum aduersum vxoris eius Cornelia; cuius castitas pro exemplo habita est, fregerunt;*

A *itemque telas qua ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt.* Deinde citat hoc distichon Scaliger, & addit: *Hoc est si alia vxor superinducatur, qua aduersum lectum nostrum mutet, hoc est sibi non mihi sternat. Laberius Compitalibus* (apud Gellium cap. 9. lib. 19.) *Nunc leuins es tu, nunc tu susque deque fers. Materfamilias tua in lecto aduerso sedet Seruis sex tãtis vernulis nefarijs. Hoc est*, inquit, *vxor tua fœta de more in lecto aduerso sedet adstantibus improbissimis vernulis, neque suspicaris de stupro. Seruius in Schedis: Varro Pilumnum & Picumnum Deos infantium esse ait, eisque pro puerpera lectum in atrio sterni, dum exploratur an vitalis sit qui natus est.* Hæc Scaliger in

B Festum. Adiicit idem in Catullum matronas hinc dici *Ianitrices*, præsertim duas, quæ duobus fratribus nuptæ in eandem domum ductæ essent; & hinc dictum à Catullo: *Postquam es* (ô ianua) *porrecta facta marita sene.* Lipsius cap. 17. lib. 1. Elect. eum lectom, qui in ouptiis genialis dicebatur, post à situ Aduersum dictum ait, & in aula, id est, atrio collocatum fuisse. vode Horat. ep. 1. lib. 1.

Lectus genialis in aula est. Virg. 6. Æneid.
—— Aduerso in limine bellum
Ferreiq; Eumenidum thalami.

vet. gloss. *Insubula*, ἀντίον, & ἀντία. id est, aduersus

C lectus. & *Insublum*, ἀντίον, ἔνθα ὑφαίνουσι αἱ γυναῖκες.

Mutat Ianua lectum, vt eleg. 7. sop.

Dicet damnatas ignea testa manus.

aliter eleg. 8. sup.

Mutato volui castra mouere toro.

SEOARIT *& nostro cauta nouerca toto.*] *Cauta*, fallax & insidiosa priuignis. An *Cauta*; pro, cauenda? nomen pro participio, & præteritum pro futuro; vt eleg. 1. sup. *Signa iterata rota*; pro iteranda. eleg. 3. sup. *Qua mihi deducta fax omen pratulit.* id est, cum deducerer. eleg. 14. lib. 3. *Versi clami*, qui vertitur. contra eleg. 13. lib. 3. *Verax babenda*; pro, babita. Sanè Lipsius è vet.

D lib. apud Gellium & Macrobium *Cautus* legit; pro libris quibus ceremoniæ & res cauendæ in sacris continenrur. Nouercam autem vocat non ratione sui, sed liberorum suorum, qui futuri sint illi priuigni. *Sederit*, non iacuerit, quia ominis causa opinor ita collocabatur noua nupta, vt diu mansura. Sic Laberios, vt citaui supra ex Gellio: *Materfamilias tua in lecto aduerso sedet.* Petronius Arbiter: *Nec minus confusa altera parte lectuli sedit.* Præterea *iacere* mortuorum est & *cubare*. *Nostro toro.* quomodo, *nostro*, si mutatus est? Sed vel loco taurom motatos est,

E vel vindicat adbuc eum lectum, vt eleg. 3. sup.

Incorrupta mei conserua fœdera lecti.

vel *Nostro*, qui noster fuit.

CONIVGIVM *pueri laudate, & ferte paternum*] Tolerate mores nouercæ etiam si vobis durior erit. *Coniugium*, pro coniugem, & vxorem patris, nouercam, vt el. 13. lib. 3.

Et certamen habent leti, qua viua sequatur
Coniugium. *Fers*, qui patienter obsequitur. vt Terent. ἑκυρ. *Nam quem feret si parentem non feret suum.* vide nor. ad eleg. 8. lib. 2. vers. 14. Varro in Satyra Menippea, de Officio mariti, apud Gell. cap. 17. lib. 1. *Vitium vxoris aut tollendum, aut ferendum est. Qui tollit vitium vxorem commo-*

diorem præstat; qui fert sese meliorem facit.

CAPTA *dabit vestris moribus illa manum.*] vincetur obsequio vestro & comitate. *Capta*, vel delinita, vel victa. eleg.15. lib.3.

Nullis capta Lycinna datis. eleg.9. lib.2.

Dij faciant isto capta fruare viro.

Dabit manus. Ouid.3. de arte amandi:

Sæpe dabit, dederit quæ semel illa manus. (delinitus custos muneribus.) & 3. Fast.

Emicta est, precibus vix dedit illa manus.

& eleg.3. lib.1. Trist.

Vixque dedit victas vtilitate manus.

vide adnot. ad eleg.3. sup. vers.12. Ouid.6. Fast.

B *Dicite Pierides quis vos addixerit isti*

Cui dedit inuitas victa nouerca manus. (Iuno Herculi) vbi *victa*, vt hic *Capta*. *Vestris moribus*; miti ingenio; vt eleg.20. lib.2.

Possum ego naturæ non meminisse tuæ?

id est, mitis ingenij. Seneca cap. 2. de Consol. ad Heluiam: *Creuisti sub nouerca: quam tu quidem omni obsequio & pietate, quanta vix in filia conspici potest, matrem fieri coegisti. Vestris moribus capta* 6. casu. vel, dabit vestris moribus 3. casu. Est autem anacolonthon, Coniugium, illa; vel refertur ad Nouerca.

NEC *matrem laudate nimis: collata priori*

C *Vertet in offensas libera verba suas.*]

sic eleg.7. supr.

Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis

Garrula de facie si qua locuta mea est.

Et hoc est quod vulgo aiunt: *Comparationes omnes esse odiosas. Nimis laudate.* Virg. ecl.7.

Aut si vltra placitum laudarit, baccare frontem

Cingito, ne vati noceat mala lingua futuro.

Impensius laudando, inquit Gellius cap. 4. lib. 9. & Plin. cap. 2. lib.7. *Laudatione certarum familiarum in Africa interire aiunt probata, arescere arbores, emori infantes.* Titinius apud Charis. lib. 2. *Paula mea amabo, pol tu addito ad laudem, Præfiscini,*

D *ne puella fascinetur. Collata priori*, comparata nouerca vestra cum priore vxore Pauli, id est, mecum, offendetur & irascetur vobis liberius locutis. eleg.28. lib. 2.

Num sibi collatam doluit Venus?

Priori; vxori: vt Virg. 4. Æneid. *Procos priores.* Ibid. *Pristinus coniux. Vertet libera verba in offensas*; accipiet in eam partem, quasi se contemnentis matrem laudando. Cicero pro Sex. Roscio: *Videte nunc quam versa ac mutata in peiorem partem sint omnia.* Cæsar 3. de bello ciuili. *Vertere in bonum aliquid.* sic *Vertere laudi & vitio. Libera verba*; τὴν παῤῥησίαν significat, vt el.9. lib.1.

E *Nec tibi perpetuo libera verba fore.*

vbi vide adnot. *Offensas suas*, vt Ouid. eleg.1. lib. 2. Trist.

Tristibus inuectus verbis (ita principe dignum est)

Vltus es offensas, vt decet, ipse tuas.

Offensa, offensio, & offensus ûs, est propriè pedis, vel capitis. Inde pro irritamento. Seneca in morte Claudij: *Nihil offensæ, vel gratiæ dabitur.* Sueton. in Aug. cap.66. *Offensis intercuenientibus.* Cicero pro Plancio: *Offensiuncula accepta.* & ep.1. lib.13. ad fam. *Si qua est offensiuncula animi cum facta peruersitate aliquorum.* Aliud est *offensio* Ciceroni 4. Tuscul. opinio scilicet vehemens de re non

A fugienda, inhærens, & penitus insita, tanquam fugienda.

SEV *memor ille mea contentus manserit vmbra.*] simile illud Virgilianæ Didus 4. Æneid.

Ille meos primus, qui me sibi iunxit amores

Abstulit, ille habeat secum, seruetq; sepulcro.

Memor, non oblitus nostri etiam post fata. sic eleg. 19. lib. 1.

Non adeo leuiter nostris puer hæsit ocellis

Vt meus oblito puluis amore vacet.

Contentus vmbra, cui satis sit sola memoria quondam vxoris. sic el.30. lib.2.

Vna contentum pudeat me viuere amica.

B vide adnot. eleg.3. lib.3. vers.39. Virg.5. Æn.

——Galea contentus abito: vt hîc

Vmbra contentus manserit; id est, perdurarit. verbum constantiæ. eleg.4. lib.1.

Maneat sic semper adoro. el. 12. lib.2.

In me tela manent. eleg.23. lib.3.

Semper mansere fideles.

Manserit contentus vmbra mea; id est, me mortua, vt eleg.19. lib.1.

Cara tamen lacrymis ossa futura meis.

ET *tanti cineres duxerit esse meos.*] id est, æstimarit. eleg.7. lib.3.

Verbaque duxisset pondus habere mea.

C *Tanti*; vt *Tanti sit* el.3. sup. vers.65. *Cineres*; manes. vide hîc sup. vers.37.

DISCITE *venturam iam nunc sentire senectam.*] Præsentite ex hoc tempore futuram patris senectam, vt assuescatis obsequio patris, quem senectus difficilem & morosum reddet. Vel *sentire*, experiri & sufferre. dictum ad eleg.5. supr. *Sentiat vmbra sitim. Iam nunc*, vt el.19. lib.2.

Ipse ego venabor; iam nunc me sacra Dianæ

Suscipere. vbi vide adnot. Ouid. 3. de arte amandi:

Venturæ memores iam nunc estote senectæ.

D & el.6. lib.3. Amor.

Quæ mihi ventura est, siquidem est ventura senectus.

ipse eleg. vlt. lib.3.

At te celatis grauis ætas vrgeat annis,

Et veniat formæ ruga sinistra tuæ.

COELIBIS *ad curas nec vacet vlla via.*] Festus: *Cælibem dictum existimant, quod dignam cælo vitam agat.* Atqui, vt Scaliger docet, κοίτης Græcum est, carens concubitu. Horat. *Melius nil cælibe vita.* id significat Virg. 4. Æneid.

Non potui thalami expertem sine crimine vitam

Degere more feræ, tales nec tangere curas.

Ergo cœlibes sunt sine cura. Erit igitur sententia, ne vlla via vacua & aperta sit ad curas cœli-

E bis; careat ille omni molestia cum cœlebs manserit. Isidor. lib.10. *Cælebs, connubij expers, qualia sunt nomina* (lege, *numina*) *in cælo, quæ absque coniugibus sunt; & cælebs dicitur, quasi cælo beatus.* Ridiculè. vide Fabium cap.10. lib.1. *Ad curas*, ambiguè: aut *cura*, est diligentia, quæ circa rem aliquam adhibetur, vt el.6. lib.1. vers.22. *Cura fuit patriæ.* vel *cura*, ægritudo: vnde oritur duplex interpretatio. Vtraque significatione lusit Plautus Menæchmis act.5. sc.4. *Magna cum cura ego illum curari volo. M. Quin suspirabo plus quam sexcentum dies. Via*, inquit Beroaldus, *ratio, modus, officium. Nulla via vacet, ne desit vlla ratio*

curandi & fouendi patris. sic sup. *Sisyphe mole vaces.* vel ne via vacet ad curas, ne qua via vacua & aperta sit, qua ad illum curæ veniant. el. 13. lib. 3. *Luxuriæ nimium libera facta via est.* & el. 4. lib. 2. *Vnde tamen veniant tot mala caca via est.* *Vacare*; vacuum esse. vacuum autem pro aperto Virg. *Atque illi vt vacuo patuerunt æquore campi.*

QVOD *mihi detractum est, vestros accedat ad annos.*] Tibullus eleg. 6. lib. 1.

Viue diu mihi dulcis anus: proprios ego tecum,
Sit modo fas annos, contribuisse velim.

Tertullianus in Apologetico acclamationis huius theatralis meminit:

De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos.

Vetus epitaphium Homonææ Romæ incisum in marmore:

Quodque, mihi eripuit mors immatura iuuenta,
Id tibi victuro proroget vlterius.

Seneca cap. 8. de Breuitate vitæ: *Dicere solent iis, quos validissimè diligunt, paratos se partem annorum suorum dare*, &c. Stat. 5. Syluar. in Abscantij pietate:

Pars animæ victura mea, cui linquere possim,
O vtinam quos dura mihi rapit Atropos annos.

& 3. Sylu. in lacrymis Hetrusci:

—Et totidem iuuenis (filio) *roget* (Plutonem) *anxius annos.*

& 2. Sylu. in arborem Atedij:

Quos pater Elysio, genitrix quos detulit annos,
Hos illi duras exorauere sorores.

Geminum, germanum huic loco illud Albinouani ad Liuiam:

Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque.

Detractum, ademptum vitæ. el. 11. lib. 3.

Tres vbi Pompeio detraxit arena triumphos.

id est, eripuit. Decedere, & accedere, decessionem & accessionem sępe coniunxit M. Tullius.

PROLE *mea Paulum sic iuuat esse senem.*] Ea condicione vt liberis sit vita longior, optet Paulus sibi breuiorem. *Prole mea*, prolis meæ & liberorum gratia: ob prolis salutem, & longam vitam. vt supr. *Labe mea erubuisse.* ipse el. 20. lib. 1. vers. 25. *Aquilonia proles. Sic iuuat.* Alias, *iuuet.* Virg. 4. Æneid. *Sic sic iuuat ire sub vmbras* τὸ *Sic* mortem designat, vt supra: *Sic mæstæ cecinere tubæ.* Item:

Iungor Paule tuo sic discessura cubili.

& eleg. 12. lib. 3.

Sic redeunt illis qui cecidere locis.

Senem esse, senescere breui, & morti proximum esse. Ouid. *Nequitia est quæ te non sinit esse senem.*

ET *bene habet, nunquam mater lugubria sumpsi.*] τὸ *Et* sæpe est inchoatiua particula, vt el. 17. lib. 1.

Et merito (quoniam potui fugisse puellam.

Alias legitur, *En. Bene habet.* gratulantis suæ fortunæ est, & boni euentus. Stat. 11. Theb.

Bene habet, non irrita vota. & 12. Theb.

Sed bene habet, superi, gratũ est, fortuna peracta est.

Iuuenal. Sat. 10. *Bene habet, nil plus interrogo.* Seneca Agamemnone: *Bene est, resurgis Troia. Bene habet*, de moriente. Scipio apud Senecam ep. 24. cum se gladio transuerberasset, quærentibus vbi esset imperator hostibus, *Imperator*, inquit, *bene se habet.* & Burrus apud Tacit. lib. 14. Annal. Veneno cum moreretur à Neronis opera

A dato, ipsi sciscitanti nihil aliud respondit, quam *Ego me bene habeo.* & verba Augusti morientia apud Sueton. in August. cap. 99. ex vet. lib. *τοῦ ἔχει καλῶς.* Cicero pro Murena: *Bene habet: iacta sunt fundamenta defensionis. Lugubria.* Ita emendauit Beroaldus ex vetere lectione *Lubrigia*, vt *Canatoria*, & *forensia. Vestis lugubris* vocatur Terentio in Andria. Ouid. 11. Metam.

Surge, age, da lacrymas, lugubriaque indue, nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.

Idem eleg. 2. lib. 4. Trist.

Illa dies veniet mea qua lugubria ponam.

Seneca cap. 16. de consol. ad Elbiam: *Nosti*
B *quasdam, quæ amissis filijs imposita lugubria nunquam exuerunt.* Seneca in Hercule furente: *Amicta coniux lugubribus.* Vtuntur & IC. vt in *l.* 8. *de ijs qui not. infam.* & *l.* 15. §. *generaliter. De minor.* Et Paul. lib. 1. Sent. de vestibus in luctu Varro apud Nonium in *Anthracinum*, & in *Pullus.* Citaui ad eleg. 7. sup. vers. 28.

VANIT *in exsequias tota caterua meas.*] Martial. ep. 63. lib. 10.

Quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno puellas,
Clauserunt omnes lumina nostra manus.

Venit in exsequias, meum funus prosecuta est.
C Terent. Andr. sc. 1. act. 1. *Egomet quoq. eius caussa in funus prodeo.* Idem in extrema Phormione: *Exequias Chremeti quibus est commodum ire iam tempus est.* Apuleius 4. Florid. *Aspexit plurimos homines, ingenti multitudine, qui exequias venerant, circumstare.* Ouid. 2. Fast.

Fertur in exequias animi matrona virilis.

Tota caterua. Omnis turba, hîc sup. vers. 76. Isidor. lib. 9. *Romanorum, legio; Macedonum, phalanx, Gallorum, caterua.* Veget. cap. 2. lib. 2. In caterua; ait, fuisse sena militum millia. Horat. ep. 1.

Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque cateruæ.

Cicero 1. Tusc. de caterua liberorum funus
D prosequente. *Metellum multi filij, filiæ, nepotes, neptes in rogum imposuerunt.* Valer. Max. *Ex eo numero tres consulares, quorum vnus etiam Censorius, & duo triumphales, quartus prætorius.* vide Plin. cap. 13. & 44. lib 7.

CAVSA *perorata est; flentes me surgite testes.*] sic Ouid. in ep. Cydippes:

Cum tamen hæc dixi, cum me tibi firma negaui:
Cum bene promissi causa peracta mei est.

Fab. decl. 3. in fine: *Causa, imperator, vt mediocritas mea tulit, perorata est.* Sæpe ita loquitur Cicero, vt pro Quintio, pro Sextio, pro Cœlio, 7.
E Verrina, & 2. de leg. Cornificius 1. ad Herennium dixit etiam *Perorare narrationem.* Eodem sensu ipse eleg. 7. sup. vers. penult. *Vote peregit.* Sic *Dixi* verbum Rhetorum. *Flentes me*; vos qui illacrymatis morti meæ, & ita testimonium pro me fertis, vt mater, Cæsar, & vrbs tota, cuius querelis laudor. *Surgite testes.* vnde *Citari testes* dicuntur. Erant autem Iudicum, reorum, accusatorum & testium subsellia, qui omnes dicturi surgebant, postquam dixerãt rursus assidebant. Testes autem interrogabantur causa perorata. Ascon. tamen in argumento Milonianæ testes audiri solitos antequam causa ageretur scribit. & in Verrinam 2. ait Ciceronem prætermissa oratione longa crimina singula obiecisse, testes-



Q. VALERII CATVLLI, VERONENSIS,

AD CORNELIVM NEPOTEM LIBER.

CARM. I.



VOI dono lepidum nouum libellum,
Aridâ modò pumice expolitum?
Corneli, tibi. namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas,
Iam tum, cùm ausus es vnus Italorum
Omne æuum tribus explicare chartis,
Doctis, Iupiter, & laboriosis.
Quare habe tibi quidquid hoc libelli est,
Qualecumque. quod ô patrona virgo,
Plus vno maneat perenne sæclo.

Ad passerem Lesbiæ. II.

PASSER, *deliciæ meæ puellæ,*
Quicum ludere, quem in sinu tenere,
Quoi primum digitum dare adpetenti,
Et acris solet incitare morsus
Cum desiderio meo nitenti,
Carum nescio quid lubet iocari,
Vt solaciolum sui doloris:
Pag. 1. *Credo, vt tum grauis acquiescat ardor,*
Tecum ludere, sicut ipsa, possem,
Et tristes animi leuare curas.
Tam gratum mihi, quàm ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum,
Quod zonam soluit diu ligatam.

Luctus in morte Passeris. III.

LVGETE, *ô Veneres, Cupidinesque,*
Et quantum est hominum venustiorum.
Passer mortuus est meæ puellæ,
Quem plus illa oculis suis amabat.
Nam mellitus erat, suamque norat
Ipsam tam bene, quàm puella matrem:
Nec sese à gremio illius mouebat:
Sed circumsiliens modò huc, modò illuc,
Ad solam dominam vsque pipilabat.
Qui nunc it per iter tenebricosum,
Illuc, vnde negant redire quemquam.
At vobis male sit malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella deuoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis.
O factum malè, ô misselle passer,
Tua nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

Phaselli laus, & dedicatio. IIII.

PHASELLVS *ille, quem videtis hospites,*
Ait fuisse nauium celerrimus,
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequisse præterire, siue palmulis
Opus foret volare, siue linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare litus, insulásve Cycladas,
Rhodúmve nobilem, horridámve Thraciam,
Propontida, trucémve Ponticum sinum,
Vbi iste, post phasellus, antea fuit
Comata sylua. nam Cytorio in iugo
Loquente sæpè sibilum edidit coma.
Amastri Pontica, & Cytore buxifer
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait phasellus vltima ex origine
Tuo stetisse dicit in cacumine,
Tuo imbuisse palmulas in æquore.
Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse, læua, siue dextera
Vocaret aura, siue vtrumque Iupiter
Simul secundus incidisset in pedem;
Nec vlla vota litoralibus Dijs
Sibi esse facta, cùm veniret à mare
Nouissimo hunc ad vsque limpidum lacum.
Sed hæc prius fuere: nunc recondita Pag. ead.
Senet quiete, seq; dedicat tibi
Gemelle Castor, & gemelle Castoris.

Ad Lesbiam. V.

VIVAMVS, *mea Lesbia, atque amemus,*
Rumorésq; senum seueriorum
Omnes vnius æstimemus assis.
Soles occidere, & redire possunt:
Nobis, cùm semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum,
Dein mille altera, dein secunda centum:
Dein vsque altera mille, deinde centum.
Dein cum millia multa fecerimus,

Conturbabimus illa, ne sciamus,
Aut ne quis malus inuidere posit,
Cùm tantum sciat esse basiorum.

Ad Flauium. VI.

Pag. ead. FLAVI, *delicias tuas Catullo,*
Ni sint illepida, atque inelegantes,
Velles dicere, nec tacere posses.
Verùm nescio quid febriculosi
Scorti diligis: hoc pudes fateri.
Nam, te non viduas iacere noctes,
Nequidquam tacitum cubile clamat,
Sertisq; ac Syrio flagrans oliuo,
Puluinusq; peraquè & hic, & illic
Attritus, tremuliq; quassa lecti
Argutatio, inambulatioq;,
Nam nil praualet ista, nil tacere.
Cur nunc tam latera exfututa pandas,
Ni tu quid facias ineptiarum?
Quare quidquid habes boni, malique,
Dic nobis. volo te, ac tuos amores
Ad cælum lepido vocare versu.

Ad Lesbiam. VII.

QVAERIS, *quot mihi basiationes*
Tuæ Lesbia sint satis, supérque?
Quàm magnus numerus Libyssæ harenæ
Laserpiciferis iacet Cyrenis,
Oraclum Iouis inter æstuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulcrum:
Aut quàm sidera multa, cùm tacet nox,
Furtiuos hominum vident amores:
Tam te basia multa basiare,
Vesano satis, & super Catullo est:
Quæ nec pernumerare curiosi
Possint, nec mala fascinare lingua.

Ad seipsum. VIII.

MISER *Catulle, desinas ineptire,*
Pag. ead. *Et, quod vides perisse, perditum ducas.*
Fulsere quondam candidi tibi Soles,
Cùm ventitabas, quò puella ducebat
Amata nobis, quantum amabitur nulla.
Ibi illa multa tum iocosa fiebant,
Quæ tu volebas, nec puella nolebat.
Fulsere verè candidi tibi soles.
Nunc iam illa non vult, tu quoque impotens ne sis:
Nec, quæ fugit, sectare: nec miser viue:
Sed obstinata mente perfer, obdura.
Vale puella: iam Catullus obdurat:
Nec te requiret, nec rogabit inuitam.
At tu dolebis, cùm rogaberis nulla.
Scelesta tène? quę tibi manet vita?
Quis nunc te adibit? cui videberis bella?
Quem nunc amabis? cuius esse dicêris?
Quem basiabis? cui labella mordebis?

Ad Verannium. IX.

VERANNI *omnibus è meis amicis*
Antistes mihi millibus trecentis,
Venistíne domum ad tuos penates,
Fratresq; vnanimos, tuamque matrem?
Pag. 2. *Venisti, ò mihi nuntij beati!*
Visam te incolumen, audiamque Iberûm
Narrantem loca, facta, nationes,
Vt mos est tuus: applicansque collum
Iucundum os, oculosque suauiabor.
O quantum est hominum beatiorum,
Quid me lætius est, beatiúsve!

De Varri scorto. X.

VARRVS *me meus ad suos amores*
Visum duxerat è foro otiosum,
Scortillum vt mihi tum repente visum est,
Non sanè illepidum, nec inuenustum.
Huc vt venimus, incidêre nobis
Sermones varij: in quibus, quid esset
Iam Bithynia, quo modo se haberet,
Et quo nam mihi profuisset ære?
Respondi, id quod erat, mihi nec ipsis,
Nec prætoribus esse, nec cohorti,
Cur quisquam caput vnctius referret:
Præsertim quibus esset irrumator
Prætor, nec faceret pili cohortem.
At certè tamen, inquit, quod illic
Natum dicitur, ære comparasti
Ad lecticam homines. ego, vt puellę
Vnum me facerem beatiorum,
Non, inquam, mihi tam fuit malignè,
Vt, prouincia quòd mala incidisset,
Non possem octo homines parare rectos. Pag. ead.
At mî nullus erat neque hîc, neque illic,
Fractum qui veteris pedem grabati
In collo sibi collocare posset.
Hîc illa, vt decuit cinædiorem,
Quæso, inquit, mihi mî Catulle paulùm
Istos. commodo nam volo ad Serapin
Deferri. mane, inquio puellæ:
Istud, quod modò dixeram me habere,
Fugit me ratio. meus sodalis
Cinna est Caius: is sibi parauit.
Verùm, vtrum illius, an mei, quid ad me?
Vtor tam bene, quàm mihi pararim.
Sed tu insulsa malè, & molesta viuis,
Per quam non licet esse negligentem.

Ad Furium, & Aurelium. XI.

FVRI, *& Aureli, comites Catulli,*
Siue in extremos penetrarit Indos,
Litus vt longè resonante Eoa
Tunditur vnda,
Siue in Hircanos, Arabasque molles,
Seu Sacas, sagittiferósque Parthos,
Siue quæ septem geminus colorat Pag. ead.
Aequora Nilus:
Siue trans altas gradietur Alpes,
Cæsaris visens monumenta magni,
Gallicum Rhenum, horribiléśque & vlti-
mósque Britannos:
Omnia hæc, quæcunque feret voluntas
Cælitum, tentare simul parati,
Pauca nuntiate meæ puellæ
Non bona dicta.
Cum suis viuat, valeatque mœchis,
Quos simul complexa tenet trecentos,
Nullũ amans verè, sed identidem omnium
Ilia rumpens.
Nec meum respectet, vt ante, amorem,
Qui illius culpa cecidit, velut prati
Vltimi flos, prætereunte postquam
Tactus aratro est.

In Asinium. XII.

MARRVCINE *Asini, manu sinistra*
Non bellè vteris in ioco, atque vino:
Tollis lintea neglegentiorum.
Hoc salsum esse putas? fugit te inepte.

Quamuis sordida res, & inuenusta est.
Non credis mihi? crede Pollioni
Fratri; qui tua furta vel talenta
Mutari velit: est enim lepôrum
Pag. ead. *Disertus puer, at facetiarum.*
Quare aut hendecasyllabos trecentos
Exspecta, aut mihi linteum remitte:
Quod me non mouet æstimatione,
Verùm est mnemosynum mei sodalis,
Nam sudaria Setaba ex Iberis
Miserunt mihi muneri Fabullus,
Et Veranius. hoc amem, necesse est,
Vt Veraniolum meum, & Fabullum.

Ad Fabullum. XIII.

CENABIS *bene, mi Fabulle, apud me*
Paucis, si tibi Dij, fauent, diebus.
Si tecum attuleris bonam atque magnam
Cenam, non sine candida puella,
Et vino, & sale, & omnibus cachinnis.
Hæc si, inquam, attuleris venuste noster,
Cenabis bene. nam tui Catulli
Plenus sacculus est aranearum.
Sed contrà accipies meros amores,
Seu quid suauius, elegantiúsve est:
Nam vnguentum dabo, quod meæ puellæ
Donarunt veneres, Cupidinésque:
Quod tu cùm olfacies, Deos rogabis,
Totum vt te faciant, Fabulle, nasum.

Ad Licinium Caluum. XIV.

NI *te plus oculis meis amarem,*
Iucundissime Calue, munere isto
Odissem te odio Vatiniano.
Nam, quid feci ego, quídve sum locutus,
Cur me tot malè perderes poetis?
Isti Dij mala multa dent clienti,
Qui tantum tibi misit impiorum.
Quòd si, vt suspicor, hoc nouũ, ac repertum
Munus dat tibi Sylla litterator,
Non est mi male, sed bene, ac beatè,
Quòd non dispereunt tui labores.
Dij magni, horribilem, & sacrũ libellum,
Quem tu scilicet ad tuum Catullum
Misti, continuò vt die periret,
Saturnalibus, optimo dierum.
Non, non hoc tibi, salse, sic abibit.
Nam si luxerit, ad librariorum
Curram scrinia, Cæsios, Aquinos,
Suffenum, omnia colligam venena,
Ac te his supplicijs remunerabor.
Vos hinc interea valete, abite
Illuc, vnde malum pedem tulistis,
Sæcli incommoda, pessimi poetæ.

Ad Aurelium. XV.

COMMENDO *tibi me, ac meos amores,*
Aureli. veniam peto pudentem:
Vt, si quidquam animo tuo cupisti,
Quod castum expeteres, & integellum,
Conserues puerum mihi pudicè:
Non dico, à populo: nihil veremur
Istos, qui in platea modò huc, modò illuc
In re prætereunt sua occupati:
Verùm à te metuo, tuóque pene,
Infesto pueris bonis, malísque:
Quem tu, quà lubet, vt lubet, moueto
Quantum vis, vbi erit foris paratum.
Hunc vnum excipio, vt puto, pudenter.
Quòd si te mala mens, furorque vecors
In tantam impulerit sceleste culpam,
Vt nostrum insidijs caput lacessas, Pag. ead.
A te tum miseri, malíque fati,
Quem, attractis pedibus, patente porta,
Percurrent rhaphanique, mugilésque.

Ad Aurelium, & Furium. XVI.

PAEDICABO *ego vos, & irrumabo*
Aureli pathice, & cinæde Furi.
Qui me ex versiculis meis putastis,
Quòd sint molliculi, parum pudicum.
Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum, versiculos nihil necesse est:
Qui tum denique habent salem, ac leporem,
Si sunt molliculi, ac parum pudici,
Et, quod pruriat, incitare possunt,
Non dico pueris, sed iis pilosis,
Qui duros nequeunt mouere lumbos.
Vos, qui millia multa basiorum
Legistis, malè me marem putastis.
Si qui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis, manusq; vestras
Non horrebitis admouere nobis,
Pædicabo ego vos, & irrumabo.

Ad Coloniam. XVII.

O COLONIA, *quæ cupis ponte ludere longo,*
Et salire paratum habes: sed vereris inepta
Crura ponticuli adsulitantis, irredinitus,
Ne supinus eat, cauaq; in palude recumbat.
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,
In quo vel Salisubsuli sacra suscipiunto:
Munus hoc mihi maximi da Colonia risus,
Quendam municipem meum de tuo volo ponte
Ire præcipitem in lutum, per caputque, pedésque,
Verum totius vt lacus, putidæque paludis
Liuidissima, maximéque est profunda vorago,
Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar
Bimuli, tremula patris dormientis in vlna;
Cui cùm sit viridissimo nupta flore puella,
Et puella tenellulo delicatior hædo,
Asseruanda nigerrimis diligentiùs vuis,
Ludere hanc sinit, vt lubet, nec pili facit vni,
Nec se subleuat ex sua parte, sed velut alnus
In fossa Liguri iacet suppernata securi,
Tantundem omnia sentiens, quàm si nulla sit vsquam,
Talis iste meus stupor nil videt, nihil audit. Pag. ead.
Ipse qui sit, vtrum sit, an non sit, id quoque nescit.
Hunc ego volo de tuo ponte mittere pronum,
Si pote stolidum repentè excitare veternum,
Et supinum animum in graui derelinquere cœno,
Ferream vt soleam tenaci in voragine mula.

Ad Hortorum deum. XVIII.

HVNC *lucum tibi dedico, consecróque Priape,*
Qua domus tua Lampsaci est, quáque silua Priape.
Nam te præcipuè in suis vrbibus colit ora
Hellespontia, cæteris ostreosior oris.

Hortorum deus. XIX.

HVNC *ego iuuenes locum, villulámque palustrem,*
Tectam vimine iunceo, caricísque maniplis,
Quercus arida, rustica conformata securi
Nutriui: magis, & magis, vt beata quotannis,
Huius nam Domini colunt me, Deumque salutant.
Pauperis tugurij Pater, filiúsque *
Alter assidua colens diligentia, vt herba

Damnosa, asperáque à meo sit remota sacello:
Alter parua ferens manu semper munera larga.
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitu, & tenera virens, spica mollis arista:
Lutea viola mihi, luteúmque papauer,
Pallentésque cucurbita, & suauè olentia mala,
Vua pampineâ rubens educata sub vmbrâ.
Sanguine hanc etiam mihi (sed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus, cornipésque capella,
Pro queis omnia honoribus hæc necesse Priapo
Præstare, & Domini hortulum, vineamque tueri,
Quare hinc ô pueri malas abstinete rapinas.
Vicinus prope diues est, negligensque Priapus.
Inde sumite, semita hæc deinde vos feret ipsa.

Hortorum deus. xx.

EGO *hæc, ego arte fabricata rustica,*
Ego arida, ô viator, ecce pópulus
Agellulum hunc, sinistra tute quem vides,
Herique villulam, hortulúmque pauperis
Tuor, malísque furis arceor manus,
Mihi corolla picta Vere ponitur:
Mihi rubens arista Sole feruido:
Mihi virente dulcis vua pampino:
Mihique glauca duro oliua frigore,
Meis capella delicata pascuis
In vrbem adulta lacte portat vbera:
Meisque pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit ære dexteram,
Tenérque, matre mugiente, vaccula
Deûm profundit ante templa sanguinem.
Proin' viator hunc Deum verebeis,
Manumque sorsum habebis: hoc tibi expedit.
Parata namque crux, sine arte mentula.
Velim pol, inquis: ai pol ecce, villicus
Venit: valente cui reuulsa brachio
Fit ista mentula, apta claua dextera.

Ad Aurelium. xxi.

AVRELI, *pater esuritionum,*
Non harum modò, sed quot aut fuerunt,
Aut sunt, aut alys erunt in annis,
Pædicare cupis meos amores:
Nec clam. nam simul & iocaris vnà,
Hæres ad latus, omnia experiris.
Frustra: nam insidias mihi instruentem
Tangam te priùs irrumatione.
Atqui, si id faceres satur, tacerem:
Nunc ipsum id doleo, quòd esurire
Pag. ead. *Nè meus puer & sitire discet.*
Quare desine, dum licet pudico,
Ne finem facias sed irrumatus.

Ad Varrum. xxii.

SVFFENVS *iste, Varre quem probè nosti,*
Homo est venustus, & dicax, & vrbanus,
Idémque longè plurimos facit versus.
Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura
Perscripta, nec sic, vt fit, in palimpsesto
Relata: chartæ regiæ, noui libri,
Noui vmbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata.
Hæc cùm legas, tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus, vnus caprimulgus, aut fossor
Rursus videtur: tantum abhorret, ac mutat.
Hoc quid putemus esse? qui modò scurra,
Aut si quid hac re tritius videbatur,
Idem infaceto est infacetior rure,
Simul poemata attigit: neque idem vnquam
Æquè est beatus, ac poema cùm scribit:
Tam gaudet in se, tamq; se ipse miratur.
Nimirum idem omnes fallimur; neque est quisquam,
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Possis. SVVS *cuique attributus est error:*
SED *non videmus, manticæ quod in tergo est.*

Ad Furium. xxiii.

FVRI, *cui neque seruus est, neque arca,*
Nec cimex, nec araneus, nec ignis,
Verùm est & pater, & nouerca, quorum
Dentes vel silicem comesse possunt;
Et pulcrè tibi cum tuo parente,
Et cum coniuge lignea parentis.
Nec mirum; bene nam valetis omnes.
Pulcrè concoquitis: nihil timetis:
Non incendia, non graues ruinas,
Non facta impia, non dolos veneni,
Non casus alios periculorum.
Atqui corpora sicciora cornu, Pag. ead.
Aut, si quid magis aridum est, habetis,
Sole, & frigore, & esuritione.
Quare non tibi sit bene, ac beatè?
A te sudor abest, abest saliua,
Mucusq; & mala pituita nasi.
Hanc ad munditiem adde mundiorem,
Quòd culus tibi purior salillo est,
Nec toto decies cacas in anno:
Atque id durius est faba, & lapillis:
Quod tu si manibus teras, fricésque,
Non vnquam digitum inquinare posses.
Hæc tu commoda tam beata, Furi,
Noli spernere, nec putare parui.
Et sestertia, quæ soles, precari
Centum desine: nam sat es beatus.

Ad Iuuentium puerum. xxiv.

O *qui flosculus es Iuuentiorum,*
Non horum modò, sed quot aut fuerunt,
Aut posthâc alys erunt in annis,
Mallem delicias mihi dedisses,
Quàm isti, cui neque seruus est, nec arca;
Quam sic te sineres ab isto amari. Pag. ead.
Qui? non est homo bellus. inquies? est:
Sed bello huic neque seruus est, neque arca.
Hæc tu, quàm lubet, abiice, eleuáque.
Nec seruum tamen ille habet, neque arcam.

Ad Thallum. xxv.

CINAEDE *Thalle, mollior cuniculi capillo,*
Vel anseris medullula, vel imula oricilla,
Vel pene languido senis, sitúque araneoso;
Idémq; Thalle turbida rapacior procella,
Cùm diua mulier alites ostendit oscitantes,
Remitte pallium mihi meum, quod inuolasti,
Sudariumq; Setabum, catagraphosq; Thynos,
Inepte, quæ palàm soles habere, tanquam auita:
Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina, & remitte:
Ne laneum latusculum, natesq; mollicellas
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent,
Et insolenter æstues, velut minuta magno
Deprensa nauis in mari, vesaniente vento.

Ad Furium. xxvi.

FVRI. *villula nostra non ad Austri*
Flatus opposita est, nec ad Fauoni,
Nec saui Boreæ, aut Apeliotæ,
Verùm ad millia quindecim & ducentos.

O ventum horribilem, atque pestilentem!

Ad puerum suum. XXVII.

MINISTER vetuli puer Falerni
Inger mi calices amariores,
Vt lex Postumiæ iubet magistra,
Ebriosa acina ebriosioris.
At vos, quò lubet, hinc abite lympha,
Vini pernicies, & ad seueros
Migrate: hic merus est Thyonianus.

Ad Veranium, & Fabullum. XXVIII.

PISONIS comites, cohors inanis,
Aptis sarcinulis, & expeditis,
Verani optime, tuq; mi Fabulle,
Quid rerum geritis? satisne cum isto
Vappâ, frigoraq; & famem tulistis?
Ecquidnam in tabulis patet lucelli
Expensum? vt mihi, qui meum secutus
Prætorem, refero datum lucello.

Ad Memmium. XXIX.

O Memmi, bene me, ac diu supinum
Tota ista trabe lentus irrumasti:
Sed, quantum video, pari fuisti
Casu: nam nihilo minore verpa
Es fartus. pete nobiles amicos.
At vobis mala multa Dij, Deaq;
Dent, opprobria Romuli, Remique.

In Cæsarem. XXX.

QVIS hoc potest videre? quis potest pati,
Nisi impudicus, & vorax, & aleo?
Mamurram habere, quod comata Gallia
Habebat vnctum & vltima Britannia?
Cinæde Romule, hæc videbis, & feres?
Es impudicus, & vorax, & aleo.
Et ille nunc superbus, & superfluens
Perambulabit omnium cubilia,
Vt albulus columbus aut Adoneus?
Cinæde Romule, hæc videbis, & feres?
Es impudicus, & vorax, & aleo.
Eóne nomine Imperator vnice
Fuisti in vltima occidentis insula,
Vt ista vestra diffututa mentula
Ducenties comesset, aut trecenties?
Quid est? an hæc sinistra liberalitas
Parum expatrauit? an parum helluatus est?
Paterna primùm lancinata sunt bona,
Secunda præda Pontica, inde tertia
Ibera, quam scit amnis aurifer Tagus.
Pag. ead. Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ?
Quid hunc (malùm) fouetis, aut quid hic potest,
Nisi vncta deuorare patrimonia?
Eóne nomine Imperator vnice,
Socer, generque perdidistis omnia?

Ad Alphenum. XXXI.

ALPHENE immemor, atque vnanimis false sodalibus,
Iam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi.
Iam me prodere, iam non dubitas fallere perfide.
Nec facta impia fallacum hominum cælicolis placent.
Quæ tu negligis, ac me miserum deseris in malis.
Pag. ead. Eheu quid faciant, dic, homines, cuíve habeant fidem?
Certè tute iubebas animam tradere, inique me
Inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent.
Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factáque
Ventos irrita ferre & nebulas aerias sinis.
Si tu oblitus es, at Dij meminerunt, meminit Fides:
Quæ, te vt pæniteat postmodò facti, faciet, tui.

Ad Sirmionem, peninsulam. XXXII.

PENINSVLARVM Sirmio, insularúmque
Ocelle, quascumque in liquentibus stagnis,
Maríque vasto fert vterque Neptunus,
Quàm te libenter, quámque lætus inuiso,
Vix mi ipse credens Thyniam, atque Bithynos Pag. ead.
Liquisse campos, & videre te in tuto.
O QVID solutis est beatius curis!
Cùm mens onus reponit, ac peregrino
Labore fessi venimus Larem ad nostrum,
Desideratóque acquiescimus lecto.
Hoc est, quod vnum est pro laboribus tantis.
Salue, ô venusta Sirmio, atque hero gaude:
Gaudete vosq; Lydiæ lacus vndæ:
Ridete quidquid est domi cachinnorum.

Ad Ipsithillam. XXXIII.

AMABO mea dulcis Ipsithilla,
Meæ deliciæ, mei lepôres,
Iube, ad te veniam meridiatum.
Quod si iusseris illud adiuuato,
Ne quis liminis obseret tabellam,
Neu tibi lubeat foras abire:
Sed domi maneas, paresque nobis
Nouem continuas fututiones.
Verùm, si quid ages, statim iubeto.
Nam pransus iaceo, & satur supinus
Pertundo tunicámque, palliúmque.

In Vibennios. XXXIV.

O furum optime balneariorum,
Vibenni pater, & cinæde fili.
Nam dextra pater inquinatiore,
Culo filius est voraciore.
Cur non exsilium, malásque in oras Pag. ead.
Itis? quandoquidem patris rapinæ
Notæ sunt populo, & nates pilosas
Fili non potes asse venditare.

Sæculare carmen ad Dianam. XXXV.

DIANAE sumus in fide
Puellæ, & pueri integri.
Dianam pueri integri,
Puellæq; canamus.
O Latonia, maximi
Magna progenies Iouis,
Quam m... prope Deliam
Deposiuit oliuam,
Montium domina vt fores,
Siluarumq; virentium,
Saltuumq; reconditorum,
Amniumq; sonantium,
Tu Lucina dolentibus,
Iuno dicta puerperis,
Tu potens Triuia, & notho es
Dicta lumine Luna,
Tu cursu Dea menstruo
Metiens iter annuum,
Rustica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples.
Sis quocunque placet tibi
Sancta nomine, Romulíque
Ancíque, vt solita es, bona
Sospites ope gentem.

Cæcilium accersit. XXXVI.

POETAE tenero, meo sodali,
Velim Cæcilio papyre dicas,

Veronam veniat Noui relinquens
Comi mœnia, Lariumq; litus.
Nam quasdam volo cogitationes
Amici accipiat sui, meique.
Quare, si sapiet, viam vorabit.
Quamuis candida millies puella
Euntem reuocet, manusq; collo
Ambas iniiciens roget morari:
Quæ nunc, si mihi vera nuntiantur,
Illum deperit impotente amore.
Nam, quo tempore legit incohoatam
Dindymi dominam, ex eo misellæ
Ignes interiorem edunt medullam.
Ignosco tibi, Sapphica puella,
Musa doctior. est enim venustè
Magna Cæcilio inchoata mater.

In Annales Volusij. XXXVII.

ANNALES Volusi, cacata charta,
Votum soluite pro mea puella.
Nam sanctæ Veneri, Cupidinique
Vouit, si sibi restitutus essem,
Desissemq; truces vibrare iambos,
Pag. eád. Electissima pessimi poetæ
Scripta tardipedi Deo daturam
Infelicibus vstulanda lignis.
Et hoc pessima se puella vidit
Iocosè, & lepidè vouere Diuis.
Nunc, ô cæruleo creata ponto,
Quæ sanctum Idalium, Vriosq; apertos,
Quæq; Ancona, Cnidumque arundinosam
Colis, quæq; Amathunta, quæq; Golgos,
Quæq; Dyrrhachium, Hadriæ tabernam,
Acceptum face, redditumq; votum,
Si non illepidum, neque inuenustum est.
At vos intereà venite in ignem
Pleni ruris, & inficetiarum,
Annales Volusi, cacata charta.

Ad Contubernales. XXXVIII.

SALAX taberna, vósque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila,
Solis putatis esse mentulas vobis?
Solis licere, quidquid est puellarum,
Confutuere, & putare cæteros hircos?
An, continenter quòd sedetis insulsi
Centum, aut ducenti, non putatis ausurum
Me vnà ducentos irrumare sessores?
Atqui putate: namque totius vobis
Frontem tabernæ scipionibus scribam.
Puella nam mea, quæ meo sinu fugit,
Amata tantum, quantum amabitur nulla,
Pag. ead. Pro qua mihi sunt magna bella pugnata,
Consedit istic. hanc boni, beatiq;
Omnes amatis: & quidē, quod indignū est,
Omnes pusilli, & semitarij mœchi.
Tu præter omnes vne de capillatis,
Cuniculosæ Celtiberiæ fili,
Egnati, opaca quem bonum facit barba,
Et dens Ibera defricatus vrina.

Ad Cornificium. XXXIX.

MALE est, Cornifici, tuo Catullo,
Malè est, mehercule, & laboriosè,
Et magis magis in dies, & horas:
Quem tu, quod minimū, facillimumq; est,
Qua solatus es allocutione?
Irascor tibi. sic meos amores?
Paulum quid lubet allocutionis
Mæstius lacrimis Simonideis.

In Egnatium. XL.

EGNATIVS, quod candidos habet dentes,
Renidet vsquequaque. seu ad rei ventum est
Subsellium, cùm orator excitat fletum,
Renidet ille: seu pij ad rogum filij
Lugetur, orba cùm flet vnicum mater,
Renidet ille: quidquid est, vbicunque est,
Quodcunq; agit, renidet, hūc habet morbum,
Neque elegantem, vt arbitror, neq; vrbanum.
Quare monendus es mihi: bone Egnati,
Si vrbanus esses, aut Sabinus, aut Tiburs,
Aut porcus Vmber, aut obesus Etruscus,
Aut Lanuuinus ater, atque dentatus,
Aut Transpadanus, vt meos quoq; attingam,
Aut quilibet, qui puriter lauit dentes,
Tamen renidere vsquequaque te nollem.
Nam RISV inepto res ineptior nulla est.
Nunc Celtiber in Celtiberia terra
Quod quisque minxit, hoc sibi solet manè
Dentem, atque russam defricare gingiuam:
Vt, quo iste vester expolitior dens est,
Hoc te amplius bibisse prædicet loti.

Ad Rauidum. XLI.

QVAENAM te mala mens, miselle Rauide,
Agit præcipitem in meos iambos?
Quis Deus tibi non bene aduocatus
Vecordem parat excitare rixam?
An vt peruenias in ora vulgi?
Quid vis? qualubet esse notus optas?
Eris: quandoquidem meos amores
Cum longa voluisti amare pœna.

De Acme. XLII.

ACME illa, illa puella defututa,
Tota millia me decem poposcit: Pag. ead.
Ista turpiculo puella naso,
Decoctoris amica Formiani.
Propinqui, quibus est puella curæ,
Amicos, medicósque conuocate.
Non est sana puella: nec rogate
Qualis sit. solet hæc imaginosum.

In quandam. XLIII.

ADESTE hendecasyllabi, quot estis
Omnes vndique, quotquot estis omnes.
Iocum me putat esse mœcha turpis,
Et negat, mihi vestra reddituram
Pugillaria, si pati potestis.
Persequamur eam, & reflagitemus.
Quæ sit, quæritis? illa, quam videtis
Turpè incedere, mimicè, ac molestè,
Ridentem catuli ore Gallicani.
Circunsistite eam, & reflagitate:
Mœcha putida redde codicillos,
Redde putida mœcha codicillos,
Non assis facis, ô lutum, lupanar,
Aut si perditius pote est quid esse.
Sed non est tamen hoc satis est putandum,
Quòd si non aliud potest, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore.
Conclamate iterum altiore voce,
Mœcha putida redde codicillos,
Redde putida mœcha codicillos.
Sed nil proficimus: nihil mouetur.
Mutanda est ratio, modusq; vobis, Pag. ead.
Si quid proficere amplius potestis

Pudica, & proba redde codicillos.

In Acmen. XLIV.

SALVE, *nec minimo puella naso;*
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore sicco,
Nec sane nimis elegante lingua,
Decoctoris amica Formiani,
Ten' prouincia narrat, esse bellam?
Tecum Lesbia nostra comparatur?
O seclum insipiens, & infacetum!

Ad Fundum. LXV.

O funde noster, seu Sabine, seu Tiburs,
Nam, te esse Tiburtem, autumant, quibus non est
Cordi Catullum lædere: at, quibus cordi est,
Quouis Sabinum pignore esse contendunt.
Sed seu Sabine, siue verius Tiburs,
Fui libenter in tua suburbana
Villa, malamq; pectore expuli tussim:
Non immerenti quam mihi meus venter;
Dum sumptuosas appeto, dedit, cœnas.
Nam Sextianus dum volo esse conuiua,
Orationem in Attium petitorem
Plenam veneni, & pestilentiæ, legit.
Hic me grauedo frigida, & frequens tussis
Quassauit, vsquedum in tuum sinum fugi,
Et me recuraui ocimoq;, & vrtica.
Quare refectus maximas tibi grates
Ago, meum quòd non es vlta, peccatum.
Nec iam recuso, si nefaria scripta
Sexti recepso, quin grauedinem, & tussim,
Non mî, sed ipsi Sextio ferat frigus:
Qui tunc vocat me, cùm malum legit librum.

De Acme, & Septimio. XLVI.

ACMEN *Septimius, suos amores,*
Tenens in gremio, Mea, inquit, Acme,
Ni te perditè amo, atque amare porrò
Omnes sum assiduè paratus annos,
Quantum qui pote plurima perire;
Solus in Libya, Indiave tosta,
Cæsio veniam obuius leoni.
Hoc vt dixit, Amor sinistra, vt antè
Dextra, sternuit adprobatione.
At Acme, leuiter caput reflectens,
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore suauiata,
Sic inquit; Mea vita Septimille,
Huic vni domino vsque seruiamus,
Vt multo mihi maior, acriorq;
Ignis mollibus ardet in medullis.
Hoc vt dixit, Amor sinistra, vt antè
Dextra sternuit adprobatione.
Nunc ab auspicio bono profecti:
Mutuis animis amant, amantur.
Vnam Septimius misellus Acmen
Mauult, quàm Syrias, Britanniasq;.
Vno in Septimio fidelis Acme
Facit delicias, libidinesq;.
Quis vllos homines beatiores
Vidit? quis Venerem auspicatiorem?

Ad seipsum de aduentu veris. XLVII.

IAM *ver egelidos refert tepores,*
Iam cæli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri silescit auris.
Linquantur Phrygii, Catulle, campi,
Nicææq; ager vber æstuosæ;
Ad claras Asiæ volemus vrbes.
Iam mens prætrepidans auet vagari:
Iam læti studio pedes vigescunt.
O dulces comitum valete cœtus,
Longè quos simul à domo profectos,
Diuersos variæ viæ reportant.

Ad Portium & Socrationem. XLVIII.

PORCI, *& Socration, duæ sinistræ*
Pisonis scabies, famesq; Memmî, Pag. ea.
Vos Veraniolo meo, & Fabullo
Verpus præposuit Priapus ille?
Vos conuiuia lauta sumptuosè
De die facitis, mei sodales
Quærunt in triuiis vocationes?

A Iuuentium. XLIX.

MELLITOS *oculos tuos, Iuuenti,*
Si quis me sinat vsque basiare,
Vsque ad millia basiem trecenta:
Nec vnquam saturum inde cor futurum est,
Non si densior aridis aristis
Sit nostræ seges osculationis.

Ad Marcum Tullium. L.

DISERTISSIME *Romuli nepotum,*
Quot sunt, quotq; fuêre, Marce Tulli,
Quotq; pòst aliis erunt in annis;
Gratias tibi maximas Catullus
Agit, pessimus omnium poëta:
Tantò pessimus omnium poeta,
Quantò tu optimus omnium patronus.

Ad Licinium. LI.

HESTERNO, *Licini, die otiosi,* Pag. ea.
Multùm lusimus in meis tabellis,
Vt conuenerat esse delicatos,
Scribens versiculos vterque nostrum, Pag. ea.
Ludebat numero modo hoc, modò illoc,
Reddens mutua per iocum, atque vinum.
Atque illinc abii tuo lepore
Incensus, Licini, facetiisq;,
Vt nec me miserum cibus iuuaret,
Nec somnus tegeret quiete ocellos,
Sed toto indomitus furore lecto
Versarer, cupiens videre lucem,
Vt tecum loquerer, simulq; vt essem.
At defessa labore membra postquam
Semimortua lectulo iacebant,
Hoc iucunde tibi poema feci,
Ex quo perspiceres meum dolorem.
Nunc audax caue sis, precesq; nostras,
Oramus, caue despuas ocelle,
Ne pœnas Nemesis reposcat à te.
Est vehemens Dea: lædere hanc caueto.

Ad Lesbiam. LII.

ILLE *mî par esse Deo videtur,*
Ille, si fas est, superare Diuos,
Qui sedens aduersus identidem te
Spectat, & audit
Dulcè ridentem, misero quod omnes
Eripit sensus mihi: nam simul te
Lesbia aspexi, nihil est super mî
* *

Lingua sed torpet, tenues sub artus
Flamma dimanat, sonitu suopte
Tintinant aures, gemina teguntur
Lumina nocte.
Otium, Catulle, tibi molestum est:

B iii

Otio exultas, nimiumq; gestis.
Otium & reges simul & beatas
Perdidit vrbes.

Ad seipsum de Struma, & Vatinio. LIII.

QVID *est, Catulle, quid moraris emori?*
Sella in curuli struma Nonius sedet:
Per consulatum peierat Vatinius.
Quid est, Catulle, quid moraris emori?

De quodam, & Caluo. LIIII.

RISI *nescio quem modò in corona,*
Qui, cùm mirificè Vatiniana
Meus crimina Caluus explicasset,
Admirans ait hæc, manusq; tollens.
Dij magni salaputium disertum.

* * LV.

** Othonis caput oppidò est pusillum.*
Heri rusticè semilauta crura
Subtile, & leue peditum Libonis
Sed non omnia displicere vellem
Tibi, & Fufficioseni recocto.
Irascère iterum meis iambis
Immerentibus vnice Imperator.

Ad Camerium. LVI.

ORAMVS, *si forte non molestum est,*
Demonstres, vbi sint tuæ tenebræ.
Te quæsiuimus in minore campo,
Te in circo, te in omnibus tabellis,
Te in templo superi Iouis sacrato,
In magni simul ambulatione,
Femellas omnes amice prendi,
Quas vultu vidi tamen sereno.
Has vel te sic ipse flagitabam,
Camerium mihi, pessimæ puellæ.
Quædam, inquit, nudum sinum reducens,
En hic in roseis latet papillis.
Sed, te quærere, iam Herculis labos est.
Tanto ten' fastu negas amice?
Dic nobis vbi sis futurus, ede
Audacter, committe, crede luci.
Num te lacteolæ tenent puellæ?
Si linguam clauso tenes in ore,
Fructus proiicies amoris omnes.
Verbosa gaudet Venus loquella.
Vel, si vis, licet obseres palatum,
Dum vostri sim particeps amoris.
Non custos si fingar ille Cretum,
Non Ladas si ego, pennipésve Perseus,
Non si pegaseo ferar volatu,
Non Rhesi niueis, citisq; bigis.
Adde huc plumipedes, volatilesq;,
Ventorumq; simul require cursum,
Quos iunctos, Cameri, mihi dicares:
Defessus tamen omnibus medullis,
Et multis languoribus peresus
Essem te, mi amice, quæritando.

Ad Catonem. LVII.

O rem ridiculam, Cato, & iocosam,
Dignamque auribus, & tuo cachinno.
Ride, quidquid amas Cato Catullum,
Res est ridicula, & nimis iocosa.
Deprendi modò pupulum puellæ
Trusantem: hunc ego, si placet Dionæ,
Pro telo rigida mea cecidi.

In Mamurram, & Cæsarem. LVIII.

PVLCRE *conuenit improbis cinædis*
Mamurræ pathicoq;, Cæsariq;.
Nec mirum: maculæ pares vtrisque,
Vrbana altera, & illa Formiana,
Impressæ resident, nec eluentur.
Morbosi pariter, gemelli vtrique,
Vno in lectulo erudituli ambo.
Non hic quam ille, magis vorax adulter,
Riuales socij & puellularum:
Pulcrè conuenit improbis cinædis.

Ad Cælium, de Lesbia. LIX.

CÆLI, *Lesbia nostra, Lesbia illa,*
Illa Lesbia, quam Catullus vnam
Plus, quàm se, atque suos amauit omnes,
Nunc in quadriuiis, & angiportis,
Glubit magnanimos Remi nepotes.

De Rufa. LX.

BONONIENSIS *Rufa Rufulum fellat*
Vxor Menenî, sæpè quam in sepulcretis
Vidistis, ipso rapere de rogo cœnam,
Cùm deuolutum ex igne prosequens panem,
A semiraso tunderetur vstore.

* LXI.

Num te leæna montibus Libyssinis,
Aut Scylla latrans infima inguinum parte,
Tam mente dura procreauit, ac tetra,
Vt supplicis vocem in nouissimo casu
Contemptam haberes? ô nimis fero corde!

In nuptias Iuliæ, & Manlij. LXII.

COLLIS *ô Heliconij*
Cultor, Vraniæ genus, Pag. 4
Qui rapis teneram ad virum
Virginem, ô Hymenæe Hymen,
Hymen ô Hymenæe.
CINGE *tempora floribus*
Suaueolentis amaraci.
Flammeum cape. lætus huc
Huc veni, niueo gerens
Luteum pede soccum:
Excitusq; hilari die,
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula
Pelle humum pedibus, manu
Pineam quate tædam.
Namque Iulia Mallio,
Qualis Idalium colens.
Venit ad Phrygium Venus
Iudicem bona cum bona
Nubit alite virgo.
Floridis velut enitens
Myrtus Asia ramulis,
Quos Hamadryades Deæ
Ludicrum sibi roscido
Nutriunt humore.
Quare agè, huc aditum ferens
Perge linquere Thespiæ
Rupis Aonios specus,
Lympha quos super irrigat
Frigerans Aganippe:
Ac domum dominam voca,
Coniugis cupidam noui,
Mentem amore reuinciens,
Vt tenax edera huc, & huc
Arborem implicat errans.
Vos item simul integræ
Virgines, quibus aduenit

Par dies, agite, in modum
Dicite: ô Hymenae Hymen,
Hymen ô Hymenae.
Vt lubentius audiens,
Se citarier ad suum
Munus, huc aditum ferat,
Dux bonae Veneris, boni
Coniugator amoris.
Quis Deus magis ah magis
Est petendus amantibus?
Quem colant homines magis
Caelitum? ô Hymenae Hymen,
Hymen ô Hymenae.
Te suis tremulus parens
Inuocat: tibi virgines
Zonula soluunt sinus:
Te timens cupida nouos
Captat aure maritos.
Tu fero iuueni in manus
Floridam ipse puellulam
Matris è gremio suae
Dedis, ô Hymenae Hymen,
Hymen ô Hymenae.
Nil potest sine te Venus,
Fama quod bona comprobet
Commodi capere: at potest,
Te volente. quis huic Deo
Comperarier ausit?
Nulla quit sine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe dicier: at potest,
Te volente, quis huic Deo
Comperarier ausit?
Quae tuis careat sacris
Non queat dare praesides
Terra finibus: at queat
Te volente. quis huic Deo
Comperarier ausit?
Claustra pandite, ianuae:
Virgo adest. viden', vt faces
Splendidas quatiunt comas?
Sed moraris, abit dies.
Prodeas, noua nupta.
Tardat ingenuus pudor,
Quae tamen magis audiens
Flet, quod ire necesse sit.
Sed moraris, abit dies.
Prodeas, noua nupta.
Flere desine: non tibi
Aurunculeia periculum est,
Nequa femina pulchrior.
Clarum ab Oceano diem
Viderit venientem.
Talis in vario solet
Diuitis domini hortulo
Stare flos hyacinthinus.
Sed moraris, abit dies.
Prodeas noua nupta.
Prodeas, noua nupta, si
Iam videtur, & audias.
Nostra verba. viden'? faces
Aureas quatiunt comas,
Prodeas, noua nupta.
Non tuus leuis in mala
Deditus vir adultera,
Probra turpia persequens,
A tuis teneris volet
Secubare papillis:
Lenta quin velut assitas
Vitis implicat arbores,
Implicabitur in tuum
Complexum. sed abit dies.
Prodeas, noua nupta.
O cubile, quot omine
Candido pede lectuli,
* * *
* * *
* * *
Quae tuo veniunt hero,
Quanta gaudia, quae vaga
Nocte, quae media die,
Gaudeat? sed abit dies.
Prodeas, noua nupta.
Tollite, ô pueri, faces:
Flammeum videor videre.
Ite, concinite in modum,
O Hymen Hymenae Hymen,
Hymen ô Hymenae.
Neu diu taceat procax
Fescennina locutio:
Neu nuces pueris neget
Desertum domini audiens
Concubinus amorem.
Da nuces pueris iners
Concubine: satis diu
Lusisti nucibus: lubet
Iam seruire Thalassio.
Concubine, nuces da.
Sordebant tibi villicae
Concubine hodie, atq; heri.
Nunc tuum cinerarius
Tondet os. miser, â miser
Concubine, nuces da.
Diceris male te à tuis
Vnguentate glabris marite
Abstinere: sed abstine.
Io Hymen Hymenae io,
Io Hymen Hymenae.
Scimus, haec tibi, quae licent,
Sola cognita: sed marito
Ista non eadem licent.
Io Hymen Hymenae io,
Io Hymen Hymenae.
Nupta tu quoque quae tuus
Vir petet, caue ne neges,
Ne petitum aliunde eat.
Io Hymen Hymenae io,
Io Hymen Hymenae.
En tibi domus vt potens,
Et beata viri tui,
Quae seni tibi seruiet.
Io Hymen Hymenae io,
Io Hymen Hymenae.
Vsque dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.
Io Hymen Hymenae io,
Io Hymen Hymenae.
Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,

Rasilémque subi forem.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.
Aspice, intus vt accubans
Vir tuus Tyrio in toro,
Totus immineat tibi.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.
Ille non minùs, ac tibi
Pectore vritur intimo
Flamma, sed penite magis,
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.
Mitte brachiolum teres
Prætextate puellula,
Iam cubile adeat viri.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.
Vos bonæ senibus viris
Cognitæ bene feminæ,
Collocate puellulam.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.
Iam licet venias marite:
Vxor in thalamo est tibi
Ore floridulo nitens,
Alba parthenice velut,
Luteumve papauer.
Non diu remoratus es.
Iam venis. bona te Venus
Iuuerit, quoniam palàm
Quod cupis, capis, & bonum
Non abscondis amorem.
At marita tuum tamen
Cælites, nihilo minus
Pulcra res: neque te Venus
Negligit, sed abit dies.
Perge, ne remorare.
Ille puluis Erythræi,
Siderúmque micantium
Subducat numerum priùs,
Qui vestri numerare vult
Multa millia ludi.
Ludite, vt lubet, & breui
Liberos date. non decet
Tam vetus sine liberis
Nomen esse, sed indidem
Semper ingenerari.
Torquatus, volo, paruulus
Matris è gremio suæ
Porrigens teneras manus,
Dulcè rideat ad patrem,
Sed micante labello.
Sit suo similis patri
Manlio, & facilè insciis
Noscitetur ab omnibus,
Et pudicitiam suæ
Matris indicet ore.
Talis illius à bona
Matre laus genus adprobet,
Qualis vnica ab optima
Matre Telemacho manet
Fama Penelopæo.
Claudite ostia virgines,
Lusimus satis. at boni
Coniuges bene viuite, &
Munere assiduo valentem
Exercete iuuentam.

CARMEN NVPTIALE. LXIII.

VESPER *adest, iuuenes, consurgite. Vesper Olympo* Pag. 25.
Expectata diu vix tandem lumina tollit.
Surgere iam tempus, iam pingues linquere mensas.
Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenæus.
Hymen ô Hymenaee, Hymen ades ô Hymenaee.
Cernitis, innuptæ, iuuenes? consurgite contrà.
Nimirum OEtæos ostendit noctifer imbre.
Sic certè. viden' vt perniciter exsiluere?
Non temere exsiluere. canent quos vincere par est.
Hymen ô Hymenaee Hymen ades ô Hymenaee.
Non faciles nobis, æquales, palma parata est.
Aspicite, innuptæ secum vt meditata requirunt.
Non frustra meditantur. habent memorabile quod sit.
Nos aliò mentes, aliò diuisimus aures:
Iure igitur vincemur. AMAT *victoria curam.*
Quare nunc animos saltem committite vestros.
Dicere iam incipient, iam respondere decebit:
Hymen ô Hymenaee Hymen ades ô Hymenaee.
Hespere, qui cælo fertur crudelior ignis?
Qui natam possit complexu auellere matris,
Complexu matris retinentem auellere natam,
Et iuueni ardenti castam donare puellam.
Quid faciant hostes capta crudelius vrbe?
Hymen ô Hymenaee Hymen ades ô Hymenaee.
Hespere, qui cælo lucet iucundior ignis?
Qui desponsa tua firmes connubia flamma.
Quod pepigere viri, pepigerunt antè parentes,
Nec iunxère priùs, quàm se tuus extulit ardor.
Quid datur à Diuis felici optatius hora?
Hymen ô Hymenaee Hymen ades, ô Hymenaee,
Hesperus è nobis æquales abstulit vnam.
*　*　*

Namque tuo aduentu vigilat custodia semper.
Nocte latent fures, quos idem sæpè reuertens
Vespere mutato comprendis nomine eosdem.
At lubet innuptis ficto te carpere questu!
Quid tum si carpunt, tacita quod mente requirunt?
Hymen ô Hymenaee Hymen ades ô Hymenaee.
Vt flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ:
Idem cùm tenui carptus defloruit vngui,
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ:
Sic virgo, dum intacta manet, tum cara suis, sed
Cùm castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec cara puellis.
Hymen ô Hymenaee Hymen ades ô Hymenaee.
Vt vidua in nudo vitis quæ nascitur aruo,
Nunquam se extollit, nunquam mitem educat vuam,
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus,
Iam iam contingit summum radice flagellum:
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere iuuenci;
At si fortè eadem est vlmo coniuncta marito,
Multi illam agricolæ, multi accoluere iuuenci:
Sic virgo, dum intacta manet, tum inculta senescit:
Cum par connubium maturo tempore adepta est,
Cara viro magis, & minùs est inuisa parenti.
Hymen ô Hymenaee Hymen ades ô Hymenaee.
At tu ne pugna cum tali coniuge virgo.

Non

Non æquum est pugnare pater qui tradidit ipse,
Ipse pater cum matre, quibus parêre necesse est.
Virginitas non tota tua est: ex parte parentum est:
Tertia pars patri data, pars data tertia matri,
Tertia sola tua est, noli pugnare duobus,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt:
Hymen ô Hymenæe Hymen ades ô Hymenæe.

De ATY. LXIV.

SVPER *alta vectus Atys celeri rate maria,*
Phrygium nemus citato cupidè pede tetigit,
Adiítque opaca siluis redimita loca Deæ.
Stimulatus vbi furenti rabie, vagus animi,
Deuolvit ille acuto sibi pondera silice.
Itaque vt relicta sensit sibi membra sine viro,
Etiam recente terræ sola sanguine maculans,
Niueis citata cepit manibus leue typanum.
Typanum, tubam, Cybele, tua mater initia:
Quatiénsque terga tauri teneris caua digitis,
Canere hæc suis adorta est tremebunda comitibus.
Agite, ite ad alta Gallæ Cybeles nemora simul,
Simul ite Dindyménæ dominæ vaga pecora,
Aliena quæ petentes, velut exsules, loca
Sectam meam executæ duce me, mihi comites
Rapidum salum tulistis, truculentáque pelagi,
Et corpus euirastis Veneris nimio odio.
Hilarate excitatis erroribus animum.
Mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini
Phrygiam ad domum, Cybelles Phrygia ad nemora Deæ,
Vbi cymbalûm sonat vox, vbi tympana reboant,
Tibicen vbi canit Phryx curuo graue calamo,
Vbi capita Mænades vbi iaciunt hederigeræ,
Vbi sacra sancta acutis vlulatibus agitant.
Vbi sueuit illa Diuæ volitare vaga cohors,
Quò nos decet citatis celerare tripudiis.
Simul hæc comitibus Atys cecinit noua mulier,
Thiasus repentè linguis trepidantibus vlulat,
Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant,
Viridem citus adit Idam properante pede chorus.
Furibunda simul, anhelans, vaga vadit, animo egens,
Comitata tympano Atys, per opaca nemora dux,
Veluti iuuenca vitans onus indomita iugi.
Rapidæ ducem sequuntur Gallæ pede propero.
Itaque vt domum Cybelle tetigere lassulæ,
Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere.
Piger his labantes langore oculos sopor operit,
Abit in quiete molli rabidi furor animi.
Sed vbi oris aurei Sol radiantibus oculis
Lustrauit æthera album, sola dura, mare ferum,
Pepulítque noctis vmbras vegetis sonipedibus,
Ibi somnus excitum Atyn fugiens citus abiit:
Fugientem eum recepit Dea Pasithea sinu.
Ita de quiete molli rabida sine rabie,
Simul ipsa pectore Atys sua facta recoluit.
Liquidáque mente vidit sine quîs, vbíque foret:
Animo æstuante rursus reditum ad vada tetulit.
Ibi maria vasta visens lachrymantibus oculis,
Patriam allocuta est ita voce mæsta miseriter.
Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix,
Ego quam miser relinquens, dominos vt herifugæ
Famuli solent, ad Idæ tetuli nemora pedem,
Vt apud niuem, & ferarum gelida stabula forem,
Et earum omnia adirem furibunda latibula:
Vbi nam, aut quibus locis te positam patria rear?
Cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem,
Rabie fera carens dum breue tempus animus est.
Egóne à mea remota hæc ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis genitoribus abero?
Abero foro, palæstra, stadio, & gymnasiis?
Miser, â miser, querendum est etiam, atq; etiam anime:
Quod enim genus figuræ est ego quod non habuerim?
Ego mulier, ego adulescens, ego ephebus, ego puer:
Ego gymnasii fui flos, ego eram decus olei.
Mihi ianuæ frequentes, mihi limina tepida,
Mihi floridis corollis redimita domus erat.
Linquendum vbi esset orto mihi Sole cubiculum.
Egóne Deûm ministra, & Cybeles famula ferar?
Ego Mænas, ego mei pars, ego vir sterilis ero?
Ego viridis algida Idæ niue amicta loca colam?
Vbi cerua siluicultrix, vbi aper nemoriuagus?
Ego vitam agam sub altis Phrygiæ columinibus?
Iam iam dolet, quod egi, iam iámque pænitet.
Roseis vt huic labellis palans sonitus abiit,
Geminas Deorum ad aures noua nuntia referens:
Ibi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus,
Læuúmque pecoris hostem stimulans, ita loquitur.
Agedum, inquit, age ferox, hunc agedum aggredere furor,
Face, vt hinc furoris ictu reditum in nemora ferat,
Mea liberè nimis qui fugere imperia cupit,
Age cæde terga cauda, tua verbera patere.
Face, cuncta mugienti fremitu loca retonent:
Rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.
Ait hæc minax Cybelle, religátque iuga manu.
Ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animum,
Vadit, fremit, refringit virgulta pede vago.
At vbi vltima albicantis loca litoris adiit,
Tenerúmque vidit Atyn prope marmora pelagi,
Facit impetum. ille demens fugit in nemora fera.
Ibi semper omne vitæ spatium famula fuit.
Dea magna, Dea Cybele Didymi, Dea domina,
Procul à mea tuus sit furor omnis, hera, domo:
Alios age incitatos, alios age rabidos.

DE NVPTIIS PELEI ET THETIDOS. LXV.

PELIACO *quondam prognatæ vertice pinus* Pag. 33.
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per vndas
Phasidos ad fluctus, & fines Æetæos:
Cùm lecti iuuenes, Argiuæ robora pubis,
Auratam optantes Colchis auertere pellem,
Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi,
Cærula verrentes abiegnis æquora palmis:
Diua quibus retinens in summis vrbibus arces,
Ipsa leui fecit volitantem flamine currum,
Pinea coniungens inflexæ texta carinæ:
Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.
Quæ simul ac rostro ventosum proscidit æquor,
Tortáque remigio spumis incanuit vnda,
Emersere feri canenti è gurgite vultus,
Æquoreæ monstrum Nereides admirantes.
Illáque, atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore Nymphas,
Nutricum tenus extantes è gurgite cano.
Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore:
Tum Thetis humanos non despexit Hymenæos:
Tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit:
O nimis optato sæclorum tempore nati
Heroes saluete, Deûm genus: ô bona mater:
Vos ego sæpè meo vos carmine compellabo:

Téque adeò eximie tædis felicibus aucte
Emathiæ columen Peleu, cui Iupiter ipse,
Ipse suos diuûm genitor concessit amores.
Téne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?
Téne suam Tethys concessit ducere neptem?
Oceanúsque, mari totum qui amplectitur orbem?
Quæ simul optatæ finito tempore luces
Aduenere, domum conuentu tota frequentat
Thessalia, oppletur lætanti regia cœtu.
Dona ferunt præ se, declarant gaudia vultu.
Deseritur Syros, linquunt Phthiotica Tempe,
Graiugenásque domos, ac mœnia Larissæa.
Pharsalum coeunt, Pharsalia tecta frequentant:
Rura colit nemo: mollescunt colla iuuencis:
Non humilis curuis purgatur vinea rastris:
Non glebam prono conuellit vomere taurus:
Non falx attenuat frondatorum arboris vmbram:
Squalida desertis robigo infertur aratris.
Ipsius at sedes, quacumque opulenta recessit
Regia, fulgenti splendent auro, atque argento:
Candet ebur soliis: collucent pocula mensis:
Tota domus gaudet regali splendida gaza.
Puluinar verò Diuæ geniale locatur
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco.
Hæc vestis priscis hominum variata figuris,
Heroum mira virtutes indicat arte.
Namque fluentisono prospectans litore Diæ
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
Indomitos in corde gerens Ariadna furores:
Nec dum etiam sese quæ sui tum credidit esse,
Vt pote fallaci quæ tum primùm excita somno
Desertam in sola miseram se cernit arena.
Immemor at iuuenis fugiens pellit vada remis,
Irrita ventosæ linquens promissa procellæ:
Quem procul ex alga mæstis Minois ocellis,
Saxea vt effigies bacchantis prospicit eue:
Prospicit, & magnis curarum fluctuat vndis,
Non flauo retinens subtilem vertice mitram,
Non contecta leui velatum pectus amictu,
Non tereti strophio lactentis vincta papillas.
Omnia quæ toto delapsa è corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.
Sed neque tum mitræ, neque tum fluitantis amictus
Illa vicem curans, toto ex te pectore Theseu,
Toto animo, tota pendebat perdita mente.
A misera, assiduis quam luctibus externauit
Spinosas Erycina serens in pectore curas.
Illa tempestate ferox, & tempore Theseus
Egressus curuis è litoribus Piræi,
Attigit iniusti regis Gortynia tecta.
Nam perhibent olim crudeli peste coactam
Androgeoneæ pœnas exoluere cædis,
Electos iuuenes, simul & decus innuptarum
Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
Quîs angusta malis cùm mœnia vexarentur,
Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
Proiicere optauit potiùs, quàm talia Cretam
Funera Cecropiæ, nec funera, portarentur.
Atque ita naue leui nitens, ac lenibus auris,
Magnanimum ad Minoa venit, sedésque superbas.
Hunc simulac cupido conspexit lumine virgo
Regia, quam suaues exspirans castus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat,
Quales Eurotæ progignunt flumina myrtos,
Auráve distinctos educit verna colores,
Non priùs ex illo flagrantia declinauit
Lumina, quàm cuncto concepit pectore flammam
Funditus, atque imis exarsit tota medullis.
Heu miserè exagitans immiti corde furores.
Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces,
Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondosum,
Qualibus incensam iactastis mente puellam
Fluctibus, in flauo sæpè hospite suspirantem!
Quantos illa tulit languenti corde timores!
Quantùm sæpè magis fulgore expalluit auri!
Cùm sæuum cupiens contra contendere monstrum,
Aut mortem oppeteret Theseus, aut præmia laudis.
Non ingrata, tamen frustra munuscula Diuis
Promittens, tacito suspendit vota labello.
Nam velut in summo quatientem brachia Tauro
Quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum
Indomitus turbo contorquens flamine, robur
Eruit: illa procul radicibus exturpata
Prona cadit, latéque & cominus obuia frangit:
Sic domito sæuum prostrauit corpore Theseus,
Nequicquàm vanis iactantem cornua ventis.
Inde pedem victor multa cum laude reflexit.
Errabunda regens tenui vestigia filo,
Ne Labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.
Sed, quid ego, à primo digressus carmine, plura
Commemorem? vt linquens genitoris filia vultum,
Vt consanguineæ complexum, vt denique matris,
Quæ misera ab gnata fleret deperdita luctu,
Omnibus his Thesei dulcem præferret amorem?
Aut vt vecta ratis spumosa ad litora Diæ?
Aut vt eam dulci deuinctam lumina somno
Liquerit immemori discedens pectore coniux?
Sæpè illam perhibent ardenti corde furentem
Clarisonas imo fudisse è pectore voces,
Ac tum præruptos tristem conscendere montes,
Vnde aciem in pelagi vastos protenderet æstus.
Tum tremuli salis aduersas procurrere in vndas,
Mollia nudatæ tollentem tegmina suræ,
Atque hæc extremis mæstam dixisse querelis.
Frigidulos vdo singultus ore cientem.
Siccine me patriis abductam perfide ab oris,
Perfide deserto liquisti in litore Theseu?
Siccine discedens neglecto numine Diuûm,
Immemor, ah deuota domum periuria portas?
Nulláne res potuit crudelis flectere mentis
Consilium? tibi nulla fuit clementia præsto,
Immite vt nostri vellet miserescere pectus?
At non hæc quondam blanda promissa dedisti
Voce mihi: non hoc miseram sperare iubebas;
Sed connubia læta, sed optatos Hymenæos.
Quæ cuncta aerij discerpunt irrita venti.
Tum iam nulla viro iuranti fœmina credat;
Nulla viri speret sermones esse fideles.
Qui, dum aliquid cupiens animus prægestit apisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:
Sed, simulac cupidæ mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuêre, nihil periuria curant.
Certè ego te in medio versantem turbine leti
Eripui, & potius germanum amittere creui,
Quàm tibi fallaci supremo in tempore deessem.
Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibúsque
Præda, nec iniecta tumulabor mortua terra.
Quænam te genuit sola sub rupe leæna?

Quod

Quod mare conceptum spumantibus exspuit vndis?
Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vasta Charybdis,
Talia qui reddis pro dulci præmia vita?
Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
Sæua quòd horrebas prisci præcepta parentis:
Attamen in vestras potuisti ducere sedes,
Quæ tibi iucundo famularer serua labore,
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis,
Purpureave tuum consternens veste cubile.
Sed, quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo? quæ nullis sensibus auctæ,
Nec missas audire queunt, nec reddere voces.
Ille autem propè iam medijs versatur in vndis:
Nec quisquam apparet vacua mortalis in alga.
Sic nimis insultans extremo tempore sæua
Fors etiam nostris inuidit questibus aures.
Iupiter omnipotens, vtinam nec tempore primo
Gnosia Cecropiæ tetigissent litora puppes,
Indomito nec dira ferens stipendia tauro
Perfidus in Cretam religasset nauita funem!
Nec malus hic, celans dulci crudelia forma
Consilia, in nostris requiesset sedibus hospes!
Nam, quò me referam? quali spe perdita nitar?
Isthmoneósne petam montes? at gurgite lato
Discernens patriam truculentum diuidit æquor.
An patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui,
Respersum iuuenem fraterna cæde secuta?
Coniugis an fido consoler memet amore?
Qui ne fugit lentos incuruans gurgite remos?
Præterea litus: nullo sola insula tecto:
Nec patet egressus, pelagi cingentibus vndis.
Nulla fugæ ratio, nulla spes: omnia muta,
Omnia sunt deserta: ostentat omnia letum.
Non tamen antè mihi languescent lumina morte,
Nec priùs à fesso secedent corpore sensus,
Quam iustam à diuis exposcam prodita multam,
Cælestumque fidem postrema comprecer hora,
Quare facta virûm multantes vindice pœna
Eumenides quibus anguineo redimita capillo
Frons exspirantis præportat pectoris iras,
Huc huc aduentate meas audite querelas,
Quas ego, væ misera, extremis proferre medullis
Cogor inops, ardens, amenti cæca furore.
Quæ quoniam verè nascuntur pectore ab imo,
Vos nolite pati nostrum vanescere luctum:
Sed, quali solam Theseûs me mente reliquit,
Tali mente, Deæ, funestet seque, suosque,
Has postquam mæsto profudit pectore voces,
Supplicium sæuis exposcens anxia factis,
Annuit inuicto cælestum numine rector,
Quo tunc & tellus, atque horrida contremuerunt
Æquora, concussitque micantia sidera mundus.
Ipse autem cæca mentem caligine Theseûs
Consitus, obliuio dimisit pectore cuncta,
Quæ mandata priùs constanti mente tenebat:
Dulcia nec mæsto sustollens signa parenti,
Sospitem, & ereptum se ostendit visere portum.
Namque ferunt, olim classi cùm mœnia Diuæ
Linquentem gnatum ventis concrederet Ægeûs,
Talia complexum iuueni mandata dedisse.
Gnate, mihi longa iucundior vnice vita,
Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,
Reddite in extremæ nuper mihi fine senectæ,
Quandoquidem fortuna mea, ac tua feruida virtus
Eripit inuito mihi te, cui languida nondum
Lumina sunt gnati cara saturata figura:
Non ego te gaudens lætanti pectore mittam,
Nec te ferre sinam fortunæ signa secundæ:
Sed primùm multas expromam mente querelas,
Canitiem terra, atque infuso puluere fœdans:
Inde infecta vago suspendam lintea malo,
Nostros vt luctus, nostræque incendia mentis
Carbasus obscura dicat ferrugine Ibera.
Quod tibi si sancti concesserit incola Itoni,
Quæ nostrum genus, ac sedes defendere fretis
Annuit, vt tauri respergas sanguine dextram:
Tum verò facito, vt memori tibi condita corde
Hæc vigeant mandata, nec vlla oblitteret ætas:
Vt, simulac nostros inuisent lumina colles,
Funestam antennæ deponant vndique vestem,
Candidaque intorti sustollant vela rudentes,
Quàm primùm cernens, vt læta gaudia mente
Agnoscam, cùm te reducem fors prospera sistet.
Hæc mandata priùs constanti mente tenentem
Thesea, ceu pulsæ ventorum flamine nubes
Aerium niuei montis liquere cacumen.
At pater, vt summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos absumens lumina fletus,
Cùm primum inflati conspexit lintea veli;
Præcipitem sese scopulorum è vertice iecit:
Amissum credens immiti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta, paterna
Morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.
Quæ tum prospectans cedentem mæsta carinam,
Multiplices animo voluebat saucia curas.
    At parte ex alia florens volitabat Iacchus,
Cum thiaso Satyrorum, & Nysigenis Sylenis,
Te quærens Ariadna, tuoque incensus amore.
Qui tum alacres passim lymphata mente furebant,
Euœ bacchantes, euœ capita inflectentes.
Horum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos,
Pars è diuulso iactabant membra iuuenco,
Pars sese tortis serpentibus incingebant.
Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,
Orgia, quæ frustrà cupiunt audire profani.
Plangebant alij proceris tympana palmis:
Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant,
Multi raucisonos efflabant cornua bombis,
Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.
Talibus amplificæ vestis decorata figuris,
Puluinar complexa suo velabat amictu.
Quæ postquam cupidè spectando Thessala pubes
Expleta est, sanctis cœpit decedere Diuis.
Hic qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus procliues incitat vndas,
Aurora exoriente, vagi sub limina Solis,
Quæ tardè primùm clementi flamine pulsæ
Procedunt, leuiterque sonant plangore cachinni,
Post vento crescente, magis magis increbrescunt,
Purpureaque procul nantes à luce refulgent:
Sic tum vestibuli linquentes regia tecta,
Ad se quisque vago passim pede discedebant.
Quorum post abitum, princeps è vertice Pelij
Aduenit Chiron portans siluestria dona.
Nam quoscunque ferunt campi, quos Thessala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis vndas
Aura parit flores tepidi fecunda Fauoni,
Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
Queis permulsa domus iucundo risit odore.

Confestim Peneos adest. viridantia Tempe,
Tempe, quæ siluæ cingunt superimpendentes
Nereidum linquens claris celebranda choreis
Non vacuus. namque ille tulit radicitus altas
Fagos, ac recto proceras stipite laurus,
Non sine nutanti platano, lentaq; sorore
Flammati Phaetontis, & aeria cupressu.
Hæc circum sedes latè contexta locauit,
Vestibulum vt molli velatum fronde vireret.
Post hunc consequitur solerti corde Prometheus,
Extenuata gerens veteris vestigia pœnæ,
Quam quondam, silici restrictus membra catena,
Persoluit, pendens è verticibus præruptis.
Inde pater Diuûm sancta cum coniuge, natisq;,
Aduenit, cælo te solum Phœbe relinquens,
Vnigenamq; simul cultricem montibus Idæ:
Pelea nam tecum pariter soror aspernata est,
Nec Thetidis tædas voluit celebrare iugales.
Qui postquàm niueos flexerunt sedibus artus,
Largè multiplici constructa sunt dape mensæ.
Cùm interea infirmo quatientes corpora motu,
Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus.
His corpus tremulum complectens vndique vestis,
Candida purpurea talos incinxerat ora,
At roseo niueæ residebant vertice vittæ,
Æternumq; manus carpebant ritè laborem.
Læua colum molli lana retinebat amictam:
Dextera tum leuiter deducens fila supinis
Formabat digitis, tum prono in pollice torquens,
Libratum tereti versabat turbine fusum:
Atque ita decerpens æquabat semper opus dens,
Laneaq; aridulis hærebant morsa labellis,
Quæ priùs in leui fuerant extantia filo,
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera virgati custodibant calathisci.
Hæ tum clarisona pellentes vellera voce
Talia diuino fuderunt carmine fata,
Carmine, perfidiæ quod post nulla arguet ætas.
O decus eximium, magnis virtutibus augens,
Emathiæ columen Peleu, clarissime nato:
Accipe, quod læta tibi pandunt luce sorores,
Veridicum oraclum. sed vos, quos fata sequuntur,
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Adueniet tibi iam portans optata maritis
Hesperus: adueniet fausto cum sidere coniux,
Quæ tibi flexanimo mentem perfundet amore,
Languidulosq; paret tecum coniungere somnos,
Leuia substernens robusto brachia collo.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Nulla domus tales vnquam contexit amores:
Nullus amor tali coniunxit fœdere amantes:
Qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Nascetur vobis expers terroris Achilles,
Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus:
Qui persæpe vago victor certamine cursus
Flammea præuertet celeris vestigia ceruæ.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Non illi quisquam bello se conferet heros,
Cùm Phrygij Teucro manabunt sanguine riui,
Troicaq; obsidens longinquo mœnia bello
Periuri Pelopis vastabit tertius hæres.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Illius egregias virtutes, claraq; facta
Sæpè fatebuntur gnatorum in funere matres,
Cùm cineri incanos soluent à vertice crines,
Putridaq; infirmis variabunt pectora palmis.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Namque velut densas prasternens messor aristas,
Sole sub ardenti flauentia demetit arua,
Troiugenûm infesto prosternet corpora ferro.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Testis erit magnis virtutibus vnda Scamandri,
Quæ passim rapido diffunditur Hellesponto,
Cuius iter cæsis angustans corporum aceruis,
Alta tepefaciet permista flumina cæde.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Denique testis erit morti quoque debita præda,
Cùm teres excelso coaceruatum aggere bustum
Excipiet niueos perculsa virginis artus.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Nam simulac fessis dederit Fors copiam Achiuis
Vrbis Dardaniæ Neptunia soluere vincla,
Alta Polyxenia madefient cæde sepulchra,
Quæ velut ancipiti succumbens victima ferro,
Proiiciet truncum submisso poplite corpus.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Quare agite, optatos animi coniungite amores,
Accipiet coniux felici fœdere Diuam,
Dedatur cupido iamdudum nupta marito.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Non illam nutrix orienti luce reuisens,
Hesterno collum poterit circumdare filo,
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Anxia nec mater discordis mæsta puellæ
Secubitu, caros mittet sperare nepotes.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Talia præfantes quondam, felicia Pelei
Carmina diuino cecinerunt omine Parcæ.
Præsentes namque antè domos inuisere castas
Sæpius, & sese mortali ostendere cœtu,
Cælicolæ, nondum spreta pietate, solebant.
Sæpè pater Diuûm templo in fulgente reuisens,
Annua dum festis venissent sacra diebus,
Conspexit terra Centum procurrere currus.
Sæpè vagus Liber Parnasi è vertice summo
Thyadas effusis euantes crinibus egit,
Cùm Delphi tota certatim ex vrbe ruentes
Acciperent læti Diuum fumantibus aris.
Sæpè in lethifero belli certamine Mauors,
Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnusia virgo
Armatas hominum est præsens hortata cateruas.
Sed posquàm tellus scelere est imbuta nefando,
Iustitiamq; omnes cupida de mente fugarunt,
Perfudêre manus fraterno sanguine fratres,
Destitit extinctos natus lugere parentes,
Optauit genitor primæui funera nati,
Liber vt innuptæ poteretur flore nouercæ,
Ignaro mater substernens se impia nato,
Impia non verita est Diuos scelerare penates:
Omnia fanda, nefanda, malo permista furore,
Iustificam nobis mentem auertêre Deorum.
Quare nec tales dignantur visere cœtus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

Ad Ortalum. LXVI.

ETSI *me assiduo confectum cura dolore*
Seuocat à doctis Ortale virginibus,
Nec potis est dulces Musarum expromere fetus
Mens animi: tantis fluctuat ipsa malis:
Namque mei nuper Lethæo gurgite fratris,

Pallidulum manans alluit vnda pedem.
Troia Rheteo quem subter litore tellus,
Ereptum nostris obterit ex oculis.
*   *   *

Numquam ego te vita frater amabilior
Aspiciam posthac? at certè semper amabo,
Semper mæsta tua carmina morte canam.
Qualia sub densis ramorum concinit vmbris
Daulias, absumpti fata gemens Ityli,
Sed tamen in tantis mæroribus, Ortale, mitto
Hæc excerpta tibi carmina Battiadæ:
Ne tua dicta vagis nequiquam credita ventis
Effluxisse meo fortè putes animo,
Vt missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto virginis è gremio,
Quod miseræ oblitæ molli sub veste locatum,
Dum aduentu matris prosilit, excutitur.
Atque illud prono præceps agitur decursu.
Hinc manat tristi conscius ore rubor.

De coma Berenices. LXVII.

Pag. 75. OMNIA *qui magni dispexit lumina mundi,*
Qui stellarum ortus comperit, atque obitus,
Flammeus vt rapidi Solis nitor obscuretur,
Vt cedant certis sidera temporibus,
Vt Triuiam furtim sub Latmia saxa relegans
Dulcis amor, gyro deuocet aerio:
Idem me ille Conon cælesti lumine vidit
E Beroniceo vertice cæsariem,
Fulgentem clarè: quàm multis illa deorum,
Leuia protendens brachia, pollicita est,
Qua rex tempestate, nouo auctus Hymenæo,
Vastatum fines iuerat Assyrios,
Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ,
Quam de virgineis gesserat exuuiis.
Est ne nouis nuptis odio Venus? an ne parentum
Frustrantur falsis gaudia lacrimulis,
Vbertim thalami quas intra limina fundunt?
Non, ita me Diui, vera gemunt, iuerint.
Id mea me multis docuit regina querellis
Inuisente nouo prœlia torua viro.
At tu non orbum luxti deserta cubile,
Sed fratris cari flebile discidium,
Cùm penitus mæstas exedit cura medullas.
Vt tibi tunc toto pectore solicitæ
Sensibus ereptis mens excidit? atqui ego certè
Cognoram à parua virgine magnanimam.
An ne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es
Coniugium? quod non fortior aut sit alis?
Sed tum mæsta virum mittens, quæ verba locuta es?
Iuppiter, vt tristi lumina sæpe manu?
Quis te mutauit tantus Deus? an quod amantes,
Non longe à caro corpore abesse volunt?
Atque ibi, pro cunctis, pro dulci coniuge Diuis
Non sine taurino sanguine pollicita es,
Si reditum tetulisset is haud in tempore longo, &
Captam Asiam Ægypti finibus adiiceret?
Queis ego pro factis cælesti reddita cœtu,
Pristina vota nouo munere dissoluo,
Inuita, ô regina, tuo de vertice cessi,
Inuita, adiuro teq; tuumq; caput,
Digna ferat, quod si quis inaniter adiurarit.
Sed qui se ferro postulet esse parem?
Ille quoq; euersus mons est, quem maximum in oris
Progenies Phthiæ clara superuehitur,
Cùm Medi irrupere nouum mare, cumq; iuuentus
Per medium classis Barbara nauit Athon.
Quid facient crines, cùm ferro talia cedant?
Iuppiter vt χαλύβων omne genus pereat:
Et qui principio sub terra quærere venas
Institit, ac ferri frangere duritiem!
Abiunctæ paullo antè comæ mea fata sorores
Lugebant, cùm se Memnonis Æthiopis
Vnigena impellens nutantibus aera pennis
Obtulit Arsinoes Chloridos ales equus.
Isq; per ætherias me tollens aduolat auras,
Et veneris casto conlocat in gremio.
Ipsa suum Zephyritis eò famulum legarat,
Grata Canopæis incola litoribus,
Scilicet in vario ne solum limite cæli
Ex Ariadnæis aurea temporibus
Fixa corona foret: sed nos quoque fulgeremus
Deuotæ flaui verticis exuuiæ.
Vuidulam à fletu, cedentem ad templa Deûm, me
Sidus in antiquis Diua nouum posuit.
Virginis & sæui contingens namque Leonis
Lumina, Callisto iuncta Lycaoniæ,
Vertor in occasum, tardum dux ante Booten,
Qui vix sero alto mergitur Oceano.
Sed quamquam me nocte premunt vestigia diuûm,
Luce autem canæ Tethyi restituor:
Pace tua fari hæc liceat Rhamnusia virgo,
Namque ego non vllo vera timore tegam,
Non, si me infestis discerpant sidera dictis,
Condita quin verè pectoris euoluam:
Non his tam lætor rebus, quàm me abfore semper,
Abfore me à dominæ vertice discrutior.
Quicum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus expers
Vnguentis, vnà millia multa bibi.
Nunc vos, optato quas iunxit lumine tæda,
Non priùs vnanimis corpora coniugibus
Tradite, nudantes reiecta veste papillas,
Quàm iucunda mihi munera libet onyx,
Vester onyx, casto petitis quæ iura cubili.
Sed quæ se impuro dedit adulterio,
Illius ah mala dona leuis bibat irrita puluis:
Namque ego ab indignis præmia nulla peto.
Sed magis ô nuptæ semper concordia, vestras
Semper amor sedes incolat adsiduus.
Tu verò, regina, tuens cùm sidera, Diuam
Placabis festis luminibus Venerem
Sanguinis expertem, non votis esse tuam me,
Sed potiùs largis effice muneribus.
Sidera cur iterent. vtinam coma regia fiam,
Proximus Hydrochoi fulgeat Oarion.

Ad Ianuam impudicæ. LXVIII.

O dulci iucunda viro, iucunda parenti,
Salue, teq; bona Iuppiter auctet ope
Ianua: quam Balbo dicunt seruisse benignè
Olim, cùm sedes ipse senex tenuit:
Quamq; ferunt rursus voto seruisse maligno,
Postquam est porrecto facta marita sene.
Dic age dic nobis, quare mutata feraris
In dominum veterem deseruisse fidem,
Non, ita Cæcilio placeam, cui credita nunc sum,
Culpa mea est, quamquàm dicitur esse mea.
Nec peccatum à me quisquam pote dicere quidquam,
Verùm isti populo ianua quidque facit.
Qui quacumque aliquid reperitur non benefactum,
Ad me omnes clamant, ianua, culpa tua est.
Non istuc satis est vno te dicere verbo,

Sed facere, vt quiuis sentiat, & videat.
Qui possum? nemo quæris, nec scire laborat.
Nos volumus nobis dicere ne dubita.
Primùm igitur, virgo quòd fertur tradita nobis,
Falsum est: non illam vir prior attigerat.
Languidior tenera cui pendens sicula beta,
Nunquàm se mediam sustulit ad tunicam,
Sed pater ipsius nati violasse cubile
Dicitur, & miseram conscelerasse domum:
Siue quòd impia mens cæco flagrabat amore,
Seu quòd iners sterilis semine natus erat:
Et quærendum aliunde forêt neruosius illud,
Quòd posset zonam soluere virgineam.
Egregium narras miraa pietate parentem,
Qui ipse sui gnati minxerit in gremium.
Atqui non solùm hunc se dicit cognitum habere
Brixia Chinææ supposita speculæ,
Flauus quam molli percurrit flumine Mela,
Brixia, Veronæ mater amata meæ:
Sed de Postumi', & Corneli', narrat amore,
Cum quibus illa malum fecit adulterium.
Dixerit hîc aliquis: qui tu istæc ianua nosti,
Qui nunquam domini limine abesse licet,
Nec populum auscultare, sed huic suffixa tigillo
Tantùm operire soles, aut aperire domum?
Sæpè illam audiui furtiua voce loquentem
Solam cum ancillis hæc sua flagitia,
Nomine dicentem, quos diximus, vt pote, quæ mi
Nec speraret linguam esse, nec auriculam.
Præterea addebat quendam, quem dicere nolo
Nomine, ne tollat rubra supercilia.
Longus homo est, magnas cui lites intulit olim
Falsum mendaci ventre puerperium.

Ad Mallium. LXIX.

QVOD *mihi fortuna, casuq; oppressus acerbo,*
Conscriptum lacrimis mittis epistolium,
Naufragum vt eiectum spumantibus æquoris vndis
Subleuem, & à mortis limine restituam,
Quem neque sancta Venus molli requiescere somno
Desertum in lecto cælibe perpetitur,
Nec veterum dulci scriptorum carmine Musæ
Oblectant, cùm mens anxia peruigilet:
Id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,
Muneraq; & Musarum hinc petis, & Veneris.
Sed tibi ne mea sint ignota incommoda Malli,
Neu me odisse putes hospitis officium:
Accipe, quîs merser fortunæ fluctibus ipse,
Ne ampliùs à misero dona beata petas.
Tempore, quo primùm vestis mihi tradita pura est,
Iucundum cùm ætas florida ver ageret.
Multa satis lusi: non est dea nescia nostri,
Quæ dulcem curis miscet amaritiem.
Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
Abscidit: ô misero frater adempte mihi!
Tu mea, tu moriens fregisti commoda frater:
Tecum vnà tota est nostra sepulta domus:
Omnia tecum vna perierunt gaudia nostra,
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor:
Cuius ego interitu tota de mente fugaui
Hæc studia, atque omnes delicias animi.
Quare, quòd scribis, Veronæ turpe Catullo
Esse, quòd hîc quisquis de meliore nota
Frigida deserto tepefecit membra cubili,
Id Malli non est turpe, magis miserum est.
Ignosces igitur, si, quæ mihi luctus ademit,
Hæc tibi non tribuo munera, cùm nequeo.
Nam, quòd scriptorum non magna est copia apud me,
Hoc fit, quòd Romæ viuimus: illa domus,
Illa mihi sedes, illic mea carpitur ætas:
Huc vna è multis capsula me sequitur.
Quod cum ita sit, nolim statuas, me mente maligna
Id facere, aut animo non satis ingenuo,
Quòd tibi non vtriusque petiti copia facta est.
Vltrò ego deferrem, copia si qua foret.
Non possum reticere Deæ, qua Mallius in re
Iuuerit, aut quantis iuuerit officiis,
Ne fugiens sæclis obliuiscentibus ætas
Illius hoc cæca nocte tegat studium.
Sed dicam vobis: vos porro dicite multis
Millibus, & facite, & charta loquatur anus, Pag.75.

* * *

Notescatq; magis mortuus, atque magis:
Ne tenuem texens sublimis aranea telam,
Deserto in Malli nomine opus faciat.
Nam, mihi quam dederit duplex Amathuntia curam,
Scitis, & in quo me torruerit genere:
Cùm tantùm arderem, quantùm Trinacria rupes,
Lymphaq; in OEtæis Malia Thermopylis,
Mæsta nec assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent, neque tristi imbre madere genæ:
Qualis in aerij pellucens vertice montis
Riuus muscoso prosilit è lapide:
Qui cùm de prona præceps est valle volutus,
Per medium densi transit iter populi,
Dulce viatori lasso in sudore leuamen,
Cùm grauis exustos æstus hiulcat agros.
Ac veluti nigro iactatis turbine nautis
Leniùs aspirans aura secunda venit,
Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata:
Tale fuit nobis Mallius auxilium.
Is clausum lato patefecit limite campum,
Isq; domum nobis, isq; dedit dominam,
Ad quam communes exerceremus amores.
Quò mea se molli candida Diua pede
Intulit, & trito fulgentem in limine plantam
Innixa, arguta constitit in solea.
Coniugis vt quondam flagrans aduenit amore
Protesilaeam Laodamia domum,
Inceptam frustra; nondum cùm sanguine sacro
Hostia cælestes pacificasset heros.
Nil mihi tam valde placeat, Rhamnusia virgo,
Quod temere inuitis suscipiatur heris.
Quàm ieiuna pium desideret ara cruorem,
Docta est amisso Laodamia viro,
Coniugis ante coacta nouum dimittere collum,
Quàm veniens vna, atque altera rursus hiems
Noctibus in longis auidum saturasset amorem,
Posset vt abrupto viuere coniugio.
Quod scibant Parcæ non longo tempore abesse,
Si miles muros isset ad Iliacos.
Nam tum, Helenæ raptu, primores Argiuorum
Cœperat ad sese Troia ciere viros,
Troia nefas commune sepulchrum Europæ, Asiæq;,
Troia virûm, & virtutum omnium acerba cinis,
Quæ væ, væ, & nostro letum miserabile fratri
Attulit. hei misero frater adempte mihi!
Hei misero fratri iucundum lumen ademptum!
Tecum vnà tota est nostra sepulta domus:
Omnia tecum vnà perierunt gaudia nostra,

Quæ

Quatuus in vita dulcis alebat amor.
Quem nunc tam longè non inter nota ſepulchra,
Nec prope cognatos compoſitum cineres,
Sed Troia obſcœna, Troia infelice ſepultum
Detinet à noſtro terra aliena ſolo.
Ad quam tum properans fertur vndecumdique pubes
Græca penetrales deſeruiſſe focos:
Ne Paris abducta gauiſus libera mœcha
Otia pacato degeret in thalamo.
Quo tibi tum caſu pulcherrima Laodamia
Ereptum eſt vita dulcius, atque anima
Coniugium: tanto te abſorbens vortice amoris
Aeſtus in abruptum detulerat Barathrum.
Quale ferunt Graij Pheneum prope Cyllenæum
Siccare emulſa pingue palude ſolum,
Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis
Audet falſiparens Amphitryoniades,
Tempore quo certa Stymphalia monſtra ſagitta
Perculit, imperio deterioris heri:
Pluribus vt cæli tereretur ianua Diuis,
Hebe nec longa virginitate foret.
Sed tuus altus amor Barathro fuit altior illo,
Quod Diuum dominum ferre iugum docuit.
Nam neque tam carum confecto ætate parenti
Vna caput ſeri gnata nepotis alit,
Qui cum diuitiis vix tandem inuentus auitis
Nomen teſtatas intulit in tabulas,
Impia deriſi gentilis gaudia tollens,
Suſcitat à cano vulturium capite:
Nec tantum niueo gauiſa eſt vlla columbo
Compar, ſeu quidquid dicitur improbius,
Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro:
Quamquam præcipuè multiuola eſt mulier,
Sed tu horum magnos viciſti ſola furores,
Vt ſemel es flauo conciliata viro.
Aut nihil, aut paulò cui tum concedere digna,
Lux mea ſe noſtrum contulit in gremium:
Quam circumcurſans hinc illinc ſæpe Cupido,
Fulgebat crocina candidus in tunica.
Quæ tametſi vno non eſt contenta Catullo;
Rara verecundæ furta feremus heræ.
Ne nimium ſimus ſtultorum more moleſti.
Sæpè etiam Iuno maxima Cælicolûm
Coniugis in culpa flagrantem cottidiana,
Noſcens omniuoli plurima furta Iouis.
Atqui nec Diuis homines componier æquum eſt:
Ingratum tremuli tolle parentis onus.
Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna,
Fragrantem Aſſyrio venit odore domum,
Sed furtiua dedit nigra munuſcula nocte,
Ipſius ex ipſo dempta viri gremio.
Quare illud ſatis eſt, ſi nobis id datur vnis,
Quo lapide illa diem candidiore notet.
Hoc tibi, quo potui, confectum carmine munus
Pro multis, Manli, redditur officiis,
Ne veſtrum ſcabra tangat robigine nomen
Hæc atque illa dies, atque alia, atque alia.
Huc addent Diui quamplurima, quæ Themis olim
Antiquis ſolita eſt munera ferre piis.
Sitis felices; & tu ſimul, & tua vita,
Et domus ipſa, in qua luſimus, & domina,
Et qui principio nobis te tradidit, à quo
Sunt primo nobis omnia nata bona,
Et longè ante omnes mihi quæ me carior ipſo eſt,
Lux mea, qua viua, viuere dulce mihi eſt.

In Rufum. LXX.

Noli admirari, quare tibi femina nulla
Rufe velit tenerum ſuppoſuiſſe femur,
Non, ſi illam raræ labefactes munere veſtis,
Aut pelluciduli deliciis lapidis.
Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes neq; mirum: nam mala valde eſt
Beſtia, nec quicum bella puella cubet.
Quare aut crudelem naſorum interfice peſtem,
Aut admirari deſine, cur fugiunt.

De Inconſtantia feminei amoris. LXXI.

Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle,
Quàm mihi: non ſi ſe Iuppiter ipſe petat.
Dicit: Sed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento, & rapida ſcribere oportet aqua.

Ad Virronem. LXXII.

Si cui iure bono ſacer alarum obſtitit hircus,
Aut ſi quem merito tarda podagra ſecat,
Aemulus iſte tuus, qui veſtrum exercet amorem,
Mirificè eſt à te nactus vtrumque malum.
Nam quoties futuit, toties vlciſcitur ambos,
Illam affligit odore, ipſe perit podagra.

Ad Leſbiam. LXXIII.

Dicebas quondam, ſolum te noſſe Catullum
Leſbia, nec præ me velle tenere Iouem.
Dilexi tum te, non tantùm vt vulgus amicam,
Sed pater vt gnatos diligit, & generos.
Nunc te cognoui. quare, etſi impenſius vror,
Multò mi tamen es vilior, & leuior.
Qui potis eſt? inquis. quòd amantem iniuria talis
Cogit amare magis, ſed bene velle minus.

In Ingratum. LXXIV.

Desine de quoquam quiſquam bene velle mereri,
Aut aliquem fieri poſſe putare tuum.
Omnia ſunt ingrata. nihil feciſſe benignè eſt:
Imò etiam tædet, tædet, obeſtq; magis:
Vt mihi: quem nemo grauius nec acerbius vrget,
Quàm, modò qui me vnum, atque vnicum amicum
habuit.

In Gellium LXXV.

Gellius audierat, patruum obiurgare ſolere,
Si quis delicias diceret, aut faceret.
Hoc ne ipſi accideret, patrui perdepſuit ipſam
Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem.
Quod voluit, fecit: nam quamuis irrumet ipſum
Nunc patruum, verbum non faciet patruus.

In Leſbiam. LXXVI.

Huc eſt mens deducta tua mea Leſbia culpa,
Atque ita ſe officio perdidit ipſa ſuo.
Vt iam nec bene velle queam tibi, ſi optima fias,
Nec deſiſtere amare, omnia ſi facias.

Ad ſeipſum. LXXVII.

Si qua recordanti benefacta priora voluptas
Eſt homini, cùm ſe cogitat eſſe pium,
Nec ſanctam violaſſe fidem, nec fœdere in vllo
Diuûm ad fallendos numine abuſum homines:
Multa parata manent in longa ætate Catulle
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.
Nam quæcumq; homines bene cuiquã aut dicere poſſunt
Aut facere: hæc à te dictaq; factaq; ſunt.
Omnia quæ ingratæ perierunt credita menti.
Quare te iam cur ampliùs excrucies?
Quin te animo affirmas, teq; iſtinc vſque reducis,
Et Diis inuitis deſinis eſſe miſer?

Difficile est longum subito deponere amorem.
Difficile est: verùm hoc qualubet efficiat.
Vna salus hæc est, hoc tibi peruincendum.
Hoc facies, siue id non pote, siue pote.
O Dij, si vestrum est misereri, aut si quibus vnquam
Extrema iam ipsa in morte tulistis opem,
Me miserum aspicite: &, si vitam puriter egi,
Eripite hanc pestem, pernicieḿq; mihi,
Quæ mihi subrepens imos, vt torpor, in artus,
Pag. ea. Expulit ex omni pectora lætitias.
Non iam illud quæro, contra vt me diligat illa,
Aut, quod non potis est, esse pudica velit:
Ipse valere opto, & tetrum hunc deponere morbum.
O Dij, reddite mî hoc pro pietate mea!

Ad Rufum. LXXVIII.

RVFE mihi frustrà, ac nequicquam credite amice,
Frustrà? imò magno cum pretio, atque malo:
Siccine subrepsti mî, atque intestina perurens,
Mî misero eripuisti omnia nostra bona?
Eripuisti, heu heu nostræ crudele venenum
Vitæ, heu heu nostræ pestis amicitiæ.

De Gallo. LXXIX.

GALLVS habet fratres, quorum est lepidissima coniux
Alterius, lepidus filius alterius.
Gallus homo est bellus: nam dulces iungit amores,
Cum puero vt bello bella puella cubet.
Gallus homo est stultus, nec sed videt esse maritum,
Qui patruus patrui monstret adulterium.
* * *
Sed nunc id doleo, quod pura impura puella
Suauia coniunxit spurca saliua tua.
Verùm id non impunè feres: nam te omnia secla
Noscent, &, qui sis, fama loquetur anus.

In Gellium. LXXX.

GELLIVS est pulcher, quid ni? quem Lesbia malit,
Quàm te cum tota gente, Catulle, tua.
Sed tamen hic pulcher vendat cum gente Catullum,
Si tria natorum suauia reppererit.

Ad Gellium. LXXXI.

QVID dicam, Gelli, quare rosea ista labella
Hiberna fiant candidiora niue,
Mâne domo cùm exis, & cum te octaua quiete
E molli longo suscitat hora die?
Pag. ea. Nescio quid certè est. an verè fama susurrat
Grandia te medij tenta vorare viri?
Sic certè est. clamant Victoris rupta miselli
Ilia, & emulso labra notata sero.

Ad Iuuentium. LXXXII.

NEMO ne in tanto potuit populo esse, Iuuenti,
Bellus homo, quem tu diligere inciperes,
Præterquàm iste tuus moribunda à sede Pisauri
Hospes, inaurata pallidior statua?
Qui tibi nunc cordi est, quem tu præponere nobis
Audes. at nescis, quod facinus facias.

Ad Quinctium. LXXXIII.

QVINCTI, si tibi vis oculos debere Catullum,
Aut aliud, si quid carius est oculis:
Eripere ei noli, multò quod carius illi
Est oculis, seu quid carius est oculis.

In Lesbiæ maritum. LXXXIV.

LESBIA mî, præsente viro, mala plurima dicit.
Pag. ea. Hoc illi fatuo maxima lætitia est.
Mule, nihil sentis. si nostri oblita taceret,
Sana esset. quòd nunc gannit & obloquitur,
Non solum meminit; sed, quæ multò acrior est res,
Irata est: hoc est, vritur, & loquitur.

De Arrio. LXXXV.

CHOMMODA dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, & hinsidias Arrius insidias:
Et tum mirificè sperabat se esse locutum,
Cùm quantum poterat, dixerat hinsidias.
Credo sic mater, sic Liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat, atque auia. Pag. ea.
Hoc misso in Syriam, requierant omnibus aures:
Audibant eadem hæc leniter, & leuiter:
Nec sibi postilla metuebant talia verba,
Cùm subitò affertur nuntius horribilis,
Ionios fluctus, postquàm illuc Arrius isset,
Iam non Ionios esse, sed Hionios.

In Lesbiam. LXXXVI.

ODI, & amo. quare id faciam, fortasse requiris:
Nescio. sed fieri sentio, & excrucior.

In Quintiam, & Lesbiam. LXXXVII.

QVINTIA formosa est multis, mihi candida, longa,
Recta est. hæc ego sic singula confiteor.
Totum illud, formosa, nego. nam nulla venustas,
Nulla in tam magno est corpore mica salis.
Lesbia formosa est, quæ cùm pulcherrima tota est,
Tum omnibus vna omnes surripuit Veneres.

De suo in Lesbiam amore. LXXXVIII.

NVLLA potest mulier tantum se dicere amatam
Verè, quantùm à me Lesbia amata mea est.
Nulla fides vllo fuit vnquam fœdere tanta;
Quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.

In Gellium. LXXXIX.

QVID facit is, Gelli qui cum matre, atque sorore
Prurit & abiectis peruigilat tunicis?
Quid facit is, patruum qui non sinit esse maritum?
Ecquid scis, quantum suscipiat sceleris?
Suscipit ô Gelli, quantum non vltima Thetis,
Non Genitor Nympharum abluat Oceanus.
Nam nihil est quicquam sceleris, quo prodeat vltrà,
Non si demisso se ipse voret capite.

In eundem. XC.

GELLIVS est tenuis. quid ni? cui tam bona mater,
Tamq; valens viuat, tamq; venusta soror,
Tamq; bonus patruus, támq; omnis plena puellis
Cognatis. quare is desinat esse macer?
Qui vt nihil attingat, nisi quod fas tangere non est,
Quantumuis quare sit macer, inuenies.

In eundem. XCI.

NASCATVR magus ex Gelli, matrisq; nefando
Coniugio, & discat Persicum haruspicium.
Nam magus ex matre & gnato nascatur, oportet,
Si vera est Persarum impia relligio.
Gnatus vt accepto veneretur carmine Diuos,
Omentum in flamma pingue liquefaciens.

In Gellium. XCII.

NON ideò, Gelli, sperabam, te mihi fidum
In misero hoc nostro perdito amore fore,
Quòd te cognossem bene, constanterq; putarem,
Aut posse à turpi mentem inhibere probro:
Sed, neque quòd matrem, nec germanam esse videbam
Hanc tibi, cuius me magnus edebat amor.
Et, quamuis tecum multo coniungerer vsu,
Non satis id caussæ credideram esse tibi.
Tu satis id duxti. tantum tibi gaudium in omni
Culpa est, in quacunque est aliquid sceleris.

In Lesbiam. XCIII.

LESBIA mî dicit semper malè, nec tacet vnquam

De me

De me, dispeream, me nisi Lesbia amat.
Pag. ead. Quo signo? quasi enim totidem mox deprecor illi
Adsiduè. verùm dispeream, nisi amo.

In Cæsarem. xciv.

NIL nimium studeo Cæsar tibi velle placere,
Nec scire, vtrum sis albus, an ater homo.

In Mentulam. xcv.

MENTVLA mœchatur, mœchatur mentula certè.
Hoc est, quod dicunt, ipsa olera olla legit.

In Smyrnam Cinnæ. xcvi.

Smyrna mei Cinnæ nonam post denique messem,
Quàm cœpta est, nonamq; edita post hiemem:
Millia cùm interea quingenta Hortensius vno.
*　　*　　*
Smyrna cauas Atracis penitus mittetur ad vndas:
Smyrna incana diu sæcula peruoluent.
At volusî annales, apuam porgentur ad ipsam,
Pag. ead. Et laxas scombris sæpè dabunt tunicas.
Parua mei mihi sunt cordi monumenta sodalis.
At populus tumido gaudeat Antimacho.

Ad Caluum de Quinctilia. xcvii.

SI quidquam mutis gratum, acceptumq; sepulcris
Accidere à nostro Calue dolore potest,
Cùm desiderio veteres renouamus amores,
Atque olim missas flemus amicitias,
Certè non tanto mors immatura dolori est
Quinctiliæ, quantum gaudet amore tuo.

In Æmilium. xcviii.

NON, ita me Di ament, quidquam referre putaui,
Vtrum ne os an culum olfacerem Aemilio.
Nil immundius hoc, nihil est immundius illo:
Verùm etiam culus mundior, & melior.
Nam sine dentibus est; hoc dentes sesquipedales,
Gingiuas verò ploxemi habet veteris.
Præterea rictum, qualem defessus in æstu
Meientis mulæ cunnus habere solet.
Hic futuit multas, & se facit esse venustum,
Et non pistrino traditur, atque asino?
Quem si qua attingit, non illam posse putemus
Aegroti culum lingere carnificis?

In Vectium. xcix.

IN te, si quemquam, dici pote, putide Vecti,
Id, quod verbosis dicitur, & fatuis.
Ista cum lingua, si vsus veniat tibi, possis
Culos, & crepidas lingere carbatinas.
Si nos omnino vis omnes perdere Vecti,
Dicas. omnino, quod cupis, efficies.

Ad Iuuentium. c.

SVRRIPVI tibi, dum ludis, mellite Iuuenti,
Suauiolum dulci dulcius ambrosia.
Verùm id non impunè tuli: namque amplius horam
Suffixum in summa me memini esse cruce,
Dum tibi me purgo, nec possum fletibus vllis
Tantillum vestræ demere sæuitiæ.
Nam simul id factum est, multis diluta labella
Guttis, abstersti omnibus articulis:
Ne quidquam nostro contractum ex ore maneret,
Tamquam commixtæ spurcæ saliua lupæ.
Præterea infesto miserum me tradere amori
Non cessasti, omniq; excruciare modo:
Vt mi ex ambrosia mutatum iam foret illud
Suauiolum, tristi tristius helleboro.
Quam quoniam pœnam misero proponis amori,
Numquam iam posthâc basia surripiam.

De Cælio, & Quinctio. ci.

CAELIVS Aufilenum, & Quinctius Aufilenam,
Flos Veronensium depereunt iuuenum,
Hic fratrem, ille sororem. hoc est, quod dicitur, illud
Fraternum verè dulce sodalitium.
Cui faueam potius? Cæli tibi. nam tua nobis
Perspecta exigitur vnica amicitia,
Cùm vesana meas torreret flamma medullas.
Sis felix Cæli, sis in amore potens.

Inferia ad fratris tumulum. cii.

MVLTAS per gentes, & multa per æquora vectus,
Aduenio has miseras, frater, ad inferias,
Vt te postremo donarem munere mortis,
Et mutum nequiquam adloquerer cinerem:
Quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum.
Heu miser indignè frater adempte mihi!
Nunc tamen intereà prisco quæ more parentum
Tradita sunt tristes munera ad exsequias,
Accipe, fraterno multùm manantia fletu,
Atque in perpetuum frater haue, atque vale.

Ad Cornelium. ciii.

SI quicquam tacitè commissum est fido ab amico,
Cuius sit penitus nota fides animi:
Méque esse inuenies illorum iure sacratum,
Corneli: & factum me esse puta Harpocratem.

Ad Silonem. civ.

AVT sodes mihi redde decem sestertia, Silo,
Deinde esto quamuis sæuus, & indomitus:
Aut, si te nummi delectant, desine quæso
Leno esse, atque idem sæuus, & indomitus.

Ad quendam de Lesbia. cv.

CREDIS, me potuisse meæ maledicere vitæ,
Ambobus mihi quæ carior est oculis?
Non potui; nec, si possem, tam perditè amarem.
Sed tu cum caupone omnia monstra facis.

In Mentulam. cvi.

MENTVLA conatur Pimplæum scandere montem:
Musæ furcillis præcipitem eiciunt.

De puero, & præcone. cvii.

CVM puero bello præconem qui videt esse,
Quid credat, nisi se vendere discupere?

Ad Lesbiam. cviii.

SI quidquam cupido, optantiq; obtigit vnquam
Insperanti, hoc est gratum animo propriè,
Quare hoc est gratum, nobis quoque carius auro,
Quòd te restituis Lesbia mî cupido.
Restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te
Nobis. ô lucem candidiore nota!
Quis me vno viuit felicior, aut magis est me
Optandus vita, dicere quis poterit?

In Cominium. cix.

SI, Comini, arbitror, populi tua cana senectus Pag. ead.
Spurcata impuris moribus intereat,
Non equidem dubito, quin primùm inimica bonorum
Lingua exsecta auido sit data vulturio,
Effossos oculos voret atro gutture coruus,
Intestina canes, cetera membra lupi.

Ad Lesbiam. cx.

IVCVNDVM, mea vita, mihi proponis amorem
Hunc nostrum inter nos, perpetuumq; fore.
Dij magni, facite, vt verè promittere possit,
Atque id syncerè dicat, & ex animo,
Vt liceat nobis tota producere vita
Alternum hoc sanctæ fœdus amicitiæ.

Ad Aufilenam. cxi.

AVFILENA, bonæ semper laudantur amicæ,

Accipiunt pretium, quæ facere instituunt.
Pag. ead. *Tu quod promisti mihi, quòd mentita, inimica es:*
Quòd nec das, & fers, sæpè facis facinus.
Aut facere ingenuæ est, aut non promisse pudicæ,
Aufilena, fuit. sed data corripere
Fraudando, efficitur plusquàm meretricis auaræ,
Quæ sese toto corpore prostituit.

Ad Aufilenam. CXII.

Pag. ead. AVFILENA, *viro contentam viuere solo,*
Nuptarum laus è laudibus eximijs.
Sed cuiuis quamuis potius succumbere fas est,
Quàm matrem fratres efficere ex patruo.

In Nasonem. CXIII.

MVLTVS *homo es, Naso, neque tecum multis homo, sed*
Descendit Naso, multus es, & pathicus.

Ad Cinnam. CXIV.

CONSVLE *Pompeio primùm duo Cinna solebant*
Pag. ead. *Mœchilli, facto Consule nunc iterum*
Manserunt duo, sed creuerunt millia in vnum
Singula, fœcundum semen adulterio.

In Mentulam. CXV.

Pag. ead. FIRMANO *saltu non falsò Mentula diues*
Fertur, qui tot res in se habet egregias,
Aucupia omne genus, pisces, prata, arua, ferásque.
Nequicquam. fructus sumptibus exsuperat.
Quare concedo sit diues, dum omnia desint,
Saltum laudemus, dum tamen ipse egeat.

In eundem. CXVI.

MENTVLA *habet iusta triginta iugera prati,* Pag. ead.
Quadraginta arui, cætera sunt maria.
Cur non diuitijs Crœsum superare potis sit,
Vno qui in saltu tot moda possideat?
Prata, arua, ingentes siluas, saltúsque, paludésque,
Vsque ad Hyperboreos, & mare ad Oceanum.
Omnia magna hæc sunt. tamẽ ipse est maximu' lustro,
Non homo, sed verè Mentula magna, minax.

Ad Gellium. CXVII.

SAEPE *tibi studioso animo venante requires*
Carmina vti possem mittere Battiadæ,
Quis te lenirem nobis, neu conarere
Telis infestans icere mi' vsque caput.
Hunc video mihi nunc frustra sumptum esse laborem,
Gelli, nec nostras huc valuisse preces.
Contra nos tela ista tua euitamus amictu:
At fixus nostris tu dabi' supplicium.

FINIS.

ALBII



ALBII TIBVLLI EQVITIS ROMANI
LIBER I.

ELEGIA I.

Pag. ead. 76.

DIVITIAS *alius fuluo sibi congerat auro,*
Et teneat culti iugera magna soli:
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
Martia cui somnos classica pulsa fugent.
Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus.
Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manu.
Nec spes destituat, sed frugum semper aceruos
Præbeat, & pleno pinguia musta lacu.
Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in triuio florida serta lapis:
Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur antè Deo.
Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomosisq́; ruber custos ponatur in hortis,
Terreat vt sæua falce Priapus aues.
Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis horti
Custodes, fertis munera vestra Lares.
Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa iuuencos,
Nunc agna exigui est hostia magna soli.
Agna cadet vobis, quàm circum rustica pubes
Clamet, iò messes, & bona vina date.
Iam modò non possum contentus viuere paruo,
Nec semper longæ deditus esse viæ:
Sed Canis æstiuos ortus vitare sub vmbra
Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.
Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem,
Aut stimulo tardos increpuisse boues.
Non agnámve sinu pigeat, fœtúmve capellæ
Desertum oblita matre referre domum.
At vos exiguo pecori furésque, lupíque
Parcite. De magno est præda petenda grege.
Hic ego pastorémq́; meum lustrare quotannis,
Et placidam soleo spargere lacte Palem.
Adsitis Diui, nec vos è paupere mensa
Dona, nec è puris spernite fictilibus.
Fictilia antiquus primùm sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitq́; luto.
Non ego diuitias patrum, fructúsq́; requiro,
Quos tulit antiquo condita messis auo.
Parua seges satis est: satis est requiescere lecto,
Si licet, & solito membra leuare toro.
Quàm iuuat immites ventos audire cubantem,
Et dominam tenero continuisse sinu!
Aut, gelidas hibernus aquas cùm fuderit Auster,
Securum somnos, imbre iuuante, sequi.
Hoc mihi contigat. sit diues iure, furorem
Qui maris, & tristes ferre potest pluuias.
O, quantum est auri, pereat, potiusq́; smaragdi,
Quàm fleat ob nostras vlla puella vias.
Te bellare decet terra, Messalla, maríque,
Vt domus hostiles præferat exuuias.
Me retinent vinctum formosæ vincla puellæ:
Et sedeo duras ianitor ante fores.
Non ego laudari curo, mea Delia: tecum
Dummodò sim, quæso segnis, inersq́; vocer.
Te spectem, suprema mihi cùm venerit hora,
Te teneam moriens deficiente manu.
Flebis, & arsuro positum me Delia lecto,
Tristibus & lacrymis oscula mista dabis.
Flebis: non tua sunt duro præcordia ferro
Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.
Illo non iuuenis poterit de funere quisquam
Lumina, non virgo sicca referre domum.
Tu Manes ne læde meos, sed parce solutis
Crinibus, & teneris Delia parce genis.
Intereà, dum fata sinunt, iungamus amores.
Iam veniet tenebris mors adoperta caput.
Iam subrepet iners ætas, nec amare decebit;
Dicere nec cano blanditias capite.
Nunc leuis est tractanda Venus, dum frangere postes
Non pudet, & rixas inseruisse iuuat.
Hic ego dux, milesq́; bonus. vos signa, tubæq́;
Ite procul, cupidis vulnera ferte viris,
Ferte & opes. ego composito securus aceruo
Despiciam dites, despiciamq́; famem.

ELEGIA II.

ADDE *merum, vinoq́; nouos compesce dolores:*
Occupet vt fessi lumina victa sopor:
Neu quisquam multo perfusum tempora Baccho
Excitet, infelix dum requiescit amor.
Nam posita est nostræ custodia sæua puellæ,
Clauditur & dura ianua firma sera.
Ianua difficilis dominæ, te verberet imber,

Te Iouis imperio fulmina missa petant.
Ianua iam pateas vni mihi victa querelis,
Neu furtim verso cardine aperta sones.
Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,
Ignoscas: capiti sint precor illa meo.
Te meminisse decet, quæ plurima voce peregi
Supplice, cùm posti florida serta darem.
Tu quoque ne timidè custodes Delia falle.
Audendum est. fortes adiuuat ipsa Venus,
Illa fauet, seu quis iuuenis noua limina tentat,
Seu reserat fixo dente puella fores.
Illa docet furtim molli decedere lecto,
Illa pedem nullo ponere posse sono:
Illa viro coram nutus conferre loquaces,
Blandáque compositis abdere verba notis,
Nec docet hoc omnes, sed quos nec inertia tardat,
Nec vetat obscura surgere nocte timor.
En ego cùm tenebris tota vagor anxius vrbe,
Securum in tenebris me facit esse Venus.
Nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro
Vulneret, aut rapta præmia veste petat.
Pag. 77. *Quisquis amore tenetur, eat tutúsque sacérque*
Qualibet, insidias non timuisse decet.
Non mihi pigra nocent hibernæ frigora noctis,
Non mihi, cùm multa decidit imber aqua.
Non labor hic lædit, reseret modò Delia postes,
Et vocet ad digiti me taciturna sonum.
Parcite luminibus, seu vir, seu fœmina fias
Obuia: celari vult sua furta Venus.
Neu strepitu terrete pedum: neu quærite nomen:
Neu propè fulgenti lumina ferte face.
Si quis & imprudens adspexerit, occulat ille,
Perq; Deos omnes se meminisse neget.
Nam fuerit quicumque loquax, is sanguine natam,
Is Venerem è rapido sentiet esse mari.
Nec tamen huic credet coniux tuus, vt mihi verax
Pollicita est magico saga ministerio.
Hanc ego de cælo ducentem sidera vidi:
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.
Hæc cantu finditq; solum, Manésque sepulcris
Elicit, & tepido deuocat ossa rogo.
Iam ciet infernas magico stridore cateruas:
Iam iubet adspersas lacte referre pedem.
Cùm libet, hæc tristi depellit nubila cælo:
Cùm libet, æstiuo conuocat orbe niues.
Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas,
Sola feros Hecates perdomuisse canes.
Hæc mihi composuit cantus, queis fallere posses:
Ter cane, ter dictis despue carminibus.
Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam:
Non sibi, si in molli viderit ipse thoro.
Tu tamen abstineas alijs. nam cetera cernet
Omnia: de me vno sentiet esse nihil.
Quid credam? nempe hæc eadem se dixit amores
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.
Et me lustrauit tædis, & nocte serena
Concidit ad magicos hostia pulla Deos.
Non ego totus abesset amor, sed mutuus esset,
Orabam: nec te posse carere velim.
Ferreus ille fuit, qui, te cùm posset habere,
Maluerit prædas stultus, & arma sequi.
Ille licet Cilicum victas agat antè cateruas,
Ponat & in capto Martia castra solo,
Totus & argento contextus, totus & auro
Insideat celeri conspiciendus equo:
Ipse boues mea si tecum modò Delia possim
Iungere, & in solo pascere monte pecus,
Et te, dum liceat teneris retinere lacertis,
Mollis & inculta sit mihi somnus humo.
Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
Prodest, cum fletu nox vigilanda venit?
Nam neque tum plumæ, nec stragula picta soporem,
Nec sonitus placidæ ducere possit aquæ.

* * * *

Num Veneris magnæ violaui numina verbo,
Et mea nunc pœnas impia lingua luit?
Num feror incestus sedes adiisse Deorum,
Sertaq; de sanctis deripuisse focis?
Non ego tellurem genibus perrepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput:
Non ego; si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.
At tu, qui lætus rides, mala nostra caueto.
Mox tibi non vnus sæuiet vsque Deus.
Vidi ego, qui iuuenum miseros lusisset amores,
Post Veneris vinclis subdere colla senem,
Et sibi blanditias tremula componere voce,
Et manibus canas fingere velle comas.
Stare nec ante fores puduit, caráue puellæ
Ancillam medio detinuisse foro.
Hunc puer, hunc iuuenis turba circumstetit arcta:
Despuit in molles & sibi quisque sinus.
At mihi parce Venus. semper tibi dedita seruit
Mens mea. quid messes vris acerba tuas?

AD MESSALAM
ELEGIA III.

IBITIS *Aegeas sine me Messalla per vndas,* Pag. ead.
O vtinam memores ipse, cohorsq; mei.
Me tenet ignotis ægrum Phæacia terris,
Abstineas auidas mors violenta manus.
Abstineas mors atra precor. non hîc mihi mater,
Quæ legat in mæstos ossa perusta sinus,
Non soror, Assyrios cineri quæ dedat odores,
Et fleat effusis ante sepulcra comis.
Delia non vsquam: quæ me cùm mitteret vrbe,
Dicitur ante omnes consuluisse Deos.
Illa sacras pueri sortes ter sustulit: illi
Rettulit è triuiis omina certa puer.
Cuncta dabant reditum, tamen est deterrita numquàm.
Quin fleret, nostras respiceretq; vias.
Ipse ego solator, cùm iam mandata dedissem,
Quærebam tardas anxius vsq; moras.
Aut ego sum caussatus, aues aut omina dira,
Saturni aut sacram me tenuisse diem.
O quoties ingressus iter, mihi tristia dixi
Offensum in porta signa dedisse pedem!
Audeat inuito ne quis discedere amore,
Aut sciat egressum se, prohibente Deo.
Quid tua tunc Isis tibi Delia! quid mihi prosunt
Illa tua toties æra repulsa manu?
Quidve piè, dum sacra colis, pureq; lauari
Te memini, & puro secubuisse toro?
Nunc Dea, nunc succurre mihi. nam posse mederi
Picta docet templis multa tabella tuis.
Vt mea votiuas persoluens Delia voces
Ante sacras lino tecta fores sedeat:
Bisq; die, resoluta comas, tibi dicere laudes
Insignis turba debeat in Pharia.

At mihi contingat patrios celebrare Penates,
Redderéq; antiquo menstrua thura Lari,
Quàm bene Saturno viuebant rege priùs, quàm
Tellus in longas est patefacta vias.
Nondum cæruleas pinus contemserat vndas,
Effusum ventis præbueratq; sinum,
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Presserat externa nauita merce ratem.
Illo non validus subiit iuga tempore taurus,
Non domito frenos ore momordit equus.
Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arua lapis.
Ipsa mella dabant quercus, vltróque ferebant
Obuia securis vbera lactis oues.
Non acies, non ira fuit, non bella, nec ensem
Immiti sæuus duxerat arte faber.
Nunc Ioue sub domino cædes, & vulnera semper,
Nunc mare, nunc lethi mille repentè viæ.
Parce pater. timidum non me periuria terrent,
Non dicta in sanctos impia verba Deos.
Quòd si fatales iam nunc expleuimus annos,
Fac lapis inscriptis stet super ossa notis:
Hîc iacet immiti consumtus morte Tibullus,
Messallam terra, dum sequiturq; mari.
Sed me, qui facilis tenero sum semper amori,
Ipsa Venus campos ducet in Elysios.
Hîc choreæ, cantusq; vigent, passimq; vagantes
Dulce sonant tenui gutture carmen aues.
Fert casiam non culta seges, totósque per agros
Floret odoratis terra benigna rosis.
Ac iuuenum series teneris immista puellis
Ludit, & assiduè prælia miscet Amor.
Illic est cuicunq. rapax mors venit amanti,
Et gerit insigni myrthea serta coma.
At scelerata iacet sedes in nocte profunda
Abdita, quam circum flumina nigra sonant.
Tisiphoneq; impexa feros pro crinibus angues
Sæuit, & huc illuc impia turba fugit.
Tum niger in porta serpentum Cerberus ore
Stridet, & æratas excubat ante fores.
Illic Iunonem tentare Ixionis ausi
Versantur celeri noxia membra rota:
Porrectúsque nouem Tityus per iugera terra,
Assiduas atro viscere pascit aues.
Tantalus est illic, & circum, stagna: sed acrem
Iam iam poturi deserit vnda sitim.
Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit,
In caua Lethæas dolia portat aquas.
Illic sit quicunque meos violauit amores,
Optauit lentas & mihi militias.
At tu casta precor maneas, sanctique pudores
Assideat custos sedula semper anus.
Hæc tibi fabellas referat, positáque lucerna
Deducat plena stamina longa colo.
Ac circa grauibus pensis affixa puella
Paulatim somno fessa remittat opus.
Tunc veniam subitò: nec quisquam nunciet antè,
Sed videar cælo missus adesse tibi.
Tunc mihi, qualis eris, longos turbata capillos,
Obuia nudato Delia curre pede.
Hoc precor. hunc illum nobis Aurora nitentem
Luciferum roseis candida portet equis.

AD PRIAPVM.

ELEGIA IIII.

SIc vmbrosa tibi contingant tecta Priape,
Ne capiti Soles, ne noceantq; niues.
Quæ tua formosos cepit sollertia? certè
Non tibi barba nitet, non tibi culta coma est:
Nudus & hibernæ producis frigora brumæ,
Nudus & æstiui tempora sicca canis.
Sic ego. tum Bacchi respondit rustica proles,
Armatus curua sic mihi falce Deus.
O fuge te teneræ puerorum credere turbæ:
Nam caussam iusti semper amoris habent.
Hic placet, angustis quòd equum compescit habenis,
Hic placidam niueo pectore pellit aquam.
Hic, quia fortis adest audacia, cepit: at illi
Virgineus teneras stat pudor ante genas.
Sed ne te capiant, primò si fortè negabit,
Tædia, paullatim sub iuga colla dabit.
LONGA dies homini docuit parêre leones.
LONGA dies molli saxa peredit aqua.
ANNVS in apricis maturat collibus vuas.
Annus agit certa lucida signa vice.
Nec iurare time. Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.
Gratia magna Ioui. vetuit pater ipse valere,
Iurasset cupidè quidquid ineptus amor.
Pérque suas impunè sinit Dictynna sagittas
Affirmes, crines pérque Minerua suos.
At si tardus eris, errabis: transiet ætas,
Quàm citò non segnis stat, remeatq; dies:
Quàm citò purpureos deperdit terra colores:
Quàm citò formosas populus alta comas: Pag 78.
Quàm tacet, infirma venêre vbi fata senecta,
Qui prior Eleo est carcere missus, equus.
Vidi iam iuuenem, premeret cùm serior ætas,
Mærentem stultos præteriisse dies.
Crudeles Diui, serpens nouus exuit annos:
Formæ non vllam fata dedere moram.
Solis æterna est Phœbo, Bacchóque iuuentas:
Nam decet intonsus crinis vtrumq. Deum.
Tu, puero quodcunque tuo tentare libebit,
Cedas. OBSEQVIO plurima vincit amor.
Neu comes ire neges, quamuis via longa paretur,
Et canis arenti torreat arua siti.
Quamuis prætexens picta ferrugine cælum
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.
Vel si cæruleas puppi volet ire per vndas;
Ipse leuem remo per freta pelle ratem.
Nec te pœniteat duros subiisse labori,
Aut operi insuetas atteruisse manus.
Nec, velit insidiis altas si claudere valles,
Dum placeas, humeris retia ferre neges.
Si volet arma, leui tentabis ludere dextra:
Sæpè dabis nudum, vincat vt ille, latus.
Tunc tibi mitis erit: rapias tum cara licebit
Oscula: pugnabit, sed tamen apta dabit.
Rapta dabit primò, pòst offeret ipse volenti,
Pòst etiam collo se implicuisse volet.
Heu, malè nunc artes miseras hæc sæcula tractant.
Iam tener assueuit munera velle puer.
IAM tu, qui Venerem docuisti vendere primus,
Quisquis es, infelix vrgeat ossa lapis.
Pieridas pueri, doctos & amate poetas,
Aurea nec superent munera Pieridas.
Carmine purpurea est Nisi coma: carmina ni sint,
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.
Quem referent Musæ, viuet, dum robora tellus,

Dum cælum stellas, dum vehet amnis aquas.
At qui non audit Musas, qui vendit amorem,
Idææ currus ille sequatur Opis,
Et tercentenas erroribus expleat vrbes,
Et secet ad Phrygios vilia membra modos.
Blanditiis vult esse locum Venus ipsa: querelis
Supplicibus, miseris fletibus illa favet.
Hæc mihi, quæ canerem Titio, Deus edidit ore:
Sed Titium coniux hæc meminisse vetat.
Pareat ille suæ. vos me celebrate magistrum,
Quos malè habet multa callidus arte puer.
Gloria cuique sua est. me, qui spernentur amantes,
Consultent: cunctis ianua nostra patet.
Tempus erit, cùm me, Veneris præcepta ferentem,
Deducat iuuenum sedula turba senem.
Eheu quàm lento Marathus me torquet amore!
Deficiunt artes, deficiuntq; doli.
Parce puer quæso, ne turpis fabula fiam,
Cùm mea ridebunt vana magisteria.

ELEGIA V.

ASPER *eram, & bene discidium me ferre loquebar:*
At mihi nunc longè gloria fortis abest.
Namque agor, vt per plana citus sola verbere turben,
Quem celer assueta versat ab arte puer.
Vre ferum, & torque, libeat nec dicere quidquam
Magnificum posthàc: horrida verba doma.
Parce tamen: per te furtiui fœdera lecti,
Per Venerem quæso, compositumq; caput.
Ille ego, cùm tristi morbo defessa iaceres,
Te dicor votis eripuisse meis.
Ipseq; ter circum lustraui sulfure puro,
Carmine cùm magico præcinuisset anus.
Ipse procuraui, ne possent sæua nocere
Somnia, ter sancta deueneranda mola.
Pag. ead. *Ipse ego velatus filo, tunicisq; solutis*
Vota nouem Triuiæ nocte silente dedi.
Omnia persolui: fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix vtitur ille meis,
At mihi felicem vitam, si salua fuisses,
Fingebam demens, sed renuente Deo.
Rura colam, frugumq; aderit mea Delia custos,
Area dum messes Sole calente teret.
Hæc mihi seruabit plenis in lintribus vuas,
Pressaq; veloci candida musta pede:
Consuescet numerare pecus, consuescet amantis
Garrulus in dominæ ludere verna sinu.
Illa Deo sciet agricolæ pro vitibus vuam,
Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.
Illa regat cunctos, illi sint omnia curæ,
Et iuuet in tota me nihil esse domo.
Huc veniet Messalla meus, cui dulcia poma
Delia selectis detrahet arboribus:
Et tantum venerata virum, hunc sedula curet;
Huic paret, atq; epulas ipsa ministra gerat.
Hæc mihi fingebam, quæ nunc Eurusq;, Notusque
Iactat odoratos vota per Armenios.
Sæpè ego tentaui curas depellere vino:
At dolor in lacrymas verterat omne merum.
Sæpè aliam tenui: sed iam cùm gaudia adirem,
Admonuit dominæ, deseruitq; Venus.
Tunc me discedens deuotum fœmina dixit,
Et pudet, & narrat scire nefanda mea.
Non facit hoc verbis: facie, tenerisq; lacertis
Deuouet, & flauis nostra puella comis.
Talis ad Æmonium Nereis Pelea quondam
Vecta est frenato cærula pisce Thetis.
Hæc nocuere mihi, quòd adest huic diues amator.
Venit in exitium callida lena meum.
Sanguineas edat illa dapes, atque ore cruento
Tristia cum multo pocula felle bibat.
Hanc volitent animæ circum, sua fata querentes:
Semper & è tectis strix violenta canat.
Ipsa fame stimulante furens, herbasq; sepulcris
Quærat, & à sæuis ossa relicta lupis.
Currat & inguinibus nudis, vuletq; per vrbes,
Pòst agat è triuiis aspera turba canum.
Eueniet. dat signa Deus, sunt numina amanti,
Sæuit & iniusta lege relicta Venus.
At tu quamprimum sagæ præcepta rapacis
Desere: NAM *donis vincitur omnis amor.*
Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit
Primus, & in tenero fixus erit latere.
Pauper in angusto fidus comes agmine turbæ,
Subiicietq; manus efficietq; viam.
Pauper ad occultos furtim deducet amicos,
Vinclaque de niueo detrahet ipse pede.
Heu canimus frustra: nec verbis victa patescit
Ianua, sed plena est percutienda manu.
At tu, qui potior nunc es, mea fata caueto:
VERSATVR *celeri sors leuis orbe rotæ.*
Non frustra quidam iam nunc in limine perstat
Sedulus, ac crebro prospicit, ac refugit,
Et simulat transire domum, mox deinde recurrit
Solus, & ante ipsas exscreat vsq; fores.
Nescio quid furtiuus amor parat. vtere quæso,
Dum licet. in liquida nat tibi linter aqua.

ELEGIA VI.

SEMPER *vt inducar, blandos offers mihi vultus:*
Post tamen es misero tristis, & asper Amor.
Quid tibi sæuitiæ mecum est? an gloria magna
Insidias homini composuisse Deum?
Iam mihi tenduntur casses, iam Delia furtim
Nescio quem tacitâ callida nocte fouet.
Illa quidem tam multa negat: sed credere durum est.
Sic etiam de me pernegat vsq; viro.
Ipse miser docui, quo posset ludere pacto
Custodes. eheu nunc premor arte mea.
Fingere nunc didicit caussas, cur sola cubaret,
Cardine nunc tacito vertere posse fores.
Tunc succos, herbásq; dedi, queis liuor abiret,
Quem facit impresso mutua dente Venus.
At tu fallacis coniux incaute puellæ,
Me quoque seruato, peccet vt illa nihil.
Neu iuuenes celebret multo sermone caueto,
Néve cubet laxo pectus aperta sinu.
Neu te decipiat nutu, digitóq; liquorem
Ne trahat, & mensæ ducat in orbe notas.
Exibit quàm sæpè, time: seu visere dicet
Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.
At mihi si credas, illam sequar vnus ad aras.
Tunc mihi non oculis sit timuisse meis.
Sæpè, velut gemmas eius, signúmq; probarem, Pag. ead.
Per caussam memini me tetigisse manum.
Sæpè mero somnum peperi tibi: at ipse bibebam
Sobria supposita pocula victor aqua.
Non ego te læsi prudens: ignosce fatenti:

Iussit

Iussit Amor. CONTRA quis ferat arma Deos?
Ille ego sum, nec me iam dicere vera pudebit,
Instabat tota cui tua nocte canis.
Quid tenera tibi coniuge opus, tua si bona nescis
Seruare? frustra clauis inest foribus.
Te tenet, absentes alios suspirat amores,
Et simulat subitò condoluisse caput.
At mihi seruandam credas. non sæua recuso
Verbera, detrecto non ego vincla pedum.
Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos,
Effluit effuso cui toga laxa sinu:
Quisquis & occurret, ne possit crimen habere,
Stet procul, aut alia stet procul antè via.
Sic fieri iubet ipse Deus, sic magna sacerdos
Est mihi diuino vaticinata sono.
Hæc, vbi Bellonæ motu est agitata, nec acrem
Flamam, non amens verbera torta timet.
Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos,
Sanguinéque effuso spargit inulta Deam.
Statq; latus præfixa veru, stat saucia pectus,
Et canit euentus, quos Dea magna monet.
Parcite, quam custodit Amor, violare puellam:
Ne pigeat magno pòst didicisse malo.
Attigeris; labentur opes, vt vulnere nostro
Sanguis, vt hic ventis diripiturque cinis.
Et tibi nescio quas dixit mea Delia pœnas.
Si tamen admittas, sit precor illa leuis.
Non ego te propter parco tibi, sed tua mater
Me mouet, atque iras aurea vincit anus.
Hæc mihi te adducit tenebris, multoque timore
Coniungit nostras clàm taciturna manus.
Hæc foribúsque manet noctu me affixa, procúlque
Cognoscit strepitus me veniente pedum.
Viue diu mi dulcis anus: proprios ego tecum
Si modò fas, annos contribuisse velim.
Te semper, gnatámque tuam te propter amabo:
Quidquid agit, sanguis est tamen illa tuus.
Sit modò casta doce, quamuis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.
Et mihi sint duræ leges, laudare nec vllam
Possim, quin oculos appetat illa meos.
Et si quid peccasse putor, ducárque capillis
Immerito properas proripiárque vias.
Non ego te pulsare velim: sed venerit iste
Si furor, optarim non habuisse manus.
Nec sæuo sis casta metu, sed mente fideli.
Mutuus absenti te mihi seruet amor.
* * *

At quæ fida fuit nulli, pòst victa senecta,
Ducit inops tremula stamina torta manu.
Firmáque conductis annectit licia telis,
Tractáque de niueo vellere ducta putat.
Hanc animo gaudente vident, iuuenúmque caterua
Commemorant meritò tot mala ferre senem:
Hanc Venus ex alto flentem sublimis Olympo
Spectat, &, infidis quàm sit acerba, monet.
Hæc alijs maledicta cadant. nos, Delia, amoris
Exemplum cana simus vtérque coma.

ELEGIA VII.

HVNC cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non vlli dissoluenda Deo:
Hunc fore Aquitanas posset qui fundere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Atur.
Euenere. nouos pubes Romana triumphos
Vidit, & euinctos brachia capta duces.
At te victrices lauros, Messalla gerentem
Portabat nitidis currus eburnus equis.
Non sine me est tibi partus honos: Tarbella Pyrene
Testis, & Oceani litora Santonici.
Testis Arar, Rhodanúsque celer, magnúsq; Garumna,
Carnuti & flaui cærula lympha Liger.
At te, Cydne, canam, tacitis qui leniter vndis
Cæruleus placidis per vada serpis aquis.
Quantus & æthereo contingens vertice nubes
Frigidus intonsos Taurus alat Cilicas.
Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes
Alba Palæstino sancta columba Syro?
Vtq; maris vastum prospectet turribus æquor
Prima ratem ventis credere docta Tyros?
Qualis & arentes cùm findit Sirius agros
Fertilis æstiua Nilus abundet aqua.
Nile pater, quanam possum te dicere caussa,
Aut quibus in terris occuluisse caput?
Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.
Te canit, atque suum pubes miratur Osirin
Barbara, Memphitem plangere docta bouem.
Primus aratra manu sollerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere vitem,
Hic viridem dura cædere falce comam.
Illi iucundos primùm matura sapores
Expressa incultis vua dedit pedibus.
Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Mouit & ad certos nescia membra modos.
Bacchus & agricolæ magno confecta labore
Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.
BACCHVS & afflictis requiem mortalibus affert, Pog. ead.
Crura licet dura compede pulsa sonent.
Non tibi sunt tristes curæ, non luctus Osiri,
Sed chorus, & cantus leuis, & aptus amor.
Sed varij flores, & frons redimita corymbis,
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes:
Et Tyriæ vestes, & dulcis tibia cantu,
Et leuis occultis conscia cista sacris.
Huc ades, & centum ludos, Geniúmque choreis
Concelebra, & multo tempora funde mero.
Illius è nitido stillent vnguenta capillo,
Et capite, & collo mollia serta gerat.
Sic venias hodierne: tibi dum thuris honores,
Liba & Mopsopio dulcia melle feram.
At tibi succrescat proles quæ facta parentis
Augeat, & circa stet veneranda senem.
Nec taceant monumenta viæ, quæ Tuscula tellus,
Candidáque antiquo detinet Alba Lare.
Nanque opibus congesta tuis hîc glarea dura
Sternitur, hîc apta iungitur arte silex.
Te canit agricola è magna cùm venerit vrbe
Serus, inoffensum rettuleritq; pedem.
At tu natalis multos celebrande per annos
Candidior semper, candidiórque veni.

ELEGIA VIII.

NON ego celari possum, quid nutus amantis,
Quidve ferant miti lenia verba sono.

Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra Deorum:
Præcinit euentus nec mihi cantus auis.
Ipsa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non sine verberibus.
Desine dissimulare. DEVS crudeliùs vrit,
Quos videt inuitos succubuisse sibi.
Pag. 79. *Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos,*
Sæpéque mutatas disposuisse comas?
Quid fuco splendente comas redimire, quid vngues
Artificis docta subsecuisse manu?
Frustra iam vestes, frustra mutantur amictus,
Ansáque compressos colligat arcta pedes.
Illa placet, quamuis inculto venerit ore,
Nec nitidum tarda compserit arte caput.
Num te carminibus, num te pallentibus herbis
Deuouit tacito tempore noctis anus?
Cantus vicinis fruges traducit ab agris,
Cantus & iratæ detinet anguis iter,
Cantus & è curru Lunam deducere tentat;
Et faceret, si non æra repulsa sonent.
Quid queror heu misero carmen nocuisse? quid herbas?
Forma nihil magicis vtitur auxilijs.
Sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse
Oscula, sed femori conseruisse femur.
Nec tu difficilis puero tamen esse memento.
Persequitur pœnis tristia facta Venus.
Munera ne poscas. det munera canus amator,
Vt foueat molli frigida membra sinu.
Carior est auro iuuenis, cui leuia fulgent
Ora, nec amplexus aspera barba terit.
Huic tu candentes humero suppone lacertos,
Et regum magnæ despiciantur opes.
At Venus inueniet puero concumbere furtim,
Dum timet, & teneros conserit vsque sinus;
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oscula, & in collo figere dente notas.
Non lapis hanc, gemmæq; iuuent, quæ frigore sola
Dormiat, & nulli sit cupienda viro.
Heu verò renocatur amor, seróque iuuenta,
Cùm vetus infecit cana senecta caput.
Tum studium formæ est; coma tum mutatur, vt annos
Dissimulet viridi cortice tincta nucis.
Tollere tunc cura est albos à stirpe capillos,
Et faciem dempta pelle referre nouam.
At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Vtere. non tardo labitur illa pede.
Neu Marathum torque. puero quæ gloria victo est?
In veteres esto dura puella senes.
Parce precor tenero: non illi sontica caussa est,
Sed nimius luto corpora tingit amor.
Vel miser, absenti mæstas quam sæpè querelas
Conijcit, & lacrymis omnia plena madent:
Quid me spernis? ait. poterat custodia vinci.
Ipse dedit cupidis fallere posse Deus.
Nota Venus furtiua mihi est, vt lenis agatur
Spiritus, vt nec dent oscula rapta sonum.
Et possum media quamuis obrepere nocte,
Et strepitu nullo clàm reserare fores.
Quid prosunt artes, miserum si spernit amantem,
Et fugit ex ipso sæua puella toro?
Vel cùm promittit subitò, sed perfida fallit,
Et mihi nox multis euigilanda malis.
Dum mihi venturam fingo, quodcunque mouetur,
Illius credo tunc sonuisse pedes.
Desistas lacrymare puer. non frangitur illa,
Et tua iam fletu lumina fessa tument.
Oderunt Pholoe, moneo, fastidia Diui,
Nec prodest sanctis thura dedisse focis.
Hic Marathus quondam miseros ludebat amantes;
Nescius vltorem post caput esse Deum.
Sæpè etiam lacrymas fertur risisse dolentis,
Et cupidum ficta detinuisse mora
Nunc omnes odit fastus, nunc displicet illi
Quæcunque opposita est ianua dura sera.
At te pœna manet, nisi desinis esse superba.
Quàm cupies votis hunc reuocare diem?

ELEGIA IX.

QVID mihi, si fueras miseros læsurus amores,
Fœdera per diuos clàm violanda dabas?
Ah miser, & si quis primò periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.
Parcite Cælestes. æquum est, impune licere
Numina formosis lædere vestra semel.
Lucra petens, habili tauros adiungit aratro,
Et durum terræ rusticus vrget opus.
Lucra petituras, parentia per freta ventis,
Ducunt instabiles sidera certa rates.
Muneribus meus est captus puer: at Deus illa
In cinerem, & liquidas munera vertat aquas. Pag. ead.
Iam mihi persoluet pœnas, puluisq; decorem
Detrahet, & ventis horrida facta coma.
Vretur facies, vrentur Sole capilli.
Deteret inualidos & via longa pedes.
Admonui quoties, Auro ne pollue formam,
SAEPE solent auro multa subesse mala.
Diuitijs captus si quis violauit amorem,
Asperaq; est illi, difficilisque Venus.
Vre meum potiùs flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga seca.
Nec tibi celandi spes sit, peccare paranti
Sit Deus, occultos qui vetet esse dolos.
Ipse Deus tacito permisit læua ministro,
Ederet vt multo libera verba mero.
Ipse Deus somno domitos emittere vocem
Iussit, & inuitos facta tegenda loqui.
Hæc ego dicebam: nunc me fleuisse loquentem,
Nunc pudet ad teneros procubuisse pedes.
Tum mihi iurabas, nullo te diuitis auri
Pondere, non gemmis vendere velle fidem:
Non tibi si pretium Campania terra daretur,
Non tibi si Bacchi cura Falernus ager.
Illis eriperes verbis mihi, sidera cæli
Lucere, & puras fluminis esse vias.
Quin etiam flebas. at non ego fallere doctus
Tergebam humentes credulus vsque genas.
Quid facias, nisi & ipse fores in amore puellæ?
Sit precor exemplo, sed leuis illa tuo.
O quoties, verbis ne quisquam conscius esset,
Ipse comes multa lumina nocte tuli!
Sæpè insperanti venit tibi munere nostro,
Sed latuit clausas post adoperta fores.
Tum miser interij, stultè confisus amari:
Nam poteram ad laqueos cautior esse tuos.
Quin etiam attonita laudes tibi mente canebam:
At me nunc nostri, Pieridumq; pudet.
Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma
Torreat, & liquida deleat amnis aqua.
Tu procul hinc absis, cui formam vendere cura est,

Et pretium plena grande referre manu.
At te, qui puerum donis corrumpere es ausus,
Rideat assiduis vxor inulta dolis.
Et cùm furtiuo iuuenem lassauerit vsu,
Tecum interposita languida veste cubet.
Semper sint externa tuo vestigia lecto,
Et pateat cupidis semper aperta domus.
Nec lasciua soror dicatur plura bibisse
Pocula, vel plures emeruisse viros.
Illam sæpè ferunt conuiuia ducere Baccho,
Dum rota Luciferi prouocet orta diem.
Illam nulla queat meliùs consumere noctem,
Aut operum varias disposuisse vices.
At tua perdidicit. nec tu stultissime sentis,
Cùm tibi non solita corpus ab arte mouet.
Túne putas illam pro te disponere crines!
Aut tenues denso pectere dente comas?
Ista hæc persuadet facies, auróque lacertos
Vinciat, & Tyrio prodeat apta sinu?
Non tibi, sed iuueni cuidam vult bella videri,
Deuoueat pro quo rémque, domúmque tuam.
Nec facie hoc vitio, sed corpora fœda podagra,
Et senis amplexus cultà puella fugit.
Huic tamen accubuit noster puer. hunc ego credam
Cum trucibus Venerem iungere posse feris.
Blanditiásne meas alijs tu vendere es ausus?
Túne alij demens oscula ferre mea?
Tunc flebis, cùm me vinctum puer alter habebit,
Et geret in regno regna superba tuo.
At tua tum me pœna iuuet, Veneríque merenti
Fixa notet casus aurea palma meos:
Hanc tibi fallaci resolutus amore Tibullus
Dedicat, & grata sis, Dea, mente, rogat.

ELEGIA X.

QVIS *fuit, horrendos primus qui protulit enses?*
Pag. ead. *Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit!*
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit. nos ad mala nostra
Vertimus, in sæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium est auri: nec bella fuerunt,
Faginus adstabat cùm scyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, somnúmque petebat
Securus varias dux gregis inter oues.
Tunc mihi vita foret: vulgi nec tristia nossem
Arma, nec audissem corde micante tubam.
Nunc ad bella trahor, & iam quis forsitan hostis
Hæsura in nostro tela gerit latere.
Sed patrij seruate Lares. aluistis & ijdem,
Cursarem vestros cùm tener ante pedes.
Neu pudeat prisco vos esse è stipite factos,
Sic veteris sedes incoluistis aui.
Tunc melius tenuere fidem, cùm paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.
Hic placatus erat, seu quis libauerat vuam,
Seu dederat sancta spicea serta comæ.
Atque aliquis voti compos liba ipse ferebat:
Pòstque comes purum filia parua fauum.
At nobis ærata Lares depellite tela,

* * *

Hostiáque è plena rustica porcus hara.
Hunc pura cum veste sequar, myrtoq; canistra
Vincta geram, myrto vinctus & ipse caput,
Sic placeam vobis. alius sit fortis in armis,
Sternat & aduersos Marte fauente duces.
Vt mihi potanti possit sua dicere facta
Miles, & immensa pingere castra mero.
Quis furor est atram bellis accersere mortem?
Imminet, & tacito clàm venit illa pede.
Non seges est infrà, non vinea culta, sed audax
Cerberus, & Stygiæ nauita puppis aquæ.
Illic percussisq; genis, vstóque capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quàm potiùs laudandus hic est, quem prole parata
Occupat in parua pigra senecta casa.
Ipse suas sectatur oues: at filius agnos;
Et calidam fesso comparat vxor aquam.
Sic ego sim, liceátque caput candescere canis,
Temporis & prisci facta referre senem.
Intereà pax arua colat. PAX *candida primùm*
Duxit araturos sub iuga curua boues.
Pax aluit vites, & succos condidit vuæ,
Funderet vt gnato testa paterna merum.
Pace bidens, vomérque vigent: at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.
Rusticus è lucóque vehit malè sobrius ipso
Vxorem plaustro, progeniémque domum.
Sed Veneris tunc bella calent, scissósq; capillos
Fœmina, perfractas conqueriturq; fores:
Flet teneras subtusa genas: sed victor & ipse
Flet sibi dementes tam valuisse manus.
At lasciuus Amor rixæ mala verba ministrat,
Inter & iratum lentus vtrunque sedet.
Ah lapis est ferrumq;, suam quicunque puellam
Verberat: è cælo deripit ille Deos.
Sit satis, è membris tenuem perscindere vestem:
Sit satis, ornatus dissoluisse comæ:
Sit lacrymas mouisse satis. quater ille beatus,
Quo tenera irato flere puella potest.
Sed, manibus qui sæuus erit, scutumq; sudemq;
Is gerat, & miti sit procul à Venere.
At nobis pax alma veni, spicámque teneto:
Perfluat & pomis candidus ante sinus.

ALBII TIBVLLI
EQVITIS ROMANI
LIBER II.

ELEGIA I.

QVISQVIS *adest, faueat: fruges lustramus, & agros,*
Ritus vt à prisco traditus exstat auo.
Bacche veni, dulcisque tuis è cornibus vua
Pendeat, & spicis tempora cinge Ceres.
Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Soluite vincla iugis: nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite.

Omnia sint operata Deo: non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.
Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris,
Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.
CASTA *placent Superis. pura cum veste venite,*
Et manibus puris sumite fontis aquam.
Cernite, fulgentes vt eat sacer agnus ad aras,
Vinctáque post olea candida turba comas.
Dij patrij, purgamus agros, purgamus agrestes,
Vos mala de nostris pellite limitibus.
Pag.79. *Neu seges eludat messem fallacibus herbis,*
Neu timeat celeres tardior agna lupos.
Tunc nitidus plenis confisus rusticus aruis,
Ingeret ardenti grandia ligna foco,
Turbáque vernarum, saturi bona signa coloni,
Ludet, & ex virgis exstruet ante casas.
Euentura precor. viden' vt felicibus extis
Significet placidos nuntia fibra Deos?
Nunc mihi nunc fumo veteris proferte Falernum
Consulis, & Chio soluite vincla cado.
Vina diem celebrent. non festa luce madere
Est rubor, errantes & male ferre pedes.
Sed bene Messallam, sua quisque ad pocula dicat,
Nomen & absentis singula verba sonent.
Gentis Aquitanæ celeber Messalla triumphis,
Et magna intonsis gloria victor auis,
Huc ades, adspiráque mihi dum carmine nostro
Redditur agricolis gratia Cælitibus.
Rura cano, rurísque Deos: his vita magistris
Desueuit querna pellere glande famem.
Illi compositis primùm docuere tigillis
Exiguam viridi fronde operire domum.
Illi etiam tauros primi docuisse feruntur
Seruitium, & plaustro supposuisse rotam.
Tunc victus abiere feri: tunc insita pomus:
Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas:
Aurea tunc pressos pedibus dedit vua liquores,
Mistaq; securo est sobria lympha mero.
Rura ferunt messes, calidi cùm sideris æstu
Deponit flauas annua terra comas.
Rure leuis verno flores apis ingerit alueo,
Compleat vt dulci sedula melle fauos.
Agricola assiduo primùm satiatus aratro
Cantauit certo rustica verba pede,
Et satur arenti primùm est modulatus auena
Carmen, vt ornatos diceret ante Deos.
Agricola & minio suffusus Bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros.
Huic datus à pleno memorabile munus ouili
Dux pecoris hircus. duxerat hircus oues.
Rure puer verno primùm de flore coronam
Fecit, & antiquis imposuit Laribus.
Rure etiam teneris curam exhibitura puellis
Molle gerit tergo lucida vellus ouis.
Hinc & femineus labor est, hinc pensa, colúsque,
Fusus & apposito pollice versat opus.
Atque aliqua assiduè textrix operata, Mineruam
Cantat, & à pulso tela sonat latere.
Ipse quoque inter agros, intérque armenta Cupido
Natus, & indomitas dicitur inter equas.
Illic indocto primùm se exercuit arcu.
Hei mihi quàm doctas nunc habet ille manus!
Nec pecudes, velut antè, petit: fixisse puellas
Gestit, & audaces perdomuisse viros.
Hic iuueni detraxit opes: hic dicere iussit
Limen ad iratæ verba pudenda senem.
Hoc duce custodes furtim transgressa iacentes
Ad iuuenem tenebris sola puella venit:
Et pedibus prætentat iter suspensa timore,
Explorat cæcas cui manus ante vias.
Ah miseri, quos hic grauiter Deus vrget: at ille
Felix, cui placidus leniter afflat Amor.
Sancte veni dapibus festis, sed pone sagittas,
Et procul ardentes hinc precor abde faces.
Vos celebrem cantate Deum, pecoríque vocate,
Voce palàm pecori, clàm sibi quisque vocet:
Aut etiam sibi quisque palàm: nam turba iocosa
Obstrepit, & Phrygio tibia curua sono.
Ludite: iam nox iungit equos, currúmque sequuntur
Matris lasciuo sidera fulua choro:
Pósque venit tacitus, fuluis circumdatus alis,
Somnus, & incerto somnia nigra pede.

ELEGIA II.

DICAMVS *bona verba: venit natalis ad aras.*
Quisquis ades, lingua, vir, mulíerque faue,
Vrantur pia thura focis; vrantur odores,
Quos tener è terra diuite mittit Arabs.
Ipse suos Genius adsit visurus honores,
Cui decorent sanctas mollia serta comas.
Illius puro distillent tempora nardo,
Atque satur libo sit, madeátque mero.
Annuat & Cherinte tibi quodcunque rogabis,
En agè quid cessas? annuit ille, roga.
Auguror, vxoris fidos optabis amores.
Iam reor hoc ipsos edidicisse Deos.
Nec tibi malueris, totum quacunque per orbem
Fortis arat valido rusticus arua boue:
Nec tibi, gemmarum quidquid felicibus vndis
Nascitur, Eoi quà maris vnda rubet.
Vota cadunt. vtinam strepitantibus aduolet alis,
Flauáque coniugio vincula portet Amor!
Vincula quæ maneant semper, dum tarda senectus
Inducat rugas, inficiátque comas.
Hic veniat natalis auis, prolémque ministret,
Ludat & ante tuos turba nouella pedes.

ELEGIA III.

RVRA *tenent Cornute meam, villaq; puellam.*
Ferreus est eheu quisquis in vrbe manet.
Ipsa Venus lætos iam nunc migrauit in agros,
Verbáque aratoris rustica discit Amor.
O ego cùm dominam adspicerem, quàm fortiter illic
Versarem valido pingue bidente solum!
Agricolaq; modo curuum sectarer aratrum,
Dum subigunt steriles arua serenda boues!
Nec quererer, quòd Sol graciles exureret artus,
Læderet & teneras pustula rupta manus.
Pauit & Admeti tauros formosus Apollo,
Nec cithara intonsæ profuerúntve comæ:
Nec potuit curas sanare salubribus herbis.
Quidquid erat medicæ vicerat artis Amor.
Ipse Deus solitus stabulis expellere vaccas,
Et potum pastas ducere fluminibus,
Et miscere nouo docuisse coagula lacte,
Lacteus & mistus obriguisse liquor.

Tunc

Tunc fiscella levi detexta est vimine iunci,
Raráque per nexus est via facta sero.
Ah quoties, illo vitulum gestante per agros,
Dicitur occurrens erubuisse soror!
Ah quoties ausa, caneret dum valle sub alta,
Rumpere mugitu carmina docta boves!
Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus:
Venit & à templis irrita turba domum.
Sæpe horrere sacros doluit Latona capillos,
Quos admirata est ipsa noverca prius.
Quisquis inornatumq; caput, crinésque solutos
Adspiceret, Phœbi quæreret ille comam.
Delos ubi nunc Phœbe tua est, ubi Delphica Pytho?
Nempe Amor in parva te iubet esse casa.
Felices olim, Veneri cùm fertur apertè
Servire æternos non puduisse Deos.
Fabula nunc ille est: sed cui sua cura puella est,
Fabula sit, mavult, quàm sine amore Deus.
At tu quisquis is es, cui tristi fronte Cupido
Imperitat, nostra sint tua castra domo.
Ferrea non Venerem, sed prædam sæcula laudant,
Præda tamen multis est operata malis.
Præda feras acies cinxit discordibus armis:
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiórq; venit.
Præda vago iussit geminare pericula ponto,
Bellica cùm dubiis rostra dedit ratibus.
Prædator cupit immensos obsidere campos,
Ut multa innumera iugera pascat ove.
Cui lapis externus curę est: urbisq; tumultu,
Portatur validis mille columna iugis.
Claudit & indomitum moles mare, lentus ut intra
Negligat hibernas piscis adesse minas.
At tibi læta trahant Samiæ convivia testæ,
Fictáque Cumana lubrica terra rota.
Eheu divitibus video gaudere puellas:
Iam veniant prædæ, si Venus optat opes:
Ut mea luxuria Nemesis fluat, utq; per urbem
Incedat donis conspicienda meis.
Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa
Texit, auratas dispositq; vias.
Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.
Illi selectos certent prębere colores
Africa puniceum, purpureumq; Tyros.
Nota loquor. regnum ipse tenet, quem sæpè coegit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.
At tibi dura seges, Nemesim quæ abducis ab urbe,
Persolvat nulla semina terra fide.
Et tu Bacche tener, iucundæ consitor uvæ,
Tu quoque devotos Bacche relinque lacus.
Haud impunè licet formosas tristibus agris
Abdere. non tanti sunt tua musta pater.
O valeant fruges: ne sint modò rure puellæ,
Glans alat, & prisco more bibantur aquæ.
Glans aluit veteres, & passim semper amarunt.
Quid nocuit, sulcos non habuisse satos?
Tum, quibus adspirabat Amor, præbebat apertè
Mitis in umbrosa gaudia valle Venus.
Nullus erat custos, nulla exclusura dolentes
Ianua. si fas est, mos precor ille redi.
Ah pereant artes, & mollia iura colendi,

* * *

O utinam veteri peragrantes more puellæ
Horrida villosa corpora veste tegant!
Nunc, si clausa mea est, si copia rara videndi,
Heu miserum, laxam quid iuvat esse togam?
Ducite. ad imperium dominæ sulcabimus agros:
Non ego me vinclis, verberibúsque nego.

ELEGIA IV.

Hic mihi servitium video, dominámque paratam.
Iam mihi libertas illa paterna vale.
Servitium sed triste datur, teneorq; catenis,
Et nunquàm misero vincla remittit Amor.
Et, seu quid merui, seu quid peccavimus, uror:
Uror, io remove sæva puella faces.
O ego, ne possim tales sentire dolores,
Quàm mallem in gelidis montibus esse lapis.
Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vasti tunderet unda maris.
Nunc & amara dies, & noctis amarior umbra est.
Omnia nam tristi tempora felle madent.
Nec prosunt elegi, nec carminis auctor Apollo.
Illa cava pretium flagitat usque manu.
Ite procul Musæ, si non prodestis amanti.
Non ego vos, ut sint bella canenda, colo.
Nec refero Solisque vias, & qualis, ut orbem
Complevit, versis Luna recurrat equis.
Ad dominam faciles aditus per carmina quæro.
Ite procul Musæ, si nihil ista valent.
At mihi per cædem, & facinus sunt dona paranda,
Ne iaceam clausam flebilis ante domum.
Aut rapiam suspensa sacris insignia fanis.
Sed Venus ante alios est violanda mihi.
Illa malum facinus suadet, dominámque rapacem
Dat mihi: sacrilegas sentiat illa manus.
O pereat quicunque legit viridésque smaragdos,
Et niveam Tyrio murice tingit ovem.
Hic dat avaritiæ caussas, & Coa puellis
Vestis, & è rubro lucida concha mari.
Hæc fecere malas: hinc clavem ianua sensit,
Et cœpit custos liminis esse canis.
Sed pretium si grande feras, custodia victa est,
Nec prohibent claves, & canis ipse tacet.
Heu quicunque dedit formam cælestis avaræ,
Quale bonum multis abdidit ipse malis!
Hinc fletus, rixæq; sonant: hæc denique caussa
Fecit, ut infamis hic Deus esset Amor.
At tibi, quæ pretio victos excludis amantes,
Eripiant partas ventus, & ignis opes.
Quin tua tunc iuvenes spectent incendia læti,
Nec quisquam flammæ sedulus addat aquam:
Seu veniet tibi mors, neque erit, qui lugeat, ullus,
Nec qui det mœstas munus in exsequias:
At bona, quæ nec avara fuit, centum licet annos
Vixerit, ardentem flebitur ante rogum.
Atque aliquis senior, veteres veneratus amores,
Annua constructo serta dabit tumulo,
Et, bene, discedens dicet, placidéque quiescas,
Terráque securæ sit super ossa levis.
Vera quidem moneo. sed prosunt quid mihi vera?
Illius est nobis lege colendus Amor.
Quin etiam sedes iubeat si vendere avitas,
Ite sub imperium, sub titulúmque Lares.
Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni,
Quidquid & herbarum Thessala terra gerit,
Et quod; ubi indomitis gregibus Venus afflat amores,
Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ.

Si modò me placido videat Nemesis mea vultu,
Mille alias herbas misceat illa, bibam.

ELEGIA V.

PHOEBE *faue, nouus ingreditur tua templa sacerdos.*
Huc agè cum cithara, carminibusq; veni,
Nunc te vocales impellere pollice chordas,
Nunc precor ad laudes flectere verba meas.
Ipse triumphali deuinctus tempora lauro,
Dum cumulant aras, ad tua sacra veni:
Sed nitidus, pulcérque veni, nunc indue vestem
Sepositam, longas nunc bene pecte comas,
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuisse Ioui.
Tu procul euentura vides: tibi deditus augur
Scit bene, quid fati prouida cantet auis.
Tuq; regis sortes: per te præsentit haruspex,
Lubrica signauit cùm Deus exta notis.
Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est,
Abdita quæ senis fata canit pedibus.
Phœbe sacras Messalinum sine tangere chartas
Vatis, & ipse precor, quòd canat illa, doce.
Hæc dedit Aeneæ sortes, postquàm ille parentem
Dicitur, & raptos sustinuisse Lares.
Hæc fore credebat Romam, cùm mæstus ab alto
Ilion, ardentes respiceretq; Deos.
Pag 80. *Romulus æterna nondum formauerat vrbis*
Mœnia, consorti non habitanda Remo.
Sed tunc pascebant herbosa palatia vaccæ,
Et stabant humiles in Iouis arce casæ.
Lacte madens illic suberat Pan ilicis vmbræ,
Et facta agresti lignea falce Pales,
Pendebatq; vagi pastoris in arbore votum,
Garrula siluestri fistula sacra Deo:
Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo:
Nam calamus cera iungitur vsq. minor.
At, qua Velabri regio patet, ire solebat
Exiguus pulla per vada linter aqua.
Illa sæpè gregis diti placitura magistro,
Ad iuuenem festa est vecta puella die.
Cum qua fecundi redierunt munera ruris,
Caseus, & niueæ candidus agnus ouis.
Impiger Aenea volitantis frater Amoris,
Troica qui profugis sacra vehis ratibus,
Iam tibi Laurentes assignat Iupiter agros,
Iam vocat errantes hospita terra Deos.
Illic sanctus eris, cùm te veneranda Numici
Vnda Deum cœlo miserit indigetem.
Ecce super fessas volitat Victoria puppes:
Tandem ad Troianos Diua superba venit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia castris.
Iam tibi prædico Barbare Turne necem,
Ante oculos Laurens castrum, murusq; Lauini est,
Albaq; ab Ascanio condita longa duce.
Te quoque iam video, Marti placitura sacerdos
Ilia, Vestales deseruisse focos,
Concubitusq; tuos furtim, vittásq. iacentes,
Et cupidi ad ripas arma relicta Dei.
Carpite nunc tauri de septem montibus herbas,
Dum licet: hic magnæ iam locus vrbis erit,
Roma tuum nomen terris fatale regendis,
Qua sua de cœlo prospicit arua Ceres,
Quàque patent ortus, & qua fluitantibus vndis
Solis anhelantes abluit amnis equos.
Troia quidem tunc se mirabitur, & sibi dicet,
Vos bene tam longam consuluisse viam.
Vera cano: sic vsque sacras innoxia lauros
Vescar, & æternùm sit mihi virginitas.
Hæc cecinit vates, & te sibi Phœbe vocauit,
Iactauit fusa sed caput antè coma.
Quidquid Amalthea, quidquid Marpesia dixit,
Herophile Phœbo grata quod admonuit.
Quodq; Albuna sacras Tiberis per flumina sortes
Portarit, sicco perlueritq. sinu.
Hæ fore dixerunt belli mala signa cometen,
Multus vt in terras deplueretq; lapis.
Atque tubas, atque arma ferunt strepitantia cœlo
Audita, & lucos præcinuisse fugam.
Ipsum etiam Solem defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos,
Et simulacra Deûm lacrymas fudisse tepentes,
Fataq; vocales præmonuisse boues.
Hæc fuerunt olim. sed tu iam mitis Apollo
Prodigia indomitis merge sub æquoribus:
Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis,
Omine quo felix, & sacer annus erit.
Laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni,
Distendet spicis horrea plena Ceres.
Oblitus & musto feriet pede rusticus vuas,
Dolia dum, magni deficiuntq; lacus.
At madidus Baccho sua festa Palilia pastor
Concinet. à stabulis tunc procul este lupi.
Ille leuis stipulæ sollennes potus aceruos
Accendet, flamas transiliétque sacras.
Et fetus matrona dabit, gnatúsque parenti
Oscula comprensis auribus eripiet.
Nec tædebit auum paruo aduigilare nepoti.
Balbáque cum puero dicere verba senem.
Tunc operata Deo pubes discumbet in herba,
Arboris antiquæ quà leuis vmbra cadet.
Aut è veste sua tendent vmbracula sertis
Vincta, coronatus stabit & ipse calix.
At sibi quisque dapes, & festas exstruet altè
Cespitibus mensas, cespitibúsque torum.
Ingeret hic potus iuuenis maledicta puellæ,
Postmodò quæ votis irrita facta velit.
Nam ferus ille suæ, plorabit sobrius idem,
Et se iurabit mente fuisse mala.
Pace tua. pereant arcus, pereántque sagittæ
Phœbe, modò in terris erret inermis Amor.
Ars bona, sed postquàm suasit sibi tela Cupido,
Heu mihi quàm multis ars dedit illa malum!
Et mihi præcipuè, iaceo cùm saucius annum,
Et faueo morbo, cùm iuuat ipse dolor.
Vixque cano Nemesim, sine qua versus mihi nullus
Verba potest, iustos aut reperire pedes.
At tu (nam Diuûm seruat tutela poetas)
Præmoneo, vati parce puella sacro.
Vt Messalinum celebrem, cùm præmia belli,
Ante suos currus oppida victa feret,
Ipse gerens laurus, lauro deuinctus agresti,
Miles iò magna voce triumphe canam.
Tunc Messalla meus pia det spectacula turbæ,
Et plaudat curru prætereunte pater.
Annue: sic tibi sint intonsi Phœbe capilli,
Sic tua perpetuò sit tibi casta soror.

ELEGIA VI.

CASTRA *Macer sequitur. tenero quid fiet Amori?*
Sit

Sit comes, & collo fortiter arma gerat.
Et seu longa virum terræ via, seu vaga ducent
Æquora, cum telis ad latus ille volet.
Vt puer quæso, tua qui ferus otia liquit,
Atque iterum erronem sub tua signa voca.
Quod si militibus parces, erit hic quoque miles
Ipse, leuem galea qui sibi portet aquam.
Castra peto, valeatque Venus, valeantq́ue puellæ.
Et mihi sunt vires, & mihi facta tuba est.
Magna loquor, sed magnificè mihi magna locuto
Excutiunt clausæ fortia verba fores,
Iuraui quotiès, rediturum ad limina nunquàm.
Cùm bene iuraui, pes tamen ipse redit.
Acer Amor fractas vtinam tua tela sagittas,
Si liceat, extinctas adspiciamq́ue faces.
Tu miserum torques, tu me mihi dira precari
Cogis & insana mente nefanda loqui.
Iam mala finissem letho: sed credula vitam
Spes fouet, & fore cras semper ait melius.
SPES *alit agricolas: spes sulcis credit aratis*
Semina, quæ magno fenore reddat ager,
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,
Cùm tenues hamos abdidit antè cibus.
Spes etiam valida solatur compede vinctum:
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.
Spes facilem Nemesim spondet mihi: sed negat illa.
Hei mihi, ne vincas dura puella Deam.
Parce, per immatura tuæ precor ossa sororis,
Sic bene sub tenera parua quiescat humo.
Illa mihi sancta est. illius dona sepulcro,
Et madefacta meis serta feram lacrymis.
Illius ad tumulum fugiam, supplexq́ue sedebo,
Et mea cum muto fata querar cinere.
Non feret vsque suum te propter flere clientem.
Illius, vt verbis, sis mihi lenta veto,
Ne tibi neglecti mittant mala somnia Manes,
Mœstaq́ue sopitæ stet soror ante torum.
Qualis ab excelsa præceps delapsa fenestra
Venit ad infernos sanguinolenta lacus.
Desino, ne dominæ luctus renouentur acerbi.
Non ego sum tanti ploret vt illa semel.
Nec lacrymis oculos digna est fœdare loquaces,
Lena nocet nobis: ipsa puella bona est.
Lena vetat miserum Phryne, furtimq́ue tabellas
Occulto portans itq́ue, reditq́ue sinu.
Sæpè ego cùm dominæ dulces à limine duro
Agnosco voces, hæc negat esse domi.
Sæpè vbi nox promissa mihi est, languere puellam
Nuntiat, aut aliquas extimuisse minas.
Tunc morior curis: tunc mens mihi perdita fingit,
Quisve meam teneat, quot teneátve modis:
Tunc tibi lena precor diras. satis anxia viuas,
Mouerit è votis pars quotacunque Deos.

ALBII TIBVLLI
EQVITIS ROMANI
LIBER III.

ELEGIA I.



ARTIS *Romani festæ venere Kalendæ.*
Exoriens nostris hic fuit annus auis.
Et vaga nunc certa discurrũt vndiq; põpa,
Perq́ue vias vrbis munera, perq́ue domos.
Dicite Pierides, quonam donetur honore
Seu mea, seu fallor, cara Neæra tamen?
Carmine formosæ, pretio capiuntur auaræ:
Gaudeat, vt digna est, versibus illa meis.
Lutea sed niueum inuoluat membrana libellum,
Pumex & canas tondeat antè comas:
Summaq́ue prætexat tenuis fastigia chartæ,
Indices vt nomen littera facta tuum:
Atque inter geminas pingantur cornua frontes.
Sic etenim comtum mittere oportet opus.
Per vos auctores huius mihi carminis oro,
Castaliamq́ue vmbram, Pieriosq́ue lacus,
Ite domum, cultumq́ue illi donate libellum,
Sicut erit: nullus defluat inde color.
Illa mihi referet, si nostri mutua cura est,
An minor, an toto pectore deciderim.
Sed primùm meritam larga donate salute,
Atque hæc submisso dicite verba sono:
Hæc tibi vir quondam, nunc frater, casta Neæra,
Mittit, & accipias munera parua, rogat.
Teq́ue suis iurat caram magis esse medullis,
Siue sibi coniux, siue futura soror.
Sed potius coniux: huius spem nominis illi
Auferet extincto pallida Ditis aqua.

ELEGIA II.

QVI *primùm caram iuueni, carùmque puellæ*
Eripuit iuuenem, ferreus ille fuit,
Durus & ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
Viuere & erepta coniuge qui potuit.
Non ego firmus in hoc: non hæc patientia nostro
Ingenio. FRANGIT *fortia corda dolor.*
Nec mihi vera loqui pudor est, vitæque fateri
Tot mala perpessæ tædia nata meæ.
Ergo cùm tenuem fuero mutatus in vmbram,
Candidáque ossa super nigra fauilla teget;
Ante meum veniat longos incomta capillos,
Et fleat ante meum mœsta Neæra rogum.
Sed veniat caræ matris comitata dolore:
Mœreat hæc genero, mœreat illa viro.
Præfatæ ante meos Manes, animámque precatæ,
Perfusæque pias antè liquore manus.
Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa
Incinctæ nigra candida veste legant,
Et primùm annoso spargant collecta Lyæo,
Mox etiam niueo fundere lacte parent.
Post hæc carbasëis humorem tollere velis;

Atque in marmorea ponere ficta domo.
Pag. 80. *Illic, quas mittit dives Panchaïa merces,*
Eoiq; Arabes, dives & Assyria.
Et nostri memores lacrymæ fundantur eodem,
Sic ego componi versus in ossa velim.
Sed tristem mortis demonstret littera caussam,
Atque hæc in celebri carmina fronte notet:
Lygdamus hîc situs est. dolor huic, & cura Neæræ
Coniugis ereptæ caussa perire fuit.

ELEGIA III.

QVID *prodest cælum votis implesse Neæra?*
Blandáque cum multa thura dedisse prece?
Non vt marmorei prodirem è limine tecti
Insignis clara, conspicuusq; domo,
Aut vt multa mei renouarent iugera tauri,
Et magnas messes terra benigna daret:
Sed tecum vt longæ sociarem gaudia vitæ,
Inque tuo caderet nostra senecta sinu:
Tunc cùm permenso defunctus tempore lucis
Nudus Lethæa cogerer ire rate.
Nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri.
Aruaq; si findant pinguia mille boues?
Quídue domus prodest Phrygiis innixa columnis,
Tænare siue tuis, siue Caryste tuis?
Et nemora in domibus sacros imitantia lucos,
Aurataq; trabes, marmoreumq; solum?
Quid've in Erythræo legitur quæ litore concha,
Tinctáque Sidonio murice lana iuuat?
Et quæ præterea populus miratur, in illis
Inuidia est. falsò plurima vulgus amat.
NON OPIBVS *mentes hominum curæq; leuantur:*
Nam Fortuna sua tempora lege regit.
Sit mihi paupertas tecum iucunda Neæra.
At sine te regum munera nulla volo.
O niueam, quæ te poterit mihi reddere, lucem,
O mihi felicem térque, quatérque diem.
At si pro dulci reditu, quæcunque vouentur,
Audiat auersa non meus aure Deus:
Nec me regna iuuent, nec Lydius aurifer amnis,
Nec quas terrarum sustinet orbis opes.
Hæc alij cupiant: liceat mihi paupere cultu
Securo cara coniuge posse frui.
Adsis, & timidis faueas Saturnia votis,
Et faueas concha Cypria vecta tua.
Aut, si fata negant reditum, tristésque sorores,
Stamina quæ ducunt, quæq; futura neunt;
Me vocet in vastos amnes, nigrámque paludem
Diues in ignaua luridus Orcus aqua.

ELEGIA IIII.

DI *meliora ferant, nec sint insomnia vera,*
Quæ tulit hesterna pessima nocte quies.
Ite procul, vanum falsúmque auertite visum,
Pag. 80. *Desinite in vobis quærere velle fidem.*
Diui vera monent: venturæ nuntia sortis,
Vera monent Tuscis exsta probata viris,
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falsa timere iubent.
At natum in curas hominum genus, omnia noctis
Farre pio placant, & saliente sale.
Et tamen, vt cunque est, siue illi vera monent, i,
Mendaci somno credere siue volent,
Efficiat vanos noctis Lucina timores,
Et frustra immeritum pertimuisse velit:
Si mea nec turpi mens est obnoxia facto,
Nec læsit magnos impia lingua Deos.
Iam nox æthereum nigris emensa quadrigis
Mundum, cæruleo lauerat amne rotas.
Nec me sopierat menti Deus vtilis ægræ
Somnus. sollicitas deficit ante domos.
Tandem, cùm summo Phœbus prospexit ab ortu,
Pressit languentis lumina sera quies,
Hic iuuenis casta redimitus tempora lauro
Est visus nostra ponere sede pedem.
Non illo quidquam formosius illa priorum
Ætas, humanum nec videt illud opus.
Intonsi crines longa ceruice fluebant,
Spirabat Tyrio myrtea rore coma.
Candor erat, qualem præfert Latonia Luna,
Et color in niueo corpore purpureus.
Vt iuueni primùm virgo deducta marito,
Inficitur teneras ore rubente genas.
Vt cùm contexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.
Ima videbatur talis illudere palla.
Namque hæc in nitido corpore vestis erat.
Artis opus raræ, fulgens testudine, & auro,
Pendebat læua garrula parte lyra.
Hanc primùm veniens plectro modulatus eburno,
Felices cantus ore sonante dedit.
Sed postquàm fuerant digiti cum voce locuti,
Edidit hæc tristi dulcia verba modo.
Salue cura Deûm. casto nam rite poetæ,
Phœbúsque, & Bacchus, Pieridésque fauent.
Sed proles Semeles Bacchus, doctæq; sorores
Dicere non norunt, quid ferat hora sequens.
At mihi fatorum leges, æuíque futuri
Euentura pater posse videre dedit.
Quare, ego quæ dico non fallax, accipe, vates,
Quódque Deus vero Cynthius ore ferat.
Tantùm cara tibi, quantùm nec filia matri,
Quantùm nec cupido bella puella viro,
Pro qua sollicitas cælestia Numina votis,
Quæ tibi securos non finit ire dies,
Et, cùm te fusco somnus velauit amictu,
Vanum nocturnis fallit imaginibus.
Carminibus celebrata tuis formosa Neæra
Alterius mauult esse puella viri:
Diuersásque tuis agitat mens anxia curas,
Nec gaudet casta nupta Neæra domo.
Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen:
Ah pereat, didicit fallere si qua virum.
Sed flecti poterit: mens est mutabilis illi.
Tu modò cum multa brachia tende fide.
Sæuus amor docuit dominæ fera verba minantis:
Sæuus amor docuit verbera posse pati.
Me quondam Admeti niueas pauisse iuuencas,
Non est in vanum fabula ficta iocum.
Tunc ego nec cithara poteram gaudere sonora,
Nec similes chordis reddere voce sonos,
Sed perlucenti cantus meditabar auena,
Ille ego Latonæ filius, atque Iouis.
Nescis quid sit amor iuuenis, si ferre recusas
Immitem dominam coniugiumq; ferum.
Ergò ne dubita blandas adhibere querelas,
VINCVNTVR *molli pectora dura prece.*
Quòd si vera canunt sacris oracula templis,

Hæ

Hæc illi nostro nomine dicta refer:
Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse
Felix. hoc alium desine velle virum.
Dixit, & ignauus defluxit corpore somnus.
Ah ego ne possim tanta videre mala!
Nec tibi crediderim votis contraria vota,
Nec tantum crimen pectore inesse tuo.
Nam te nec vasti genuerunt æquora ponti,
Nec flamam voluens ore Chimæra fero,
Nec canis anguinea redimitus terga caterua,
Cui tres sunt linguæ, tergeminumq́ caput,
Scyllaque virgineam canibus succincta figuram;
Nec te conceptam sæua leæna tulit,
Barbara nec Scythiæ tellus, horrendáve Syrtis:
Sed culta, duris non habitanda domus,
Et longè ante alias omnes mitissima mater,
Isque pater, quo non alter amabilior.
Hæc Deus in melius crudelia somnia vertat,
Et iubeat tepidos irrita ferre Notos,

ELEGIA V.

VOS tenet etruscis manat quæ fontibus vnda,
Vnda sub æstiuum non adeunda canem,
Nunc autem sacris Baiarum maxima lymphis,
Cùm se purpureo vere remittit hiems.
At mihi Persephone nigram denuntiat horam.
Immerito iuueni parce nocere Dea.
Non ego tentaui nulli temeranda Deorum
Audax laudandæ sacra docere Deæ:
Nec mea mortiferis infecit pocula succis
Dextera; nec cuiquam tetra venena dedit:
Nec nos sacrilegos templis admouimus ignes,
Nec cor sollicitant facta nefanda meum.
Nec nos insanæ meditantes iurgia linguæ
Impia in aduersos soluimus ora Deos.
Et nondum cani nigros læsere capillos,
Nec venit tardo curua senecta pede.
Natalem primò nostrum videre parentes,
Cùm cecidit fato Consul vterque pari.
QVID fraudare iuuat vitem crescentibus vuis,
Et modò nata mala vellere poma manu?
Parcite, pallentes vmbras quicunque tenetis,
Duraq́ sortiti tertia regna Dei.
Elysios olim liceat cognoscere campos,
Lethæamq́ ratem, Cimmeriosque lacus,
Cùm mea rugosa pallebunt ora senecta,
Et referam pueris tempora prisca senex.
Atque vtinam vano nequidquam terrear æstu!
Languent ter quinos sed mea membra dies.
At vobis Tuscæ celebrantur Numina nymphæ,
Et facilis lenta pellitur vnda manu.
Viuite felices, memores & viuite nostri,
Siue erimus, seu nos fata fuisse velint.
Interea nigras pecudes promittite Diti,
Et niuei lactis pocula mista mero.

ELEGIA VI.

CANDIDE Liber ades. sic sit tibi mistica vitis,
Sic edera semper tempora vincta feras.
Aufer & ipse meum pariter medicando dolorem:
Sæpè tuo cecidit munere victus Amor.
Care puer, madeant generoso pocula Baccho:
Et nobis prona funde Falerna manu.
Ite procul durum curæ genus, ite labores.
Fulserit hic niueis Delius alitibus.
Vos modò proposito dulces faueatis amici,
Néve neget quisquam me duce se comitem.
Aut si quis vini certamen mite recusat,
Fallat eum tecto cara puella dolo.
Ille facit dites animos Deus: ille ferocem
Contudit, & dominæ misit in arbitrium.
Armenias tigres, & fuluas ille leænas
Vicit, & indomitis mollia corda dedit.
Hæc Amor, & maiora valet. sed poscite Bacchi
Munera. quem vestrum pocula sicca iuuant?
Conuenit ex æquo, nec toruus Liber in illos,
Qui se, quiq́ vnà vina iocosa colunt.
Iam venit iratus nimium, nimiumq́ seuerus.
Qui timet irati Numina magna, bibat.
Quales his pœnas Deus hic, quantumq́ minetur,
Cadmeæ matris præda cruenta docet.
Sed procul à nobis hic sit timor: illáque, si qua est,
Quid valeat læsi, sentiat, ira Dei.
Quid precor ah demens? venti temeraria vota
Aereæ & nubes diripienda ferant.
Quamuis nulla mei superest tibi cura Neæra,
Sis felix, & sint candida fata tua.
At nos securæ reddamus tempora mensæ.
Venit post multas vna serena dies.

ELEGIA VII.

HEI mihi difficile est imitari gaudia falsa,
Difficile est tristi fingere mente iocum.
Nec bene mendaci risus componitur ore,
NEC bene sollicitis ebria verba sonant,
Quid feror infelix? turpes discedite curæ.
Odit Lenæus tristia verba pater.
Cnossia Theseæ quondam periuria linguæ
Fleuisti ignoto sola relicta mari.
Sic cecinit pro te doctus Minos Catullus,
Ingrati referens impia facta viri.
Vos ego nunc moneo, FELIX, quicunque dolore
Alterius disces posse carere tuo.
Nec vos aut capiant pendentia brachia collo,
Aut fallat blanda sordida lingua fide.
Et si perque suos fallax iurauit ocellos
Iunonemq́ suam, perq́ suam Venerem, Pag. 80.
Nulla fides inerit. periuria ridet amantum
Iupiter, & ventos irrita ferre iubet.
Ergo quid toties fallacis verba puellæ
Conqueror? ite à me seria verba, precor.
Quàm vellem longas tecum requiescere noctes,
Et tecum longos peruigilare dies!
Perfida, nec meritò nobis inimica, merenti
Perfida, sed quamuis perfida, cara tamen.
Naiada Bacchus amat. cessas ô lente minister?
Temperet annosum Martia lympha merum,
Non ego, si fugiat nostræ conuiuia mensæ
Ignotum cupiens vana puella torum,
Sollicitus repetam tota suspiria nocte,
Tu puer huc liquidum fortius adde merum.
Iamdudum Syrio madefactus tempora nardo
Debueram sertis implicuisse comas.



ALBII TIBVLLI

EQVITIS ROMANI

LIBER IIII.

AD MESSALLAM.

Pag. 80. & seqq.



TE Messalla canam: quanquàm tua cognita virtus
Terret, vt infirmæ valeant subsistere vires,
Incipiam tamen: ac, meritas si carmina laudes
Deficiant, humilis tantis sim conditor actis:
Nec tua, te præter, chartis intexere quisquam
Facta queat, dictis vt non maiora supersint.
EST *nobis voluisse satis. nec munera parua*
Respueris. etiam Phœbo gratissima dona
Cres tulit, & cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus, vt puro testantur sidera cælo,
Erigoneq́; Canisq́; neget ne longior ætas.
Quin etiam Alcides Deus ascensurus Olympum
Læta Molorcheis posuit vestigia tectis.
Paruaq́; cælestes pacauit mica; nec illis
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.
Hic quoque sit gratus paruus labor, vt tibi possim
Inde alios, aliosq́; memor componere versus.
Alter dicat opus magni mirabile mundi,
Qualis in immenso desederit aere tellus,
Qualis & in curuum pontus confluxerit orbem,
Et vagus è terris quà surgere nititur aer,
Huic & contextus passim fluat igneus æther,
Pendentiq́; super claudantur vt omnia cælo,
At quodcunque meæ poterunt audere Camenæ,
Seu tibi par poterunt, seu, quod spes abnuit, vltrà,
Siue minus, certeq́; canent minus, omne vouemus
Hoc tibi, nec tanto careat mihi nomine charta.
Nam, quanquàm antiquæ gentis superent tibi laudes,
Non tua maiorum contenta est gloria fama,
Nec quæris, quid quaque index sub imagine dicat,
Sed generis priscos contendis vincere honores,
Quàm tibi maiores, maius decus ipse futuris.
At tua non titulus capiet sub nomine facta,
Æterno sed erunt tibi magna volumina versu.
Conuenientque tuas cupidi componere laudes
Vndique, quiq́; canent vincto pede, quique soluto.
Quis potius, certamen erit. sim victor in illis,
Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis.
Nam quis te maiora gerit castrísve, foróve?
Nec tamen hinc, aut hinc, tibi laus maiórve, minórve,
Iusta pari premitur veluti cum pondere libra
Prona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.
Qualis, inæquatum si quando onus vrget vtrinque,
Instabilis natat alterno depressior orbe.
Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi,
Non alius sedare queat: seu iudicis ira
Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.
Non Pylos, aut Ithace tantos genuisse feruntur,
Nestora, vel paruæ magnum decus vrbis Vlyssem,
Vixerit ille senex quamuis, dum terna per orbem
Sæcula fertilibus Titan decurreret horis;
Ille per ignotas audax errauerit vrbes,
Quà maris extremis tellus includitur vndis.
Nam Ciconumq́; manus aduersis repulit armis:
Non valuit Cyclops cœptos auertere cursus:
Cessit & Ætnææ Neptunius incola rupis
Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.
Vexit & Æolios placidum per Nerea ventos:
Incultos adiit Læstrygonas, Antiphatenq́;,
Nobilis Artaciæ gelidos quos irrigat vnda.
Solum nec doctæ verterunt pocula Circes:
Quamuis illa foret Solis genus, apta vel herbis,
Aptaq́; vel cantu veteres mutare figuras.
Cimmerium etiam obscuras accessit ad arces,
Queis numquàm candente dies apparuit ortu.
Siue super terras Phœbus, seu curreret infrà.
Vidit vt inferno Plutonis subdita regna
Magna Deûm proles leuibus discurreret Vmbris;
Præteriitque cita Sirenum litora puppi.
Illum inter geminæ nantem confinia mortis
Nec Scyllæ sæuo conterruit impetus ore,
Cùm canibus rapidas inter freta serperet vndas,
Nec violenta suo consumsit more Charybdis.
Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,
Vel si interrupto nudaret gurgite pontum.
Non violata vagi sileantur pascua Solis.
Non Amor, & fecunda Atlantidos arua Calypsus,
Finis & errorum misero Phæacia tellus.
Atque hæc seu nostras inter sunt cognita terras,
Fabula siue nouum dedit his erroribus orbem,
Sit labor illius, tua dum facundia maior.
Iam te non alius belli tenet aptiùs artes,
Qua deceat tutam castris præducere fossam,
Qualiter aduersos hosti defigere ceruos,
Quemve locum ducto melius sit claudere vallo,
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores:
Vt facilisque tuis aditus sit, & arduus hosti.
Laudis vt assiduo vigeat certamine miles,
Quis tardámve sudem meliùs, celerémve sagittam

Iecerit

Iecerit, aut lento perfregerit obuia pilo?
Aut quis equum celeremq; arcto compescere freno
Possit, & effusas tardo permittere habenas?
Inq; vicem modò directo contendere passu,
Seu libeat curuo breuius contendere gyro,
Quis parma, seu dextra velit, seu læua tueri,
Siue hac, siue illac grandis venit impetus hastæ,
Amplior, aut signata cita loca tangere funda?
Iam simul audacis veniant certamina Martis,
Aduersisque parent acies concurrere signis:
Tunc tibi non desit, faciem componere pugnæ,
Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen,
Rectus vt æquatis decurrat frontibus ordo:
Seu libeat duplicem, seu iunctum cernere Martem,
Dextérque vt læuum teneat, dextrúmque sinister
Miles, sitq; duplex gemini victoria casus.
At non per dubias errant mea carmina laudes.
Nam bellis experta cano. testis mihi victæ
Fortis Iapydiæ miles, testis quoque fallax
Pannonius, gelidas passim disiectus in Alpes.
Testis Arupinus & pauper natus in armis.
Quem si quis videat vetus vt non fregerit ætas,
Terna minus Pyliæ miretur secula famæ.
Centum fecundos Titan renouauerit annos,
Ipse tamen velox celerem super edere corpus
Audet equum, validísque sedet moderator habenis.
Te duce non alias conuersus terga domator
Libera Romanæ subiecit colla catenæ.
Nec tamen his contentus eris: maiora peractis
Instant, compertum est veracibus vt mihi signis,
Queis Amithaonius nequeat certare Melampus.
Nam modò fulgentem Tyrio subtemine vestem
Indueras, oriente die duce fertilis anni,
Splendidior liquidis cùm Sol caput extulit vndis,
Et fera discordes tenuerunt flamina venti,
Curua nec assuetos egerunt flumina cursus:
Quin rapidum placidis etiam mare constitit vndis,
Vlla nec aereas volucris perlabitur auras,
Nec quadrupes densas depascitur aspera siluas:
Quin largita tuis sunt multa silentia votis.
Iupiter ipse leui vectus per inania curru
Affuit, & cælo vicinum liquit Olympum,
Intentaq; tuis precibus se præbuit aure,
Cunctáque veraci capite annuit. additus aris
Lætior eluxit structos super ignis aceruos.
Quin, hortante Deo, magnis insistere rebus
Incipe. non iidem tibi sunt, aliisq; triumphi.
Non te vicino remorabitur obuia Marte
Gallia, nec latis audax Hispania terris,
Nec fera te Tyrio tellus obsessa colono,
Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaspes
Profluit, aut rapidus Cyri dementia Gindes,
Ardet Arectæis aut vnda perhospita campis:
Nec quà regna vago Tomyris finiuit Araxe,
Impia nec sæuis celebrans conuiuia mensis,
Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padæus,
Quaq; Hebrus, Tanaisq; Getas rigat, atque Magynos.
Quid moror? Oceanus ponto quà continet orbem,
Nulla tibi aduersis regio sese offeret armis.
Te manet inuictus Romano marte Britannus,
Téque interiecto mundi pars altera Sole.
Nam circumfuso consistit in aere tellus,
Et quinque in partes totus disponitur orbis,
Atque duæ gelido vastantur frigore semper:
Illic & densa tellus absconditur vmbra,
Et nulla incepto perlabitur vnda liquore,
Sed durata riget densam in glaciémque, niuémque,
Quippe vbi non vnquam Titan super egerit ortus.
At media est Phœbi semper subiecta calori,
Seu propior terris æstiuum fertur in orbem,
Seu celer hibernas properat decurrere luces.
Non ergo presso tellus consurgit aratro:
Nec frugem segetes præbent, nec pabula terra.
Non illic colit arua Deus, Bacchúsve, Cerésve,
Nulla nec exustas habitant animalia partes.
Fertilis hanc inter posita est, intérque rigentes,
Nostráque, & huic aduersa solo pars altera nostro,
Quas similis vtrinque tenens vicina cæli
Temperat: alter & alterius vires necat aër.
Hic placidus nobis per tempora labitur annus.
Hic & colla iugo didicit summittere taurus,
Et lenta excelsos vitis conscendere ramos,
Tonditurque seges maturos annua partus,
Et ferro tellus, pontus confinditur ære.
Quin etiam structis exsurgunt oppida muris.
Ergo vbi præclaros poscent tua facta triumphos,
Solus vtroque idem diceris magnus in orbe.
Non ego sum satis ad tanta præconia laudis,
Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.
Est tibi, qui possit magnis se accingere rebus
Valgius: æterno propior non alter Homero.
Languida non noster peragit labor otia, quamuis
Fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget.
Nam mihi cùm magnis opibus domus alta niteret,
Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci,
Horrea fecundas ad deficientia messes,
Cuiq; pecus denso pascebant agmine colles,
Et domino satis, & nimium furiq; lupóque,
Nunc desiderium superest: nam cura nouatur,
Cùm memor anteactos semper dolor admonet annos.
Sed licet asperiora cadant, spoliérque relictis,
Non te deficient nostræ memorare Camenæ:
Nec solum tibi Pierij tribuentur honores:
Pro te vel rapidas ausim maris ire per vndas,
Aduersis hiberna licet tumeant freta ventis:
Pro te vel solus densis subsistere turmis,
Vel paruum Ætnææ corpus committere flammæ.
Sum quodcunque, tuum est. nostri si paruula cura
Sit tibi, quanta libet; si sit modò, non mihi regna
Lydia, non magni potior sit fama Gylippi,
Posse Meleteas nec mallem vincere chartas.
Quòd tibi si versus noster totúsve minusve,
Vel bene sit totus, summo vel inerret in ore,
Nulla mihi statuent finem te fata canendi.
Quinetiam, mea cùm tumulus contexerit ossa,
Seu matura dies celerem properat mihi mortem,
Longa manet seu vita tamen mutata figuram;
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum, seu tardi pecoris sim gloria taurus,
Siue ego per liquidum volucris vehar aera pennis,
In quemcunque hominem me longa receperit ætas,
Inceptis de te subtexam carmina chartis.

LAVS SVLPICIÆ AD MARTEM.

SVLPICIA *est tibi culta tuis Mars magne Kalendis,*
Spectatum è cælo, si sapis, ipse veni.
Hoc Venus ignoscet. at tu violente caueto,
Ne tibi miranti turpiter arma cadant.

Illius ex oculis, cum vult exurere Diuos,
Accendit geminas lampadas acer Amor.
Illam, quidquid agit, quoquò vestigia flectit,
Componit furtim, subsequitúrque decor.
Seu soluit crines, fusis decet esse capillis:
Seu compsit, comtis est veneranda comis.
Vrit, seu Tyria voluit procedere palla:
Vrit, seu niuea candida veste venit.
Talis in æterno felix Vertumnus Olympo,
Mille habet ornatus, mille decenter habet.
Sola puellarum digna est, cui mollia caris
Vellera de succis bis madefacta Tyros,
Possideátque, metit quidquid bene olentibus aruis
Cultor odoratæ diues Arabs segetis
Et quascunque niger rubro de litore conchas
Proximus Eois colligit Indus aquis.
Hanc vos Pierides festis cantate Kalendis,
Et testudinea Phœbe superbe lyra.
Hoc sollenne sacrum multos hoc sumet in annos.
Dignior est vestro nulla puella choro.

SVLPICIA AD CHERINTVM.

PARCE *meo iuueni, seu quis bona pascua campi,*
Seu colis vmbrosi deuia montis aper.
Nec tibi sit duros acuisse in prælia dentes.
Incolumem custos hunc mihi seruet Amor.
Sed procul abducit venandi Delia cura.
O pereant siluæ deficiantq́ue canes!
Quis furor est, quæ mens densos indagine colles
Claudentem, teneras lædere velle manus?
Quídve iuuat furtim latebras intrare ferarum?
Candidaq́ue hamatis crura notare rubis?
Sed tamen, vt tecum liceat Cherinte vagari,
Ipsa ego per montes retia torta feram.
Ipsa ego velocis quæram vestigia cerui,
Et demam celeri ferrea vincla cani.
Tunc mihi tunc placeant siluæ, si, lux mea, tecum
Arguar ante ipsas concubuisse plagas.
Tunc veniat licet ad casses, illæsus abibit,
Ne veneris cupidæ gaudia turbet aper.
Tunc sine me sit nulla Venus: sed lege Dianæ
Caste puer casta retia tende manu.
Et quæcunque meo furtim subrepit amori,
Incidat in sæuas diripienda feras.
At tu venandi studium concede parenti,
Et celer in nostros ipse recurre sinus.

AD PHOEBVM.

HVC *ades, & tenera morbos expelle puellæ,*
Huc ades intonsa Phœbe superbe coma.
Crede mihi propera: nec te iam Phœbe pigebit
Formosæ medicas applicuisse manus.
Effice ne macies pallentes occupet artus,
Neu notet informis pallida membra color.
Et quodcunque mali est, & quidquid triste timemus,
In pelagus rapidis euehat amnis aquis.
Sancte veni, tecumq́ue feras quicunque sapores,
Quicunque & cantus corpora fessa leuant.
Neu iuuenem torque, metuit qui fata puellæ,
Votáque pro domina vix numeranda facit.
Interdum vouet: interdum, quòd langueat illa,
Dicit in æternos aspera verba Deos.
Pone metum Cherinte. Deus non lædit amantes.
Tu modò semper ama. salua puella tibi est:
Nil opus est fletu: lacrymis erit aptius vti,
Si quando fuerit tristior illa tibi.
At nunc tota tua est, te solum candida secum
Cogitat, & frustra credula turba sedet.
Phœbe faue: laus magna tibi tribuetur, in vno
Corpore seruato restituisse duos.
Iam celeber, iam lætus eris, cùm debita reddet
Certatim sanctis lætus vterque focis.
Tunc te felicem dicet pia turba Deorum:
Optabunt artes & sibi quisque tuas.

AD CHERINTVM.

QVI *mihi te Cherinte dies dedit, hic mihi sanctus,*
Atque inter festos semper habendus erit.
Te nascente nouum Parcæ cecinere puellis
Seruitium, & dederunt regna superba tibi.
Vror ego ante alias. iuuat hoc Cherinte, quòd vror,
Si tibi de nobis mutuus ignis adest.
Mutuus adsit amor, tua per dulcissima furta,
Perque tuos oculos, per Geniumq́ue rogo.
Magne Geni, cape thura libens, votisq́ue faueto,
Si modò, cùm de me cogitat, ille calet.
Quòd si fortè alios iam nunc suspirat amores,
Tunc precor infidos sancte relinque focos.
Nec tu sis iniusta Venus. vel seruiat æquè
Vinctus vterque tibi, vel mea vincla leua:
Sed potiùs valida teneamur vterque catena,
Nulla queat posthac quam soluisse dies.
Optat idem iuuenis, quod nos, sed tectiùs optat,
Nam pudet hæc illum dicere verba palam.
At tu Natalis quoniam Deus omnia sentis,
Annue. quid refert, clámne, palámne, roget?

AD IVNONEM.

NATALIS *Iuno sanctos cape thuris aceruos,*
Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tota tibi est hodie, tibi se lætissima compsit,
Staret vt ante tuos conspicienda focos.
Illa quidem ornandi caussas tibi, Diua, relegat,
Est tamen occultè cui placuisse velit,
At tu sancta faue, ne quis diuellat amantes,
Sed iuueni quæso mutua vincla para.
Sic bene compones. ulli non ille puellæ
Seruire, aut cuiquam dignior illa viro.
Nec possit cupidos vigilans deprendere custos,
Fallendiq́ue vias mille ministret Amor.
Annue, purpureaq́ue veni perlucida palla,
Ter tibi sit libo, ter Dea casta mero.
Præcipit & gnatæ mater studiosa, quod optat?
Illa aliud tacita iam sibi mente rogat.
Vritur, vt celeres vrunt altaria flammæ:
Nec, liceat quamuis, sana fuisse velit.
Sit iuueni grata, ac veniet cùm proximus annus,
Hic idem votis iam vetus adsit amor.

SVLPICIA LOQVITVR.

TANDEM *venit amor, qualem texisse pudore,*
Quàm nudasse alicui, sit mihi fama magis.
Exorata meis illum Cytherea Camenis
Attulit, in nostrum deposuitq́ue sinum,

Exsoluit promissa venus. mea gaudia narret,
Dicetur si quis non habuisse suum.
Non ego signatis quidquam mandare tabellis,
Ne legat id nemo, quàm meus, antè velim:
Sed peccasse iuuat, vultus componere famæ
Tædet, cùm digno digna fuisse ferar.

AD MESSALLAM.

INVISVS natalis adest, qui rure molesto,
Et sine Cherinto tristis agendus erit.
Dulcius vrbe quid est? an villa sit apta puellis,
Atque Fretino frigidus amnis agro?
Iam nimium Messalla mei studiose quiescas,
Non tempestiua sæpè propinque via.
Hîc animum, sensusq́ meos abducta relinquo,
Arbitrio quamuis non finis esse meo.

DE NATALI DIE.

SCIS iter ex animo sublatum triste puellæ
Natali Romæ iam licet esse tuo.
Omnibus ille dies nobis natalis agatur,
Qui nec opinanti nunc tibi fortè venit.

AD SVLPICIAM.

GRATVM est, securus multum quòd iam mihi de me
Permittis subito, ne malè inepta cadam.
Sit tibi cura togæ potior, pressumq́ quasillo
Scortum, quàm Serui filia Sulpicia.
Solliciti sunt pro nobis, quibus illa dolori est,
Nec credam ignoto maxima cura toro.

AD CHERINTVM.

ESTNE tibi Cherinte tuæ placiture puellæ,
Qui mea nunc vexat corpora fessa calor?
Ah ego non aliter tristes euincere morbos
Optarim, quàm te sic quoque velle putem.
Nam mihi quid prosit morbos euincere; vbi tu
Nostra potes læto pectore ferre mala?

AD EVNDEM.

NE tibi sim, mea lux, æquè tam feruida cura,
Vt videor paucos ante fuisse dies.
Si quidquam tota commisit stulta iuuenta,
Cuius me fatear pœnituisse magis,
Hesterna quàm te solum quòd nocte reliqui,
Ardorem cupiens dissimulare meum.

AD AMICAM.

NVLLA tuum nobis subducet femina lectum,
Hoc primùm iuncta est fœdere nostra Venus.
Tu mihi sola places, nec iam te præter in vrbe
Formosa est oculis vlla puella meis.
Atque vtinam posses vni mihi bella videri.
Displiceas aliis: sic ego tutus ero.
Nil opus inuidia est. procul absit gloria vulgi.
Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.
Sic ego secretis possum bene viuere siluis,
Quà nulla humano sit via trita pede.
Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
Lumen, & in solis tu mihi turba locis.
Nunc licet è cælo mittatur amica Tibullo,
Mittetur frustra, deficietq́ Venus.
Hæc tibi sancta tuæ Iunonis numina iuro,
Quæ sola ante alios est mihi magna Deos.
Quid facio demens? heu, cui mea pignora credo?
Iuraui stultè: proderat iste timor.
Nunc tu fortis eris, nunc tu me audaciùs vres.
Hoc peperit misero garrula lingua malum.
Iam faciam quodcunque voles: tuus vsque manebo,
Nec fugiam notæ seruitium dominæ:
Sed Veneris sanctæ considam vinctus ad aras:
Hæc notat iniustos supplicibusq́ fauet.

DE INFAMIA SVÆ PVELLÆ.

RVMOR ait crebrò nostram peccare puellam.
Nunc ego me surdis auribus esse velim.
Crimina non hæc sunt nostro sine ficta dolore.
Quid miserum torques rumor acerbe? tace.

DOMITII MARSI DE TIBVLLI MORTE.

TE quoque Virgilio comitem non æqua Tibulle
Mors iuuenem campos misit ad Elysios:
Ne foret, aut elegis molleis qui fleret amores,
Aut caneret forti regia bella pede.

HÆC DVO EPIGRAMMATA
Quæ in Priapeis leguntur, viri docti Tibullo adscribunt.

TIBVLLVS AD PRIAPVM.

VILLICVS ærari ad quondam, nunc cultor agelli,
Hæc tibi perspectus templa Priape dico.
Pro quibus officiis, si fas est, sancte paciscor,
Assiduus custòs ruris vt esse velis:
Improbus vt si quis nostrum violarit agellum:
Hunc tu, sed taceo: scis puto, quod sequitur.

EIVSDEM AD PRIAPVM.

QVID hoc noui est? quid ira nuntiat Deûm?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cùm iaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners senile penis extulit caput.
Placet Priape? qui sub arboris coma
Soles sacrum reuincte pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino.
At ô Tripalle sæpe floribus nouis
Tuas sine arte deligauimus comas,
Abegimusq́ voce sæpè, cùm tibi
Senéxve coruus, impigérve graculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande destitutor inguinum,
Vale Priape: debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua squalidus situ.
Canisq́ sæua, susq́ ligneo tibi
Lutosus affricabit oblitum latus.
Scelestè penis, ô meum malum graue,
Graui piaq́ lege noxiam lues.

Ouid. de morte Tibulli.

Licet querare: nec tibi tener puer
Patebit vllus, imminente qui toro
Iuuante verset arte mobilem natem.
Puella nec iocosa te leui manu
Fouebit, apprimét ve lucidum femur.
Eidens amica Romuli senis memor
Paratur: inter atra cuius inguina
Latet iacente pantice abditus specus,
Vagaq; pelle tectus annuo gelu
Araneosus obsidet forem situs.
Tibi hac paratur, vt tuum ter, aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput.
Licebit ager angue lentior cubes,
Terêris vsque, donec ah miser, miser
Triplexq; quadruplexq; compleas specum.
Superbia ista proderit nihil, simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid est iners? pigétne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel:
Sed ille cùm redibit aureus puer,
Simul sonante senseris iter pede:
Repente neruus excitet libidinem
Et inquietus inguina arrigat tumor:
Neque incitare cesset, vsque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

P. OVID. NASONIS
DE MORTE
TIBVLLI.



Emnona si mater, mater plorauit Achillem,
Et tangunt magnas tristia fata Deas,
Flebilis indignos elegeia solue capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit!
Ille tui vates operis, tua fama Tibullus
Ardet in extructo corpus inane rogo.
Ecce puer Veneris fert euersamq; pharetram,
Et fractos arcus, & sine luce facem.
Adspice, demissis vt eat miserabilis alis,
Pectoraq; infesta tundat aperta manu.
Excipiunt lacrymas sparsi per colla capilli,
Oraq; singultu concutiente sonant.
Fratris in AEneæ sic illum funere dicunt
Egressum tectis pulcer Iule tuis.
Nec minùs est confusa Venus moriente Tibullo,
Quàm iuueni rupit cùm ferus inguen aper.
At sacri vates, & Diuûm cura vocamur:
Sunt etiam, qui nos numen habere putent.
Scilicet omne sacrum mors importuna profanat,
Omnibus obscuras inncit illa manus.
Quid pater Ismario, quid mater profuit Orphee?
Carmine quid victas obstupuisse feras?
Et Linon in siluis idem pater edidit altis,
Dicitur inuicta concinuisse lyra.
Adspice Maeoniden, à quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pierijs ora rigantur aquis.
Hunc quoq; summa dies nigro summersit Auerno.
Effugiunt auidos carmina sola rogos.
Durat opus vatum, Troiani fama laboris,
Tardaq; nocturno tela retexta dolo.
Sic Nemesis longum, sic Delia nomen habebit,
Altera cura recens, altera primus amor.
Quid nunc sacra iuuant, quid nunc AEgyptia prosunt
Sistra, quid in vacuo secubuisse toro?
Cùm rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso,
Sollicitor nullos esse putare Deos.
Viue pius: moriere pius: cole sacra: colentem
Mors tamen à sacris in sua busta trahet.
Carminibus confide bonis: iacet ecce Tibullus.
Vix manet è toto, parua quod vrna capit.
Tene sacer vates flammæ rapuere rogales?
Pectoribus pasci nec timuere tuis?
Aurea sanctorum potuissent templa Deorum
Vrere, quæ tantum sustinuere nefas.
Auertit vultus, Erycis quæ possidet arces.
Sunt quoque qui lacrymas continuisse negent.
Sed tamen hoc melius, quàm si Phæacia tellus
Ignotum vili supposuisset humo.
Hic certè manibus fugientes pressit ocellos
Mater, & in cineres vltima dona tulit.
Hic soror in partem misera cum matre doloris
Venit, inornatas dilaniata comas.
Cumq; tuis sua iunxerunt Nemesisq; priorque
Oscula, nec solos destituere rogos.
Delia discedens, feliciùs, inquit, amata
Sum tibi: vixisti, dum tuus ignis eram.
Cui Nemesis, quid ait, tibi sunt mea damna dolori?
Me tenuit moriens deficiente manu.
Si tamen è nobis aliquid, nisi nomen, & vmbra
Restat: in Elysia valle Tibullus erit.
Obuius huic venies, edera iuuenilia cinctus
Tempora, cum Caluo docte Catulle tuo.
Tu quoque, si falsum est temerati crimen amici,
Sanguinis, atque animæ prodige Galle tuæ.
His comes vmbra tua est, si qua est modò corporis vmbra,
Auxisti numeros culte Tibulle pios.
Ossa quieta precor tuta requiescite in vrna,
Et sit humus cineri non onerosa tuo.

FINIS.



SEX. PROPERTII ELEGIARVM

LIBER I.

ELEGIA I.

Pag. 135. & seqq.



YNTHIA prima suis miserum me cepit ocellis,
Contactum nullis antè cupidinibus.
Tum mihi constantis deiecit lumina fastus,
Et caput impositis pressit Amor pedibus,
Donec me docuit castas odisse puellas
Improbus, & nullo viuere consilio.
Et mihi iam toto furor hic non deficit anno:
Cùm tamen aduersos cogor habere deos.
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
Saeuitiam durae contudit Iasidos.
Nam modò Partheniis amens errabat in antris,
Ibat & hirsutas ille videre feras.
Ille etiam Hylaei percussus vulnere rami,
Saucius Arcadiis rupibus ingemuit.
Ergo velocem potuit domuisse puellam:
Tantum in amore preces, & benefacta valent.
In me tardus amor non vllas cogitat artes,
Nec meminit notas, vt priùs ire vias.
At vos, deducta quibus est fallacia Luna,
Et labor in magicis sacra piare focis,
En agedum dominae mentem conuertite nostrae:
Et facite illa meo palleat ore magis.
Tunc ego crediderim vobis, & sydera, & amnes
Posse Cytaeinis ducere carminibus.
At vos, qui serò lapsum reuocatis amici,
Quaerite non sani pectoris auxilia.
Fortiter & ferrum, saeuos patiemur & ignes:
Sit modò libertas, quae velit ira, loqui.
Ferte per extremas gentes, & ferte per vndas,
Qua non vlla meum foemina norit iter.
Vos remanete, quibus facili Deus annuit aure:
Sitis & in tuto semper amore pares.
In me nostra Venus noctes exercet amaras,
Et nullo vacuus tempore desit amor.
Hoc, moneo, vitate malum. sua quenque moretur
Cura, neque assueto mutet amore locum.
Quod si quis monitis tardas aduerterit aures,
Heu referet quanto verba dolore mea!

II.

Pag. 144.

QVID iuuat ornato procedere, vita, capillo,
Et tenues Coa veste mouere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturaeque decus mercato perdere cultu,
Nec sinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non vlla tuae medicina figurae est,
Nudus amor formae non amat artificem.
Aspice quos summittit humus formosa colores,
Et veniant ederae sponte sua melius,
Surgat & in solis formosius arbutus antris;
Et sciat indociles currere lympha vias.
Littora natiuis persuadent picta lapillis,
Et volucres nulla dulcius arte canunt.
Non sic Leucippis succendit Castora Phoebe,
Pollucem cultu non Hilaira soror.
Non Idae, & cupido quondam discordia Phoebo
Eueni patriis filia littoribus.
Nec Phrygium falso traxit candore maritum
Auecta externis Hippodamia rotis.
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apellaeis est color in tabulis.
Non illis studium vulgo conquirere amantes:
Illis ampla satis forma pudicitia.
Non ego nunc vereor, ne sis mihi vilior istis.
Vni si qua placet, culta puella sat est.
Cùm tibi praesertim Phoebus sua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram,
Vnica nec desit iucundis gratia verbis,
Omnia quaeque Venus, quaeque Minerua probat;
His tu semper eris nostrae gratissima vitae,
Taedia dum miserae sint tibi luxuriae.

III.

QVALIS Thesea iacuit cedente carina
Languida desertis Gnosia littoribus, Pag. 150.
Qualis & accubuit primo Cepheia somno
Libera iam duris cotibus Andromede,
Nec minus assiduis Edonis fessa choreis
Qualis in herboso concidit Apidano;
Talis visa mihi mollem spirare quietem
Cynthia, non certis nixa caput manibus,
Ebria cùm multo traherem vestigia Baccho,
Et quaterent sera nocte facem pueri.
Hanc ego, nondum etiam sensus deperditus omnes,
Molliter impresso conor adire toro.
Et quamuis duplici correptum ardore iuberent
Hac Amor, hac Liber, durus vterque Deus,
Subiecto leuiter positam tentare lacerto,
Osculaque admota sumere, & arma manu:
Non tamen ausus eram dominae turbare quietem,
Expertae metuens iurgia saeuitiae:

Sed sic intentis hærebam fixus ocellis,
Argus vt ignotis cornibus Inachidos.
Et modò soluebam nostra de fronte corollas,
Ponebamq́ tuis Cynthia temporibus:
Et modò gaudebam lapsos formare capillos:
Nunc furtiua cauis poma dabam manibus:
Omniaq́ ingrato largibar munera somno,
Munera de prono sæpe voluta sinu.
Et, quoties raro duxti suspiria motu,
Obstupui vano credulus auspicio,
Nequa tibi insolitos portarent visa timores,
Neve quis inuitam cogeret esse suam:
Donec diuersas percurrens Luna fenestras,
Luna moraturis sedula luminibus,
Compositos leuibus radiis patefecit ocellos.
Sic ait in molli fixa toro cubitum:
Tandem te nostro referens iniuria lecto,
Alterius clausis repulit è foribus.
Nanque vbi longa meæ consumpsti tempora noctis,
Languidus exactis hei mihi sideribus?
O vtinam tales perducas, improbe, noctes,
Me miseram quales semper habere iubes.
Nam modò purpureo fallebam stamine somnum,
Rursus & Orpheæ carmina fessa lyræ:
Interdum grauiter mecum deserta querebar
Externo longas sæpe in amore moras,
Dum me iucundis lapsam sopor impulit alis.
Illa fuit lacrymis vltima cura meis.

IV.

Pag. 158. QVID mihi tam multas laudando Basse puellas
Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me non pateris, vitæ quodcunque sequetur,
Hoc magis assueto ducere seruitio?
Tu licet Antiopæ formam Nycteidos, & tu
Spartanæ referas laudibus Hermionæ,
Et quascunque tulit formosi temporis ætas,
Cynthia non illas nomen habere sinat:
Nedum, si leuibus fuerit collata figuris,
Inferior duro iudice turpis eat.
Hæc sed forma mei pars est extrema furoris:
Sunt maiora, quibus Basse perire iuuat:
Ingenuus color, & multis decus artibus, & quæ
Gaudia sub tacita dicere veste libet.
Quo magis & nostros contendis soluere amores,
Hoc magis accepta fallit vterque fide.
Non impune feres. sciet hæc insana puella,
Et tibi non tacitis vocibus hostis erit.
Nec tibi me posthac committet Cynthia, nec te
Quæret. erit tanti criminis illa memor:
Et te circum omnes alias irata puellas
Differet. heu nullo limine carus eris.
Nullas illa suis contemnet fletibus aras,
Et quicunque sacer, qualis vbique, lapis.
Non vllo grauius tentatur Cynthia damno,
Quàm sibi cum rapto cessat amore Deus,
Præcipuè nostri. maneat sic semper, adoro:
Nec quicquam ex illa, quod querar, inueniam.

V.

Pag. 161. INVIDE, tu tandem voces compesce molestas,
Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.
Quid tibi vis insane? meos sentire furores?
Infelix properas vltima nosse mala:
Et miser ignotos vestigia ferre per ignes,
Et bibere è tota toxica Thessalia.
Non est illa vagis similis collata puellis.
Molliter irasci non sciet illa tibi.
Quòd si forte animis non est contraria nostris,
At tibi curarum millia quanta dabit!
Non tibi iam somnos non illa relinquet ocellos.
Illa feros animis alligat vna viros.
Ach mea contemptus quoties ad limina curres!
Cum tibi singultu fortia verba cadent,
Et tremulus mœstis orietur fletibus horror,
Et timor informem ducet in ore notam:
Et quæcunque voles fugient tibi verba querenti;
Nec poteris, qui sis, aut vbi, nosse miser.
Tum graue seruitium nostræ cogere puellæ
Discere, & exclusum quid sit abire domum.
Nec iam pallorem toties mirabere nostrum,
Aut cur sim toto corpore nullus ego.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti,
Nescit amor priscis cedere imaginibus.
Quod si parua tuæ dederis vestigia culpæ,
Quàm citò de tanto nomine rumor eris!
Non ego tum potero solatia ferre roganti.
Cùm mihi nulla mei sit medicina mali:
Sed pariter miseri socio cogemur amore
Alter in alterius mutua flere sinu.
Quare, quid possit mea Cynthia, desine Galle
Quærere. non impune illa rogata venit.

VI.

NON ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum Pag. 167.
Tulle, neque Ægæo ducere vela salo,
Cum quo Rhiphæos possim conscendere montes;
Vlteriusq́ domos vadere Memnonias.
Sed me complexæ remorantur verba puellæ,
Mutatoq́ graues sæpe colore preces.
Illa mihi totis argutat noctibus ignes,
Et queritur nullos esse relicta deos.
Illa meam mihi iam se denegat: illa minatur,
Quæ solet irato tristis amica viro.
His ego non horam possim durare querelis.
Ah pereat, si quis lentus amare potest.
An mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas;
Atque Asiæ veteres cernere diuitias:
Vt mihi deducta faciat conuicia puppi
Cynthia, & insanis ora notet manibus?
Osculaq́ opposito dicat sibi debita vento,
Et nihil infido durius esse viro?
Tu patrui meritas conare anteire secures,
Et vetera oblitis iura refer sociis.
Nam tua non ætas vnquam cessauit amori,
Semper at armatæ cura fuit patriæ:
Et tibi non vnquam nostros puer iste labores
Afferat, & lachrymis omnia nota meis.
Me sine, quem semper voluit fortuna iacere,
Hanc animam extremæ reddere nequitiæ.
Multi longinquo periere in amore libenter,
In quorum numero me quoque terra tegat.
Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.
Hanc me militiam fata subire volunt.
At tu seu mollis quà tendit Ionia, seu quà
Lydia Pactoli tingit arata liquor,
Seu pedibus terras, seu pontum carpere remis
Ibis, & accepti pars eris imperij,
Tum tibi si qua mei veniet non immemor hora,
Viuere me duro sidere certus eris.

VII.

DVM tibi Cadmeæ dicuntur, Pontice, Thebæ, Pag. 173.
Armaq́ fraternæ tristia militiæ,

Atque, ita sim felix, primo contendis Homero,
Sint modò fata tuis mollia carminibus,
Nos, vt consuemus, nostros agitamus amores,
Atque aliquid duram quærimus in dominam:
Nec tantum ingenio, quantum seruire dolori
Cogor, & ætatis tempora dura queri.
Hic mihi conteritur vitæ modus, hæc mea fama est,
Hinc cupio nomen carminis ire mei.
Me laudent doctæ solum placuisse puellæ,
Pontice, & iniustas sæpe tulisse minas.
Me legat assiduè post hæc neglectus amator,
Et prosint illi cognita nostra mala.
Te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
Quod nolim nostros te violasse deos:
Longè castra tibi, longè miser agmina septem
Flebis in æterno surda iacere situ:
Et frustra cupies mollem componere versum,
Nec tibi subiciet carmina serus Amor.
Tunc me non humilem mirabere sæpe poetam:
Tunc ego Romanis præferar ingeniis:
Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulcro,
Ardoris nostri magne poeta iaces.
Tu caue nostra tuo contemnat carmina fastu.
Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

VIII.

Tu ne igitur demens? nec te mea cura moratur? Pag. 178.
An tibi sum gelida vilior Illyria?
Et tibi iam tanti, quicunque est iste, videtur,
Vt sine me vento quolibet ire velis?
Tu ne audire potes vesani murmura ponti?
Fortis & in dura naue iacere potes?
Tu pedibus teneris positas fulcire pruinas?
Tu potes insolitas Cynthia ferre niues?
O vtinam hibernæ duplicentur tempora brumæ,
Et sit iners tardis nauita Vergiliis,
Ne tibi Tyrrhena soluatur funis arena,
Néve inimica meas eleuet aura preces:
Atque ego non videam tales subsidere ventos,
Cùm tibi prouectas auferet vnda rates,
Et me defixum vacua patiatur in ora
Crudelem infesta sæpe vocare manu.
Sed, quocunque modo de me periura mereris,
Sit Galatæa tuæ non aliena viæ;
Vt te felici præuecta Ceraunia remo
Accipiat placidis Oricos æquoribus.
Nam me non vllæ poterunt corrumpere tedæ;
Quin ego, vita, tuo limine verba querar.
Nec me deficiet nautas rogitare citatos,
Dicite, quo portu clausa puella mea est?
Et dicam, licet Athraciis considat in oris,
Et licet Elæis, illa futura mea est.
Hic erit, hic iurata manet. rumpantur iniqui.
Vicimus: assiduas non tulit illa preces.
Falsa licet cupidus deponat gaudia liuor:
Destitit ire nouas Cynthia nostra vias.
Illi carus ego, & per me carissima Roma
Dicitur, & sine me dulcia regna negat.
Illa vel angusto mecum requiescere lecto,
Et quocunque modo maluit esse mea,
Quàm sibi dotatæ regnum vetus Hippodamiæ,
Et quas Elis opes antè pararat equis.
Quamuis magna daret, quamuis maiora daturus,
Non tamen illa meos fugit auara sinus.
Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obsequio.
Sunt igitur Musæ, neque amanti tardus Apollo.
Queis ego fretus amo: Cynthia rara mea est.
Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis:
Siue dies, seu nox venerit, illa mea est:
Nec mihi riualis certos subducet amores.
Ista meam norit gloria canitiem.

IX.

DICEBAM *tibi venturos irrisor amores,* Pag. 185.
Nec tibi perpetuò libera verba fore.
Ecce iaces, supplexq́; venis ad iura puellæ,
Et tibi nunc quæuis imperat empta modo.
Non me Chaoniæ vincant in amore columbæ
Dicere, quos iuuenes quæque puella domet.
Me dolor, & lacrymæ merito fecere peritum.
Atque vtinam posito dicar amore rudis!
Quid tibi nunc misero prodest graue dicere carmen?
Aut Amphioniæ mœnia flere lyræ?
Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.
Carmina mansuetus lenia quærit Amor.
I quæso, & tristes istos compone libellos,
Et cane, quod quæuis nosse puella velit.
Quid si non esset facilis tibi copia nunc? tu
Insanus medio flumine quæris aquam.
Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni.
Hæc est venturi prima fauilla mali.
Tunc magis Armenias cupies accedere tigres,
Et magis infernæ vincula nosse rotæ,
Quàm pueri toties arcum sentire medullis,
Et nihil iratæ posse negare tuæ.
Nullus amor cuiquã faciles ita præbuit alas,
Vt non alterna presserit ille manu.
Nec te decipiat, quòd sit satis illa parata.
Acrius illa subit Pontice, si qua tua est.
Quippe vbi non liceat vacuos seducere ocellos,
Nec vigilare alio nomine cedat Amor.
Qui non antè patet, donec cutis attigit ossa.
Quisquis es, assiduas aufuge blanditias.
Illis & silices, & possunt cedere quercus,
Nedum tu possis spiritus iste leuis.
Quare, si pudor est, quamprimum errata fatere.
Dicere quo pereas sæpe in amore iuuat.

X.

O iucunda quies, primo cùm testis amori Pag. 190.
Affueram vestris conscius in lacrymis!
O noctem meminisse mihi iucunda voluptas,
O quoties votis illa vocanda meis,
Cùm te complexa morientem Galle puella,
Vidimus, & longa ducere verba mora!
Quamuis labentes premeret mihi somnus ocellos,
Et mediis cælo luna ruberet equis,
Non tamen à vestro potui secedere lusu.
Tantus in alternis vocibus ardor erat.
Sed quoniam non es veritus concredere nobis:
Accipe commissæ munera lætitiæ.
Non solum vestros didici reticere dolores.
Est quiddam in nobis maius amice fide.
Possum ego diuersos iterum coniungere amantes,
Et dominæ tardas possum aperire fores,
Et possum alterius curas sanare recentes,
Nec leuis in verbis est medicina meis.
Cynthia me docuit semper, quæcunque petenda,
Quæq́; cauenda forent. non nihil egit amor.
Tu caue ne tristi cupias pugnare puellæ,
Neve superba loqui, neve tacere diu,
Neu si quid petiit, ingrata fronte negaris,

Neu tibi pro vano verba benigna cadant.
Irrata venit, quando contemnitur illa,
Nec meminit iustas ponere læsa minas.
At quo sis humilis magis, & subiectus amori,
Hoc magis effectu sæpe fruare bono.
Is poterit felix vna remanere puella,
Qui numquam vacuo pectore liber erit.

XI.

Pag. 194. ECQVID te medijs cessantem Cynthia Baijs,
Qua iacet Herculeis semita littoribus,
Et modò Thesproti mirantem subdita regno
Proxima Misenis æquora nobilibus,
Nostri cura subit memores abducere noctes?
Ecquis in extremo restat amore locus?
An te nescio quis simulatis ignibus hostis
Sustulit è nostris Cynthia carminibus?
Atque vtinam mage te remis confisa minutis
Paruula Lucrina cymba moretur aqua:
Aut teneat clausam tenui Teuthrantis in vnda
Alternæ facilis cedere lympha manu,
Quàm vacet alterius blandos audire susurros
Molliter in tacito littore compositam:
Vt solet amoto labi custode puella
Perfida, communes nec meminisse deos.
Non quia perspecta non es mihi cognita fama,
Sed quod in hac omnis parte timetur amor.
Ignosces igitur, si quid tibi triste libelli
Attulerint nostri: culpa timoris erit.
An mihi sit maior caræ custodia matris,
Aut sine te vitæ cura sit vlla meæ?
Tu mihi sola domus, tu Cynthia sola parentes,
Omnia tu nostræ tempora lætitiæ.
Seu tristis veniam, seu contrà lætus amicis:
Quidquid ero, dicam, Cynthia caussa fuit.
Tu modò quamprimum corruptas desere Baias.
Multis ista dabunt littora dissidium.
Littora, quæ fuerunt castis inimica puellis:
Ah pereant Baiæ crimen amoris aquæ!

XII.

QVID mihi desidiæ non cessas fingere crimen,
Quòd faciat nobis conscia Roma moram?
Pag 198. Tam multa illa meo diuisa est millia lecto,
Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.
Nec mihi consuetos amplexu nutrit amores
Cynthia, nec nostra dulcis in aure sonat.
Olim gratus eram. non illo tempore cuiquam
Contigit, vt simili posset amare fide.
Inuidiæ fuimus. num te Deus obruit? an quæ
Lecta Prometheis diuidit herba iugis?
Non sum ego, qui fueram. mutat via longa puellas.
Quantus in exiguo tempore fugit amor!
Nunc primum longas solus cognoscere noctes
Cogor, & ipse meis auribus esse grauis.
Felix qui potuit præsenti flere puellæ.
Non nihil aspersis gaudet amor lacrymis.
Aut si despectus potuit mutare calores:
Sunt quoque translato gaudia seruitio.
Mi neque amare aliam, neque ab hac desistere fas est,
Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.

XIII.

Pag. 202. TV, quod sæpe soles, nostro lætabere casu
Galle, quod abrepto solus amore vacem.
At non ipse tuas imitabor perfide voces.
Fallere te numquam Galle puella velit.
Dum tibi deceptis augetur fama puellis,
Certus & in nullo quæris amore moram,
Perditus in quadam tardis pallescere curis
Incipis, & primo lapsus adire gradu.
Hæc erit illarum contempti pœna doloris:
Multarum miseras exiget vna vices:
Hæc tibi vulgares istos compescet amores:
Nec noua quærendo semper amicus eris.
Hæc ego non rumore malo, non augure doctus:
Vidi ego. me quæso teste negare potes?
Vidi ego te toto vinctum languescere collo,
Et flere iniectis Galle diu manibus,
Et cupere optatis animam deponere verbis,
Et quæ deinde meus celat, amice, pudor.
Non ego complexus potui diducere vestros.
Tantus erat demens inter vtrosque furor.
Non sic Aemonio Salmonida mistus Enipeo
Tænarius facili pressit amore deus:
Nec sic cælestem flagrans amor Herculis Heben
Sensit in Oetæis gaudia prima iugis.
Vna dies omnes potuit præcurrere amantes:
Nam tibi non tepidas subdidit illa faces
Nec tibi præteritos passa est succedere fastus,
Nec sinet abduci, te tuus ardor aget.
Nec mirum: cùm sit Ioue digna, & proxima Ledæ,
Et Ledæ partu, gratior vna tribus.
Illa sit Inachijs & blandior heroinis,
Illa suis verbis cogat amare Iouem,
Tu verò quoniam semel es periturus amore,
Vtere. non alio limine dignus eras.
Quæ tibi sit felix, quoniam nouus incidit error!
Et quodcunque voles, vna sit ista tibi.

XIV.

TV licet abiectus Tiberina molliter vnda Pag. 207.
Lesbia Mentoreo vina bibas opere,
Et modò tam celeres mireris currere lintres,
Et modò tam tardas funibus ire rates,
Et nemus omne satas intendat vertice siluas,
Vrgetur quantis Caucasus arboribus,
Non tamen ista meo valeant contendere amori.
Nescit amor magnis cedere diuitiis.
Nam siue optatam mecum trahit illa quietem:
Seu facili totum ducit amore diem:
Tunc mihi Pactoli veniunt sub tecta liquores,
Et legitur rubris gemma sub æquoribus:
Tum mihi cessuros spondent mea gaudia reges;
Quæ maneant, dum me fata perire volent.
Nam quis diuitiis aduerso gaudet amore?
Nulla mihi tristi præmia sint Venere.
Illa potest magnas herôum infringere vires,
Illa etiam duris mentibus esse dolor:
Illa neque Arabium metuit transcendere limen,
Nec timet ostrino Tulle subire toro,
Et miserum toto iuuenem versare cubili.
Quid releuant variis serica textilibus?
Quæ mihi dum placata aderit non vlla verebor
Regna, nec Alcinoi munera despicere.

XV.

SÆPE ego multa tuæ leuitatis dura timebam, Pag. 210.

Hæc

Hæc tamen excepta Cynthia perfidia.
Aspice me quanto rapiat fortuna periclo,
Tu tamen in nostro lenta timore venis,
Et potes externos manibus componere crines,
Et longa faciem quærere desidia:
Nec minus Eois pectus variare lapillis,
Vt formosa nouo quæ parat ire viro.
At non sic Ithaci digressu mota Calypso
Desertis olim fleuerat æquoribus.
Multos illa dies incomptis mæsta capillis
Sederat iniusto multa locuta salo:
Et quamuis numquam posthac visura, dolebat
Illa tamen longæ conscia lætitiæ.
Alphesibœa suos vlta est pro coniuge fratres,
Sanguinis & cari vincula rupit amor.
Nec sic AEsoniden rapientibus anxia ventis
Hypsipyle vacuo constitit in thalamo.
Hypsipyle nullos post illos sensit amores,
Vt semel AEmonio tabuit hospitio.
Coniugis Euadne miseros elata per ignes,
Occidit Argiuæ fama pudicitiæ.
Quarum nulla tuos potuit conuertere mores;
Tu quoque vti fieres nobilis historia.
Desine iam reuocare tuis periuria verbis
Cynthia, & oblitos parce monere deos.
Audax ah nimium, nostro dolitura periclo,
Si quid forte tibi durius inciderit.
Multa prius vasto labentur flumina ponto,
Annus & inuersas duxerit antè vices,
Quàm tua sub nostro mutetur pectore cura,
Sis quodcunque voles, non aliena tamen;
Quam ve mihi viles isti videantur ocelli,
Per quos sæpe mihi credita perfidia est.
Hos tu iurabas, si quid mentita fuisses,
Vt tibi suppositis exciderent manibus.
Et contra magnum potes hos attollere solem?
Nec tremis admissæ conscia nequitiæ?
Quis te cogebat multos pallere colores,
Et fletum inuitis ducere luminibus?
Queis ergo nunc pereo, similes moriturus amantes:
O nullis tutum credere blanditiis!

XVI.

Q V Æ *fueram magnis olim patefacta triumphis*
Ianua Tarpeiæ nota pudicitiæ,
Pag. 216. *Cuius inaurati celebrarunt limina currus,*
Captorum lacrymis humida supplicibus:
Nunc ego nocturnis potorum saucia rixis,
Pulsata indignis sæpe queror manibus.
Et mihi non desunt turpes pendere corollæ
Semper, & exclusi signa iacere faces:
Nec possum infames dominæ defendere noctes
Nobilis obscænis tradita carminibus.
Nec tamen illa suæ reuocatur parcere famæ
Turpior, & secli viuere luxuria.
Has inter grauibus cogor deflere querelis
Supplicis à longis tristior excubiis.
Ille meos nunquam patitur requiescere postes
Arguta referens carmina blanditia.
Ianua vel domina penitus crudelior ipsa,
Quid mihi tam duris clausa taces foribus?
Cur nunquam reserata meos admittis amores,
Nescia furtiuas reddere mota preces?
Nullane finis erit nostro concessa dolori?
Tristis & in tepido limine somnus erit?
Me mediæ noctes, me sidera prona iacentem;
Frigidaq; Eoo me dolet aura gelu:
Tu sola humanos nunquam miserata dolores
Respondes tacitis mutua cardinibus.
O vtinam traiecta caua mea vocula rima,
Percussas dominæ vertat in auriculas!
Sit licet & saxo patientior illa Sicano,
Sit licet & ferro durior, & calybe:
Non tamen illa suos poterit compescere ocellos;
Surget & inuitis spiritus in lacrymis.
Nunc iacet alterius felici nixa lacerto,
At mea nocturno verba cadunt Zephiro.
Sed tu sola mei, tu maxima caussa doloris,
Victa meis unquam ianua muneribus.
Te non vlla meæ læsit petulantia linguæ,
Quæ solet irato dicere tuta loco,
Vt me tam longa raucum patiare querela,
Sollicitas triuio peruigilare moras.
At tibi sæpe nouo deduxi carmina versu,
Osculaq; impressis nixa dedi gradibus.
Ante tuos quoties verti me perfida postes,
Debitaque occultis vota tuli manibus?
Hæc ille, & si quæ miseri nouistis amantes,
Et matutinis obstrepit alitibus.
Sic ego nunc dominæ vitiis, & semper amantis
Fletibus, æterna differor inuidia.

XVII.

E T *merito, quoniam potui fugisse puellam;* Pag. 222.
Nunc ego desertas alloquor halcyonas.
Nec mihi Cassiope solito visura carinam,
Omniaq; ingrato littore vota cadunt.
Quinetiam absenti prosunt tibi Cynthia venti.
Aspice quàm sæuas increpat aura minas.
Nulla ne placatæ veniet fortuna procellæ?
Hæccine parua meum funus arena teget?
Tu tamen in melius sæuas conuerte querelas,
Sat tibi sit pœnæ nox, & iniqua vada.
An poteris siccis mea fata reponere ocellis?
Ossaq; nulla tuo nostra tenere sinu?
Ah pereat, quicunque rates, & vela parauit
Primus, & inuito gurgite fecit iter.
Non ne fuit leuius dominæ peruincere mores?
Quamuis dura, tamen rara puella fuit:
Quàm sic ignotis circundata litora siluis
Cernere, & optatos quærere Tyndaridas?
Illic si qua meum sepelirent fata dolorem,
Vltimus & posito staret amore lapis:
Illa meo caros donasset funere crines,
Molliter & tenera poneret ossa rosa:
Illa meum extremo clamasset puluere nomen,
Vt mihi non vllo pondere terra foret.
At vos æquoreæ formosa Doride natæ,
Candida felici soluite vela choro.
Si quando vestras labens Amor attigit vndas,
Mansuetis socio parcite littoribus.

XVIII.

H Æ C *certè deserta loca, & taciturna querenti,*
Et vacuum Zephyri possidet aura nemus. Pag. 227.
Hic licet occultos proferre impune dolores,
Si modò sola queant saxa tenere fidem.
Vnde tuos primum repetam mea Cynthia fastus?

Quod mihi das flendi Cynthia principium?
Qui modò felices inter numerabar amantes,
Nunc in amore tuo cogor habere notam.
Quid tantum merui? quæ te mihi carmina mutant?
An noua tristitiæ caussa puella tuæ?
Sic mihi te referas leuis, vt non altera nostro
Limine formosos intulit vlla pedes.
Quamuis multa tibi dolor hic meus aspera debet,
Non ita sæua tamen veneris ira mea,
Vt tibi sim merito semper furor, & tua flendo
Lumina deiectis turpia sint lacrymis.
An quia parua damus mutato signa calore?
Et non vlla meo clamat in ore fides?
Vos eritis testes, si quos habet arbor amores,
Fagus, & Arcadio pinus amica deo.
Ah quoties teneras resonant mea verba sub vmbras,
Scribitur & vestris Cynthia corticibus!
An tua quod peperit nobis iniuria curas,
Quæ solum tacitis cognita sunt foribus?
Omnia consueui timidus perferre superbæ
Iussa, neque arguto facta dolore queri.
Pro quo diuini fontes, & frigida rupes,
Et datur inculto tramite dura quies,
Et quodcunque meæ possunt narrare querelæ,
Cogor ad argutas dicere solus aues.
Sed qualiscunque es, resonent tibi Cynthia siluæ,
Nec deserta tuo nomine saxa vacent.

XIX.

Pag. 230. NON ego nunc tristes vereor mea Cynthia manes,
Nec moror extremo debita fata rogo,
Sed ne fortè tuo careat mihi funus amore:
Hic timor est ipsis durior exequiis.
Non adeo leuiter nostris puer hæsit ocellis,
Vt meus oblito puluis amore vacet.
Illic Phylacides iucundæ coniugis heros
Non potuit cæcis immemor esse locis,
Sed, cupidus falsis attingere gaudia palmis,
Thessalus antiquam venerat vmbra domum.
Illic quicquid ero, semper tua dicar imago.
Traiicit & fati littora magnus amor.
Illic formosæ veniant chorus heroinæ,
Quas dedit Argiuis Dardana præda viris,
Quarum nulla tua fuerit mihi Cynthia forma
Gratior, & tellus hoc ita iusta sinat:
Quamuis te longæ remorentur fata senectæ,
Cara tamen lacrymis ossa futura meis:
Quæ tu viua mea possis sentire fauilla,
Tum mihi non vllo mors sit amara loco.
Quàm vereor, ne te contempto Cynthia busto,
Abstrahat è nostro puluere iniquus amor,
Cogat & inuitam lacrymas siccare cadentes.
Flectitur assiduis certa puella minis.
Quare, dum licet, inter nos lætemur amantes.
Non satis est vllo tempore longus amor.

XX.

Pag. 234. HOC pro continuo te Galle monemus amore,
Id tibi ne vacuo defluat ex animo:
Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.
Crudelis Minyis dixerit Ascanius.
Est tibi non infra speciem, non nomine dispar,
Thiodamanteo proximus ardor Hylæ.
Hunc tu siue leges vmbrosæ flumina siluæ,
Siue Aniena tuos tinxerit vnda pedes,
Siue giganteæ spatiabere littoris ora,
Siue vbicunque vago fluminis hospitio,
Nympharum cupida semper defende rapina.
Non minor Ausoniis est amor in Dryasin.
Ne tibi sit duros montes, & frigida saxa
Galle, neque expertos semper adire lacus:
Quæ miser ignotis error perpessus in oris
Herculis indomito fleuerat Ascanio.
Namque ferunt olim Pagasæ naualibus Argo
Egressam, longè Phasidos isse viam,
Et iam præteritis labentem Athamantidos vndis
Mysorum scopulis applicuisse ratem.
Hic manus heroum placidis vt constitit oris,
Mollia composita littora fronde tegit.
At comes inuicti iuuenis processerat vltra
Raram sepositi quærere fontis aquam.
Hunc duo sectati fratres, Aquilonia proles,
Hunc super & Zethes, hunc super & Calais,
Oscula suspensis instabant carpere palmis,
Oscula & alterna ferre supina fuga.
Ille sub extrema pendens secluditur ala,
Et volucres ramo submouet insidias.
Iam Pandioniæ cessit genus Orithyiæ.
Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryasin.
Hic erat Arganti Pegæ sub vertice montis,
Grata domus nymphis humida Thyniasin:
Quam supra nullæ pendebant debita curæ
Roscida desertis poma sub arboribus,
Et circum irriguo surgebant lilia prato
Candida purpureis mista papaueribus:
Quæ modo decerpens tenero pueriliter vngui,
Proposito florem prætulit officio,
Et modò formosis incumbens nescius vndis
Errorem blandis tardat imaginibus.
Tandem haurire parat demissis flumina palmis,
Innixus dextro plena trahens humero.
Cuius vt accensæ Dryades candore puellæ,
Miratæ solitos destituere choros,
Prolapsum leuiter facili traxere liquore.
Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat responsa, sed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.
His ô Galle tuos monitus seruabis amores,
Formosum nymphis credere visus Hylam.

XXI.

TV, qui consortem properas euadere casum, Pag. 241.
Miles ab Etruscis saucius aggeribus,
Quid nostro gemitu turgentia lumina torques?
Pars ego sum vestræ proxima militiæ.
Sic te seruato possint gaudere parentes:
Hæc soror Acca tuis sentiat è lacrymis,
Gallum per medios ereptum Cæsaris enses,
Effugere ignotas non potuisse manus.
Et quicunque super dispersa inuenerit ossa
Montibus Etruscis, hæc sciat esse mea.

XXII.

QVALIS, & vnde genus, qui sint mihi Tulle penates, Pag. 242.
Quæris pro nostra semper amicitia.
Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulcra,
Italiæ duris funera temporibus,
Cùm Romana suos egit discordia ciues
(Sit mihi præcipuè puluis Etrusca dolor,
Tu proiecta mei perpessa es membra propinqui:
Tu nullo miseri contegis ossa solo)
Proxima supposito contingens Vmbria campo
Me genuit terris fertilis vberibus.



SEX. PROPERTII ELEGIARVM LIBER II.

ELEGIA I.

Pag. 244.



VAERITIS, vnde mihi toties scribantur amores,
Vnde meus veniat mollis in ora liber?
Non mî Calliope, non hæc mî cantat Apollo:
Ingenium nobis ipsa puella facit.
Siue togis illam fulgentem incedere Cois,
Hoc totum è Coâ veste volumen erit.
Seu vidi ad frontem sparsos errare capillos,
Gaudet laudatis ire superba comis:
Siue lyra carmen digitis percussit eburnis,
Miramur, faciles vt premat arte manus:
Seu cùm poscentes somnum declinat ocellos,
Inuenio caussas mille poëta nouas:
Seu nuda erepto mecum luctatur amictu,
Tunc verò longas condimus Iliadas:
Seu quicquid fecit, siue est quodcunque locuta,
Maxima de nihilo nascitur historia.
Quod mihi si tantum, Mæcenas, fata dedissent,
Vt possem heroas ducere in arma manus:
Non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo
Impositum, vt cæli Pelion esset iter:
Non veteres Thebas, nec Pergama nomen Homeri,
Xerxis & imperio bina coisse vada:
Regnáve prima Remi, aut animos Carthaginis altæ,
Cimbrorumq; minas & benefacta Marî:
Belláque, résque tui memorarem Cæsaris; & tu
Cæsare sub magno cura secunda fores.
Nam quoties Mutinam, aut ciuilia busta Philippos,
Aut canerem Siculæ classica bella fugæ,
Euersósq; focos antiquæ gentis Etruscæ,
Et Ptolemææ littora capta Phari.
Aut canerem Aegyptum, & Nilum, cum tractus in vrbem
Septem captiuis debilis ibat aquis:
Aut regum auratis circundata colla catenis,
Actiaq; in Sacra currere rostra via:
Te mea musa illis semper contexeret armis,
Et sumpta, & posita pace fidele caput.
Theseus infernis, superis testatur Achilles;
Hic Ixioniden, ille Menœtiaden.
Sed neque Phlegræos Iouis, Enceladiq; tumultus
Intonet angusto pectore Callimachus:
Nec mea conueniunt duro præcordia versu
Cæsaris in Phrygios condere nomen auos.
Nauita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oues:
Nos contra angusto versamus prælia lecto.
Qua pote quisque, in ea conterat arte diem.
Laus in amore mori: laus altera si datur, vno
Posse frui, fruar ô solus amore meo.
Si memini: solet illa leues culpare puellas,
Et totam ex Helena non probat Iliada.
Seu mihi sunt tangenda nouercæ pocula Phædræ,
Pocula priuigno non nocitura suo;
Seu mihi Circæo pereundum est gramine, siue
Colchis Colchiacis vrat ahena focis;
Vna meos quoniam prædata est fœmina sensus,
Ex hac ducentur funera nostra domo.
Omnes humanos sanat medicina dolores.
Solus amor morbi non amat artificem.
Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon,
Phœnicis Chiron lumina Phillyrides:
Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis
Restituit patriis Androgeona focis:
Mysus & Aemonia iuuenis, qua cuspide vulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.
Hoc si quis vitium poterit mihi demere, solus
Tantaleæ poterit tradere poma manu;
Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis,
Ne tenera assidua colla grauentur aqua;
Idem Caucasea soluet de rupe Promethei
Brachia, & à medio pectore pellet auem.
Quandocunque igitur vitam mea fata reposcent;
Et breue in exiguo marmore nomen ero;
Mæcenas nostræ spes inuidiosa iuuentæ,
Et vitæ & morti gloria iusta meæ,
Si te forte meo ducet via proxima busto,
Esseda cælatis siste Britanna iugis,
Taliaq; illacrymans mutæ iace verba fauillæ,
Huic misero fatum dura puella fuit.

II.

LIBER eram, & vacuo meditabar viuere lecto, Pag. 254.
At me composita pace fefellit Amor.
Cur hæc in terris facies humana moratur?
Iuppiter ignoro pristina furta tua.

Fulua coma est, longæq́; manus: & maxima tota
Corpore: & incedit vel Ioue digna soror,
Aut cùm Dulichias Pallas spatiatur ad aras,
Gorgonis anguiferæ pectus operta comis,
Qualis & Ischomache Lapithę genus heroine,
Centauris medio grata rapina mero,
Mercurio & sanctis fertur Bæbeidos vndis
Virgineum Brimo composuisse latus.
Cedite iam diuæ, quas pastor viderat olim
Idæis tunicam ponere verticibus.
Hanc vtinam faciem nolit mutare senectus,
Etsi Cumææ sæcula vatis aget.

III.

Pag. 255. QVI nullum tibi dicebas iam posse nocere,
Hæsisti, cecidit spiritus ille tuus.
Vix vnum potes infelix requiescere mensem,
Et turpis de te iam liber alter erit.
Quærebam, sicca si posset piscis arena,
Nec solitus ponto viuere toruus aper,
Aut ego si possem studiis vigilare seueris:
Differtur, nunquam tollitur vllus amor.
Nec me tam facies, quamuis sit candida, cepit:
Lilia non domina sunt magis alba mea,
Vt Mæotica nix minio si certet Ibero,
Vtq́; rosæ puro lacte natent folia:
Nec de more coma per leuia colla fluentes,
Non oculi, geminæ, sidera nostra, faces,
Nec si qua Arabio lucet bombyce puella:
Non sum de nihilo blandus amator ego.
Quantum, quòd posito formose saltat Iaccho,
Egit vt euantes dux Ariadna choros:
Et quantum Aeolio cùm tentat carmina plectro,
Par Aganippeæ ludere docta lyræ,
Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ,
Carminaq́; Erynnes non putat æqua suis.
Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus
Aridus argutum sternuit omen Amor?
Hæc tibi contulerunt cælestia munera diui:
Hæc tibi ne matrem forte dedisse putes.
Non non humani sunt partus talia dona:
Ista decem menses non peperere bona.
Gloria Romanis vna es tu nata puellis.
Romana accumbes prima puella Ioui,
Nec semper nobiscum humana cubilia vises.
Post Helenam hæc terris forma secunda redit.
Hac ego nunc mirer si flagret nostra iuuentus?
Pulchrius hac fuerat Troia perire tibi.
Olim mirabar, quòd tanti ad Pergama belli
Europæ atque Asiæ caussa puella fuit:
Nunc Pari tu sapiens, & tu Menelæ fuisti,
Tu quia poscebas, tu quia lentus eras.
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,
Vel Priamus: belli caussa probanda fuit.
Si quis vult famâ tabulas anteire vetustas,
Hic dominam exemplo ponat in arte meam:
Siue illam Hesperus, siue illam ostendit Eous,
Vret & Eoos, vret & Hesperios.
His saltem vt tenear iam finibus, aut mihi si quis,
Acrius vt moriar, venerit alter amor.
Ac veluti primò taurus detrectat aratra,
Pòst venit assueto mollis ad arua iugo:
Sic primo iuuenes trepidant in amore feroces,
Dehinc domiti post hæc æqua, & iniqua ferunt.
Turpia perpessus vates est vincla Melampus,
Cognitus Iphicli subripuisse boues;
Quem non lucra, magis Pero formosa coëgit,
Mox Amythaonia nupta futura domo.

IV.

MVLTA prius dominæ delicta queraris oportet. Pag. 261.
Sæpe roges aliquid, sæpe repulsus eas;
Et sæpe immeritos corrumpas dentibus vngues,
Et crepitum dubio suscitet ira pede.
Nequicquam perfusa meis vnguenta capillis;
Ibat & expenso planta morata gradu.
Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis,
Non Perimedea gramina cocta manu.
Quippe vbi nec caussas, nec apertos cernimus ictus,
Vnde tamen veniant tot mala, cæca via est.
Non eget hic medicis, non lectis mollibus æger:
Huic nullum cæli tempus, & aura nocet.
Ambulat, & subito mirantur funus amici.
Sic est incautum, quicquid habetur Amor.
Nam cui non ego sum fallaci præmia vati?
Quæ mea non decies somnia versat anus?
Hostis si quis erit nobis, amet ipse puellas:
Gaudeat in puero, si quis amicus erit.
Tranquillo tuta descendis flumine cymba.
Quid tibi tam parui litoris vnda nocet?
Alter sæpe vno mutat præcordia verbo,
Altera vix ipso sanguine mollis erit.

V.

HOC verum est, tota te ferri Cynthia Roma, Pag. 264.
Et non ignota viuere nequitia?
Hoc merui sperare? dabis mihi perfida pœnas.
Et nobis Aquilo Cynthia ventus erit.
Inueniam tamen è multis fallacibus vnam,
Quæ fieri nostro carmine nota velit,
Nec mihi tam duris insultet moribus, & te
Vellicet. heu sero flebis amata diu.
Nunc est ira recens: nunc est discedere tempus.
Si dolor abfuerit, crede, redibit amor.
Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus vndæ,
Nec dubio nubes vertitur atra Noto,
Quàm facile irati verbo mutantur amantes.
Dum licet, iniusto subtrahe colla iugo.
Nec tu non aliquid, sed prima nocte, dolebis.
Omne in amore malum, si patiare, leue est.
At tu, per dominæ Iunonis dulcia iura,
Parce tuis animis, vita, nocere tibi.
Non solùm taurus ferit vncis cornibus hostem,
Verùm etiam instanti læsa repugnat ouis.
Nec tibi periuro scindam de corpore vestes:
Nec mea præclusas fregerit ira fores:
Nec tibi connexos iratus carpere crines,
Nec duris ausim lædere pollicibus.
Rusticus hæc aliquis tam turpia prælia quærat,
Cuius non ederę circumiere caput.
Scribam igitur, quod non vnquam tua deleat ætas,
Cynthia, forma potens, Cynthia forma leuis.
Crede mihi, quamuis contemnas murmura famæ,
Hic tibi pallori Cynthia versus erit.

VI.

NON ita complebant Ephyreæ Laïdos ædes, Pag. 268.

Ad

Ad cuius iacuit Græcia tota fores:
Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius:
Nec quæ deletas potuit componere Thebas
Phryne, tam multis facta beata viris.
Quin etiam falsos fingis tibi sæpe propinquos:
Oscula nec desunt qui tibi iure ferant.
Me iuuenum facies picta, me nomina lædunt,
Me tener in cunis, & sine voce puer:
Me lædit, si multa tibi dedit oscula mater,
Me soror, & cum qua dormit, amica simul.
Omnia me lædent. timidus sum. ignosce timori.
Et miser in tunica suspicor esse virum.
His olim, vt fama est, vitiis ad prælia ventum est:
His Troiana vides funera principiis:
Aspera Centauros eadem dementia iussit
Frangere in aduersum pocula Pirithoum.
Cur exempla petam Graiûm? tu criminis auctor
Nutritus duro Romule lacte Lupæ:
Tu rapere intactas docuisti impune Sabinas.
Per te nunc Romæ quidlibet audet Amor.
Felix Admeti coniux, & lectus Vlyssis,
Et quæcunque viri femina limen amat!
Templa Pudicitiæ quid opus statuisse puellis,
Si cuiuis nuptæ quidlibet esse licet?
Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas,
Et posuit casta turpia visa domo;
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiæq; suæ noluit esse rudes.
Ah gemat in terris, ista qui protulit arte
Iurgia sub tacita condita lætitia.
Non, istis olim variabant tecta figuris,
Cùm paries nullo crimine pictus erat,
Sed non immerito velauit aranea fanum,
Et mala desertos occupat herba deos.
Quos igitur tibi custodes, quæ limina ponam,
Quæ nunquam supra pes inimicus eat?
Nam nihil inuitæ tristis custodia prodest:
Quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.

VII.

Pag. 275. GAVISA *est certè sublatam Cynthia legem;*
Qua quondam edicta, flemus vterque diu,
Ne nos diuideret. quamuis diducere amantes
Non queat inuitos Iuppiter ipse duos.
At magnus Cæsar. sed magnus Cæsar in armis.
Deuictæ gentes nil in amore valent.
Nam citiùs paterer caput hoc discedere collo,
Quàm possem nuptæ perdere more faces.
An ego transirem tua limina clausa maritus
Respiciens vdis perdita luminibus?
Ah mea tum quales caneret tibi Cynthia somnos
Tibia, funesta tristior illa tuba?
Vnde mihi patriis natos præbere triumphis?
Nullus de nostro sanguine miles erit.
Quòd si vera meæ comitarem castra puellæ,
Non mihi sat magnus Castoris iret equus.
Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,
Gloria ad hibernos lata Borysthenidas.
Tu mihi solo places: placeam tibi Cynthia solus.
Hic erit & patrio sanguine pluris amor.
Vxor me nunquam, nunquàm me ducet amica.
Semper amica mihi, semper & vxor eris.

VIII.

Pag. 275. ERIPITVR *nobis iampridem cara puella,*
Et tu me lacrymas fundere amice vetas?
Nullæ sunt inimicitiæ, nisi amoris, acerbæ.
Ipsum me iugula, lenior hostis ero.
Possum ego in alterius positam spectare lacerto?
Nec mea dicetur, quæ modò dicta mea est?
Omnia vertuntur, certè vertuntur amores.
Vinceris, aut vincis. hæc in amore rota est.
* * *
Magni sæpe duces, magni cecidere tyranni:
Et Thebæ steterunt, altáque Troia fuit.
Munera quanta dedi, vel qualia carmina feci!
Illa tamen nunquam ferrea dixit, Amo.
Ergo iam multos nimium temerarius annos,
Improba qui tulerim téque, tuamq; domum;
Ecquando ire tibi liber sum visus? an vsque
In nostrum iacies verba superba caput?
Sic igitur prima moriere ætate Properti:
Sed morere; interitu gaudeat illa tuo.
Exagitet nostros manes, sectetur & vmbras,
Insultetq; rogis, calcet & ossa mea.
Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit ipse suo saucius ense latus?
Et sua cum miseræ permiscuit ossa puellæ,
Qua sine Thebanam noluit ire domum?
Sed non effugies; mecum moriaris oportet:
Hoc eodem ferro stillet vterque cruor.
Quamuis ista mihi mors est inhonesta futura,
Mors inhonesta quidem, tu moriere tamen.
Ille etiam abrepta desertus coniuge Achilles
Cessare in tectis pertulit arma sua.
Viderat ille fuga tractos in littore Achiuos,
Feruere & Hectorea Dorica castra face:
Viderat informem multa Patroclon arena
Porrectum, & sparsas cæde iacere comas.
Omnia formosam propter Briseida passus.
Tantus in erepto sæuit amore dolor.
At postquam sera captiua est reddita pœna,
Fortem illum Æmoniis Hectora traxit equis.
Inferior multo cùm sim vel Marte, vel armis,
Mirum si de me iure triumphat Amor?

IX.

ISTE *quod est, ego sæpe fui: sed forsitan hora* Pag. 280.
Hoc ipso eiecto carior alter erit.
Penelope poterat bis denos salua per annos
Viuere, tam multis femina digna procis,
Coniugium falsa poterat differre Minerua,
Nocturno soluens texta diurna dolo:
Visura & quamuis nunquam speraret Vlyssem,
Illum expectando facta remansit anus.
Nec non exanimem amplectens Briseis Achillem
Candida vesana verberat ora manu:
Et dominum lauit mærens captiua cruentum,
Appositum fuluis in Simoenta vadis,
Fœdauitq; comas, & tanti corpus Achillis,
Maximaq; in parua sustulit ossa manu,
Quando tibi nec Peleus aderat, nec cærula mater;
Scyria nec viduo Deidamia toro.
Tunc igitur veris gaudebat Græcia natis;
Tunc etiam felix inter & arma pudor.
At tu non vna potuisti nocte vacare
Impia, non vnum sola manere diem.
Quin etiam multo duxisti pocula risu.
Forsitan & de me verba fuere mala.

Hic etiam petitur, qui te prius ipse reliquit,
Di faciant isto capta fruare viro.
Hæc mihi vota tuam propter suscepta salutem,
Cum capite hoc Stygiæ iam peterentur aquæ,
Et lectum flentes circumstaremus amici,
Hic vbi tum (pro dij) perfida, quisve fuit?
Quid si longinquos retinerer miles ad Indos?
Aut mea si staret nauis in Oceano?
Sed vobis facile est verba, & componere fraudes,
Hoc vnum didicit femina semper opus.
Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno tam tremefacta Noto,
Quàm citò feminea non constat fœdus in ira,
Siue ea caussa grauis, siue ea caussa leuis.
Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam.
Tela precor pueri promite acuta magis:
Figite certantes, atque hanc mihi soluite vitam.
Sanguis erit vobis maxima palma meus.
Sidera sunt testes, & matutina pruina,
Et furtim misero ianua aperta mihi,
Te nihil in vita nobis acceptius vnquam.
Nunc quoque eris, quamuis sis inimica mihi,
Nec domina vlla meo ponet vestigia lecto.
Solus ero, quoniam non licet esse tuum.
Atque vtinam, si forte pios eduximus annos,
Ille vir in medio fiat amore lapis,
Non ob regna magis diris cecidere sub armis
Thebani media non sine matre duces,
Quàm mihi si media liceat pugnare puella:
Mortem ego non fugiam morte subire tua.

X.

Pag. 286. *SED tempus lustrare alijs Helicona choreis,*
Et campum Hæmonio iam dare tempus equo.
Iam libet & fortes memorare ad prœlia turmas,
Et Romana mei dicere castra ducis,
Quòd si deficiant vires, audacia certè
Laus erit. in magnis & voluisse sat est.
Aetas prima canat Veneres, extrema tumultus.
Bella canam, quando scripta puella mea est.
Nunc volo subducto grauior procedere vultu:
Nunc aliam citharam me mea musa docet.
Surge anima ex humili. iam carmina sumite vires:
Pierides magni nunc erit oris opus.
Iam negat Euphrates equitem post terga tueri
Parthorum, & Crassos se tenuisse dolet.
India quin Auguste tuo dat colla triumpho,
Et domus intacta te tremit Arabiæ.
Et si qua extremis tellus se subtrahit oris,
Sentiet illa tuas postmodo capta manus.
Hæc ego castra sequar vates. tua castra canendo,
Magnus ero. seruent hunc mihi fata diem.
Vt caput in magnis vbi non est tangere signis,
Ponitur hic imos ante corona pedes:
Sic nos nunc inopes laudis conscendere carmen,
Pauperibus sacris vilia thura damus.
Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes,
Sed modò Permessi flumine lauit Amor.

XI.

Pag. 289. *SCRIBANT de te alij, vel sis ignota, licebit.*
Laudet, qui sterili semina ponit humo.
Omnia, crede mihi, tecum vno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies:
Et tua transibit contemnens ossa viator,
Nec dicet, Cinis hic docta puella fuit.

XII.

QVICVNQ. ille fuit, puerum qui pinxit Amorem, Pag. 290.
Non ne putas miras hunc habuisse manus?
Is primum vidit, sine sensu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non frustra ventosas addidit alas,
Fecit & humano corde volare deum.
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
Nostraq; non vllis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus est armata sagittis,
Et pharetra ex humero Gnosia vtroque iacet.
Ante ferit quoniam, tuti quàm cernimus hostem,
Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.
In me tela manent, manet & puerilis imago,
Sed certè pennas perdidit ille suas.
Euolat, hei, nostro quoniam de pectore nusquam,
Assiduusq; meo sanguine bella gerit.
Quid tibi iucundum siccis habitare medullis?
Si pudor est, aliò traijce tela tua.
Intactos isto satius tentare veneno.
Non ego, sed tenuis vapulat vmbra mea:
Quam si perdideris, quis erit, qui talia cantet?
Hæc mea musa leuis, gloria magna tua est:
Qui caput, & digitos, & lumina nigra puellæ,
Et canit, vt soleant molliter ire pedes.

XIII

NON tot Achæmenijs armantur Susa sagittis,
Spicula quot nostro pectore fixit Amor. Pag. 292.
Hic me tam graciles vetuit contemnere musas,
Iussit & Ascræum sic habitare nemus;
Non vt Pieriæ quercus mea verba sequantur,
Aut possim Ismaria ducere valle feras:
Sed magis vt nostro stupefiat Cynthia versu.
Tunc ego sim Inachio notior arte Lino.
Non ego sum formæ tantum mirator honestæ,
Nec si qua illustres femina iactat auos.
Me iuuet in gremio doctæ legisse puellæ,
Auribus & puris scripta probasse mea.
Hæc vbi contigerint, populi confusa valeto
Fabula: nam domina iudice tutus ero.
Quæ si fortè bonas ad pacem verterit aures,
Possum inimicitias tunc ego ferre Iouis.
Quandocunque igitur nostros mors claudet ocellos,
Accipe quæ serues funeris acta mei.
Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa,
Nec tuba sit fati vana querela mei:
Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno,
Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.
Desit odoriferis ordo mihi lancibus. adsint
Plebeij paruæ funeris exequiæ.
Sat mea, sat magna est, si tres sint, pompa libelli,
Quos ego Persephonæ maxima dona feram.
Tu verò nudum pectus lacerata sequaris,
Nec fueris nomen lassa vocare meum:
Osculaq; in gelidis pones suprema labellis,
Cùm dabitur Syrio munere plenus onyx:
Deinde, vbi suppositus cinerem me fecerit ardor,
Accipiat manes paruula testa meos:

Vt sit.

Et sitin exiguo laurus superaddita busto,
Quæ tegat extincti funeris vmbra locum.
Et duo sint versus: Qui nunc iacet horrida puluis,
Vnius hic quondam seruus Amoris erat.
Nec minus hæc nostri notescet fama sepulcri,
Quàm fuerant Phthij busta cruenta viri.
Tu quoque, si quando venies ad fata, memento
Hoc iter, ad lapides cana veni memores.
Interea, caue, si nos aspernata sepultos.
Non nihil ad verum conscia terra sapit.
Atque vtinam primis animam me ponere cunis
Iussisset quæuis de tribus vna soror!
Nam quò tam dubiæ seruetur spiritus horæ?
Nestoris est visus post tria sæcla cinis.
Qui tam longæua minuisset fata senecta
Gallicus Iliacis miles in aggeribus;
Non ille Antilochi vidisset corpus humari,
Diceret aut, ô mors cur mihi sera venis?
Tu tamen amisso non unquam flebis amico.
Fas est præteritos semper amare viros.
Testis, qui niueum quondam percussit Adonim
Venantem Idalio vertice, durus aper.
Illis formosum lauisse paludibus, illuc
Diceris effusa tu Venus isse coma.
Sed frustra mutos reuocabis Cynthia manes.
Nam mea quid poterunt ossa minuta loqui?

XIV.

Pag. 299. NON *ita Dardanio gauisus Atrida triumpho est,*
Cùm caderent magnæ Laomedontis opes:
Nec sic errore exacto lætatus Vlysses,
Cùm tetigit caræ littora Dulichiæ:
Nec sic Electra, saluum cùm aspexit Orestem,
Cuius falsa tenens fleuerat ossa soror:
Nec sic incolumem Minois Thesea vidit,
Dædaleum lino cùm duce rexit iter:
Quanta ego præterita collegi gaudia nocte.
Immortalis ero, si altera talis erit.
At, dum demissis supplex ceruicibus ibam,
Dicebar sicco vilior esse lacu.
Nec mihi iam fastus opponere quærit iniquos,
Nec mihi ploranti lenta sedere potest.
Atque vtinam non tam sero mihi nota fuisset
Conditio! cineri nunc medicina datur.
Ante pedes cæcis lucebat semita nobis.
Scilicet insano nemo in amore videt.
Hoc sensi prodesse magis. contemnite amantes:
Sic hodie veniet, si qua negauit heri.
Pulsabant alij frustra, dominamq́ue vocabant.
Mecum habuit positum lenta puella caput.
Hæc mihi deuictis potior victoria Parthis:
Hæc spolia, hæc reges, hæc mihi currus erunt.
Magna ego dona tua figam Cytherea columna,
Taleq́ue sub nostro nomine carmen erit:
Has pono ante tuas tibi diua Propertius ædes
Exuuias, tota nocte receptus amans.
Nunc ad te mea lux veniet mea littore nauis
Seruata: an medijs sidat onusta vadis?
Quod si forte aliqua nobis mutabere culpa,
Vestibulum iaceam mortuus ante tuum.

XV.

Pag. 302. *O me felicem, ô nox mihi candida, & ô tu*
Lectule delicijs facte beate meis!
Quàm multa apposita narramus verba lucerna!
Quantáque, sublato lumine, rixa fuit!
Nam modò nudatis mecum est luctata papillis.
Interdum tunica duxit operta moram.
Illa meos somno lassos patefecit ocellos
Ore suo, & dixit, Siccine lente iaces?
Quàm vario amplexu mutamus brachia, quantum
Oscula sunt labris nostra morata tuis!
Non iuuat in cæco Venerem corrumpere motu.
Si nescis, oculi sunt in amore duces.
Ipse Paris nuda fertur perisse Lacæna,
Cùm Menelaeo surgeret è thalamo:
Nudus & Endymion Phœbi cepisse sororem
Dicitur, & nuda concubuisse deæ.
Quòd si pertendens animo vestita cubaris,
Scissa veste meas experiere manus:
Quin etiam, si me vlterius prouexerit ira,
Ostendes matri brachia læsa tuæ.
Nec dum inclinatæ prohibent te ludere mammæ.
Viderit hoc, si quam iam peperisse pudet.
Dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore.
Nox tibi longa venit, nec reditura dies.
Atque vtinam hærentes sic nos vincire catena
Velles, vt nunquam solueret vlla dies.
Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ,
Masculus, & totum femina coniugium.
Errat, qui finem vesani quærit amoris.
Verus amor nullum nouit habere modum.
Terra prius falso partu deludet arantes,
Et citius nigros sol agitabit equos.
Fluminaq́ue ad caput incipient reuocare liquores,
Aridus & sicco gurgite piscis erit,
Quàm possim nostros aliò transferre dolores.
Huius ero viuus, mortuus huius ero.
Quòd mihi si tecum tales concedere noctes
Illa velis, vitæ longus & annus erit.
Si dabit hæc multas, fiam immortalis in illis.
Nocte vna quiuis vel deus esse potest.
Qualem si cuncti vellent decurrere vitam,
Et pressi multo membra iacere mero,
Non ferrum crudele esset, neque bellica nauis,
Nec nostra Actiacum verteret ossa mare:
Nec toties propriis circum oppugnata triumphis
Lassa foret crines soluere Roma suos.
Hæc certè merito poterunt laudare minores.
Læserunt nullos pocula nostra deos.
Tu modo, dum licet, hunc fructum ne desere vitæ.
Omnia si dederis, oscula pauca dabis.
At veluti folia arentes liquere corollas,
Quæ passim calathis strata natare vides:
Sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes,
Forsitan includet crastina fata dies.

XVI.

PRAETOR *ab Illyricis venit modò, Cynthia terris,* Pag. 308.
Maxima præda tibi, maxima cura mihi.
Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno?
Ah Neptune, tibi qualia dona darem!
Nunc sine me plena fiunt conuiuia mensa:
Nunc sine me tota ianua nocte patet.
Quare si sapis, oblatas ne desere messes,
Et stolidum pleno vellere carpe pecus.

Deinde, vbi consumpto restabit munere pauper:
Dic, alias iterum nauiget Illyrias.
Cynthia non sequitur fasces, nec curat honores.
Semper amatorum ponderat illa sinus.
At tu nunc nostro Venus ô succurre dolori,
Rumpat vt assiduis membra libidinibus.
Ergo muneribus quiuis mercatur amicam?
Iuppiter, indigna merce puella perit.
Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas,
Et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.
Atque vtinam Romæ nemo esset diues, & ipse
Straminea posset dux habitare casa!
Nunquam venales essent ad munus amicæ:
Atque vna fieret cana puella domo.
Non quia septenas noctes seiuncta cubaris,
Candida tam fœdo brachia fusa viro;
Non quia peccaris, testor te; sed quia vulgo
Formosis leuitas semper amica fuit.
Barbarus exutis agitat vestigia lumbis,
Et subito felix nunc mea regna tenet.
Aspice quid donis Eriphyle inuenit amaris,
Arserit & quantis nupta Creusa malis.
Nullane sedabit nostros iniuria fletus?
An dolor hic vitiis nescit abesse suis?
Tot iam abiere dies, cùm me nec cura theatri,
Nec tetigit campi, nec mea Musa iuuat.
Ah pudeat certe, pudeat: nisi forte, quod aiunt,
Turpis amor surdis auribus esse solet.
Cerne ducem, modò qui fremitu compleuit inani
Actia damnatis æquora militibus.
Hunc infamis amor versis dare terga carinis
Iussit & extremo quærere in orbe fugam.
Cæsaris hæc virtus, & gloria Cæsaris hæc est.
Illa, qua vicit, condidit arma manu.
Sed quascunque tibi vestes, quoscunque smaragdos,
Quósve dedit flauo lumine chrysolithos,
Hæc videam rapidas in vanum ferre procellas,
Quæ tibi terra velim, quæ tibi fiat aqua.
Non semper placidus periuros ridet amantes
Iuppiter, & surda negligit aure preces.
Vidistin' toto sonitus percurrere cælo?
Fulminaq; ætherea desiluisse domo?
Non hæc Pleiades faciunt, neq. aquosus Orion:
Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.
Periuras tunc ille solet punire puellas,
Deceptus quoniam fleuit & ipse deus.
Quare ne tibi sit tanti Sidonia vestis,
Vt timeas, quoties nubilus Auster erit.

XVII.

Pag. 315. *MENTIRI noctem, promissis ducere amantem,*
Hoc erit infectas sanguine habere manus.
Horum ego sum vates, quoties desertus amaras
Expleui noctes fractus vtroque toro.
Vel tu Tantalea moueare ad flumina sorte,
Vt liquor arenti fallat ab ore sitim:
Vel tu Sisyphios licet admirere labores,
Difficile vt toto, monte volutet onus:
Durius, in terris nihil est, quod viuat amante,
Nec, modò si sapias, quod minus esse velis.
Quem modo felicem, inuidia admirante, ferebant,
Nunc decimo admittor vix ego quoque die.
Nunc iacere è duro corpus iuuat, impia, saxo,
Sumere & in nostras trita venena manus.
Nec licet in triuiis sicca requiescere luna,
Aut per rimosas mittere verba fores.
Quod quamuis ita sit, dominam mutare cauebo,
Tum flebit, cùm in me senserit esse fidem.

XVIII.

ASSIDVAE multis odium peperere querelæ, Pag. 317.
Frangitur in tacito femina sæpe viro,
Si quid vidisti, semper vidisse negato:
Aut si quid doluit forte, dolere nega.
Quid si iam canis ætas mea candeat annis?
Et faceret scissas languida ruga genas?
At non Tithoni spernens Aurora senectam,
Desertum Eoa passa iacere domo est.
Illum sæpe suis decedens fouit in vlnis,
Quàm prius abiunctos sedula lauit equos.
Illum ad vicinos cùm amplexa quiesceret Indos,
Maturos iterum est questa redire dies.
Illa deos currum descendens dixit iniquos,
Inuitum & terris præstitit officium;
Cui maiora senis Tithoni gaudia viui,
Quàm grauis, amisso Memnone, luctus erat.
Cum sene non puduit talem dormire puellam,
Et canæ toties oscula ferre comæ.
At tu etiam iuuenem odisti me perfida, cùm sis
Ipsa anus haud longa curua futura die.
Quin ego diminuo curam, quòd sæpe Cupido
Huic malus esse solet, cui bonus ante fuit.
Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitore caput.
Vt natura dedit, sic omnis recta figura.
Turpis Romano Belgicus ore color.
Illi sub terris fiant mala multa puellæ,
Quæ mentita suas vertit inepta comas.
De me, mi certe poteris formosa videri,
Mi formosa satis, si modò sæpe venis.
An, si cæruleo quædam sua tempora fuco
Tinxerit, iccirco cærula forma bona est?
Cum tibi nec frater, nec sit tibi filius vllus,
Frater ego, & tibi sim filius vnus ego.
Ipse tuus semper tibi sit custodia lectus,
Nec nimis ornata fronte sedere velis.
Credam ego narranti, noli committere, famæ,
Et terram rumor transilit, & maria.

XIX.

ETSI, me inuito, discedis Cynthia Roma, Pag. 324.
Lætor, quod sine me deuia rura colis.
Nullus erit castis iuuenis corruptor in agris,
Qui te blanditiis non sinat esse probam.
Nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras,
Nec tibi clamatæ somnus amarus erit.
Sola eris, & solos spectabis Cynthia montes,
Et pecus, & fines pauperis agricolæ.
Illic te nulli poterunt corrumpere ludi,
Fanaq; peccatis plurima caussa tuis.
Illic assidue tauros spectabis arantes,
Et vitem docta ponere falce comas;
Atque ibi rara feres inculto thura sacello,
Hædus vbi agrestes corruet ante focos.
Protinus & nuda choreas imitabere sura;

Omnia ab externo sint modò tuta viro.
Ipse ego venabor: iam nunc me sacra Dianæ
Suscipere, & Veneri ponere vota iuuat.
Incipiam captare feras, & reddere pinu
Cornua, & audaces ipse monere canes:
Non tamen, vt vastos ausim tentare leones,
Aut celer agrestes comminus ire sues.
Hæc igitur mihi sit, lepores, audacia, molles
Excipere, & structo figere auem calamo.
Qua formosa suo Clitumnus flumina luco
Integit, & niueos abluit vnda boues.
Tu, quoties aliquid conabere, vita, memento
Venturum paucis me tibi luciferis.
Sic me nec solæ poterunt auertere siluæ,
Nec vaga muscosis flumina fusa iugis,
Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua.
Absenti nemo non nocuisse velit.

XX.

Pag. 325. QVID *fles abductā grauius Briseide? quid fles*
Anxia captiua tristius Andromacha?
Quidve mea de fraude deos insana fatigas?
Quid quereris nostram sic cecidisse fidem?
Non tam nocturna volucris funesta querela
Attica Cecropijs obstrepit in foliis:
Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba
Sollicito lacrymans depluit à Sipylo.
Me licet æratis astringant brachia nodis:
Sint mea vel Danaes condita membra domo:
In te ego & æratas rumpam mea vita, catenas,
Ferratam Danaes transiliamq́; domum.
De te quodcunque, ad surdas mihi dicitur aures:
Tu modò ne dubita de grauitate mea.
Ossa tibi iuro per matris, & ossa parentis,
(Si fallo, cinis heu sit mihi vterque grauis)
Me tibi ad extremas mansurum, vita, tenebras.
Ambos vna fides auferet, vna dies.
Quòd si nec nomen, nec me tua forma teneret:
Posset seruitium mite tenere tuum.
Septima iam plenæ deducitur orbita lunæ,
Cum de me, & de te compita nulla tacent.
Interea nobis non unquam ianua mollis,
Non nunquam lecti copia facta tui.
Nec mihi muneribus nox vlla est empta beatis:
Quicquid eram, hoc animi gratia magna tui.
Cum te tam multi peterent, tu me vna petisti.
Possum ego naturæ non meminisse tuæ?
Tunc me vel tragicæ vexetis Erynnies, & me
Inferno damnes Æace iudicio;
Atque inter Tityi volucres mea pœna vagetur:
Tumq́; ego Sisyphio saxa labore geram.
Nec tu supplicibus me sis venerata tabellis.
Vltima talis erit, quæ mea prima fides.
Hoc mihi perpetuo ius est, quòd solus amator
Nec cito desisto, nec temere incipio.

XXI.

Pag. 329. A*n quantum de me Panthi tibi pagina finxit:*
Tantum illi Pantho ne sit amica Venus,
Sed tibi iam videor Dodona verior augur.
Vxorem ille tuus pulcher amator habet.
Tot noctes periere: nihil pudet? aspice, cantat
Liber: tu nimium credula sola iaces.
Et nunc inter eos tu sermo es: te ille superbus
Dicit se inuito sæpe fuisse domi.
Dispeream, si quicquam aliud, quàm gloria, de te
Quæritur. has laudes ille maritus habet.
Colchida sic hospes quondam decepit Iason.
Ejecta est. tenuit namque Creusa domum.
Sic à Dulichio iuuene est elusa Calypso.
Vidit amatorem pandere vela suum.
Ah nimium faciles aurem præbere puellæ,
Discite, desertæ, non temere esse bonæ.
Huic quoque, qui restat, iampridem quæritur alter.
Experta in primo stulta cauere potes.
Nos quocunque loco, nos omni tempore tecum,
Siue ægra pariter, siue valente, sumus.

XXII.

SCIS *here mi multas pariter placuisse puellas,* Pag. 331.
Scis, mihi Demophoon, multa venire mala.
Nulla meis frustra lustrantur compita plantis.
O nimis exitio nata theatra meo!
Siue aliquis molli deducit candida gestu
Brachia, seu varios incinit ore modos.
Interea nostri quærunt sibi vulnus ocelli,
Candida non tecto pectore si qua sedet:
Siue vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.
Quæ si forte aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.
Quæris Demophoon cur sim tam mollis in omnes?
Quod quæris, quare non habet vllus amor?
Cur aliquis sacris lanias sibi brachia cultris?
Et Phrygis insanos caditur ad numeros?
Vnicuique dedit vitium natura creato.
Mi fortuna aliquid semper amare dedit.
Me licet & Thamyræ cantoris fata sequantur:
Nunquam ad formosas, inuide, cæcus ero.
Sed, tibi si exiles videor tenuatus in artus:
Falleris: haud vnquam est culta labore Venus.
Percontere licet: sæpe est experta puella
Officium tota nocte valere meum.
Iuppiter Alcmenæ geminas requieuerat arctos,
Et cælum noctu bis sine rege fuit:
Nec tamen idcirco languens ad fulmina venit.
Nullus amor vires eripit ipse suas.
Quid? cùm è complexu Briseidos iret Achilles,
Num fugêre minus Thessala tela Phryges?
Quid? ferus Andromachæ lecto cum surgeret Hector,
Bella Mycenææ non timuere rates?
Ille vel hic classes poterat, vel perdere muros.
Hic ego Pelides, hic ferus Hector ego.
Aspice vti cælo modò sol, modò luna ministret:
Sic etiam nobis vna puella parum est.
Altera me cupidis teneat, foueatq́; lacertis
Altera, si quando non sinat esse locum,
Aut si forte irata meo sit facta ministro:
Vt sciat esse aliam, quæ velit esse mea.
Nam melius duo defendunt retinacula nauem.
Tutius & geminos anxia mater alit.
Aut, si es dura, nega: sin es non dura, venito.

Quid iuuat in nullo pondere verba loqui?
Hic vnus dolor est ex omnibus acer amanti,
Speranti subito si qua venire negat.
Quanta illum toto versant suspiria lecto,
Cum recipi, quasi non nouerit illa, vetat!
Et rursum puerum quærendo audita fatigat:
Quem, quæ scire timet, quærere plura iubet.

XXIII.

Pag. 337. C V I *fuit indocti fugienda hæc semita vulgi,*
Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.
Ingenuus quisquam alterius dat munera seruo,
Vt commissa suæ verba ferat dominæ?
Et quærit toties, quænam nunc porticus illam
Integit? & campo quo mouet illa pedes?
Deinde vbi pertuleris, quos dicit fama labores
Herculis, vt scribat, muneris ecquid habes?
Cernere vti possis vultum custodis amari,
Captus & immunda sæpe latere casa.
Quàm carè semel in toto mox vertitur anno:
Ah pereant, si quos ianua clausa iuuat.
Contra reiecto quæ libera vadit amictu,
Custodum & nullo septa timore, placet:
Cui sæpe immundo Sacra conteritur via socco,
Nec sinit esse moram, si quis adire velit.
Differet hæc nunquam, nec poscet garrula, quæ te
Astrictus ploret sæpe dedisse pater.
Nec dicet, timeo: propera iam surgere, quæso:
Infelix. hodie vir mihi rure venit.
Et quas Euphrates, & quas mihi misit Orontes,
Me capiant. nolim furta pudica tori.
Libertas quoniam nulli iam restat amanti.
Nullus liber erit, si quis amare volet.

XXIV.

Pag. 340. T V *loqueris, cum sis iam noto fabula libro,*
Et tua sit toto Cynthia lecta foro.
Cui non his verbis aspergat tempora sudor,
Aut pudor ingenuus, aut reticendus amor?
Quòd si iam facilis spiraret Cynthia nobis:
Non ego nequitiæ dicerer esse caput.
Nec sic per totam infamis traducerer vrbem,
Vrerer & quamuis, nomine verba darem.
Quare ne tibi sit mirum me quærere viles.
Parcius infamant. num tibi caussa leuis?
Et modò pauonis caudæ flabella superbæ,
Et manibus dura frigus habere pila,
Et cupit iratum talos me poscere eburnos,
Quæq; nitent sacra vilia dona via.
Ac peream, si me ista mouent dispendia: sed me
Fallaci dominæ iam pudet esse iocum.
Hoc erat in primis, quod me gaudere iubebas?
Tam te formosam non pudet esse leuem:
Vna, aut altera nox nondum est in amore peracta,
Et dicor lecto iam grauis esse tuo.
Me modò laudabas, & carmina nostra legebas.
Ille tuus pennas tam citò vertit amor?
Contendat mecum ingenio, contendat & artes
In primis vna discat amare domo.
Si libitum tibi erit, Lernæas pugnet ad hydras,
Et tibi ab Hesperio mala dracone ferat.
Tetra venena libens, & naufragus ebibat vndas,
Et nunquam pro te deneget esse miser.
Quos vtinam in nobis vita experiare labores,
Iam tibi de timidis iste proteruus erit,
Qui nunc se in tumidum iactando venit honorem,
Dissidium vobis proximus annus erit.
At me non ætas mutabit tota Sibyllæ,
Non labor Alcidæ, non niger ille dies.
Tu mea compones, & dices: Ossa Properti
Hæc tua sunt. eheu tu mihi certus eras!
Certus eras eheu, quamuis nec sanguine auito
Nobilis, & quamuis non ita diues eras.
Nil ego non patiar, nunquam me iniuria mutat.
Ferre ego formosam, nullum onus esse puto.
Credo ego non paucos ista periisse figura:
Credo ego, sed multos non habuisse fidem.
Paruo dilexit spatio Minoida Theseus,
Phyllida Demophoon, hospes vterque malus.
Iam tibi Iasonia nota est Medea carina.
Et modo seruato sola relicta viro.
Dura est, quæ multis simulatum fingit amorem,
Et se plus vni si qua parare potest.
Noli nobilibus, noli conferre beatis.
Vix venit, extremo qui legat ossa die.
Hi tibi nos erimus: sed tu potius, precor, vt me
Demissis plangas pectora nuda comis.

XXV.

V N I C A *nata meo pulcherrima cura dolori,* Pag. 345.
Excludit quoniam sors mea sæpe, veni.
Ista meis fiet notissima forma libellis,
Calue tua venia, pace Catulle tua,
Miles depositis annosus secubat armis:
Grandæuiq; negant ducere aratra boues:
Putris & in vacua requiescit nauis arena:
Et vetus in templo bellica parma vacat.
At me ab amore tuo deducet nulla senectus,
Siue ego Tithonus, siue ego Nestor ero.
Nonne fuit satius duro seruire tyranno:
Et gemere in tauro sæue Perille tuo?
Gorgonis & satius fuit obdurescere vultu;
Caucasias etiam si pateremur aues?
Sed tamen obsistam. teritur rubigine mucro
Ferreus, & paruo sæpe liquore silex.
At nullo dominæ teritur sub limine amor, qui
Restat, & immerita sustinet aure minas.
Vltro contemptus rogat, & peccasse fatetur
Læsus, & inuitis ipse redit pedibus.
Tu quoque, qui pleno fastus assumis amore,
Credule, nulla diu femina pondus habet.
An quisquam in medijs persoluit vota procellis?
Cum sæpe in portu fracta carina natet?
Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima quàm metam triuerit ante rota?
Mendaces ludunt flatus in amore secundi.
Si qua venit sero, magna ruina venit.
Tu tamen interea, quamuis te diligat illa,
In tacito cohibe gaudia clausa sinu.
Namque in amore suo semper sua maxima cuique
Nescio quo pacto verba nocere solent.
Quamuis te persæpe vocet, semel ire memento.
Inuidiam quod habet, non solet esse diu.
At, si sæcla forent antiquis grata puellis,
Essem ego quod nunc tu. tempore vincor ego.
Non tamen ista meos mutabunt sæcula mores.
Vnusquisque sua nouerit ire via.

At vos

At vos, qui officia in multos reuocatis amores,
Quantum sic cruciat lumina vestra dolor?
Vidistis pleno teneram candore puellam,
Vidistis fusco. ducit vterque color.
Vidistis quandam Argiua prodire figura,
Vidistis nostra. vtraque forma rapit.
Illaq; plebeio, vel sit sandycis amictu,
Hæc, atque illa mali vulneris vna via est.
Cùm satis vna tuis insomnia portet ocellis,
Vna sit & cuius femina multa mala.

XXVI.

Pag. 351. *VIDI ego te in somnis fracta, mea vita, carina*
Ionio lassas ducere rore manus.
Et quæcunque in me fueras mentita, fateri,
Nec iam humore graues tollere posse comas:
Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,
Aurea quam molli tergore vexit ouis.
Quàm timui, ne forte tuum mare nomen haberet,
Atque tua labens nauita fleret aqua.
Quæ tum ego Neptuno, quæ tum cum Castore fratri,
Quæq; tibi excepi iam dea Leucothoe?
At tu vix primas extollens gurgite palmas,
Sæpe meum nomen iam peritura vocas.
Quòd si forte tuos vidisset Glaucus ocellos,
Esses Ionij facta puella maris:
Et tibi ob inuidiam Nereides increpitarent,
Candida Nisæe, cærula Cymothoe.
Sed tibi subsidio Delphinum currere vidi,
Qui, puto, Arioniam vexerat ante lyram.
Iamq; ego conabar summo me mittere saxo.
Cùm mihi discussit talia visa metus.
Nunc admirentur, quòd tam mihi pulchra puella
Seruiat, & tota dicar in vrbe potens.
Non, si Cambysæ redeant, & flumina Crœsi,
Dicat, te nostro surge poeta toro.
Nam mea cùm recitat, dicit se odisse beatos.
Carmina tam sanctè nulla puella colit.
Multum in amore fides, multum constantia prodest,
Qui dare multa potest, multa & amare potest.
Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc sequar, & fidos vna aget aura duos,
Vnum litus erit sopitis, vnaq; tecto
Arbor, & ex vna sæpe bibemus aqua.
Et tabula vna duos poterit componere amantes,
Prora cubile mihi, seu mihi puppis erit.
Omnia perpetiar, sæuus licet vrgeat Eurus,
Velaq; in incertum frigidus Auster agat,
Quicunque & venti miserum vexastis Vlyssem,
Et Danaûm Euboïco littore mille rates,
Et qui mouistis duo littora, cùm rudis Argus
Dux erat ignoto missa columba mari.
Illa meis tantum non vnquam desit ocellis,
Incendat nauem Iuppiter ipse licet.
Certè iisdem nudi pariter iactabimur oris,
Me licet vnda ferat, te modò terra tegat.
Sed non Neptunus tanto crudelis amori,
Neptunus fratri par in amore Ioui.
Testis Amymone, latices cùm ferret in aruis,
Compressa, & Lernæ pulsa tridente palus.
Iam Deus amplexu votum persoluit, at illi
Aurea diuinas vrna refudit aquas.
Crudelem & Boream rapta Orithyia negauit,
Hic Deus & terras, & maria alta domat.
Crede mihi, nobis mitescet Scylla, nec vnquam
Alternante vorans vasta Charybdis aqua.
Ipsaque sidera erunt nullis obscura tenebris.
Purus & Orion, purus & Hædus erit.
Quod mihi si ponenda tuo sit corpore vita,
Exitus hic nobis non inhonestus erit.

XXVII.

AT vos incertam mortales funeris horam Pag. 319.
Quæritis, & qua sit mors aditura via.
Quæritis & cælo Phœnicum inuenta sereno,
Quæ sit stella homini commoda, quæq; mala.
Seu pedibus Parthos sequimur, seu classe Britannos,
Et maris, & terræ cæca pericla viæ.
Rursus & obiectum fletis caput esse tumultum,
Cum Mauors dubias miscet vtrinque manus.
Præterea domibus flammam, domibusq; ruinam,
Neu subeant labris pocula nigra tuis.
Solus amans nouit, quando periturus, & à qua
Morte: neque hic Boreæ flabra, neque arma timet,
Iam licet & Stygia sedeat sub arundine remex,
Cernat & infernæ tristia vela ratis,
Si modò clamantis reuocauerit aura puellæ,
Concessum nulla lege redibit iter.

XXVIII.

IVPITER affectæ tandem miserere puellæ. Pag. 361.
Tam formosa tuum mortua crimen erit.
Venit enim tempus, quo torridus æstuat aer,
Incipit & sicco feruere terra cane.
Sed nec tam ardoris culpa est, neque crimina cæli,
Quàm, toties sanctos non habuisse deos.
Hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas:
Quicquid iurarunt, ventus, & vnda rapit.
Num sibi collatam doluit Venus? illa per æquè
Præ se formosis inuidiosa dea est.
An contempta tibi Iunonis templa Pelasga?
Palladis aut oculos ausa negare bonos?
Semper formosæ non nostis parcere verbis.
Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.
Sed tibi, vexatæ per multa pericula vitæ,
Extremo venit mollior hora die.
Io versa caput primos mugiuerat annos:
Nunc dea, quæ Nili flumina vacca bibit.
Ino etiam prima terris ætate vagata est:
Hanc miser implorat nauita Leucothoën.
Andromede monstris fuerat deuota marinis:
Hæc eadem Persei nobilis vxor erat.
Callisto Arcadios errauerat vrsa per agros:
Hæc nocturna suo sidere vela regit.
Quòd si forte tibi properarint fata quietem,
Illa sepulturæ fata beata tuæ;
Narrabis Semelæ, quo sis formosa periclo:
Credet & illa suo docta puella malo.
Et tibi Mæonias inter Heroidas omnes
Primus erit, nulla non tribuente, locus.
Nunc, vtcunque potes, fato gere saucia morem.
Et deus, & durus vertitur ipse dies.
Hoc tibi vel poterit coniux ignoscere Iuno.
Frangitur & Iuno, si qua puella perit.
Deficiunt magico torti sub carmine rhombi,
Et tacet extincto laurus adusta foco.
Et iam luna negat toties descendere cælo,

Nigraq; funestum condidit omen auis.
Vna ratis fati nostros portabit amores
Cærula ad infernos velificata lacus.
Si non vnius, quæso miserere duorum.
Viuam, si viuet: si cadet illa, cadam.
Pro quibus optatis sacro me carmine damno.
Scribam ego, per magnum est salua puella Iouem.
Ante tuosq; pedes illa ipsa adoperta sedebit,
Narrabitq; sedens longa pericla sua.
Hæc tua Persephone maneat clementia: nec tu
Persephonæ coniux sæuior esse velis.
Sunt apud infernos tot millia formosarum:
Pulchra sit in superis scilicet vna locis.
Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro,
Vobiscum Europe, nec proba Pasiphae,
Et quot Troia tulit, vetus & quot Achaia formas,
Et Phœbi, & Priami diruta regna senis:
Et quæcunque erat in numero Romana puella,
Occidit: has omnes ignis auarus habet.
Nec forma æternum, aut cuiquam est fortuna perennis.
Longius, aut propius mors sua quenque manet.
Tu quoniam es mea lux magno demissa periclo,
Munera Dianæ debita redde choros.
Redde etiam excubias diuæ nunc, ante iuuencæ,
Votiuas noctes & mihi solue decem.

XXIX.

Pag. 368. HESTERNA mea lux cùm potus nocte vagarer,
Nec me seruorum duceret vlla manus,
Obuia nescio quot pueri mihi turba minuta
Venerat (hos vetuit me numerare timor)
Quorum alij faculas, alij retinere sagittas,
Pars etiam visa est vincla parare mihi.
Sed nudi fuerant: quorum lasciuior vnus,
Arripite hunc, inquit: nam bene nostis eum.
Hic erat, hunc mulier nobis irata locauit.
Dixit, & in collo iam mihi nodus erat.
Hic alter iubet in medium propellere, & alter:
Intereat, qui nos non putat esse deos.
Hæc te non meritum totas exspectat in horas,
At tu nescio quas quæris inepte fores.
Quæ cum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ
Soluerit, atque oculos mouerit illa graues,
Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
Sed quos ipse suis fecit Amor manibus.
Parcite iam fratres, iam certos spondet amores,
Et iam mandatam venimus ecce domum.
Atque ita me iniecto duxerunt rursus amictu.
I nunc, & noctes disce manere domi.
Manè erat, & volui, si sola quiesceret illa,
Visere. at in lecto Cynthia sola fuit.
Obstupui: non illa mihi formosior vnquam
Visa, neque ostrina cùm fuit in tunica.
Ibat & hinc castæ narratum somnia Vestæ,
Neu sibi, néve mihi quæ nocitura forent.
Talis visa mihi somno demissa recenti.
Heu quantum per se candida forma valet!
Quid tu matutinus, ait, speculator amicæ,
Me similem vestris moribus esse putas?
Non ego tam facilis: sat erit mihi cognitus vnus,
Vel tu, vel si quis verior esse potest.
Apparent non vlla toro vestigia presso,
Signa voluptatis, nec iacuisse duos.
Aspice vt in toto nullus mihi corpore surgat
Spiritus, admisso notus adulterio.
Dixit, & opposita propellens suauia dextra,
Prosilit in laxa nixa pedem solea.
Sic ego tam sancti custode recludor amoris,
Ex illo felix nox mihi nulla fuit.

XXX.

QVO fugis ah demens? nulla est fuga: tu licet vsque Pag. 373.
Ad Tanaim fugias, vsque sequetur Amor.
Non, si Pegaseo vecteris in aera dorso;
Nec, tibi si Persei mouerit ala pedes:
Vel, si te sectæ rapiant talaribus auræ;
Nil tibi Mercurij proderit alta via.
Instat semper Amor supra caput, instat amanti,
Et grauis ipse super libera colla sedet.
Excubat ille acer custos, & tollere nunquam
Te patietur humo lumina capta semel.
Et iam si pecces, deus exorabilis ille est,
Si modò præsentes viderit esse preces.
Ista senes licet accusent conuiuia duri:
Nos modò propositum vita teramus iter,
Illorum antiquis onerentur legibus aures.
Hic locus est, in quo tibia docta sones:
Quæ non iure vado Mæandri iacta natasti,
Turpia cùm faceret Palladis ora tumor.
Nunc iam dura paras, Phrygias nunc ire per vndas,
Et petere Hyrcani littora nota maris,
Spargereq; alterna communes cæde penates,
Et ferre ad patrios præmia dira lares.
Vna contentum pudeat me viuere amica?
Hoc si crimen erit, crimen amoris erit.
Mi nemo obijciat. libeat tibi Cynthia mecum
Roscida muscosis antra tenere iugis.
Illic aspicies scopulis hærere sorores,
Et canere antiqui dulcia furta Iouis,
Vt Semele est combustus, vt est deperditus Io,
Denique vt ad Troiæ tecta volarit auis.
Quòd si nemo exstat, qui vicerit aliti arma;
Communis culpæ cur reus vnus agor?
Nec tu virginibus reuerentia moueris ora:
Hic quoque non nescit, quid sit amare, chorus,
Si tamen Oeagri quædam compressa figura
Bistonijs olim rupibus accubuit.
Hic vbi me prima statuent in parte choreæ,
Et medius docta cuspide Bacchus erit.
Tum capiti sacros patiar pendere corymbos.
Nam sine te nostrum non valet ingenium.

XXXI.

QVAERIS cur veniam tibi tardior? aurea Phœbi Pag 377.
Porticus à magno Cæsare aperta fuit.
Tota erat in speciem Pœnis digesta columnis:
Inter quas Danai femina turba senis.
Hic equidem Phœbo visus mihi pulchrior ipso
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.
Atque aram circum steterant armenta Myronis,
Quatuor artifices viuida signa boues.
Tum medium claro surgebat marmore templum,
Et patria Phœbo carius Ortygia.
Auro solis erat supra fastigia currus,
Et valuæ Libyci nobile dentis opus.
Altera deiectos Parnassi vertice Gallos,
Altera mœrebat funera Tantalidos.

Deinde

Deinde inter matrem deus ipse, interq; sororem
Pythius in longa carmina veste sonat.

*

XXXII.

Pag. 380. *Qvi videt, is peccat; qui non te viderit, ergo*
Non cupiet. facti crimina lumen habet.
Nam quid Prænestis dubias ô Cynthia sortes?
Quid petis AEæi mœnia Telegoni?
Cúrve te in Herculeum deportant esseda Tybur?
Appia cur toties te via ducit anum?
Hoc vtinam spatiere loco, quocunque vagaris
Cynthia. sed tibi me credere turba vetat,
Cum videt accensis deuotam currere tedis
In nemus, & Triuiæ lumina ferre deæ.
Scilicet vmbrosis sordet Pompeia columnis
Porticus aulæis nobilis Attalicis,
Et creber pariter platanis surgentibus ordo,
Flumina sopito quæq; Marone cadunt,
Et leniter nymphis tota crepitantibus vrbe,
Cum subito Triton ore recondit aquam.
Falleris, ista tui furtum via monstrat amoris.
Non vrbem demens, lumina nostra fugis.
Nil agis, insidias in me componis inanes.
Tendis iners docto retia nota mihi.
Sed de me minus est. famæ iactura pudicæ
Tanta tibi miseræ, quanta mereris, erit.
Nuper enim de te nostras me lædit ad aures
Rumor, & in tota non bonus vrbe fuit.
Sed tu non debes inimicæ credere linguæ.
Semper formosis fabula pœna fuit.
Non tua deprenso damnata est fama veneno.
Testis eris puras Phœbe videre manus.
Sin autem longo nox vna, aut altera lusu
Consumpta est, non me crimina parua mouent.
Tyndaris externo patriam mutauit amore,
Et sine decreto viua reducta domum est.
Ipsa venus quamuis corrupta libidine Martis,
Nec minus in cælo semper honesta fuit.
Quamuis Ida Parin pastorem dicat amasse,
Atque inter pecudes accubuisse deam:
Hoc & Hamadriadum spectauit turba sororum,
Silenique senes, & pater ipse chori.
Cum quibus Idæo legisti poma sub antro,
Supposita excipiens Naica dona manu.
An quisquam in tanto stuprorum examine quærit,
Cur hæc tam diues? quis dedit? vnde dedit?
O nimium nostro felicem tempore Romam,
Si contra mores vna puella facit.
Hæc eadem ante illam impune & Lesbia fecit.
Quæ sequitur certè est inuidiosa minus.
Qui quærit Tatios veteres, durosq; Sabinos,
Hic posuit nostra nuper in vrbe pedem.
Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,
Altaq; mortali deligere astra manu,
Quàm facere, vt nostra nolint peccare puellæ.
Is mos Saturno regna tenente fuit,
Et cum Deucalionis aquæ fluxere per orbem,
Et post antiquas Deucalionis aquas.
Dic mihi, quis potuit lectum seruare pudicum?
Quæ dea cum solo viuere sola deo?
Vxorem quondam magni Minois, vt aiunt,
Corrupit torui candida forma bouis.
Nec minus ærato Danae circundata muro,
Non potuit magno casta negare Ioui.
Quòd seu tu Graias, seu sis imitata Sabinas,
Semper viue meo libera iudicio.

XXXIII.


Tristia iam redeunt iterum solennia nobis, Pag. 387.
Cynthia iam noctes est operata decem.
Atque vtinam Nilo pereat quæ sacra tepente
Misit matronis Inachis Ausoniis.
Quæ dea tam cupidos toties diuisit amantes:
Quæcunque illa fuit, semper amara fuit.
Tu certe Iouis occultis in amoribus Io
Sensisti, multas quid sit inire vias,
Cum te iussit habere puellam cornua Iuno,
Et pecoris duro perdere verba sono.
Ah quoties quernis læsisti frondibus ora,
Mansisti stabulis abdita pasta tuis.
An, quoniam agrestem detraxit ab ore figuram
Iuppiter, idcirco facta superba dea es?
An tibi non satis est fuscis AEgyptus alumnis?
Cur tibi tam longa Roma petita via est?
Quidve tibi prodest, viduas dormire puellas?
Sed tibi, crede mihi, cornua rursus erunt,
Aut nos è nostra te sæua fugabimus vrbe.
Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit.
At tu, quæ nostro nimium placata dolore es,
Noctibus his vacui ter faciamus iter.
Non audis? & verba sinis mea ludere, cùm iam
Flectant Icarij sidera tarda boues?
Lenta bibis. mediæ nequeunt te frangere noctes.
An nondum est talos mittere lassa manus?
Ah pereat quicunque meracas repperit vuas,
Corrupitq; bonas nectare primus aquas.
Icare Cecropiis merito iugulate colonis,
Pampineus nosti quàm sit amarus odor.
Tu quoque ô Eurytion vino centaure peristi,
Nec non Ismario tu Polypheme mero.
Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,
Vino sæpe suum nescit amica virum.
Me miserum, vt multo nihil es mutata Lyæo:
Iam bibe, formosa es: nil tibi vina nocent:
Cùm tua præpendent demissæ in pocula serta,
Et mea deducta carmina voce legis.
Largius effuso madeat tibi mensa Falerno,
Spumet & aurato mollius in calice.
Nulla tamen lecto recipit se sola libenter:
Est quiddam, quod vos quærere cogat amor:
Semper in absentes felicior æstus amantes:
Eleuat assiduos copia longa viros.

XXXIV.

Cvr quisquam faciem dominæ iam credat amico?
Sic erepta mihi pene puella mea est. Pag. 392.
Expertus dico. nemo est in amore fidelis.
Formosam rarò non sibi quisque petit.
Polluit ille deus cognatos, soluit amicos,
Et bene concordes tristia ad arma vocat.
Hospes in hospitium Menelao venit adulter.
Colchis & ignotum nonne secuta virum est?
Lyncen tu ne meam potuisti tangere curam?
Perfide non ne tuæ tunc cecidere manus?
Quid si non constans illa, & tam certa fuisset!
Posses in tanto viuere flagitio?
Tu mihi vel ferro pectus, vel perde veneno,

A domina tantum te modò tolle mea.
Te socium vitæ, te corporis esse licebit,
Te dominum admitto rebus amice meis,
Lecto te solum, lecto te deprecor vno.
Riualem possim non ego ferre Iouem.
Ipse meas solus, quod nil est, æmulor vmbras:
Stultus, quòd stulto sæpe timore tremo.
Vna tamen caussa est, qua crimina tanta remitto,
Errabant multo quod tua verba mero.
Sed nunquam vitæ me fallet ruga seneræ.
Omnes iam norunt, quàm sit amare bonum.
Lynceus ipse meus seros insanit amores.
Solum te nostros lætor adire deos.
Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
Proderit? aut rerum dicere posse vias?
Aut quid Cretæi tibi prosunt carmina lecta?
Nil iuuat in magno vester amore senex.
Tu satius memorem musis imitere Philetam,
Et non inflati somnia Callimachi.
Nam rursus licet AEtoli referas Acheloi
Fluxerit vt magno factus amore liquor,
Atque etiam, vt Phrygio fallax Mæandria campo
Errat, & ipsa suas decipit vnda vias,
Qualis & Adrasti fuerit vocalis Arion,
Tristis ad Archemori funera victor equus:
Amphiaraeæ nil prosunt fata quadrigæ,
Aut Capanei magno grata ruina Ioui.
Desine & AEschyleo componere verba cothurno,
Desine, & ad molles membra resolue choros.
Incipe iam angusto versus includere torno,
Inq; tuos ignes dure poeta veni.
Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.
Despicit & magnos recta puella deos.
Sed non antè grauis taurus succumbit aratro,
Cornua quàm validis hæserit in laqueis.
Nec tu tam duros per te patieris amores:
Trux tamen à nobis antè domandus eris.
Harum nulla solet rationem quærere mundi,
Nec cur fraternis Luna laboret equis,
Nec si post Stygias aliquid restabit ad vndas,
Nec si consulto fulmina missa tonent.
Aspice me, cui parua domi fortuna relicta est,
Nullus & antiquo Marte triumphus aui,
Vt regnem mistas inter conuiua puellas,
Hoc ego, quo tibi nunc eleuor, ingenio.
Me iuuet hesternis positum languere corollis,
Quem tetigit iactu certus ad ossa deus:
Actia Virgilium custodis littora Phœbi,
Cæsaris & fortes dicere posse rates,
Qui nunc AEneæ Troiani suscitat arma,
Iactaq; Lauinis mœnia littoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Graij.
Nescio quid maius nascitur Iliade.
Tu canis vmbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus;
Vtq; decem possint corrumpere mala puellam,
Missus & impressis hædus ab vberibus.
Felix, qui viles pomis mercaris amores:
Huic licet ingratæ Tityrus ipse canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolæ domini carpere delicias.
Quamuis ille sua lassus requiescat auena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Ascræi veteris præcepta poetæ,
Quo seges in campo, quo viret vua iugo.
Tale facis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.
Non tamen hæc vlli venient ingrata legenti,
Siue in amore rudis, siue peritus erit.
Nec minor his animis, aut si minor, ore canorus
Anseris indocto carmine cessit olor.
Hæc quoque perfecto ludebat Iasone Varro,
Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.
Hæc quoque lasciui cantarunt scripta Catulli,
Lesbia queis ipsa notior est Helena.
Hæc etiam docti confessa est pagina Calui,
Cùm caneret miseræ funera Quinctiliæ.
Et modo formosa quàm multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lauit aqua?
Cynthia quin etiam versu laudata Properti:
Hos inter si me ponere fama volet.

SEX.





SEX. PROPERTII ELEGIARUM LIBER III.

ELEGIA I.

Pag. 404. ALLIMACHI *manes, & Coi sacra Philetæ,*
In vestrum, quæso, me sinite ire nemus.
Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Itala per Graios orgia ferre choros.
Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro,
Quóve pede ingressi, quámve bibistis aquam.
Ah valeat, Phœbum quicunque moratur in armis.
Exactus tenui pumice versus eat,
Quò me fama leuat terra sublimis, & à me
Nata coronatis musa triumphat equis,
Et mecum in curru parui vectantur Amores,
Scriptorumq́; meas turba secuta rotas.
Quid frustra missis in me certatis habenis?
Non datur ad Musas currere lata via.
Multi Roma tuas laudes annalibus addent,
Qui finem imperij Bactra futura canent:
Sed, quòd pace legas, opus hoc de monte sororum
Detulit intacta pagina nostra via.
Mollia Pegasides vestro date serta poetæ.
Non faciet capiti dura corona meo.
At mihi, quod viuo detraxerit inuida turba,
Post obitum duplici fœnore reddet honos,
Omnia post obitum fingit maiora vetustas.
Maius ab exequiis nomen in ora venit.
Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces?
Fluminaq́; AEmonio comminus isse viro?
Idæum Simoenta, Iouis cunabula parui?
Hectora per campos ter maculasse rotas?
Deiphobumq́;, Helenumq́;, & Polydamantas in armis?
Qualemcunque Parin vix sua nosset humus.
Exiguo sermone fores nunc Ilion, & tu
Troia, bis OEthæi numine capta Dei.
Nec non ille tui casus memorator Homerus
Posteritate suum crescere sensit opus.
Meque inter seros laudabit Roma nepotes.
Illum post cineres auguror esse diem.
Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro,
Prouisum est, Lycio vota probante deo.

II.

Pag. 410. CARMINIS *interea nostri redeamus in orbem,*
Gaudeat vt solito tacta puella sono.
Orphea detenuisse feras, & concita dicunt
Flumina Threicia sustinuisse lyra.
Saxa Citharonis Thebas agitata per artem
Sponte sua in muri membra coisse ferunt.
Quin etiam Polypheme fera Galatea sub AEtna
Ad tua rorantes carmina flexit equos.
Miremur, nobis & Baccho, & Apolline dextro,
Turba puellarum si mea verba colit?
Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis:
Nec camera auratas inter eburna trabes,
Nec mea Phæacias æquant pomaria siluas;
Non operosa rigat Martius antra liquor:
At Musa comites, & carmina cara legenti,
Et defessa choris Calliopea meis.
Fortunata meo si qua es celebrata libello:
Carmina erunt formæ tot monimenta tuæ.
Nam neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti,
Nec Iouis Elei cælum imitata domus:
Nec Mausolei diues fortuna sepulchri
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber subducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quæsitum nomen ab æuo
Excidet, ingenio stat sine morte decus.

III.

VISVS *eram molli recubans Heliconis in vmbra,* Pag. 414.
Bellerophontei quà fluit humor equi,
Reges Alba tuos, & regum facta tuorum
Tantum operis neruis hiscere posse meis:
Paruaq́; tam magnis admotam fontibus ora,
Vnde pater sitiens Ennius ante bibit,
Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaq́; AEmilia vecta tropæa rate,
Victricesque moras Fabij pugnamq́; sinistram
Cannensem, & versos ad pia vota deos,
Annibalemq́; lares Romana sede fugantes,
Anseris & tutum voce fuisse Iouem;
Cùm me Castalia speculans ex arbore Phœbus,
Sic ait, aurata nixus ad antra lyra:
Quid tibi cum tali demens est flumine? quis te
Carminis heroi tangere iussit opus?

Non hic vlla tibi speranda est fama, Properti.
Mollia sunt paruis prata terenda rotis,
Vt tuus in scamno iactetur sæpe libellus,
Quem legat expectans sola puella virum.
Cur tua præscriptos euecta est pagina gyros?
Non est ingenij cymba grauanda tui.
Alter remus aquas, alter tibi radat arenas:
Tutus eris. medio maxima turba mari est.
Dixerat, & plectro sedem mihi monstrat eburno,
Quà noua muscoso semita facta solo est.
Hic erat affixis viridis spelunca lapillis,
Pendebantq; cauis tympana pumicibus.
Ergo musarum, & Sileni patris imago
Fictilis, & calami Pan Tegeæe tui.
Et Veneris dominæ volucres mea turba columbæ
Tingunt Gorgoneo punica rostra lacu.
Diuersæq; nouem sortitæ iura puellæ
Exercent teneras in sua dona manus.
Hæc ederas legit in thyrsos, hæc carmina neruis
Aptat, & illa manu texit vtraque rosam.
E quarum numero me contigit vna dearum,
Vt reor à facie, Calliopea fuit.
Contentus niueis semper vectabere cycnis,
Nec te fortis equi ducet ad arma sonus.
Nil tibi sit rauco præconia classica cornu
Flere, nec Aonium cingere Marte nemus:
Aut quibus in campis Mariano prælia signo
Stent, & Teutonicas Roma refringat opes:
Barbarus aut Sueuo perfusus sanguine Rhenus
Saucia mœrenti corpora vectet aqua.
Quippe coronatos alienum ad limen amantes,
Nocturnæq; canes ebria signa fugæ.
Vt per te clausas sciat excantare puellas,
Qui volet austeros arte ferire viros.
Talia Calliope: lymphisq; à fonte petitis,
Ora Philetea nostra rigauit aqua.

IV.

Pag. 412. A R M A *deus Cæsar dites meditatur ad Indos,*
Et freta gemmiferi findere classe maris.
Magna viri merces. parat vltima terra triumphos:
Tigris, & Eufrates sub tua iura fluent.
Sera sed Ausoniis veniet prouincia virgis:
Assuescent Latio Partha trophæa Ioui.
Ite agite expertæ bello date lintea proræ,
Et solitum armigeri ducite munus equi.
Omina fausta cano, Crassos, cladesq; piate:
Ite, & Romanæ consulite historiæ.
Mars pater, & sacræ fatalia lumina Vestæ,
Ante meos obitus sit precor illa dies,
Qua videam spoliis onerato Cæsaris axe,
Ad vulgi plausus sæpe resistere equos,
Inq; sinu caræ nixus spectare puellæ
Incipiam, & titulis oppida capta legam,
Tela fugacis equi, & bracati militis arcus,
Et subter captos arma sedere duces.
Ipsa tuam prolem serua Venus. hoc sit in æuum,
Cernis ab Ænea quod superesse caput.
Præda sit hæc illis, quorum meruere labores.
Mi sat erit media plaudere posse via.

V.

Pag. 425. P A C I S *amor deus est: pacem veneramur amantes:*
Stant mihi cum domina prælia dura mea.
Nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro,
Nec bibit è gemma diuite nostra sitis.
Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur,
Nec miser æra paro clade, Corinthe, tua.
O prima infelix fingenti terra Prometheo:
Ille parum cauti pectoris egit opus:
Corpora disponens, mentem non vidit in arte.
Recta animi primum debuit esse via.
Nunc maris in tantum ventis iactamur, & hostem
Quærimus, atque armis nectimus arma noua.
Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas:
Nudus ad infernas stulte vehere rates.
Victor cum victis pariter miscebitur vmbris.
Consule cum Mario capte Iugurtha sedes.
Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro.
Optima mors, parca quæ venit apta die.
Me iuuat in prima coluisse Helicona iuuenta,
Musarumq; choris implicuisse manus.
Me iuuat & multo mentem vincire Lyæo,
Et caput in verna semper habere rosa.
Atque vbi iam Venerem grauis interceperit ætas,
Sparserit & nigras alba senecta comas;
Tum mihi naturæ libeat perdiscere mores,
Quis deus hanc mundi temperet arte domum:
Qua venit exoriens, qua deficit, vnde coactis
Cornibus in plenum menstrua luna redit:
Vnde salo superant venti, quid flamine captet
Eurus, & in nubes vnde perennis aqua:
Sit ventura dies, mundi quæ subruat arces:
Purpureus pluuias cur bibat arcus aquas:
Aut cur Perrhabi tremuere cacumina Pindi,
Solis & atratis luxerit orbis equis:
Cur serus versare boues, & plaustra Bootes,
Pleiadum spisso cur coit igne chorus:
Curve suos fines altum non exeat æquor,
Plenus & in partes quattuor annus eat:
Sub terris sint iura deûm, & tormenta gigantum.
Tisiphones atro si furit angue caput:
Aut Alcmæoniæ furiæ, aut ieiunia Phinei,
Num rota, num scopuli, num sitis inter aquas:
Num tribus infernum custodit faucibus antrum
Cerberus, & Tityo iugera pauca nouem:
An ficta in miseras descendit fabula gentes,
Et timor haud vltra, quàm rogus, esse potest.
Exitus hic vitæ superest mihi. vos quibus arma
Grata magis, Crassi signa referte domum.

VI.

D I C *mihi de nostra, quæ sentis, vera puella:* Pag. 433.
Sic tibi sint dominæ Lygdame lenta iuga.
Dum me lætitia tumefactum fallis inani,
Hæc referens, quæ me credere velle putas.
Omnis enim debet sine vano nuntius esse,
Maioremq; timens seruus habere fidem.
Nunc mihi, si qua tenes, ab origine dicere prima
Incipe. suspensis auribus ista bibam.
Sicetine eam incomptis vidisti flere capillis?
Illius ex oculis multa cadebat aqua?
Nec speculum strato vidisti Lygdame lecto?
Ornabat niueas nullàne gemma manus?
Ac mœstam teneris vestem pendere lacertis?
Scriniaq; ad lecti clausa iacere pedes?
Tristis erat domus, & tristes sua pensa ministræ

Carpebant, medio nebat & ipsa loco?
Humidaq; impressa siccabat lumina lana?
Rettulit & querulo iurgia nostra sono?
Hac te teste mihi promissa est Lygdame merces?
Est pœnæ seruo rumpere teste fiden.
Ille potest nullo miseram me linquere facto?
ÆEqualem nulla dicere habere domo?
Gaudet me vacuo solam tabescere lecto?
Si placet, insultet Lygdame morte mea.
Non me moribus illa, sed herbis improba vicit:
Staminea rhombi ducitur ille rota.
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ.
Et lecta exectis anguibus ossa trahunt,
Et strigis inuentæ per busta iacentia plumæ,
Cinctaq; funesto lanea vitta viro.
Si non vana canunt mea somnia, Lygdame testor:
Pœna erit ante meos sera, sed ampla pedes.
Putris & in vacuo texetur aranea lecto:
Noctibus illorum dormiet ipsa Venus.
Quæ tibi si veris animis est questa puella,
Hac eadem rursus Lygdame curre via,
Et mea cum multis lacrymis mandata reporta,
Iram, non fraudes, esse in amore meo.
Me quoque consimili impositum torquerier igni,
Iurabo & bis sex integer esse dies.
Quòd mihi si tanto felix concordia bello
Extiterit, per me Lygdame liber eris.

VII.

Pag. 438. ERGONE *solicitæ tu caussa pecunia vitaes,*
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.
Tu Pætum ad Pharios tendentem lintea portus
Obruis insano terq;, quaterq; mari.
Nam dum te sequitur, primo miser excidit æuo,
Et noua longinquis piscibus esca natat:
Et mater non iusta piæ dare debita terræ,
Nec pote cognatos inter humare rogos.
Sed tua nunc volueres astant super ossa marinæ,
Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.
Infelix Aquilo, raptæ timor Orithyiæ,
Quæ spolia ex illo tanta fuere tibi?
Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina?
Portabat sanctos alueus ille viros.
Pæte quid ætatem numeras? quid cara natanti
Mater in ore tibi est? non habet vnda deos.
Nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis
Omnia detrito vincula fune cadunt.
Sunt Agamemnonias testantia littora curas,
Quæ notat Argenni pœna natantis aquæ.
Hoc iuuene amisso, classem non soluit Atrides,
Pro qua mactata est Iphigenia mora.
Reddite corpus humo; positaq; in gurgite vita,
Pætum sponte tua vilis arena tegas.
Et quoties Pæti transibit nauta sepulcrum,
Dicat, & audaci tu timor esse potes.
Ite rates curuæ, & leti contexite caussas
Ista per humanas mors venit acta manus:
Terra parum fuerat fatis: adiecimus vndas.
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates;
Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?
Ventorum est, quodcunque paras. haud vlla carina
Consenuit. fallit portus & ipse fidem.
Natura insidians pontum substrauit auaris.
Vt tibi succedat, vix semel esse potest.
Saxa triumphales fregere Caphærea puppes,
Naufraga cum vasto Græcia tracta salo est.
Paullatim sociûm iacturam fleuit Vlysses,
In mare cui soli non valuere doli.
Quod si contentus patrio boue verteret agros,
Verbaq; duxisset pondus habere mea:
Viueret ante suos dulcis conuiua penates,
Pauper, at in terra nil vbi flere potest.
Non tulit hic Pætus stridorem audire procellæ,
Et duro teneras lædere fune manus.

Sed thyæ calamo, aut Oricia terebintho
Effultum pluma versicolore caput.
Huic fluctus viuo radicitus abstulit vngues,
Et miser inuisam traxit hiatus aquam.
Hunc paruo ferri vidit nox improba ligno.
Pætus vt occideret, tot coiere mala.
Flen[illegible]nen extremis dedit hæc mandata querelis,
C[illegible]oribunda niger clauderet ora liquor.
Di maris ÆEgæi quos sunt penes æquora, venti,
Et quæcunque meum degrauat vnda caput,
Quò rapitis miseros primæ lanuginis annos?
Attulimus longas in freta vestra manus.
Ah miser Alcyonum scopulis adfligar acutis:
In me cæruleo fuscina sumpta deo est.
At saltem Italiæ regionibus euehat æstus.
Hoc de me sat erit, si modo matris erit.
Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus,
Vltima quæ Pæto voxq;, diesq; fuit.
O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ,
Et tu materno tacta dolore Thetis,
Vos decuit lasso supponere brachia mento:
Non poterat vestras ille grauare manus.
At tu sæue Aquilo nunquam mea vela videbis.
Ante fores dominæ condar oportet iners.

VIII.

DVLCIS *ad extremas fuerat mihi rixa lucernas,* Pag. 448.
Vocis & insanæ tot maledicta tuæ,
Cùm furibunda mero mensam propellis, & in me
Proiicis insana cymbia plena manu.
Tu vero nostros audax inuade capillos,
Et mea formosis vnguibus ora nota:
Tu minitare oculos subiecta exurere flamma.
Fac mea rescisso pectora nuda sinu.
Nimirum veri dantur mihi signa caloris.
Nam sine amore graui fœmina nulla dolet.
Quæ mulier grauida iactat conuicia lingua,
Et Veneris magnæ voluitur ante pedes,
Custodum gregibus quæ circa stipat euntem,
Seu sequitur medias, Mænas vt acta, vias,
Seu timidam crebro dementia somnia terrent,
Seu miseram in tabula picta puella mouet:
His ego tormentis animi sum verus aruspex:
Has didici certo sæpe in amore notas.
Non est certa fides, quam non iniuria versat.
Hostibus eueniat lenta puella meis.
In morso æquales videant mea vulnera collo.
Me doceat liuor mecum habuisse meam.
Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem,
Siue meas lacrymas, siue videre tuas:

Tecta superciliis si quando verba remittis,
Aut tua cum digitis scripta silenda notas.
Odi ego quos nunquam pungunt suspiria somnos.
Semper in iratam pallidus esse velim.
Dulcior ignis erat Paridi, cum grata per arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre suæ.
Dum vincunt Danai, dum restat barbarus Hector,
Ille Helenæ in gremio maxima bella gerit.
Aut tecum, aut pro te mihi cum riualibus arma
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet.
Gaude, quòd nulla est æque formosa. doleres,
Si qua foret, nunc sis iure superba licet.
At tibi, qui nostro nexisti retia lecto,
Sit socer æternum, nec sine matre domus:
Cui nunc si qua data est furandæ copia noctis,
Offensa illa mihi, non tibi amica dedit.

IX.

Pag. 453. MÆCENAS eques Etrusco de sanguine regum,
Intra fortunam qui cupis esse tuam,
Quid me scribendi tam vastum mittis in æquo
Non sunt apta meæ grandia vela rati.
Turpe est, quod nequeas capiti committere pondus,
Et pressum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.
Gloria Lysippo est, animosa effingere signa:
Exactis Calamis se mihi iactat equis.
In Veneris tabula summam sibi ponit Appelles:
Parrhasius parua vindicat arte locum.
Argumenta magis sunt Mentoris addita formæ:
At Myos exiguum flectit acanthus iter.
Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno:
Praxitelem propria vindicat arte lapis.
Est quibus Elea concurrit palma quadriga:
Est, quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic satus ad pacem, hic castrensibus vtilis armis:
Naturæ sequitur semina quisque suæ.
At tua, Mæcenas, vitæ præcepta recepi,
Cogor & exemplis te superare tuis.
Cum tibi Romano dominas in honore secures,
Et liceat medio ponere iura foro.
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostes,
Atque onerare tuam fixa per arma domum:
Et tibi ad effectum vires det Cæsar, & omni
Tempore tam faciles insinuentur opes:
Parcis & in tenues humilem te colligis vmbras.
Velorum plenos subtrahis ipse sinus.
Crede mihi magnos æquabunt ista Camillos
Iudicia, & venies tu quoque in ora virûm:
Cæsaris & famæ vestigia iuncta tenebis.
Mæcenatis erunt vera tropheâ, fides.
Non ego velifera tumidum mare findo carina:
Tota sub exiguo flumine nostra mora est.
Non flebo in cineres arcem sedisse paternos
Cadmi, nec semper prælia clade pari:
Nec referam Sceas, & Pergama, Apollinis arces,
Et Danaûm decimo vere redisse rates;
Mœnia cum Graio Neptunia pressit aratro
Victor Palladiæ ligneus artis equus.
Inter Callimachi sat erit placuisse libellos,
Et cecinisse modis dure poeta tuis.
Hæc curent pueri, hæc curent scripta puellæ;
Meq; deum clament, & mihi sacra ferant.
Te duce vel Iouis arma canam, cæloq; minantem
Cæum, & Phlegræis Oromedonta iugis:
Celsaque Romanis decerpta palatia tauris
Ordiar, & cæso mœnia firma Remo,
Eductosq; pares siluestri ex vbere reges:
Crescet & ingenium sub tua iussa meum:
Prosequar & currus vtroque ab littore ouantes
Parthorum astutæ tela remissa fugæ:
Castraq; Pelusi Romano subruta ferro,
Antonique graues in sua fata manus.
Mollis tu cœptæ fautor cape lora iuuentæ
Dexteraq; immissis da mihi signa rotis.
Hoc mihi Mæcenas laudis concedis; & à te est.
Quod ferar in partes ipse fuisse tuas.

X.

MIRABAR quidnam misissent manè Camœnæ Pag. 462.
Ante meum stantes, sole rubente, torum.
Natalis nostræ signum misere puellæ,
Et manibus faustos ter crepuere sonos.
Transeat hic sine nube dies, stent aere venti,
Ponat & in sicco molliter vnda minas.
Aspiciam nullos hodierna luce dolentes,
Et Niobes lacrymas supprimat ipse lapis.
Halcyonum positis requiescant ora querelis,
Increpet absumptum nec sua mater Ityn.
Tuq; ô cara mihi, felicibus edita pennis,
Surge, & poscentes iusta precare deos.
Ac primum pura somnium tibi discute lympha,
Et nitidas presso pollice finge comas.
Deinde qua primum oculos cœpisti veste Properti,
Indue, nec vacuum flore relinque caput:
Et pete, qua polles, vt sit tibi forma perennis,
Inque meum semper stent tua regna caput.
Inde coronatas vbi thure piaueris aras,
Luxerit & tota flamma secunda domo,
Sit mensæ ratio, noxq; inter pocula currat.
Et crocino nares murrheus vngat Onyx.
Tibia nocturnis succumbat rauca choreis,
Et sint nequitiæ libera verba tuæ:
Dulciaq; ingratos adimant conuiuia somnos,
Publica vicinæ perstrepat aura viæ.
Sit sors & nobis talorum interprete iactu,
Quem grauibus pennis verberet ille puer.
Cum fuerit multis exacta trientibus hora,
Noctis & instituet sacra ministra Venus,
Annua soluamus thalamo solennia nostro,
Natalisq; tui sic peragamus iter.

XI.

QVID mirare meam si versat fœmina vitam? Pag. 466.
Et trahit addictum sub sua iura virum?
Criminaq; ignaui capitis mihi turpia fingis,
Quod nequeam fracto rumpere vincla iugo?
Venturam melius præsagit nauita noctem:
Vulneribus didicit miles habere metum.
Ista ego præterita iactaui verba iuuenta.
Tu nunc exemplo disce timere meo.
Colchis flagrantes adamantina sub iuga tauros
Egit, & armigera prælia seuit humo,
Custodisq; feros clausit serpentis hiatus,
Iret vt AEsonias aurea lana domos.
Ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittis

Mæotis

Mæotis Danaûm Penthesilea rates.
Aurea cui postquam nudauit cassida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.
Omphale in tantum formæ processit honorem,
Lydia Gygæo tincta puella lacu,
Vt, qui pacato statuisset in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia pensa manu.
Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt solidum cocto tolleret aggere opus:
Et duo in aduersum immissi per mœnia currus,
Ne possent tacto stringere ab axe latus;
Duxit & Eufraten medium, qua condidit arces,
Iussit & imperio surgere Bactra caput.
Nam quid ego heroas, quid raptem in crimina diuos?
Iuppiter infamat seq;, suámque domum.
Quid, modo quæ nostris opprobria vexerit armis,
Et famulos inter femina trita suos?
Coniugis obscœni pretium Romana poposcit
Mœnia, & addictos in sua regna patres.
Noxia Alexandria, dolis aptissima tellus.
Et toties nostro Memphi cruenta malo,
Tres vbi Pompeio detraxit arena triumphos:
Tollet nulla dies hanc tibi Roma notam.
Issent flegræo melius tibi funera campo,
Vel tua si socero colla daturus eras.
Scilicet incesti meretrix regina Canopi,
Vna Philippeo sanguine adusta nota;
Ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubin,
Et Tiberim Nili cogere ferre minas:
Romanamque tubam crepitanti pellere sistro,
Baridos & contis rostra Liburna sequi,
Fœdáque Tarpeio Conopea tendere saxo,
Iura dare, statuas inter, & arma Mari.
Quid nunc Tarquinij fractas iuuat esse secures,
Nomine quem simili vita superba notat?
Si mulier patienda fuit? cape Roma triumphum,
Et longam Augusto salua precare diem.
Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili:
Accepere tuæ Romula vincla manus.
Brachia spectaui sacris admorsa colubris,
Et trahere occultum membra soporis iter.
Non hæc, Roma, fuit tanto tibi ciue verenda,
Dixit & assiduo lingua sepulta mero.
Septem vrbs alta iugis, toti quæ præsidet orbi,
Femineas timuit territa Marte minas.
Annibalis spolia, & victi monimenta Syphacis,
Et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes.
Curtius expletis statuit monumenta lacunis:
At Decius misso prœlia rupit equo.
Coclitis abscissos testatur semita pontes;
Et cui cognomen coruus habere dedit.
Hæc di condiderunt, hæc di quoque mœnia seruant.
Vix timeat, saluo Cæsare, Roma Iouem.
Nunc vbi Scipiadæ classes? vbi signa Camilli?
Aut modò Pompeia Bosphora capta manu?
Leucadius versas acies memorabit Apollo.
Tantum operis belli sustulit vna dies.
At tu, siue petes portus, seu nauita linques,
Cæsaris in toto sis memor Ionio.

XII.

Pag. 478. POSTVME plorantem potuisti linquere Gallam?
Miles & Augusti fortia signa sequi?
Tanti ne vlla fuit spoliati gloria Parthi,
Ne faceres Galla multa rogante tua?
Si fas est, omnes pariter pereatis auari,
Et quisquis fido prætulit arma toro.
Tu tamen iniecta tectus vesane lacerna
Potabis galea fessus Araxis aquam.
Illa quidem interea fama tabescet inani,
Hæc tua ne virtus fiat amara tibi:
Néve tua Medæ lætentur cæde sagittæ,
Ferreus aurato neu cataphractus equo,
Néve aliquid de te flendũ referatur in vrna.
Sic redeunt, illis qui cecidere locis.
Ter quater in casta felix ô Postume Galla,
Moribus his alia coniuge dignus eras:
Quid faciet nullo munita puella timore,
Cùm sit luxuriæ Roma magistra tuæ?
Sed securus eas: Gallam non munera vincent,
Duritiæque tuæ non erit illa memor.
Nam quocumq; die saluum te fata remittent,
Pendebit collo Galla pudica tuo.
Postumus alter erit miranda coniuge Vlysses:
Non illi longæ tot nocuere moræ.
Castrã decem annorũ, & Ciconum mons, Ismara, Calpe,
Exustæq; tuæ mox Polypheme genæ,
Et Circæ fraudes, lotósque, herbæque tenaces,
Scylláque, & alterna scissa Charibdis aqua:
Lampeties Ithacis verubus mugisse iuuencos,
(Pauerat hos Phœbo filia Lampetiæ)
Et thalamum Ææa flentis fugisse puellæ,
Tótque hiemis noctes, tótque natasse dies,
Nigrantésque domos animarum intrasse silentum,
Sirenum surdo remige adisse lacus,
Et veteres arcus leto renouasse procorum,
Errorísque sui sic statuisse modum.
Nec frustra: quia casta domi persederat vxor.
Vincit Penelopes Lælia Galla fidem.

XIII.

QVÆRITIS, vnde auidis nox sit pretiosa puellis, Pag. 483.
Et Venere exhaustæ damna querantur opes?
Certa quidem tantis caussa & manifesta ruinis.
Luxuriæ nimium libera facta via est.
Inda cauis aurum mittit formica metallis,
Et venit è rubro concha Erycina salo,
Et Tyros ostrinos præbet Cadmea colores,
Cynnamon & multi pastor odoris Arabs.
Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas,
Quæq; terunt fastus Icarioti tuos.
Matrona incedit census induta nepotum.
Et spolia opprobrij nostra per ora trahit.
Nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi:
Aut, si qua est, pretio tollitur ipsa mora.
Felix Eoïs lex funeris vna maritis,
Quos aurora suis rubra colorat equis.
Nanque vbi mortifero iacta est fax vltima lecto,
Vxorum fusis stat pia turba comis,
Et certamen habent leti, quæ viua sequatur
Coniugium. pudor est, non licuisse mori.
Ardent victrices, & flammæ pectora præbent,
Imponuntq; suis ora perusta viris.
Hic genus infidum nuptarum, hic nulla puella
Nec fida Euadne, nec pia Penelope.
Felix agrestum quondam pacata iuuentus,
Diuitiæ quorum messis, & arbor erant.
Illis munus erat decussa Cydonia ramo,

Et dare puniceis plena canistra rubis,
Nunt violas tondere manu, nunc mista referre
Lilia virgineos lucida per calathos,
Et portare suis vestitas frondibus vuas,
Aut variam pluma versicoloris auem.
His tum blanditiis furtiua per antra puellæ
Oscula siluicolis empta dedere viris.
Hinulei pellis totos operibat amantes,
Altaq; natiuo creuerat herba toro,
Pinus & incumbens lentas circumdabat vmbras,
Nec fuerat nudas pœna videre deas,
Corniger Idæi vacuam pastoris in aulam
Dux aries saturas ipse reduxit oues.
Dique deæq; omnes, quibus est tutela per agros,
Præbebant vestris verba benigna focis,
Et leporem quicunque venis venaberis hospes,
Et si fortè meo tramite quæris auem:
Et me Pana tibi comitem de rupe vocato,
Siue petes calamo præmia siue cane.
At nunc desertis cessant sacraria lucis:
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro venalia iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.
Torrida sacrilegum testantur limina Brennum,
Dum petit intonsi Pythia regna Dei.
At mons laurigero concussus vertice diras
Gallica Parnassus sparsit in arma niues,
Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro
Nutrit in hospitio non Polydore pio.
Tu quoque vt auratos gereres Eriphyla lacertos,
Delapsis nusquam est Amphiaraus equis.
Proloquar, atque vtinam patriæ sim verus aruspex,
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.
Certa loquor, sed nulla fides. neq; enim Ilia quondam
Verax Pergameis Mænas habenda malis.
Sola Parin Phrigiæ fatum componere, sola
Fallacem patriæ serpere dixit equum.
Ille furor patriæ fuit vtilis, ille parenti.
Experta est veros irrita lingua deos.

XIIII.

Pag. 492. MVLTA *tuæ, Sparte, miramur iura palestræ,*
Sed mage virginei tot bona gymnasii,
Quòd non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros,
Cùm pila veloces fallit per brachia iactus,
Increpat & versi clauis adunca trochi,
Puluerulentaq; ad extremas stat femina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio:
Nunc ligat ad castum gaudentia brachia loris,
Missile nunc disci pondus in orbe rotat;
Gyrum pulsat equis niueum latus ense reuincit,
Virgineumq; cauo protegit ære caput;
Et modò Taygeti crines aspersa pruina,
Sectatur patrios per iuga longa canes;
Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoonteis turba lauatur aquis.
Qualis & Eurotæ Pollux & Castor arenis,
Hic victor pugnis, ille futurus equis:
Inter quos Helene nudis capere arma papillis
Fertur, nec fratres erubuisse deos,
Lex igitur Spartana vetat secedere amantes,
Et licet in triuiis ad latus esse suæ:
Nec timor, aut vlla est clausæ tutela puellæ,
Nec grauis austeri pœna cauenda viri.
Nullo præmisso, de rebus tute loquaris
Ipse tuis, longæ nulla repulsa moræ.
Non Tyriæ vestes errantia lumina fallunt,
Est neque odoratæ cura molesta domi.
At nostra ingenti vadit circundata turba;
Nec digitum angusta est inseruisse via:
Nec quæ sint facies, nec quæ sint verba rogandi,
Inuenias. cæcum versat amator iter.
Quod si iura fores, pugnasque imitata Laconum,
Carior hoc esses tu mihi, Roma, bono.

XV.

SIC *ego non vllos iam norim in amore tumultus,* Pag. 498.
Nec veniat sine te nox vigilanda mihi,
Vt mihi prætexta pudor est velatus amictus,
Et data libertas noscere amoris iter.
Illa rudes animos per noctes conscia primas
Imbuit, heu nullis capta Lycinna datis.
Tertius, haud multo minus est, cùm ducitur annus:
Vix memini nobis verba coisse decem.
Cuncta tuus sepeliuit amor, nec femina post te
Vlla dedit collo dulcia vincla meo.
Testis erat Dirce tam vero crimine sæua
Nycteos Antiopen accubuisse Lyco.
Ah quoties pulchros vssit regina capillos,
Mollesque immites fixit in ora manus!
Ah quoties famulam pensis onerauit iniquis,
Et caput in dura ponere iussit humo?
Sæpe illam immundis passa est habitare tenebris:
Vilem ieiunæ sæpe negauit aquam.
Iuppiter Antiopæ nusquam succurris habenti
Tot mala? corrumpit dura catena manus.
Si Deus es tibi turpe, tuam seruire puellam.
Inuocet Antiope quem nisi vincta Iouem?
Sola tamen, quæcunque aderant in corpore vires,
Regales manicas rupit vtraque manu:
Inde Cithæronis timido pede currit in arces.
Nox erat, & sparso triste cubile gelu.
Sæpe vago Asopi sonitu permota fluentis.
Credebat dominæ ponè venire pedes:
Et durum Zethum, & lacrymis Amphiona mollem
Experta est stabulis mater abacta suis.
Ac veluti magnos cum ponunt æquora motus,
Eurus in aduersos desinit ire notos,
Littore si tacito sonitus rarescit arena:
Sic cadit inflexo lapsa puella genu.
Sera tamen pietas, natis est cognitus error.
Digne Iouis natos qui tuearæ senex.
Tu reddis pueris matrem, pueriq; trahendam
Vinxerunt Dircen sub trucis ora bouis.
Antiope cognosce Iouem. tibi gloria Dirce
Ducitur, in multis mortem habitura locis.
Prata cruentantur Zethi, victorq; canebat
Pæana Amphion rupe Aracynthe tua.
At tu non meritam parcas vexare Lycinnam.
Nescit vestra ruens ira referre pedem.
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.
Te solam & lignis funeris vstus amem.

XVI.

NOX *media, & dominæ mihi venit epistola nostræ,* Pag. 504.
Tibure me missa iussit adesse mora,

Candida quà geminas ostendunt culmina turres,
Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.
Quid faciam? obductis committam me ne tenebris?
Vt timeam audaces in mea membra manus?
At, si hæc distulero nostro mandata timore,
Nocturno fletus sæuior hoste mihi.
Peccarim semel, & totum sum pulsus in annum.
In me mansuetas non habet illa manus.
Nec tamen est quisquam, sacros qui lædat amantes:
Scironis media sic licet ire via.
Quisquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris:
Nemo adeo, vt noceat, barbarus esse volet.
Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras:
Ipse amor accensas percutit ante faces.
Sæua canum rabies morsus auertit hiantes.
Huic generi quouis tempore tuta via est.
Sanguine tam paruo quis enim spargatur amantis
Improbus? exclusis fit comes ipsa Venus.
Quòd si certa meos sequerentur funera casus:
Talis mors pretio vel sit emenda mihi.
Afferet huc vnguenta mihi, sertisq́; sepulcrum
Ornabit, custos ad mea busta sedens.
Di faciant, mea ne terrâ locet ossa frequenti,
Quà facit assiduo tramite vulgus iter.
Post mortem tumuli sic infamantur amantum.
Me tegat arborea deuia terra coma,
Aut humer ignotæ cumulis vallatus arenæ.
Non iuuat in media nomen habere via.

XVII.

Pag. 508. NVNC ô Bacche tuis humiles aduoluimur aris,
Da mihi pacato vela secunda pater.
Tu potes insanæ Veneris compescere fastus;
Curarumq́; tuo fit medicina mero.
Per te iunguntur, per te soluuntur amantes.
Tu vitium ex animo dilue Bacche meo.
Te quoque enim non esse rudem, testatur in astris
Lyncibus ad cælum vecta Ariadna tuis.
Hoc mihi, quod veteres custodit in ossibus ignes,
Funera sanabunt, vel tua vina, malum.
Semper enim vacuos nox sobria torquet amantes,
Spesq́; timorq́; animos versat vtroque modo.
Quòd si Bacche tuis per feruida tempora donis
Accersitus erit somnus in ossa mea:
Ipse feram vites, pangamq́; ex ordine colles,
Quos carpant nullæ, me vigilante, feræ:
Dummodo purpureo spument mihi dolia musto.
Et noua pressantes inquinet vua pedes.
Quod superest vitæ, per te, & tua cornua, viuam,
Virtutisq́; tuæ Bacche poeta ferar.
Dicam ego maternos Aetnæo fulmine partus.
Indica Nysæis arma fugata choris,
Vesanumq́; noua nequicquam in vite Lycurgum,
Pentheos in triplices funera grata greges:
Curuaq́; Tyrrhenos delphinum corpora nautas
In vada pampinea desiluisse rate:
Et tibi per mediam beneolentia flumina Naxon,
Vnde tuum potant Naxia turba merum,
Candida laxatis onerato colla corymbis
Cinget bassaricas Lydia mitra comas.
Leuis odorato ceruix manabit oliuo,
Et feries nudos veste fluente pedes.
Mollia Dircææ pulsabunt tympana Thebæ,
Capripedes calamo Panes hiante canent.
Vertice turrigero iuxta Dea magna Cybelle
Tundet ad Idæos cymbala rauca choros.
Ante fores templi crater antistitis auro
Libatum fondens in tua sacra merum.
Hæc ego non humili referam memoranda cothurno,
Qualis Pindarico spiritus ore tonat.
Tu modò seruitio vacuum me siste superbo,
Atque hoc sollicitum vince sopore caput.

XVIII.

CLAVSVS ab vmbroso quà alludit Pontus Auerno Pag. 515.
Humida Baiarum stagna tepentis aquæ,
Quà iacet & Troiæ tubicen Misenus arena,
Et sonat Herculeo structa labore via,
Hic vbi mortales dextra cùm quæreret vrbes.
Cymbala Thebano concrepuere Deo:
At nunc inuisæ magno cum crimine Baiæ,
Quis Deus in vestra constitit hostis aqua?
His pressus Stygias vultum demisit in vndas,
Errat & in vestro spiritus ille lacu.
Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater, &, amplexum Cæsaris esse focos?
Aut modò tam pleno fluitantia vela theatro,
Et per maternas omnia gesta manus?
Occidit & misero steterat vigesimus annus.
Tot bona tam paruo clausit in orbe dies,
I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos,
Stantiaq́; in plausum tota theatra iuuent
Attalicas supera vestes, atque omnia magnis
Gemmea sint ludis, ignibus ista dabis.
Sed tamen huc omnes, huc primus, & vltimus ordo.
Est mala, sed cunctis ista terenda via est.
Exoranda canis tria sunt latrantia colla:
Scandenda est torui publica cymba senis.
Ille licet ferro cautus se condat, & ære:
Mors tamen inclusum protrahit inde caput.
Nirea non facies, non vis exemit Achillem,
Crœsum aut Pactoli quas parit humor opes.
Hic olim ignauos luctus populauit Achiuos,
Atridæ magno cùm stetit alter amor.
At tibi nauta, pias hominum qui traicis vmbras,
Huc animæ portent corpus inane tuæ,
Quà Siculæ victor telluris Claudius, & quà
Cæsar ab humana cessit in astra via.

XIX.

OBIICITVR toties à te mihi nostra libido. Pag. 520.
Crede mihi, vobis imperat ista magis.
Vos vbi contempti rupistis fræna pudoris,
Nescitis captæ mentis habere modum.
Flamma per incensas citius sedetur aristas,
Fluminaq́; ad fontis sint reditura caput,
Et placidum Syrtes portum, & bona littora nautis
Præbeat hospitio sæua Malea suo;
Quàm possit vestros quisquam reprendere cursus,
Et rapidæ stimulos frangere nequitiæ.
Testis Cretæi fastus quæ passa iuuenci,
Induit abiegnæ cornua falsa bouis:
Testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo,
Quæ voluit liquido tota subire deo.
Crimen & illa fuit, patria succensa senecta,
Arboris in frondes condita Myrrha nouæ.
Nam quid Medeæ, referam, quo tempore matris

Iram natorum cæde piauit amor?
Quíd ve Clytemnestræ, propter quam tota Mycenis
Infamis stupro stat Pelopea domus?
Tuque ô Minoa venundata Scylla figura,
Tondens purpurea regna paterna coma.
Hanc igitur dotem virgo desponderas hosti:
Nise tuas portas fraude reclusit amor.
At vos innuptæ felicius vrite tedas;
Pendet Cretæa tracta puella rate.
Non tamen immerito Minos sedet arbiter orci:
Victor erat quamuis, æquus in hoste fuit.

XX.

Pag.524 CREDIS eum iam posse tuæ meminisse figuræ,
Vidisti à lecto quem dare vela tuo?
Durus, qui lucro potuit mutare puellam.
Tantin ne in lacrymis Africa tota fuit?
At tu stulta deos, tu fingis inania verba.
Forsitan ille alio pectus amore terat.
Est tibi forma potens, sunt casta Palladis artes,
Splendidáque à docto fama refulget auo.
Fortunata domus, modo sit tibi fidus amicus.
Fidus ero; in nostros curre puella toros.
Nox mihi prima venit, primæ data tempora noctis.
Longius in primo luna morare toro.
Tu quoque, qui æstiuos spatiosius exigis ignes,
Phœbe moraturæ contrahe lucis iter.
Fœdera sunt ponenda prius, signandaq; iura,
Et scribenda mihi lex in amore nouo.
Hæc amor ipse suo constringit pignora signo.
Testis siderea torta corona dea.
Quam multæ ante meis cedant sermonibus horæ,
Dulcia quàm nobis concitet arma Venus.
Nanque, vbi non certo vincitur fœdere lectus,
Non habet vltores nox vigilanda deos:
Et quibus imposuit, soluit mox vincla libido.
Contineant nobis omina prima fidem.
Ergo, qui tactas in fœdera ruperit aras,
Pollueritq; nouo sacra marita toro,
Illi sint, quicunque solent, in amore dolores;
Et caput argutæ præbeat historiæ;
Nec flenti, dominæ patefiant nocte fenestræ.
Semper amet, fructu semper amoris egens.

XXI.

Pag.528. MAGNVM iter, ad doctas proficisci cogor Athenas;
Vt me longa graui soluat amore via.
Crescit enim assiduè spectando cura puellæ.
Ipse alimenta sibi maxima præbet amor.
Omnia sunt tentata mihi, quacunque fugari
Possit, at ex omni me premit ipse deus.
Vix tamen aut semel admittit cum sæpe negauit;
Seu venit, extremo dormit amica toro.
Vnum erit auxilium mutatis, Cynthia, terris.
Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.
Nunc agite ô socij propellite in æquora nauem,
Remorumq; pares dicite sorte vices;
Iungiteq; extremo felicia lintea malo.
Nam liquidum nautis aura secundat iter.
Romanæ turres, & vos valeatis amici,
Qualiscunque mihi tuq; puella vale.
Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes,
Cogar & vndisonos nunc prece adire deos?
Deinde per Ionium vectus cum fessa Lechæo
Sedarit placida vela phasellus aqua:
Quod superest, sufferte pedes, properate laborem,
Isthmos quà terris arcet vtrinque mare.
Inde vbi Piræi capient me littora portus,
Scandam ego Theseæ brachia longa viæ.
Illic vel studiis animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis docte Epicure tuis:
Persequar aut studium linguæ, Demosthenis arma,
Librorumque tuos docte Menandre sales:
Aut certe tabulæ capient mea lumina pictæ,
Siue ebore exactæ, seu magis ære manus:
Aut spatia annorum, aut longa interualla profundi
Lenibunt tacito vulnera nostra sinu.
Seu moriar, fato non turpi factus amore,
Atque erit illa mihi mortis honesta dies.

XXII.

FRIGIDA tam multos placuit tibi Cyzicus annos, Pag.532.
Tulle, Propontiaca quà fluit Isthmos aqua,
Dindymus, & sacræ fabricata inuenta Cybellæ,
Raptorisq; tulit quà via Ditis equos.
Si te forte iuuant Helles Athamantidos vrbes,
Et desiderio Tulle mouere meo;
Tu licet aspicias cælum omne Atlanta gerentem,
Sectaq; Persea Phorcidos ora manu:
Geryonæ stabula, & luctantum in puluere signa
Herculis Antæiq;, Hesperidumque choros;
Tuq; tuo Colchon propellas remige Phasin,
Peliacæq; trabis totum iter ipse legas,
Quà rudis Argoa natat inter saxa columba
In faciem proræ pinus adacta nouæ,
Et quà Gygæi visenda est ora Caystri,
Et quà septenas temperat vnda vias;
Omnia Romanæ cedent miracula terræ.
Natura hîc posuit, quicquid vbique fuit.
Armis apta magis tellus, quàm commoda noxæ.
Famam, Roma tuæ non pudet historiæ.
Nam quantum ferro, tantum pietate potentes
Stamus: victrices temperat ira manus.
Hic Anio Tiburte fluis, Clitumnus ab Vmbro
Tramite, & æternum Martius humor opus:
Albanus lacus & socij Nemorensis ab vnda.
Potaq; Pollucis nympha salubris equo.
At non squamoso labuntur ventre cerastæ,
Itala portentu nec furit vnda nouis.
Non hic Andromedæ resonant pro matre catenæ,
Nec tremis Ausonias Phœbe fugate dapes.
Nec cuiquam absentes arserunt in caput ignes,
Exitium nato matre parante suo.
Penthea non sæuæ venantur in arbore Bacchæ,
Nec soluit Danaas subdita cerua rates,
Cornua nec valuit curuare in pellice Iuno,
Aut faciem turpi dedecorare boue:
Arboreasq; cruces Sinis, & non hospita Graiis
Saxa, & curuatas in sua fata trabes.
Hæc tibi Tulle parens, hæc est pulcherrima sedes.
Hic tibi pro digna gente petendus honos.
Hic tibi ad eloquium ciues, hic ampla nepotum
Spes, & venturæ coniugis aptus amor.

XXIII.

ERGO tam doctæ nobis periere tabellæ? Pag.539.

Scripta

Scripta quibus pariter tot periere bona.
Has quondam nostris manibus detriuerat vsus,
Qui non signatas iussit habere fidem.
Illæ iam sine me norant placare puellas,
Et quædam sine me verba diserta loqui.
Non illas fixum caras effecerat aurum;
Vulgari buxo sordida cera fuit.
Qualescunque, mihi semper mansere fideles:
Semper & effectus promeruere bonos.
Forsitan hæc illis fuerant mandata tabellis:
Irascor, quoniam es lente moratus heri.
An tibi nescio quæ visa est formosior? an tu
Non bona de nobis crimina ficta iacis?
Aut dixit, venias hodie, cessabimus vnà,
Hospitium tota nocte parauit amor;
Et quæcunque dolens reperit non stulta puella,
Garrula cum blandis ducitur hora dolis.
Me miserum, his aliquis rationem scribit auari,
Et ponit duras inter Ephemeridas.
Quas si quis mihi retulerit, donabitur auro.
Quis producitus ligua retenta velit?
I puer, & citus hæc aliqua si opone columna,
Et dominum Esquiliis scribe habitare tuum.

XXIIII.

Pag. 542. FALSA *est ista tuæ, mulier, fiducia formæ,*
Olim oculis nimium facta superba meis.
Noster amor tales tribuit tibi Cynthia laudes.
Versibus insignem te pudet esse meis.
Mistam te varia laudaui sæpe figura,
Vt, quod non esses, esse putaret amor.
Et color est toties roseo collatus Eoo,
Cùm tibi quæsitus candor in ore foret.
Quod mihi non patrij poterant auertere amici,
Eluere aut vasto Thessala saga mari,
Hæc ego non ferro, non igne coactus; & ipsa
Naufragus Ægæa verba fatebor aqua;
Correptus sæuo Veneris torrebar aheno,
Vinctus eram versas in mea terga manus.
Ecce coronatæ portum tetigere carinæ:
Traiectæ Syrtes, anchora iacta mihi est.
Nunc demum vasto fessi resipiscimus æstu,
Vulneraque ad sanum nunc coiere mea.
Mens bona, si qua dea es, tua me in sacraria dono:
Exciderunt surdo tot mea vota Ioui.

XXV.

RISVS *eram positis inter conuiuia mensis,* Pag. 545.
Et de me poterat quilibet esse loquax,
Quinque tibi potuit seruire fideliter annos.
Vngue meam morso sæpe querere fidem.
Nil moueor lacrymis: ista sum captus ab arte:
Semper ab insidiis Cynthia flere soles.
Flebo ego discedens: sed fletum iniuria vincit.
Tu bene conueniens non sinis esse iugum.
Limina iam nostris valeant lachrymantia verbis,
Nec tamen iratâ ianua fracta manu:
At te celatis ætas grauis vrgeat annis,
Et veniat formæ ruga sinistra tuæ:
Vellere tum cupies albos à stirpe capillos,
Ah speculo rugas increpitante tibi.
Exclusa inq; vicem fastus patiare superbos,
Et, quæ fecisti, facta queraris anus:
Has tibi fatales cecinit mea pagina diras.
Euentum formæ disce timere tuæ.





SEX. PROPERTII ELEGIARVM LIBER IIII.

ELEGIA I.

Pag. 548.



Oc, quodcunque vides hospes, quàm maxima Roma est,
Ante Phrygem Æneam collis & herba fuit:
Atque vbi nauali stant sacra Palatia Phœbo,
Euandri profugæ procubuere boues.
Fictilibus creuere deis hæc aurea templa.
Nec fuit opprobrio facta sine arte casa.
Tarpeiusq; pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis nostris aduena bubus erat.
Quò gradibus domus ista Remi se sustulit, olim
Vnus erat fratrum maxima regna focus.
Curia, prætexto quæ nunc nitet alta senatu,
Pellitos habuit rustica corda patres.
Buccina cogebat priscos ad verba Quirites.
Centum illi in prato sæpe senatus erat.
Nec sinuosa cauo pendebant vela theatro.
Pulpita solennes non oluere crocos.
Nulli cura fuit externos quærere diuos,
Cùm tremeret patrio pendula turba sacro,
Annuaq; accenso celebrare Palilia fœno,
Qualia nunc curto lustra nouantur equo.
Vesta coronatis pauper gaudebat asellis,
Ducebant macræ vilia sacra boues.
Parua saginati lustrabant compita porci,
Pastor & ad calamos exta litabat ouis.
Verbera pellitus setosa mouebat arator,
Vnde licens Fabius sacra lupercus habet.
Nec rudis infestis miles radiabat in armis:
Miscebant vsta prælia nuda sude.
Prima galeritus posuit prætoria Lucmo,
Magnaq; pars Tatio rerum erat inter oues.
Hinc Titiens, Ramnesq; viri, Luceresq; coloni.
Quattuor hinc albos Romulus egit equos.
Quippe suburbanæ parua minus vrbe Bouillæ,
Et, qui nunc nulli, maxima turba Gabij:
Et stetit Alba potens, albæ suis omine nata,
Hac, vbi Fidenas longè erat ire, via.
Nil patrium, nisi nomen, habet Romanus alumnus.
Sanguinis altricem nunc pudet esse lupam.
Huc melius profugos misisti Troia penates.
O quali vecta est Dardana puppis aue!
Iam bene spondebant tunc omina, quòd nihil illam
Læserat abiegni venter apertus equi;
Cum pater in nati tremulus ceruice pependit,
Et verita est humeros vrere flamma pios,
Tunc animi venere Decij, Brutiq; secures.
Vexit & ipsa sui Cæsaris arma Venus,
Arma resurgentis portans victricia Troiæ,
Felix terra tuos cepit Iule deos:
Si modò Auernalis tremulæ cortina Sibyllæ
Dixit Auentino rura pianda Remo,
Aut si Pergameæ sero rata carmina vatis
Longæuum ad Priami vera fuere caput.
Vertite equum Danai, malè vincitis. Ilia tellus
Viuet, & huic cineri Iuppiter arma dabit.
Optima nutricum nostris lupa Martia rebus,
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo!
Mœnia namque pio conor disponere versu.
Hei mihi quod nostro est paruus in ore sonus:
Sed tamen exiguo quodcunque è pectore riui
Fluxerit, hoc patriæ seruiet omne meæ.
Ennius hirsuta cingat sua dicta corona:
Mi folia ex edera porrige Bacche tua:
Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris,
Vmbria Romani patria Callimachi.
Scandentes si quis cernet de vallibus arces,
Ingenio muros æstimet ille meo.
Roma faue. tibi surgit opus. date candida ciues
Omina, & in tectis dextera cantet auis.
Sacra, diesq; canam, & cognomina prisca locorum.
Has meus ad metas sudet oportet equus.
Quò ruis imprudens vage dicere facta Properti?
Non sunt à dextra condita fila colo.
Accersis lacrymis cantus. auersus Apollo.
Poscis ab inuita verba piganda lyra.
Certa feram certis auctoribus. haud ego vates
Nescius ærata signa mouere pila.
Me creat Archytæ soboles Babylonius Horos,
Horos, & à proauo ducta Conone domus.
Di mihi sunt testes, non degenerasse propinquis,
Inque meis libris nil prius esse fide.
Nunc pretium fecere deos, & fallitur auro
Iuppiter. obliquæ signa iterata rotæ
Felicesq; Iouis stellas, Martisq; rapacis,
Et graue Saturni sidus in omne caput,
Quid moueant Pisces, animosaq; signa Leonis,
Lotus & Hesperia quid Capricornus aqua,
Dicam. Troia cades, & Troia Roma resurges:

Et mavit,

Et maris, & terræ longa sepulchra canam.
Dixi ego, cùm geminos produceret Arria natos,
(Illa dabat natis arma vetante deo)
Non posse ad patrios sua pila referre penates:
Nempe meam firmant nunc duo busta fidem.
Quippe Lupercus equi dum saucia protegit ora,
Heu sibi prolapso non bene cauit, equo:
Gallus at in castris dum credita signa tuetur,
Concidit ante aquilæ rostra cruenta suæ.
Fatales pueri, duo funera matris auaræ:
Vera sed inuito contigit ista fides.
Idem ego, cum Cynaræ traheret Lucina dolores,
Et facerent vteri pondera lenta moram,
Iunoni votum facite impetrabile, dixi.
Illa parit. libris est data palma meis.
Hoc neq; arenosum Libyci Iouis explicat antrum,
Aut sibi commissos fibra locuta deos,
Aut si quis motas cornicis senserit alas,
Vmbra neque hæc magicis mortua prodit aquis,
Aspicienda via est cæli, verusq; per astra
Trames, & ab Zonis quinque petenda fides.
Exemplum graue erit Calchas. namque Aulide soluit.
Ille bene hærentes ad pia saxa rates.
Idem Agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ
Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.
Nec rediere tamen Danai. tu diruta fletum
Supprime, & Euboicos respice Troia sinus.
Nauplius vltores sub noctem porrigit ignes,
Et natat exuuiis Græcia pressa tuis.
Victor Oilide rape nunc, & dilige vatem,
Quam vetat auelli veste Minerua sua.
Hactenus historiæ, nunc ad tua deuehor astra:
Incipe tu lacrymis æquus adesse nouis.
Vmbria te notis antiqua penatibus edit.
Mentior; an patriæ tangitur ora tuæ;
Quà nebulosa cauo rorat Meuania campo,
Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis,
Scandentisq; axis consurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.
Ossaq; legisti, non illa ætate legenda.
Patris & in tenues cogeris ipse lares.
Nam tua cum multi versarent rura iuuenci,
Abstulit excultas pertica tristis opes.
Mox, vbi bulla rudi dimissa est aurea collo,
Matris & ante deos libera sumpta toga;
Tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo,
Et vetat insano verba tonare foro.
At tu finge elegos, fallax opus. hæc tua castra,
Scribat vt exemplo cetera turba tuo.
Militiam Veneris blandis patiere sub armis,
Et Veneris pueris vtilis hostis eris.
Nam tibi victrices, quascunque labore parasti,
Eludet palmas vna puella tuas;
Et bene cum fixum mento discusseris vncum,
Nil erit hoc. rostro te premet ansa suo.
Illius arbitrio noctem, lucemq; videbis,
Gutta quoque ex oculis non nisi iussa cadet.
Nec mille excubiæ, nec te signata iuuabunt
Limina. persuasæ fallere rima sat est.
Nunc tua vel mediis puppis luctetur in vndis,
Vel licet armatis hostis inermis eas,
Vel tremefacta cauo tellus diduceat hiatu,
Octipedis Cancri terga sinistra time,

II.

Pag. 5. 4. QVID mirare meas tot in vno corpore formas?
Accipe vertumni signa paterna dei.
Tuscus ego Tuscis orior, nec pœnitet inter
Prœlia Volsinios deseruisse focos.
Hæc me turba iuuat, nec templo lætor eburno:
Romanum satis est posse videre forum.
Hac quondam Tiberinus iter faciebat, & aiunt
Remorum auditos per vada pulsa sonos.
At postquam ille suis tantum concessit alumnis,
Vertumnus verso dicor ab amne deus;
Seu quia vertentis fructum percepimus anni,
Vertumni rursus credidis esse sacrum.
Prima mihi variat liuentibus vua racemis,
Et coma lactenti spicea fruge tumet.
Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna
Cernis, & æstiuo mora rubere die.
Insitor hic soluit pomosa vota corona,
Cum pyrus inuito stipite mala tulit.
Mendax fama noces. alius mihi nominis index:
De se narranti tu modo crede deo.
Opportuna mea est cunctis natura figuris.
In quamcunque voles, verte: decorus ero.
Indue me Cois, fiam non dura puella.
Méque virum sumpta quis neget esse toga?
Da falcem, & torto frontem mihi comprime fœno?
Iurabis nostrâ gramina secta manu.
Arma tuli quondam; &, memini, laudabar in
illis:
Corbis at imposito pondere messor eram:
Sobrius ad lites: at cùm est imposta corona,
Clamabis capiti vina subesse meo.
Cinge caput mitra: speciem furabor Iacchi.
Furabor Phœbi, si modò plectra dabis.
Cassibus impositis venor, sed arundine sumpta
Faunus plumoso sum deus aucupio.
Est etiam aurigæ species Vertumnus, & eius,
Traiicit alterno qui leue pondus equo.
Suppetat hoc, pisces calamo prædabor: & ibo
Mundus demissis institor in tunicis.
Pastorem ad baculum possum curare, vel idem
Sirpiculis medio puluere ferre rosam.
Nam quid ego adiiciam, de quo mihi maxima fa-
ma est,
Hortorum in manibus dona probata meis?
Cæruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre
Me notat, & iunco brassica vincta leui.
Nec flos vllus hiat, pratis, quin ille decenter
Impositus fronti langueat ante meæ.
At mihi, quòd formas vnus vertebar in omnes,
Nomen ab euentu patria lingua dedit.
At tu Roma meis tribuisti præmia Tuscis,
Vnde hodie vicus nomina Tuscus habet.
Tempore quo sociis venit Lucomedius armis,
Atque Sabina feri contudit arma Tati.
Vidi ego labentes acies, & tela caduca,
Atque hostes turpi terga dedisse fugæ.
Sed facias diuûm sator, vt Romana per æuum
Transeat ante meos turba togata pedes.
Sex superant versus. te, qui ad vadimonia curris,
Non moror: hæc spatiis vltima creta meis.
Stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in vrbe deus.
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ
Tellus artifices ne terat Osca manus;
Qui me tam dociles potuisti fundere in vsus.
Vnum opus est. operi non datur vnus honos.

III.

Pag. 584. HÆC Arethusa suo mittit mandata Lycotæ,
Cum toties absis, si potes esse meus.
Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit,
Hæc erit è lacrymis facta litura meis:
At si qua incerto fallet te littera tractu,
Signa meæ dextræ iam morientis erunt.
Te modò viderunt iteratos Bactra per ortus,
Te modò munito Sericus hostis equo,
Hibernique Getæ, pictoque Britannia curru,
Vstus & Eoa discolor Indus aqua.
Hæc ne maritæ fides, & pactæ sunt mihi noctes,
Cùm rudis vrgenti brachia victa dedi?
Quæ mihi deducta fax omen prætulit, illa
Traxit ab euerso lumina nigra rogo:
Et Stygio sum sparsa lacu nec recta capillis
Vitta data est. nupsi non comitante Deo.
Omnibus heu portis pendent mea noxia vota.
Texitur hæc castris quarta lacerna tuis.
Occidat immerita qui carpsit ab arbore vallum,
Et struxit querulas rauca per ossa tubas:
Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternusque tuam pascat aselle famem.
Dic mihi, num teneros vrit lorica lacertos?
Nùm grauis imbelles atterit hasta manus?
Hæc noceant potius, quàm dentibus vlla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas.
Diceris & macie vultum tenuasse: sed opto
E desiderio sit color iste meo.
At mihi cùm noctes induxit vesper amaras,
Si qua relicta iacent, osculor arma tua.
Tum queror in toto non sidere pallia lecto.
Lucis & auctores non dare carmen aues.
Noctibus hibernis castrensia pensa laboro,
Et Tyria in gladios vellera secta suos:
Et disco; qua parte fluat vincendus Araxes,
Quot sine aqua Parthus millia currat equus.
Cogor & è tabula pictos ediscere mundos,
Qualis & hæc docti sit positura dei.
Quæ tellus sit lenta gelu, quæ putris ab æstu,
Ventus in Italiam qui bene vela ferat.
Assidet vna soror, curis & pallida nutrix
Peierat hiberni temporis esse moras.
Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla,
Et texit galea barbara molle caput.
Romanis vtinam patuissent castra puellis?
Essem militiæ sarcina fida tuæ.
Nec me tardarent Scythiæ iuga, cum pater altas
Africus in glaciem frigore nectit aquas.
Omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior.
Hanc Venus, vt viuat, ventilat ipsa facem.
Nam mihi, quo Pœnis tibi purpura fulgeat ostris,
Crystallusque tuas ornet aquosa manus,
Omnia surda tacent; rarisque assueta calendis,
Vix aperit clausos vna puella lares.
Graucidos & catulæ vox est mihi grata querentis:
Illa tui partem vindicat vna tori.
Flore sacella tego, verbenis compita velo,
Et crepat ad veteres herba Sabina focos.
Siue in finitimo gemuit stans noctua tigno,
Seu voluit tangi parca lucerna mero:
Illa dies hornis cædem denuntiat agnis.
Succinctique calent ad noua lucra popæ.
Ne precor ascensis tanti sit gloria Bactris,
Raptáve odorato carbasa lina duci,
Plumbea cùm tortæ sparguntur pondera fundæ,
Subdolus & versis increpat arcus equis.
Sed tua sic domitis Parthæ telluris alumnis
Pura triumphantes hasta sequatur equos:
Incorrupta mei conserua fœdere lecti.
Hac ego te sola lege redisse velim.
Armaque cùm tulero portæ votiua Capenæ;
Subscribam, Saluo grata puella viro.

IV.

TARPEIVM nemus, & Tarpeia turpe sepulcrum: Pag. 596.
Fabor, & antiqui limina capta Iouis.
Lucus erat felix, ederoso conditus antro;
Multa vbi natiuis obstrepit arbor aquis;
Siluani ramosa domus, quo dulcis ab æstu
Fistula poturas ire iubebat oues,
Hunc Tatius fontem vallo præcingit acerno,
Fidaque suggesta castra coronat humo.
Quid tum Roma fuit, tubicen vicina Curetis
Cùm quateret lento murmure saxa Iouis?
Atque vbi nunc terris dicuntur iura subactis,
Stabant Romano pila Sabina foro.
Murus erant montes. vbi nunc est curia septa,
Bellicus ex illo fonte bibebat equus.
Hinc Tarpeia deæ fontem libauit. at illi
Vrgebat medium fictilis vrna caput.
Et satis vna malæ potuit mors esse puellæ,
Quæ voluit flammas fallere Vesta tuas?
Vidit arenosis Tatium proludere campis,
Pictaque per flauas arma leuare iubas.
Obstupuit regis facie, & regalibus armis:
Interque oblitas excidit vrna manus,
Sæpe illa immeritæ caussata est omina Lunæ,
Et sibi tingendas dixit in amne comas:
Sæpe tulit blandis argentea lilia nymphis,
Romula ne faciem læderet hasta Tati.
Dúmque subit primo Capitolia nubila fumo,
Retulit hirsutis brachia secta rubis:
Et sua Tarpeia residens ita fleuit ab arce
Vulnera, vicino non patienda Ioui:
Ignes castrorum, & Tatiæ prætoria turmæ,
Et formosa oculis arma Sabina meis,
O vtinam ad vestros sedeam captiua penates,
Dum captiua mei conspicer esse Tati!
Romani montes, & montibus addita Roma,
Et valeat probro Vesta pudenda meo.
Ille equus ille meos in castra reponet amores,
Cui Tatius dextras collocat ipse iubas.
Quid mirum in patrios Scyllam sæuisse capillos?
Candidáque in sæuos inguina versa canes?
Prodita quid mirum fraterni cornua monstri,
Cùm patuit lecto stamine torta via?
Quantum ego sum Ausoniis crimen factura puellis,
Improba virgineo lecta ministra foco.
Pallados extinctos si quis mirabitur ignes;
Ignoscat: lacrymis spargitur ara meis.
Cras, vt rumor ait, tota pugnabitur vrbe:
Tu cape spinosi rorida terga iugi.
Lubrica tota via est, & perfida; quippe tacentes
Fallaci celat limite semper aquas.
O vtinam magicæ nossem cantamina musæ;
Hæc quoque formoso lingua tulisset opem.

Te toga

Te toga picta decet, non quem sine matris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.
Si sim hospes, patiare, tua regina sub aula:
Dos tibi non humilis prodita Roma venit.
Sin minus: at raptæ ne sint impune Sabinæ,
Me rape, & alterna lege rependе vices.
Commissas acies ego possum soluere, nuptæ
Vos medium palla fœdus inite mea.
Adde Hymenaee modos, tubicen fera murmura conde.
Credite, vestra meus molliet arma torus.
Et iam quarta canit venturam buccina lucem,
Ipsaq; in Oceanum sidera lapsa cadunt.
Experiar somnum: de te mihi somnia quæram.
Fac venias oculis vmbra benigna meis.
Dixit, & incerto permisit brachia somno,
Nescia ne furiis accubuisse nouis.
Nam Vesta Iliacæ felix tutela fauilla
Culpam alit, & plures condit in ossa faces.
Illa ruit, qualis celerem prope Thermodoonta
Strymonis abscisso fertur aperta sinu.
Vrbi festus erat, dixere Palilia patres.
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.
Annua pastorum conuiuia, lusus in vrbe,
Cùm pagana madent fercula diuitijs,
Cumq; super raros fœni flammantis aceruos
Traijcit immundas ebria turba dapes.
Romulus excubias decreuit in otia solui,
Atque intermissa castra silere tuba.
Hoc Tarpeia suum tempus rata, conuenit hostem,
Pacta ligat, pactis ipsa futura comes.
Mons erat ascensu dubius, festoq; remissus.
Nec mora, vocales occupat ense canes.
Omnia præbebant somnos, sed Iuppiter vnus
Decreuit pœnis inuigilare tuis.
Prodiderat portæq; fidem, patriamq; iacentem:
Nubendiq; petit, quem velit ipsa, diem.
At Tatius (neq. enim sceleri dedit hostis honorem)
Nube, ait, & regni scande cubile mei.
Dixit, & ingestis comitum superobruit armis.
Hæc virgo officijs dos erat apta tuis.
A duce Tarpeio mons est cognomen adeptus.
O vigil, iniustæ præmia sortis habes.

V.

Pag. 611. T E R R A *tuum spinis obducat Lena sepulcrum:*
Et tua, quod non vis, sentiat vmbra sitim;
Nec sedeant cineri manes: & Cerberus vltor
Turpia ieiuno terreat ossa sono;
Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem,
Concordiq; toro pessima semper auis.
Penelopen quoque, neglecto rumore mariti,
Nubere lasciuo cogeret Antinoo.
Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum,
Et volucris nidis esse nouerca suis.
Quippe & Collinas ad fossam mouerit herbas,
Stantia currenti diluerentur aqua:
Audax cantatæ leges imponere Lunæ,
Et sua nocturno fallere terga lupo.
Posset & intentos astu cæcare maritos.
Cornicum immeritas eruit vngue genas,
Consuluitq; stryges nostro de sanguine, & in me
Hippomanes fœtæ semina legit equæ.
Exornabat opus verbis, ceu blanda perurat,
Saxosamq; terat sedula culpa viam.
Si te Eoa Dorixanium, iuuat aurea ripa,
Et quæ sub Tyria concha superbit aqua.
Eurypyllque placet Coæ textura Mineruæ,
Sectáque ab Attalicis putria signa toris;
Seu quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ.
Murrheaq; in Parthis pocula cocta focis:
Sperne fidem, prouolue deos, mendacia vincant.
Frange & damnosæ iura pudicitiæ.
Et simulare virum, pretium facit. vtere caussis:
Maior dilata nocte recurret amor.
Si tibi forte comas vexauerit vtilis ira,
Post modò mercata pace premendus erit.
Denique vbi amplexu Venerem promiseris empto,
Fac simules puros Isidis esse dies.
Ingerat Apriles Iole tibi, tundat Amycle
Natalem Maiis idibus esse tuum.
Supplex ille sedet, posita tu scribe cathedra,
Quidlibet, has artes si pauet ille, tenes.
Semper habe morsus circa tua colla recentes;
Litibus alternis quos putet esse datos.
Non te Medeæ delectent probra sequacis,
Nempe tulit fastus ausa rogare prior:
Sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
Cùm ferit astutos comica mœcha Getas.
In mores te verte viri. si cantica iactat,
I comes, & voces ebria iunge tuas.
Ianitor ad dantes vigilet: si pulset inanes,
Surdus in obductam somniet vsque seram.
Nec tibi displiceat miles, non factus amori;
Nauta nec, attrita si ferat æra manu:
Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
Cælati medio cùm saliere foro.
Aurum spectato, non quæ manus afferat aurum.
Versibus auditis, quid nisi verba feres?
Qui versus, Coæ dederit nec munera vestis,
Ipsius tibi sit surda sine ære lyra.
Dum vernat sanguis, dum rugis integer annus,
Vtere, ne quis eat liber amore dies.
Vidi ego odorati victura rosaria Pæsti
Sub matutino cocta iacere noto.
His animos nostræ dum versat Acanthis amicæ,
* * *

Sed cape torquatæ Venus ô regina columbæ
Ob meritum ante tuos guttura secta focos.
Vidi ego rugoso tussim concrescere collo,
Sputaq; per dentes ire cruenta cauos,
Atque animam in tegetes putrem expirare paternas.
Horruit algenti pergula curta foco.
Exequiæ fuerint rari furtiua capilli
Vincula, & immundo pallida mitra situ,
Et canis in nostros nimis experrecta dolores,
Cùm fallenda meo pollice clatbra forent.
Sit cumulus lenæ curto vetus amphora collo:
Vrgeat hunc supra vis caprifice tua.
Quisquis amas, scabris hoc bustum cadito saxis,
Mistáque cum saxis adiice verba mala.

VI.

S A C R A *facit vates. sint ora fauentia sacris,* Pag. 615.
Et cadat ante meos icta iuuenca focos.
Cera Philetæis certet Romana corymbis,
Et Cyrenaas vrna ministret aquas.
Costum molle date, & blandi mihi thuris honores:
Terque focum circa laneus orbis eat.

Spargite me lymphis, carmenq́; recentibus aris
Tibia Mygdoniis libet eburna cadis.
Ite procul fraudes. alio sint aëre noxæ.
Pura nouum vati laurea mollit iter.
Musa Palatini referamus Apollinis ædem:
Res est Calliope digna fauore tuo.
Cæsaris in nomen ducuntur carmina. Cæsar
Dum canitur, quæso Iuppiter ipse vaces.
Est Phœbi fugiens Athamana ad littora portus,
Quà sinus Ioniæ murmura condit aquæ,
Actia Iuleæ pelagus monimenta carinæ,
Nautarum votis non operosa via.
Huc mundi coiere manus. stetit æquore moles
Pinea, nec remis æqua fauebat auis.
Altera classis erat Teucro damnata Quirino,
Piláque feminea turpiter apta manu.
Hinc Augusta ratis plenis Iouis omine velis,
Signáque iam patriæ vincere docta suæ.
Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus,
Armorum & radiis picta tremebat aqua.
Cùm Phœbus linquens stantem se vindice Delon
(Nam tulit iratos mobilis vnda notos)
Astitit Augusti puppem super, & noua flamma
Luxit in obliquam ter sinuata facem.
Non ille attulerat crines in colla solutos,
Aut testudineæ carmen inerme lyræ,
Sed quali aspexit Pelopeium Agamemnona vultu,
Egessitq́; auidis Dorica castra rogis,
Aut qualis flexos soluit Pythona per orbes
Serpentem, imbelles quem timuere lyræ.
Mox ait, ô longa mundi seruator ab Alba
Auguste, Hectoreis cognite maior auis,
Vince mari: iam terra tua est; tibi militat arcus,
Et fauet ex humeris hoc onus omne meis.
Solue metu patriam; quæ nunc te vindice freta,
Imposuit proræ publica vota tuæ:
Quam nisi defendes, murorum Romulus augur
Ire Palatinas non bene vidit aues.
Et nimium remis audent, proh turpe, Latinis
Principe te fluctus regia vela pati.
Nec te, quòd classis centenis remiget alis,
Terreat: inuito labitur illa mari:
Quodq́; vehunt proræ Centaurica saxa minantes;
Tigna caua, & pictos experiere metus.
Frangit, & attolit vires in milite caussa:
Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.
Tempus adest, committe rates: ego temporis auctor
Ducam laurigera Iulia rostra manu.
Dixerat: & pharetræ pondus consumit in arcus,
Proxima post arcus Cæsaris hasta fuit.
Vincit Roma fide Phœbi, dat fœmina pœnas,
Sceptra per Ionias fracta vehuntur aquas.
At pater Idalio miratus Cæsar ab astro,
Sum deus, & nostri sanguinis ista fides.
Prosequitur cantu Triton, omnésque marinæ
Plauserunt circa libera signa deæ.
Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci,
Hoc vnum, iusso non moritura die.
Di melius. quantus mulier foret vna triumphus,
Ductus erat per quas antè Iugurtha vias?
Actius hinc traxit Phœbus monimenta, quòd eius
Vna decem vicit missa sagitta rates.
Bella satis cecini: citharam iam poscit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.
Candida nunc molli subeant conuiuia luco,
Blanditiæq́; fluant per mea colla rosæ:
Vináque fundantur prelis elisa Falernis,
Terque lauet nostras spica Cilissa comas.
Ingenium potis irritet Musa poetis,
Bacche soles Phœbo fertilis esse tuo.
Ille paludosos memoret seruire Sicambros,
Cepheam hic Meroen, fuscáque regna canat;
Hic referat sero confessum fœdere Parthum:
Reddat signa Remi, mox dabit ipse sua.
Siue aliquid pharetris Augustus parcet Eois,
Differat in pueros ista trophæa suos.
Gaude Crasse, nigras si quid sapis inter arënas.
Ire per Eufraten ad tua busta licet.
Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec
Iniiciat radios in mea vina dies.

VII.

SVNT aliquid manes. letum non omnia finit: Pag. 639.
Luridáque euictos effugit vmbra rogos.
Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro,
Murmur ad extremæ nuper humata viæ:
Cùm mihi ab exequiis somnus penderet amaris,
Et quererer lecti frigida regna mei:
Eosdem habuit secum, quibus est elata, capillos,
Eosdem oculos: lateri vestis adusta fuit.
Et solitum digito beryllon adederat ignis,
Summáque Lethæus triuerat ora liquor:
Spirantésque animos, & vocem misit. at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus.
Perfide, nec cuiquam melior sperande puellæ,
In te iam vires somnus habere potest?
Iámne tibi exciderunt vigilacis furta Suburræ,
Et mea nocturnis trita fenestra dolis?
Per quam demisso quoties tibi fune pependi,
Alterna veniens in tua colla manu.
Sæpe Venus triuio commista est pectore mistos
Fecerunt tepidas pallia nostra vias.
Fœderis heu tacitis, cuius fallacia verba
Non audituri diripuere noti.
At mihi non oculos quisquam inclamauit euntes:
Vnum impetrassem te reuocante diem.
Nec crepuit fissa me propter arundine custos,
Læsit & obiectum tegula curta caput.
Denique quis nostro curuum te funere vidit?
Atram quis lacrimis incaluisse togam?
Si piguit portas vltra procedere, at illuc
Iussisses, lectum lentius ire meum.
Cur ventos non ipse rogis ingrate petisti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
Hoc etiam graue erat, nulla mercede hyacinthos
Iniicere, & fracto busta piare cado.
Lygdamus vratur, candescat lamina vernæ.
Sensi ego, cum insidiis pallida vina bibi.
Aut Nomas arcanas tollat versuta salinas.
Dicet damnatas ignea testa manus.
Quæ modò per viles inspecta est publica noctes,
Hæc nunc aurata cyclade signat humum:
Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis,
Garrula de facie si qua locuta mea est.
Nostráque quod Petale tulit ad monimenta corollas,
Codicis immundi vincula sentit anus.
Cæditur & Lalage tortis suspensa capillis,
Per nomen quoniam est ausa rogare meum.
Te patiente meæ conflauit imaginis aurum,

Ardenti

Ardenti è nostro dotem habitura rogo.
Non tamen insector, quamuis mereare, Properti.
Longa mea in libris regna fuere tuis.
Iuro ego fatorum nulli reuocabile carmen,
Tergeminúsque canis sic mihi molle sonet,
Me seruasse fidem : si fallo, vipera nostris
Sibilet in tumulis, & super ossa cubet.
Nam gemina est sedes turpem sortita per amnem:
Turbaq; diuersa remigat omnis aqua.
Vna Clytæmnestræ stuprum vehit, altera Cressæ
Portat mentitæ lignea monstra bouis.
Ecce coronato pars altera vecta phaselo,
Mulcet vbi Elysias aura beata rosas:
Qua numerosa fides, quáque æra rotunda Cybelles,
Mitratísque sonant lydia plectra choris;
Andromedéque, & Hypermestre sine fraude maritæ,
Narrant historiæ pectora nota suæ.
Hæc sua maternis queritur liuere catenis
Brachia, nec meritas frigida saxa manus.
Narrat Hypermestre magnum ausas esse sorores;
In scelus hoc animum non valuisse suum.
Sic mortis lacrymis vitæ sanamus amores.
Celo ego perfidiæ crimina multa tuæ.
Sed tibi nunc mandata damus : si fortè moueris,
Si te non totum Chloridos herba tenet,
Nutrix in tremulis nequid desideret annis
Parthenie; patuit, nec tibi auara fuit.
Deliciaq; mea Latris, cui nomen ab vsu est,
Ne speculum dominæ porrigat illa nouæ.
Et quoscunque meo fecisti nomine versus,
Vre mihi; laudes desine habere meas.
Pelle ederam tumulo, mihi quæ pugnante corymbo
Mollia contortis alligat ossa comis.
Ramosis Anio quà pomifer incubat aruis,
Et nunquam Herculeo numine pallet ebur,
Hoc carmen media dignum me scribe columna;
Sed Breue, quod currens vector ab vrbe legat.
Hîc Tiburtina iacet aurea Cynthia terra:
Accessit ripæ laus Aniene tuæ.
Nec tu sperne piis venientia somnia portis.
Cùm pia venerunt somnia, pondus habent.
Nocte vaga ferimur. nox clausas liberat vmbras,
Errat & abiecta Cerberus ipse sera.
Luce iubent leges Lethea ad stagna reuerti:
Nos vehimur, vectum nauta recenset onus.
Nunc te possideant aliæ : mox sola tenebo:
Mecum eris, & mistis ossibus ossa teram.
Hæc postquam querula mecum sub voce peregit,
Inter complexus excidit vmbra meos.

VIII.

Pag. 655. DISCE quid Esquilias hac nocte fugarit aquosas,
Cùm vicina nouis turba cucurrit agris.
Lanuuium annosi vetus est tutela draconis,
Hic vbi Tartareæ non perit hora moræ,
Quà sacer abripitur cæco descensus hiatu,
Quà penetrat virgo, tale iter omne caue:
Ieiuni serpentis honos cùm pabula poscit
Annua, & ex ima sibila torquet humo.
Talia demissæ pallent ad sacra puellæ,
Cum temerè anguineo creditur ore manus,
Ille sibi admotas à virgine corripit escas.
Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.
Si fuerint castæ, redeunt in colla parentum;
Clamantq; agricolæ, fertilis annus erit.
Huc mea detonsis auecta est Cynthia mannis:
Caussa fuit Iuno, sed mage caussa Venus.
Appia dic quæso, quantum te teste triumphum
Egerit, effusis per tua saxa rotis!
Turpis in arcana sonuit cùm rixa taberna,
Si sine me, famæ non sine labe meæ.
Spectaclum ipsa sedens primo temone pependit,
Ausa per impuros fræna mouere locos.
Serica nam taceo volsi carpenta nepotis,
Atque armillatos, colla Molossa, canes:
Qui dabit immundæ venalia fata saginæ,
Vincet vbi erasas barba pudenda genas.
Cum fieret nostro toties iniuria lecto,
Mutato volui castra mouere toro.

IX.

PHYLLIS Auentinæ quædam est vicina Dianæ, Pag 661.
Sobria grata parum; cùm bibit, omne decet.
Altera Tarpeios est inter Teia lucos,
Candida, sed potæ non satis vnus erit.
His ego constitui noctem lenire vocatis,
Et Venere ignota furta nouare mea.
Vnus erat tribus in secreta lectulus herba.
Quæris concubitus? inter vtramque fui.
Lygdamus ad cyathos, vitrique æstiua supellex,
Et Methymnæi Graia saliua meri.
Nile tuus tibicen erat, crotalistria Phyllis,
Et facilis spargi munda sine arte rosa.
Nanus & ipse suos breuiter concretus in artus
Iactabat truncas ad caua buxa manus.
Sed neque suppletis constabat flamma lucernis,
Decidit inq; suos mensa supina pedes.
Me quoque per talos Venerem quærente secundos,
Semper damnosi subsiluere canes.
Cantabant surdo, nudabant pectora cæco:
Lanuuii ad portas hei mihi solus eram:
Cùm subito rauci sonuerunt cardine postes,
Et leuia ad primos murmura facta lares.
Nec mora, cùm totas resupinat Cynthia valuas,
Non operosa comis, sed furibunda decens.
Pocula mî digitos inter cecidere remissos:
Palluerunt ipso labra soluta mero.
Fulminat illa oculis, &, quantum femina, sæuit:
Spectaclum capta nec minus vrbe fuit.
Phyllidos iratos in vultum conyicit vngues:
Tertia vicinas Teia clamat aquas.
Lumina sopitos turbant elata Quirites,
Omnis & insana semita nocte sonat.
Illas direptísque comis, tunicísque solutis
Excipit obscuræ prima taberna viæ.
Cynthia in exuuiis gaudet, victrixq; recurrit,
Et mea peruersa sauciat ora manu,
Imponitq; notam collo, morsuq; cruentat,
Præcipueq; oculos, qui meruere, ferit.
Atque vbi iam nostris lassauit brachia plagis,
Lygdamus ad plutei fulcra sinistra iacens
Eruitur, geniumq; meum prostratus adorat.
Lygdame nil potui, tecum ego captus eram.
Supplicibus palmis tum demum ad fœdera veni,
Cùm vix tangendos præbuit illa pedes.
Atque ait : admissæ si vis me ignoscere culpæ,
Accipe quæ nostra formula legis erit.
Tu neque Pompeia spatiabere cultus in vmbra,

Nec cùm lasciuum sternet arena forum.
Colla caue inflectas ad summum obliqua theatrum,
Aut lectica tuæ sudet aperta moræ.
Lygdamus in primis, omnis mihi caussa querelæ,
Veneat, & pedibus vincula bina trahat.
Indixit leges. respondi ego, Legibus vtar.
Riserat imperio facta superba dato.
Dein, quemcunque locum externæ tetigere puellæ,
Suffiit, & pura limina tergit aqua:
Imperat & totas iterum mutare lacernas,
Térque meum tetigit sulfuris igne caput.
Atque ita mutato per singula pallia lecto
Respondi; & toto soluimus arma toro.

X.

Pag. 672. AMPHITRYONIADES *qua tempestate iuuencos*
Egerat à stabulis ô Erythræa tuis,
Venit ad inuictos pecorosa Palatia montes,
Et statuit fessos fessus & ipse boues,
Quà Velabra suo stagnabant flumine, quáque
Nauta per vrbanas velificabat aquas.
Sed non infido manserunt hospite Caco
Incolumes: furto polluit ille Iouem.
Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro,
Per tria partitos qui dabat ora sonos.
Hic, ne certa forent manifestæ signa rapinæ,
Auersos cauda traxit in antra boues.
Nec sine teste deo. furem sonuere iuuenci,
Furis & implacidas diruit ira fores.
Mænalio iacuit pulsus tria tempora ramo
Cacus; & Alcides sic ait, Ite boues,
Herculis ite boues, nostræ labor vltime clauæ,
Bis mihi quæsitæ, bis mea præda boues,
Aruaq; mugitu sancite boaria longo.
Nobile erit Romæ pascua nostra forum.
Dixerat, & sicco torret sitis ora palato,
Terráq; non vllas fœta ministrat aquas.
Sed procul inclusas audit ridere puellas.
Lucus ab vmbroso fecerat orbe nemus,
Fœmineæ loca clausa deæ, fontésque piandos,
Impune & nullis sacra retecta viris.
Deuia puniceæ velabant limina vittæ:
Putris odorato luxerat igne casa:
Populus & longis ornabat frondibus ædem,
Multáque cantantes vmbra tegebat aues.
Huc ruit in siccam congesto puluere barbam,
Et iacit ante fores verba minora deo.
Vos precor ô luci sacro quæ luditis antro,
Pandite defessis hospita fana viris.
Fontis egens erro, circaq; sonantia lymphis,
Et caua suscepto flumine palma sat est.
Audistis ne aliquem, tergo qui sustulit orbem?
Ille ego sum: Alciden terra recepta vocat.
Quis facta Herculeæ non audit fortia clauæ?
Et nunquam ad natas irrita tela feras?
Atque vni Stygias hominum luxisse tenebras:
* * *
Quòd si Iunoni sacrum faceretis amaræ,
Non clausisset aquas ipsa nouerca suas.
Sin aliquam vultusq; meus, setæq; leonis
Terrent, & Libyco sole perusta coma;
Idem ego Sidonia feci seruilia palla
Officia, & Lyda pensa diurna colo:
Mollis & hirsutum cepit mihi fascia pectus,
Et manibus duris apta puella fui.
Talibus Alcides. at talibus alma sacerdos
Puniceo canas stamine vincta comas;
Parce oculis hospes, lucoq; abscede verendo:
Cede agedum, & tuta limina linque fuga.
Interdicta viris metuenda lege piatur,
Quæ se summota vindicat ara casa.
Magnam Tiresias aspexit Pallada vates,
Fortia dum, posita Gorgone, membra lauat.
Di tibi dent alios fontes: hæc lympha puellis
Auia secreti limitis vna fuit.
Sic anus. ille humeris postes concussit opacos:
Nec tulit iratam ianua clausa sitim.
At postquam exhausto iam flumine vicerat æstum,
Ponit vix siccis tristia iura labris.
Angulus hic mundi nunc me mea fata trahentem
Accipit, hæc fesso vix mihi terra patet.
Maxima quæ gregibus deuota est ara repertis,
Ara per has, inquit, Maxima facta manus,
Hæc nullis vnquam pateat veneranda puellis,
Herculis eximij ne sit inulta sitis.
Sancte pater salue, cui iam fauet aspera Iuno,
Sancte velis libro dexter inesse meo.
Hunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
Sic Sanctum Tatiæ composuere Cures.

XI.

NVNC *Iouis incipiam caussas aperire Feretri,* Pag. 685.
Armaq; de ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires.
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.
Imbuis exemplum primæ tu Romule palmæ
Huius, & exuuijs plenus ab hoste redis,
Tempore quo portas Cæninum Acrona petentem
Victor in euersum cuspide fundis equum.
Acron Herculeus Cænina ductor ab arce
Roma, tuis quondam finibus horror erat.
Hic spolia ex humeris ausus sperare Quirini,
Ipse dedit, sed non sanguine sicca suo.
Hunc videt ante cauas vibrantem spicula turres
Romulus, & votis occupat antè ratis:
Iuppiter hæc hodie tibi victima corruet Acron.
Vouerat, & spolium corruit ille Ioui.
Vrbis virtutisq; parens sic vincere sueuit,
Qui tulit aprico frigida castra lare.
Idem eques & frenis, idem fuit aptus aratris,
Et galea hirsuta compta lupina iuba.
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.
Præbebant cæsi baltea lenta boues.
Cossus at insequitur Veientis cæde Tolumni,
Vincere cum Veios posse laboris erat:
Necdum vltra Tiberim belli sonus: vltima præda
Nomentum, & captæ iugera terna Coræ,
Et Veij veteres & Volscum regna fuistis,
Et vestro posita est aurea sella foro.
Nunc intra muros pastoris buccina lenti
Cantat, & in vestris ossibus arua metunt.
Forte super portæ dux Veius astitit arcem,
Colloquiumq; sua fretus ab vrbe dedit.
Dúmque aries murum cornu pulsabat aheno,
Vineáque inductum longa tegebat opus,
Cossus ait, forti melius concurrere campo.
Nec mora fit, plano sistit vterque gradu.

Di

Di Latias iniere manus: desecta Tolumni
Ceruix, Romanos sanguine lauit equos.
Claudius at Rheno traiectos arcuit hostes,
Belgica cùm vasti parma relata ducis
Virdomari. genus hic Rheno iactabat ab ipso,
Nobilis erectis fundere gesa rotis.
Illi virgatis iaculantis ab agmine brachis
Torquis ab incisa decidit vnca gula.
Nunc spolia in templo tria condita. caussa Feretri,
Omine quod certo dux ferit ense ducem.
Seu quia victa suis humeris hæc arma ferebant,
Hinc Feretri dicta est ara superba Iouis.

XII.

Pag. 694. D E S I N E *Paulle meum lacrymis vrgere sepulcrum.*
Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Cùm semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante viæ.
Te licet orantem fuscæ deus audiat aulæ,
Nempe tuas lacrymas littora surda bibent.
Vota mouent superos. vbi portitor æra recepit,
Obserat vmbrosos lurida porta rogos.
Sic mœstæ cecinere tubæ, cùm subdita nostrum
Detraheret lecto fax inimica caput.
Quid mihi coniugium Paulli? quid currus auorum
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Num minus immites habui Cornelia Parcas?
En sum quod digitis quinque leuatur onus.
Damnatæ noctes, & vos vada lenta paludes,
Et quæcunque meos implicat vnda pedes,
Immatura licet, tamen huc non noxia veni.
Det pater hic vmbræ mollia iura meæ,
Aut si quis posita iudex sedet Aeacus vrna,
In mea sortita iudicet ossa pila.
Assideant fratres. iuxta Minoia sella, &
Eumenidum intento turba seuera foro.
Sisyphe mole vaces, taceant Ixionis orbes,
Fallax Tantaleo corripiare liquor.
Cerberus & nullas hodie petat improbus vmbras,
Et iaceat tacita lapsa catena sera.
Ipsa loquor pro me. si fallo, pœna sororum
Infelix humeros vrgeat vrna meos.
Si cui fama fuit per auita trophæa decori,
Vera Numantinos regna loquuntur auos.
Altera maternos exæquat turba Libones,
Et domus est titulis vtraque fulta suis.
Mox vbi iam facibus cessit prætexta maritis,
Vinxit & acceptas altera vitta comas,
Iungor Paulle tuo sic discessura cubili.
In lapide hoc vni nupta fuisse legar.
Testor maiorum cineres tibi Roma colendos,
Sub quorum titulis Africa tonsa iaces,
Et Persen proaui simulantem pectus Achillis,
Quiq; tuas proauus fregit Achille domos,
Me neque censuræ legem mollisse, nec vlla
Labe mea nostros erubuisse focos.
Non fuit exuuijs tantis Cornelia damnum,
Quin & erat magnæ pars imitanda domus.
Nec mea mutata est ætas, sine crimine tota est.
Viximus insignes inter vtranque facem.
Mi natura dedit leges à sanguine ductas,
Ne possim melior iudicis esse metu.
Qualibet austeras de me ferat vrna tabellas,
Turpior assessu non erit vlla meo:
Vel tu, quæ tardam mouisti fune Cybellam
Claudia turritæ rara ministra deæ:
Vel cui, commissos cùm Vesta reposceret ignes,
Exhibuit viuos carbasus alba focos.
Nec te dulce caput mater Scribonia læsi.
In me mutatum quid nisi fata velis?
Maternis laudor lacrymis, vrbísque querelis,
Defleta & gemitu Cæsaris ossa mea.
Ille sua nata dignam vixisse sororem
Increpat, & lacrymas vidimus ire deo.
Et tamen emerui generosos vestis honores,
Nec mea de sterili facta rapina domo,
Te Lepide, & te Paulle meum post fata leuamen.
Condita sunt vestro lumina nostra sinu.
Vidimus & fratrem sellam geminasse curulem,
Consule quo facto tempore rapta soror,
Filia tu specimen censuræ nata paternæ,
Fac teneas vnum nos imitata virum.
Et serie fulcite genus. mihi cymba volenti
Soluitur, aucturis tot mea fata malis.
Hæc est feminei merces extrema triumphi.
Laudat vbi emeritum libera fama rogum.
Nunc tibi commendo communia pignora natos.
Hæc cura & cineri spirat inusta meo.
Fungere maternis vicibus pater, illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oscula cùm dederis tua flentibus, adijce matris.
Tota domus cœpit nunc onus esse tuum.
Et si quid doliturus eris, sine testibus illis,
Cùm venient, siccis oscula falle genis.
Sat tibi sint noctes quas de me Paule fatiges,
Somniáque in faciem credita sæpe meam.
Atque vbi secreto nostra ad simulacra loqueris,
Vt responsuræ singula verba iace.
Seu tamen aduersum mutarit ianua lectum,
Sederit & nostro cauta nouerca toro:
Coniugium pueri laudate, & ferte paternum,
Capta dabit vestris moribus illa manus.
Nec matrem laudate nimis. collata priori
Vertet in offensas libera verba suas.
Seu memor ille mea contentus manserit vmbra,
Et tanti cineres duxerit esse meos,
Discite venturam iam nunc sentire senectam,
Cælibis ad curas nec vacet vlla via.
Quod mihi detractum est, vestros accedat ad annos.
Prole mea Paulum sic iuuat esse senem.
Et bene habet, numquam mater lugubria sumpsi.
Venit in exsequias tota caterua meas.
Causa perorata est. flentes me surgite testes,
Dum pretium vitæ grata rependit humus.
Moribus & cælum patuit. sim digna merendo,
Cuius honoratis ossa vehantur equis.



PERVIGILIVM VENERIS: QVOD QVIDAM CATVLLO TRIBVVNT.



RAS amet qui nunquam amauit; quique amauit, cras amet.
Ver nouum, ver iam canorum, ver natus orbis est.
Vere concordant amores, vere nubent alites.
Et nemus comam resoluit de maritis imbribus.
Cras amorem copulatrix inter vmbras arborum
Implicat gazas virentes de flagello myrteo.
Cras Dione iura dicit, fulta sublimi trono.
Cras amet qui nunquam amauit; quique amauit, cras amet.
Tunc quiuore desuper hoc spumeopont de globo
Cærulas inter cateruas, inter & bipedes equos
Fecit vndantem Dione de maritis imbribus.
Cras amet qui nunquam amauit; quique amauit, cras amet.
Ipsa gemmas purpurantem pingit annum floribus
Ipsa surgentis papillas de Fabonii partu
Vrguet in totos pentes, ipsa roris lucidi
Noctis aura quem relinquit spargit vmentis aquas.
Et me canat lacrimæ trementes decadum pondere.
Gutta præceps orbe paruo sustinet casus suos.
In pudorem florulentæ prodiderunt purpuræ:
Vmor ille quem serenis astra rorant noctibus
Mane virgineas papilla soluit vmentis peplo.
Ipsa iussit mane tuæ virgines nubant rosæ
Fusta prius de cruore, deque amoris osculis,
Deq; gemmis, deq; flammis, deq; solis purpuris.
Cras ruborem qui latebat veste tectus ignea
Vnica marito nodo non pudent soluere.
Cras amet qui nunquam amauit; quiq; amauit, crat amet.
Ipsa nimfas diua loco iussit ire mirteo
Et puer comis puellis. nec tamen credi potest
Esse amorem feriatum, si sagittas vexerit.
Ite nimfæ, posuit arma, feriatus est Amor:
Iussus est inermis ire, nudus ire iussus est,
Neu quid arcu, neu sagitta, neu quid igne læderet.
Sed tamen nimfæ cauete, quòd Cupido pulcer est,
Totus est in armis idem quando nudus est Amor.
Cras amet qui nunquam amauit, quiq; amauit, cras amet.
Compari Venus pudore mittit ad te virgines:
Vna res est quam rogamus, cede virgo Delia
Vt nemus sit incruentum de ferinis stragibus.
Ipsa vellet vt venires, si deceret virginem:
Iam tribus choros videres feriatos noctibus,
Congreges inter cateruas ire per saltus tuos,
Floreas inter coronas, mirteas inter casas.
Nec Ceres nec Bacchus absunt, nec poëtarum deus,
Detinent & tota nox est peruigila cantibus.
Regnet in siluis Dione. tu recede Delia.
Cras amet, qui nunquam amauit; quiq; amauit, cras amet.
Iussit hyblæis tribunal stare Diua floribus,
Præses ipsa iura dicit, adsederunt Gratiæ.
Hibla totos funde flores, quicquid annus attulit,
Hibla florum rumperest equantet hunc camp-
Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montium,
Quæq; siluas, quæq; lucos, quæq; montes incolunt.
Iussit omnis adsidere pueri mater alitis,
Iussit & nudo puellas nil Amori credere.
Cras amet, qui nunquam amauit; quiq; amauit, cras amet.
Et rigentibus vegentes ducat vmbras floribus.
Cras erit qui primus æther copulauit nuptias,
Vt pater totis crearet vernis annum nubibus,
In sinum maritus imber fluctus almæ & coniugis.
Vt fœtus immixtus omnes aleret magno corpore.
Ipsa venas atque mentem permeante spiritu
Intus occultis gubernat procreatrix viribus,
Perq; cælum, perq; terras, perq; pontum subditum,
Peruium sui tenorem seminali tramite
Imbuit, iussitq; mundum nosse nascendi vias.
Cras amet, qui nunquam amauit; quique amauit, cras amet.
Ipsa Troianos nepotes in Latinos transtulit:
Ipsa Laurentem puellam coniugem nato dedit.
Moxq; Marti de sacello dat pudicam virginem,
Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias:
Vnde Ramnes & Quirites, proq; prole posterûm

Romoli

Romoli matrem crearet & nepotem Cæsarem.
Cras amet, qui numquam amauit; quiq; amauit, cras amet.
Rura fecundat voluptas: rura Venerem sentiunt:
Ipse Amor puer Dionæ rure natus dicitur.
Hunc ager cùm parturiret, ipsa suscepit sinu,
Ipsa florum delicatis educauit osculis.
Cras amet, qui numquam amauit; quiq; amauit, cras amet.
Ecce iam super genestas explicant agni latus
Quisque tuus quo tenetur coniugali fœdere.
Subter umbras cum maritis ecce balantum gregem:
Et canoras non tacere Diua iussit alites.
Iam loquaces ore rauco stagna cigni perstrepunt:
Adsonant Terei puellæ subter vmbram populi
Vt putes motus amoris ore dici musico:
Et neges queri sororem de marito barbaro.
Illa cantat, nos tacemus. quando ver venit meum?
Quando faciam vt celidon vt taceret desinam.
Perdidi Musam tacendo, nec me Phœbus respicit.
Sic Amyclas cùm tacerent perdidit silentium.
Cras amet, qui numquam amauit; quique amauit, cras amet.

F I N I S.



INDEX VERBORVM PROPERTII.

A.

aquas

B.

C

INDEX.

Cernere

D.

INDEX.

E.

INDEX.

frangit

F

G.

tantine

H.

INDEX.

I.

INDEX.

par Aganippeæ

M

moriar actius,

N.

O.

P.

Q.

INDEX.

(quod nolim.)

R.

S.

N

INDEX.

INDEX.

T.

INDEX.

V.

venantem

FINIS CORONAT OPVS.





